


Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele II°
RACCOLTA
VILLAROSA
D
84
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

597552
Vol. D 84

CONSILIORVM,

SIVE RESPONSORVM

D. FRANCISCI BVRSATI MANTVANI,
Iuris Pontificij, Cæſareiq. Conſultiſsimi,

EQVITIS AVRATI LATERANENSIS, AC IMPERIALIS AVLAE
Comitis Palatini digniſſimi, & Protonotarij Apoſtolici,

Liber Secundus,

HAC POSTREMA EDITIONE AB INNVMERIS PENÈ MENDIS,
quibus anteà ſcatebat, maxima cum diligentia expurgatus.

Habentur ita ſanè hiſce Reſponſis purè omnia, dilucidè, atque peritè tractata & diſputata, vt quilibet (præſertim Prætorum obiens ſubſellia) facili negotio curſum conficere queat.

Adiecta ſunt Argumenta vnicuique Conſilio, ac Summaria, necnon rerum omnium inſignium INDEX copioſiſſimus.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



Ad Hum. Didaci Campanilis

VENETIIS, M.DC.XIV.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.

Bibliotheca de Rosa

597552 Vol. D 84

CONSILIORVM,
SIVE RESPONSORVM
D. FRANCISCI BVRSATI MANTVANI,

Iuris Pontificij, Cæſareiq. Conſultiſsimi,

EQVITIS AVRATI LATERANENSIS, AC IMPERIALIS AVLAE Comitis Palatini digniſſimi, & Protonotarij Apoſtolici,

Liber Secundus,

HAC POSTREMA EDITIONE AB INNVMERIS PENÈ MENDIS, quibus anteà ſcatebat, maxima cum diligentia expurgatus.

Habentur ita ſanè hiſce Reſponſis purè omnia, dilucidè, atque peritè tractata & diſputata, vt quilibet (præſertim Prætorum obiens ſubſellia) facili negotio curſum conficere queat.

Adiecta ſunt Argumenta vnicuique Conſilio, ac Summaria, necnon rerum omnium inſignium INDEX copioſiſſimus.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.



Ad Usum Didaci Camparilis

VENETIIS, M.DC.XIV.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.

Bibliothecae de Rosa

Digitized by Google



S.^MO D. NOSTRO
GREGORIO XIII.
PONTIFICI MAXIMO.

NVLLA mihi prorſus iniecta eſt dubitatio, cui hæc vtriuſque iuris Conſilia dicari velim, cum mea permagni eſſe exiſtimauerim, & permanere in incepto, & extrema debere cum primis contexere, vt, quam in clientelam meantea tradidiſſem, in ea perſiſterem. Hinc fit, Beatiſſime Pater, quia Maieſtatis ſuæ amplitudo ſumma, & virtus non humili, neque obſcuro loco latet, ſed quaſi in ſpecula quadam excelſa, atque illuſtri poſita eſt, vnde opem oſtentare omnibus bonis, & videtur, & re vera poteſt; Iccircò homines accurrunt ad eam, vel vt conſilium, vel auxilium, ac ſalutem, honeſtatemq́; petant. Volui igitur optimè conſultum meis rebus eſſe, cum prioribus lucubrationibus tanquam poſitis fundamentis, ne quodammodo (vt ita dicam) ædificationem meam abieciſſe viderer, faſtigium imponere voluerim hoc altero opere veluti in arce ſumma totius orbis terrarum collocato, vt, ſi quæ ex ipſis initijs apud Sanctitatem Veſtram excitatæ, ſic ex reliquis actionibus laudes excitarentur maiores. Olim edidimus Reſponſa, nunc emittimus Conſilia, non quòd inanis ambitio nos delectet, ſed quod ſemper fas eſſe duximus, hominem nonnunquam aliquid ex ſe promere, quod dignum hominum auribus efficiatur, & quod eos delectet, & in primis, ne ætatem otioſam, ac ſine labore traducere videamur. Nam vt ad currendum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem, ſic hominem ad duas res, intelligendum & agendum natum videmus. Sed quid Noctuam Athenas? Anno magno Iubilei indulgentiſſimi Romæ fui, quando ab hac benefica Sede Catholica omnia condonabantur, vbi Sanctitas Veſtra, veluti Pater beneficentiſſimus; Paſtor vigilantiſſimus, Cuſtos, Gubernatorq́ue in puppi ſedens, ac Clauum tenens vniuerſæ Reip. Chriſtianæ ad

hanc ætatem non ſine Dei Omnipotentis conſilio peruenire potuit; vt vrbis celebritatem viderit, vt municipiorum concurſus, & locorum effuſiones, & magnificentiſſimos motus ex vltimis terris confluxiſſe audierit; & ita (vt nunquam antea ſit auditum) tantam huiuſmodi anno fuiſſe hominum frequentiam: quæ res ſine dubio Sanctitati Veſtræ alacritatem & ſolatium afferre, in hanc verò Sedem Catholicam obſeruantiam ac reuerentiam adhibere debuerit; Quod vtinam ad ſempiternas ſæculorum ætates progredi videamus. Romæ (inquam) fui, vbi etiam Sanctitas Veſtras clementiſſ. magis re, quàm oratione declarauit, quanta in me commemoranda ac propè diuina ſua liberalitas, & benignitas patefacta & beneuolentia perſpecta fuerit. Quare ad eam etiam nunc accurro, non vt gratiam ſuam, quam adhuc nullo meo merito me conſecutum eſſe confido, expiſcari videar, ſed vt me delibutum gaudio exhibeam. Vt enim Philippum Macedoniæ Regem maxima lætitia tradunt affectum eſſe, quòd huic Alexander filius Ariſtotelis temporibus naſceretur, ſic mihi vſu venit: vt cum Reſponſa, & Conſilia mea eſſent diuulganda, in nomine veſtro ſanctiſſimo, atque grauiſſimo apparerent: omnino neque Sanctitate Veſtra, neque ijs officijs, quæ in me ea contulit, digna res videtur; ſed vt ſpero, muneris noſtri tenuitatem Beatitudinis Veſtræ amplitudo ſubleuabit. Accipiat igitur ea hoc opus nonnullis meis vigilijs lucubratum. Nam & ſi magna ei eſt grauiſſimorum negotiorum impoſita moles, quam ipſa ſumma cum auctoritate, & prudentia, & omnium penè gentium admiratione ſuſtinet, tamen in illa ipſa occupatione ita eam literarum tractatio delectat, vt & legat cum voluptate, quæ alij ſcripta reliquerunt.

Sanctitatis ac Beatitudinis Veſtræ

Studioſiſſimus ſeruus

Franciſcus Burſatus..

L E C T O R I B V S

Damianus Zenarus Bibliopola.

CVM ad me eſt allatum, Iuriſperitiſſ. D. Franciſcum Burſatum excogitaſſe alÿs hunc ſuum conſiliorum librum tradi imprimendum, & vt quàm primum imprimeretur vehementer vrgeri, id quod proximis literis perſpici poteſt, hoc fuit forſan in cauſa, vt alÿs committeretur, cum ipſius Iureconſulti peritiſſ. errorum incuria imprimentium emiſſorum, plena ſint priora reſponſa, & ne hoc alÿs imprimendi daretur negotium, auſus ſum honoris mei cauſa ab ipſo contendere: vt per me proderetur. Certè fuit tanta nonnullorum indiligentia in corrigendis mendis priorum Reſponſorum Burſati ipſius Iuriſperitiſsimi, vt quàm plurima errata cognoſci & legi potuerint. Non effecit, eorum culpa tamen, quominus auderem exorare, vt hic conſiliorum liber per me denuo imprimeretur, & in lucem ederetur, non tam quidem eorum obſeruare negligentiam, qui veluti canes forſan feſtinantes cæcos parere voluerint catulos, quàm honori meo conſulere volui. Accipias igitur, humaniſsime Lector, hoc opus, non mediocri cura elaboratum, vbi ſi quid repertum fuerit, quod te offendat, id quidem (vt mea fert opinio, Et index demonſtrabat) erit minimum: Nam nunc opera quaſi alterius Lyncei vti voluimus, ne quis in tantis mendis, nihil offendat, nuſquam incurrat, præſertim cum a nobis excogitatum fuerit, tantum fuiſſe in ipſis Reſponſis mendorum numerum, quo quis in eis ſuffocari ac penè immergi potuerit, vt opera Delÿ Natatoris vſquequaque opus fuiſſe videretur. Vale.

CLARISSIMO IVRISCONS

FRANCISCO BVRSATO.

ACADEMICO VERIDICO.

CVM, vt mos eſt, vnà viri Academici conueniſſemus, poſt aſſuctas litteraris exercitationes inuicem colloquentes, fortè in tui ſermonem incidimus, ve bumque, vt fit, verbo annectentes. Primi Conſiliorum tuorum volumini facta eſt mentio, quod ſicuti miris laudibus extollebant præſertim qui iuri vtriuſque ibidem aderant peritiores, ita amica quadam indignatione tibi ſuc cenſebant, quòd alterius ſecundi nempè voluminis editionem non ſolum re tardares, ſed & ſupprimere penitus cogitares, leuib. quidem admodum de ca ſis, ac nihili faciendis, quemadmodum paulò inferius luce meridiana clariu demonſtrabimus, hocque non ſine nominis tui maxima iactura, mortaliumq; omnium incommo do, ſi exequi perſiſteres, futurum conquerebantur: quorum vtrique aiebant conſultum iri ſummo pere, ſi quæ iam exculta conſilia, ac diuturna opera elaborata, perpolitaq; præ manibus habes. quàn primum in lucem prodire permitteres, quod tuum eſſe pluribus rationibus contendebant, quæ cun & veritati maximè conſentire mihi viderentur, in eorum ſententiam manibus & pedibus, vt a unt ire coactus ſum, ex quo omnes viciſſim, cum me annuentem perſpexiſſent, exorare cœperunt, vt potè quem tui amantiſſimum, ſummæque neceſſitudinis vinculo coniunctiſſimum ſciant, vt tecun ipſorum nomine agerem, ſuaderemq; vti in totius Academiæ gratiam iam typis opus tuum ſubij ceres, quibus morem gerere æquum cenſui. At cum tecum mutuis ſermonibus coram id perficere nequeam, quippè qui Sereniſſimis Principibus, Dominiſq; noſtris inſeruiens locorum interuallis ſeiunctus, nunc diſtem, quod oretenus curaturum ſpopondi, literis tentare decreui: tu, quæ tua eſt humanitas, omnia bene æquiq; conſulito, & ab amicis dicta putato, qui in re tua plurimum videant, nec vlla animi perturbatione ducti cæcutiant. accipe itaque quæ mihi in mandatis dederint, iam enim quod me facturum recepi, vltro perſoluo. Animantia omnia, quod ipſis proficuum videtur appetere, inter hæc verò ratione prædita ſummum bonum præcipuè perquirere, non eſt ambigendum, quo potiſſimum beatiora euadere dijudicantur, hoc autem in fœlicitate repoſitum eſſe, iuxta Philoſophorum Principis placitum, hácque in in ipſis animi bonis reſidere, nempè in operationibus ſecundùm habitum virtutis in vita perfecta peritioribus receptum eſt, ſed nec iſta vllo pacto perfectè aſſequi poteſt, niſi externa bona nobis adminiculo ſint, hanc te conſequutum (abſit aſſentatio) omnes vno conſenſu fatentur, ſiquidem non ſolum virtutum omnium moralium integra cohors certatim in animo tuo, tanquam in tutiſſimo contubernio ſeſe recepit, ſed & intellectuales omnes illis comites te vnum inter cæteros ſpectabilem reddunt, mireque exornant, atque illuſtrant, ita enim ita profeciſti, vt inde non contemnenda ornamenta adeptus ſis. præſertim verò in iuris vtriuſque. peritia ita claris, vt inter Principis Italiæ Iuriſconſultos meritò enumereris, hincq. non modò Mantuani ciues, ſed & exteræ gentes vndique ad domum tuam, tanquàm ad ſacrum Tripodem, Apollinisq. oraculum conuolant, ac confluunt, reſponſa petentes. Has animi dotes, fortunæ, corporiſque bona ita conſociantur, vt meritò inter fœlices reputari queas. Quò etenim ad ſtemmatum nobilitatem pertinet, à clariſſima Burſata familia natales ducis, in qua olim maiores tui Ticini ſub Giordanorum nomine floruerunt, opibus affluentes, ac dignitatibus inſignes; quo loco anno 1360. Galatio ac Barnaba Vicecomitibus fratribus ſummo Mediolani Imperio potitis imperantibus, vigentibusq; Guelfa, ac Ghibellina factionibus, vniuerſam Italiam propemodum deuaſtantibus, fœdantibus, ac depopulantibus, maiores tui inimicorum potentiam, ac vim pertimeſcentes, recedere coacti ſunt; qua de re plurima pecunia collecta (ditiſſimi nanque erant) Auerrariam in ditione Bergomenſi petiere, quo loco recepti, ut facilius aduerſæ factionis inſidias effugerent, latere decreuerunt, itaque priori familiæ cognomine dimiſſo, inſignia quoque commutarunt, inde occaſionem nacti, quòd in coemendis prædijs, atque domibus conſtruendis plurimos nummos erogantes, quòd crumenas auro, atque argento onuſtas habere reputarentur, à loci popularibus Burſati vulgari vocabulo appellati ſunt, quod nomen ipſi minimè renuentes, inſignia nouæ familiæ titulo accommodantes, rubeam crumenam areæ albæ, atque luteæ deſignarunt; quod non ſolum ex varijs antiquis ſcripturis, publiciſq; documentis, ſed & ex marmoreis, æreiſq; inſculptionibus, inſcriptionibus, picturiſq; prædictæ familiæ inſignia, ac titulum præ ſe ferentibus, ac oſtendentibus, eodem in loco in hunc vſque diem conſpicere licet. Horum quidam Cremam, alij Veronam, Mantuam alij ſeſe receperunt,

ceperunt, qui omnes & familiæ inſignia, & titulum, vſque in hodiernum tempus ſeruarunt, etſi Veronæ degentes corrupta voce Borſi non amplius Burſati vocentur; mutuaq. temporum ſucceſſione affinitatem ſemper literis, alijſque beneuolentiæ ſymbolis quotidie coluerunt, ac obſeruarunt.

Ex ijs, qui Mantuanam ſedem ſibi delegerunt, tu oriundus nobilitatis claritate effulges, auumque habuiſti Ambroſium illum, cui ita fors arriſit, vt uſque ad nonageſimum annum viuidam ſenectutem ducere, ætatemque protrahere, ac eadem menſa ſecum diſcumbentes treſdecim ſui deſcendentes ad quartam vſque generationem intueri, diuinitus datum ſit. Ea quoque tu integra corporis valetudine uſus es, ac uirili elegantia conſpicuus incedis, ut in nullo naturam incuſare iure poſſis.

Quas uerò tibi non exiguas fortunas parentes dereliquere, ita tu in dies auxiſti, ut nunc uillis, domibus, gaza plurima, ac pulcra ſupellectile ditatus, tibi ipſi facilè in omnibus proſpicere valeas; ex quibus omnibus iure optimo fœlix (quantum fragilis hæc noſtra fert humanitas) dicendus ſis; quæ quidem fœlicitas vti externis omnibus pateat, quemadmodum & conciuibus noſtris expoſita eſt, indeque laudem, gloriam, & honores, quæ virtutis vera ſunt præmia, tibique debita conſequi poſſis, non eſt cur honeſtos hoſce labores tuos, iuris inquàm conſultationes ſupprimas, atque arcæ tineis deuorandas derelinquas, præſertim cum inde non parum publicæ hominum vtilitati proſpectum iri confidant doctiores omnes. Recorderis enim velim, Franciſce eruditiſſime, nos non ſolum nobis natos eſſe, ſed & ortus noſtri partem patriam ſibi vindicare, & partem amicos, eoque omnem vitæ noſtræ rationem tranſmittendam eſſe, vt magnam nominis noſtri famam, ex maximis in Rempublicam meritis collatis, poſteris relinquamus, nihilque eſſe ex omnibus rebus humanis præclarius, aut præſtantius, quàm de Republica benemereri, & omnia quę à nobis geruntur non ad noſtram vtilitatem, & commodum, ſed ad communem omnium ſalutem transferre. Quod ſi id te non mouet, moueat ſaltem, quòd ſapientiores omnes ſcripſere, honorem, ſcilicèt, eſſe præmium virtutis, huncque qui ſententijs bonorum, ac doctiſſimorum virorum adepti ſunt, hos honeſtos, & virtuoſos, honoratoſque videri, ſiquidem iucunda ea laus eſt, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude viuunt. Sed audio te exclamantem, nolle inanem gloriam ex librorum editione aucupari, idque ambitioſi non virtuoſi hominis munus eſſe dicentem. At memoriæ reuoces optarim, quòd gloria eſt ſolida quædam res, & expreſſa, non adumbrata, eaque eſt conſentiens laus bonorum, & incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute, hæc virtuti reſonat, tanquam imago gloriæ, quæ, quia rectè factorum plerunque comes eſt, non eſt bonis viris repudianda. Non eſt, Franciſce mi, ea laus, quam ex laboribus tuis promereri potes, temeraria illa, atque inconſiderata, & plerunque peccatorum, vitiorumq; laudatrix fama pupularis, collecta ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus, ſimulatione honeſtatis, veræ gloriæ formam, ac pulchritudinem corrumpens. Solidam veramque gloriam tu, Excellentiſſime frater, emereris, quam te improbare, renuereque fas non eſt. quia non ſatis eſt hominem dum vita frui licet gaudere, ſed & hanc ad poſteros migrare, poſt vitæ curiculum ſtudendum eſt. quandoquidem præſtantes viri nunquàm tanta conati eſſent, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent, ni animo vidiſſent, poſteritatem ad ſe pertinere poſſe, ſecus enim multò melius fuiſſet ocioſam ætatem, & quietam ſine vllo labore traducere, niſi animus erigens ſe poſteritati, ſemper ita proſpiceret, vt cum exceſſerit è vita, tum denique victurus ſit. quis nanque tantos labores diurnus, nocturnoſque & domi, & foris ſuſciperet, ſi ijſdem finibus gloriam ſuam quibus vitam eſſet terminaturus? Sed optimi cuiuſque animus maximè ad immortalem gloriam nititur, quæ ex omnibus virtutis præmijs ampliſſimum eſt præmium, quod vitæ breuitatem poſteritatis memoria conſolatur, hoc efficit: vt abſentes adſimus, mortui viuamus, ac denique ſeculorum omnium memoria vigeamus. Concludamus itaque vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, ac omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari, ſic ignaui eſſe hominis, lucem, ſplendoremque fugientis, iuſtam gloriam, quæ eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare.

Animo recole, ac peruolue, eruditiſſime Burſate, miſeram vitæ noſtræ conditionem, qui ea lege nati ſumus, vt præter quàm quòd omnibus furtunæ telis propoſiti, & ad incertos ſubitorum periculorum, ac malorum caſus obiecti ſimus, perbreui vix dum confecto viuendi curriculo, quod perexiguum nobis natura circumſcripſit, moriamur. Quocirca hanc iure iniquiſſimam legem, & omnium animantium infœliciſſimum hominem dicere poſſemus, ni ſumma Dei prouidentia, ac benignitas hanc iniuriam corporis, ex illius interitu tribus immortalitatis generibus ſuſtuliſſet. quorum primum diuinitatis, alterum humanitatis, tertium & vltimum naturæ eſſe videtur. Diuinum illud eſt totum animæ, cum omni labe depoſita cœlum, vnde olim ducta eſt, repetit, vt æterna ibi vita, ac potiori perfruatur. Humanum, cum viuendi curſu bene cunfecto, præclaris rebus agendis poſt vitæ tempus noſtri memoriam nominis quàm maximè longam relinquamus. Naturale autem in ſobolis propagatione, & poſteritatis excellentia conſtat. Horum tu primò ſi vitam, moreſq; tuos Chriſtianiſſimè inſtitutos ſpectemus, potiturum haud difficile ſperandum. Iam tertium adeptus es, quandoquidem, te pulcra liberi prole parentem fecerunt, longaque nepotum ſeries viuit, in quibus poſt mortem, te ipſum ſuperſtitem futurum non dubitandum. Secundum pariter iam ma-

gna ex

gna ex parte lucratus es, quippe te in præclaris rebus obeundis tempus impendiſſe, magna ædificia, ruri præſertim à fundamentis erecta, & in urbe inſtaurata perbelle, abundeque teſtantur; & prior Conſiliorum tuorum liber, qui teſtimonio doctiſſimorum quorumcunque, qui poſt te ſcripſere, laudatiſſimus eſt, obliuionis ac edacis temporis iniuriam abs te arcere poterit. Age igitur, perge, ac ſecundum uolumen profer, aliaſque ingenij tui elucubrationes, fœturaſque pulchras deprome, præloque ſubijce, ut iam partam gloriam maiori ſtabilimento confirmes, poſteritatique tuis laboribus conſuluiſſe, quantum in te fuit oſtende, ac teſtatum relinquere. Nec te ab hoc inſtituto auertere debent (quod tu pertimeſcere videris) Typographorum ſcilicèt incuria, ac vecordia, qui priorem tuum librum ita innumeris mendis fœdatum, ac numerorum præſertim erratis deturpatum ediderе, vt inuidis quibuſdam, ac maleuolis animaduertendi, ac calumniandi anſam præbuerint, qui vndecunque occaſionem ſumentes, prædicare quandoque non deſiſtant, loca te, & authoritates adducere, quæ in citatis codicibus minimè reperiantur, qui tamen ſi diligentius libros prouoluiſſent, ac denuò legerent, impreſſorum errata facilè agnoſcent, nec temeritatis aut oſcitantiæ tibi alioquin viro omnium calculis ac ſuffragijs laudatiſſimo notam inurere tentaſſent. Nec te minus deterreat peſſimorum hominum deteſtandus mos, qui oblatrandi ſtudio perciti, varijs commentis, ac deliramentis aliorum labores, qualeſcunq; ſint, ſtomachantes, improbare non deſinunt. ingenij enim tui fructus huiuſmodi ſunt, vt per ſe ipſos horum inueteratæ malitiæ, ac imperitiæ occurrere facilè poſſint; ſed nec deerunt ſtudiorum cultores optimi, qui alacres veritatis ſtudio allecti, aduerſus horum venenatas obtrectationes alexipharmaca componant. obſtrepant quantumlibet blatcrones iſti, alienarum rerum cenſores inuidi, profectu contrabeſcentes alienorum nihilominus audacter ingenij tui ſapidiſſimos fructus, vniuerſæ Academiæ obtemperans, noſtrum communi matri, cuius & tu benemeritiſſimus alumnus es, & ad quam & laus tua ſpectat, alacri animo deprome, ſic enim illos inuidiæ tineam comedere, ac liuoris rubiginem ſubrodere, ſic ex tua gloria ſui pœnam, ex tui fœlicitate ſuam carnificinam lucrari videbis: ſic tu famæ tuæ, & poſteritati, ac Reipublicæ bene conſules, atque Academicos omnes hoc vnico beneficio tibi ſummopere deuincies, doctiſſimorumq; omnium animum conciliabis. Sin ſecus feceris, & quod omni precum genere à te expoſtulant, prætermiſeris, certò exiſtimato, ipſos te Academiæ deſertorem, ac perduellionis reum accuſaturos, demumq; iure meritò condemnaturos. Quod ſi me fuſius in laudum tuarum arena peruagaſſe (quæ tua eſt modeſtia) fortaſſe doles, & me increpas, ſimultatiſq; criminaris, quod tibi vt ſupra in prouerbio frigidam ſuffundere voluerim, ignoſces certè nullo negocio, ſi quas recenſui laudes tui genuinas agnoſces, quemadmodum & Academici omnes nemine excepto cognoſcunt, recipiunt, & probant. Tu interea vale, me ama, & imprime. Datum Marmiroli decimo Calendas Decembris, 1577.

Tui deditiſſimus, amantiſſimuſque

Marcellus Donatus
Academicus Secretus.

FRANCISCO BVRSATO

IVRISCONS. CELEBERRIMO

DOMINO SVO,

IMPEDITVS INVAGHITVS

De ſecundo Reſponſorum ſuorum volumine.

DVM zephiris blandum vernantia prata peragrant
Hyblææq; Thimum dum populantur Apes.
Aerij fingunt Mellis Celeſtia dona,
Quæ potuit Baucis grata parare Deis
Sic tu agilis fido veſtigans lumine leges
Hoc nunc maius opus munera rara paris.

Primus Idumæas referens tibi Mantua Palmas
Aeterno viuit nomine Virgilius.
Primus vera edens Reſponſa in luminis Auras
BVRSATVS *viuet magnus vbique diu.*

Exegit monimentum ære perennius
BVRSATVS *Patrijs Turribus altius;*
Quod non Ignis edax, non Aeuilo horrifer
Sternet, vel ſeries innumerabilis
Annorum; leuior aut fuga temporum.
Viuet perpetuo Nomine, ſed graui.
Ocni Mænia dum Mincius ambiet
Cycnis marmoreis nobilior fluens.
Princeps GONZIACVS, *Progenies Deûm*
Donec Iuſtitiam pectori feruido
Sacram, Religionemque animo colet.
Dicetur Tyberis qua Imperio potens
Et culta Eridanus pinguia proluit.
Qua Calpe & niueum iura fouet pecus,
Intonſamque gerit qua Cetius comam,
Extremi & Marini qua Oceanum ſecant;
Iuris certa magis quàm Tripodas Sacros,
BVRSATVM *dare reſponſa, age candida*
Quæſitam meritis ſume ſuperbiam
Aſtræa, huncque choros inter amabiles
Ponas, deus vbi nil mordeat inuidus.

Anthai

ANTHAEI CIZOLI MANTVANI LEGVM STVDIOSI, CARMEN.

PRISCA ſides vatum taceat præcepta canentum,
Scæuola quæ prompſit, tulit & quæ ſacra Sabinus,
Quæq; addit magnus Labeo, tum iura Quiritum.
Tot diſcuſſa viris, tantis quoque laudibus aucta
Numina falſa Deum ſileant, Oracula Phœbi
Irrita, quæ gentes priſcum luſere per æuum.
Namque magis docta, & multo matura labore
Dogmata veridici prodeunt oracula vatis
Minciadæ; nobis præſto eſt, nam Pythius alter
Conſilijs mentem firmans: animique dolores
Aequitate leuat, iuſtis quoque legibus arcet.

Huc læti veniant omnes, Oracula poſcant
BVRSATI, clarum quem gens petit accola Rheni,
Quique bibunt Tamari, rapidas qui Gangetis vndas,
Quos Scythia educit, mittit quos turbidus Iſter,
Qui gaudent Tigri, vel qui naſcuntur Ibero,
Aut qui delitias Nili mirantur ab vndis
Huius ad ambigui certatim limina currunt,
Et perplexa ſibi dirimunt ænignata quæque.
Vos quoque in amplexum concurrite, pandite dextras,
Ingenioque grauem vobis committite ratem.
Non ſic (polliceor) ludenda ænigmata Sphingis,
Non erit Oedipus, non hic reſponſa Sybillæ,
Neque pharetrati cantanda Cupidinis arma:
Sed nunc virtutis facies, ſimulacraque recti.
Conſilij monſtratur iter, monſtrantur & artes,
Vt placidam poſſit ſine crimine ducere vitam.
Ergo age conſultus iuris quicunque cauſas
Atque Charibdæas vndas qui ſcindere iuris
Optas, & citius ſecreta recludere legum,
Hunc adeas fontem, viridanti hoc paſcere Prato
BVRSATI aſſiduè gratus conſulta requiras.

Mantua Virgilio debet per ſæcula Muſis
Mæonio cantu facta ſuperba ſuo.
At tibi quos debet meritò virtutis honores
Auſoniæ ſplendor, præſidium atque decus?
Cuius ab Eois, extremos vſque Britannos
Laudibus innumeris fama ſuperſtes erit.

SILVII PONTEVICI, ANNEBIATI ACAD.

NON hic vana inſunt veterum reſponſa Deorum,
Sed quicquid veri reddere lingua poteſt:
Neſcit vana loqui BVRSATVS, nec ſciet vnquam
Cui verum vero ſemper ab ore cadit.

Mincius

MINCIVS LOQVITVR.

PASTOR *eram, longos dixi errores Melibæi;*
Mænaliaſque faces.
Dein Baccho, & proli tarde creſcentis Oliuæ,
Conueniatque Pali
Quæ cura, atque Apibus quanta experientia parcis,
Iam puer edocui.
Hinc Pace & bello qualem Regem decet eſſe.
Magno animo intonui.
Littora tum Cycnos niueos ad læta coegi,
Qui vaga Hamadryadum
Nomina in Aſtra ferant, infixi in lumina Solis
Pulchra, oculos, velut
Ales fulua Iouis. Domitas ad flumina Tarri
Perualidas Acies
Gallorum: raptoſque agros, Dominamque, faceſque,
Quas bene iunxit Amor.
Et quas dulcis hymen cecini; partuſque beatos
Virginis Ætheree.
Vni cui ſuperi vitam ſine labe dedere
Ducere ad vſque rogos.
Aſtræam nixus demum deducere Cœlo.
Iurgia longa Fori
Frangere, quæ poſſet certaſque vias aperire;
Hoc opus ipſe breui
Perfeci, relegas Reſponſa hæc omnia, Phœbi
Vera magis Tripode.
Quid nam admiraris? maiora his ſpondeo quando
Relligio hic colitur.

IN EVNDEM.

BVRSATI *facies vt pulchra eſt, mens quoque pulchra,*
Conſilium hic quærens triſte nihil metuas.
Diuini humanique vt nota ſcientia iuris:
Sic lites montis illius effugies.
Nec magis inuenies Phœbi reſponſa fuiſſe
Vera huius, vatum aut vera fuiſſe magis.

FRANCISCO BVRSATO PATRI
Hercules filius obſequentiſs. duodecim annorum.

TE *ſpecimen legum* BVRSATE *ad maxima natum,*
Et blando & læto lumine conſpicio.
Perge benigne pater tibi dico fauente Minerua,
Conciliaturus maxima quæque tibi.
Nanque decus, nomenque tuum, laudeſque manebunt,
Magnaque BVRSATIS *gloria ſemper erit.*

Hpas

Ηρακλέος ὑοῦ.

Ει σὺ θέλεις τῶν νόμων ξυνιέντα γενέσθαι
Συντάξεις παιδὸς ἐμεῖο Βουρσάτ' ἀναλέγων.
Παντοκράτορα θεὸν αὐτὸς ἐγὼ λίσσομαι αἰεί
Οἷς κεῖμοι δοίη τοῦ παιδὸς ἴχνι' ἕπεσθαι.

BAPTISTAE MVNARINI

Epigramma.

TETHYOS *undiuaga dum ſurget ab æquore Trois*
Tithoni lato fulgidus orbe leuir:
Dum fuerit cunctis, Neptunia curſus in arua
Amnibus, & cancer octipes omnis erit,
Sydera BVRSATE *excelſo tu uertice tanges,*
Et tua perpetuo fama ſuperſtes erit.
Nam modo, nam per te diuina Palladis arte
Ad leges cupidis eſt uia ſtrata uiris.
Nectaris & tua iam ſtillant dulcedine ſcripta,
Et reddunt Ocni mænia clara Ducis.

PETRI IOANNIS TONELLI

Epigramma in laudem Authoris.

TOLLITVR *ad cæli ſublimia fama Maronis*
Vates qui cecinit paſcua, rura, Duces.
Tollitur ad ſuperos BVRSATI *fama penates*
Dum canit Aſtrææ grandia facta Deæ.
Mantua Virgilio, BVRSATO *Mantua mater:*
Par decus hinc, illinc Mincius amnis habet.
Grandius hinc forſan. Librorum nulla tuorum
Commoda BVRSATE *lingua referre ualet.*
Paſcua, rura, Duces debent exculta Maroni:
Debent reſponſis plus tibi tuta tuis.
Cuncta tibi debent uir conſultiſſime legum;
Ipſe tua creſcit Iuſtinianus ope.

INDEX LOCVPLETISSIMVS MATERIARVM, DECISIONVM, QVAESTIONVM MEMORABILIVM,

Communium opinionum vnico aſteriſco, vel hac * ſtellula, Communiorum verò * * duabus annotatarum, ac omnium quæ in ſecundo libro Reſponſorum,

FRANCISCI BVRSATI I. C. MANTVANI CONTINENTVR,

Ad laboris leuamen, ac ſtudioſorum vtilitatem per eundemmet Authorem alphabetica ſerie collectus, & concinnatus.

A

ABLATIVVM abſolutum meram conditionem importat.conſi.155.num.4.fol. 138

Abſentes damnantur etiam ex veris probationibus, cũ ſint citati, & tunc in illorum bonis fit executio. conſi.169.num.7.folio 187

* *Abſenti acquiritur, ſi de contractu ſcientiã habeat, ex*cõ.conſ.205.num. 11.folio 328*

Abſenti acquiritur actio vtilis citra ceſſionem ex pacto incontinenti donationi irreuocabili appoſito. ibid.num.8

Abſolutoria in dubio, etiam in torquendo, magis quàm condemnatoria ſequi debet, conſ.146.num.4.fol. 101

Abſolutio criminalis pro nunc, non eſt abſolutio ſimplex.conſ.155 num.11 folio 139

Abſoluitur reus, qui confitetur delictum, ſi delictum verificari * *non poteſt, ex * communi. conſ.201.num.32.fol.303*

Acceptatione oblatio reſoluitur. conſ.196.nu.28.fol.281

Acceptatione vnius ex plurib. coniunctis, reſpectu eiuſdẽ cauſæ ſicut ex ſolutione, liberantur omnes.conſ.176.nu.38. folio 210

Acceſſorium voluntarium & neceſſarium differunt.conſil.203. num. 24

Accidentale dicitur, quod poteſt adeſſe & abeſſe, citra ſubiecti corruptionem. conſ.173.nu.77.f.202

Accidentalis qualitas potentior naturali perfertur. conſil.148. num 44.fol. 109

Accipienti feudum magis, quàm domino conſulitur, in feudo hereditario. conſ.168.num.41.fol.186

Accuſatus de diuerſis criminibus, ſed nondum condemnatus in ciuilibus à teſtimonio non repellitur. conſ.153.nu.15.f.135

Acquieſcens & patiens dicitur mandare. conſ.139.nu.28.f.81

Acquirens ſecundò, cui res tradita fuerit, præfertur primo acquirenti.conſ.144.nu.23.fallit quando in primo inſtrumento adeſt clauſula conſtituti. num.24.folio 98

Acquiſitio facta pro ſe & hæredibus ſuis, & ad tutelam dotium vxoris, & de ipſius pecunijs facit ceſſare ſuſpicionem vſurarum. conſ.144.num.20.folio 98

Acquiſitio feudi intellecta pro hæredibus, eſt vtilior recipienti & antecedenti. conſ.148.nu.22.folio 108

Acquiſitio eſt augmentum patrimonij, quod ex titulo lucratiuo non lucroſo prouenit. conſ.149.nu 2.f.110

Acquiſitio et emptio pro perſona nominãda fieri poteſt.ibi.n.17

Acquiro, verbum generale eſt aptum quandoque quoſcunque contractus comprehendere. ibi.nu.6. & quare nu.ſeq.

Acquiri poteſt per alium contractum, quàm per emptionem, ibi. num.58

Acta in prima inſtantia facta ſunt partibus communia, & vt publica fidem faciunt. conſ.145.nu 63.4.& ſeq f.99

Acta per appellatum producta, etiam cum proteſtatione, niſi in quantum pro ſe faciunt, contra ipſum probant. ibid.numer.7

Acta producens non poteſt facere, quominus ipſis contra eum fides adhibeatur. ibid.num.8

Acta, ſi producantur, fidẽ faciunt, & alterum iuuant. ibidem.nume.54

Acta ſine proteſtatione in parte & partibus producta efficiunt communia, & nemini denegari debent. ibid.num.36.fol. 100

Acta coram eorum Iudice inter eaſdem perſonas confecta regulariter probant. ibidem, nu. 41. fallit nu.ſeq.

Acta etiam coram eodem Iudice inter eaſdem perſonas confecta, niſi a parte reproducantur, non probant. ibid.num.42

Acta notorium inducunt. conſ.182.num.12.folio 233

Actio nulla in commiſſum datur hæredi vel contra hæredem, * *data ſcientia feudi & commiſſi, ſaltem præſumptiuè, ex* * *communi. conſ.127.nu.88.fol.18*

Actio ſi conceditur, multo magis retentio. conſ.128.nume. 20

Actio non tribuitur alicui ex actu præſupponente aliquid aliud fieri. ibidem,nu.29

Actio vtilis acquiritur filijs, quibus vti hæredibus ſtipulatur. conſi.137.nu.51.fol.73

Actio datur contra illum, qui ſequeſtrari fecerit rem, quæ recuperari non poteſt. conſ.139.nu.14 fol.81

Actio non competit non adimplenti ex parte ſua id, quod debet, ibidem,nu.39.fol.82

Actio datur contra procurantem doloſè ſequeſtrum, ſi creditor non ſit, & res ſequeſtrata pereat. ibid. nu.80.fol.83

Actio de dolo in ſubſidium contra ſequeſtrum fieri facientem, ſi aduerſarius eſt: nam prius contra ipſum excuſſio fieri debet, ibid.nu.81

Actio non impeditur omiſſa exceptione, ne exceptio omiſſa replicatione. conſ.140.nu.35.folio 68

Actio perſonalis quæſita ex promiſſione hominis non tollitur, niſi * ſpacio 30.an.ex * communi. conſi. 143.nu.38.folio 94

Actio in rem ex promiſſione de vendendo non competit, ſed ſolum actio in perſonam. conſ.144.nu.27.folio 98

Actio ex contractu non competit, niſi promiſſa omnia in eo adimpleta fuerint. ibid.nu.29

Actio negotiorum geſtorum & ex iudicio diuiſorio competit ei, qui venditionem rei propriæ nomine ſuo factam ratam habet ad conſequendum pretium in vtilitatem vendentis conuerſum. conſ.127.nu.8.folio 165

Actio oritur ex contractu, in quo laudum includitur, non ex laudo, etiam quòd fuiſſet nullum. conſilio. 176. numero. 2.folio 209

Actio vbi in totum extinguitur, euicta parte non agitur ad totum. ibid.num.37.folio 210

Actio competit, & iudicium procedit parte non opponente de die ſolutionis non maturo, licet Iudex diem in ſententia referret. conſ.184.nu.64.folio 242

Actio neceſſaria eſt: vt quis agat. conſ.193.nume.14.folio 269

Actio quanti minoris datur pro toto, ſi emptor non fuiſſet empturus rem ſine qualitate oſtenſa.conſil.194.numero.31. folio 275

Actio non datur aliquo non implenti pro parte ſua prius. conſil. 169.num.12.folio 280

Actio pro dote filiæ etiam abſenti acquiritur patre ſtipulante. conſi.215.num.1.fol.349

Actione vna intentata alia perimitur, & electa vna via pro contractus validitate, alia ipſius reſciſſiua ceſſat.conſ.163.nu.15. folio 168

Actor ſeparat poſſeſſorium à petitorio in omni parte iudicij, ex * communi,* vbi ſeparatim deducuntur.conſ.129.num.34.folio 29

Actor fundans ſe in inſtrumento ſolenni agere poteſt ad rem vſque ad triginta ann.de iure communi.conſilio 144.nume.7.folio 97

Actores conſtituuntur à tutoribus & curatoribus minorum.conſi.223.num.2.folio 374

Actoris intereſt plures actiones habere.conſ.143.num.1.fol.93

Actus a non habente poteſtatem geſtus eſt nullus, & pro nullo reputatur. conſ.133.nu.13.fol.54

Actus factus à falſis tutoribus & adminiſtratoribus, quamuis tenderent in vtilitatem minoris, approbari tamen non poſſunt ſi ante eorum ad finem ex aduerſo opponatur nullitas, vel tendunt in tertij præiudicium. conſ.eod.nu.20

Actus tutoris extra iudicium factus, per quem delictum apertum eſt, non nocet pupillo, nec ipſe pœnam incurrit.conſ.135. num.18.ſecus eſt nu.ſeq.ex * communi.fol.61

Actus inferentes præparatorium adulterij illud probant. conſil. 218.num.3.folio 364

Actus tacitam inducentes ſocietatem, ſunt omnino probandi. conſi.220.nu.3.folio 367

Actus nullus redditur, ſi aliter quàm in citatione continetur, expediatur. conſ.225.nu.76.folio 385

Actus omnis impediens factionem teſtamenti non improbari debet. conſ.136.nu.118.folio 68

Actus auferens omnimodā teſtamenti factionem improbatur. ibi. num.118

Actus, qui non ſit ſimpliciter & abſolutè de genere prohibitorum, non includit dolum, vel voluntatem maleficij, niſi probetur. ibid.num.41.folio 89

Actus regulari debet ab ea cauſa, quæ producit obligationem.conſi.151.nu.106.fol.126

Actus duo cum concurſu decennij requiruntur ad probandum, quem eſſe ſolitum fœnerari.conſ.153.nu.39.& qualiter procedat, num.ſeq.folio 136

Actus donandi & priuilegiandi in ſuprema Principis auctoritate reſidet. conſ.156.num.2.fol.140

Actus voluntarius quomodo cognoſcatur. conſ.159.nu.9

Actus humani rectè conſiſtunt poteſtate, voluntate & iuſta cauſa. conſ.162.nu.10.f.165

Actus fraudulenter factus ipſo iure valet, ſed reuocari debet.conſi.165.num.15.fol.174

Actus quando ex vtilitate principali ſuſtineatur, licet in alium verſatur odium. ibid.num.43.folio 176

Actus in præſcriptione feudi, vel illius iurium debent fieri à dominus, vel alijs ad id ſpecialiter deputatis.ibidem,numer. 66. folio 177

Actus principalis ratificari non poteſt, ſi onus actui annexum, & conditio reijciatur, dummodo vitium & dolus gerentis abſit.conſ.172.nu.18.fol.196

Actus ex defectu poteſtatis efficitur, ipſo iure nullus, adeo vt impugnari poſſit ab eo, qui illum fecit.conſilio 173.numero.15.folio 199

Actus determinatur ſecundum cauſam, ob quam geritur. conſil. 174.nn.29.fol.206

Actus cenſetur nullus ipſo iure: cum ſtatutum diſpoſitioni reſiſtat, & perſonas coniugum inhabilitet.conſil.189.nume. 11. folio 256

Actus omnis perit: cum quid fuerit omiſſum, quod requiritur de forma: nam in dubio cenſetur ſubſtantialis. conſil. 200. nume. 112.cum ſeq.folio 299

Actum gerens in præſentia illorum, quorum intereſt, omnem culpam & dolum excludit. conſ.193.nu.25.f. 269

Actu à lege permiſſo, omnia, ex quibus ad permiſſum peruenitur conceſſa cenſentur. conſ.141.nn.15.fol.88

Actuum repetitio operatur: vt procurator legitimè actus feciſſe dicatur, & maximè cum ita præſumendo, Principis actus ſuſtinetur. conſ. 150.nu.90.fol.117

Aditio hæreditatis in veritate nititur. conſ. 195.n.20.f.279

Adiudicatio in re æſtimatione maior vero credito non reſcinditur, ** ſi tantum ſit petitum creditum verum, ex ** crebriori. conſi.184.num.38.folio 280

Adiuncti ratione multa admittuntur, quæ aliter non admitterentur.conſ.176.nu.46.folio 211

Adminiſtrans negotia aliena ad quę teneatur. conſi.133.nume. 45.folio 56

Adminiſtrans bona Principis & effectus diues, non præſumitur magis ex pecunia Principis acquirere quàm ex alijs extorſionibus. conſi.209.num.28 folio 336

Adminiſtratio ei competit, cui acquiritur vſusfructus.conſi.133 num.59.fol.56

Adminiſtratio penes vnum beneficij, & penes alium beneficium eſſe poteſt.conſ.178.nu.37.fol.217

Adminiſtratione & bonorum poſſeſſione non priuatur hæres in lucem proditus, pendente tempore, quo ſibi ſtatuitur ad deliberandum. conſi.133.nu.4.fol.54

Adminiſtrator quilibet & procurator de neglectis per eum & eius officiales tenetur. conſi.193.num.1.f.268

Adminiſtrator ex mala electione obligatur: cum nomine abſentis aliquid recipiat. ibid.num.42.folio 270

Adminiſtrator & tutor iudicatur, ille, cuius cuſtodiæ & gubernio commiſſa ſunt bona per teſtatorem, etiam quòd id non ſit * expreſſum, ex * communi. conſi.133.nu.46.folio 56

Adminiſtratori legitimo Principis qualibet obedientia debetur. conſi.147.nn.3.folio 103

Adulterium, ſtuprum & ſimilia difficilis probationis directò pro * bari nequeunt, ex * communi. conſ.218.nn.1.folio 364

Adulterium impropriè dicitur iure canonico: cum alter coniunx à fide præſtita recedit. ibidem,nn.16.folio 365

Aduocatus emptor repetit ſuccumbens à venditore expenſas, quas in alio aduocato feciſſet, ſi hæc clauſula, promiſit expenſas &c. addita fuiſſet. conſ.184.nu.28.folio 239

Aedificium cedit ſolo Eccleſiæ & ſolum ædificio conſtructo & bonis Eccleſiæ. conſ. 178.nu.16.folio 216

Aequalitas in iudicijs ſeruatur. conſ.129.nu.25.fol.28

Aequalitas inter filios ſeruanda. conſ.164.nu.21.fol. 171

Aequalitas inter fratres eſt ſeruanda, prout ad hoc lex hortatur patres ac cæteros omnes. conſ.173.nu.33.fol.200

Aequa-

* Aequalitas in legatis ſimilibus ſeruari debet, ex * dicto communi. conſ.189.nu.95.folio 258

Aequalitatis ſeruandæ cauſa ſolet fieri qualibet interpretatio. conſi.150.num.10.folio 188

Aequiparatio facti ceſſat ad ius dubium, vbi non eſt probabile vel obſcurum. conſ.129.nu.55.folio 31

Aes alienum minoris inſtare debet: vt fiat alienatio, conſil. 158. num.25.folio 148

Aes alienum ante omnia detrahitur. conſ.164.nu.2.f.170

Aes alienum minuit legata & legitimam. conſi.167.num.45.folio 183

Aeſtimatio pro re permutanda interueniens permutationem in emptionem commutat. conſ.149.num.31.fol.111

Aeſtimatione melioramentorum bonorum fideicommiſſi attenditur ad incommodum hæredis detrahentis, quando impenſa eſt minor quàm æſtimatio. conſ.151.nu. 140.folio 128

Aeſtimatio emphyteuſis debetur monaſterio, ſi res non debeatur cum illam conſequi, & intra annum vendere poſſit. conſi.199 num.31. Quod procedit: vt infra de conſuetudine, num.44. folio 293

Aeſtimatio attenditur, vbi res deſinit, vel conſumitur. ibidem, num.36.folio 292

Aeſtimatio debetur eccleſiæ, ſi ei legetur, vel donetur emphyteuſis, ſecus ſi per viam ingreſſus alicuius ſit iure vniuerſali, ibidem, nu.39

Aeſtimatio vbi conſideratur, illa eſt in obligatione. ibidem, nume. 46.folio 293

* Aeſtimatio non debetur in emphyteuſi eccleſia relicta, ex * communi. ibid.nu.53.folio 194

Aeſtimator partis contra ipſam valorem rei probat, & eo magis ſi duo concorditer à partibus electi id faciant. conſ.184.nu. 7.folio 283

Aeſtimatores vice arbitratorum funguntur; à quorum ſententia non appellatur, ſed tantũ petitur reductio boni viri. ibi.nu.10

Aetas perfecta quæ dicatur. conſi.133.num.52. folio 56

Aetas annorum 14. tam iure Cæſareo quam Pontificio requiritur in maſculo ad hoc: vt ſit idoneus matrimonio. conſil.151. num.75.fol.124

* Affectus in crimine læſæ Maieſtatis punitur, ſicut effectus, ex * communi. conſ.147.num.25.fol.104

Affinis à teſtificando repellitur. conſ.175. nu. 27.fol.207

Affirmans, quẽ eſſe vſurarium, tenetur id legitimè probare, maximè in criminalibus, conſ.135.nu.13.folio 61

Agens nomine alieno puniri ipſe non debet. conſ.135.n.20.f.61

Agens reintegranda probat ſuam antiquiorem, & aduerſarij iuniorem, ex * communi. * conſ.140.num.1.folio 84

Agens ad caducitatem ex lapſu temporis inueſtituræ, quæ vt odioſa eſt reſtringenda, probare debet clarè, ipſam caducitatem incurſam eſſe, omniaque ex parte ſua adimpleuiſſe, ex * * communi. conſi.143.nu.30.folio 94

Agens ſine actione repellitur. conſ.160.num.37.fol.154

Agens remedio, vti poſſidetis, tenetur probare ſuam poſſeſſionẽ, etiam tempore litis conteſtatæ, & aduerſarij turbationem; conſ.190.nu.1.fol.260

Aggeres facti ex conſenſu & participatione dominorum, prædia vicina poſſidentium, cenſentur facti iure familiaritatis & precariò. conſi.156.nu.43.folio 141

Aggerum fluminum conſtructio vtiliſſima, conſi. 186. nume.2. folio 246

Agnatus maſculus in dubio, quando vocatus eſt, proximior de domo in gradu excludit fœminam, conſ.157.nu 56.fol.145

Agnati dicuntur contra filiam legitimi contradictores, vbi incontinenti de illorum iure docent, ex * communi, conſi. 129. nu. * 64.folio 32

Agnati non ſunt nominandi in legitimatione, vbi filius cum patris aſſenſu legitimatur. ibidem, nume.70. nec citandi excom-** munioris, num.96.folio 33.

Agnati vſque ad quartum gradum vnà cum filijs excluduntur à feudo amiſſo ob delictum vaſalli commiſſum extra perſonam ** domini ex ** communiori, licèt ex vna communi non excludantur, ſed deſcendentes tantùm. conſ.148.nu.7.folio 106

Agnati ſunt pater & frater, non obſtante emancipatione. conſil. 208.nu.2.folio 331

Aggreſſorem aliquem fuiſſe, vnico teſte fiſci probatur. conſ. 154. num.14.folio 137

Alciati ac Simonetæ lapſus, dum nolunt rem certam per viam ſucceſſionis dari poſſe, niſi mediante donatione vel contractu. conſ.136.num.43.folio 67

Alciati dictum in conſ 114. reprehenditur licet de magis communi atteſtetur. ibi.nu.96.& quare num.ſeq.folio 68

* Alienata per hæredes primo loco in quartas imputantur ex * communi, quod procedit etiam, quòd alienata eſſent voluntariè & per viam ſimplicis donationis. conſ.151.nu.85.f.125

Alienatio dici non poteſt, ſed mera præcedentis conceſſionis executio, cum eccleſia rem infeudari ſolitam ſibi deuolutam conce-* dit alicui ſine vlla ſolennitate, ex * communi. conſi.127.num. 77.folio 17

Alienatio vtilis dominij fieri poteſt per eccleſiam abſque ſolennitatibus in alienationibus fieri ſolitis, licèt aliàs in alienatione directi & vtilis dominij, ſimul nec etiam ex conſuetudine * remitti poſſint, ex * communi. ibid.nu.121.folio 20

Alienatio filio ad tempus prohibetur, etiam in legitima & Tre-** bellianica, ex ** communiori. conſ.140.nu.10.fol.84

Alienatio & ſubinfeudatio qualiter inter ſe differant. conſ.150. num.68 folio 116

Alienatio, quando fit pro vtilitate hæreditatis, non poteſt grauato imputari in quartam, ibi.nu.12. quod intellige, vt nu.137

Alienatio commenſuratur cum cauſa, propter quam eſt licita, vbi aliàs prohiberetur. ibid.nu.134.folio 127

Alienatio facta ſecundum mentem fideicommittentis non retractatur, ibi.nu.135. quod intellige, vt ibi.

Alienatio neceſſaria admittitur in minore ſine decreto. conſ.158 nu.22.folio 148

Alienatio ciuium non fit in æquiparem, niſi de ciuium conſenſu, * ex * communi, conſ.160.nu.3.f.152

Alienatio Principis in maximam ſtatus diminutionem reuocatur, licet in vim contractus oneroſi fuerit facta. ibidem, nu. 35.folio 154

* Alienatio vaſallorum, caſtrorum, & iuriſdictionis licita eſt, ſi mo-** dica læſio reſultet ſucceſſori in principatu ex ** communiori ibid.nu.80.folio 158

Alienatio non dicitur, vbi fit reſeruatio directi & ſuperioritatis Domini. ibid.nu.85.& 88

Alienatio fraudoloſa ex teſtib. probatur. conſ.165.nu.32.f. 175

Alienatio facta adhibitio aſſenſu Domini redditur nulla, deficiente aſſenſu. ibid.nu.46.f.176

Alienatio feudi ſine aſſenſu Domini corruit, ipſo Domino ſic de-* clarante, ex * communi. conſ.173.nu.81.folio 202

Alienatio fideicommiſſi pro dotis reſtitutione fit ad perpetuam * ſubſtitutorum excluſionem, ex * cõi. conſi.180.nu.15.fo. 223

Alienatio fideicommiſſi fit tantùm in ſubſidium aliorum bono-* rum, ex * communi. ibid.num.20

* Alienatio fideicommiſſi etiam antiquitus prohibebatur, ex * communi. ibid.nu.47.folio 225

Alienatione rei obnoxiæ ex inueſtitura permiſſa, intelligitur quo ad aſſenſum tantum non cætera, quæ omnia ſeruari debent, & laudemium ſolui. conſ.137.nu.21.folio 71

Alienationis prohibitio non comprehendit alienationem, quæ non eſt contra rationem teſtatoris. conſ.151.nu.11.fol.121

Alienationem prohibere aliud eſt extra familiam aliud prohibere ne alienetur in aliquas perſonas, præterquàm ſuas. conſ. 157. nu.37.folio 144

Alienationis prohibitio dicitur realis, licet verba ſint directa ad perſonam, quando adeſt ratio: vt bona remaneant in totum in familia. conſ.173.nu.2.f. 198

Alienatione partis feudi vel emphyteuſis eccleſia ſequuta in aliquem ex conſortib. totum feudum vel emphyteuſis eo mortuo reuertitur ad cohæredes. ibi.n.8. quod procedit, vt infra nu.57

Alienationes fideicommiſſi iure Codicis ſunt prohibita. conſ.180. num.2.folio 222

Alienatio rei fideicommiſſariæ tenet, viuo alienante, at ipſo decedente, vel conditione verificata annihilatur. conſil. 221 nume. 28. folio 371
Alienationes, quæ fieri poſſunt ſine Domini aſſenſu, vel cum clauſula, ab habita & c. ſtatim tamen factæ debent Domino notificari. & illi laudemia ſolui. conſ. 181. nu. 15 fol. 229
Alienans rem prohibitam alienari ſub prætextu vtilitatis, an grauato præiudicet in quarta. conſ. 151. nu. 137. f. 127
Alienans pro meliorando vel debito ex ſoluendo, pretium in tales cauſas conuertere debet, quatenus hæc melioratio & æs alienum requirat. ibid. nu. 138. fol. 128
Alienans feudum nunquam contra alienationem venire poteſt. conſi. 173. nu. 82. folio 202
Alienare prohibetur prælatus bona, quæ tantùm ſunt de menſa. conſ. 127 nu. 108. folio 19
Alienari non poſſunt bona filij citra aſſenſum patris, etiam quòd pater in eis non habeas vſumfructum, vbi ratio aſſignatur. conſi. 133. nu. 36. folio 55
Alienari poteſt ſine licentia res conceſſa pro quibuſcunque hæredibus. conſ. 137. nu. 47. folio 72
Alienari non poſſunt res reſtitutioni ſuppoſita per hæredes, niſi voluntariè. conſi. 151. nu. 98. fol. 126
Alienari poſſunt caſtra & feuda, ſi id contractum ſit. conſ. 160. num. 83. folio 158
Alimenta, ſeu intereſſe dotis non taxantur minus quinque pro ſingulis centum. conſ. 132. nu. 5. folio 48
*Alimenta in domo grauati præſtantur, fortius ſi id teſtator mandat, ex * communi.* conſ. 210. nu. 1. fallit vt infra. fol. 337 *
Alimenta ſimpliciter legata extra domum grauati debentur. ibi. num. 6
*Alimenta petuntur extra domum, vbi aliquo modo ſtat per grauatum, vel cauſa eſt impedimenti non præſtationis in domo, ex * communi.* ibid. num. 9 *
Alimenta debita ex lege debentur, etſi præterita. ibid. nu. 10
Alius pro alio in vniuerſitate promittere nequit. conſil. 159. nu. 18. folio 150
Allegans, donationem reuocari poſſe, id probare tenetur. conſil. 126. nu. 139 folio 69
Allegans vectigalia noua, atque nouationem gabellarum, illam manifeſtè probare debet. conſi. 190. nu. 4. folio 260
Allegant i conſuetudinem, quæ facti eſt, eam probare debet. conſ. 171. nu. 50 folio 194
*Allegant i bona adeſſe, ex quibus dos ſolui poteſt extro fideicommiſſum, onus probandi incumbit, ex * communi. conſi. 180. nu. 22. folio 223* *
Allegant i errorem in feudis onus probandi incumbit: cum ſimplex authentico & vltima renouatio probet. conſ. 150. nume. 11. folio 114
Allegant i, quem non duxiſſe vxorem intra ſtatutum tempus, incumbit onus probandi. conſ. 155 nu. 58. fol. 123
Allegant i melioramẽta onus probandi incũbit. ibi. n. 139. fo. 128
Allegant i iracundiam, ſuggeſtionem & errorem incumbit onus probandi. conſi. 213. num. 32. ſimiliter allegant i fraudem. conſ. 165. nu. 3. folio 173
*Allocutio Domini ad aurem ſerui, ſequuto homicidio, mandatum indicat, ex ** communiori, conſ. 216. nu. 30. tribus tamen concurrentibus, nu. 83. fol. 354* **
Alteratio in ſubinfeudatione non præſumitur, niſi probetur. conſi. 150. nu. 57. folio 116
Alternatiua menſium Epiſcopis conceſſa primo per Paulum II. anno 1470. & reſidentibus demum confirmata à Leone X. anno 1514. conſ. 126. nu. 101. fol. 10
*Altiorem ne requirat indaginem, hoc Iudicis arbitrio remitti, ex communi.** conſ. 129. nu. 71. folio 33 *
Ambulatoria eſt hominis voluntas vſque ad mortem. conſilio 135. nu. 76.
Amicitia in dubio præſumitur. conſ. 146. num. 15. folio 102
Amicus non agit contro amicum doloſè. conſ. 192. nu. 14. f. 265
Amiſſio libri rationum probanda eſt, non tamen per iuramentum adminiſtrantis. conſ. 130. nu. 8. folio 36
Amor nullus vincit paternum. conſ. 133. nu. 54. folio 56
Animus ex quibus bonus dignoſcatur. conſ. 146. nu. 16. fol. 102
Animus ab initio emendi & vendendi in contractibus adfuiſſe, probatur ex coniecturis. conſ. 153. nu. 19. folio 135
Annatæ ſecundùm Gallos prætextu belli ſacri vltramarini inuentæ, licèt falſum: quia conceſſæ exemplo decimarum beneficiorum, quæ concedebantur pro bellis, & ſimilibus cauſis. conſil. 126. num. 69. folio 8
Annatæ: quia medios fructus tantùm continent, a quibuſdam mediæ annatæ nuncupantur. ibid. num. 47
Annatas fuiſſe tempore concilij Viennenſis & ante, error eſt. ibid. num. 71
Annatas ſeu primos fructus ſolui Cameræ ſtatuit Bonifacius Nonus anno 1389. ibid. num. 73
Annatas non ſoluentes puniuntur diuerſis conſtitutionibus. ibid. num. 87
*Annus & dies ad petendam inueſtituram non reſtringitur per Dominum ex * communi.* conſ. 225. nu. 168. fol. 392 *
Anni decem in maſculo, ad obliuionem inducendam, conſiderantur. conſ. 143. nu. 50. f. 95
*Annua ſolutio onus reale denotans propriæ feudi naturæ repugnat, ex ** magis communi.* conſ. 127. nu. 18. fol. 14 **
Annuæ quantitatis præſtatio magis emphyteuſim ſapit, quàm feudum. ibid. nu. 124. fol. 21
Annotatio in libro Archiui ſcientiam præſumi facit. conſilio 174 num. 15. folio 204
*Antiquum redditur feudum: cum ex cauſa veteri creditur, ex communi.** conſ. 225. nu. 92. folio 386 *
Apocarum & ſcripturarũ identitas ex cauſa & quantitate inducitur. conſ. 182. nu. 28. fo. 233
Apoſtata & viuens extra clauſtra monaſterij ſui non eſt in teſtem admittendus. conſ. 153. nu. 11. folio 135
Apparitores ſunt, qui ſtant penes Iudicem: vt comparentes aſtringant. conſ. 152. nu. 2. fol. 129
Appellatio communis eſt, & eam exercet tam appellatus quàm appellans. conſ. 145. num. 1. quod qualiter intelligatur num. 31 folio 99
Appellatio limitato aduerſario non prodeſt. ibi. nu. 21. folio 100
Appellatio ab vno capite ſententiæ non prodeſt quoad alia ſeparata. conſ. 176. num. 47. fo. 211
Appellatio ſuſpendit totum iudicatum, etſi in parte eſſe conformis ſententia cum alijs. conſi. 219. nu. 12. fol. 366
Appellatio communis non prodeſt alteri, cum dicitur, quatenus contra ſe eſt. ibid. num. 48
45 *Dignitates in cathedralibus Rectoriæ maioris & ſimilia per Epiſcopum cum capituli conſenſu conferuntur. fallit in caſibus aliquibus, ut ibi in inferioribus uero ad præſentationem Prælati eorum, num. 46.*

46 Pra-

46 Prælati Eccleſiarum collegiatarum à ſuis tantum collegijs deliguntur.

47 Patroni præſentant ad beneficia, & Epiſcopi inſtituunt.

48 Pontifex dicitur ordinarius omnium ordinariorum, & confert etiam non vacans beneficium, & ceſſante aliorum negligendia.

49 Mantata de prouidendo tempore Innocentij tertij tantum anno Chriſti 1200. adinuenta.

50 Literæ ſub diuerſis formis ad beneficia vacatura.

51 Gratiæ ad vacatura, & vacantia differunt, & gratia ſi neutri, ac rationi congruit, ne vacante prouident.

52 Concilium Viennenſe anno. 1311. ſub Cleméte Quinto.

53 Expectatiuarum formulæ inuentæ tépore Concilij Viennenſis anno. 1311.

54 Pontifices creati ob gratias expectatiuas, prædeceſſorum reſeruationes ſtatim reuocabant, & nouas conſtituebant.

55 Epiſcopatus antiquitus raro, & niſi ex cauſa reſeruabantur.

56 Commendabantur Eccleſiæ antiquitus anno. 585. licèt raro, & ad Eccleſiæ vtilitatem, donec de idoneo prouideretur, & beneficia ſimplicia ad ſex menſes.

57 Commendæ beneficiorum regulatæ à Gregorio decimo anno 1272.

58 Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio decimo quingentorum Epiſcoporũ memoratu dignũ.

59 Commendæ paſſim ad vitam prouiſio conceſſæ titulo beneficiorum æquiperabantur anno. 1300.

60 Commendarum titulus ſicut aliorum beneficiorum fuit frequens ad annum 1307.

61 Commendæ ob mala reuocatæ fuerunt à Clemẽte Quinto anno 1305. vel ab Innocentio ſexto anno 1352.

62 Expectatiuæ, & reſeruationes differunt inter ſe.

63 Reſeruatio fit vel fructuum, vel beneficiorum.

64 Fructus primi anni tantum beneficij vacantis reſeruarunt Pontifices ad perſoluenda debita Epiſcopi defuncti.

65 Fructus beneficij vacantis ad quinquennium concedi fabricæ, pio uſui, vel alicui ex priuilegio poſſe voluit Bonifacius octauus anno 1294.

66 Reſeruati fructus ad aliquem effectum annalia per Ioannem vigeſimum ſecundum appellantur, qui mandat ne ſucceſſor fructibus omnibus priuetur, partim eidem dari, & reliquum ei, ad cuius fauorem eſt reſeruatio facta.

67 Ioannes xxij. primus omnium fructus omnes primi anni beneficiorum vacantium, quorum collatio erat ſedi reſeruata, ſibi ad tempus anni reſeruat, ſed poſtea reſeruationem prorogat ad extremum vitæ, ita vt omnium annorum fructus collegerint.

68 Ioannes xxij. ſedem Petri per decem & octo annos tenet.

69 Annatæ ſecundum Gallos prætextu belli ſacri vltramarini inuentæ, licèt falſum, quia conceſſæ exemplo decimarum beneficiorum, quæ concedebantur pro bellis, & ſimilibus cauſis.

70 Decimæ decimarum iure diuino ſummo ſacerdoti debentur, ita & Pontifici debere primos fructus, ſeu annatas non inconuenit.

71 Annatas fuiſſe tempore Concilij Vienenſis, & ante, error eſt.

72 Ioannes Andreas in facultate iuris Pontificij polluit anno 1332.

73 Annatas, ſeu primos fructus ſolui Cameræ primus ſtatuit Bonifacius nonus anno. 1389.

74 Annatæ, quia medios tantum fructus continent, à quibuſdam mediæ annatæ nuncupantur.

75 Schiſma xxvi. in Eccleſiæ tẽpore Bonifacij noni anno 1400.

76 Regula cancellariæ, quòd literæ non expediantur, niſi ſolutis annatis, vel præſtita cautione de ſoluendo, fuit primo a Gregorio vndecimo, & ab Vrbano ſexto conſtituta, & anno 1380.

77 Libri taxarum Cameræ Apoſtolicæ inuenti tẽpore Ioannis vigeſimiſecundi.

78 Florenum cudi iuſſit primo Ioannes xxij.

79 Valorem eſſe exprimendum ex regula cancellariæ author fuit Vrbanus ſextus, & ſi alij id attribuant Vrbano quarto.

80 Beneficiorum fructus accipi non debent literis non expeditis, nec poſſeſſio ex conſtitutione Iulij tertij anno 1551.

81 Decimæ taxatio in Gallia reducta ad medietatem fuit per Vrbanum quintum, & Gregorium vndecimum anno. 1361.

82 Valorem verum exprimendum computatis diſtributionibus, Martinus Quintus ſtatuit anno 1447. ſed in ſolutione annatarum aliquid pro eis ſolui prohibuit.

83 Datum pro annatis non eſt pro beneficio contraius diuinum, ſed onus vacaturo beneficio impoſitum.

84 Concilium Baſilienſe confirmatum in pragmatica Caroli ſeptimi Gallorum Regis contra annatas ſtatuit, ſed id à Pontificibus deteſtatum fuit.

85 Concordata Galliæ à Leone decimo ordinata anno. 1516.

86 Pactata cum Germanis tempore Nicolai quinti ſtatuta.

87 Annatas non ſoluentes puniuntur diuerſis cõſtitutionibus.

88 Quindennium, ſeu quòd quintodecimo anno ſoluantur annatæ ex beneficijs vnitis, fuit introductum à Paulo ſecundo anno 1464.

89 Penſionarij ad ratam ſoluunt annatas.

90 Penſiones qua de cauſa conceſſæ, & quo tempore inuentæ.

91 Penſiones, & regreſſus extinguntur partium conſenſu citra Pontificis auctoritatem.

92 Reſeruationes beneficiorum ſuper certo beneficio, & certa perſona, fuerunt tempore Innocentij Tertij anno Chriſti. 1200.

93 Beneficia uacantia in curia reſeruari primus ſtatuit Clemens tertius anno. 1188.

94 Cancellaria apoſtolica fuit temporibus Lucij tertij anno. 1181.

95 Joannes 22. primus generaliter beneficia electiua reſeruat, & alias dignitates in multis prouincijs.

96 Reſeruantur beneficia per incompatibilitatem uacantia per Clementem ſextum anno. 1342

97 Beneficia Cardinalium, & officialium reſeruata primo ab Vrbano Quinto.

98 Reſeruationes in Gallia, & Germania nunquàm admiſſæ.

99 Pragmatica ſanctio anno. 1438. promulgata a Carolo ſeptimo tempore Eugenij quarti, reprobataque à Leone decimo anno. 1516.

100 Expectatiuæ ad fauorem Epiſcoporum primo moderatæ ſub Clemente quinto.

101 Alternatiuæ mẽſium Epiſcopis cõceſſæ, primo per Paulum ſecundum anno. 1470. & reſidẽtibus demum confirmatæ à Leone decimo anno. 1514. nu. 102.

102 Menſes quatuor Epiſcopis, & ſex Pontificibus remiſſi in diſpenſatione beneficiorum, fuerunt primo ſub Nicolao quinto conceſſi anno. 1447.

103 Epiſcopi reſidẽtes hodie alternatiua menſium utuntur.

CONSILIVM CXXVI.

TRINITAS ADSIT.

CVM Nihil ſit aptius vitæ, nihil ad bene viuendum accõmodatius, nec id ad voluptates refero, ſed ad cõmunitate vitæ, atque victus, remiſſionẽque animorũ, quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuijs dulciſſimus, nonnunquam tu longè omnium, quicunque fuerunt, in Oecumenico Tridentino Concilio Legatorum Princeps Hercules Gonzaga Ampliſſimus Cardinalis grauitatis exhilarandę gratia quoſdam, qui cæteris (nam mirificè fauebas ingenijs) doctrina, & ſcientia pręſtarent, vt tecum viuerent inuitabas, & quippe qui viam virtutis teneres, vt in conuiuijs fieri ſolet, quando incidunt in ſermone vario multa, dummodo nec inſulſa, nec illiterata eſſe viderentur, ne nullus ſine linea dies eſſet, poſt cibum, quod haberet naturam ambigendi, de quo quęri, & diſceptari poſſet, vel amplius deliberandum videretur, in medium proponebas, operæ pretium eſſe videbatur, eos viros doctos, ac eruditos, qui eſſent à te vocati, in ſtudio bonarum artium, ac literarum ſacrarum maximè verſatos, quàm attentiſſime audiri debere, attamen tu omnium clariſſimus, quem etiam literatiſſimum fuiſſe iudico, quia haberes peracre iudicium, & tritas aures notandi eorum virorum quæſtiunculis, & conſuetudine legendi, aliquando contra ita diſſerebas, vt quiuis facile perſpicere potuerit, te tum quęrendo, tum etiam docendo non ſolum ex ijs collocutionibus magnum fructum, ac delectationem capere voluiſſe, ſed etiã omnium rerum cognitionis declaraſſe te peritiſſimum fuiſſe: vitam ſic egregie traducebas tu vir prudentiſſimus, & Legatus grauiſſimus. Mihi præcipuæ vni ex tuis intimis, & familiaribus ſub te merenti, qui ſemper ſermonibus quotidianis intereſſem, & aliquando

do

Digitized by Google

do præeſſem, & qui te talem, ac tantum Antiſtitem ante omnes aſſidue colerem, & obſeruarem, onus hoc à te mei ſtudioſiſſimo huiuſmodi rei percupido impoſitum fuit, ſcilicet ut ſcriptis traderem.

Qua forma per mille quingentos ſexaginta annos à Saluatore mundi nato creationes Pontificum, electiones Epiſcoporum, nec non beneficiorum inferiorum collationes ſint progreſſæ.

Vt igitur mandata tua Illuſtriſſime, ac Ampliſſime Concilij huius Tridentini Præſes exequar, quæ mihi ſuccurrerent, ea tanquam à te inuitatus, exponam quàm breuiſſimè potero.

In Summi Pontificis creatione tria tempora & ſex præcipuè modi conſtituuntur.

Primum tempus efficitur quingentorum annorum à Chriſto nato, in quo

1 Primo, ut plurimum † Epiſcopi Romæ, ſeu Summi Pontifices Petri ſucceſſores inſtituti, & conſecrati fuerunt à Comprouincialibus Epiſcopis ad Cleri Romani electionem, ac populi, & Imperatoris conſenſum. quod ex decretalibus Stephani, & Gelaſij, ac præclaris ſanctorum, aliorumque dictis, & geſtis colligitur, & habetur in libro Pontificali, quod à noſtris Iuriſperitis decretum nuncupatur, cap. plebs. cap. noſce in fin. cap. cum longe in fin. & per totam 63. diſtinction. refert Aimar. Riual. ſua hiſtoria iuris ciuilis, & canon. in ultima parte, num. 3

Secundo nonnulli quoque tunc ex ſimplici renunciatione, ſeu ſola Epiſcoporum Romæ
2 decedentium nominatione, † Pontificatum ſunt adepti, vt

Clemens poſt Petrum.
Ciriacus ab Anthero.
Marcellus à Liberio.
Liberius a Leone quarto.

Cæleſtinus a Bonifacio, & ſimiles ex eodem decreto in cap. ſi Petrus. c. ſi Moyſes. 8. q. 1. Gomeſ. in regu. cancel. de infir. reſignant. q. prima. in fin. hoc tamen vltimum abrogatum fuit per Hilarium primum anno ſalutis 461. mandantem de cætero, ne quis ſibi Pontificem in ſucceſſorem deligeret, quod nos alias recenſuimus in conſ. 108. lib. 1.

Secundum eſt annorum quingentorum ſubſequentium, & interim.

3 Primò obſeruatum fuit, quòd † Epiſcopi proponerent, ſeu conſtituerent Pontificem ad electionem Cleri, ad populi conſenſum, & Imperatoris (ad tollendas hæreticorum, & ſchiſmaticorum temeritates, & audacias) confirmationem. c. vota. d. c. cum longe. 63. diſtinct.

4 Secundò, vt quandoque ab † Imperatoribus tantum ex authoritate ſibi ipſis per Pontifices, & concilia attributa, Pontifices deligerentur, & crearentur, prout Adrianus primus anno 780. & Leo octauus anno 968. Carolo, & Ottoni primo Imperatoribus conceſſerunt, cap. in ſynodo. ca. Adrianus 63. diſtin. Verum hæc omnia Cleri inquam, populique interuentum, Imperatoris neceſſariam confirmationem, ac ſolã ipſius Pontificum delectionem abrogata decretis Pontificum cõtrariis fuiſſe certum eſt, ex Alfonſ. Aluarez. in Specul. Summo Pontif. Impe. ac Regum cap. 1. num. 26.

Tertio Imperator Otto ſecundus anno Chriſti 968. ob populi, & Cleri inconſtantiam in deligendis Pontificibus omnem facultatem ab eis eripuit. vt Platina in vita Leonis octaui.

5 † Adrianus verò tertius Pontifex maximus anno 895. decreuit de cætero Pontifices eligendos abſque conſenſu, interuentu, ac confirmatione Imperatoris c. cum Adrianus. & cap. ſeq. 63. diſtinct. & ſi id prius conſtitutum fuerat à Conſtantino quarto Imperatore ob Benedicti ſecundi ſanctitatem anno 708. approbatum à Ludouico primo ſub Paſchali primo anno 841. vt in ca. ego Ludouicus 93. diſtinct. quod tandem iureiurando conſtrictum fuit ſub Paſchali ſecundo ab Henrico Imperatore huius nominis quarto anno 1110. ut ex Polono de geſtis ipſius Paſchalis colligitur, Riualio vbi ſupra num. 4. Franc. Marc. deciſ. delfin. 936. cum ſeq. prima parte. & ab aliis Hiſtoriographis. Hæc quamuis abrogata, effectum tamen ſunt ſortita ad annum Chriſti 1150. quod Platina in vita Gregorij noni oſtendit, quando ferè in omni Pontificum electione ad illa tempora, & Clerus, & Imperator interuenerint.

Tertium conſtituo tempus ab anno Milleſimo citra cuius.

Primus extitit modus, dum Pontifices ad totius Cleri Romani electionem creabantur, in quo Clericorum numero, cum adeſſent Cardinales, Epiſcopi, & alij, decretum fuit per Ste-
6 phanum nonum anno 1057. vt vnus ex † Cardinalibus deligeretur ad Cleri conſenſum. cap. oportebat. 79. diſtinct. & per Nicolaum ſecundum additum anno 1059. vt Cardinales Epiſcopi prius de electione tractarent. demum alij Cardinales conuocarentur, indeque fieret ad Cleri, & omnium aſſenſionem, atque approbationem Papæ electio. c. in nomine 23. diſtinct. Glo. in c. 1. & c. ſi duo 79. diſt.

Secundus fuit modus, ritusve, qui & in pſen-
7 tia adhuc pſiſtit, vt † Cardinales ſoli, vel duæ eorum partes eligerent Pontificem, omiſſo quarũcunq; pſonarum interuentu, conſenſu, & cõfirmatione, quod quidem decretũ fuit ab Alexandro 3. in Concil. Lateran. anno 1180. de quo inter Pontificum decretales ſub tit. de elect. c. licèt cui conſtitutioni demum plures aliæ diuerſorum Pontificum ſuperadditæ ſunt, nempè illa Gregorij X. anno 1271. deſcripta in c. vb. periculum, de elec. in 6. ordinantis formã cõclauis, & electionis faciendæ, Clementis V. in Cõcilio Viennen. anno 1311. repoſita in Clem. ne Ro-

mani, de elect. decidentis nonnulla in priorib. conſtitutionib. dimiſſa, & Iulij II. contra appetẽtes Papatũ ſymoniace, incipit, Cũ tàm diuino, quàm humano, Videaturq; Alfonſ. Aluarez. in ſpecul. ſum. Pont. Imp. & Regũ. c. 1. nu. 26. ac Illuſtr. & Reuerend. Cardinalis Albanus tract. de Card. q. 11. & in l. frater à fratre, nu. 5. ff. de cõd. indeb. quo loco cõi * calculo receptũ inquit, ſola electione ad curam Eccleſiæ vniuerſalis, vnũ ex Cardinalib. in Põtificem aſſumi, ſcripſi aliàs conſ. 108. lib. 1. quę conſtitutiones, ac oĩa, quia inciſa ſunt, legi ab uno quoq;, & cõſiderari poſſunt. Hæ e. n. Põtificum varia fuit electio ꝑ tpe, ſed hãc vltimã Eccleſię Catholicę, & fidei Chriſtianæ magis ſalutarem cuſtodiat ad ſempiternas ſeculorum ætates Omnipotens Deus.

Circa Epiſcoporum electiones duo tantum conſtituo tempora, primum annorum mille, alterum quingentorum.

8 In primo, & ſi iure olim oĩum † Epatuum, & ſuperiorũ dignitatum vniuersè diſpoſitio ad Papã Petri ſucceſſorẽ ſpectaret, erectis tñ Eccleſijs Cathedralibus obſeruatum regulariter cognoſco † Eporum populi ſuffragijs, & qñq; aſſenſu totius Cleri ipſius Eccleſiæ, cui pficiebantur, electiones, authoritate, & iudicio Metropolitanĩ conſtitui ſolere, & cõſecrari à tribus Epis comprouincialib. pręſentib., ac alijs per literas aſſentientibus, Archiepi vero ab omnibus, qui poterant conuenire cõprouincialibus, adhibito iudicio Patriarchæ, & hoc iuxta ritum ab Apoſtolis traditum, dum Petrus, Philippus, & Iacobus, alterum Iacobum Epiſcopum Hieroſolymitanum, poſt eum Simonem Cananæum ſimul ſtatuerunt, & deinde Saulum, & Barnabã, vt in actis Apoſtol. cap. 1. & 13. canon. 1. Apoſtol. & legitur in cap. porrò 68. diſtinct.

Quæ forma confirmata fuit à Romanis Pontificibus, & Concilijs, ac inſuper eiſdem Epiſcopis inſtituendi alios authoritas tradita, legat vnuſquiſque ſummorum Pontificum geſta.

Anacleti I. epiſtolã ſecundã ann. Chriſti 70.

Aniceti epiſtolam primam anno 154. in ca. Archiepiſcopus 66. diſtinct.

Ioannis primi epiſtolam primam anno 160.

Antheri epiſtolã primam anno 239. videat rurſus Conciliorum decreta.

Concilij Niceni. c. 4. anno Chriſti 315. in c. Epiſcopum. 94. diſt.

Concilij Arelatẽſis primi cap. 5. anno 324. ſub Silueſtro Pontifice.

Concilij Arelatenſis ſecundi. c. 35.

Concilij Antiocheni primi anno 340.

Concilij Laodicenſis primi. c. 12. anno 364.

Concilij Epauenſis c. 1. ſub Gelaſio primo ann. Chriſti 490.

Concilij Aruenienſis. c. 2. anno 538

Concilij Pariſienſis primi. c. 8. anno 557.

Concilij Aurelienſis quinti cap. 11.

Concilij Pariſienſis octaui.

Concilij Cabilionenſis decimi.

Concilij Carthaginenſis quarti. c. 1. in cap. qui Epiſcopus 23. diſtinct.

Leonis epiſtolam 54. aliàs 82. 70. & 90

Symmachi in ſynodo. c. 14.

Boniſacij tertij in Cõcil. Ro. de quo in c. nullus. diſt. 79. Deus dedit Cardinalem lib. 1. in fin.

Concilij Toletani quarti cap. 18. anno 622.

Synodis græcæ Martini Bracarenſis ca. 1. cum ſeq. anno 647.

Concilij Babilonenſis cap. 10. anno 654.

Conſtitutionẽ Caroli Magni à Gratiano deſcriptam in cap. ſacrorum 63. diſt. anno 795.

Nicolai primi Pontificis anno 860. in c. Epiſcopos 63. diſt.

Concilij Conſtantinopolitani octaui vniuerſalis c. 14. anno 867. c. 2. 63. diſt.

Concilij Colonienſis ſub Carolo Craſſo. cap. 1. anno 900.

Cipriani ad Cornelium epiſtolam tertiam & li. 1. epiſtolam quartam, vbi expreſſiſſimè hũc ritum enarrat.

Nec non id quiſq; deſumat ex multis alijs nominatis ab Iuone Carnotẽſe, Brocardo, & Gratianó in decretis ſanctorum patrum Conciliorum, ac Canonum per eos ſupputatis, & in libello Tripar. Hiſtor. li. 11. c. 4. quos omnes recenſere ſuperfluum duxi.

Dixi populis ſuffragijs, & qñq; aſſenſu, cũ or-
10 dinariè † populus non eligeret, nec ipſius intemperantem cupiditatem nulla probitatis ratione habita, ſit Clerus ſequutus, vt ſtatuit.

Concilium Laodicenum c. 13. anno Chriſti. 360. cap. non eſt 63. diſtinct.

Leo primus in c. nulla ratio. 62. diſt. & ſi vt fides chriſtiana augeretur, quandoq; antea tolerasſent, vt plebis arbitratu Epiſcopos clerus eligeret. c. plebs cum ſeq. 63. diſt.

Addidi Eccleſiæ, cui præficiebatur, quia tem-
11 pore Apoſtolorum iam loca, & † Vrbes Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum finibus diſiunctæ erant.

Clemens epiſtola prima.

Anacletus epiſtola prima, & ſecunda in cap. nullus 99. diſt.

Stephanus epiſtola ſecunda. c. 1. diſt. 80.

Anicetus epiſtola ſecunda, & cæteri alibi.

Quod diſpoſitum ab Apoſtolis, congregato
12 concilio præsbyterorum fuit, & electi † epiſcopi, quibus alij obedirent propter ſchiſma multorum, quorum unus tanquam baptizatus a Petro, alter a Paulo pręferri intelligebat, ex Archi. in c. olim 95. diſtin. & in tract. contra hęreticos, Sylua. loco citato par. 2. q. 1. nu. 18.

Subiunxi regulariter.

Primo, quia & ſi Pontifices Romani ex antiquo more in ſua prouincia epos diligerent, vel electos ab alijs confirmarent, ut in omnium Põtificum actis conſpicitur, & ex œcumenico, & probatiſſimo Cõcilio Nicęno primo. cap. 6.

cuilibet

cuilibet Patriarchæ, & prouinciæ ius honoris,
& poteſtatis ſuæ conſeruaretur, d.cap.6.ibi mos
53 antiquus perduret, quandoque tamen † ſoli,
etiam extra illorum prouinciam ob negligẽtiã,
vel inertiam eligentium, ac ſecundum caſus con-
tingentiam epiſcopos elegerunt, ac inſtituerunt.
Nicolaus primus in c.porrò.63.diſ.qui Colo
nienſi, & Treuerẽſi eccleſiæ ꝓuidit, mãdãdo nul-
lũ eligi ad dictas eccleſias antequã fieret relatio
apoſtolatui ſuo, vt hinc iſto tpe reſeruationes
14 † ẽpatuum nonnulli deducant. Thom. inquam
Feltrenſ. in tract. de reſeruat. benef. in primo.
Gregorius idem videtur de Salernitana eccle-
ſia feciſſe in cap. Salernitanæ. eadem diſtinct. ac
de eccleſia Abbtucienſi in c. bene nouit. 61. diſ.
Leo quartus Reatinę prouidit, & Tuſculanæ
c. Reatinæ. 63. diſtin. tradit Ioan. Sylua. tract. de
benef. par. 2. q. 1 num. 17.
15 Ad † Papam enim ſolum tanquam inſtituto-
rem prouiſio omnium epiſcopatuum ſpectabat
c. 1. 21. diſt. Gl. ca. quamquam de elect. in 6. qui
ſolus curam omnium vniuerſalem tenet, & cu-
ius poteſtate nihil ſuperius, nec authoritate ma-
ius. & porrò, vt de induſtria innumeros ſanctos
Pontifices, Theologos, Doctoresq; tum iuris ci-
uilis, tum canonici prætercam, hanc veritatem
dilucidè explicatam cenſeo, ex diuo Bernardo,
qui id teſtatum relinquit in lib. 2. de conſidera-
tion. ad Eugen. Papam. Iann. de Turre Crem.
in c. ſi qui ſunt 81. diſtin. refert nouiſſimè Lel.
Iord. de maior. epiſco. cauſ. ad Papam deferend.
c. 7. & c. 10. per totũ. Alf. Aluarez. in ſuo theſauro
chriſtianæ religionis ca. 1. ferè ꝑ totum, & c. ſeq.
Secũdo regulariter dixi ob Imperatores, Re-
ges, ac laicos, qui ſoli quandoque, vel ex præci-
16 puo iure † epiſcopos delegerunt, hoc euenit ab
anno. 600. citra, dum admitti cęperunt electio-
nes Principum hac de cauſa, vt illorum authori-
tate fulcti hæreticis repugnarent, quod Regi Hi-
ſpaniarum conceſſum videtur per Concilium
Toletanum duodecimum, anno. 680. Ac prętc-
rea quando ex prioilegio facultas inſtituendi,
& inueſtiendi omnes Epiſcopos Imperatoribus,
& Regibus tanquàm de eccleſia benemeriti tra-
dita, conceſſaque fuit per Adrianum primũ Ca-
rolo Magno, & per ſimiles Pontifices, de quibus
in c. Agatho. c. Adrianus, cum ſeq. 63. diſt. & ca.
hinc eſt verſi. quod priuilegium 16. q. 1. Et licèt
ipſis priuilegijs Imperatores renuntiaſſent, vt
cap. ſacrorum. c. ego Ludouicus ead. diſt. 63. cum
tamen pro tempore ſucceſſores ritum ſuũ igno-
rantes, non in numero conſentientium, ſed pri-
mo diſtribuentium, immo exterminantium eſ-
ſe vellent, propterea quod laici quamplurimi in
ditionibus Eccleſiarum ſe in inſinuarent, neceſſe
Patribus fuit ſtatuere, ne ipſis electionib. ſe im-
miſcerẽt, & qui eorũ ſuffragio eccleſias obtinuiſ-
ſent, vel ab eis inueſtiti fuiſſent, anathematis vin-
culo innodarentur. c. quia ſancta. §. verum 63. diſ.
Gregorius Septimus in Concilio generali an.
1070. in c. quoniam inueſtituras. 16. q. 3. quod
rurſus deſumebatur ex Apoſtolorum canone,
Paſchalis, ac Alexandri Pontificum conſtitutio
nibus, de quibus in c. ſi quis Epiſcopus. c. ſi quis
Clericus, cum ſeq. ead. 16. q. 7. Franciſ. Duaren.
ſuo libello de benef. lib. 31. cap. 11.
In ſecundo tempore quingentorum annorũ
ſub triplici forma Epiſcopos delectos video.
Primo fuit iam ſuperiori ſimilis, quæ per du-
centos annos vires obtinuit, vt ſcilicet ad cleri
electionem inſtituerentur Epiſcopi, ſed nũquam
ſine collegij Eccleſiæ, cui præficiebantur, aſſen-
ſu, & voluntate certa, iuxta decretum Lucij ſecũ-
di relatum in c. 1 vbi Abb. n. 2. de elect. qui fuit
anno Chriſti 1174. ſimul. & uoto omnium reli-
gioſorum. c. ſacrorum. c. obeuntibus. 63. diſt. d.
c. 1. vbi Abb. de elect.
17 Secunda, vt † Capitulum, ſeu Canonici Eccle-
ſię Cathedralis tantum, vt in Eccleſijs Treueren-
ſi, Colonienſi, ac Rauenati. Ar. gl. c. porrò. & c.
valentinianus, vbi Præpoſitus Alex. 63. diſt. vel
alia capitula inferiorum Eccleſiarum, nullis alijs
interuenientibus, niſi diuerſum dictaret conſue-
tudo, eligerent Epiſcopum, vel Prælatum ſuum.
Quæ norma conſtituitur ab Innocentio ter-
tio ann. 1198. in c. cum Eccleſia ſutrina, vbi Abb.
nu. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Ac poſtremo à
Concilio Lateranenſi ſub. Innocentio eodẽ cele-
brato anno 1215. cum milletercentum triginta
duobus Prælatis; præſcribendo tempus trium
menſium ad eligendum Prælatos, qualitate eli-
gendorum, formam, ſcrutinium comptomiſſi,
& inſpirationis, nec non modum confirmatio-
nis petendę à ſuperioribus, vel ab ipſo Pontifi-
ce, nempè Abbates ab Epiſcopis, Epiſcopi ab
Archiepiſcopis, Archiepiſcopi à Metropolita-
nis, Metropolitani à Patriarchis, & Patriarchæ à
Põtifice poſt collegiorũ electiones confirmẽtur,
ex Canone. c. quia pp. c. ne ꝓ defectu c. in Gene
ſi. c. cum terra. c. Eccleſia veſtra. 1. & 2. c. cum Ec-
cleſia ſutrina. c. cum in cunctis. c. cum dilectus.
c. cũ Eccleſia Volaterana, vbi Abb. nu. 8. de ele.
latè Car. Paris. conſi. 19. num. 5. vol. 4. Deci. in c.
1. nu. 6. de elec. Lancilot. Cõrad. ſuo tẽplo Iudicũ
in li. 2. c. 1. §. 4. uerſi. 4. Pontifex Maximus. num. 5.
& ſeq. dicens. hęc oĩa intelligenda, niſi conſue-
tudine, vel priuilegio aliter eſſet receptum, non
diſſentit Franc. Duaren. de benef. li. 1. c. 5. & li.
3. c. 4. Rebuf. in concor. de electio. derogat. cum
ſimil.
Hic eligendi modus iuris communis nuncu-
patur, quia ob authoritates dicti Concilij ſup-
putatas in decretalibus Gregorij noni anno
1227. Epiſcopi ab illo tempore citra ordinariè
per canonicos electi fuerunt ad metam ibi de-
ſcriptam, licet poſtea ipſo priuilegio abutentes
ex reſeruationibus electione priuati fuerint, vt
infra Ioan. Betrachi. tract. de Epiſc. 3. par. lib. 1.
in principio, quo loco per ſexaginta quęſtiones
Electionem Epiſcoporũ, & quis, qualis, & quo-

modo eligendus ſit, diſſerit Ioan.de Selua.de beneſ.par.2.q.1.& q.22. Alexandrinus fuſius in c.1.21.diſtinct.

18 Tertium eligendi modum ſubijcio † ex reſeruationibus Summorum Pontificum deſumptũ. quando pontifex ſolus abſque aliorum aſſenſu Epiſcopos, & prælatos eligat, nominet, ſimulq; confirmet, adhibita tamen veteri forma in eorum conſecrationibus.

Iſte modus initium ſumpſit an. chriſti 1305. ſua Clemente quinto, qui primo anno ſui Pontificatus, cum curiam Romanam, & omnium negociorum cauſarumque multitudinẽ, ac varietatem Auenionem trãsferre haberet in animo, Burdegalenſem Eccleſiam vacantem per aſſumptionem ſuo ipſius ad Pontificatum apice, nec non oẽs Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, & omnia beneficia cum cura, vel ſine cura vacantia in cura, Sedi Apoſtolicæ, & ſibi reſeruauit.

Quod a Ioanne Vigeſimoſecundo fuit approbatum, dum anno Chiſti. 1322. per quandam extrauagantem non impreſſam datam Auinone.iii.Kalen.Auguſti Pontificatus anno ſexto, reſeruat de plenitudine poteſtatis Sedi Apoſtolicæ, & ad ipſius arbitrium (vt Eccleſijs, inquit, de Paſtoribus idoneis, & Eccleſiæ Romanæ fidelioribus, & magis deuotis prouideatur) electionem omnium Patriarcarum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Eccleſiarum Collegiatarum, & Abbatiarum tam ſecularium, quam regularium (præter Monialium) quibus per electiones Collegiorum prouidebatur inditione Romanæ Eccleſiæ exiſtentium, in Patriarchatu Aquileienſi, ac in Prouincij Mediolanenſi, Rauenati, Piſana, ac in Liguria, mandando ne de cætero quicunque, cum vacauerint, ad electionem, prouiſionem, & poſtulationem quoquomodo procedant, niſi de ꝓcipua authoritate, & licẽtia Papæ.

Qui Ioannes vigeſimus ſecundus adhuc cum
19 ipſam † reſeruationem ad biennium redegiſſet, ac ad Hetruriam Patriarchatum Grandenſem, & totam Italiam extendiſſet, eam prorogat per alias decretales de biennio in biennium ad extremum vitæ ſuæ.

Idem eueniſſe ſub Benedicto duodecimo legimus, qui per extrauagantem ad regimen in titulo de præbend. editam anno 1335. Sedi Apoſtolicæ reſeruauit electionem omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, &c. & ſimilium dignitatum, & omnium beneficiorum cum cura, vel ſine cura decedentium in cura, vel extra, poenes tamen curiam per duas dietas legales.

Hoc rurſus obſeruatum reperio a Clemente ſexto, qui anno. 1343. in extrauaganti non impreſſa, confirmans omnia decreta, & ſtatuta per prædeceſſores ſuos ſuper his edita, ipſas reſeruationes ad omnes dignitates electiuas Regni Siciliæ extendit, ac exemplo prædeceſſorum ab biennium continuo vſque ad mortem ipſas reſeruationes prorogat.

20 Et licèt ex his † reſeruationibus tam generalibus, quàm ſpecialibus, vt inquit Deci. in cap. 1. num. 6. de elect. & Card. Pariſ. conſi. 19. num. 5. vol. 4. totum ius canonicum deſtrueretur, tituluſq; de electionibus ab aula receſſerit, teſte Epiſcopo Lambertino tract. de iure patr. lib. 2. par. 1. 7. q. art. 20. ante num. 7. ipſæq; reſeruationes
21 à † Concilio Baſilienſi fuerint abrogatæ, quod Concilium licèt aliȩ Prouinciæ reſpuerint, Eccleſia tamen Gallicana (vt ita dicam) de facto recepit, per Gloſatorem ſuper pragma. ſanct. in §. 1. de reſerua. Boer. deciſ. 2. Ioan. Sylua. tract. de beneſ. 2. par. q. 1. in principio, & num. 37. ac parte. 3. q. 33. in fi. Deci. d. num. 6. Coraſ. tract. de ſacerd. par. 2. cap. 1. in fi. Regeſq; Francorum pro iſtis electionib. faciendis ſemper inſudauerint, vt refert Vincent. in ſuo Specu. hiſt. lib. 22. cap. 23. Attamen cum hæ reſeruationes fuerint iuri concordes, ac rationabiles, non ſolum tunc admiſſȩ leguntur, verum continuo per omnes Summos Pontifices ad hæc tempora noſtra obſeruatȩ, ac vti fauorabiles. Eccleſiȩque Dei proficuȩ
22 extenſe fuerunt. Nec immerito quia ſicut † Moyſes in veteri teſtamento, Pontifices, vt Aaron ſummum ſacerdotem, & eius filios in minores ſacerdotes inſtituebat, ac in nouo teſtamento Apoſtoli in ſingulis ciuitatibus Ep̃os, & presby-
23 teros ordinarunt, cap. 1. & 2. 21. diſ. ita † Pontifex, qui Moyſen. qui Petrum, qui Apoſtolos repræſentat, quiq; Dei vices in teris gerit, Epiſcopatus inſtituendi ac diſpenſandi initio naſcentis Eccleſiæ ius erat. cap. oẽs 22. diſt. & eſt Gloſ. magna in c. quamquam. in verſ. deuoluetur, circa med. de elect. in 6. Abb. in c. 1. primo notab. de elect. Deci. conſi. 573. num. 1. Io. Sylua. tract. de beneſ. par. 2. q. 1. nu. 13. verſ. item olim. Coraſ. tract. de ſacerdot. par. 4. cap. 5. in prin. Petrus de Monte in tract. Concil. rubr. de Cardin. num. 13. propterea eum ſumma ratione hoc ius, & poteſtate in collegia ſingula cathedralium Eccleſiarum tranſtulerit, & ex eiuſdem indulgentia ad alios deueniſſet vt ſupra.

Summo iure, & citra cuiuſlibet iniuriam, cum omni ratione naturali, atque diuina, ac nȩ indigni dignis per electiones præficerẽtur, & quãdoque, vt viri Eccleſiis præficerentur, quos ob inſignem virtutem ſingularem eruditionem, vitæ bonitatem, morumque integritatem, aut aliquod collatum in Romanam, & ſanctam ſedẽ meritum præmio affici iuſtum putarent, denuo negotio ad primeuum ſtatum reddito. Summi Pontifices Epiſcopatum diſpoſitionem ſibi, &
24 Sedi tantum vt euenit † reſeruarunt, quod tradit Aeneas de Falco. tract. de reſeruat. in primo præludio Gloſator. in extrauag. ad regimen. cœterique congeſti per d. Ioan. Syluam, tract. de beneſ. q. 1. par. 2. in princ. Quintil. Mendoſ. in regul. 2. de reſeruat. q. 2. per totam, Bertachi. tract. de epiſcop. lib. 1, 3. par. num. 51.

Digitized by Google

In quarum reſeruationum, Pontificum conſtitutionum, ſeu (vt noſtrates aiunt) regularum reſeruatiuarum executione, ac de iure communi ex extrauaganti ad regimen, hodie omnium
25 † Epiſcoporum electio ad ſolum Pontificem ſpectat, demptis cathedralibus exiſtentibus in Regnis, Prouincijs, locis, ſeu Ciuitatibus, in quibus, vel ex priuilegio Pontificio concordatis, vt in Gallia, paeatis, vt in Germania, vel immemorabili conſuetudine, donationeve, nominatio, electio, ſeu præſentatio Regibus, Dominis, vel Capitulis reſpectiuè competat, quorum confirmatio tantum iure communi inſpecto ad Pontificem pertinet, vt de Epiſcopis Hiſpaniæ habetur ſermo. cap. cum longè 63. diſtinct. nouiſſimè Alfonſ. Aluarez, ſuo Rpec. Summor. Pontif. Imperat. & regum capitu. 63. in princ. de Epiſcopis eligendis ex pragmatica ſanctione, interpres regularum Innocen. 8. ad regul. 19. & 4. declarat Alexandrinus in cap. imperium. 10. diſt. & ius eligendi, vel præſentandi etiam ex conſuetudine immemorabili poſſe habere Reges Franciæ, Vngariç, Angliæ, & Apuliæ, meminit Alex. conſ. 74. num. 8. vol. 4. Martin. Laudenſ. de priuileg. & reſcript. q. 2. ac ponit Lancil. Corrad. ſuo templo iudicum lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 10. & lib. 2. cap. 1. §. 4. verſ. 4. num. 5. 6. cum ſeq. vſque ad fi. & lib. 2. capit. 5. §. 1. in princ. ſic Epiſcopos varijs modis electos, & confirmatos agnoſco.

Aggredior tertium de inſtitutione Miniſtrorum Eccleſiæ, ſeu promotione ad munera eccleſiaſtica inferiora, nec non de beneficiorum infra epiſcopalem dignitatem diſtributione.

Duo hæc me poſſe agere videor, ſcilicet de inſtitutione clericorum, aut de diſtributione beneficiorum. ſi de primo.

26 Reſpondeo omnium † Clericorum, Sacerdotum, ac Eccleſiæ miniſtrorum propriam inſtitutionem, ac conſecrationem ſolis ſemper epiſcopis conueniſſe in ſuis diœceſibus, præuio examine, qui ſoli eos ordinarunt ex traditione, obſeruatione apoſtolica, & conſtitutionibus Patrum, ac ordinariè coram Clero, & populo Eccleſiæ ſuæ, cui præficiebantur, ac cum ipſius aſſenſu, & teſtimonio. Quod probauit.

Petrus act. Apoſt. capit. 1. & 6. & cap. 13. dum rogauit fideles, & ibi aſſiſtentes, vt vnum in locum Iudæ proditoris ſufficiédum proponerent, & viros ſeptem in miniſterium Dei conſtituendos, quos poſtea ipſe inſtituit.

Ciprianus libro ſecundo, epiſ. 5. lib. 1. epiſt. 4. id conſtitutum ex traditione diuina, & obſeruatione apoſtolica teſtatur.

Origenes homil. 20. num. 1.

Apoſtol. canones cap. 10.

Anacletus Pontifex epiſtola ſecunda, in principio, cap. 2. 67. diſt.

Antherus epiſtola prima.

Caius epiſtola vnica. in fine.

Zeferinus epiſtola ſecunda, in fin. in c. ordinatur 82. diſtinct. id ipſe conſtituit.

Siritius epiſtola prima, cap. 9. & epiſt. 3. cap. 1.

Damaſus in Silueſtrum, & Zeferinum Pontifices.

Leo primus epiſtola 67. & 84. c. nota. 63. diſt.

Concilium Carthaginenſe tertium, item quartum. cap. 3. diſtin. 23. cap. presbyter, cap. 22. c. nullus. diſt. 24.

Iſidorus apud Aquiſgranum. c. 2. idem.

Concilium Sardicenſe cap. 10.

Concilium Romanum epiſcoporum 275. ca. 5. 6. & 7.

Ordinariè ſubdidi, quia legitur ſæpènumero
27 Petrum, Apoſtolos, ac Pontifices † clericos inſtituiſſe ſine cleri, & populi conſenſu, & eos partib. orbis terrarum diuerſis deſtinaſſe.

Petrus namque elegit Clementem Zachæum Cæſareæ Epiſcopum cum duodecim presbyteris, & quatuor diaconis.

Alexander Athanaſium.

Ambroſius Simplicianum, teſte Paulino.

Valerius diuum Auguſtinum.

Auguſtinus Eraclium delegerunt, præter moram vſitatum.

Innocentius enim primus ait in epiſtola prima ad Decentium epiſcopum, Petrus miſit miniſtros verbi, & ſacramentorum per omnem Occidentem, Septentrionem, & Aſſricam. c. quis neſciat. 11. diſt.

Petrus Cluniacenſis libro de hæreticis idem teſtatur, inquiens, Petrus miſit Dionyſiū in Galliam, Frontonem Petrogorenſem in Aquitaniā, Martialem Eucherium in Germaniam, & ſeptem viros in Hiſpaniam.

Gregorius ſeptimus lib. 1. epiſt. 4. ad ſynodū. & ad Adelfonſum Regē Hiſpaniæ multa refert.

Clemens epiſ. 1. ad Iacobum. idem confirmat.
28 Dixi inſuper cum † populi aſſenſu, & teſtimonio, quia eorum nutu pro pacis, & caritatis commodo eligebant, preterquam, quòd ipſi verè eligentes exiſterent, nec eius conſenſus neceſſarius foret, vt declarat.

Ciprianus lib. 1. epiſtola 4.

Gelaſius apud, Deus dedit lib. 1. in fi.

Cœleſtinus epiſt. 3. c. docendus. 63. diſt.

Stephanus primus in c. noſce tuam, eadem diſtinction.

Quinimo Apoſtoli, Patres, ac Concilia pro tempore curarunt, vt populi electioni eccleſiaſticorum interdicerentur.

Apoſtoli canon. 29.

Synodus ſeptima Nicœna vniuerſal. can. 3.

Synodus octaua Cōſtantinopolitana can. 12.

Synodus Lateranenſis ſub Innocentio tertio can. 13.

Concilium Laodicenum canon. 13.

Concilium Pariſienſe canon. 8.

Concilium Agrippinenſe canon. 16.

Gregorius ſeptimus epiſtola ſeptima, lib. 4. ac Platina in illius vita.

Innocen-

Innocen.in c.ſacroſancta de election.
Hiſtoria tripartita cap.4.
Photius Conſtantinopolitanus nomocan. li-
bro primo,cap.7.

Et priuſquam prædia clerici reciperent, ex
oblatione ſtabilia emerentur,& ad eccleſiam ap-
plicarentur. Ac antequam Eccleſiæ diuideren-
tur, & diſtinguerentur unà cum limitatione poſ-
ſeſſionum,ac cum redditibus limitatis, qui eo tē-
pore inſtituebant, ſimiliter & inſtitutis bona
cuncta pro eorum neceſſitatibus, uſibuſque di-
ſpenſabant.

Ex Platina enim Onufrio, & alijs an.a Chriſti
natiuitate 224. quo Vrbanus primus diuæ Ceci-
liæ magiſter, & decimus octauus a Petro Ponti-
fex ad Eccleſiæ gubernacula ſedebat tempore
29 Heliogabali, bonorum, & agrorum † Eccleſiæ
matrici tradendorum inualuit conſuetudo,vt te-
ſtatur Vrbanus in c. videntes, & in c. ſcimus. 12.
q.1.quæ bona, & redditus certi ſingulis miniſte-
rijs,ſeu eccleſijs adiuncti, & aſſignati,quibus mi-
niſtri tanquam re propria fruerentur, illoſque
pro arbitrio adminiſtrarent ſine vllius diaconi
opera,Epiſcopiuè authoritate, vulgo beneficia
30 appellata ſunt,tēpore quo † Eccleſiæ diuiſæ ſunt,
nempè *Dionyſij* primi ſummi Pontificis, qui
poſt Petrum vigeſimumquintum Euariſti exem-
plum ſequutus anno Chriſti 270. in vrbe Roma
Eccleſias a ſe auctas quoque, & cæmiteria, vt
Martyrum ſepulturas tāto ipſi clerici accuratius
aſſeruarent, diuiſit, ac parochias,& beneficia di-
ſtribuit, vt in eius ſecunda epiſtola ad Seuerum,
& in c.1.ac cap.Eccleſias.13.q.1.refert Gamar.
tract.de leg.a Later.lib.5.Rubr. an legatus, plura
beneficia vni conferat.folio 147.num.37.& ſeq.
Vel vt alijs placuit,beneficia, quę antiquitus man
ſus nuncupabantur, mox beneficia de rebus ec-
cleſię,demum beneficia eccleſiaſtica, quo nomi-
ne paſſim per canones omnia bona Eccleſiæ,cuī
quis proponebatur, complectebantur, vt in c.1.
de eccleſ.ædifica.c.beneficium.de regul.iur. in 6.
c.cum ſecundum de pręben. Seneca de beneſ. c.
34.& lib.3.c.8,19.lib.5.cap.9.10.& 20. Mandel.
conſi.62.num.39.

Primo inſtituta fuerint,ſeu auctis Eccleſiæ bo-
nis,ac pacatis reipublicæ Chriſtianæ reb. pecu-
liares redditus,ſtabiliaq;, pręter decimas, Paro-
chis cœperint diſtinctè aſſignari, in Germania
ſub Leone tertio an.Chriſti 796. vt legitur.

Synodo Vormatienſi cap.50.& in c.ſancitum
eſt. 23.q. 8. ibi ſinguli Presbyteri manſum iuge-
rum duodecim habeant.

Synodo Arelatenſi anno ferè 800. celebrata,
dum his verbis vtitur, Quicunque beneficium de
rebus Eccleſiæ habuerit ad ſacra tecta curanda
teneatur.

Synodo Maguntiaco primatiali cap.7.& 47.
circiter annum Chriſti 813. cuius uerba ſunt po-
ſita in ca.1.de Eccleſ.ædific. ibi quicunque bene-
ficium eccleſiaſticum habeant adiuuent omnino
ad tecta Eccleſiæ reſtauranda,de quo tractat Frā.
Sarmen.de redd.Eccleſ.par.3.cap. 4.

Qua ex re intelligunt iſti non eccleſiaſtica bo-
na omnia beneficium comprehendiſſe, ſed de
bonis Eccleſiæ portionem aliquam beneficiariū
habuiſſe, ac non omnes, ſed certos tantum ali-
quos parochiæ redditus, puta manſum perce-
piſſe, quod colligitur, quia ea adhuc tempeſtate
diſpenſandi ratio in quatuor partes redditus ec-
cleſiaſticos præſcripta erat, quarum vnam reti-
nebat Epiſcopus, altera clericis pro officiorum
ſedulitate diſtribuebatur, tertia pauperibus, &
peregrinis, quarta in eccleſiaſticis fabricis impē-
debatur.

31 Quam † diſtributionem expreſſim approbaſſe
legimus,Simplicium primum anno Chriſti. 467.
in cap.de redditibus.12.q.2.

Gelaſium primum anno Chriſti 494. in c.no-
bis.& c.conceſſo.c.quatuor cum ſeq.12.q.2.cap.
præſulum.16.q.3. latè. Domini. Soto de iuſti.&
iur.lib.10.q.4.arti.3.Fran.Sarmen. de reddit. ec-
cleſ.par.3.c.3.num.2.

Romæ vero circa eadem tempora, quibus in
32 Germania manſus aſſignabatur, † congiarium a
congio certæ menſuræ vaſæ nuncupatum, quod
dam veluti ſubſidium extra ordinem, cuiuſmodi
ſunt hodie,quos vulgo honoris panes vocamus,
de quibus per Gomeſ.in regul. de impetr. bene:
uacant.per obit.fam.Cardin.quæſt.13. a ſummis
Pontificibus clero pro victu præſtabatur, adeo
vt coniectura feramur, ijs temporibus ſingulis
clericis certos redditus, terras ve peculiariter
deſtinatos,ex quibus ſi neceſſaria ad victum non
ſuppetijſſent, illis congiarium eſſe ſupplemento,
ſic primam tunc fuiſſe beneficiorum inſtitutio-
nem, vel ſaltem eorundem iam inſtitutorum
(quod ego verius credo)confirmationem, vt do
ctè diſſerit Marſil. Colum. ſuo libello de eccleſia-
ſticorum redditu origine,lib.1.cap.8.nume. 8.&
13. ſubdens congiarium inter alios exoluiſſe,
primo.

Paſchalem eius nominis primum anno Chri-
ſti.818.&

Leonem quartum anno Chriſti. 847.

Gregorium quartum demum anno. 828. cleri-
cis plenius proſpexiſſe.&.curaſſe, vt vnaquæque
33 † Eccleſia ſuos haberet prouentus, ex quibus vi-
uerent Sacerdotes, ne illi præ inopia quæſtui ſe
darent, quod Platina in eiuſdem Gregorij vita
adnotauit.ſed hæc ex pingui minerua.

34 Hincque ſancitum,vt omnia † beneficia(dem-
ptis Papatu, & Epiſcopatu)iuris poſitiui diceren-
tur,ex capit.1.13.q.1.cap.paſtoralis, de his, quæ
fiunt a Prælat. nouiſſimi Picentini, ſuper Aegi-
dian.conſt.li.3.cap. 18. uerſi beneficiatus. Hier.
Gigas tract.de penſio.quęſtio. 35. regulam cum
ampliatio. & limitat. deſcribit Petrus Duen. re-
gul.iur.72.Ioan.Sylua.de beneſ. prima part.q.4.
35 num.23.& ſequen. Dixi in genere † Epiſcopatu,
cum quo ad gradum, dignitatem, & iuriſdictio-
num,

nem,& vt Eccleſijs præficiantur epiſcopi,ſit iure diuino introductum, at particulariter, quòd huic Eccleſiæ præponatur. Hercules, illi, Vgo, ſeu Franciſcus eius, non diuinis, ſed humanis conſilij inuentum fuit, quod erudite oſtendit Domi.à Soto de iuſtit.& iur.lib.10.q.1.art.4.& alibi multi.ſcripſi,& probaui conſi.meo.35.nu. 45.quibus addo Lælium Iordanum de maior. Epiſcopotum cauſ.ad Papam deferend.c.7.nu. 23.& ſeq.Quint.Mendoſ.in regul. cancel. 2. de reſeruat.q.2.num.15.& 16.

36 Seruatum namque fuit per † trecentos ferè annos, vt ij, qui ius inſtituendi habebant, & ordines conferent ſimili modo ius diſtribuendi bona inter Clericos inſtitutos haberent, & diſtribuerent, quod annotant Platina ex Damaſ. ac alij in eorum geſtis. Vnde pecuniæ,vel bona eccleſiarum continuo diſtribuebantur per Epiſcopos, vel eius Oeconomos in miniſtros Eecleſiæ.dum inſtituebantur præcipuè, nec nō deinde in alios paupetes ex iudicio, & poteſtate Epiſcopi.

Apoſt. Act. cap.4. in c. peruenit.16. q.7.c. præcipimus.12.q.1.

Concilium Antiochenum.c.25.cap.Epiſcopus.12.q.1.

Concilium Romanum ſub Silueſtro primo cap.4.ca.24.cap.Quæcunque res.9. q. 1. ſcribit Duatenus de beneſ.lib. 2. cap. 1.Marſil.Col.de redd.Eccleſiaſt. origin. capit.4.6. & ſeptimo.& alibi ſæpe.

37 Poſt vero ipſarum † Eccleſiarum, & diœceſuum diſtinctionem,& diuiſionem, ab illo tempore citra ad annos Chriſti mille, Epiſcopi ſinguli Eccleſias ſuæ diœceſis, etiam regulares, ac monaſteria inſtituebant regebant, ac diſtribuebant.Hæc comprobant.

Nicœnum Concilium.cap.6. & ca. 16.anno Chriſti 315. & ante donationem Conſtantini, ibi eccleſiæ Dei ædificarentur, & ritè famulantibus omnia diſponendi Epiſcopus poteſtatem habeat.

Antiochenum Concilium.cap.24.c.Epiſcopos.12.q.1.anno Chriſti 340.

Cartaginenſe Concilium quartum cap. 34.c. presbyteri.95.diſt.anno Chriſti 418.

Agathenſe Concilium.c.7. in Gallis regnante Clodio celebratum anno ſalutis.435.in cap. caſellas.10.q.2.c.15.ſtatuimus. 12. q. 2. ibi permiſerunt Epiſcopi res Eccleſiæ Presbyteri, diœceſanis c.18.in cap.de Monachis.18.q.2.In quo etiam Concilio ſub Sixto tertio conceſſum fuit Clericis,vt propria poſſent habere bona patrimonialia,& hæredibus ſuis,ſi vellent,derelinquere.c.Epiſcopi.12. q. 1. Domin.Soto de iuſt. & iur.lib. 10.q.4.arti.1. Petr. Soto de inſt. ſacerdot.lectio.2.

Saliedonenſe Concilium anno Chriſti. 450. cap.25.in c.quoniam in quibuſdam.89. diſt.

Auriacenſe Concilium.c.9. dedicatio Eccleſiæ proprio Epiſcopo relinquatur, anno Chriſti 460.

Romanum Concilium ſecundum ſub Symmacho Papa anno Chriſti 505.c.in canonibus. 16.q. 1. nullus res oblatas eccleſijs poſſideat ſine licentia Epiſcopi.

Toletanum Concilium quartum anno Chriſti 630.c. 18. Eccleſiæ cum ſuis dotibus in Epiſcopi poteſtate perſiſtant.c.ſic quidam. 10.q.1. item cap.32.conſtitutum.16.q. 1. ſicut Eccleſia, ita & dos ipſarum ad Epiſcopi proprij inſtitutionem pertinet, facit. 10. q. 1. c. Epiſcopum. item cap.50.c.hoc tantum.18.q.1.Sacei dotes, & Abbates,& officia in eis Epiſcopus inſtituat.

Aurelianenſe Concilium ſecundum ſub Clodoueo,anno 540.c.omnes.16.q.7.omnes Eccleſiæ in Epiſcopi poteſtate conſtitutæ,in cuius agro,ſeu territorio poſitæ ſunt.

Gregorius primus in cap.peruenit. 12.q.1.ſua iuriſdictio unicuique Epiſcopo ſeruetur, anno Chriſti 590.

Gregorius decimus in Concilio Lugdunenſi c.ordinem.de offic.ord.in 6.

Toletanum Concilium decimū anno Chriſti 651.c.3.Epiſcopi Eccleſijs,& Parochijs ſuos conſanguineos non proponant.

Cabilonenſe Concilium ſub Eugenio anno Chriſti nato 654. Epiſcopus tam Eccleſiarum, quàm facultatum eiſdem collatarum poteſtatem,& curam diſpenſandi habeat.

Paſcalis ſecundus anno Chriſti 817.in c.ſicut Domini.16. q. 7. in Epiſcopi poteſtate omnes Eccleſiæ redigantur,& ab ipſo inſtituantur,iuxta antiquorum morem.

Leo quartus anno Chriſti 850.c. contra.16. q.1.non expellātur Clerici ab Eccleſijs,ad quas ſunt nominati.

Concilium Lateranenſe in c.1.§.priores, vbi gl.non mutentur,ac Abb.num.10.extra de ſtat. regul.ibi.Priores Conuentuales per electionem capitulorum inſtituti.

Hoc temporis ſpacio uidemus quandoque
38 non Epiſcopos tantum, ſed Summum † Pontificem tanquam omnium beneficiorum ſupremum Dominum(quæ beneficia a Pontificibus, & iure poſitiuo fuerunt admiſſa,vel introducta, teſte Io.Sylua.tractat.de beneſ.q.4. par. 1. Petr. Rebuſ.in concord. conſt. uerbo Parochorum) diſpenſaſſe,& contuliſſe ſimul, ac Imperatores ex ipſorum Pontificum priuilegio, de quib. ſupra in electionib.Epiſcoporum, & diſt. 63. per totam,no.Gloſſ.in c.Fœlicis.§.ſi.uerbo priuata de pœn.in 6.c.ad Romanā.12.q.6.& quia nunquam tantam authoritatem conferendi Pont. Epis dederit, quin ſibimet maiorem retinuerit. Ar.c.dudum.c.quamuis de præbend.in 6. Cal. eod.titu.conſ. 3. & in concurſu cum ordinarijs
39 Menoch.conſ.83.lib.1.ſcimus enim † Imperatorem ab Apoſtolica ſede tenere priuilegium, vulgo vices primarias, ꝗ in qualibet Germaniæ

Digitized by Google

niæ Eccleſia eius intuitu unus beneficiarius recipiatur, & Specul. ſe vidiſſe bullatum affirmat, in tit. de præbend. in fi. part. 3. Imperatoriſque Rodulfi primi Cæſaris Germani vigeſimiſeptimi, qui electus anno Chriſti. 1273. fuit a Gregorio decimo Pontifice confirmatus, ſimulq; Lauſanæ conuenerunt, vt veteres verſiculi teſtantur, bis ſexcenti ſeptuagintatreſque ſtetere, Anni Lauſanæ, dum Rex, & Papa fuere, literas primarias precum cuidam Abbati Germaniæ legiſſe, & vidiſſe teſtatur, Thom. Feltrenſ. in tit. de reſeruatione beneficio. verſi. comprobantur, tradit Arnulf. Ruzeus tract. iuris regaliorum priuileg. 47. num, 2. & quibus primis precibus (prout
40 concordatis) non ſolent † Pontifices derogare,
vt in cauſa parochialis metenſ s de Cornelio firmauit alias Rotę ſacrum auditorium teſte Reuerendiſſimo Moedano. titu. de præbend. deciſion. 233.

Inſuper compertum habemus Reges Frãcorum in priuilegiũ coronę, ſede Epiſcopali Francię, ſiue quomodolibet cathedrali uacante, conferre beneficia, ac percipere quod Epiſcopus, uel Metropolitanus in patrimonialibus ſede repleta perciperet, donec alter Pontifex, ſeu Epiſcopus in locum demortui ciuiliter, uel naturaliter ſubſtituatur, & iureiurando in verba Re-
41 gis adigatur, quę poteſtas † ius regaliorum de-
nominatur, per Io. Monacum, & Archi. in c. generali, de elect. in 6. Ioan. Andr. & Monc. nu. 3. in c. 2. de pręben. in 6. cuius Regalię priuilegia. 59. & quæſtiones 63. cum duobus tractatib. in vnum congeſſit, Arnulf. Ruzeus in ſuo libello iur. regaliorum inſcripto, & de quo mentionem habuerunt Romani Pontifices.

Adrianus Papa in perſonam Caroli Magni in c. Adrianus. in fi. 63. diſtin.

Honorius tertius anno Chriſti. 1216. in c. dilectus. il 3. de prębend. loquens de eccleſia Andegauenſi, memorat, quòd capitulum conferebat prębendas ex donatione Regis.

Gregorius decimus in ſacro Concilio Lugdunenſi, in c. generali. §. fi. de elect. in 6. dum prohibet de nouo vendicare ius cuſtodię, vel regalię, ut ibi exponunt Monac. & Archid. hicq; addi poſſunt, quę ſubijcientur in quarto modo quarti temporis.

Tertium tempus fuit circiter ducentos quinquaginta annos, in quo ex decretalibus Conciliorum, & Summorum Pontificum per Gregorium nonum ſuppputatis anno 1127. ius commune ſcriptũ, quod in Eccleſia uiget emiſſum, & comprobatum fuit, decretumque extitit, ac
42 pro regula obſernatum, ut ad Epiſcopos inſtitutio omnium beneficiorum, & eorum, ac fructuum diſpenſatio pertineret, id confirmant.

Paſchalis ſecundus c. ſicut Dominus. 16. q. 7. anno Chriſti 817.

Honorius tertius, in c. conquerente. de offic. ord. anno ſalutis 1216.

Gregorius decimus in decreto Concilij Lugdunenſis, de quo in c. ordinarij, de officio ordi. in 6. anno natiuitatis Domini 1272.

Innocentius tertius in c. ex iniuncto in fin. de hæret. anno Chriſti 1215. & in c. cum Eccleſia Volaterana cum glo. de elect.

Concilium Lateranenſe Innocentij tertij. ca.
43 nulla, de conceſſ. præbend. ipſaque † collatio
nullis terminis coercita erat, niſi per ſex menſes negligentia fieret. c. licèt. de negl. prælat. gl. in c. quamquam, de electio. in 6. fundatur enim iure
44 communi intentio † Epiſcopi ſuper diſpoſitio-
ne omnium beneficiorum in tota diœceſi, & vniuerſa beneficialia exercendi, Milis in ſuo repert. verbo Epiſcopus fundat. & in verbo beneficiorum collatio, & verbo beneficiorum, autē diſpoſitio. num. 14. & 15. Quint. Mendoſ. in regul. cancel. in prima quæſt. regul. 7. num. 3. & in q. 5. regul. 14. num. 2. Ioannes Silua. tract. de benef. par. 2. q. 22. in fi.

Multi tamen caſus à dicta regula exceptuati reperiuntur.

45 Primo, ut in Eccleſijs cathedralibus † digni-
tates, beneficia, & præbendæ ſimul, & Rectoriæ maiores in diœceſibus exiſtentes per Epiſcopum cum conſenſu capituli conferantur, in cæteris vero ſolus diſponat. c. poſtulaſtis, de conceſſ. præben. c. conuit. c. quanto, vbi Abb. de his, quæ fiunt a Prælato, Milis ubi ſupra, verbo, beneficiorum collatio.

Niſi ſint patronatæ. cap. dilectus. de conceſſ. præbend. quia patronis præſentatio, & inſtitutio ſolis Epiſcopis ex conſuetudine præſcripta conuenit. c. ex frequentibus, de inſtitut. ca. 3. de conſuet.

Vel niſi ex cõſuetudine, & priuilegio ad Epiſcopum tantum pertineat collatio.

Vel ad ſolos Canonicos ſpectaret, Inno. 3. c. cum Eccleſia Volaterana, cum gloſſ. de electio. Seu ad vnum tantum Canonicum ratione ſuæ hebdomadæ. c. mandatum, de præbend. in 6.

Aut ad capitulum, & Canonicos, alternis vicibus, clem. plures, extra de iur. patr. c. in illis, §. fi. de præben. in 6.

Vel ad aliquem Clericum authoritate Apoſtolica. c. cum aliquibus de reſcrip. in 6. c. is, cui de prębend. in 6.

Seu ad laicum ex ſimili priuilegio. c. dilectus. num. 3. de prębend.

46 Secundo vt † Prælati Eccleſiarum collegiata-
rum à ſuis collegijs tantum diligantur. c. 1. extra de elect. niſi iuxta conſuetudinem ad Epiſcopum ſolum collatio pertineret, Ioan. And. & Hoſt. in cap. cum venerabilis de except. Nicol. Milis loco ſupracitato.

Tertiò vt beneficiorum, & dignitatum Eccleſiæ inferioris a cathedrali, præſentatio ad Pręlatum, & capitulum Eccleſiæ, inſtitutio vero ad Epiſcopum pertineat, iuxta doctr. Fed. de ſen. conſil. 224. 232. Prępoſ. Alexandrini. in cap. 1. 24. diſt.

Digitized by Google

24. diſtinct. & Ioann. Silua. de benef. parte. 2. quæſt. 22.

Quod dicitur ſupra de conſuetudine, priuilegijs, & de patronis, ſe extendit ad omnia beneficia, etiam inferiora, quorum præſentatio
47 † patronis, inſt tutio vero Epiſcopis tantum
conuenit. c. illud de iur. patro. conſuetudoque, & priuilegia ſeruantur. c. cum Eccleſia de elec. Alexandrinus, & Silua. vbi ſupra.

Quartum adijcio tempus trecentorum ferè annorum, in quo de beneficijs trifariam prouiſum agnoſco.

Primo ordinarie per Epiſcopos, & ut ſupra in tertio tempore.

Secundo extraordinariè per legatos de Latere, Cardinales, & inferiores, qui lege communi, vel priuilegio ad collationem tenebantur. c. ordinarij. c. 2. c. ſi tibi de prębend. in 6. c. ordinarij, de offic. ordin. in 6.

Tertio per Summos Pontifices ex eorũ omnimoda, & plena poteſtate, qua funguntur in beneficijs Eccleſiæ Dei, quia ſint ordinarij om-
48 nium † ordinariorum, & poſſint iure merito
de omnibus beneficijs totius orbis, etiam ceſſante negligentia, & antequam vacent diſponere cap. 2. de pręben. in 6. c. cuncta. per mundum. 9. q. 3. clem. prima, in fi. vt lite pend. Abb. in c. quia diuerſitatem. 5. notab. de conceſſ. præben. Deci. conſi. 573. Ioan. Silua de benef. ſecunda parte, quæſt. prima, num. 24. in 5. 6. & 7. argum. Mendoſ. in regul. cancel. quæſt. 2. regul. 2. num, 11. Thom. Feltrenſ. in titu. de reſeruat. benef. verſ. & quod improbandæ. Hier. Gigas. conſil. 34. num. 2. & ſeq. Qui tamen Pontifices variè ſeſe tractarunt in diſtribuendis. eis, licèt primo, vel conferendo, vel reſeruando, ut infra.

Primumque explicatunt quadruplici via.

49 Primo præueniendo per † mandata, ac mo-
nita de prouidendo de vacatura idoneæ perſonę nominatæ tantum conceſſa, & ſi pro alio prius ſcripſiſſent, Quod explicat

Innocentius tertius in c. conſtitutionibus de reſcript. anno. 1200. ante enim mandatorum vſum coniectura incognitum fuiſſe ducimur, quod in decreti libro circiter annum 1150. à Gratiano Monacho editum perhibetur. per Gl. in c. poſt. appellationem. §. forma 2. q. 6. nullæ ſimiles legantur gratiæ, vt ait Ioann. Andr. in c. duobus de reſcript. in 6.

Honorius tertius in c. capitulum cod. tit. anno 1216.

Gregorius nonus in c. ex inſinuatione eodem anno. 1227.

Secundo per mandata gratioſa præceptiua, & indiſtincta, datis etiam executoribus ad vacantia beneficia, quæ tantum hodie ſunt in vſu
50 (literis monitorijs omiſſis) ſecundũ varios † li-
terarum modos nuncupatos, In forma cõmuni, Pauperum, In forma dignum, facultatis, rationi congruit. ſi neutri, ac ſimilium extraditis diffusè per Ioan. Coraſi. tract. de benef. par. 4. c. 5. ac Petr. Rebuſ. in ſua praxi benef. in prima par. poſt. magnum illum Practicum curiæ Romanæ Hier. Paulum in ſuo libello inſcripto, Prouinciale omnium Eccleſiarum, quem nonnulli practicam cancellariæ vocant, quæ duæ vltimæ gratię, ſi neutri, & rationi cõgruit, expectatiuæ dici nequeunt, cum de vacante be-
51 neficio cõcedantur, inter † gratias enim ad va-
cantia, & vacatura plurimum intereſt. c. ſi ſuper gratia, de offi. deleg. in 6. Glo. & Canon in c. cum qui, & c. ſi cui de prębend. in 6. id quoque firmant.

Alexander tertius in c. pro illorum. de pręb. anno. 1160.

Innocentius tertius in c. propoſuit. de conceſſ. prębend.

Honorius tertius in c. cum dilectus tit. 3. de præben. anno 1216.

Tertio cum optione beneficij accipiendi, ſeu alicuius prębendę, vel dignitatis, quam prouiſus duceret acceptare.

Innocentius quartus anno Domini 1250. in c. 1. quod incipit, quia cunctis de conceſſ. pręb. in 6. Abb. in c. poſtulaſti num. 5. de reſcript. & quandoque addita clauſula, quòd intra menſem à die vacationis duxerit acceptandum, ex

Clemente quinto natione Vaſco, qui anno 1311. ſuper hoc conſtitutionem, de qua in cle.
52 prima. de coceſſ. prębend. edidit in † Conci-
lio Vienenſi apud Viennam Gallię Narbonenſis, in quo interfuerunt vltra trecentos Epiſcopos, Prælati alij quàmplurimi, & qui primus curiam ab Vrbe in Gallam tranſtulit, vbi ad ſeptuaginta quatuor annos remanſit, cum maximo totius orbis, & Chriſtianorum omnium incommodo, vt refert Platina in illius vita, & Vgo in tract. de concil. verbo Viennenſis concilij.

53 Et iſtis temporibus adinuentę ſunt hę † expe-
ctatiuarum formulæ, raròtunc tamen concedebantur, & vt ferunt, niſi magna exiſtente cauſa, vt ait Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de inſtitutionibus, quę, vt dixi, cęptę ſunt dati, primum rogando, demum præcipiendo, poſtea executores dando. c. pro illorum. c. dilectus il 2. & 3. de præb. vt ſupra, & per Feltrẽſ. loco ſupra citato de reſeruat. benef. verſi. plures cauſas.

Clemens enim ſextus anno. 1350. ex magno munere, & letitiæ ſigno, cum Ioannes Francorum Rex officij cauſa, & viſitationis ſe ad Pontificem contuliſſet, per tres dies duntaxat gratias in forma pauperum conceſſit, ac ſemper cũ clauſula, dũmodo pro alio, ſeu alijs non ſit ſcriptum, vel alicui conceſſum, pater in literis cancellarię à Ioanne vigeſimoſecundo editis & per Feltrenſ. loco citato, eratque, vt ſi quæ gratiæ expectatiue concederentur è curia, propter
54 reſeruationes facta, nouus † Pontifex, mortuo
prædeceſſore, oĩno illas per ſuas cõſtitutiones tolleret, vt in extrauagantibus diuerſis legitur

Vrbanus

Vrbanus nanq; reuocat Benedicti duodecimi reſeruationes.

Vrbani vero Gregorius vndecimus & ſi gratias,& reſeruationes reuocabant, denuo tamen reſeruabant omnia beneficia uacantia tēpore mortis prædeceſſoris, ac per alios reſeruata.

Quarto commendando beneficia.

55 Quod primo, raro tamen & in † Epiſcopatib.
reperitur conceſſum, & ad Eccleſię vtilitatem
tantum, quando in quã vacabat, donec de ido-
56 nea perſona prouideretur, quia interim † cōmē
dabatur alicui tãquàm adminiſtratori ſimplici.

Pelagius primus. c. Catinenſis, 61.diſtinct. anno.555.

Gregorius primus magnus in Panormitana & terracinenſi Eccleſia, idem ſeruauit, vt c.obitum, 61.diſtinct. c.caritatem. c.eccleſiaſticis.12, q.2.c. relatio. c. illud.21.q.1.& in eius epiſtola. 13.& 70.lib.2.qui floruit anno Chriſti.600.

Secũdo ad Eccleſiæ vtilitatem,& in gratiam commendatarij ſimiliter commendatio fiebat in beneficijs ſimplicibus minoribus, ſed ad tempus ſex menſium,& maiori cũ diligentia, quàm in conferendis.

Leo quartus anno Chriſti.847.ca.qui in plures.21.q.1.in c.vnum.21.q.1.

Gregorio nonus in c.dudum il.2.verſi.inſuper de electione admittens paſſim quempiã beneficium commendatum.& aliud in titulum retinere poſſe, tradunt Rebuſ. in praxi beneſ.glo. 7.cap.de commendis.num.6.& Ruger.tract.de commend.q.1.

Gregorius decimus in Concilio Lugdunẽſi
in c.nemo de elect.in 6.mandans, vt quod erat
57 ſtatutum de ſemeſtri in † commendis, extenda-
tur ad parochiales, nec niſi vnam Eccleſiã com
mendari poſſe, nec ultra ipſum tẽpus,& niſi cō-
ſtituto in ętate legitima, & ſacerdotio, idq; ne-
ceſſitate,& vtilitate ſuadente. maior nãq; in iſtis,
quàm in titulis adhibebatur cura, & ſolicitudo.

Quod concilium memoratu dignũ exiſtimo
cũ ei, teſte Florẽtino Archiepiſcopo, interſue-
58 runt † Epiſcopi quingẽnti, Prælatiq; mille anno
à Chriſto nato.1272.vel.1274.nec nõ Imperator Paleologus Cõſtantinopolitanus, qui vnà cum magna Græcorum caterua decimatertia vice in ſentẽtiam Eccleſiæ Romanæ ſpacio duorum menſium tãtum, poſtquam totus ab Eccleſia defeciſſet, ſuaſu, ope, & authoritate Gregorij decimi ſumni Pontificis deuenerunt, ut refert poſt alios Vgo Epiſcopus Famaauguſt. ſua Synod.de Epiſcop. in pręlud.verſi.Lugdunenſi Gregorij.

Tertio in maioribus,& minoribus vniuerſæ
59 concedebantur † commendæ ad vtilitatem ꝓ-
uiſi tantum quãdo cœperunt cōmitti ad vitam
prouiſi, & reputari in omnibus vnà cũ proprio
60 beneficiorum titulo, † commendarum enim ti-
tulus, ſicut & aliorum beneficiorũ vſu frequens
extiterat.c. dudum il.2.& c.nemo deinceps, vbi
Io. And.de electio.in 6.quod ſtatutum minimè
mutauit vſq; ad annum 1300.dum eodem ferè
tempore agnoſcẽs Clemẽs quintus anno.1307
nimiam commendarum indulgẽtiam, exitium
fore reipublicę Chriſtianæ, in ſuper ex his ab-
ſurda proficiſci, pręcipuè ratione cultus diui-
ni dimiſſi, curæ animarum neglectæ, hoſpitalita
tis debitæ non ſeruatæ ędificiorum, ac Eccleſia
rum reparationis omiſſæ, omnium ſpiritualium
collapſus, & tandem has commendas mala,&
diſpẽdia multa in Eccleſia afferre, beneficia om
61 nia ad vitam & tempus commendata † reuoca-
uit per ſuam conſtitutionem in extr.de prębẽd.
cap. 2. vel vt nonnulli ſentiant, Innocen.6.qui fuit anno.1353.teſte Rebuſ.in praxi benef.glo. 7.Rub. de commend.nu.11.12.& 14.ac Marſil. de reddit. eccleſ.origin.par.2 cap.15.num.27. Et hinc ſtatuer.t Alexander ſextus anno.1492. in titu.de ſigna.gratię.non poſſe regularia ſecularibus nec ſecularia regularibus commendari, minus beneficia quędam Sãcti Spiritus in Siuilia Ioannis Hieroſolymitani, Sancti Antonij,& Beatę Mariæ Teutonicorũ, vt recenſet Rebuffus loco ſupra allegato num.46.

Secũdum vero reſeruationis caput octo mo-
dis effectum eſſe video. Differunt enim inter ſe
62 † expectatiuę, & reſeruationes, vt exemplis do-
cet Gomeſ. deciſ. Rotæ manuſcripta prima de conceſ.prebẽn.lib.2.

Primus ſub duplici forma cõſideratus, bene-
63 ficiorum † fructus tantum reſpicit, à quo ana-
tarum vſus deriuat. At cęteri ad beneficia propriè diriguntur.

Reſeruarunt itaq; in principali capite, primo
64 loco† Põtifices fructus primi anni beneficiorũ
vacantium in diœceſi ad perſoluẽda debita Epi
65 ſcopi tunc defuncti, quos ad † quinquenniũ cō
cedi, ac fabricę, & alteri vſui pio, ac ſingulari ꝑ-
ſonę de conſuetudine, ex priuilegio, vel ſtatuto deberi poſſe conſtituit.

Bonifacius octauus, qui fuit ab an.1294.ad annum.1303.in c.ſi propter de reſcript.in 6.

Ioannes vigeſimus ſecundus, qui ſedit Chri-
ſti Vicarius ab anno.1316.ad annum 1334.cu-
ius extãt de hoc conſtitutiones in extrauagant.
eiuſdem cap.ſuſcepit de electiõn.ac in extraua-
gantibus communibus cap.vnico, ne ſede vacã
66 te.hoſq; fructus † annalia appellat. Et fateĩ hãc
in multis eccleſijs à longo tempore fuiſſe cõſuetudinem, vt fructus primi anni, vel ſecundi, uel ſequentis beneficiorum vacantium, aut defuncto, aut fabricæ, aut Eccleſijs, aut perſonis habẽtibus annalia de conſuctudine, vel priuilegio, vel ſtatuto applicentur.

Is vero Põtifex, ne ſucceſſor omnibus fructibus illius anni priuetur, partem illi dari mandat, vt ſi beneficium decimæ taxatione conſueuerit æſtimari, vel taxa, vel quod ſupereſt, ad illum ſucceſſorem perueſieat. ſi vero æſtimatũ nõ eſt, tunc dimidiam partem fructuum conſequatur.

tur. Hac ratione & æquitate ductus idem Ioannes Pontifex hos primos † fructus eorum beneficiorum, quorum collatio ſedi apoſtolicæ erat reſeruata, ad tempus cameræ apoſtolicæ reſeruauit, extant hac de re tres conſtitutiones eiuſdem ſub titulo de præbend. in extrauagantibus communib. c. poſtulaſti. ca. cum nonnullæ. 1. & 3. de præb. & in extrauag. com. & vt ex alijs conſtitutionibus eiuſdem Pontificis, quarum exempla apud me conſeruantur, elicio, ab initio Pon-
68 tificatus ad † octauum decimum annum, quo tempore in cathedra Petri ſedit, ſemper hijs annalibus vſus eſt ob egeſtatem, & ſumptus neceſſarios Eccleſiæ Romanæ, itaque ſingulas reſeruationes quotannis ferè prorogans, omnium annorum fructus collegit.

Falſum autem eſt quod Galli ſcribunt, in apoſtolis datis in concilio Conſtantienſi prætextu
69 † belli ſacri Vltramarini annatas Ioannem introduxiſſe.

Illud magis crediderim exemplo decimæ beneficiorum, quam Roman. Pont. iam inde ab Innocentij tertij temporib. concedere ſolebat.

(Et bello ſacro.

Innocentius tertius in concilio generali later. edito ann. 1205. c. vlt. ex quo ſumitur c. ad liberandum de Iudæ.

Gregorius decimus ab ann. 1271. ad 1314. vt teſtatur Gulielmus de Montelaud. in c. ſuſcepti, ne ſede vac. in extrauag. com. in gl. conſueuit, cuius etiam rei facit mentionem.

Honorius tertius in c. fi. de voto, qui regnauit ann. 1286.

Et pro bello ſiculo tantum.

Bonifacius octauus in extrauag. vnica de decimis in commu.

Et alijs rebus, atque perſonis.

Clemens quintus in concilio Viennenſi anno. 1311. clem. vlt. de decim. ubi Io. And. refert vidiſſe bullas.

Clementis quarti regnantis ann. 1265.

Honorij tertij ab anno. 1216. ad 1227.

Bonifacij octaui) ſuo iure has fructum reſeruationes ſibi quoq; vindicaſſe.

Quod ſi quis contendat iure diuino ſummo
70 ſacerdoti † decimam decimarum debitam fuiſſe. Num. capit. 18. num. 11. eaq; ratione Chriſti Vicario ſimilem portionem aut deberi, aut ab eo exigi cœpram eſſe, non eſt contemnendum, ex diu. Thom. ſecunda. 2. q. 87. art. 4.

Illud quoque videndum eſt, de quo Io. And. ſcribit in c. inter cætera in gl. vltima. in fi. extra. de offic. ordin. quem referunt ibidem Bellam. Zabar. Panormi. & Anch. rurſus Gloſa in prag. ſanctio. de annatis, in concilio Viennenſi tractatum fuiſſe, nam præſtaret dari uigeſimam decimarum Romano Pontifici, quàm pati ſumptus legatorum, & Nunciorum, & ea, quæ in promotionibus Eccleſiarum ſoluebantur, quib. annumerat fructus primi anni, & decimas, quæ nunc (inquit) pullulant, ſed refert concilium noluiſſe uigeſimam concedere, ne omnia pati cogeretur. Ex quib. uerbis multi, Ferdin. cordub. in lib. de annatis, in princ. argumentorum pro annatis. Io. Ecchius in enchiridio cap. 26. Thom. Feltren. titu. de annatar. inſtitutione in primo, & in reſpon. ad grauamen. 27. German. Petr. Andr. Gamb. de ſymonia in extrau. Iulij ſecundi (qui ſolus dubitar an id dicant Hoſtien. & Ioan. An.) in uer. & concilium. ac moderni Pariſini in quodam libello, & ſi impio, inſcripto in Senatuſconſult. Franciæ contra abuſus pagin. 177. num. 1. ſunt decepti, putantes tempore concilij Viennē-
71 ſis † annatas ſolutas, quos maiori errore decepit Ferdin. dum refert quædam verba Ioan. Andr. quę non extant, quibus non ſolum de annatis in concilio Viennen. ſtratractatum fuiſſe, ſed etiam tempore Hoſtien. antiquiſſimam conſuetudinē fuiſſe, vt annatę exigerentur, dilucidè ſcripſiſſe videbatur. utrunque aūt falſum eſſe, utriuſque libri lectione apparet. Nam quod de fructib. primi anni Ioan. And. ſcribit, magis uidetur ad ſua tempora poſt conſtitutiones Ioannis uigeſimi ſecundi referendum eſſe, prę ſertim cum addat, quę nunc pullulant, quàm ad concilium Viennēſe, adde glo. in clem. unica de ſuppl. negli. uerſu
72 reuocari, certumque eſt † Ioannem Andream qui in facultate iuris Pontificij Princeps pollebat anno poſt Virginis partū. 1332. quod ego ex documentis publicis deſumpſi, in conſ. meo 91. in prin. poſt Ioannem uigeſimum ſecundum floruiſſe, non ante, ut Feltrenſis credidit.

73 Pontifex uero, qui hos † fructuus perpetuo ſolui iuſſit camerę Apoſtolicę, primus fuit.

Bonifacius nonus ſedens in Petri cathedra ab anno. 1389. ad 1404. cuius conſtitutionis exēplum extat apud me in quibuſdam conſtitutionum ueterum Pontificum libris manu ſcriptis, quod & Platina in illius geſtis, & uita deſcribit. Is non integros fructus iuſſit ſolui, ſed dimidios, vt hodie curia Romana obtinet, itaque medię
74 † annatę à nonnullis appellantur, ab alijs originem inſpicientibus annatæ, Bonifacius exemplum nonnullorum prędeceſſorum ſequi ſe fatetur, & vrgeri neceſſitate, cum propter ſchiſma,
75 (quod fuit in † ordine 26. ob Clementem dictū ſeptimum contra Vrbanum ſextum creatum) camera apoſtolica graui ære alieno eſſet oppreſſa, quos enim ſequi Bonifacius fatetur, pręter Ioannem uigeſimum ſecundum, ſunt.

Gregorius vndecimus, qui regnauit ab anno 1370. ad annum. 1378.

Vrbanus ſextus, qui annum Iubilei tertio celebrauit, à Saluatore nato anno. 1383. ſub qui-
76 bus non aliter † literę apoſtolicę de beneficijs vacantibus expediebantur, quam ſi ſe camerę obligaſſent ſoluturos annalia tempore ſtatuto, Extant hac de re in libris regularum cācellariæ illius temporis decreta camerarij, ſiue, vt dicun-
77 tur, cameralia. Quorū duo taxarum † libris principa-

cipales,quibus curia nunc vtitur,tempore Ioannis adinuenti ſunt, quia primum reſpiciat taxã officialium literarum, & mandatorum Pontificis per monetas Turonẽſes,quę Romę,niſi poſt reditum curiæ Ioannis duodecimi in Vrbem cognitæ non fuerunt. Alterum contineat valorem verum beneficiorum conciſtorialium, ex quib.
78 annatæ ſoluuntur ſub nomine Floreni, † quod ante ipſum minimè in vſu erat, cum primus omnium hoc genus monetæ cudi iuſſerit, vt deſcribit Sarnetus,in pręfatione regul.de ualor.bene. cum benef.impetr.exprim.

Vrbanus ſextus item author fuiſſe dicitur re-
79 gulæ de † valore, Rota in nou. deciſ. 292. aliàs deciſ.20.de præben. (Et ſi alij id attribuant Vrbano quarto,qui Pontifex vixit ab anno.1261. ad annum.1264.) vt refert Clem.6. de quo per Lodo. Gomeſ.in regul.de ualore in primo, quã deciſionem refert Felynus.in ca.ad aures.nu.5. & ibi Deci.num.10.de reſcrip.Ancar.conſ.295. in primo 298.& 138.de natura in prima concluſ.Mendoſ.in regul.cancel. 22. de impetr.beneſ.q.2.num.2.quæ magno uſui fuit, ut hi fructus annales ſoluerentur,Fely.in d.c.ad aures in ſi.de reſcr. Alſ.Soto in comment. ad regul. cancel.regul.61.& Sarm. ſeu Lodo. Gomes in prohe.regul.de valore in primo, itaque ab omnib. Pontificibus recepta eſt. *

Acceſſit & illud, quod à Bonifacio octauo in extrauagant.com.incipit iniunctæ de electio.inchoatum,idem Bonifacius nonus, Innocentius ſeptimus anno. 1404. Gregorius duodecimus anno.1406.Alexander quintus.1409.& Eugenius quartus anno. 1431. varijs conſtitutionib. perſecuti ſunt, magnis enim propoſitis pœnis ſanxerunt, nequis ſine literis apoſtolicis Eccleſiarum,monaſteriorum, aut beneficiorum fructus percipere conaretur, tempus vero eas expediendi intra certa tempora arctarunt, quod, vt nimis acerbum, poſteriores Pontifices non ſunt ſecuti,licèt illa de fructibus, Iulius ſecundus anno.1505.ſui Pontificatus ſecundo, confirmauerint.& auxerint in extrauagan.Romani, & in extrauag.ex debito contra non ſoluentes annatas,& accuratius Iulius tertius anno.1551.in cõſtitutione incipit, cui nuper, edita contra acci-
80 pientes † poſſeſſionem literis apoſtolicis non confectis etiam vigore prouiſionis ordinarij poſterioris.

Sunt & alia contra non expedientes literas reperta,in quibus illa regula ſatis nota, vt commiſſiones cauſarum, literis non expeditis, nullius ſint roboris, vel momenti, & altera de non iudicando iuxta formam ſupplicationum, ſed literarum,ſuper quibus nouiſſimè Mendoſ. deſcribit.

Sed vt ad fructuum reſeruationes, ſeu annatas reuertamur,ſolus Ferdinandus Cordu.titulo de annat.in 3.argum.pro annatis author eſt.

Gregorium duodecimum Gallis conceſſiſſe ad quinquennium, ne vltra medietatem fructuum primi anni,ſeu communium, & minutorum ſeruitiorum,Eccleſiarum,& Abbatiarum, quæ in Regno Franciæ, & patria Delphinatus uacarent,quicquam perciperetur,eam uero medietatem duabus penſionibus ſolui ſtatuit, alteram intra octo menſes a die pacificæ poſſeſſionis,alteram intra alteros octo ſecuturos.inferioribus beneficijs ſtatuit ſex menſium tempus,eadem ratione ſoluentibus medietatem taxationis decimæ.Hoc ipſum ait fuiſſe per ſucceſſores confirmatum,quod an verum ſit,alijs perquirẽdum relinquo.

Ego tantum affirmare poſſum, Vrbanum Quintum,qui ſedit ab anno.1361. ad 1370. &
81 Gregorium undecimum taxationem † decimæ in pleriſque locis Galliæ ad medietatem reduxiſſe,de qua re præter teſtimonium antiquæ Rotæ Romanæ in ant.887.quę eſt.10.de conc.præb. & deciſ.292.licet impetrans,in nouis, quam refert Fely.in cap.eam te,in.fi.de reſcr. poſt Petr. Rebuf.in trac.nominationum.q.9. numero 30. extant apud me dictarum conſtitutionum exẽpla. Ventum eſt ad concilium conſtantienſe, quod floruit ab anno.1414 ad 1417.de annatis aliquid ſtatuiſſe,affirmat.d. Cordubenſis Ferdinandus,qui uerba concilij recitat in arg. 2.pro annatis,quæ in concilio edito non reperiuntur, eadem tamen in regulis a Martino quinto conſcriptis anno.1417.inuenies, ac in concordaris Germaniæ paucis immutatis, quæ cum confirmatione Nicolai quinti ann.1437.edita ſunt in concilio Conſtantienſi. Quod a Baſil enſi concilio editum eſt,tantum reperio, ſeſſione.40.de annatis,communibus ſeruitij,& minutis, vnum eſſe ex illis capitulis,quæ futurus Pontifex ante diſſolutionem concilij erat tractaturus,& ſeſſione 43.dicitur cum ſingulis nationibus fuiſſe concordatum,atque ex illa concordia, & in decretis tum editis fuiſſe ſatisfactum omnibus capitulis.Vereor ne illud ipſum decretum, de quo dixi,uel à Baſilienſibus fuerit abbatum, qui contra annatas canonem ediderunt in 20.ſeſſione, vel non generale fuerit,ſed alicuius nationis. Illud certum eſt.

82 Martinum quintum,ut uerus † ualor exprimeretur,etiam computatis quotidianis diſtributionibus.3. Kal. Nouembris anno primo ſtatuiſſe, ſed in ſolutione annatarum prohibuiſſe aliquid ſolui ratione diſtributionum, ſed ueri ualoris, cur ergo Is. 3. Id. Nouembris electus fuiſſet anno ferè uertente, minimè credendum eſt exegiſſe illud,quod in concilio non fuiſſet probatum, extant tamen Gallorum libelli, qui Apoſtoli dicuntur, extat is liber, poſt Nic. de Clameng. de lapſu & reparatione iuſtitiæ, & poſt diſputationem de cõc.generali, dati. cuidam Procuratori Fiſcali in concilio Conſtantienſi appellanti nomine Cameræ apoſtolicę, & adhærentiũ ad futurum Pontificem, in quib. affirmant ab omnibus

bus nationib. contra annatas, & communia ſer-
uitia fuiſſe conſenſum, idem vr̃ ſentire Io. Gerſ.
de ſimonia, reſpondendo quintæ obiectioni.
361. ſed hi ipſi libelli nullam definitionem con-
cilij referunt, tñ argumenta offerunt, quib. an-
natæ fuerint impugnatæ, quæ non difficile eſt
diluere, omnia enim eo tendunt, vt doceant hãc
pecuniam propter beneficium dari, quod iuri
diuino, humano, ſententiæque illi gratis acce-
ptantes gratis date, repugnat omnino.

Cõtra quos, Ioannes a Turre cremata, & Ale-
xandrino Cardinalib. utar teſtib. Ioã. Tirenc. &
Alex. in c. ſi quis præbendas. 5. q. 3. qui hæc one
ra iure licita eſſe affirmant, vt pote quæ gñaliter
83 ipſis † beneficijs vacaturis non vacantib. Itẽ be-
neficijs hoc onere affectis ex neceſſitatis cã, nõ
ex precio, neq; perſonis ſingulis fuerint impoſi
ta, exẽplo eorũ quæ Eps põt retinere de fructib.
vacantis beneficij, gratiſq; det Pon. diſtribuẽdo
beneficia, & fructus eorum, qui tñ minus, & plus
concedere põt, & ſi onere penſionis pro alio
grauare beneficium, eo magis ſibi retinere, p̃ci-
puè cum initio naſcentis Eccleſię, vt dixi, fructus
omnes arbitrio & Eporum diſtribuerentur.

84 Illud negari non põt contra annatas † Baſiliẽ
ſe concilium ſtatuit ſeſſ. 21. ſed eo tpe, quo in Eu
genium quartum Pont. maximum totis viribus
irruebat, Baſilienſium opinionem Carolus ſepti
mus Gallorum Rex cõſtitutione lata, quæ prag-
matica ſanctio dr̃, confirmauit, eam tñ ſanctionẽ
Romani Pontifices ſæpius deteſtati ſunt.

Leo tamen decimus in concilio an. 1516. cũ
Franciſco primo Rege ſuſtulit, alijs legib. datis,
85 quæ † concordata Galliæ appellantur, in quib.
diſertè de annatis ſoluẽdis cautum eſt, ac quod
exprimatur verus ualor, & ſi id in noĩatione mi
nimè locum habeat, teſte Petro Rebuf. de nomi
nat. q. 9. nu. 29. & 31. Hæc concordat in gñali cõ
cilio Lateranenſi approbata, & cõfirmata ſunt,
ut ex Leonis decimi diplomatib. cognouimus.

Eadem rõne cum Germanis fuit concordatũ
86 tpe Nicolai V. vt antea diximus, quę † pacta
appellantur, in quib. vt annatæ ſoluerentur, con
ſcriptum eſt. Ac licèt nõ defuiſſent, qui ſedi apo
ſtolicæ in Germania detraherent, aduerſus eos
Aeneas Siluius, dum Cardinalis, poſtea Pius ſe-
cundus dictus an. 1458. librum in lucem prodit,
de ſtatu Germaniæ cõtra Martinũ Maier ad An
tonium Ilerdenſem Cardinalem. in quo libro aſ
ſerit auaritia, & imprudẽtia promotorum factũ
fuiſſe, vt non a collectorib. & exactorib. annatæ
exigerentur in prouincijs, quos uarijs fraudib.
diluebant ſed Romæ ante literarum expeditio-
nem ſimili impudẽtia centum grauamina ꝓpo-
ſuerũt noui uerbi Dei ſectatores, in quib. eſt vige
ſimaſeptima de annatis, quib. rñdit Thomas Cã
pegius Feltrenſis antiſtes, qui de annatis, vt ſup.
libellum edidit, & Ioãnes Ecclus in enchiridio,
ſed nemo copioſius Ferdinando cordubenſi de
annatis ſcripſit, qui tpe Sixti quarti, qui ſedit ꝑ
tredecim annos, incipiendo ab an. 1471. multis
argumentis ea de uolumina confecit. Ante hos
reperio ſcripſiſſe de annatis Bar. Brixienſem in
dictionario, uer. ſimonia, in li. contra impugnã-
tes authoritatẽ ſedis Apoſtolicę, & ego aliàs ſcri
pſi, q̃ hic, ne uolumẽ conficiã, conſulto p̃teribo.

87 Contra tñ non † ſoluẽtes annatas extãt cõſtitu
tiones Pij ſecundi, Innocentij octaui, qui fuit Põ
tifex ab ann. 1484. ad annũ. 1492. & Iulij ſecũdi
88 Sed ut † quintodecimo quoque anno ſoluan-
tur annatæ de beneficijs perpetuo unitis a tem-
pore, extant conſtitutiones Martini quinti.

Pauli ſecundi, qui ſedit in cathedra Petri ab an
no 1464. ad 1471. &
89 Iulij II. &c. Rurſus hæ † annatæ ſoluunt ſecun
dum curiæ ſtilũ oĩb. notum, uti iuſtę, & optimæ
impoſitiones ab ipſis penſionarijs ꝓ rata pẽſio-
nis, ſicut beneficiati de beneficio, teſte Alfonſ.
Aluarez. in Spec. ſum. Pont. Imperat. & regũ ca.
62. ſub nu. 15. Quę oĩa circa annatas ex abũdan-
ti ſuper hac fructuũ reſeruatione recẽſere volui.

Secundario ſub principali capite fructuũ reſer
uarũt ſummi Pont. ſuper Eccleſiarũ fructib. per-
90 petuo annuas † penſiones, ſeu portiones fructuũ
in quãtitate ad alicuius vitã, dũmodo tot benefi
ciatæ, quæ ad illius uitã ſufficerent, dimitterent.

Primo, pro bono pacis ad lites cõponẽdas (vt
inquit) Innoc. tertius in c. ni.i de præbend.

Secundo, ut egeno prouiderent de eo, quod
alteri ſuperabundaret.

Innocentius terrius in Concilio generali cap.
extirpandæ. de præbend.

Alexander III. in c. conquerente. de cler. non
reſi. Clemens v. in c. 1. §. eadem de cleri. nõ reſid.
no. in c. ad audientiam il ſecundo de reſcript.

Tertio, ratione inæqualitatis fructuum in be-
neficiorum permutatione.

Clemens 3. in c. ad qõnes, de rer. permut.

Quarto, inſigne hominis erga Eccleſiam, meri-
tum id quandoque efficit.

Innocentius 3. in c. ꝑ tuas de donat.

Quinto, ſeni, vel debili renunciãti pẽſio reſer-
uata fuit, qđ aliàs ſcripſit Ancar. conſ. 279. mul-
taſque cãs quis excogitare poſſet, quæ hic non
enarrantur, ſed quiſq; eas deſumat ab authorib.
materiam pertractantib. puta Paulo de Roma
tract. de penſio. q. 1. Hier. Gigant. eo. trac. q. 1. 4.
& 6. Coraſ. de beneſ. par. 1. c. 4. in fi. Rebuf. de be
nefi. tit. de reſeruat. general. nu. 12. cum ſeq. Fel. in
c. ad audientiam il ſecundo. nu. 2. de reſcrip.

Primum uero, qui penſiones, ſeu has fructuũ
partes in quantitate ſuper Eccleſia reſeruauerit,
etſi Gigaſ. d. trac. q. 3. in fi. non uidiſſe authorem
teſtetur, arbitror ego fuiſſe

Sixtum 3. qui Pontificatum adeptus fuit ann.
ſaluatoris. 432. dum. n. uniuerſum ſynodum cõ-
uocaſſet, octuagintaunius Eporum, quadragin-
taocto presbyterorum, & ſex Diaconorũ aduer
ſus Policroniũ Hieroſolimitanũ Epm propter
nõnullos exceſſus in Eccleſia patratos, pręcipuè

9 Hieruſalem primam ſedem profiteretur, nec
niſi maximo pręmio donatus ordines in Eccle-
ſia conferret, uel Ep̄os conſecraret, ob illius æta
tem, eidem vnà cum Concilio tria prędia Eccle
ſiæ Hieroſolimitanæ ad vſufructuandum conſti
tuit, vt fructus ſibi pro victu, & ſuſtentatione, cę-
derent, quod legitur in collectis Sixti tertij, ſeu
in libello expurgationis dicti Policronij Ep̄i Hie
roſolimitani, poſito in 1. uol. conciliorum uni-
uerſalium pagin. 611. ca. 7. 8. & 9. non diſſentit
Thomas Feltrēſ. in ſuo tract. de penſionibus.

Quas penſiones conſtrui rurſus pro titulo be
neficijs certo agnoſcimus, ex traditis in locis ſu
pra allegatis pro temporalitate tamen cōceſſas,
extingui, ac redimi quandoq; ſola uoluntate pē
ſionarij, quandoq; ex ſolutione anticipatæ ſolu
tionis, uel certa pecuniarum quantitate ſoluta.
Quod Platina deſcribit in geſtis Pontificum.

Pauli inquam ſecundi, qui fuit ann. Xp̄i. 1464.
dum penſionū redimendarū uſum nō improbaſ
ſe ait, ponit Hier. Gig. tract. de penſi. q. 87. nu. 5.
91 priuatoq; partium conſenſu † extingui ſicut re-
greſſus, citra quoq; Pontificis authoritatē, termi
nauit aliàs Rotę ſacrū auditoriū, teſte Illuſt. Car.
Paleoto Domino meo Colendiſſimo In deciſ.
ſuis manu ſcriptis. nu. 347. incip. quidam aiebāt.
92 Secundo modo principaliter † reſeruationes
editæ ſunt per ſummos Pontifices ſuper certo
beneficio, & pro certa perſona.

Innocentius tertius in c. cum dilectus de iure
patro. anno Chriſti. 1200.

Bonifacius octauus anno Chriſti. 1300. in c.
præſenti de offi. leg. in 6. cum ſeq. loquentes de
reſeruatione legati a latere.

Bonifacius octauus. in c. ſi eo t̄pe. de elec. in 6.
vbi de reſeruatione Papali. c. præſenti de offi. de-
leg. in 6. ac in extrauag. ad regimen. Et de quib.
reſeruationib. pertractant diffuſe recentiores in
eorum ſcriptis ſuper titulis reſeruationum gene
ralibus, Aeneas inquam de Falco, Gaſpar de Pe
ruſio, Rebuffus in praxi in concordatis, Coraſ.
Feltrenſ. Lud. Gomeſ. ſuper regula de impetr. be
neſ. per obit. fam. Card. q. 15. & de triennal. poſ-
ſeſſ. q. 31. Quintil. Mendoſ. in proœm. & ſuper
plurib. nouem regul. cancel. per poſſeſſ. Franc.
Marc. deciſ. Delfinat. 1188. prima parte.
93 Tertio ad certa beneficia p̄cipuè puta † vacātia
in curia, uel ex diſpōne conſtōnis execrabilis.

Clemens III. qui ad munus Pontificū aſſumit̄
ann. 1188. conſtōnem prior ſuper hoc p̄cipuam
edidit in c. 2. de p̄b. in 6. qua diſpōnem beneficio
rum uacātiū in curia ſibi reſeruat, ut refert Tho.
Feltrenſ. in tract. de reſer. beneficio. in prin. licèt.
alij eam Clementi quarto attribuant, ut inf.

Innocentius tertius in c. accedens de accuſ.
vbi confert beneficium in curia vacans.

Clemens IIII. ann. Chriſti. 1266. ſecundū alios
in dicta conſtitutione c. 2. de præb. in 6. quod eli
ciunt ex c. Gregorij X. in c. ſtatutum de præb. in
6. qui Clementis ſui prædeceſſoris conſtitutio-
nem eſſe commemorat.

Bonifacius octauus in clemen. 1. de præbend.

Ioannes uigeſimuſprimus Caturcēſ. Gallus di
ctus uigeſimus ſecundus in extrauaganti ſua cō-
ſtitutione, incipiente execrabilis, qui vices Xp̄i
in terris geſſit annis decemocto, incipiendo ab
anno Saluatoris 1316. & primus oīum, ut ſupe-
rius ēt tetigi, regulas cancellarię inſtituit, vt colli
gitur ex vetuſto quodā m̄ebrano codice, quem
94 vulgares quinternū † cācellariæ apoſtolicę nūcu
pāt, & ſi cācellariā fuiſſe t̄porib. Lucij tertij Pōti
ficis ann. 1181. conſtet apud oēs, teſte Gomeſ.
Sarnenſ. Ep̄o in reg. cancel. prohęmio q. 1. & 2.

Clemens 6. ann. 1342. id ſuis extrauag. ſtatuit.

Quod Eugen. 4. an. 1431. extendit, & ſi dece-
dens deſierit eſſe officialis t̄pe obitus & quo ad
beneficia, quę officij t̄pe impetrata fuerunt.

Quartò generaliter, ſeu vniuerſæ reſeruando
95 omnia † beneficia electiua.

Ioannes dictus 22. in extrauag. incipit ad regi-
men, in regul. cancel. ac ſuis cōſt. memoratis ibi,
item oēs dignitates maiores, & poſt Pōtificales
in Cathedralib. & principales epiſcopatuum, in
collegiati Prioratus ualorem decem florenorū
excedentes, p̄poſituras, p̄poſitatus, Decanatus,
cōuētuales ordinū quorūcūq;, ſed nō militiarū.

Benedictus undecimus dictus. 12. regul. can-
cel. prima. anno. 1334. ſunt ſecuti.

Ioannes 22. dictus uigeſimus tertius ante de-
poſitionem factam per Concilium Conſtātiæ.

Martinus 3. ſed dictus 5. an. 1417. quo t̄pe nēpe
cum vigeret Boęmorū Hæreſis, uſu recipi cępit,
bulla quæ uocat̄ in cœna Domini reſeruationes
certarum excōicationum Papæ ſoli continens,
cuius meminerunt Pau. 2. & Sixtus 4. ann. 1480.
in extrauaganti & ſi Dominici. At generalem
reſeruationem beneficiorum admiſerunt rurſus

Eugenius 4. ann. 1431.

Nicolaus V. ann. 1447. in eorum regul. can-
cel. & ſubſequenter alij.

Paulus 2. anno. 1464.

Innocentius 8. an. 1484. qui eam extenderūt
ad dignitates nō maiores in cathedralib. & prin
cipales quouis modo, non tamen religioſus.

Quinto reſeruando dignitates, p̄ſonatus, ac ēt
alia beneficia inferiora in quibuſdā partib. exi-
ſtentia Piſana, Lucēſi, & Mediolanēſi Diæceſib.

Quod primo a Ioan. dicto 22. effectū fuit, de-
mum a Benedicto dicto duodecimo, ac poſt p̄
Clemen. 6. vt in eius extrauag. nō imp̄ſſa, quarū
multæ pęnes me exiſtūt. Qui Clem. 6. alia cōſtitu
tiōe oēs dictas reſeruationes, exceptis d̄ dignita
tib. p̄ſonatib. & curatis b̄n̄ficijs factas reuocauit.
96 Sextò reſeruando oīa † beneficia cum cura,
vel ſine cuiuſcunq; generis, & qualitatis ſint va-
cantia per aſſecutionem poſſeſſionis alterius nō
ferendæ, ſed (vt vulgo aiunt) incompatibilis vir-
tute expectat: uarum, quod ſtatuit.

Clemens ſextus Gallus ann. 1342. in ordine
Pontifex 200. in ſua extrauaganti cōſtitutione.

Vrba-

Digitized by Google

Vrbanu q́ue ſextus Neapolitanus ann. 1378.

Item tanquàm affecta reſeruando omnia beneficia quoquomodo reſeruata per prędeceſſores Pontifices vacantia tempore obitus prædeceſſoris ſui, quæ ſi nō commendata, vel adminiſtratori conceſſa fuiſſent, vacarēt, primuſq; fuit.

Gregorius vndecimus dictus duodecimus in regul. cācel. declarās oīa eſſe affecta, & reſeruata.

Bn̄dictus duodecimus dictus tertius decimus

Ioannes vigeſimus ſecūdus dictus vigeſimus tertius tempore concilij conſtantienſis.

Martinus tertius nuncupatus vero quintus.

Eugenius quartus, & cœteri ſucceſſiuè.

Rurſus reſeruando omnes dignitates perſonatus, & c. beneficia ſecularia, & regularia cum cura, vel ſine vacantia, vel uacantia in Vrbe, & ditione eius in ciuitate, & ditione Bononienſi, in ciuitate Auennione, & terris, in quibus Pontifex legatione functus erat.

Primus fuit Ioannes dictus vigeſimus ſecundus in regula cancellariæ.

97 Septimo reſeruādo oīa † beneficia cuiuſcūq;
generis uacantia per perſonas Cardinalium, & cœterorum officialium curię collectorū, & ſimiliū, qn̄ transferē curia de loco ad aliū, qđ ſtatuit.

Vrbanus V. de quo ſup. in regulis cācellariæ.

Gregorius vndecimus anno. 1370.

Clemēs ſeptimus in ſchiſmate cōtra Vrbanū ſextū, Auēnioni. 1378. & deinde cęteri Pōtifices

Reſeruando inſuper dignitates, & beneficia quomodocunque, & vbicunq; vacantia quæcunq; ſpectarent ad collationem, vel prouiſionem Cardinalis, a curia abſentis in ſuis Ep̄atib. rōne diſpoſitionis, & prouiſionis ratione eorum titulorum in Vrbe Roma hic fuit.

Octauo reſeruando magis in ſpecie Eccleſias quaſcunque maiores, etenim.

Nicolaus quintus annō. 1447. & alij ſunt ſecuti poſt Clementem ſextum anno. 1342.

Vrbanus quintus Monachus, & Gallus, anno 1362. Non. Aprilis initio ſui Pontificatus per regulā cancellariæ omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, & monaſteria oīa virorum, & mulierum ſolita per Priores, vel Præpoſitos adminiſtrari qūocunque, & ubicunq; uacent, & eſſent vacatura in poſterū, conſtitutioni, & diſpoſitioni ſuæ reſeruauit, quoties tamen reſeruatione vti voluerint, quod ēt fuit de cōibus beneficijs curialibus, & officialibus curiæ, & ſedis, ſequutus eſt Vrbanum.

Gregorius vndecimus Gallus anno. 1. Pontificatus, ſalutis. 1370. qui tamē per eaſdem regulas. 11. non. Nouēbris ann. 1370. reſeruauit Eccleſias tantum maiores ducentos florenos, & Monaſteria centum florenos in reditu excedentia. Quod alij Pontifices ſucceſſores, ac recentiores comprobarunt ſimiles reſeruationes per regulas cancellariæ ſuo tpe tantum obſeruandas ex conſtitutionibus eorundem, & propter quas in tota Italia ſummus Pontifex libera eligendi facultate ſuper reſeruatis potitur, licèt in Germa-
98 nia, & Gallia nunquam † reſeruationes admiſſæ fuerint, vt legitur in concilio Baſilienſi ſeſſione. 23. in fi. ex prag. ſanct. ti. de ele. & per not. a Dec. nu. 5. & Abb. num. 4. in c. 1. extra de elect.

Quinimmo eodem ferè tpe Ioannes uigeſimus primus dictus, ut ſup. uigeſimus ſecundus, & Clemens ſextus, quo cæperūt uſu recipi reſeruationes, ſanctus Ludouicus Galliæ Rex, Ludouicus Attinus anno. 1315. Philippus Pulcher, & Ioannes filius anno. 1351. ſuis conſtitutionib. & editis morem ueterem eligendi Prælatos in ſuis Regnis retinere conati ſunt, aſſerentes morem antiquum dici iuxta canones, vt. ſ. Eccleſijs, niſi per electionem, prouideretur, Quod anno Chriſti. 400. a Clodoueuo Rege ſancitum conſtabat, per Vincent. Spec. hiſt. lib. 22. & 23. a Ludouico anno. 1267. ac ab alijs, ut ſup. nec non a Carolo ſexto ann. 1406. & ſec. & cum cōſilio oīum procerum eccleſiaſticorum, & ſeculariorum Regni confirmatum ann. 1409. ubi reſeruationes, & exactiones in curia interdixerunt.

Itē à Carolo ſeptimo tpe Eugenij quarti ann.
99 1438. quando † pragmaticam ſanctionē Biturgum promulgauit, quoue tpe in Gallia expectatiuæ ſublatæ ſunt, & noīatiōnes uniuerſitatū inuentæ, multa notanē p Frā. Duar. ſuo & ſi nefando libello de bene. in fi. & Petrū Rebuf. in concord. Regni part. 2. titul. de noīatione. q. 2. & in præfat. ad rub. de collat. Io. Selua. trac. de beneſ. par. 2. q. 1. Quæ tamen pragmatica licet ſublata fuerit a Leone X. Bononiæ Kal. Ianuarij ſub ani 1516. ex concordatis tū ſuper ea fuit permiſſa Franciſco tunc Regi Franciæ Xp̄ianiſſimo, ſeu uniuerſitatib. Regni, noīatio oīum ſuperiorum Eccleſiarū, & iuxta formā, quę in cōcordatis ſ. f.

Longo vero tpe poſt, cum ob reſeruationes multas ꝓpe, & innumeras expectatiuas, res eo deueniſſet, ut oīno ordinarijs Ep̄is beneficiorū collatio ſublata eſſet, ꝓpea ꝙ Prælati, & eorum Eccleſiæ nimium oppreſſæ dicerentur, & detrimenta in dies ſuſtinerent, Pontificibus cæptum eſt cum ipſis aliquatenus indulgeri, &

100 Primo ſtatuendo, ut ſi † expectatiuę infra mēſem a data non acceptentur, & perficiantur, per deputatos, & infra tres menſes ſubſequentes illico non publicētur in loco prouiſi, nullę eſſent, & eis non obſtātib. ordinarij libere de eis diſponere poſſent, ut ſtatuit primo.

Clemens quintus in concilio Viennenſi ann. 1311. cuius decretum legitur in clemen. 1. de conceſ. præben.

Engenius IIII. per regulā cācellariæ an. 1431.

Secundo concedendo aliquib. Ep̄is peculiari-
101 ter collationem beneficiorum in mēſib. † alternatiue, dum ſuis Eccleſijs præeſſent, ut Ep̄o Tiraſonenſi, & Epiſcopo legionenſi conceſſit.

Paulus ſecundus anno. 1470. quod refert Alfons. à Soto. in commentario regul. cancel.

Tertio, ut p̄lati, & pſonæ eccleſiaſticæ, ad quos

iure ordinario digoitatũ, aliorumq; beneficio-
rum eccleſiaſticorum collatio,prouiſio,præſen-
tatio electiooè pertioet,gratias, & fauores a Põ
tificib.reportaſſe dignoſcerentur,eiſdem cõceſ-
ſum fuit.vt nõ obſtantib.gratijs, & expectatiuis
quibuſcunq; de dignitatib. perſooatib. admini-
ſtrationibus officijs,canonicatib.præbẽdis, nec
non alijs beneficijs ubiuis ſecularib. & regulari-
bus cum cora,vel ſine ad eorum collationẽ,pro
uiſiooem,electionemvè pertinentib. quæ infra
qoioquennium a data conceſſionis anoo Pon-
102 tificatus primo,ac menſib.Martij,Iunij,Septem
bris,& Decembris vacare contigerit, dũmodo
diſpoſitioni apoſtolicę generaliter reſeruata nõ
fuerint,& affecta,perinde ac nullæ ſuper his gñę
emanaſſent, liberè diſponere poſſent cum clau-
ſula,& decreto irritante, idque primum ſtatuit.

Nicolaus quiotus dictus ſextus in ſuis cãcella
riæ regulis ſub anno.1447. cumq; ſequuti ſunt.

Alexander ſextus anno.1492.

Iulius ſecundus anno.1503.

Leo decimus anno 1513.regula.76.&alij ſuc
ceſſiuè,& ſi Gomes. de grat. expectat. ou. 13.id
aſſerebat Vrbano quioto,in cuius tamen cõſtitu
tionib. ſeu regulis id ſancitum minimè uidi.

At quarto loco Leo decimus in oumero Pon
tificum a Petro.221.anno,ſui Pontificatus ſecũ-
do,Chriſti ſaluatoris.1514.videns ex ipſis expe
ctatiuis,reſeruationib. ac gratijs Pontificum ni-
mis eorum eccleſias,& Prælatos opprimi,ac in
dies diſpendia pati reuocatis prius omnib. gra-
tijs reſeruationib.& reualidationib. prædeceſſo
rum,& ſuis vt ab eo Prælati gratias, & fauores
reportarent, ſtatuit vt omnes ordinarij menſiũ
alternatiua vterentur,ac in menſibus Februarij.
April.Iunij,Auguſti,Octobris,& Decembris li-
berè conferrent dignitates, officia,perſonatus,
ac omnia,& quæcunque beneficia ſecularia, re-
gularia cum cura, & ſine ad eorum collationẽ,
& prouiſiooem,vel quouiſmodo ad diſpoſitio-
nem ſpectantia, dummodo ea vniuersè ſeu (vt
aiunt) generaliter ſedi apoſtolicæ reſeruata, vel
affecta non eſſeot.

Statuit inſuper eodem aono hinc ad quatuor
menſes contra ordinarios (qui non ſolũ in men
ſibus permiſſis prouidebant,ſed in alijs quoq;)
vt clericos pauperes, præcipuè in Romana cu-
ria,& ad Cardinalium obſequijs inſiſtentes fa-
uorib. item & gratijs proſequi poſſet, ꝙ omnia
beneficia cum cura,uel ſine ſecularia, vel regula
ria,itẽ dignitates,perſonatus,&c.quinquaginta
librarum Turonenſium valorem excedẽtia,præ
ter ſpectantia ad collationem Cardinaliũ, quo-
uiſmodo, & ubiq; vacantia in alijs ſex menſib.
Ianuarij,Martij,Maij,Iulij, Septembris,& No-
uembris ſedi apoſtolicæ, & ſuæ reſeruata omni
no eſſent,quæ uniuerſæ ſuæ collationi,& diſpo-
ſitiooi reſeruauit, inbibendo de cætero &c. &
irritando in contrarium factas &c. cum decreti
clauſula.

Sequuti tamen ſunt Clemens ſeptimos,Pau
lus tertius,& Iulius tertius, Nicolaum quintum
dictum ſextum,Alexãdrum ſextũ, & alios, dum
per regulas cancellariæ quatuor menſes tm̃ ordi
dinarijs conceſſerunt,in ſingulis:octo vero alijs
menſib.oĩa beneficia vacantia (præterquâ Car-
dinalium & comprehenſa in concordatis cũ ali
qua natione, & aliàs quam per reſignationem
extra Romanam curiã) vniuerſæ ſedi, & ſuæ di-
ſpoſitioni,& collationi reſeruarunt, vt poſſent
gñaliter expectatiuas concedere pauperib.cleri-
cis,& de beneficijs eiſdẽ, ac alijs perſonis bene-
meritis de ſede prouidere iuxta prædeceſſorum
veſtigia.Mandantes tñ, quod in impetratiooib.
fieret mẽtio menſis, in quo beneficium vacaret.

Verum & his temporib.concedebant Ponti-
fices nõnullis, ot puta Cardinalib. in priuilegiũ,
& gratiam peculiarem,indultum confereodi be
neficia in aliena diœceſi alternis menſib. & de
conſenſu Epiſcopi ordinarij,qui & ipſe alijs ſex
menſib.potiebatur,ut Caſſad.deciſ. Rotæ. a.ſub
titu.de reſt.ſpoliat.idem per regulas cancellarię
cõprobarunt initio ſui Pontificatus Paulus quar
tus,& Pius quartus, licèt poſtea per ſuas conſti-
tutiones proprias,ut ordinarijs collatorib. reſi-
dentibus in ſuis Eccleſijs gratificari uiderentur,
menſium alternatiuam conceſſerunt, eoq; mo-
do, quo Leo decimus ſtatuerat, quinimo eam
103 amplia̋ntes ut fauoribus allicerent, † ordina-
rios ad reſidendum in eorum Eccleſijs, quod
hodie ſeruari quiſque intelligit pro tranquillita
te pacis,& Eccleſiæ catholicæ,ac illius ſtatus cõ
ſeruatione,pręcipuè ſub Gregorio huius tertio-
decimo à Petro.230.Pontifice Maximo, cuius
laudes ego, & ſi cum eo coniunctiſſime viuen-
do,illius omnes qualitates eximias animi, &
corporis,agnouerim, dum erat in minoribus in
Concilio Tridentino, dumque Cardinalatus di
gnitate fungebatur, non recenſebo, ne potius
per me obſcurari,quàm illuſtrari uideantur.

Hoc vnum tantummodo non omittam,& il
lud mihi in primis perpetuo memoria conlen-
dum,quod cum anno ab hinc ſecundo Almam
Vrbem inuiſcendã,& pro conſequẽda copioſiſ
ſima indulgentia optatiſſimi illius magni Iubilei
& anni ſancti me cootuliſſem, ibique cum eſſem
eo tum die, dum per ipſum ſanctiſſimum Ponti-
ficem Porta ſancta & gratiatum reſerata fuit,nõ
ſine incredibili iubilo,multis cerimonijs eximia
ſolemnitate ac ſummo cum præſulum,tum cœ-
terarum innumerabilium externarum gentium,
peregrinorum Chriſtique fidelium ex remotiſ-
ſimis etiam terrarum partibus Romam confluẽ
tium concurſu,Summus inquam Pontifex non
ſolum me benigne excepit, verum etiam in
muneribus & gratijs ſpiritualibus ac tempora-
libus ſua ſponte, ſuam mihi incredibilem libe-
ralitatem libentiſſime præſtitit. Addam quo-
que quod per illuſtris ac Reuerendiſſimus Mat-
thęus Contarellus, diœceſis Cenomanenſis

San-

Sanctiſsimi D.PP.Datarius, Eccleſiæ S.Petri de Vrbe Canonicus, ac mei in primis amantiſsimus, vir multæ fidei & probitatis inſignis, rerũque gerendarum longe peritiſsimus, in cuiuſdã beneficij expeditione in meum fratrem collati, compoſitionem Cameræ Pontificiæ iure debitam, hanc mihi voluntate ſua uir in me ſatis officioſus (cuius vnquã nulla apud me erit obliuio) perhumaniter donauit & conceſsit. Faxit itaq; Deus Optimus, Maximus, Sanctiſsimus hic Paſtor vnà cum miniſtris ac tota deniq; ſede Apoſtolica diu ac fœliciter viuat & ſeruetur.

Franciſcus Burſatus. I.C.Mantuæ.

PRO ILLV. ET MVLTVM EXCEL. Domino Ioanne Paulo Medices pręſide meritiſsimo Senatus Mantuani.

ARGVMENTVM.

Res obnoxia eccleſiæ deuoluta, an pro eodem canone alteri æquè idoneo concedi poſſit, vel ſaltem cum augmento canonis, & an tunc eccleſia licentiam tertio emptori vel vaſallo exiſtente ſine filijs impartiri teneatur.

Eccleſia, quando poſſit alium inueſtire de re, cum deuoluta erit, mortuo emphiteota vel vaſallo.

Feudum vel emphiteoſis, quando præſumatur ex ſolutione cenſus, ſeu alia recognitione citra inueſtituras

Incapax feudi vel emphiteoſis, quando demens, vel furioſus cenſeatur.

An eccleſia cogi poſſit concedere licentiam vaſallo alienãdi ſuum vtile dominium, uel eum inueſtire ex nunc prout ex tunc, qui futurus eſt emptor decedente inueſtito ſine filijs, ita vt talis emptor legitime acquirere dicatur.

An feudum eccleſiæ deuolutum ac ſolitum cõcedi, poſſit iterum de iure concedi per eccleſiam abſq; ſolemnitate, & quid de conſuetudine, & quibus perſonis, & maxime ſi augeatur Canon.

Et quando res deuoluta ad eccleſiã, dicatur de mẽſa.

Quomodo Prælatus præiudicare poſſit eccleſiæ, & alia plura utilia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus nemo rem ſuam dominiumve alteri concedere cogitur, quod quomodo procedat, dicitur infra num. 74. cum ſeq.*

2 *Eccleſia emphiteoticum prædium ad ſe reuerſũ alteri tradere non conſtringitur, ſi illud pro ſe vult retinere ex ** communiori.*

3 *Poſſeſſio annalis rei eccleſiæ deuolutæ, ita mẽſæ applicatur, ut de cætero amplius infeudare nequeat, ex una * communi.*

4 *Eccleſia concedens rem in feudum, eam magis conſanguineis & agnatis defuncti concedere tenetur, quàm extraneis, ex ** communiori, quod procedit in agnatis collateralibus non hæredibus, ac in emphiteoſi eccleſiæ noua, ex magis ** commun. & nu. 78.*

5 *Proximioribus agnatis uel cognatis deficientibus ſuccedere debent hæredes extranei ultimi defuncti in re feudali eccleſiæ deuolutæ, quod tamen Mantuæ non ſeruatur.*

6 *Feudalis res eccleſiæ a Prælatis conceditur pro libito eorum uoluntatis & conſanguineis ſuis ex ** communi.*

7 *Verba in dubio ſunt attendenda.*

8 *Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quàm qualitas uerborum inſpecta.*

9 *Feudum ſine inueſtitura non conſtituitur.*

10 *Feudalis res præſumitur eum poſt inueſtituram canon annuus ſolutus ſit per 40. annos.*

11 *Dominus non poteſt cogi uaſallum mutare uel acceptare alium loco primi, & ibi de ratione, quando requiratur aßenſus domini in alienatione, & num 32.*

12 *Domini conditio fit in multis deterior, cum alienatio fit citra eius aßenſum.*

13 *Dominus directi exceptis quibuſdam caſibus, non cogitur præſtare aßenſum uaſallo alienãti, & ſufficit in denegatione pro ratione uoluntatis, & nu. 32.*

14 *Aßenſus domini directi gratia nuncupatur.*

15 *Inueſtitura requiritur ex propria natura feudi.*

16 *Renouatio feudi fit per aliam inueſtituram.*

17 *Iuramentum fidelitatis neceſſarium eſt in feudis, idque præcedere ſolet inueſtituram, quæ ſunt neceſſaria ſigna ad feudum.*

18 *Annua ſolutio onus reale denotans, propriæ feudi naturæ repugnat, ex ** magis communi.*

19 *Feudo quilibet priuari poteſt, ob cenſum non ſolutum, præcipue ſi eßet maximi pretij.*

20 *Feudum quando propriè dicatur, & quando emphiteoſis, etiam quod minima res tradatur annuatim in ſignum receptionis, ubi traditur per diſtinctionem. & num. 22.*

21 *Cenſus annuus, ſapit naturam emphiteoſis tantũ non etiam feudi, ex ** magis commu. niſi diceret inueſtitura in feudum, quia tunc feudum ſed improprium nuncupatur, ex ** cõmuniori.*

22 *Tempus immemorabile centum annorum ſpatio verificatur, ex * communi, quinimo & minori, tempore annorum 100.*

23 *Conceſſio talis præſumitur, qualis reperiẽ poſſeſſio ac ſolutio.*

24 *Emphiteotica res præſumitur, ac de allodiali ſit obnoxia, ſi per 30. an. ſoluitur Can. uniformis.*

25 *Tempus immemorabile facit præſumi cõceſſionẽ ac priuilegium, vimque priuilegij recte ſortitur. quod dictum ampliatur, ad regalia.*

26 *Spatium tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, tantum poteſt, quãtum Princeps cum cauſa.*

27 *Titulũ allegare ſufficit, q̃uis de eo nõ fiat fides, qñ agitur de tempore immemorabili, ex * com.*

28 *Bona fides præſumitur ex tempore immemorabili, ex * cõi. Ac actus geſtus in caſu ualido.*

29 *Titulus quilibet allegatus probat, cũ agitur de tempore immemorabili, quod habet non modo vim inductiuam fictionis, ſed veritatis, ex communi, ita vt non admittatur probatio in contrarium, ex * communi.*

30 *Tempus immemorabile adeo habetur pro ueritate, ut licet conſtet de iniuſto titulo ſeu initio malæ fidei, nihilominus, titulum, ius, atque conceſſionem legitimam præbeat, & ibi aſſignatur ratio, ex magis ** communi.*

31 *Tp̃s immemorabile facit p̃ſumi mutationẽ Rei.*

32 *Dominus feudi non cogitur mutare uaſallum, ſicut nec econtra, vaſallus dominum, & alteri fidelitatis iuramentũ præſtare, prout oẽs * admittũt, et nu. 13. At ſecus in domino emphiteoſis qui inuito emphit. directum alienare põt.*

33 *Princeps inuitis ciuibus, niſi cum uniuerſitate ciuitatem alienari non põt, ex * cõi ſed cum uniuerſitate alienatur, etiam in ruſticum.*

34 *Vaſalli intereſt non mutare Dominum.*

35 *Dominus tenetur fidem vaſallo ſeruare, prout vaſallus ſibi, & ibi an ad paria iudicentur.*

36 *Vaſallus, an pretio oblato poſſit redimere bona alienata.*

37 *Vaſalli intereſt magis vni, quam plurib. ſubeſſe.*

38 *Ciuium intereſt unum tantum non plures dominos habere.*

39 *Domini intereſt, ne feudum diuidatur.*

40 *Dominus feudi transferens in eccleſiã rem feudalem vti liberam, amittit ipſo iure utile dominium, quod cum directo conſolidatur, ad fauorem eccleſiæ * ex communi.*

41 *Intellectus. c. 1. §. ſi vero contigerit, de pac. iur. fir. quamuis communis, multis tamen uiſus eſt exorbitans, tamquã repugnans pluribus iuribus ibi citatis, ac num. 44.*

41 *Princeps de plenitudine poteſtatis, etiã ſi ſit Imperator, non põt ſine cauſa vaſallum utili dominio, quod bẽt in feudo, priuare ex * cõmuni.*

42 *Facto vnius, quandoque alter priuatur.*

43 *Eccleſiæ fauor nõ debet ius alterius tollere, & ſi quid operari contingat, quod ſit honeſtius*

44 *Feudum alienari poteſt per vaſallum ex cauſa pia, de æquitate canonica, ex * communi, ibi de intellectu d. c. 1. §. ſi vero contigerit.*

45 *Conceſſio ſimplex parit tantum actionem uaſallo, ad realem inueſtituram obtinendam. quo caſu feudũ dici non põt, niſi poſſeſſio realis coram paribus curiæ tradatur, ex * communi.*

46 *Feudi cõceſſio ſimplex, inueſtitura feudalis, & inueſtitura realis, differunt inter ſe.*

47 *Remedium quod non detur vaſallo ſpoliato vtili dominio ob alienationem rei factam, per dominum in eccleſiam.*

48 *Eccleſiæ Lombardiæ curant cõmodum burſale, & ſic magis reale, quàm perſonale.*

49 *Emphiteoſis de ſui natura requirit ſcripturam ex * cõi. licet ex cõſuetudine id non ſeruetur.*

50 *Eccleſia põt feudũ in emphiteoſim mutare utilitatis cauſa, & addere pacta accidentalia.*

51 *Feudum improprium et conditionatum dicitur, quando ſoluitur annuus cenſus, adeo quod etiã ad fœminas tranſire poſſit ex * cõmuni.*

52 *Conſuetudo mantuana circa alienationes rerum obnoxiarum, quæ ſit.*

53 *Decima pretij ac valoris rei immobilis alienãdæ detracta ſorte p̃ anno cẽſu eccleſiæ debito, ſoluitur in ciuitate Mãtuæ, niſi aliud ſit dictum, quamuis de iure ſoluatur tãtum quinquageſima, quod laudemium nuncupatur.*

54 *Laudemiũ, vnde dictum ſit, ac an minui vel augeri poſſit.*

55 *Laudemiorum ſolutiones uariæ ſunt, iuxta variationem locorum.*

56 *Conſuetudo, tanquam optima legum interpres, eſt ſeruanda in feudalibus, quamuis derogaret aliæ contrariæ conſuetudini, niſi pactis inueſtiturarum repugnet.*

57 *Pacta in inueſtituris appoſita, primo ſunt attẽdẽda, nulla habita ratione conſuetudinis.*

58 *Conſuetudo vltima eſt attẽdẽda, quãdo plures ſunt in feudis.*

59 *Conſuetudo introduci poteſt, vt vaſallus feudũ ſine domini conſenſu alienet ex ** cõmuneri, & econtra, quæ tamen eſt probanda.*

60 *Feuda*

Digitized by Google

60 Feuda de cõſuetudine mãtuana indiſtinctè alienantur in præiudicium agnatorum ſolo dominorum aſſenſu adhibito.

61 Feuda per dominos alienantur inuitis Vaſallis conſuetudine id permittente.

62 Feuda ex conſuetudine alienari permittunt̃ ad præiudiciũ tam dominorũ, quàm agnatorum.

63 Res vel dominus directus feudi iure feudorum ſcripto, non põt denegare licentiã alienãdi Vaſallo fideli, niſi ex cauſa, & redditur ratio.

64 Emphiteota requiſito domino ac iure directi ſibi ſeruato alienare poteſt, de iure communi, in perſonam non prohibitam, quam ipſo nolente acquirere, elapſo bimeſtri, inueſtire cogitur.

65 Dominus differens poſt duos menſes nouum emphiteotam acceptare, amittit Laudemium.

66 Dominus directus differens per annum inueſtire vaſallum, & diem, priuatur proprietate ex * cõi, quod tamen intelligendũ eſt vt ibi.

67 Statutum Mantuanũ ſub rub. de modo & for. proced. quando, &c. & ſub rub. quod feu. cad. in oblig. circa feuda, declaratur.

68 Dominus directi laudare vaſallos incapaces minime tenetur ex * communi.

69 Emphiteota non poteſt alienare in fraudem irrequiſito Domino.

70 Feudum aliàs inalienabile diſtrahi legitime poteſt in utilitatem domini. ex * communi. non tamen eo inſcio ſecundum aliquos, licet teneatur aſſentire. & de hoc redditur ratio.

71 Feudi alienatio fieri poteſt etiam domino inſcio, ſi augmentum non ſit modicum, & ibi an hodie id obſeruetur.

72 Iura alienationẽ prohibentia quib. utantur uerbis, & an aſſenſus præſtationem prohibeant.

73 Licentia domini poſt contractum vaſalli interuenire poteſt, ad illius confirmationem, citra tamen iuris tertij quæſiti præiudicium, ex magis ** commu.

74 Caſus quibus ex lege cauſa ſuadente quis inuitus uendere cogitur.

75 Conſuetudine fieri poteſt, q. quis inuitus de re propria diſponat, ut in retractu cõcludũt * oẽs. & qui in alienatione rei forenſis prohibita.

76 Dominium rei alienatæ intelligitur ſemper ſaluum reſpectu domini directi, & quando concedatur alienatio uaſallo.

77 Alienatio dici non poteſt, ſed mera præcedentis conceſſionis executio, cum eccleſia rem infeudari ſolitam ſibi deuolutam concedit alicui, ſine ulla ſolemnitate, ex * communi.

78 Eccleſia re ſibi ꝑ lineã uaſalli finitã deuoluta, cogitur denuo iuxta ſolitum infeudare unũ ex ꝓximiorib. defuncti ex magis ** cõi. ſi adſint. & nume. 4. & quid illis non extantibus, & quid ſi interueniat culpa vaſalli.

79 Eccleſia re deuoluta per lineam finitam, proximiorẽ, dum tamen hæredem inueſtire debet, ſi emphiteoſis ſit hæreditaria, ex * communi.

80 Regula. l. ſi in re mãdata. C. mãd. qũo intelligẽda.

81 Eccleſia non eſt domina, ſed adminiſtratrix rerum ſuarum.

82 Mutatio uaſalli cũ eſt capax, & æque idoneus non nocet eccleſiæ, iuncto augumento cenſus.

83 Feudum deuoluit domino, quando filius vaſalli intra annum & diem à morte patris non curauit inueſtituram accipere, nec iuramentum fidelitatis præſtare, ex * commun.

84 Voluntas ex teſtamento datur intelligi.

85 Caducitas inducitur ob non acceptam inueſtituram uel renouationem petitam, & per nõ oblationem iuramenti fidelitatis, ex * communi.

86 Feudo priuandus eſt mente captus.

87 Declaratio caducitatis fieri debet per dominum adhoc, vt res ob non petitam inueſtituram fiat caduca, ex * communi.

88 Actio nulla in commiſſum datur hæredi vel cõtra hæredem, data ſcientia feudi, & commiſſi ſaltem præſumptiuè, ex * communi.

89 Scientia præſumitur ex longo temporis interuallo, & penſionis annuæ exactione.

90 Recipiẽs ſenſum uel canonem ſine proteſtatione vel reſeruatione caducitatis, ſibi præiudicat, adeo quod omnis culpa ſeu caducitas cenſeatur remiſſa, ex * cõmuni, quod procedit in prælato cenſum ita recipiente abſque conſenſu capituli, ex * communi.

91 Dominus recipiens ſeruitia à vaſallo poſt ingratitudinem commiſſam, ac inueſtituram faciẽs abſque proteſtatione, cenſetur ei remittere caducitatem, ex * communi.

92 Feudo quis priuatur non domini uoluntate tantum, ſed culpa uaſalli conuicta.

93 Inueſtituram non petens infra annum & diem feudo quomodo priuetur.

94 Declaratio domini directi expreſſa, non etiam tacita uel præſumpta requiritur, adhoc, ut deuolutio habeat effectum, ex * communi.

95 Juſta cauſa excuſat a caducitate, & quæ dicatur iuſta cauſa.

96 Feudi cẽſualis et improprij ꝓ quo pecuniæ et ſeruitiũ reale præſtantur, incapax eſt quælibet

perſona, quamuis mente capta.

97 Feudo, vt quis priuetur ex cauſa clementiæ, requiritur totalis dementia ac imperfectio.

98 Imperfectio mentis, non naturalis, ſed accidentalis, non priuat vaſallum à feudo, & maxime paterno, & quid in feudo nouo.

99 Demētes ſunt ſub eccleſia, et ab ea tueri debēt.

100 Solemnitas in prima alienatione requiritur, ad hoc, vt per iuueſtituram res iterum concedi valeat.

101 Eccleſia tunc dicitur poſſe feudum apertum ſine ſolemnitate alteri concedere, quando infeu-
* datio eſt facta per immemorabili tp̄s, ex * cōi.

102 Ceſſante ratione feudi antiqui, ceſſat quoque renouatio ipſius.

103 Res eccleſiæ infeudari ſolita, ſi ſit deuoluta, permittitur prælato cuicumque, ſine ſolemnitate concedere, cum non eſt mutatus rei ſtatus.

104 Eccleſia non debet reddi pauperior.

105 Deuoluta res eccleſiæ iterum per eam in feudū conceditur, ſi id ei expediat.

106 Prælatus eccleſiæ ad quid teneatur feudo deuoluto.

107 Res quarum directum dominiū eſt eccleſiæ, vtile vero aliarum perſonarum, non dicuntur de menſa eccleſiæ.

108 Alienare prohibetur prælatus bona, quæ tantū ſunt de menſa.

109 Bona ad eccleſiam deuoluta nō ſiunt de menſa,
* niſi prælatus illa, menſæ applicauerit, ex * communi, & ſecundum aliquos niſi elapſo anno vel maiori tempore, & nu. ſeq.

110 Res vt dicatur conſueta infeudari, quot requi-
* rantur, ex * communi.

111 Canonis exactio non facit rem præſumi de menſa eccleſiæ.

112 Eccleſia alienare, infeudare, in emphiteoſim dare, vel ad longum tempus locare non poteſt, bona propria citra Canonum ſolemnitatem. At ſecus in utili dominio deuoluto ac conſolidato cum directo. & ibi ratio.

113 Prohibitio alienationis bonorum eccleſiæ intelligitur de his, quæ ſunt de menſa, ſecus de alijs. & maxime de utili dominio.

114 Res ſemel facta obnoxia, ſemper talis durat. l. cum pater. §. quindecim, de leg. 2. per quem ad multa ibi infertur.

115 Res de facili remittitur ad ſuam primæuam feudi naturam.

116 Renouatione inueſtituræ rei feudalis deuolutæ non dr̄ fieri noua alienatio, ſed obſeruantia cō-
* ſuetudinis, ex * cōmuni, ex quo infertur, vt ibi.

117 Vaſallus vltra annū poſſidēs ſeruitiūq; p̄ſtās p̄ſumitur inueſtitus, ex iure ſpeciali in feudo.

118 Res infeudari ſolita, ad eccleſiam deuoluta poteſt de nouo per prælatū infeudari abſq; ſolemnitate, conſtito de prima inueſtitura ſolemni, qua nō præcedente, ſufficit quod præceſſerit bi-
* nus actus cum termino 40. annor. ex * commu-
* ni, vel vnius, ex alia * communi, num. 120.

119 Res ſolita in feudum concedi, quæ dicatur, & quando omnia requiſita concurrant.

120 Vnica infeudatio ſufficit iuncto tpe, 40. anno. q̄ præceſſerit in alienatione utilis Dn̄ij eccleſiæ
* deuoluti abſque alia ſolemnitate, ex * cōmuni.

121 Alienatio utilis dominij fieri poteſt per eccleſiā abſque ſolemnitatibus, in alienationibus fieri ſolitis, licet aliàs in alienatione directi & utilis dominij ſimul, nec etiam ex conſuetudine
* remitti poſſint, ex * communi.

122 Decimæ laicis conceſſæ ac præſumptiue ante Cōcilium Lateranenſe, ac ad eccleſiam reuerſæ, iterum ſine ſolemnitate laicis concedi poſſunt,
* ex * communi.

123 Conceſſio renouanda eſt in perſonam emphiteotæ quando terræ ſteriles ad culturam & fertilio-
* res ſunt redactæ, ex * communi.

124 Annuæ quantitatis præſtatio magis emphiteoſim ſapit, quàm feudum.

125 Bona ſolita infeudari deuoluta, de nouo non infeudantur per eccleſiā, ſi mutetur ſubſtantia feudi uel emphiteoſis, ſeu eccleſiæ uel potētiori dentur. ſecus ſi accidentalia tantum.

126 Prælatus hæreditatem acquirendam remittere
* poteſt in præiudicium eccleſiæ ex * communi.

127 Intellectus ad glo. in c. pen. 12. q. 4.

728 Emphiteoſim concedi ſolitam expedit eccleſiæ renouare, cum augetur Canon.

129 Eccleſia conſentiente uaſallo poteſt inueſtire aliquem extraneum cum clauſula, ex nunc prout ex tunc eueniente caſu mortis primi uaſalli, ſine filijs legitimis & naturalibus, ita ut feudum eccleſiæ aperiatur, & quid operetur con-
* ſenſus d. Vaſalli inueſtiti ex * cōmuni, et quid
* ſi vaſallus uiuens non aſſentiat, ex * communi.

130 Inueſtitura conditionata iure tantum ſubſiſtit, ſi uaſallus inueſtitus decedat ſine filijs, tempore inueſtientis tantum, non autem ſucceſſoris, & ibi de hoc ratio.

131 Capitulum ſemper dicitur uiuere.

132 Conſenſus uiuentis operatur, ut abſolute inueſtitura teneat.

CON-

CONSILIVM CXXVII.

TRINITAS ADSIT.

ILLVSTRIS & generoſus miles Dominus Feltrinus Gorzaga amplũ p̃diũ ſub Vico Caſtellarij poſſidens, fato obijt, tribus relictis filijs, & pro virili hæredibus vniuerſalibus, Guidone Guilielmo, & Odoardo, cuius prædij duas ex tribus partibus pro indiuiſo Guilielmus & Odoardus conceſſerunt anno. 1389. in feudum cenſuale & perpetuum cuidam Domino Regali, ꝓ ſe & filijs maſculis dantaxat ex legitimo matrimonio procreatis, ad ſoluendum vnum par calcarium in ſingulos anoos vnicuique eorum in feſto, S. Georgij. poſt cuius Regulis mortem anno. 1410. dominus Iacobus eius filius ſucceſſit in dictis terris, & ſimiliter inueſtitus fuit ꝓ vna ex dictis tribus à Philippioo, Frãciſco, & Antonio Fratribus & filijs domini Gnilielmi.

Diuiſerunt dicti domini tres fratres booa paterna omnia, & aſſignata tertia parte, Domino Guidoni pro diuiſo, cœteræ partes indiuiſę poſſeſſę fuerunt per Gulielmum & Adoardũ. Qui Adoardus anno. 1417. ſuo teſtamento ſub his verbis, legauit Eeeleſiæ Cathedrali Mantuæ ſub titulo Sancti Petri vnam poſſeſſionem ipſius teſtaroris poſitam in territorio Caſtellarij diſtrictus Mantuani, quam nunc renet Iacobus Rigalis de Rigalibus, cum omnibus iuribus & pertinentijs ipſius poſſeſſionis, pro aoima ſua & defunctorum ſuorum, pro quo legato cõgregatio ſancti Petri teneatur & debeat omni anno in perpetuum facere tria annualia, unum in die de poſitionis dicti teſtatoris pro anima ſua; aliud in feſtiuitate diuæ Barbaræ pro anima parentũ ſuorum, & tertium in die mortis ſuæ pro omnibus defunctis.

Rurſus dictus Iacobus anno 1466. in ueſtitus in ſimili forma ſuit pro dimidia dictarum terrarum à Ioanne Franciſco, & Ludouico filijs dicti quon. domini Philippini, habita mẽtione priorum inueſtiturarum diuiſionis & teſtamenti domini Adoardi per hæc verba. Et exinde dominus Adoardus in eius teſtamento legauerit congregationi Eccleſię cathedrali Sancti Petri de Mãtua, dictã eius tertia partẽ pro indiuiſo terrarum Caſtelarij, & ſeu ius exigendi & percipiẽdi ſingulo anno dictum par calcarium à domino Iacobo de Regalibus ex hęredibus ſuis in perpetuum in feſto. S. Georgij. Ac inferius, dũ ſit mentio diuiſionis, ſubdatur. & ſic dimidia pars earum pro directo dominio ſpectauerit domino Guilielmo, & ſucceſſiue Philippino, ac fratribus, & poſt ipsũ dictis Io. Frãc. & Ludouico eius filijs & hęredibus, & alia dimidia domino Adoardo, & ſucceſſiuè dictæ cõgregationi ſancti Petri de Mantua.

Deſcẽderunt ex Ioanne, Paulus filius, & Ioſeph Pauli ex Ioãne Maria nepos hæres vniuerſalis à Paulo inſtitutus, legitima tantum Ioanoi Marię relicta.

Adeſcendentibus quon. Ioan. Franc. cum cęteris non affuerint deſcendentes maſculi renouate fuerunt Inueſtiturę. Quoſque quidam dominus Io. Ludouicus, qui vltimus ex filijs Ioan. Franc. conſentiente Ioãne Maria filio Pauli prędicti, qui ſolus ex deſcendentibus maſculi dicti quon. Regalis ſupererat, dimidiam ad ſe ipſum ſpectantem, & pertinentem vendidit & alienauit, vt illa pars fuerit effecta libera.

Ex parte vero dictæ congregationis, nulla vnquam reperitur facta inueſtitura, & ſolum continuatis temporibus, quantum memoria hominum non exiſtit, illi de Regalibus dictæ cõgregationi ſoluerunt quolibet anno ſolidos triginta ſex (& creditur calcarium loco.) cumque peteret Ioan. Maria prædictus hebetis (vt dicebatur) ingenij, à dicta venerabili cõgregatione, alterum de duobus, vel quod ibi poſſidenti terras congregationi obnoxias præſtaretur aſſenſus alienandi ſuum vtile dominium, & meliora mẽta, receptis ab emptorem Laudemio & obligatione recognoſcendi Eccleſiam in dominã, & ſoluendi eidem cenſum auctum, vel quod cõgregatio inueſtiret, aucto etiam cẽſu ex nunc ꝓ vt ex tunc illum qui erat futurus emptor: ipſo Ioanne Maria decedente ſine maſculis: dubitatum fuit, primo, num iure congregatio teneret, dictam licentiam concedere vel ſaltem de honeſtate, ac de æquitate deberet dictũ aſſenſum pręſtando, rẽ gratã ipſi dicti Ioanni Mariæ facere.

Secundo, an tãdem Eccleſia poſſet petita cõcedere, ita ut Empror inueſtitus legitime acquirere dicatur. pro cuius capitis reſolutione conſiderantur tria.

Primo an feudum ſit Eccleſiæ deuolutum.

Secundo data deuolutione, an Ecleſia illud alteri concedere valeat.

Tertio, quatenus non ſit deuolutum, an in caſu, quo eſſet recaſurum, alteri ęquè idoneo cõcedi queat.

Conſultus ego pręſenti anno 1567. à celeberrimo iuris conſulto meritiſſimoque pręſide Senatus Mãtuani Domino Io. Paulo Medices, qui dicta bona ab Eccleſia, & Ioãne Maria poſſidet, vt quid iuris ſit reſponderem, & deciſionem iuribus ac authoritatibus roborarem, non potuime cũ Moyſe, Exod. cap. 4. excuſare, quod periтur & eloquens non eſſem, pręſertim quod non ad forum contentioſum vel iuſtitiam meam expectaret deciſionẽ ſed ipſe ad ſui ipſius peritiſſimi & conſultiſſimi conſulentis quietẽ. Annuẽs itaq; illius precibus, quas vt iuſta mihi aſpernari, oiſi magna cum iniuria licuit, confidens, qđ ille, qui Moiſis os aperuit, ab Excelſo petitum non denegabit auxilium.

Primum caput aggredior, quod valde dubiũ mea quidem opinione eſt, Nã prima quod aiũt

fronte,

Digitized by Google

fronte, videbatur, concludendum Eccleſiã inui
tam non teneri licentiam alienandi concedere.
Primo, quia iure ſcriptum non reperitur, nec
1 ratio exigit, † Vt quis inuitus, rem ſuam domi-
niumque alteri concedere cogatur. l. nec emere
nec donare, C. de iure deliberan. vnicuique
.n. cõmittunt res ſuę, pro vt vult. l. in re mãdata.
C. mãd. l. nemo. C. de iudic. l. 2. C. de noxal. l. 2.
2 C. de iur. emph. l. fi. de cõſtit. † Hinc Eccleſia em
phiteoticum prædium ad ſe reuerſum alteri tra
dere non conſtringitur, ſi illum pro ſe retinere
velit. vt reprobata opin. Deci. conſi. 328. & 131.
** hanc ſententiam vti veriorem ** communiorẽ,
æquiorem vt ſequuti ſunt Ripa. in l. 1. nume. 9.
ff. de priui. credit. Gozad. conſi. 39. nume. 21.
ample Benintend. deciſ. Bonon. 19. & Ioſeph.
deciſ. Peruſ. 17. nu. 24. poſt Cagnol. in authẽ.
qui rem num. 4. 7. C de ſacroſan. Eccleſ. Soci.
Iun. conſi. 9. per totum. vol. 3. Soarez. recept. ſen
tent. verbo emphiteote. nu. 123. qui Clarum &
Viuium allegat. vel ſi illo indigeat, vt concordã-
do opin. contrar. decidit Claud. de ſeiſel. in tit.
qui feud. dare poſſint. in fi. relatus per Gabriel.
com concluſ. lib. 3. de iur. emphi. concluſ. 1. nu.
3 14. & 15. † Quinimo ex poſſeſſione annali rei
deuolutę, eccleſiaſticæ, applicatur, ita menſę
eccleſię, dicta res vt de cætero amplius infeuda
ri nequeat. Arc. in c. 1. 35. q. 8. Cardi. in c. 2. de
* feud. cõmune * dictum recenſet. Reodan. tract.
de rebus Eccleſiæ non alienan. pagin. 36. num.
4 27. † licet in caſu in quo fiat infeudatio ex men-
te dictorum, teneatur magis conſanguineis &
agnatis defuncti rem deuolutam concedere,
** quam extraneis, vt hanc ** communionem nun-
cupat, ne omnes hic accumulem, Clar. §. emphi
theoſis. q. 43. Villab. verbo emphiteoſis. num.
49. Gabriel. concluſ. com. lib. 3. de iur. emphi.
concluſ. 1. in princ. num. 3. Reodan. vbi ſupra.
num. 38. Graſſ. com. opin. lib. 2. ca. 2. q. 5. cõmu-
ne. ait Iaſ. de. Feud. 5. parte. nu 51. Soarez. recep.
ſent. verbo feudum. nume. 85. & Ruin. conſi. 12.
nu. 18. uol. 1. & magis cõmunem. Aemilia. conſ.
** 35. nu. 28. cum ſeq. de magis ** communi etiã in
agnatis collateralibus non hæredibus, ac in em-
phiteoſi noua eccleſiaſtica, atteſtatur Hierony.
Gabriel. conſi. 30. num. 10. & ſequen. idem cõ-
muniter teneri inquit licet ipſe pro more ſubti
liter contrariam ſentẽtiã expreſſo iure proba-
ri contendat. Franc. Sermic. lib. 3. ſelect. inter-
pret. cap. 7. Potr. Imol. cum ſubſcriptione trium
iuris conſultorum, conſi. 2. num. 53. & conſi. 27.
nu. 17. Celſus. Hugo. conſ. 26. nu. 41. ex cõmuni
ponit Auto. Gabriel. d. concluſ. j. nu. 16. Capici.
in inueſt. Feud. verbo feudum dans, verſi. prela-
tus. 12. cõcluſ. fuſius Tiraquel. de vtroq; retract.
in præfat. num. 41. Thob. non. conſil. 3. nu. 5. &
per totum. Simon de Prætis conſ. 163. nu. 54. &
** conſi. 109. nu. 15. conſi. 176. nu. 4. magis ** id cõ-
muniter recipi ſcribit Bero. cõſi. 97. in fi. & cõſi.
5 98. nu. 16. & 42. vbi declarat vol. j. Dicens. † nu.
17. ſi non adſint proximiores admitti hæredes
extraneos vltimi defuncti ex conſil. 99. volu. 1.
Rimi. ſen. conſ. 100. num. 22. & conſil. 174. nu.
3. & 10. Rimi. Iun. conſi. 44. num. 14. & ſeq. Al-
ciat. conſi. 29. nume. 4. ſubdens proximiores
* inueſtiẽdos fore ex * communi ſentẽtia, ſecun-
dum qualitates prioris conceſſionis. Quod ta-
men de proximioribus dictũ Mantuæ nunquã
ſeruatum vidi, vt alias deduxi in conſi. meo 60.
nume. 26. uolu. 1. & Soc. Iun. conſi. 79. num. 27.
6 volu. 4. † Pręlati enim & domini directi proli-
bito res deuolutas concedunt, ac vt plurimum
proprius conſanguineis & agnatis, non autem
defuncti proximioribus, vt de iure poſſunt. per
Anto. Capici. inueſt. feud. verbo, feudum dans.
** verſic. prælati. concluſione. 9. qui ex ** commu-
niori dicto, prælatum etiam ſuis conſanguineis
feudum apertum concedere non prohiberi in-
quit, ſed tutius pro anima fore ab his conceſſio
nibus abſtinere.
Secundo, licet conceſſio terrarum in perſo-
nas de Rigalibus feudalis exiſtat, cum illorum
inueſtitura dicat in feudũ perpetuum, & in his
7 † uerba clara conceſſionun attendantur, quib.
in dubio eſt ſtandum. l. qui feudum. §. fuudi. ff.
de contra. emp. Bar. in l. cotem. §. qui maximos.
8 ff. de publ. Caſtrenſ. cõſ. 127. cũ † nullum maius
diſpoſitionis ac mẽtis noſtrę ſit teſtimonium,
quàm qualitas verborum inſpecta. Bald. in c. 1.
de teſti. & in l. vt in Epiſtola. C. de fideic. feudũ
que dicatur, ſi id verba doceant, & in feudum
concedatur. ca. ſciendum de conſuetud. recti.
feud. not. Paris. de pute. de feud. reintegr. ca. 8.
in princip. & cap. 7. nume. 27. per Andr. in titu.
de feud. non habet, propriã natur. feud. Siluan.
conſi. 57. in principio Natta. conſi. 460. num. 7.
9 & ſeq. Ac, quando † inueſtitura interuenit, ſine
qua feudum non conſtituitur. c. 1. quod ſit inue
ſti. tot. tit. per quos fiat inueſtit. c. 1. §. fi. de feud.
cognit. Rolãd, à valle conſ. 50. nu. 9. & 11. vol. 3.
10 Cenſeturque † dictum prædium, quo ad con-
gregationes Sancti Petri ſimiliter feudale, cum
fuerit eidem per 40. annos & vltra ſolutus canõ
annuus, per dictos de Regalibus ab illis de Gon
zaga inueſtitos, ita vt videatur dictas inueſtitu-
ras Eccleſia ratas habuiſſe. adea que ponit Go-
zad. conſ. 11. nu. 10. minime cogi poterit. aſſen-
11 ſum alienandi præſtare, † quãdo dominus vaſal
lum' & forte aliũ, qui ſibi diſpliceret acceptare
mutareque primum aſtringi nequeat, ar. l. fi. C.
de iur. emphit. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de actio.
emp. Iſernia. nume. 7. in c. 1. §. preterea de cap.
Corrad. ca. 1. de duob. fratr. de beneſ. inueſtit.
in c. 1. de prohib. feud. alien. per Federi. vbi Iſer.
nu. 9. Caſtrenſ. conſi. 179. num. 2. vol. 1. in no-
uis, Paris. de put. de feud. reintegr. cap. 257. nu.
3. fol. 141. Camer. in cap. imperiale pag. 6. lit.
E. cum ſeq. vbi. Afflict. num. 1. & 2. de prohibi.
feud. alien. Rminal. ſen. conſil. 304. nume. 17.
Siluan. conſ. 3. nu. 82. Menoc. conſi. 1. num.
134.

134. qui ſcribit duplici ex cauſa aſſenſum Do-
mini requiri, & conſi. 32.nu.20.& ſeq.Camer.
eodem loco pagi.65.lit.H. & pag.51.vbi decla
rat lit. D. quam in aſſenſum ex triplici reſpectu
in alienationib.interuenire,ait Rimin.iun.conſ.
12 22.num.5.lib.1.† Conditio. n.dñi in multis de-
terior redditur, ſi citra aſſenſum alienatio fiat,
Mari.frec.de feud.lib.1. autb.1.nume.11.pagin.
100. mutatioque vaſallorum ſibi præiudicium
affert Socin.iun.conſ.77.nu.80.vol.1.Leonard.
conſ.114.nu.56.Campeg.conſ.2.nu.38

Tertio hoc mihi perſuadebant nonnulli ma-
gnæ authoritatis iuris periti,regulam ſtatuentes
13 negatiuam,† Dominum inquam directum qui-
buſdam caſibus exceptis,non poſſe cogi præſta
re aſſenſum Vaſallo alienanti, ac in denegatio-
ne,ſufficere pro ratione volũtatẽ.And.de Iſern.
in c.1.§.quid ergo.num.6. de inueſtit. de re alie.
fact. & in c. Imperialem.in princi.vbi camerar.
fol.6.lit.K.& fol.12.lit.P. de probib.feud.alien.
Anto.Capici.in inueſt. feudali verbo aſſenſu ne
ceſſitatis.in princip. Afflict.in conſt. ſi quis poſt
litẽ.de cõtumac.lib.1.Rubrica 97.nume.20.ad-
14 ducens rationem, † quod aſſenſus gratia eſt, ad
cuius conceſſionem nemo de iure aſtringitur.
c.gratia de reſcrip.in 6.clem.gratia. eod.titu.ſe-
quitur Mari.freci.lib.2.de ſub feud.4.9.num.10.
fol.129.

Hæc etenim in fauorem Eccleſiæ non parũ
vrgere videbantur; Cæterum negotio diligen-
tius diſcuſſo, arbitratus ſum contrarium verius
eſſe, tenerique Eccleſiam ſeu dictam congrega-
tionem aſſenſum alienandi concedere Io.Marię
inueſtito, tribus principaliter conſideratis,atq;
præmiſſis.

Primo, quod Eccleſię ius in exigẽdo dictum
cenſum, a regalibus verè & propriè feudale di-
ci nequit, at magis emphiteoticum, vel cen-
ſuale.

Primo,quia mortuo Adoardo,nec per Iaco
bum, nec per aliquem ſuorum deſcendentium,
de quibus in facto, per cẽtum,& quinquaginta
annos fuit aliqua inueſtitura renouatiovè pet-
ta,conceſſa,vel accepta,a dicta Eccleſia,ſed tan-
tum facta vniformis ſolutio calcariũ ſeu 36. ſo-
15 lidorum dictę congregationi,† vnde feudum di
ci non poteſt,cum ex illius propria natura inue
ſtitura requiratur.c.1. per quos fiat inueſtit.c.1.
quid ſit inueſtitu.c.1. de feud.cognit.c.1.ubi Al
uarot.in princ.ex quibus modis feud.conſt.po-
teſt.c.1.de Inueſt.de re.alien.fact. & toto titu.de
inueſtit.fact. per marit. ſi de inueſtit.inter domi.
to.ſi de inueſtitu.feud.10. & vulga. Iaſ. in tract.
16 de feud.6.par.num.9.† Renouatioque tempore
ſuo fiat per aliam inueſtituram, c. 1. quo temp.
Mil.c.1.in princ.quę fuer.prin.cauſ.benef.amit.
Curt.de feud.2.par.q.4.Clar.in §.feudum.q.49.
Zaſ.vbi ſupra par.7.nu.1

Secundo per Rigales nullum iuramentum fi
delitatis præſtitum vel oblatum fuit congrega-
17 tioni.† Quod in feudis neceſſario interuenire
debet.c.1.& tot.tit.de forma fidel.nou.& veter.
ca.1.§.eſt & alia,quæ fuer. pri. cauſ.benef.amit.
glo.in c.1. qual.vaſ.iur. debeat fidel. & illud pre-
cedere ſolet inueſtitura. c.1.in fin.per quos fiat,
inueſt. c.1. qual.iura.debeat.uaſſal.vbique gloſſ.
Spec.ti.de feud. ca.de forma.21.q.ultima.And.
in cap.1. num.38.quæ fuit pri.cauſ.benef.amit.
Hæc enim ſunt neceſſaria ſigna.not.valla ample
conſi.52.in prin.vol.3.Bero.conſi.65.num.41.
& 83.& conſi.67.in prin. & 115.nu.58.& ſeq.
vol.1.Thom.Mari.de feud.ex pacto.lib.1.num.
22.Ant.Capici.in inueſt.feud. uerbo inueſtien-
dis. & verbo feudi fidelitatis. Ioannes Gallicus
conſi.2.nu.27.& 28.31.uol.2.conſ.feuda.& uin
cema.conſ.1.num.42.& 51.eod.uol. Siluan.con
ſil.3.num.82.

Tertio ſoluitur annuus canon certuſque cen
ſus in recognitionem dominij Eccleſiæ per Ri-
gales,magis ergo præſumitur ex contractu cen
18 ſuali vel emphiteotico,quam feudali.†Cum illa
annua præſtatio reale onus denotans propriæ
feudi naturæ repugnet.per Doct.Bal.in l.liberti
libertæque.C.de operi.liber.& in l.1.q.44. de re
rum diuiſ. Spec.de loca.§.nunc uero.in fi.Alex.
conſi.136. nu.4. uolu.1.& conſi.5. uol.2.feud.
iſte præpoſitus,in quæſt.5. & omnes.ubi Iaſon.
num.4.& 62.in prælud.feud.in definitione feu-
di. Deci.conſ.138.nume.7. quos recenſet,Caſ-
ſan.in conſuet.Burgund.Rubri.3.§.2.de fiedez.
fol.350.nume.9.cum ſeq. Siluan.conſ.92.nu.8.
cũ ſeq.Paris de puteo.de feu.integr.in procem.
num.4.cap.7.num.3.& 4.& c.8.& cap.48.num.
11.& ſeq.cap.105.nu.9. & ſeq. & cap. 106. nu.
9.& cap.289.num.24. Iaſ.tract. de feud.par.12.
in princ.& nu.32.d.Gabriel. lib.3. de feud.con-
cluſ.ſecunda. vbi de magis communi Reodã.
in tract. de rebus Eccleſiæ non alienan.pag.33.
num.16.& 18.& ſeq.ſub Rubrica de feudo,&
pagin.492.num.3.Natta conſil.683.nume.4.&
ſeq.Bero.conſ.115.nu.10.vol.1. Siluan.conſil.
42.num.6.& 7.& conſ.52.num.11.Alex.de ne-
uo conſi.27.in princ. Rimin. ſen. conſ.212.nu.
3.&4.ample Iacob.Menoch.conſ.55.in primo.
Rimin.iun.conſi.38. in princip.Ancar.9.famil.
34 num.12.par.1.Ant.Capic.in inueſtitu.feud.
feudalis contractus ver. contractus feudi an al-
teretur.& in ca. feuda amittuntur.uer.36.in fin.
19 † Dicentes quemque priuari feudo ob cenſum,
non ſolutum, præcipuè ſi eſſet maximi precij.
20 † Cum propriè non dicatur feud. Bal.cõſ.feud.
55.num.8.uol.2.idem Hippo.Riminal.maximè
ſi adſit pactum conſi.38.nume.13.& ſeq.ſequi-
tur Siluan. d.conſil.42.nume.7.diſtinguens ca-
ſus,in quib.monitus vel negligens ſoluere cano
nem feudum amittat, & concludens omni caſu
feudo priuari, licet communis ſit ſententia feu-
do vaſallus non priuari, etſi canonẽ non ſoluat,
de qua per Clar.in §.feudum.quæſt.51.& fuſius
an & quando verè dicatur feudum, vel emphi-
teoſis

teoſis etiam qđ minime res, vt hic tradantur.pu
ta calcaria, ſpatula, ſus, enſis frumentum , Bra-
uium , accipiter, vel quid ſimile,etiam in reco-
gnitionis ſignum, diſtinguēdo caſus an in inue-
ſtitura concedatur in feudum cum reſeruatio-
ne fidelitatis,& cenſus annui præſtatione,an cū
reſeruatione fidelitatis citra tamen nomen feu-
di expreſſum , an vero ſub cenſu annuo res tra-
datur, omiſſa fidelitatis ꝓmiſſione , licet ipſe in
omnibus caſibus concludat feudum eſſe , tradit
Camera.cęteros aggregans in c.imperialem pa
gi.37.lit.D.& ſeq.& pagin.41. lit. C.de prohib.
feud.alien.per Federicum.Et quod non ſit feu-
dum,vbi in conceſſione non exprimatur in ſpe
cie,ut hic ponunt Mendoſ. ad Roma.conſi.70.
in princip.in verbo pecuniario. Iaſ. de feud.in
vſibus. num. 62. Vilabob.com.opin.uerbo feu-
dum.num. 24.Menoch.latè.conſ.65.per totum
maximè. nu.2.& 65.& conſi.1.num.30. Afflic.
lib.3.conſtit.ſicil.de reuoc.alien. Rubrica.5.nu.
21 24.† Pręterea ubi etiam in feudum exprimatur,
ſi cenſus præſtetur, voluerunt nonnulli Emphi-
teoſim tantum dici,ex mente Bar.Cępol.& alio
rum de quibus per Mari.Freciam , titu. de feud.
lib.2.4. authoritate. nu.6. poſt Dec.conſil.138.
nu.7.Iaſ.in vſibus feud.nu.61. Alex.conſ.5.col.
2.uol.5.Emil.conſi.132.nume.11. Neuiz.conſ.
92.num.43.& 48.expreſſe Caſſan.ubi ſupra.nu.
12.ac Silu.loquens ubi quid minimum ſolueba
tur.conſi.42.nu.6. & per totum,& conſil. 57.in
prin.Paris de feud.reintegr.cap.105.in fi.Paſe-
** tus conſ.217.num.3.& 218.nu.3.& ſi ex.** ma
gis communi ſententia.ubi in feudum exprimi-
tur feudum,ſed improprium & conditionatum
nuncupetur .ex diffusè congeſtis per Menoch.
conſi.55.num.4.

Verum in præſenti quo ad congregationē,
& Rigales nulla adeſt inueſtitura , nullum iuřm,
homagium,vel fidelitas,nulla reſeruatio domi-
nij , nihilque pęnitus feudum inferens, ſed ſola
præſtatio annua vniformis , per tempus imme-
22 morabile, † Quod centum annorum ſpacio ve-
* rificatur , ex * communi relata per moder. Pa-
** riſ.in conſil.feud.§.5. nume.63. & de ** magis
communi. per Gab.lib.6.de præſcri.concluſ.1.
* num.71.Graſ.commun. * opin.lib.1.c.5.q.3.Al
ba.conſ.64.num.50. q.4. & ſeq.& in feudis Ec-
cleſiæ Lombardiæ,Hippol.Rimin.conſi.38.nu.
15.quinimo , & minori tempore annorū.100.
vt rectè probat Crauet. de antiq. temp.4.parte
princip.ſecunda parte. incipit abſolutis.num.2.
refert Menoch. conſ.2.num.309. ideo ſine du-
bio , hanc meram emphiteoſim eſſe iudicabi-
mus, ex relatis ſuperius.& Afflic.in cōſtit. Sicil.
lib.3.de reuoca.alien.Rubrica.5.num.24.in fin.
& 25.in conſ.meo.85.in prin. poſt accumulata
pro more,per d.Gabriel. com. concluſ.lib.3.de
feud.concluſ.ſecunda per totam.

23 † Quartores pſumitur feudalis, ſi quis ut feu-
datarius præſtitit ſeruitia,vel ſoluit,qualis etiam
reperitur poſſeſſio ac ſolutio , talis præſumitur
conceſſio. Iaſ.in l. ſecunda.nume.174.C.de iu-
re emphit.Gozadin.conſ.11.nu.10.Caſtr.conſ.
44.num.8.vol.3. licet feudum pro Eccleſia iudi
24 cetur vtilius Brun.conſ.41.numer. 13. † & ſi per
triginta annos pro re ſoluatur canon vel cenſus
vniformis, præſumitur emphiteoſis ſolemniter
conceſſa.Iaſon in l. 2.nu.135.C.de iure emphit.
Afflict.in cap.1.num.288.quæ fuer.prima cauſ.
benef.amit.dicens ex poſſeſſione triginta anno
rum , ſtatum rei allodialis in feudum mutari,ſe-
quitur amplè Paris conſi.23.nu.3.vol.4.Balb.in
tract.de præſcript.fol.38.num.35.quid ergo di-
cemus , vbi vt in caſu noſtro interuenerint cen-
25 tum & quinquaginta anni , † Et ſic tempus im-
memorabile,quod aliàs facit cōceſſionem præ-
ſumi,ac priuilegiū,Oldra.conſ.396.Alex.conſi.
6.vol.1. Felin.in c.ſi diligenti.num.18.& c.cum
nobis.nume.8, de conſtitut.& Ripa.in l.quomi-
nus.num.41. ff. de flum. infinitos in materia ac-
cumulat , & diffusè regulam cum ampliationib.
& limitat. tradit, Gabriel.com.opin.lib.de præ-
ſcrip.conclu.1.in princip. Neuiz.conſ.11.num.
18.Siluan.conſ.1.nume.115.conſi.59.num.10.
& conſ.96.num.8. Nat.conſ.486. num.15.Vaſ-
qui. de controuer.Illuſtr.capit.84.num.15.cum
ſeq. Tobia non. conſi.47.num.3. vim priuilegij
ritè & rectè conceſſi ſortitur . c. ſuper quibuſdā,
§.præterea.ubi gloſ.verbo,non extat,& Abbat.
de verbo.ſign.l.3.§.ductus.ff. de aqua quotidia-
na & æſtiua.Balb.de præſcrip, ſecunda parte.3.
partis princ.q.6.num. 12. & ſecunda parte.col.
4.partis princip.q.2.poſt Curt. conſi.20.col.2.
Abba.conſi.94.uol.1.Dec.conſ.85.nume.2. &
496.Afflic.decil.254.num.4.Menoch. de arbit.
iud.cent.1.caſu 43.nu.4.Cephal.conſ.152.nu.
41.uol.2.Gabriel.d.concluſ.1.in princ.& num.
62.Hier.Gabr.conſ.164.numero 13.& conſilio
193.num.16.ubi declarat,& conſ.88.nume.14.
cum ſeq. Simon de Præt.conſ.132.nume.13.&
conſ.75.nu.3. & 4. Quod dictum ad regalia ex-
tendi ſolet,Io.conſi.2.nu.91.uolu.2.conſi.feud.
Gabriel.d.concluſ.1.num.3. ac Stefan.Lamber.
vt infra , Rurſus ad ſpiritualia , quod copioſe
refert Port. Imol. conſi. 28. num.22.cum pluri-
bus ſeq.& conſ.87.nume.3.& ſeq. Alba.conſil.
62.num.14.& conſ.64.num.43.48.50. & 91.&
ſeq.Vaſq.de ſucceſ.part.prima.§.2.numero 25.
lib.3.Natta conſ.446.num.12.cum ſeq.& conſ.
26 456.nu.10.14.& ſeq.† Tantumque poteſt,quā-
tum princeps ipſe,& Imperator cum cauſa Iſer.
in cap. 1. uerbo flumina quæ ſint regalia Iaſ.d.l.
quominus . in princ. Gozad.conſi.8.nume.37.
Valla conſ.51.nu.14.uol.3. & Fuſius conſil.66.
per totum,vol.2.maximè.num.40.Gabriel dic.
concluſ.1.nu.7.Port.vbi ſupra Natta conſ.283.
27 in princ.& 154.num.5.& 6.† Titulum etiam qui
non allegetur præſumi facit, Angel. Caſtrenſ.
Bald.Salic.Iaſ.in fin.& cæteri in l.ſi certis annis.
C.de pact. Ripa. d.num.41.Belon.conſ.1.nu.5.

Menoch.

Digitized by Google

Menoch.ubi ſupra.nu.6. Didacus Couar.var.re
ſolut.lib.1.cap.17.nu.7.Balb.vbi ſupra 2. part.4.
par.princ.q.2.Valla conſ.3.num.95.vol.1.vber
** rimè,&ex** communi,& uera. Gabriel.d.con-
cluſ.1.num.44.45.Vaſq. de contro. Illuſtr.cap.
84. num. 10. cum ſeq.& cap. 81. nume.13.ubi
in vtroque loco de * communi & veriori atte-
* ſtatur, Bero.conſi.113.num.7. & 115.nume.24.
ac 84.nume.13.& ſeq. loquens.num.30.in em-
phiteoſi Eccleſiæ uol.1. ac contra Eccleſiam,&
tertium,Reod.tract.de reb. Eccleſiæ,non alien.
28 pagi.376.cap.de conceſſione decimarum.† Bo
namque fidem præſtat,Innocent.& Bal.in ca.ſi
diligenti.de præſcrip.Iaſ.conſ.219.vol.2. Curt.
conſi.pen.nu.9.10. & 11.ueram ait concluſio-
nem Menoch.ubi ſupra num. 2. Valla.d.conſi.
* 3.num.95.vol.1.ex cõmuni * omnium,Gabriel.
d.loco.nume.55.Vaſq.& Bero.ubi ſupra, Alba.
conſi.28.in prin.Ac actum geſtum,in caſu vali-
do ſupponit,Iaſ.conſi.156.uolu.2.Vaſq. de cõ-
tro.Illuſtr.cap.81.num.17.& 10. & omnes ſolẽ
nitates extrinſecas interueniſſe Simon de Præt.
poſt alios conſi.74.nu.3. & conſi.75.num.6. &
conſ. 40. num. 16. quod in beneficialibus ter-
minauit rota Romana teſte Fabio. Accorâbo-
29 no deciſ.22.Clemẽs 7.†Ex tali rurſus poſſeſſio-
ne titulus quilibet allegatus probetur,Felin.in c.
accidentis verſ.poſt hæc.nume.7.de præſcript.
Io.Gallicus conſ.2.nu.30.vol. 2. conſ.feud.Ga-
briel.d.concluſ.1.nu.45.& 46.Nec tantum,vim
inductiuam ſuæ præſumptionis & fictionis ha-
bet,ſed ius verè,ac veritatem ipſam inducit. Ale
xan.conſ.6.nu.1.vol.1.Ripa.d.num.41.egregiè
* commune * dictum nuncupans, Vaſq. de con-
tro. Illuſtr. cap.83.num.18.& 19.& cap.84.ou-
me.9.& 14.& cap.65.num.3.Bero. conſil.115.
num.31.& ſeq.& conſ.84.nu.13.& ſeq.& con-
ſil.74.num.30.vol.1.latè Roland.à Valle conſi.
66.num.4.& ſeq.& num.48.volum.2.Caſſan.in
conſue.Burgund.Rubrica vna §.2. fol. 26.num.
8.cum ſeq.& in Rubrica 11.fol. 350. num.6.&
7.Alba.conſil.64.num.43.48.50.& 51.Item in
contrarium probatio non admittatur, Felin.in
cap.cum à nobis colum.3.verſi. ſcias.& in cap.
illud,& in ca.accedentes de præſcript.Curt.ſen.
conſi.70.nu.15.& ſeq. Iacob. tract. de homag.
num.27 Rub.conſi.13.col.3. amplè,licet etiam
contrarium tenentes alleget Gabriel.d.concluſ.
* 1.num.50.omnes * id ſequi ait Vaſq.de contro.
Illuſtr.ſæpe citat.cap.84.num.12.verſ.denique.
& ſeq. Caſſan. vbi ſupra.d.num.7.Barba. conſ.
41.colum.11.volum.1.Natta conſi.524.nu.17.
Rurſuſque procedat hæc legis veritas præſum-
30 pta ex tempore immemorabili, † Etiam quod
de titulo iniuſto,illegitimoque,ſeu de initio ma
læ fidei appareret, cum nihilominus immemo-
rabile tempus,titulum,Ius,atque conceſſionem
legitimam præbeat, ea ratione,quod interuen-
tus illius minimè rei noceat, cuius omnino da-
fectus non poſſet nocere.quam ſententiam lon
ge altera veriorem probauit,atteſtando ſe in fa-
cto pluries habuiſſe,& in quã plurimis ſummo-
rum virorum cauſis,Fernan.Vaſq.de contro.Il-
luſtr.cap.81.nu.12.15.17. & multis ſeq.eãdem
(reprobata limitatione, & declaratione Felyn.
ſub num.33.in cap.ſicut de re iudicata.) ſequuti
** ſunt ex magis ** cõmuni ſententia, Domini de
Rota curiæ Romanæ in deciſ.quę manu ſcriptę
circũferuntur.teſte Moedan. deciſ.51. & Fabio
deciſ.22. quos recenſet nouiſſime Hiero.Gabr.
conſi.88.num.17.& 18. nec diſſentit Alba.cõſ.
64.num.50.& 61.Angus.conſ.9.nume.3.lib.7.
Bero.conſi.115.num.38.volum.1.licet contra-
31 rium voluerit Siluan. conſil.67.num.28. † Hoc
itaque immemorabile tempus. 130. annorum,
quo inueſtitura,fidelitas,ſeruitiumve perſonale
Eccleſiæ præſtita minimè fuerunt, in cauſa eſt,
vt licet aliàs terræ iſtæ feudales extitiſſent nunc
à feudi onere liberæ maneant, & ſub qualitate
tantum ſoluendi annuatim cenſum calcarium
debitum, vt in propoſito nonnulla accumulat
Siluan.conſi.3.num.70.cum mult. ſeq.vol.1.Be
ro.conſi.113.vol.1.& multa per dominum Ste-
fan. Lambertag. virum eruditum ſuper ſtatuto
Mediol. prohib.mulier contrah.ſine certa ſolẽ-
nitate. gloſſ. 1. in verbo alienationibus. nu-
mero 309.

Nec refragatur quod penes dom. Adoar-
dum fuerit feudum, quia ex præcedentibus,&
tempore immemorabili reſultat reſponſio,quã
do ſtatus rei ex dicto tempore mutetur veritaſ-
que conceſſionis,tituli,& emphiteoſis, cum Ec
cleſia contractæ præſumatur.

Quod rurſus duplici,& vrgenti ratione com-
probo.

32 Primò,†quia ſicut dominus feudi,non cogi-
tur mutare vaſallũ,ita e contra vaſallus nõ cogi-
tur mutare Dominum,& alteri iuramentum fi-
delitatis præſtare. textus eſt expreſſus in ca.1.§.
præterea ducatus.de prohib. feud.alien.per Fe-
der. c.1.in fi. de pace iur.firman. admittunt om-
* nes * Hoſt.Abb.Felin.num. 1. & alij in c.dilecti.
de maior.& obe.Bal.in c. generaliter ſi de feud.
fuer.contro.Dec.in c.1.num.4.de prob.Iaſ.l.de-
bitor. num. 6. de pact. dicoque dominus feudi
** (cum ſecus ex ** receptiori ſententia ſtatuatur
in emphiteoſi.) cuius Dominus inuito emphi-
teota directum alienare poteſt, vt atteſtatur Co
raſ.num.6.poſt Iaſ.in d.l.fi.C.de iure emph.pri-
mumque dictum de feudo probat.c.1.§.prate-
rea Ducatus.ubi Iſernia.num.43.& in c.ſi quis.
num.1.quo temp.Mil.& §.ex eadem lege,de le-
ge. Corrad. Neuiz. loquens.in feudo ex mente
Azon. inter conſil. Bruni.12.num.64.93.Iaſon
cum apoſtil. in §. item ſeruiana. num. 105. ubi
Gom. num.45.inſtit. de act. Pariſ.conſil.22.&
23.vol.1.Bal.conſ.325.vol.1.Natta conſi.454.
num.18.vol.3.ac vberrimè Anto.Gabriel.com
33 mun.opin.lib.3.de iure quęſ.non tollend. con-
* cluſ.8.per totã. † Subdens ex * communi oĩum
dicto,

Sexto traditione, quod res inter alios acta al
teri minimè nocet de qua tam amplum tractatũ
Tiraq. compoſuit, & ſic factum domini domi-
nium Vaſallo auferat. Et licet tuentes commu-
nem interpretationem vnico, vt aiunt, collirio
contraria tollãt, dicẽtes hoc fauore ſpeciali Ec-
42 cleſiæ introductũ, † Cum & alibi ex facto vnius
priuetur alter, vt in cap. ſi Vaſallus culpam, ſi de
feud. fuer. contro. facill, tamen negatione reſpõ
ſio eneruatur, Cum fauor Eccleſię nullo modo
43 ius alteri auferat, & ſi fauor operari cõtingeret,
longè honeſtius in gratiã Eccleſiæ deberet Va-
ſallus ſuum vtile dominium in Eccleſiam tranſ-
ferre poſſe, directo dominio ſemper reſeruato,
quàm quod Dominus transferendo directũ in
Eccleſiam vtile Vaſallo tolleret, eidem tamen
Vaſallo in Eccleſiã etiã pro anima ſuum domi-
nium transferre, ſine domini aſſenſu abnegant
iura & textus aperti, in c. 1. §. 1. ibi pro anima. de
prohib. feud. alien. per Federic. cap. 1. §. donare
qualiter. olim feud. alien. poterat Capici. in d.
inueſt. verbo. feud. alienationes ampliat. 6. Clar.
in §. feudum. q. 40. verſ. ex hac concluſ. Felin. in
c. quæ in Eccleſiarum. in fi. de conſtit. Menoch.
conſi. 33. nu. 15. cum ſeq. nec candela. Roland. à
Valle. conſ. 50. num. 5. uol. 3. Bal. in cap. imperia
lem. 3. colum. in prin. vbi Camer. amplè contra
Roma. pagin. 23. lit. G. cum multis ſequentibus.
de prohibit. feud. alien. Roman. conſ. 199. num.
44 12. † Limitans dictum. §. donare de æquitate ca
nonica, ſecundum quam, licet Vaſallo feudum
* pro anima, & pia cauſa diſtrahere, quod ex * cõ-
muni per alios not. ibi Mendoſ. verbo permiſſa,
per Tiraq. tract. de priuileg. piæ cauſæ priuile-
gio. 104. Qua propter Iſer. & Afflict. in d. §. ſi ve-
rò cõtigerit alios intellectus ponunt, inter quos
ſolitus ſum alterum comprobare, quod ibi feu-
dum ſine aliqua inueſtitura conſtitutum fue-
rit, & ideo nullum ſit ius in re quæſitum va-
ſallo, nec mirum ſi facilime fauorem eccleſiæ
45 totum adhuc allodiale reputetur, † Cum ex
ſimplici conceſſione perſonalis actio tantum
ſeu condictio, ex moribus ad realem inueſtitu-
ram obtinendam vaſallo acquiratur, nec feudũ
dici valeat. c. 1. quibus mod. feud. conſt. poſſ. niſi
poſſeſſio realis coram paribus curiæ tradatur,
* vt ex * communi doctrina ponit Iaſ. in tract. de
feud. in 6. parte, num. 10. primo verſi. nec te la-
teat. Hier. Gabriel. conſil. 83. num. 11. Capici. in
d. inueſt. feud. verbo, feudi actio contra domi-
46 num; † Differunt enim ſimplex conceſſio feudi,
inueſtitura feudalis, ac inueſtitura realis, not. in
c. 1. quid ſit inueſtit. ubi Iacobin. declarat, & ca-
pi. in forma inueſti. verbo, feudorum inueſtitu-
ræ per totum, & Iaſ. tract. de feud. par. 6. num. 6.
Verum, quia communis eſt intelligentia per Ia-
cob. Belouiſ. tradita, dicunt ſcribentes, qui illam
ſequuntur pro temperamento tam rigoroſæ le-
47 gis: † Vaſallum vtile ſpoliatum habere quidem
regreſſum contra dominum diſponẽtem in ec-
cleſiam ad intereſſe, uel ſimile feudum, uel æſti-
mationem, nec non & contra eccleſiam ipſam,
quæ tanquam iuſtitiæ cultrix, & quæ pati mini-
mè haber quidquam fieri contra iuſtitiam, &
æquitatem in ſe, uel in alium, non debeat d. feu-
dum a vaſallo auferre, ſed illud ſibi dimittere,
vt in c. 1. §. inde põt. de alien. feud. cũ & rõne na
turali ad hoc teneatur, ar. l. titius. ff. de obſeq. tra-
dit. in propoſito glo. in d. c. 1. §. ad hæc, uel ca. ad
hæc de allod. Anto. Capic. in d. inueſtitura ver-
bo feudorum amiſſio, ver. 39. pagin. 62. Emilia.
conſi. 111. num. 23. dicens, aliud feudum conſe-
qui debere Iaſ. in tract. de feud. par. 9. nume. 10.
& quo ad intereſſe Vaſalli, Natta conſi. 454. nu-
mero 14. & 15. vol. 2. & conſi. 501. nume. 40. &
47. Idcirco cum Rigales tam longiſſimo tempo
re calcaria ſeu cenſum pro calcaribus ſoluerint,
etiam quod utile fuiſſent cum directo ſolidatũ,
firmãdum eſt mutatam fuiſſe feudi naturam, ac
Eccleſiam, ita illis dictã rem in emphiteoſi vel
cenſum conceſſiſſe, cum nec inueſtituram, nec
iuramentum, nec aliquod ſeruitium perſonale
48 uoluerit, Sed reale † tantum, & vti commodum
burſale, quod Eccleſiæ maxime Lombardiæ cu
rant, per Bal. in tit. de pace Conſtãt. uerbo. libel-
lariè. in fi. Claud. de ſeiſel. in titu. de differ. feud.
col. 4. uerſ. iuxta præmiſſa Iaſ. in prelud. feud. nu
mero 8. & 9. Iaſ. de feud. parte 12. num. 32. Ri-
min. iun. conſ. 38. nume. 15. & fortaſſe magis in-
cenſum, quàm in emphiteoſim conceſſionem
factam credo eo, quod ſit tantum interpretatio
pro accipiente vtilior ad ea, q̃ ponit Caſtr. cõſ.
138. in antiquis Pariſ. conſi 84. nu. 12. uolum. 2.
49 † Nec aliqua ſcriptura interuenerit, quæ in em-
* phiteoſi ſui natura requiri ſolet, ad * communẽ
ſentẽtiam, quam aliàs comprobaui in conſ. 26.
nume. 16. cum ſe. lib. 1. quibus addo reſpectiuè
Laurẽt. (Hirco. commun. opi. cent. 2. concluſ. 6.
Borgin. cauale. de uſufr. mulier. num. 237. Bero.
conſ. 113. nume. 8. & 9. uolum. 1. in c. potuit. nu-
mero 77. & 79. extra locatis, ac Hippol. Rimi-
nal. iun. conſi. 22. num. 9. ſubdens tamen. nume.
10. & ex conſuetudine id de ſcriptura minimè
50 ſeruari † Poteſt enim ſecundum aliquos Eccle-
ſia feudum in emphiteoſim mutare, & diuerſũ
contractũ conſtituere, ſi id notabiliter Eccleſię
utilius fiat. per Caſtr. conſi. 139. uol. 1. Cuma. cõ
ſil. 99. Fulgoſ. conſ. 10. Roma. conſ. 70. nume. 3.
in fi. Alex. conſ. 9. uol. 3. conſ. 5. uol. 5. Cur. tract.
de feud. Secunda part. q. 6. qui omnes ſolum Ec
cleſiæ utilitatem conſiderant. & dummodo ſub
ſtantia contractus non mutetur, etiã quod qua-
litates & accidentia diuerſa addantur, Hippol.
Rimin. iun. in conſ. 32. nu. 24. cum ſeq.

Secũdò præmitto, quod quatenus appellari
51 poſſit feudum † Diceretur improprium atque
condictionatum ob ſolutionem cenſus annui,
Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, col. 3. de cõſt. Pa-
ris. conſi. 12. num. 20. uol. 1. Neuiz. conſi. 92. per
totum, dixi aliàs conſi. 85. in princ. & nume. 25.

addo,

Digitized by Google

addo, Thom.Mari.lib.1.de feud.tit.19.de feud.
non habent propriam naturam feud. num.11.
quod rurſus feudi recti naturam non habet, ma
ximè in alteratis, ſi nominetur feudum, ſin mi-
nus in nulla parte ſed tantam emphiteoſis, ita
quod ad fœminas tranſeat, nec ſeruatur, qđ iu-
re in proprijs feudis ſeruari ſolet, ad ea quę ſupe
rius tradidi in tertia ratione, poſt Deci.conſilio
138.num.7.Iaſ.conſ.155.col.3. verſ.5.vol.2.am
* ple ex *communi Menoch. conſ.65.num.4. &
12.volum.1.Capic.in inueſtit.feud.verbo feudũ
conditionatum. Celſus Hugo.conſil.26.nu.56.
& 69. & Zaſ. de feud. parte 12. per totum .&.
num.32.Abba.conſi.61.nu.5.Siluan. conſi.42.
num.6.& conſi.52.num.11.Hippol.Rim.in cō-
ſil.38.in princ.

52 † Tertio præmitto in hac nobili & excelſa pa
tria Mantuana, extare conſuetudinem inuetera-
tam, ac paſſim à populo, & omnibus admiſſam,
quod licentia & aſſenſus non denegātur feuda-
tario emphiteotæ, ſeu cuilibet vaſallo illum pe-
tenti, dum vult alienare ſuum vtile dominium,
in perſonam capacem, ſaluo iure directi; Hinc
53 ſumpta eſt occaſio † ſoluendi, cum d. aſſenſus
præſtatur, vel inueſtitura fiat, decimam verā, ſeu
decem pro ſingulis centum pretij ac ualoris rei
immobilis alienandæ, detracta ſorte pro cenſu
annuo Eccleſię ſeu domino directo debito, niſi
in minori quātitate ex placito & conuentione
partium, vt fieri regulariter ſolet, metiatur, cum
tamen aliàs de iure debeatur ſola quinquageſi-
ma pretij vel æſtimationis rei, quæ laudemium
nuncupatur, per text.in l.fin.in verbo, & ne aua
ritia, vbi Coraſ. nu.21. & Iaſ. num.39.& 68.C.
de iure emph. Specula. de locat.§. nunc aliqua.
verſi.100.& 104.omnes in c.potuit. extra loca.
Aret.conſil.41.Fulgoſ.conſil.6.Brun.conſil.44.
Alex.conſi.123.volum.5.Caſſan.conſuet.Bur-
gund.Rubrica 11.§.1.nu.2.Moder. Pariſ.in cō-
ſuet.feud.§.53.num. 24. & per Coraſ.in Rubri-
ca de iur. emph. nume. 10. Clar. in §.emphit.q.
15. & 23. Paris de Puteo d. feu.reintegr.c.139.
cum ſeq.& 141.Hippol. Rim. conſil.38. nu.12.
& conſ.1.num.68.ac Hier.Gabr.rationem qua-
re ſoluatur adducens in conſi.84.num.9. qui ſi-
militer debetur ex meliorationibus tñ conſide
rato tempore quo res videntur, non quādo cō-
ceſſa fuit. vt ponit nouiſſimè Proſp. Paſetus con
54 ſil.4.num.1.& 2.† Hoc enim laudemium, a lau-
dando ſeu nominando vaſallum, vel ab agno-
ſcendo authore domino directo dictum. per Al
ciat.li.1.Parerg.c.45.in fi.poſt Oldrad.q.34.cō-
ſuetudine minuitur, ac ēt augetur ad decimam-
ſextam vel duodecimam partem pretij veri æſti
mationiſque cōmunis, per Alex. conſulentem
ſuper feudo, ac pro Eccleſia Cathedrali verone
ſi, in conſi.5.per totum.& 14.in pri.volum.5.&
conſ.123.eod. uolum.5.Hippol.Rimin. conſu-
lens ſuper feudo Eccleſiæ Ferrarienſis, d.conſil.
55 38.num.12.21.& ſeq.ac conſil.1.in fin. † Vide-
mus namque ſolutiones laudemiorum in con-
ſuetudine fundari, cum illud non uno, ſed per-
quam vario & difformi modo, in omnib. locis
ſolui contingat, ut ſuper diuerſis prouinciis Gal
lię fuſius pertractatur. Moder.Pariſ.in conſuetu.
feuda.Pariſ.§.53.per totum, Caſſan. d. Rubrica
11.ſuper alijs Hiſpaniarum. Celſus Hugo.conſ.
56.in fi. & 57. & inter alia Reodan. tract. de re-
bus Eccleſiæ non alienan. quæſt.11. de Laude-
mijs pagin.378.cum ſeq.Coraſ.in l.fi. nu.21.&
22.C.de iure emphit. ac de Laudemio Roman-
diolæ.Bero.conſi.115. in pri.vol.1.Ferrarienſis
patriæ Hipp.Rim.d.conſ.38.& in cōſ.1.in Lau-
demio Ianuenſium, Fulgoſi. conſ.219.num.1.
56 † Quæ conſuetudo tam circa præſtationem
petiti aſſenſus indifferenter, quàm circa quanti-
tatem certam, pro laudatione ex conſuetudine
taxata, & ita amplā ſolui, arbitror, eo quod, do-
minus ferè inuitus nouum vaſallum, & debito-
rem contra formam iuris recipere cogatur, per
Reodan. ut ſupra in pri. vtique ac inuiolabiliter
ſeruanda venit, cum ab illa optima legum inter-
prete non recedatur. l. ſi de interpretatione. ubi
dd.l.diutina.l.minimè, ff. de leg.Bart.conſil.44.
num.8. Ruin. conſi.139.num.11.volum.4.Gi-
gas in tract.de penſ.q.22.num.14.q.58.num.2.
& num.118.& eo fortius contra cæteras feudo
rum conſuetudines, quibus contraria conſuetu-
dine facilimè derogatur, Bart.in l. de quibus. ff.
de leg.& in conſi.185.volum.1. per cap.j.§.nos
Romani, de pace conſtant.& quod ſeruanda ſit
omnino in feudalibus conſuetudo cuiuſque lo-
57 corum.† Niſi pactum & conuentiones inueſtitu
rarum repugnent, quæ primo loco attendi ſo-
lent, Declarat Aluar.in cap. 1. de feud. cognit.
& in cap. 1.§.qualiter.ubi præpoſitus, ſi de feud.
fuer.controu.& cæte.de quibus ſupra Bero.cō-
ſil.65.num.60.& 80.volum.2. Neuiz. conſi.11.
num.16.poſt Camer.in d.C.imperialem. pagi.
23.lit.G.cum ſeq.Reodan.d.tract. pag.28.num.
4.Thom.Mari.de feud.ver.Longobar.tit.14.nu
me.5.Ant. Capici.in inueſt.feud.verbo feudor.
diuiſio ampl. 2. Sublim.1. Moder. Pariſ.in con-
ſil.feud.tit. pri. Rubrica 49.& 50.Siluan.conſil.
76.num.8.Pariſ.de Put.de feud.reintegr.cap.5.
58 num.8.& cap.289.num. 17.† Vltimaque & re-
cens, ſi plures ſint in feudis, ſeruetur, Mari.Fre-
ci.de feud.lib. 1.q.4.nu.35.fol.16.& de vi con-
ſuetudinis, plura per Menoch. tractat.de arbitr.
iud.q.71.& caſu 83.& ſeq.& Gabri.com.opin.
lib.6.de conſuet.concluſ.in num.9.& ſeq.Bero.
conſil.73.num.33.vol.1.& 113.num.5. uolum.
2.& conſi.68.num.25.uol.1. & 65. numero 60.
59 & 80.in d.uol. † Videmus namque conſuetudi-
ne introduci, ut uaſallus ſine domini conſenſu
** feudum alienet, quod ex ** communiori opin.
not.Curt.Iun. conſi.158. num. 8. & in tract. de
feud.4.parte q.19.Reodan.d.tractat.Rubrica de
caducita.ob rei alienationem.num.13. pag.513.
Clar.in §.feudum.lib.4.ſentent.quæſt. 31.in fin.
uerſic.

Digitized by Google

verſic.quærto nunc,poſt Alexand.qui id decla-
rat conſilio 104.num.10.& 11.volum.3. Anto.
Capici.in inueſt tura feudali, verſic. feudorum
alienationes, limitatione 21.& 22.Marin.Fre-
ci.tract.de ſubfeud.libro ſecundo. in limit.con-
ſtitutionem, diuæ memor. pagina 109.limitat.
27. Socin. iunior. conſil. 95.num. 13.volum.4.
Alciat. conſil. 695. numero 3. Riminal. ſenior.
conſi.18.in princ.cum Apoſtil.volum. 1.& do-
minus inuitis vaſallis. Valla conſilio 53.nu. 40.
uolum.ſecundo,quæ tamen conſuetudo probã-
da eſt in ſpecie, vt in informat. Senat. Mantuæ,
ſuper cauſa ſtat.Mont.Ferrat. pagina 38. uerſic.
non obſtat, quo loco requiſita ad dictam con-
60 ſuetudinem probandam enumerant. † Rurſuſ-
que alia conſuetudine obſeruari, vt in hac ci-
uitate Mantuæ, quod feuda alienantur indiſtin-
ctè, ſolo dominorum aſſenſu requiſito contra
etiam voluntatem agnatorum, de qua atteſtatur
Pariſ.conſilio 13.& conſilio 106. volu.primo,
Curt.iunior conſilio 71.& Socin. iunior. conſi-
lio 72.numero 75.volum. primo. & dixi aliàs in
conſilio meo 49.nu.22.uolum. 1. quibus addo,
Riminald.ſenior.conſi.18. numero 18. cum ſe-
quen.& ſubſcript.volum. primo. Natta conſilio
61 683.numero 14.uolum. quarto. † Nec non ſci-
mus vaſallos met inuitos alienari per dominos,
ſi id conſuetudine introductum appareat, ad ea
quæ congerit Anton. Gabriel. poſt Abb. Dec.
Fely.& c.lib.3.de iur.quæſi. non tollen. concluſ.
62 octaua.nume. 14. † Idcirco, ſi ex conſuetudine
permittitur alienatio, ſine aſſenſu domini, &
129 gatio † venerabili Eccleſiæ Cathedralis, quæ vulgo ab extra nuncupatur, ac vnum corpus continuè repreſentat, nec prælatum habet,poſſit maximè conſentiente domino Ioanne Maria inueſtire extraneum aliquem de dictis terris,ex nunc, prout ex tunc eueniente caſu mortis domini Ioannis Mariæ ſine filijs legitimis, & naturalibus ſic ſuccedente caſu,quod d. emphiteuſis vel feudum Eccleſiæ aperiatur, & quia res penes me in dubia reſidet, omiſſo multiloquio dico abſolutè id poſſe,per tex. in c.moribus, ſi de feud.fuer.controuer. inter domi. & agn.in c.1. qui ſucceſſ.teneantur, & in c.ſi quid de feud.dato in vim l.communis, & ibi feudiſtæ Iſern.in c.1.§.præterea ducatus de prohibit. feud. alien. per Feder.verſicu.nec dominus. Zaſ. de feud. 7. parte,num.59.& parte 6.num. 19. Signor.conſilio 60. qui loquitur in Eccleſia Epiſcopatus Mantuani,ac in feudo curiæ Podij, num.tertio, verſic.ſecundo caſu,Socin.ſen.conſi. 167. num. 24.volum. ſecundo. Afflict. cum Vrſillo deciſ. 292. per totam,qui ita iudicatum affirmat, vaſallis conſenſus in hoc effectum producit, vt ipſo adhuc viuente dominus alterum ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit inueſtire valeat,
* quod ſcribentes frequentiore * calculo tradũt, in c.cum vero.Conr.ad.titu.de his,qui feud.dar. poſſunt.& in dicto cap.primo, vbi gloſſ.qui ſucceſſ.teneantur, ita refert & ſequitur in Eccleſia loquens. Portius Imol.conſil.ſecundo, numero 53. Cui ſubſcripſere, tres præſtantiſſimi viri Marcus Mantua, Hieronymus Torniel. & Matthæus Gribald.Quinimmo hoc adeo verum eſt, vt talis conceſſio iure ſubſiſtat, & ſi vaſallus viuens non aſſentiat, vt hanc ſententiam,ex mente ſcribentium præualere atteſtantur Socin. iun. conſil.76.num.119.& 120.volum. primo. Roland.à Valle conſi.ſecundo,num.44.& 45.uolum.primo ſentit Afflict.deciſ. 292.& Zaſ.vbi ſupra,nec diſſentit Menoch.conſi.primo, num. 419.licet dupliciter declaret.ſequitur Hierony-
* mus Lucenſ. in conſil. 1. num. 21.inter conſilio ſtatus Montisferrati.vbi de * communi, inquit, poſt Claud.in l.fin.C.de pact.in qua cauſa Marchionatus Montisferrati per Cæſarem inuictiſs. Carolũ Quintum tandem iudicatum fuit, ut ſuper hoc puncto minimè ſit ambigendum.

130 † Tolliturque difficultas de prælato, & Eccleſia ſuper qua nos loquimur, cuius ſimilis inueſtitura iure tantum ſubſiſtit, ſi vaſallus ille decedat ſine filijs tempore inueſtientis tantum, non autem ſucceſſoris, ne ſupplantatio fiat per textum in dicto cap.moribus, ſi de feud. fuer. controuer.inter dom.& agn. quam ſequitur Andr. in dicto cap.imperialem,num.43.de prohiben. feud.alien.Zaſ.d.par.6.num.19.lateque deducit Hier.Gabr.conſ.83.per totum.& Ant.Capic.in inueſt.feudal.verbo, feudum dans.uerſi. prælatus 8.concluſ.& in verbo, feudorum genera.de caducitate ſucceſſorum.

Primò etenim nulla hic cadit ſupplantatio ſucceſſoris, cum vna ſit congregatio clericorũ ſine prælato & capite, quæ ſemper viuit, durat, ac inueſtit. nec in illa ſucceſſoris alicuius
131 conſideràtio habetur. † Cum capitulum, & congregatio nunquam moriatur.ca. ſi gratioſe, de reſcript. in ſexta. l. proponebatur. ff. de iud. capit.primo, de alien. feud. ubi Bald. Cardinal. conſilio 37.

132 † Secundo adeſt conſenſus viuentis, qui operatur, quod inueſtitura abſolutè teneat, vt ex nunc,quod declarat Laud. & præp. 2. not. Aluar.in prin.Iſern.numero ſecundo. Affl ct.num. 10.& 19. in capit.primo, qui ſucceſſ.teneantur, ſcripſi alias,in conſi.29.num.27.& conſilio 30. num.24.& 34.quo loco reſolui, contraria procedere tantum, vbi alienatio interuenit, quæ hic minimè conſiderari valet. cum vt ſuperius ex ſententia communi ſcribentium infraudatio iuxta ſolitum non dicatur alienatio, ſed executio priorum conceſſionum tantum, & tradit dicto conſilio ſecundo,num.53.Vt ſic omnibus ſimul iunctis concludi oporteat in præſenti caſu reſpectu Eccleſiæ hoc nunquam dici feudũ, at magis emphyteuſim, vel cenſum, dictaſque terras minimè deuolutas fuiſſe,ſed illã potuiſſe,

debuiſſe

Digitized by Google

& debuiſſe aſſenſum alienandi Ioan. Mariæ præſtare, vel inueſtire emptorem decedente Ioan. Maria, ſine liberis, aucto maximè cenſu, & ſoluto dictæ congregationi laudemio. Quod cum adimpletum fuerit caute acquiſiuiſſe emptorem cenſeo.

Franciſcus Burſatus. I.C. Mantuæ.

PRO ILLVSTRISS. FEDERICO Gonzaga Marchione, & Dom. Gazoli.

ARGVMENTVM.

An feudum conceſſum duobus fratribus, & in eius defectum alteri eorum, ſi moriatur vnus cum filijs tranſeat ad filios, & an cenſeantur ipſi comprehenſi in feudo.

Et de importantia illorum verborum, & in eius defectum.

Si rebellis reſtituatur, an bona in alios tranſlata recuperet.

Feudum nouum, an poſſit alienari accedente Cæſareo aſſenſu in præiudicium filiorum, & agnatorum.

Qui filij vel heredes tacitè ſubintelligantur comprehenſi in aliqua ceſſione, vel intrent locum patris etiam in feudis.

Et appellatione filiorum, an veniant nepotes, maximè quando filij nomine proprio, & ſpecifico nominantur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum duobus fratribus hac forma, Titio, & in eius defectum Sempronio eius fratri, an vno moriente cum filijs tranſeat ad filios excluſo fratre, licet contra. numero 12. & 16.*

2 *Feudum ſtipulans, vel acquirens pro ſe, & filijs primo loco acquirere dicitur, etiam quòd non dicatur.*

3 *Conceſſio cuilibet facta ſemper, & hæredibus facta dicitur, licet non exprimatur.*

4 *Donatio facta bonorum nondum publicatorum, nec confiſcatorum ex crimine læſæ Maieſtatis viribus ſubſiſtit.*

5 *Bona committentis crimen læſæ Maieſtatis ipſo iure applicantur fiſco domini, qui ea, licet non poſſeſſa, dominium in alios transfert.*

6 *Principi aſſerenti aliquem rebellem non creditur, ex magis ** cõmuni, nec quis impeditur ex tali aſſertione agere, & obtinere ſuper ſpolio, ex magis ** communi.*

7 *Poteſtas alicuius non eſt in dubio refricanda, quando eſt notoria, & vſu recepta.*

8 *Princeps reſtituere poteſt rebellem cum cauſa ad bona, etiam in alios tranſlata, ex * communi, & num. ſeq.*

9 *Reſtitutio facta pro cauſa publicæ vtilitatis, operatur quo ad bona in alios tranſlata.*

10 *Actio ſi conceditur, multo magis retentio.*

11 *Donatio validatur per aſſenſum Cæſareum, ex poſt accedentem.*

12 *Feudum nouum donari & alienari poteſt accedente Cæſareo aſſenſu, vel domini directi, in præiudicium filiorum & agnatorum ex * communi.*

13 *Verba illa in eius defectum important mortem perſonæ nominatæ tantum, licet cum filijs, vel illius non voluntatem, & num. 18.*

14 *Pronomen, eius, appoſitum in conceſſione aliqua, refertur tantum ad proximiorem nominatum.*

15 *Numerus ſingularis non poteſt verificari in plurali.*

16 *Verbum, eius, eſt perſonale, quòd hæredem hæredis non comprehendit, nec in pluribus verificatur, & num. 18.*

17 *Filij ſubintelliguntur tacitè comprehenſi in diſpoſitione teſtatoris aſcendentis vel deſcendentis, ſi ſubſtituatur extraneus, non in alijs, ex * communi.*

18 *Hæres non comprehenditur in diſpoſitione aliqua, ſi de eo mentio fiat.*

19 *Pater cenſetur maiorem caritatem habere erga filios natos, quàm ad nepotes naſcituros, nec adhuc in ſpe conceptos.*

20 *Filij non intrant locum patris in ſucceſſione patrui, cum nominati ſunt fratres vel in conditione poſiti.*

21 *Filius fratris mortui non intrat locum patris, cum patruo vel fratre defuncti, ſi ſunt vocati filij ſub nomine collectiuo, vel fratres nomine expreſſo, ex * communi.*

22 *Feuda conceſſa pluribus coniunctim ordine ſucceſſiuo ſunt accipienda, vt primo ſemper nominati admittantur.*

23 *Feudum conceſſum duobus pro ſe, & filijs eorum filij cuiuſlibet eorum vocati tantum ad portionem patris ſui cenſentur.*

24 *Feudo nouo vni conceſſo non ſuccedit frater, niſi fratribus concedatur cum eo caſu per*

ius non decreſcendi mortuo fratre ſine liberis ſuccedat.

25 *Filij non intrant locum patris ad excluſionem ſubſtituti & nominati expreßè in fideicommiſſis, ex ** communi ſecus vero ſi ſimpliciter ſint vocati, ex * communi.*

26 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando filij ſunt nominati proprio & ſpecifico nomine, ex * communi.*

27 *Verba ambigua contrahentium interpretantur ex conſuetudine, & ſequela facti.*

28 *Hæredes non cẽſentur comprehenſi, vbi conſtat de mente vel in priuilegio, quòd rem ad ſtatum iuris reducit, vel in diſpoſitione perſonali.*


29 *Actio non tribui tur alicui, ex actu præſupponente aliquid aliud fieri.*

30 *Princeps poteſt reſtituere rebelles ad bona confiſcata, quamuis in alios tranſlata, ex * communi.*

31 *Princeps cauſa pacis remittendo rebelles eos reſtituere cenſetur, vt alienata recuperare valeant.*

32 *Bannitus reſtitutus expreſſe ad bona, & cum clauſulis prægnantibus recuperat bona iam alienata.*

GENEALOGIAE PARS.



CONSILIVM CXXVIII.

TRINITAS ADSIT.

PRAESVPPONITVR, quod anno 1525. Carolus Quintus Imperator ob crimen læſæ Maieſtatis, vt aſſerebatur, commiſſum in Imperium, & ſacram Romanam Eccleſiam per Illuſtriſſimum domin. Pyrrhum, ex Marchionibus de Gonzaga dominum Gazoli, Sancti Martini, Doſuli, & aliorum Caſtrorum, illum rebellem, & hoſtem Imperij declarat, & bona omnia ſua iuriſdictioneſque, ac feuda ipſo iure Imperio ſacro deuoluta & confiſcata donat Illuſtriſſimo domin. Aluyſio, ex Marchionibus ſimiliter de Gonzaga nepoti ex fratre dicti Pyrrhi, pacto, quòd in eundem dicta bona nunquam transferat ſine expreſſo aſſenſu Cæſareo.

Anno 1528. die prima Auguſti Excellentiſſimus domin. Antonius de Leua Locumtenens Capitaneus in ſtatuque Mediolanenſi Generalis Gubernator eo, quia Illuſtriſſimus domin. Pyrrhus iam inſeruire cœperat pro ſacro Imperio contra hoſtes eiuſdem Imperij, & ex alijs cauſis eum reſtituit ad primos honores gradus & dignitates, feuda bonaque & alia ob dictam rebellionem amiſſa, & donata dicto Aluyſio, ipſumque liberat omnino & abſoluit ab omni labe, menda, & vitio dictæ rebellionis iam incurſæ, vt dicitur æquè, ac ſi nunquam talia incurriſſet, & vt erat ante dictam donationem ſequutam, derogando in ſpecie dictæ donationi per Cæſarem factæ dicto do. Aluyſio, hocque peragit ea authoritate abſoluta Cæſarea, qua tunc temporis fungebatur.

Anno 1529. die tertio Martij, Illuſtriſſimus domin. Aluyſius inſtrumento publico declarat contentari, quod Cæſarea Maieſtas reinueſtiat Illuſtriſſimum domin. Carolum, & in eius defectum Illuſtriſſimum do. Federicum pupillos fratres filios dicti dom. Pyrrhi eius do. Aluyſij patrui de ſtatu olim eorum patris, de quo ipſe iam

vti

vti de re deuoluta inueſtitus erat, accedente ta-
men conſenſu Cæſareo, & quod deroget totali
ter prædictæ ſuæ inueſtituræ, ad beneficium præ-
dictorum pupillorum, vt ſupra, quia eius inten-
tio eſt, vt remaneat dictus ſtatus prædicto Do-
mino Carolo, & in eius defectum Dom. Federi
co pupillis, & eorum filijs maſculis, accedente
conſenſu, vt ſupra.

Anno 1530. 15. Februarij, ad præces dicti D.
Caroli, & Federici filiorum dicti D. Pyrrhi iam
defuncti, qui narrant ipſis vti filijs legitimis di-
cti Domini Pyrrhi, a dicto Dom. Aluyſio, di-
cta feuda & bona patris ceſſa & donata fuiſſe, &
propterea dictam donationem confirmari de-
bere a dicta Cæſarea Maieſtate, & ab eadē ipſos
ſingulorum feudorum & bonorum patris, quæ
omnia à Cæſarea Maieſtate obtinebat, & quæ
ad eos iure hæreditario peruenire deberent, le-
gitimos ſucceſſores declarari, non obſtante re-
bellione & cōtumacia patris, Carolus Quintus
Imperator, & donationem confirmat & ipſos
omnino habiles declarat & capaces omniū feu
dorum, & bonorum cuiuſcunque ſortis ſint, &
eorum etiam, quæ pater obtinebat à Cæſarea
Maieſtate in feudum perinde ac ſi nunquam di-
ctus eorum pater ob rebellionem fuiſſet con-
demnatus, nec illius bona alteri donata vel tra-
dita cum clauſula derogationis omnium, quæ
in contrarium obſtarent. poſtea uero curſu tem
poris dicta feuda & bona fuerunt à dictis filijs,
& fratribus poſſeſſa. & creditur virtute etiam in-
ueſtituræ Cæſareæ. Mortuo Illuſtriſſimo Dom.
Carolo ætatis annorum quadraginta, relictis fi-
lijs maſculis & Illuſtriſſimo Do. Federico fratre
nunc uiuo, diuiſio dictorum feudorum omniū
& bonorum Dom. Pyrrhi fuit inter eos facta, vt
patet inſtrumento publico ſub die 29. Septem-
bris 1556.

Modo quæritur, an filij tantum D. Caroli feu
da & bona Illuſtriſſimi D. Aluyſij aliàs Cameræ
Imperiali deuoluta obtinere ualeant, excluſo di
cto D. Federico patruo.

Super facto propoſito requiſitus aliquando
conſulere recuſaui, eo quòd præſentis cauſæ de
ciſio, atque iudicium verteretur inter patruum,
& nepotes ſic collaterales arcto conſanguinita-
tis gradu iunctos, qui proximiores ferè nullos
admittat, & inter Illuſtriſſimos Dominos, qui
omnes apud me magno in honore ac prætio
æquali erant, Nunc attamen rogatus ab illo cui
contradicere nefas eſt, decreui conſultationis
onus aſſumere, Excelſo domino prius humili-
ter implorato, qui ſenſus meos ad veritatis inda
ginem aperiat.

Prima itaque fronte uidebatur dicendum,
quòd filij dicti Dom. Caroli ſoli in dictis feudis
ſuccedant propter illa verba donationis Dom.
Aluyſij, ibi Illuſtriſſimo Dom. Carolo, & in eius
defectum Illuſtriſſimo Dom. Federico, quaſi nō
dicatur deficere exiſtentibus filijs maſculis, cū
1 non tātum dicatur † ſibi proſpexiſſe, ſed & filijs
ſuis. l. ſi pactum. ff. de probat. per Bartol. & alios.
in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verborum obligat. in
propoſito ſeruit text. in c. 1. de duobus fratrib. à
capit. inueſtit. ubi ex duobus fratribus de feudo
inueſtitis, quamdiu ipſi & eorum hæredes ma-
ſculi viuerent, & eis deficientibus pro fœminis
ſi alter moriatur relicta filia, ad eadem ſpectat fi
liam fratre ſuperſtite excluſo, cum vnuſquiſque
ſibi ſuiſque hæredibus proſpexiſſe cenſeatur,
magis, quàm alteri fratri prius nominato. Et
hoc maxime in materia feudali, in qua etiam,
2 ꝗ nō dicatur pro filijs acquiſitio pro eis ſemper
cenſeatur facta Gulielmus à Perna conſ. feud. 2.
numero ſeptimo. cum ſequen. per And. de Iſer.
in titul. in quibus caſibus feud. amitt. §. huius au-
tem generis. uerſic. ſimilem, Clar. §. feudum q. 9.
ſed quid dicendum, & in quacunque feudorum
ſucceſſione ſemper prima eſt filiorum cauſa ca.
primo, §. & quia qui feud. dar. poſſ. & ca. primo.
de ſucceſſ. feud. not. in ca. præſentia, de probat.
cum ex mente concedentis, & patris contēpla-
3 tione ante alios uocati cenſeantur. † Et quia
conceſſio facta alicui ſemper & hæredib. facta
intelligatur etiam, quod nulla mentio hæredum
fiat. l. ſicut. §. ſi debitori, ubi Bart. ff. quibus mod.
pign. vel hipot. dd. in l. ſecunda. §. ſi uoluntati.
ff. ſoluto matrimon. multa ponit Siluan. conſil.
65. per totum, & Valla conſil. 28. num. 9. & 10.
4 volum. 3. † Quæ donatio bonorum licet non-
dum publicatorum, nec confiſcatorum per ſen
tentiam, tenuit vt in ſpecie conſuluit Bero. con-
ſil. 61. volum. primo. Riminal. conſil. 14. uolum.
primo. latè tradit Portius. concluſ. ſecunda. lib.
primo. per totam, & Imperatori ipſo iure dicta
5 bona † crimen læſæ Maieſtatis committentis ap
plicata fuerunt per Val. conſi. 78. volum. ſecun-
do, Plot. conſi. crimi. 130. tom. primo. in folio,
qui & eadem licet non poſſeſſa adhuc per Ca-
meram Imperialem & illorum Dominium po-
tuit in illuſtriſſ. D. Carolum & donatarios tranſ-
ferre Bero. formaliter conſ. 176. num. 101. cum
ſeq. volum. 1.

Verumtamen, viſis conſideratis ve dictis con
ceſſionibus contrarium iure firmandum pro-
culdubio cenſui, dictum inquam illuſtriſſimum
D. Federicum filium & hæredem, pro dimidia
dicti D. Pyrrhi, bona, feuda, & hæreditatem pa
ternam, & de quibus in diuiſionibus rite, & iuri-
dice detinere maxime ex infraſcriptis.

Primo, quia illuſtriſsimus Dom. Pyrrhus ex
cauſa legitima & probabili fuit reſtitutus in gra
tiam Cæſareæ Maieſtatis & liberatus à banno,
omni rebellione incurſa, ac contumacia, nec
non ad omnia bona feuda & iuriſdictiones ſuas
etiam alteri donata reſtitutus ab Excellentiſſi-
mo Dom. Antonio de Leua loco Cæſareæ Ma-
ieſtatis, de cuius Excellentiſsimi Domini Anto
nij poteſtate non eſt dubitandum, cum fuerit
notoria uſuque recepta per Soci. iun. conſil. 56.
num. 15.

num. 15. volum. primo, præter quòd dici pote-
rat, non aliter, quàm per aſſertionem ſuperio-
ris conſtito de rebellione, & delicti imputatio-
ne non poſſe prohiberi domi. Pyrrhum & eius
hæredes, bona ipſius recuperare, ac a tertijs
7 vendicare, cum nec etiam † Papa firmante, non
tamen motu proprio, vel ſi in enunciatio ſe fun
** daret, per notat. ex veriori, & ** communi opi-
nione à Franc. viuio commun. opinio. 238. ver-
bo, Principis lib. ſecundo. aliquem crimen læ-
ſæ Maieſtatis commiſiſſe credatur, ad impediē-
dū quin tali crimine notatus ſuper ſpolio agat
& obtineat per Abb. in capit. quæ in eccleſia-
rum, in fin. ubi Felyn. columna 23. de conſtitut.
Geminian. conſi. 53. Deci. conſilio 144. & 445.
Aret. conſilio 45. multa enim adduci poſſent ad
dictam declarationem rebellionis infringen-
dam, & reſtitutionem in priſtinum confirman-
dam, quæ conſulto omittuntur, cum ad fauo-
rem Domi. Pyrrhi adſit doctum, & copioſum
conſilium Dec. in terminis. num. 666. quo loci
multa legi, & videri poſſunt, quibus etiam ad-
dantur notata per Alciat. conſi. 169. per totum
primum articulum, licet contrarium ſenſerint
Socin. ſen. conſi. 266. & Bal. conſi. 228. in prin-
cipio, qui fuerunt reprobati alias per dominos
Rotæ Sacr. Palatij Apoſtolici Auditores, qui
Abb. opin. in propoſito noſtro vti veriorem iu-
** ſtiorem, & magis ** communem ſequuti ſunt
ſub d e ſecunda Maij 1541. in cauſa de Sabelic.
vt refert Moedan. deciſ. 271. Ioannes Franci-
ſcus & 272. Non enim verba rebellionis narra-
tiua etiam Papæ in tertij præiudicium probant
niſi eſſemus in antiquis, vel adminicula alia con
currerent, Creſcent. deciſ. 49. & 89. de probat.
** ex magis ** communi d. Gomeſ. deciſ. 38. per to-
tam, minus latam ſententiam contra rebellem
probare non producto de partibus toto pro-
ceſſu, cenſuit Rota Romana teſte Moedan. de-
ciſ. 148. tit. de probat.

Verum conceſſa rebellione Domi. Pyrrhus
ita reſtitutus, potuit dicta bona quamuis do-
mino Aluyſio donata & tradita recuperare, &
8 conſequi, † quando Princeps reſtituere poſſit
rebellem cum cauſa ad bona etiam in alios trāſ-
lata iuxta communem. dd. Bartol. in l. ſi verbera
tum. §. primo, ff. de rei vend. Cin. & alij in l. fina.
C. ſi contra ius. vel vtil. public. omnes maximè
Alexand. Aretin. Socin. ſen. Iaſ. in prima lect.
colum. 17. & ſecunda lect. colum. 10. & Socin.
iun. qui multos allegat, & de communi atteſta-
tur, num. 108. cum ſequen. in l. Gallus. §. & quid
ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. Bero. conſ. 60.
9 nume. 19. volum. tertio. † Reſtitutio enim pro
cauſa publicæ vtilitatis facta operatur ſimul
quo ad bona in alios translata Bald. titu. de pa-
ce conſtantiæ colum. quinta. verbo, priuilegia
omnia, multos accumulat Menoch. de recupe-
rand. poſſeſſ. remed. 10. numero 111. præcipuè
dum conſtat de voluntate expreſſa reſtituentiū,

vt in caſu noſtro Nellus in tractat. de bannit. 1.
parte 3. tempore quęſtio. 11. & ſequen. d. Gabr.
ſuis concluſionibus communibus lib. tertio. de
iur. quæſit. non tollend. concluſ. ſecunda; num.
16. cum ſequen. vel aliter in reſtitutione adeſ-
ſent verba generalia, vel ſatis ampla, cum & eo
caſu bona in alios tranſlata per reſtitutum recu-
perari poſſent nullo iure priuatorum ſublato
conſiderato, prout alias in ſimili caſu determi-
narunt omnes Domini Rotę Sacri Palatij Apo
ſtolici duobus exceptis in cauſa Ferrarienſi &
Parmenſi præceptoriarum die 20. Maij 1539.
teſte Moedan. deciſ. 87. & 88. facit Menoch. vbi
ſupra, numero 116. declar. 3. ample Aſcan. cle-
men. tractat. de patr. poteſt. cap. ultim. num. 41.
10 cum ſequen. † & ſi ea recuperare poterat domi-
nus Pyrrhus quanto magis, & fauorabilius ea
retinebunt eius filij, & hæredes, prout faciunt
poſſidendo & diuidendo ar. l. pro retētione. C.
de vſur. l. ſecunda, vbi Bald. 4. not. C. de fideiuſſ.
Corn. conſi. 282. in fin. vol. 4. Benintend. deciſ.
Bonon. 77. num. 4.

Secundò adeſt ceſſio & donatio Illuſtriſſimi
Domini Aluyſij de dictis omnib. bonis dictis
Illuſtriſſ. mis fratribus Carolo & Federico facta
11 accedente conſenſu Cæſareo, † qui aſſenſus
poſt etiam accedens, donationem validat So-
cin. iun. conſil. 97. num. 27. uolum. primo. Pars
de feud. reintegr. c. an aſſenſus pag. 146. conſil.
Montisferrati. Zo. num. 16. & 23. numero 20. &
26. num. 33. Bero. conſilio 73. numero 17. & 18
uolum. primo. Euerar. conſi. octauo, per totum,
ergo & ſi non vti hæredes partis dicta feuda &
bona poſſent conſequi, ea tamen retinerent tā-
quam ceſſionarij & donatarij Aluyſij, quæ alie
natio & donatio feudorum Cæſareo aſſenſu
accedente valuit in præiudicium quorumcun-
que filiorum & agnatorum, ſi dici poſſent in
12 perſona † Aluyſij feuda noua, ex communi de
qua Sigiſm. conſilio 52. numero primo. Alex.
conſilio 28. uolumine quinto. Clar. §. feudum.
quæſt. 41. uerſicu. quum enim. Ruin. conſi. 27.
numero tertio. uolum. primo. per alios ſequitur
Cæphal. conſil. 152. num. 21. cum ſequen. uolu.
ſecundo, ſed quia uidi poſt redditum meum cō
ſilium ſcriptum diffusè in hoc propoſito per
d. Iacob. Menoch. conſil. 104. in 1. art. conclu-
dentem nō fuiſſe mutatam naturam feudi, ego
ſuper hoc non inſiſtam, cum non ſit præſentis
ſpeculationis.

Nec opponatur ceſſionem factam eſſe Illu-
ſtriſſimo Domi. Carolo & eius filijs ob illa uer-
ba in eius defectum, non autem Federico, qua
propter extantibus filijs Caroli ipſi omnia di-
cta bona conſequenter.

Namque reſpondetur, primo illa uerba in
eius defectum intelligi iuridice loquendo poſt
mortem tantum eius domi. Caroli licet cum fi-
13 lijs, tum quia † uerbum in eius defectum mor-
tem perſonę nominatę importat. §. hinc nobis,
vbi

Digitized by Google

vbi text. & Gloſ. in uerbo, deficientibus, Auth. de hęred. & Falcid. Alber. in verbo, deficere, ſeu aliàs, quòd Dominus nominatus deficiat aliquo caſu vel nolit inueſtire, vel dicta bona conſequi argumen. l. amiſſio. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. latè Paris. conſi. 19. nume. 158. cum ſequent. volum. ſecundo. & conſil. 18. nume. 13. & 93. num. tertio, eodem volum. ſecundo. & conſil. 20. nume. 21. volum. tertio. Socin. iun. conſil. 110. num. 12. volum. ſecundo. tum
14 quia † relatiuum eius refertur tantum ad proximiorem nominatum. ar. l. ſi quis actio. ff. de vſufru. accreſcend. Alexand. conſi. 198. colum. quarta, nume. tertio. volum. 6. Paris. conſil. 73. num. 18. & 53. volum. ſecundo. Cephal. conſi-
15 lio 269. num. 28. volum. ſecundo. & in † numero ſingulari poſitū non poteſt verificari in plurali, cum hoc uerbum eius non cōprehendat plures. cap. is. cui de præben. in ſexto. cap. pen. de re iud. & in dictione, ei, eſt textus, quem ibi not. dd. in l. fin. ff. ad Trebel. & in cap. plu-
16 ralis locutio. de regulis iuris, in ſexto. † & ceſſatur perſonaliſſimum ne ad hæredes illius extendatur not. in ſimili Oldrad. conſil. 21. num. ſecundo Bald. conſilio 304. nu. quinto. Port. 15. num. 12. Ideo neceſſario intelligitur de defectu perſonæ ſolum Caroli, non autem filiorum eius.

Quòd ſecundario ſua detur, quia in diſpoſitione qualibet maximè, quæ ſit contra uel præter ius, ut puta, quòd unus ex filiis tantum ante alium conſequatur feudum, nunquam ſubintelliguntur filij hæredes, niſi id expreſsè dicatur.

17 Primo, quia † filii non ſubintelligūntur tacitè comprehenſi, niſi in diſpoſitione teſtatoris aſcendentis uel deſcendentis, & quando ſubſtituitur alter extraneus. l. cum acutiſſimi, & l. cum Auus. ff. de codition. & demonſtrat. ubi not. omnes, traditur in l. hæredes mei. §. cum Auu. ff. ad Trebellia. non autem ſi uocetur frater, uel alius collateralis. Dec. con-
* ſil. 529. in fine, ubi de * communi Corn. conſil. 197. uolum. tertio. Bertrand. conſil. ſexto. uolum. primo Gabriel. ſuis concluſion. de fideicomiſ. lib. quarto. concluſ. ſecunda, num. 46. quinimo, nec illa uerba, quibus non exiſtentibus, uel quibus deficientibus, uerificantur in dictis filiis, qui tacitè ex mente præſumpta teſtatoris uenirent uel eſſent in conditione poſiti. Ruinus conſil. 181. column. ſecunda. uolum. ſecundo.

18 Secundo, quia quęlibet † diſpoſitio de hærede mentionem non faciens, eum haud comprehendit Bald. conſil. 368. uolum. quinto. ſed perſonalis cenſetur, quia perſona exprimitur. capit. quoniam Abbas. de offic. delega. maximè in diſpoſitione contra ius, quæ ſtrictè eſt interpretanda. l. quia tale, ubi dd. ff. ſoluto matrimon. vt minus ius tertij lædatur, quàm ſit poſſibile cap. penultimo, de filijs presbyter. cū vulgaris, ac in eam partem, vt reditus fiat ad ius commune, quo caſu vbi perſonalis diſpoſitio eſt, ut uerba prolata ſonant iudicari debent Alexandr. conſil. 86. circa. fin. volum. primo. multaſque rationes & iura in ſimili adducit Marc. Ant. Natta conſil. 163. & 164. per totum vol. 1.

Cum itaque in præſenti caſu expreſſa ſit perſona Caroli, ſitque poſitum relatiuum eius in ſingulari, fiat reditus ad ius commune, quia filij Pyrrhi ante nepotes ex eis ſuccedere debēt Auth. de hæredi. ab inteſt. column. 9. §. ſed ſui inſtit. de hęred. qual. & differ. & inſtit. de hæredi. ab inteſt. in principio. quis dubitabit verba illa in eius defectum intelligi ſolum de perſona Caroli, non autem filiorum eius, cum ſignificent hoc ſolum, quandocunque ille deficerit ſeu illo deficiente, non autem illius hæredes. ad hoc per Ioannem de Anania conſil. 37. Deci. conſilio. 227. Alciati conſilio 606. nume. primo.

Tertio, quia in ceſſione vocantur eorum filij, & ſic etiam filij Caroli poſt Federicum, ideo ipſi præferri non debent, ſed poſt eum admitti, namque vt ipſum in illa parte poſt Federicum vocauit, ita & ante illum poſt mortem patris ſui ſtatim vocaſſet, ſi voluiſſet. per Bald. dicto conſilio 368. volum. quinto. & Natta, vbi ſupra. quinimo ex hoc dubitari fortè cō tingeret Dominum Federicum debuiſſe admitti ante filios dicti Domini Caroli, vti prius vocatum & nominatum expreſsè deficiēte Domino Carolo. à quibus verbis claris & forma verborum eſt minimè diſcedendum. l. ueteribus. ff. de pactis. Socinus iun. conſil. 85. num. 8. volum. primo & 185. num. ſecundo. & tertio. volum. ſecundo. ac ea ratione, quia maiorem
19 † caritatem habuit Aluyſius erga filios natos Domini Pyrrhi, quàm nepotes naſcituros, nec adhuc in ſpe conceptos. l. qui filiabus, in principio, vbi Bald. Imol. & Moder. ff. de legat. primo, & ne ſint nepotes melioris conditionis, quam filij l. ſi viua matre C. de bon. matern. cum vulg. Natta dicto conſilio 164. num. ſecundo. & Socinus iun. conſil. 73. num.
20 31. volum. primo. Quinimo † nec dicto caſu filij fratris mortui intrarent locum patris cum patruo uel fratre defunctio, quod ſint nominati in diſpoſitione poſiti, & magis à concedēte dilecti, uideantur in propoſito per Soc. iun. conſi. 73. per totum uolum. 1. maximè. nu. 15. cum ſequen.

Quarto uocatis namque aliquibus ſeu pluribus ſub nomine collectiuo, puta filijs poſt alquos ſpecifice nominatos, inter quos cadit affectio uti prius ex ordine ſcriptura uocatos ordine ſucceſſiuo, nunquam admittuntur nec in par-

Digitized by Google

in parte, nec in totum vocati nomine collecti-
uo etiam ſi filij locum patris intrarent, ſi & do-
nec ſupereſt aliquis ex expreſſe nominatis, &
vocatis.text.eſt in l.cum ita.§.in fideicommiſſis.
ff. de legat. ſecundo. doctrina eſt Angel. com-
muniter approbata per Alexand. & alios in l.
Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum.
Bero. latè conſilio nonageſimoſeptimo, volu-
22 mine ſecundo, & hoc maximè in † feudis, quæ
ideo coniunctim conceſſa nihilominus ordine
ſucceſſiuo ſunt accipienda. Gulielmus à Perna
conſilio 12. num. 11. & ſeq. donec igitur ſuper-
eſt Dom. Federicus, aliqui ex filijs eorum admit
ti nequeunt.
23 Quinto dato † feudo vel emphiteoſi duobus
nominatis pro ſe & eorum filijs ob illa verba
eorum filijs, intelliguntur cuiuſlibet vocati tan-
tum ad portionem patris ſui, ita dd. in l. ſi mihi,
& Titio. ff. de verborum obligation. Alexandr.
conſilio ducenteſimoquarto, volumine ſecun-
do. refert Zanch. in leg. hæredes mei. §. cum ita.
numero 795. ff. ad Trebellian. & ſi à Principe
24 concedatur, † etiam quòd eſſet nouum frater
alteri fratri ſuccedit per ius non decreſcendi,
quinimo etiam ſi moreretur alter ex dictis fra-
tribus cum filijs, ut in caſu Socinus iunior. con-
ſilio centeſimo nono. in principio, uolumine
ſecundo. licet ipſe caſum, quando extent liberi
non diſputat, & in materia Bellon. conſilio vi-
geſimo. in principio. non itaque cēſendum eſt,
vt dd. filij ſimul vocati poſſint nominatos ex-
cludere, in quibus maior caritas, quàm in eis
verſatur.

Et pro veritate credendum eſt, illa verba ap-
poſita fuiſſe ab Aluyſio, ne forte deficiente al-
tero, ex dictis fratribus alter non ſuccederet
æquè, ac ſi de feudo nouo conceſſo teſtaretur,
propterea Federicum in defectum alterius no-
minauit ad tradita per dd. in capitu. primo, de
benef. fratris, & qualiter frater. Pariſ. conſilio
ſexto. volumine primo. Socin. ſenior. conſilio
ſexageſimoſexto, volumine tertio. Sigiſm. conſi
lio 15. Corn. conſi. 196. vol. primo. multa ponit
Socin. iunior. conſilio ſeptuageſimotertio. ma-
ximè, numero vigeſimo. & ſequē. volumine pri.
mo. Pariſ. conſilio decimoſexto. volumine quar
to, Clar. §. feudum, quæſtio. ſeptuageſimanona.
cum Apoſtil. Vnde non eſt interpretandum cō-
tra mentem cedentis, vt ex hoc per filios Dom.
Caroli, Dominus Federicus ſemper excluſus re-
maneat, cum, vt dixi, nec aliter in diſpoſitione
25 teſtatoris niſi ab aſcendente facta † filij ſubintel-
ligantur, nec in locum patris intrent ad exclu-
ſionem ſubſtituti & vocati expreſſè nota. dicta
l. cum Auus, vbi Socin. numero decimoquarto.
& Zanch. dicto §. cum ita, numero 248. 1072. &
ſequent. nec in diſpoſitione hominis filij vn-
* quam intrent locum patris, ex * communi re-
fert Portius conſilio quinquageſimoſecundo,
volumine primo. Ideo cum Aluyſius conſo-
brinus extaret, hanc mentem habuiſſe mini-
mè creditur.

Sextò accedat, quod licet aliàs in fideicom-
miſſis filij intrent locum patris præcipuè in ſuc-
* ceſſione aui uel patrui ſecundum * communem
de qua per Alexand. conſilio octuageſimoocta
uo. in principio, & conſilio 26. columna fin. vo
lumine tertio. Gozad. cōſilio quarto. colum. 5.
** & ex magis ** communi Socin. iunior. conſilio
116. volumine primo. & conſilio 146. column.
fin. volumine ſecundo. Ruin. conſilio 78. in fin.
171. in principio, volumine ſecundo. id tamen
fallit, quando filij eſſent proprio nomine nomi
nati, quia tunc nepotes non intrent locum mor
tui patris. Dec. conſilio 480. Curt. iunior. con-
ſilio 161. columna tertia, verſic. ex præmiſſis vi-
detur colligi. Pariſ. conſilio 30. numero 52. vo-
lumine ſecundo. Ruinus conſilio 169. volumi-
ne ſecundo. & conſilio 152. volumine tertio, po
nit nouiſſime regulam & limitationem Ant. Ga
briel. ſuis concluſion. libro. quarto. de fideicom
miſſ. concluſion. quarta, numero ſexto, quibus
26 addo, quòd in ſimili dicitur † nepotes non ue-
nire appellatione filiorum, ubi ſunt filij nomi-
* nati proprio & ſpecifico nomine ex * commu-
ni, per Curt. iunior. conſilio 57. numero ſecun-
do. & conſilio 114. numero quinto. Craue. con
ſilio 98. Ruin. conſilio 129. volumine tertio. So
cin. iunior. conſilio 149. numero ſeptimo, uolu-
mine ſecundo. refert & ſequitur Anto. Gabr. d.
conclu. lib. 6. de uerborum ſignificatio. concluſ.
1. num. 70.

Non intrabunt igitur locum Do. Caroli eius
filij in præiudicium D. Federici patrui, & minus
patruum excludent, quādo ſit nomine proprio
vocatus, & nominatus in defectum fratris ſimi
liter nominati.

Septimo dicitur ceſſionem factam fuiſſe Do
mi. Carolo & Federico fratribus, ut ſupra. cum
ita dictæ partes Imperator & ſequela facti de-
27 clarauerint, † quæ in propoſito uerba ambigua
& mentes contrahentium interpretari ſolent
Bartol. conſilio 50. commune Spoleti. Bart. &
Moderni in l. ſi ſeruus plurium. §. huiuſmodi. ff.
de lega. 1. Pariſ. conſilio ſeptuageſimo. numero
16. uolumine ſecundo. & conſil. 60. num. 5. uo-
lum. primo. Cū enim ſimul fratres poſſederint,
diuiſerint, inueſtitique fuerint natis adhuc fi-
lijs Domini Caroli, non eſt amplius hæſitan-
dum, quin dicta ceſſio & donatio ita interpre-
tanda ueniat.

Nec obſtant in contrarium adducta, quòd in
28 † diſpoſitionibus hominum hæredes ſemper
ſubintelligantur, etiam quòd nō dicatur de eis,
quia unico uerbo reſpōdetur, id procedere, niſi
contrarium de mēte appareat, & ſecus in diſpo
ſitione perſonali uel in priuilegio, quòd rem
ad ſtatum iuris reducit, cum dictis caſibus
hæredes

hæredes nunquam ſubintelligatur ut formaliter omnibus dictis doctrinis reſpondet Natta. d.conſil. 164. & ſeq. quæ non refero, nc aliorũ dicta recenſeam.

Præterea reſpondetur ceſſionem & donationem non eſſe factam. D.Carolo ad effectum ut hæredes quoque illius ueniant argum.d.l.ſi pactum.ff.de probat.& aliorum per Siluan.conſil.
29 65.volu.primo,ſed.tantum eſſe † declarationem & proteſtationem quandam, quòd contẽtatur vt dicti Illuſtriſſimi vt ſupra reinueſtiantur, à Cæſarea, quæ nullam tribuit actionem, nec ius Carolo vel illius hæredibus, vti verba quæ aliud præſupponant, argumen.clem.pri.de præbend. Dominicus in capitu.primo.§.1. de procura.in 6.Felin.in cap.licet de offic.ordin.Et vltimo loco, quicquid ſit circa hoc ceſſionis & donationis caput, ſine dubio arbitror omnes filios.Do. Pyrrhi ęqualiter potuiſſe admitti ad hereditatẽ patris iure hęreditario tamquàm filios, perinde ac ſi nunquàm eorum pater fuiſſet rebellis, nec illius bona alteri donata & in alios tranſlata, ex-
30 tat enim † Imperialis reſtitutio banni & contumaciæ ab eodẽ Carolo quinto facta & declarata, quòd ſint habiles ad ſuccedendum ęque ac ſi rebellio nunquam per patrem commiſſa fuiſſet & in bonis alteri etiam Do. Aluiſio donatis, qđ fieri potuit ex cauſa iuxta * communem, de qua ſupra per Socin.in d.§. & quid ſi tantum. l. Gallus.nunc. 108.ff.de liber.& poſthum. Viui.communis.opinio.uerbo bannitus relatus per Iulium Clar. pract.crim.§.fi.q.59.verſicu.item quæro. Rubeus conſil. 154.num.6.Boſi.titu. de remed. ex ſola clemen. Princ. num.12.vbi caſum etiam
31 ponit, quando † Princeps reſtituit rebelles ſuos cauſa pacis, ut bona iam alienata recuperent.facit Socin.iun. conſ.53. & ſequen.volu.1. Gabriel vbi ſupra concluſ.ſecunda.de iur.quæſit.non tollend. nume. 16. cum ſeq.in terminis. Ioan.de Plot.conſi.crim.tom.primo.conſ.130. numero 93.& per totum, vbi hanc materiam ꝑ tract. de reſtitutione rebellis facta per Carolum Imperatorem ad omnia bona & feuda, & quãdo confiſcatio bonorum vnius rebellis fieri poſſit, ſubſiſtat, quæue bona comprehendat, & an in præiudicium filiorum ad quæ in præſenti caſu recurrendum eſt pro ualidiori iſtius conſultationis comprobatione ſeruiunt in propoſito accumulata per Riminald. conſilio 169. uo-
32 lumine primo,vbi de reſtitutione † banniti cum clauſulis prægnantibus, de quibus in caſu noſtro, quòd admittatur ad bona amiſſa, & alienata.

Ex quibus intrepide concludo dictam confiſcationem donationem, ceſſionem & contumaciam nil penitus obeſſe. D. Federico, quin iuridice poſſideat dimidiam hæreditatis feudorũ, & bonorum patris ſuis, quæ fœlicius diu poſſidere permittat omnipotens Deus.

Et ita vt ſupra concluſum fuit per eruditiſſimum Iuriſconſul. Dominum Franciſcum Burſatum iuris eſſe cenſeo ego Chriſtophorus Longus Iur.vtr.conſul. Parmen. Auditor Rotæ Mantuæ.

Vt ſupra firmatum eſt per E. I. C. D. Franciſcum Burſatum iuris eſſe arbitror Ego Gabriel Barbiſonus Iur. conſ. Brixienſ. alter ex Auditoribus Rotæ Mantuæ ſaluo, &c.

Ego Papirius Picedus Iur. conſ. Ian. concluſa ſupra per Eximium.Do.Franciſcum Burſatũ Iur. conſul. Mantuæ & approbata per collegas meos in hoc triumuiratu Rotæ Mantuæ de iure procedere & iuris eſſe affirmo ſaluo &c.

Franciſcus Burſatus. I.C.Mantuanus.

PRO ILLUSTRISS. D. GIBERTO, & fratribus Comitibus Corrigij.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſorij cauſa quando virtute reſcripti Cæſarei diuidatur, a petitorio.

Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta & ſimiles in reſcriptis Cæſareis multum, & quæ operantur.

Filius naturalis legitimatus an habeat remedium adipiſcendæ.l.fi.C.de edict.diu.

Clerici filius quomodo nuncupetur, & an in legitimatione qualitas illius exprimi debeat.

Legitimatio, quando infringi queat, ex duplici defectu omiſſa.

Spoliatus, quando reſtituat ſpoliatori.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ continentia non diuiditur.*
2 *Exceptio quæ elidit intentionem agentis etiam in poſſeſſorijs admittitur.*
3 *Petitoria reſpicientia quandoque admittuntur ad collocandum poſſeſſorium.*
4 *Spolians non reſtituit ſi incontinenti de dominio per ſententiam doceat, ex * communi.*
5 *Petitorium, à poſſeſſorij ſubſtantia diſtinguitur.*
6 *Mandatum delegationis ad vnguem ſeruatur.*
7 *Clauſula, audias tam in petitorio quam in poſſeſſorio, quid operetur.*

Digitized by Google

8 *Clauſula libelli petitorij et poßeßorij in præmiſſis,&c.ius.& nu.21.& 46*

9 *Coniuncta ſimul expediri debent.*

10 *Cauſæ complicatæ pro vna cenſentur.*

11 *Diſpoſitio vel gratia hominis habentis poteſtatem non diuiditur.*

12 *Clauſula,cauſam uel cauſas in delegatione principis quem pariat effectum.*

13 *Cauſa dicitur etiam ante litis conteſtationem* * *ex * communi.*

14 *Controuerſiæ verbũ præſupponit iudiciũ motũ.*

15 *Veritas ſola dimiſſo iure poſitiuo coram Deo & Imperatore attenditur,& nu.19*

16 *Dictio tã,et quã ſui natura concurſum inferũt.*

17 *Clauſula ſola facti ueritate inſpecta, non admittit ſeparationẽ petitorij,à poßeßorio,ex * communi,& nu.30.* *

18 *Exceptio omnis iuris poſitiui reijcitur ea clauſula ſola facti,&c.*

19 *Poßeſſorium eſt inuentum iuris poſitiui quod Imperator tollit.*

20 *Iudex procedit vt Deus uirtute clauſulæ ſola* * *facti ueritate inſpecta,ex * communi.*

21 *Clauſula dantes vobis in præmiſſis, &c.quid operetur in commiſſione cauſæ.*

22 *Probatio admißa in petitorio operatur ut ſeparatio,a poßeßorio non fiat.*

23 *Iudex omißa cauſa ſimpliciter, poteſt ſi vult petitorium & poſſeßorium ſimul expedire.*

24 *Conclusio in cauſa uel æquipollẽs ubi adeſt clauſula ſolæ facti,etc.requiritur in remedio l.fin.*

25 *Equalitas in iudicijs ſeruatur.*

26 *Exceptio requirens altiorẽ indaginẽ reijcit, & q̃ incontinenti probari põt admittitur in poßeſ-* ** *ſorio adipiſcendæ,ex ** communiori,& nu.36.*

27 *Feuda regulariter non alienantur,nec ad naturales tranſeunt.*

28 ** *Clericus feudi incapax dicitur, ex ** cõiori.*

29 *Exceptio præcedens facto opponẽtis ei nocet, ſed non prodeſt.*

30 *Petitorium, à poßeßorio ſeparatur iure communi inſpecto at ſecus ſtante reſcripto Principis.*

31 *Dominij exceptio incontinenti probanda admit-* ** *titur in poßeßorio adipiſcendæ ex ** communiori nu.36.in fi.*

32 *Exceptio petitorij ſolum ad elidendam intentionem actoris prapoſita admittitur.*

33 *Poſſeſſorium adipiſcendæ & recuperandæ, à petitorio in quacunque parte iudicij ſepara-* ** *tur ex ** communiori. ſed quomodo intelligatur vide ibi latam diſtinctionem.*

34 *Actor ſeparat poßeßorium, à petitorio in omni* * *parte iudicij,ex * communi ubi ſeparatim deducuntur.*

35 *Petitorium per uiam reconuentionis oppoſitum & admißum, à parte impedit ſeparationem,* * *à petitorio ex * communi.*

36 *Poſſeßorium ſeparatur,à petitorio in beneficialibus vbi dubium eſt an actor petitorio conſenſerit, ſecus in profanis, quia diſtinguendum eſt ut ibi.*

37 *Petitorium incidens in cauſa poßeßorij,quando ſeparetur.*

38 *Clauſulæ pleniores quando attendantur.*

39 *Interpretatio fit ne una clauſula aliam tollat.*

40 *Clauſula ſeruatis de iure ſeruandis ſine debito terminetur,& ſimul,cuius ſint effectus.*

41 *Inferior à Principe non committit ordine iuris non ſeruato.*

42 *Clauſula ſola facti ueritate, &c. plenior eſt quacunque alia.*

43 *Præferuntur poſteriora pleniora geminata conuenientia expreßa & alia ut ibi.*

44 *Clauſula iuſtitiã faciat duo ſubintelligit,quod cã de iure terminetur, & ſecũdũ iuris ordinẽ.*

45 *Cumulatio actionum & emẽdatio admittitur, ut celerius cauſæ expediantur, etiam ubi ſola facti ueritate,&c.proceditur.*

46 *Clauſula in præmiſſis narrato ſuper petitorio et poßeßorio operatur ut omnia terminentur.*

47 *Poßeßorium in ſententia ex ordine prius terminatur.*

48 *Hæres ex facie teſtamenti incapax nõ mittitur in poßeſſionem.l.fi.C.de edict.*

49 *Vitium, inuiſibile ex teſtamento reſultans cũ incontinenti probatur impedit miſſionem in poßeſſionem.*

50 *Feudalia præſumuntur cum id diſpoſitiue teſtator exprimat.*

51 *Exceptio dominij incontinenti probanda obſtat* * *remedio.l.fi.de edict.diui.ex * communi.*

52 *Hæres mittitur in poſseſsionem bonorum hæreditatis uigore cuiuſdam notorij ex teſtamento reſultantis.*

53 *Legitimatus filius remedium.l.fi.C.de edict.diui conſequitur, ſed ubi legitimationes ſunt inulnerabiles.*

54 *Hæres in teſtamento clerici quando remedio.l.fin.fruatur.*

55 *Equiparatio facti ceſset ad ius dubium,ubi non eſt probabile uel obſcurum.*

Digitized by Google

56 *Poſſeſſio defuncti ex ordine non continuatur in hæredem legitimatum, ſi de legitimationis validitate quæritur.*

57 *Juris dubia quæſtio quæ intelligatur, ut facti quæſtioni æquiparetur, & quotuplex ſit.*

58 *Corrigienſia bona & Caſtra ſunt feudalia.*

59 *Remediũ poſſeſſorium l.ſi.ceſſat in caſtris munitiſſimis & difficilis recuperationis, maxime contra agnatos poſſidentes, ex ** communiori.*

60 *Poſſeſſio ex l.ſi. Caſtrorum munitiſſimorum hæredi non datur, & ſi omnes partes eidem Principi uel Imperatori ſubeſſent, ex * communi.*

61 *Recuperatio ubi eſt difficilis etiam ſub eodem Principe poſſeſſio feudalium hæredi non datur in remedio adipiſcendæ, & cum id eſt veroſimile, ut ibi.*

62 *Cautio idonea ex quibus conſideratur.*

63 *Probata exceptione defectus dominij incontinenti poſſeſſionis immiſſio impeditur, ex * communi.*

64 *Agnati dicuntur contra filiam legitimi contradictores, ubi incontinenti de illorum iure docent, ex * communi.*

65 *Legitimus contradictor pluribus modis conſideratur.*

66 *Hæres conſtito eſſe ſcriptum hæredem mittitur in poſſeſſionem ex * communi.*

67 *Legitimatio perſonarũ in omni iuditio & ſummario eſt facienda, & per plenam probationẽ, ex ** communiori.*

68 *Nepos legitimatus ſine aui conſenſu, patri ſuccedit, & legitimatio ſubſiſtit.*

69 *Spurietatis vitia ex clauſulis generalibus per Imperatorem tolluntur.*

70 *Agnati non ſunt nominandi in legitimatione ubi filius cum patris aſſenſu legitimatur, nec citandi ex ** communiori. nu. 86.*

71 *Altiorem ne requirat indaginem, hoc iudicis arbitrio remitti, ex * communi.*

72 *Jus eſt ſemper certum.*

73 *Legitimatione exprimi debet ut ualeat an quis ſit uere naturalis vel ne, an inceſtuoſus & alia.*

74 *Clerici beneficiati filius inceſtuoſus appellatur, & con legitimatio ac diſpenſatio non ſubſiſtunt, niſi de eo expreſſa fiat mentio.*

75 *Filius clerici quatuor priorum ordinum caractere inſignitus, dicitur adulterinus.*

76 *Qualitatis omnes filij ſpurij legitimandi ſunt exprimendæ ut legitimatio ſubſiſtat ex * cõi.*

77 *Specialis non generalis mentio ſpurietatis in legitimatione fieri debet etiam ſi diceretur non obſtante quocunque defectu.*

78 *Legitimatio Cæſaris ex duplici defectu ſubreptitia non ſubſiſtit, & ſi clauſula non obſtante & de plenitudine, &c. inſeratur.*

79 *Teſtis plures defectus patiẽs omnino repellitur, & ſi aliàs inhabilis admitteretur, ex * cõi.*

80 *Naturalitatis expreſſio non nocet, etſi filius eſſet ſpurius uel inceſtuoſus.*

81 *Clauſula non obſtante quocumque, &c. non tollit impedimenta in ſpecie narranda.*

82 *Clauſula inferior non trahitur ad præcedentia, ſed proxima tantum.*

83 *Gratia Papæ in uerbis dubitatiuis nõ diſponit.*

84 *Clauſula ad executionẽ diſpoſitionis ſuppoſitiue poſita non diſponit.*

85 *Confirmatio non extendit, nec comprehẽdit niſi præcedentia.*

86 *Citatio agnatorum in legitimatione non eſt neceſſaria, ubi pater conſentit ſeu uiuit, ex ** communiori.*

87 *Vaſallus de feudo antiquo non diſponit in præiudicium agnatorum, ex * communi.*

88 *Legitimatus nunquam tollit ius vel hæreditatem alteri delatam.*

89 *Legitimatio ſubſiſtit dũmodo de omnib. obſtantibus ſit in genere cogitatum, ex ** cõmuniori.*

90 *Legitimatio reſpectu legitimati eſt odioſa, ex * communi, & ſtricte interpretatur.*

91 *Vaſallus in feudo hæreditario præiudicat agnatis, dummodo in inueſtitos diſponat, non autẽ in extraneos.*

92 *Imperator in dubio non præſumitur velle præiudicium agnatis afferre ex * cõmuni, & maxime in legitimatione, ut ibi.*

93 *Princeps ex regulata poteſtate ſecundum aliquos non tollit ius in ſpe agnatis quæſitũ ex Principiſmet contractu, uel inueſtitura, niſi in ſui præiudicium.*

94 *Imperator legitimat filium clerici ad ſucceſſionem in bonis omnib. ex * cõi. exceptis quæſitis ex reditib. Eccleſiæ, quia nõ põt, ex alia * cõi.*

95 *Legitimatur nemo ad bona ex redditu Eccleſiæ quæſita per principem ſecularem, ex * cõmuni.*

96 *Feudalia ex inueſtituris et poſſeſſione probanẽ.*

97 *Confeſſio geminata patris nocet filijs, ſed erronea conſtito de errore retractatur.*

98 *Exceptio dominij contra ſpoliatum non admittitur ex * communi.*

99 *Spoliato exceptiones oppoſitæ quæ noceant.*

100 *Spoliato licet ſpoliatorem ſpoliare.*

101 Remedium vnde ui ceßat ſi conſtat notoriè de dominio ſpoliantis.

102 Originale uel exemplum ab originali extractum ſufficit, in remedio. l. fin. C. de edict. diui.

103 Collatio originalis & exempli fit per iudicem & cum literis ſubſidialibus vt tollatur ſuſpicio.

104 Teſtamentum in ſcriptis rite publicatur ut immiſſio in poßeſſione procedat.

CONSILIVM CXXIX.

TRINITAS ADSIT.

FACTI præſens quæſtio Illuſtriſſimorum D. fratrum, & Comitum ex Corigio, magnas prima fronte complecti difficultates vſ. quæ miro ordine in motiuis valde magiſtraliter & docte cõtra ipſos emiſsis, à perilluſtri Senatore Med. D. Camillo Porro recenſetur. ſed quia ſi articuli tacti per rationes & fundamenta deducerentur voluunen integrum facile conficerem, Decreui ſolum circa ueras & principaliores ſententias inſiſtere, & ea in medium adducere, quę in curia ſenatoria, vbi ſumma attenditur æquitas, obſeruari & amplecti ſolent.

Duo itaque in propoſito ſunt diſcutienda, alterum, circa poſſeſſorium, an cum petitorio terminandum ſit, alterum ſecluſo petitorio ao in poſſeſſorio tantum Illuſtris. D. Comes Alexander iuxta petita obtinere queat, & in priori articulo nos fauere iuſtiorem cauſam ex infraſcriptis arbitror.

Primo dici poſſet cõtrouerſiam hanc coram Excellẽtiſsimo Senatu agitatam, nõ duplicem aut multiplicem cauſam, ſed unicam prorſus & poſſeſſoriam habere, quòd ex formula petitionis actoris colligitur, per Bart. in l. certi condictio. numero 2. ff. ſi cert. pet. propoſita vero per reos conuentos quamuis petitorium ſapiãt, ea tamen ad excipiendum deducta ſint, & ad iudicium poſſeſſorium elidendum citra reconuentionis & cumulationis formam, propterea ne
5 † cauſæ unius continentia diuidatur, ante Senatus non terminabit petita per actorem, quàm de reorum exceptionibus plene inſtruatur. per Angel. in l. iudices. & l. nulli. C. de iudic. l. pen. Cum authen. C. de ſentent. Bald. conſi. 481. nume. 4. in fin. uolumine 1. indiſtinctè enim admit
2 titur † exceptio, quæ elidit uel perimit intentionem agentis, quamuis proprietatem ſapiat, no. in l. ſi alienam rem. ff. ſolut. matrim. & in l. fin. C. de rei uendica. & in iudicijs poſſeſſorijs admittunt ſcribentes, & canon. in cap. ex parte. de reſtitut. ſpoliator. videmuſque articulos, titulos, &
3 probationes † petitorium reſpicientia minime reijci ad poſſeſſorium vnius elidendum & alterius colorandum, ſuper quibus omnibus cognitio habetur. not. in l. fin. C. de edict. diui. & in c. primo de cauſ. poſſeſ. & propr. Pariſ. conſil. 60. numero 7. uol. 3. Dec. conſi. 54. in fin. & 162. in principio. vbi cęteros citat, ſequuti Afflict. deciſ. 7. vbi Vrſil. in annot. numero primo. Neuizan. conſ. 79. numero 9. & 16. Brun. conſ. 21. num. 8. & 9. licet contrarium in recuperandæ remedio ſenſerit poſt Zuccard. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. primo. numero 183. quibus non
4 adhæreo, cum † ſpolians quandoque doceat de proprietate & dominio, tam notorio, ſeu manifeſto, quod non tenetur incontinenti ſpoliatum reſtituere, ad not. per Abb. ubi Bero. numero 27. in cap. primo. de reſtitu. ſpoliat. Rota deciſ. nou. 16. 17. & ſequen. Corſe. in tract. fallẽ. regul. quod ſpoliat. ante omnia reſtitu. fallent. 34. & in ſpecie dominij incontinenti probandi per ſententiam latam inter partes, cuius exceptio etiam in remedio recuperandæ admittitur
* ex * communi. ponit Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 98. ff. de acquir. poſſeſſ. tradit Vaſquius de contro. Illuſtri. capitu. 88. numero tertio, & ſequen. cum ſimilib. rurſus quia licere debet reis quocunque modo & quacunque uia ſe tueri. l. is dicit. & l. nemo prohibetur. ff. de excep. & factum proprium quoquomodo iuſtificare. cap. cum ad ſedem, uerbo teſtis. de reſtitu. ſpoliat. quamuis deducta uel modicum adminicularentur, argumen. l. prima. verſicu. quoniam. ff. ſi cert. pet. l. doce ancillam. C. de rei vendica. Vlterius qualitatęs deductæ per Illuſtriſſ. reos reſpectu bonorum de quibus agitur feudalium, quorum hæres extraneus non eſt capax. nec filius naturalis, vel clerici quantumcunque legitimatus, ut inquiunt, non inducit merum & ſimplex petitorium iure contra diſtinctum, à poſſeſſorio ſimplici, quod ad allodialia refero, quia cum rem ſub primæua libertate reponat, ipſum, non eſt qualitas, ſed exuit rem qualitatibus, at quodammodo reſpiciunt petitoriũ qualificatum ſeruitutem aliudvè onus impoſitum habens, puta feudi, quia quale petitorium, tale eſt poſſeſſorium, & è, conuerſo, unde licet feudi qualitates deducantur, & proponantur, non idcirco dicemus de petitorio ſimplici agi, quandoquidem poteſt eadem qualitas & petitorium & poſſeſſorium, afficere & poſſeſſorium hoc modo qualificatum, non ideo efficietur
5 petitorium eo quod † petitorium, a poſſeſſorio diſtinguatur non qualitate ſed ſubſtantia, & natura, cum petitorij natura ſit ut perpetuo & inabdicabiliter operetur. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. & ibi not. ff. de acquirend. poſſeſſ. natura vero poſſeſſorij ſit momentanea. l. 1. C. ſi de momen. poſſ. cũ igitur in præſenti poſſint Illuſtr. rei

hæc

[illegible] nia [illegible] cere [illegible]
[illegible]
plex, [illegible]
[illegible]

mento quoque allegaret. niſi caſum amiſſionis
probaret, Ancar. conſi. 316. nume. 4. Socin. ſen.
conſi. 159. numero 5. uolu. 2. Grat. conſi. 23. nu.
20. uol. 1. Roland. a Valle d. conſi. 49. numer. 32.
amplè per Plotum. d. l. ſi quando. nu. 246. Anto.
Piagi. d. tract. de tutor. q. 7. nume. 20. Caualcan.
tract. de tutor. & curat. nu. 203. & 204. cum ſeq.
& contra illam in litem iurabitur, Plot. ubi ſup.
& cæteri, nouiſſimè per Tobi. Nonium, conſilio
* 67. num. 2. ac Piagi. dicto num. 19. & ex * com-
muni Laurent. Chirco. commun. opin. cent. 1.
concluſ. 86.
Cumque in præſenti omnia hæc concurrãt,
creditaque poſita ex parte tutricis in expenſis
pro filia factis, nullo modo, via, vel iure iuſtificẽ
tur, nec uero ſimilia iudicentur ex qualitate per-
ſonarum, & quantitate expenſæ factæ, ad ea quę
in propoſito deſcribit Ancar. conſi. 316. per to-
tum, abſque in dubio cõcludam ipſam matrem
cogendam iterum reddere rationem de omni-
bus adminiſtratis de facto, & illegitimè, nec nõ
omni commodo, & legato ſibi in bonis, & ex
teſtamento viri ſpectante, priuatam vti indignã
cenſeri.
9 Quintò † tutela, & cura teſtamẽtaria a iudice
confirmari, & decerni debet. §. fi. Inſtit. de tutel.

Doctor.in l.1.ff. de confir. tut. cap.in curatore, eſt text.l.curatore.C.de neg.geſt.l.pen. in fin.C. de teſta.tutel.Alex. conſi.3.num.8.volum.2.refert Simon de Pret.conſi.143.nu.13.Caualcan. tract.de Tutor.num.10.cum ſeq.Piagius trac.de tutor.& curator.q.2.nume.13. dicens ipſo iure nullam eſſe curam teſtamentariam, niſi a iudice confirmetur, hæc minimè reperitur cōfirmata, meritò ſi dictam matrem,quæ de facto adminiſtrauit,potius dolosè,& fraudolenter verſatam, circa bona filiæ iudicabimus, ac contra mentem mariti hæreditatem filiarum adminiſtraſſe, quàm quòd bona fide paternam diſpoſitionem adimpleuerit.

Videbantur tamen ſuperius ſcripta minimè procedere,eo quod ſtatutum patriæ de tut.verſ. qui tutelam, procedat tantum vbi legatum detur ſub prætextu adminiſtrationis, & tutelæ, ac ſolum quando tutor ſe excuſet,vt ibi.ſecus vero ſi,vt hic,adminiſtret,& ſi malè, ac perperā, quia tunc non priuetur,ex tex.in l. poſt legatum.§.1. ff.de his quib.vt indign.l.1.§.fin. ff.ubi pup.educari debeat. Verum adhuc in dudum firmatis perſiſto.

10 Primo, quia in dubio quando † legatum, & commiſſa adminiſtratio ſunt in eodem teſtamē to deſcripta,vt hic mobiliū legatū, vſusfructus, & tutela,vnum contemplatione alterius, ſic cōmodum pro onere elargitum, & iniuſtum cenſetur,niſi expreſſe teſtator dixerit velle legatum deberi,etiamſi non adminiſtrauerit tutrix legataria,eſt tex.in terminis in l.Neſennius in fi.& in l.ſeq.incipit, ſed hæc nimium.ff. de negot.geſt. admittunt omnes in l.2.C.de legat.Ruin.conſil. 38.num 4.vol.2.

11 Secundo † legatarius tutor deſcriptus in teſtamento,non ſolum priuatur commodo, & relictis in eo per excuſationē a tutela.l. ſi legatarius, ubi omnes.C.de legat. Ruin.conſi. 49.in 1.uol. 2. & iure hodierno nulla facta diſtinctione, an contemplatione recōpenſationis tutelæ,vel alia de cauſa,ex * communi,de qua per Roman.nu. 1.in fi.cum apoſt.Mendoſ.verbo fuiſſent, conſi. 235.Soarez.recept.ſent.verbo tutor. num.323. Deci.conſi.192.per totum Tiraq. a ceſſante cauſa.num.221.Borgni.Caualcan. tract.de tutor.& curat.num.190.Piagi.ex * communi de tutor.&
12 curat.q.13.in 1.ſed multo magis ſi,vt † ſuſpectus a tutela remoueri valeat,tex.eſt formalis in l.qđ autem ſi ſe,in fi.ibi multo magis. ff. de excuſ.tut. not.Roman.conſi. 235.in prin. uerſ.aliquando. il 2.& conſi.207.

13 At † mater teſtamentaria tutrix non petendo in tempore confirmationem a iudice, nec inuentarium conficiendo, & alia omittendo, de quibus, per Bartol.in authen. matri, & auiæ.C. quando, mul. offic. tutel.& l.fina.§.omnes.ff.de adminiſt.tutor.remoueri poteſt vti ſuſpecta,Bartol. in l.tutor qui repertorium. numero 7. ff.de admin.tutor. Bald.in l.precibus.verſicul. quid ſi mater.C.de impub.Cor.conſ.205.lib.3.& 164. volum.4.Cuman.conſi.15.Alex.conſi.86.nu.3. uolum.2.poſt Anchar.conſi.316.num.4.Afflict. deciſ.207.in fi.Boer.deciſ.33.num.100.Crauet. conſi.190.Borgni.de tutor.numer. 19.Iodocus Burgenſ.in tract.patr.pupil. c.2. in 1.Guid.Pap. q.330.Porcellin.tract.de inuentar.q.3.4.5. & 6. qui loquuntur in tutrice teſtamentaria cōfirmata a iudice,quæ tamen non confecerat inuentarium. quanto fortius itaque dicemus Dominā Tarſiam, quæ nunquam nec a iudice confirmationem tutelæ teſtamentariæ petijt,nec inuentariū fieri,ſeu deſcribi curauit, ſed illegitimè prorſus adminiſtrauerit,potuiſſe vti ſuſpectam remoueri,& conſequenter omni legato, & commodo ipſo iure priuari.

14 Tertio male,perperam,& illegitimè † adminiſtrans,vt hæc mater fecit,nec intra annum tutelam legitimè aſſumens, maximè cum inuentarij confectione,nō ſolum ſucceſſione filiorum priuatur Bart.in l.2.ff.qui pet.tuto. & conſilio 215. Curt.ſen.conſilio 67.numero 49.Soci.ſen.conſilio 39.num.10.uolum. 1. Gozadin. conſil. 17. in princ.Alexand.conſi.161. Capra. cōſil. 70. num.6.uerum,& contra ipſam in litem,vti dolosè geſſerit,iuratur,dixi ſupra, & trad. Plotus in l. ſi quando.nume.234.& ſequen. C. unde ui.Camer.deciſ.58.num.22. Roland. a Valle conſilio 49.uolumin.primo. itaque multo magis legato particulari priuabitur, ſi uoluntatem viri defuncti non impleat, quin etiam dolosè ſe gerat in adminiſtrando ſine forma, & prout de iure tenebatur, cum a pari procedat,non adminiſtrare,uel minus legitimè, per Roman. dicto conſilio 207.in princ.Deci.conſilio 192.& caſum legis expreſſum habemus, quod ubi Tutrix uti ſuſpecta remoueri poteſt, puta ſi dolosè gerat, legato, & commodo viri priuetur dicta lege quod autem.ff.de excuſatio. tutor. concludo merito matrem, quæ illegitimè adminiſtrauit, & uti ſuſpecta remoueri poſſet, legatū viri amittere.

Nec contraria obſtant, primum nō conſtare legata facta eſſe ſub prætextu tutelæ.

Etenim dicitur primo id in dubio præſumi, maximè ꝙ ſtatutum patriæ primo conſiderat ꝓ ratione finali in prohæmio poſita,ſecundum naturam tutelarum onera,& emolumentorum cōmoda a pari procedere,& vnum deberi propter
15 aliud, quæ † ratio finalis prohœmij multum in propoſito ſeruit,& ex illa argui ſolet.l.fina.ff.de hæred.inſtit.Socin. ſen. conſilio 91. numero 4. uolum.primo.Iaſ.conſilio 64. numero quarto, volumine tertio,Tiraq. pro more in ſuo copiosè tractat.a ceſſante cauſa limit.prima, num. 64. & ſeq.Roland.a Valle conſi.67.num.70.& ſeq. uolum.3.

Secundo reſpondetur,iuris communis diſpoſitione attenta,id non conſiderari, quia ſiue intuitu tutelæ, ſiue alia cauſa, commodum legati

ſcribatur

ſcribatur, hodie legatum amittitur, dum tutor
teſtamentarius tutelam non acceptet, per De-
* cium, Roman. & cæteros ex * communi, ubi
ſupra.

Quòd verò ſtatutum loquatur de recuſante
tantum, eneruatur.

Primò, quia ſi ſtatutum caſum adminiſtratio
nis illegitimè omiſit, illamque iuri diſpoſitionis
reliquit, ſequitur ipſam iure communi priuan-
dam, ex text. dict. l. quod autem. ff. de excu-
ſatio. tuto.

Secundò verſic. ſtatuti ibi, & qui tutelam, nõ
loquitur de recuſante tantum, ſed de non agno
ſcente nulla iuſta excuſatione allegata, & intelli
gi debet non agnoſcente legitimè, id eſt ſecun-
dum ſolemnia iuris, quod locum habebit tam
in adminiſtrante de facto, quàm prorſus recu-
16 ſante tutelam, cũ nec primo caſu † tutor ſeu tu-
trix verè dicatur in l. 2. §. ſi mater. verſic. quod ſi
pater ibi nec legitimè tutelam adminiſtrat. ff. ad
tertull. l. fi. C. de tut. & curat. qui non ſatiſd. ſpe-
cul. tit. de tutor. §. generaliter, verſic. quod ſi pu-
pillus, dicens venditionem à tali factam nõ ſub-
ſiſtere, uti à non tutore factam. Corn. conſ. 146.
velu. 4. & 207. vol. 3. Caſtr. in tutore teſtamenta
rio nõ confirmato à iudice loquens. conſ. 355.
num. 4. volu. 1.

Minus repugnat text. in l. poſt legatum. §. 1.
ff. de his quibus ut indig. licet non priuetur lega
to quis à matre in tutorem nominatus, ſe à tute-
la excuſando, non tamen idem eſt in teſtamen
tario tutore patris, quam vt ſuſpectus remoueri
poſſet, d. l. quod autem, multum enim inter ſe
17 differunt † tutor à patre conſtitutus, ut hic, &
alius à matre datus, non tantum propoſitus, cũ
& primus à ſatiſdatione liberetur, alter vero etſi
ab ipſa in teſtamẽto conſtitutus minimè, de pri
mo eſt text. cum glo. in l. nunc tutorum. ff. de te-
ſta. tutel. & de ſecundo gl. in princ. inſt. de ſatiſd.
tut. cum ſimil. per Burgens. tract. de patrocin.
pupil. cap. 5. num. 16. & 17. cum ſimilibus, pro-
pterea ex caſu. d. l. poſt legatum, ad noſtrum nõ
eſt inferendum.

Rurſus tollitur ꝙ teſtator credatur matris ha
buiſſe fiduciam, liberando illam à confectione
inuentarij vſusfructus, propterea & ob id non
teneatur pro ſolemnibus, vel ſubtilitatibus re-
ſpectu tutelæ aſſumendę. Namque ſcimus quod
18 licet teſtator liberet † tutricem decretam ab one-
re conficiendi inuentarium, ipſa tamen non ob
ſtante teſtatoris remiſſione, tenetur quandoq;
& ex cauſa illud facere, non ſolum ex iuris com
munis diſpoſitione l. 1. §. rectè. ff. vſufr. quem. ca-
ue. Curt. de ſeque. parte prima. nu. 16. & 17. An-
gel. conſil. 175. Calcan. conſil. 92. Anton. Piagi.
tract. de tutor. & cur. q. 7. num. 16. & ſeq. prout
19 nec remiſſio teſtatoris † vſufructuariæ facta, &
cum pęna de cõficiendo inuentarium ſubſiſtit,
* Iaſ. ex * communi conſi. 40. volu. 1. ſequitur Plo
tus. in l. ſi quando. num. 607. cap. vndeui. At illo
caſu tantum tenetur ſimplicem deſcriptionem
20 bonorum, non autem † inuentarium ſolẽne con
* ficere, ex alia communi, * de qua per Pariſ. conſ.
61. num. 51. volum. 3. latè Roland. à Valle conſi.
92. nu. 17. 20. & per totum vol. 1. Anto. Gabriel.
com. opin. lib. 5. de vſufruct. conſi. 1. num. 31. &
35. Arius Pinel. licet id duriſſimum nuncupet in
l. 1. ſecunda parte. nume. 35. & 36. C. de bon. ma
ter. Borgni. Caualcan. tract. de vſufruct. mulic.
nume. 143. Verum & in ſpecie illud per legem
municipalem noſtram diſponitur, qua ſtatui-
tur, inuentario non facto, etiam quòd teſtator
illud expreſsè remiſiſſet, tutorem teſtamentariũ
cenſeri doloſè adminiſtrare, & vti ſuſpectum re
mouendum fore, quod ſtatutum in præſenti de
cidit noſtrum caſum iuncta. d. l. quod autẽ cum
ſeq. ff. de excuſ. tutor. & Grat. conſ. l. 23. num. 16.
volum. 1. prætereà remiſſio facta eſt inuentarij
in teſtamento, vti ab vſufructuaria, non tanquã
à tutrice, & cum unum teſtator remittat, aliud
diuerſum videtur exigere, quia ſi illud relaxare
voluiſſet, dixiſſet. vulg. iuribus, & not. Plotus in
d. l. ſi quando. num. 244. & Borgni. de tutor. nu.
21 206. teſtator enim † tutori poteſt remittere in te
ſtamento inuentarij confectionem ex doctrina
* communi ſcribentium in l. nemo poteſt, vbi Iaſ.
in prima ſub. num. 51. & Ripa. nu. 82. ff. de leg. 1.
quod ſolum intelligitur, ſi idei expreſsè remit-
tatur, ac prohibeat inuentarium fieri, per Saly.
in l. ſi per illum text. cap. arbitr. tutel. Angel. in §.
prætereà. num. 52. Inſt. de except. vbi hoc dictũ
tanquam notabile recenſet, ſubdẽs multos etiã
peritiſſimos in hoc erraſſe, ſequitur Ripa in d. l.
nemo poteſt. nume. 85. Clar. in §. teſtamentum.
quæſt. 66. verſic. quoad 3. Anton. Piag. tract. de
tutor. & curat. q. 7. num. 15. propterea, cum hic
non ſit remiſſa expreſsè confectio inuentarij à
tutrice, illud omnino conficere aſtringebatur.
Ex quibus concludo dictã Illuſtrem Dominam
matrem omni cõmodo, & legato ſibi a viro re-
lictis, priuatam iudicari, nec non denuo cogen-
dam rationem reddere de omnibus bonis filiæ
per eam adminiſtratis, prout tandem iuxta vo-
ta filiæ in omnibus contra matrem cenſuit Per-
illuſtris Senatus Mantuę de menſe Nouembris.
Anno M D LXXV.

Franciſcus Burſatus I.C. Mantuanus.

Pars

PARS GENEALOGIAE MARCHIONVM MONTISFERRATI.

Theodorus anno 1411.

Ioannes Iacobus 1423.

Gulielmus 1480.

Bonifacius 1483.

Gulielmus Anna vxor 1495. — Ioannes Georgius vltimus Marchio qui Bonifacio ſucceſſit.

Bonifacius 1525. omnes ex Sereniſſima Paleologorum ſtirpe. — Margarita quon. Duciſſa Mantuę, & Marchioniſſa Montiſferrati 1538. mater Sereniſſimi nunc Ducis Mantuæ.

Petrinus Scarampus

Ioannes

Petrinus

Ioannes Iacobus

Nicolaus — Ludouicus — Alexander

Ioannes Franciſcus (Ludouici filius) — Claudia fœmina inſtituta à fratre. (Alexandri filia)

PRO ILLVSTRISS. COMITE THEODORO excondominis S. Georgij.

ARGVMENTVM.

Pactum vaſallo conceſſum quo de feudo teſtari & diſponere valeat, an perſonale, vel reale cenſeatur, ita ut in hæredes. d. poteſtas alienandi & teſtandi tranſeat, ubi ample in materia.

Fœmina quando capax feudi.

Feudorum origo, quæ ſit, & quando cognita fuerit.

Aſſenſus teſtandi de feudo, quomodo interpretetur.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura, ſe ad aliàs referens cenſetur continere omnia, quæ ſunt in relatis. intellige vt num. 86.*

2 * *Prima inueſtitura ſemper attenditur, ex* communi.*

3 *Feudum tranſiens in quoſcunque etiam extraneos, ſine domini licentia improprium dicitur.*

4 *Fœmina ſuccedit in feudo improprio, uel conditionato, ex** communiori.* **

5 *Fœminæ admittuntur ad feuda extinctis maſculis, ubi illæ ſunt capaces.*

6 *Diſpoſitio ſuper feudis non trahitur ad impropria. at ſecus. nu. 87. in fi.*

7 *Fœmina ſemel excluſa à fratre ſemper durat excluſa, ſi extant maſculi.*

8 *Filij maſculi tantum in feudis ſuccedunt iure communi feudorum.*

9 *Neptis ex filio admittitur ad emphiteoſim acceptam pro ſe & ſuis ex linea maſculina. ex communi* intellige ut nu. 88. & ſeq.* *

10 *Feudi pars & membrum, a natura feudi principalioris et capitis regulatur. intellige in feudo informi. num. 89.*

11 *Pacta quæcunque feudi ſeruantur, etiam inſolita, & ſunt natura feudi.*

12 *Feudi conceſſio talis, qualis tenor inueſtituræ.*

13 *Contractus pars pacta cenſentur.*

Clauſula

Digitized by Google

14 *Clauſula & ſtipulatio pro ſe & hæredibus omnes hæredes continet.*

15 *Hæredib. ſuis quiſq; ſẽper proſpexiſſe creditur.*

16 *Qualitas hæredum in vna parte inſtrumenti, in alia repetita cenſetur.*

17 *Hæredes cenſentur comprehenſi in conceſſione dependente à libera concedentis facultate.*

18 *Pactum ad hæredes tranſit, cum ſumus in ſtipulatione facti affirmatiui.*

19 *Clauſula in fine inſtrumẽti, promiſit omnia ſeruare, &c. omnia præcedentia complectitur.*

20 *Pactum reale in omnes hæredes tranſit, & ſucceſſores ſingularis.*

21 *Verba, poſsit teſtari de re, &c. rem ipſam, reſpiciunt. intellige vt num. 95.*

22 *Cõceſsio realis cõſtituit ex dignitate cõcedẽtis.*

23 *Realis in dubio conceſsio præſumitur, niſi tacitè vel expreſſe perſonalis fiat, vt num. 50.*

24 *Merita conceſsionem realem conſtituunt.*

25 *Gratia prælati, à Pontifice confirmata, realis conſtituitur.*

26* *Fœminæ regulariter à feudis excluduntur ex* communi, & ſub nu. 87.*

27 *Feudi iuriſdictionis & dignitatis fœminæ*
** *ſunt incapaces, ex ** veriori.*

28 *Fœmina expreſſè in inueſtitura nominanda, vt comprehendatur.*

29 *Filia fœmina ſemel excluſa, durat perpetuo, à*
** *feudo excluſa ex ** cõmuniori. et ſub num. 87.*

30 *Fœmina iam excluſa, nec mortuo maſculo excludente*
* *ad feudum admittitur, ex * communi. ſed ad dominum directum deuoluitur.*

31 *Maſculinum non concipit fœminium in materia*
* *feudali. ex * communi.*

32 *Hæredum mentio in feudis non includit fœminas.*
* *ex * communi.*

33 *Deſcẽdẽtib. uerbũ ſolũ maſculos comprehendit.*

34* *Perſonalis conceſsio in hæredes non trãſit ex* communi, & num. 95.*

35 *Verba perſonalia, dictus Ioannes, &c. pactum perſonale conſtituunt.*

36 *Perſonæ nominatio quãdoque fit cauſa demõſtrationis. ſed hoc non procedit in priuilegijs, vel vbi pronomen eſt adiectum.*

37 *Coniecturæ validiores præferuntur.*

38 *Pronomen ipſe, perſonas quæ legi nequeunt non*
* *comprehendit, ex * communi.*

39 *Ratio expreſſa perſonalitatem extẽdit, et dictũ*
* *ampliat, ex * communi.*

40 *Verbum ipſe quandoque demonſtratiue ſtat in reali priuilegio.*

41 *Extenſio in prohibitis vel materia ſtricta non fit de vna parte ad aliam.*

42* *Feuda ab inteſtato tantum deferuntur, ex * cõi.*

43 *Dominus non cogitur accipere alium vaſallum quàm velit, & ſibi gratum.*

44 *Deſcendentes tantum veniunt appellatione hæ-*
* *redum in feudo, ex * communi.*

45 *Interpretatio ſtricta fit, vbi contra naturam rei diuerſimode tenditur.*

46 *Claues à Ieſu Chriſto traditæ fuerũt Petro et ſucceſſorib. uniuerſã Eccleſiã repreſentantib.*

47 *Conceſsio indeterminata reſpectu perſonarum*
* *tẽporis et quotæ perſonalis iudicatur, ex cõi.*

48 *Inimicum, vaſallus eligere non poteſt, qui facultatem teſtandi in quoſcunque habet.*

49 *Hæredum mentio in vna parte facta, in alia cẽſetur omiſſa.*

50 *Conceſsio realis præſumitur, niſi tacite vel expreſſe perſonalis conſtituatur.*

51 *Hæredis qualitas, in omni parte inſtrumẽti cẽſetur repetita, ſed quãdo id ꝓcedat uide n. ſeq.*

52 *Aſſenſus uendendi feudum datus Titio per Regem, prodeſt hæredi Titij.*

53 *Hæredum repetitio fit in omni actu, & materia, in extraneos tranſitoria.*

54 *Feudum acquirens ſibi, & hæredib. proſpexiſ-*
* *ſe dicitur, ex regula * communi.*

55 *Pactum quod mater in feudo ſuccedat, ad filiã non extenditur.*

56 *Hæredum ſubauditio non fit in his, quæ naturæ & regulis iuris feudorum repugnant.*

57 *Defuncti & hæredis, quando eadem perſona.*

58 *Facto conſiſtentia ad hæredes non tranſeunt.*

59 *Perſonæ electæ induſtria, actum perſonalẽ conſtituit. num. 95.*

60 *Extẽſio ad ꝑſonã hæredis nõ fit cũ eſt incognita.*

61 *Stipulatio & pacta ſunt ſtricti iuris.*

62 *Morte, omnis uoluntas et beneplacitũ expirant.*

63 *Conditionem uerificatam eſſe integre in primis conſtare debet.*

64 *Pactũ ſub conditione euaneſcit, deficiente illa.*

65 *Fœmina facit deficere cõditionẽ, ſi ſine liberis.*

66 *Verba caſu quo conditionem important, & ad caſum expreſſum tantum reſtringuntur.*

67 *Priuilegiata cõceſsio non extenditur, nec ad hæredes tranſit.*

68 *Perſonale priuilegium, quando dicatur.*

69 *Priuilegium perſonæ, non loco vel dignitate cõceſſum, perſonale dicitur.*

70 *Feudorum libera erat diſpoſitio, ſecundum ius antiquum, ſed intellige vt infra num. 75.*

Gratia

71 Feudum abſolute beneficium dicitur.
72 Teſtandi facultas conceſſa dicitur.
73 Gratia teſtãdi ſuper feudo vni cõceſſa, ad aliũ non extenditur.
74 Priuilegium merum dicitur, & ſtrictè interpretãdum vbi Dominus feudi, non ſolum tollit naturæ obſtaculum, ſed diſpenſat quoque.
75 Vaſalli primo tempore feudorum diſponebant de feudo toto tantum, & in eorũ præiudiciũ.
76 Teſtandi licentiã habens moriendo, cenſetur uenientes ab inteſtato inſtituere.
77 Feuda primitus ad vitã fidelis tãtũ durabãt.
78 Interpretatio fit, vt res antiquum ſtatum reciipiat, niſi primæuus ſtatus immutatus fuerit.
79 * Feuda Romanis fuere incognita. ex * cõmuni.
80 Longobardi primi omnium uſum feudorum in Italiam introduxerunt.
81 Regnum Lõgobardorum extinctum, per Carolum magnum, anno 776.
82 Feuda initio regni Longobardorũ dabantur ad vitam fidelis tantum, & ſi pro filio pro uno tãtum intelligebatur, iuxta patris electionẽ.
83 Feuda ante inueſtiturarũ formulas, omnia erãt impersonalia, & præcaria.
84 Origo prima feudorum attenditur.
85 Feudum ex pacto & prouidẽtia tantum in præiudicium agnatorum non citatorum, non alte-
* ratur per Dominum * ex communi.
86 Qualitas contra naturam feudorum, non intelliguntur repetitæ in inueſtituris.
87 Clauſula in executiuis poſita non alterat diſpoſitionem.
88 Fœmina excluſa ab hæreditate patris, & ab illa fratris cenſetur excluſa.
89 Neptis ex maſculo non ſuccedit in feudo ſuſcepto pro hæredibus, ex linea maſculina.
90 Forma nulla primæ inueſtituræ tradita in feudis reperitur niſi iuxta pacta.
91 Princeps non tenetur ſeruare pactum in præiudicium ſuæ authoritatis.
92 Repetitio non fit, in odioſis.
93 Verba inueſtituræ intelliguntur ſecundum diſpoſitionem iuris feudorum.
94 Clauſula in fine poſita non refertur ad præcedẽtia, quæ habent certas determinationes.
95 Realis conceſſio conſtituitur, ſi onus rei adijciatur, quod in quoſcunque tranſeat.
96 Interpretatio in dubio fit, ut citius emphiteoſis ad Eccleſiam reuertatur.
97 Inueſtituræ ſubſequentis à prioribus declarãtur.
98 Argumentum de diſpoſitione pura ad conditionalem defectum non proceditur.
99 Princeps non reuocat conceſſiones per viam
* contractus initas. ex * communi.
100 Verbum, quibuſcunque in materia feudali uxorem non comprehendit, ſecundum aliquos.
101 Feuda Marchionatus Montisferrati alienantur Domino, & agnatis requiſitis.

CONSILIVM CXXXI.

TRINITAS ADSIT.

EGregius miles Dominus Alexandrinus Aſinarius certus infraſcriptas terras & Caſtra melius regi poſſe per Illuſtriſſimũ Principem. D. Theodorũ Marchionem Montisferrati Vicariũ Imperialem, quàm per ipſum, Anno 1421. Vigeſimoquarto Aprilis, eidem Principi, & hæredibus ſuis, &c. libere donauit, nihil in ſe penitus retento, loca ſancti Georgij, & Veximarum tanquam libera cum hominibus, iuriſdictione, mero, & mixto imperio, cum pertinentijs corundẽ cuius Principi, Procurator ſpecialis eodem die, & tẽpore aggregatis, & annexis dictis bonis donatis Baroniæ, & Dominio dicti Marchionatus ipſimet Alexandrino pro ſe & hæredibus eaſdẽ terras donatas vt ſupra conceſſit in nobile & gẽtile feudum, ita vt illa in feudum nobile & gentile dicti Marchionatus retineret, iure ſuperioritatis & alto Dominio dicto Marchioni ſaluo, illũque cum enſe inueſtiuit, & iuramentum fidelitatis recepit, vt patet documento publico rogato per. D. Verulfum de Verulfis de Verolengo notarium ſub die ſupradicta, Anno 1413. die quinto decimo Iunij, dictus Alexandrinus Aſinarius vendidit & tradidit, vti liberum ac in allodium, &c. nullo iure in ſe retento, Nob. Domino Ioanni filio Petrini Scarampi cõ domino Curtis milij Caſtrum & villam Veximarũ ſitam in Valle Burmide, cum toto eius territorio, ſignoria, cõtado, dominatione, &c. ad Caſtrum pertinẽtia, cum mero & mixto &c. ac omnimoda iuriſdictione &c. gladij &c. cum iure iuris patronatus, &c. cũ fidelitatib. & homagijs, &c. cũ iurib. homagiorũ, &c. accõciamentis aquatis paſquatis, rupis, ruinis, aquarũ decurſib. militijs, foris, &c. pœnis, bannis, &c. cõdẽnationib. cum furnis molẽdinis, iure habẽdi ea &c. & cũ omnib. fictis decimis, &c. angarijs, &c. regalib. piſcationibus venationib. cũ domibus, ſediminibus, ædificijs, pratis, vineis, terris cultis, & incultis, &c. poſſeſſionib. q̀buſcunq; ꝑtinentib. & ſpectãtib. dicto. D. Alexãdrino &c. integro ſtatu dicti Caſtr. &c. iuxta cõfines, &c. ꝑ precio uigintiquatuor mille florenorũ, & cum promiſſionibus, & clauſulis in forma. Modo cognoſcens dictus Nob. D. Ioannes Scarampus dominium directum dicti Caſtri veximi, cum iuriſdictione ut ſupra, fore, & eſſe

Digitized by Google

& eſſe Illuſtriſſimi Principis Ioãnis Iacobi Marchionis Mõtisferrati, & ipſum tamquàm vaſallum teneri recognoſcere Marchionem in ſuperiorem, & dominum, reſpectu dicti loci, & eidẽ debitam fidelitatem, & homagium facere petit humiliter à dicto Marchione, vt nullo obſtante nec temporis lapſu, quo per ipſum fidelitas, ſeu homagium præſtitum non fuit ſeu alia cauſa, ex qua forte dicta terra, & Caſtrum in cõmiſſum cecidiſſent, vellent ipſum pro ſe, & quibuſcunq; hæredibus, ſiue maſculis etiam extraneis, inueſtire in feudũ nobile, & gentile de dictis Caſtro, villa, hominibus, homagijs, & cęteris quibuſcũque ptinentijs dicti Caſtri, & loci Veximarum, cum mero, miſto imperio, & omnimoda iuriſdictione & c. ac cum facultate, quod homines habitantes in dicto loco, & poſſe Veximarum nunquam poſſent appellare, querelare, &c. à ſententia, præcepto, &c. impoſitione, grauamine, &c. proferendis per ipſum Ioannem, & ſucceſſores ſeu Caſtellanum, & officiales illius, per & inter homines dicti loci, ad pręfatum Marchionem, & ſucceſſores. qui. D. Marchio ob remunerationem obſequiorum dictorum de Scarampis, & præſtitorum per dictum Ioannẽ erga Marchiones, &c. conceſſit dictum Caſtrum cum hominibus, redditibus, &c. homagijs, paſcuis, nemoribus, &c. & utſupra in feudum, &c. auitum & paternum, &c. ita quod antiqui auiti & paterni ſapiat naturam, dicto Ioanni pro ſe, & hæredibus ſuis, illumque nullo curſu temporis obſtãte inueſtiuit, pacto expreſſo, &c. ſolemni ſtipulatione, &c. interueniente inter D. Marchionem pro ſe & heredibus ſuis, & dictum Ioannem, pro ſe, & hæredibus ſuis, quod dictus Ioannes poſſit, & valeat, caſu quo decederet ſine hæredib. legitimis & naturalibus ex ſe deſcendentibus, teſtari, & diſponere in eius vltima volũtate, de dicto Caſtro, terra, & villa, & pertinentijs pdictis Veximarum, abſq; ulla licentia & contradictione præfati Domini Marchionis, ſaluo ſemper iure dicti feudi, & ſuperioritatis pdicti Domini Marchionis, in quamcunq; perſonam, etiam extraneam ipſi Ioanni, ad ipſius Ioannis beneplacitũ & volũtatem, ita & taliter, quod illa perſona, in quã fuerit teſtatus, ſuccedat in dicto caſtro. &c. abſque contradictione vnius cuiuſque & c. & dicti Marchionis. & quod ipſe Marchio, uel eius ſucceſſores, illam perſonam teneantur legitimè de dicto Caſtro inueſtire, dummodo talis pſona, in quã teſtaretur dictus Ioannes ſit beniuola prædicto Marchioni, nec ſit rebellis, vel inimica, in quas teſtari nequeat, &c. & ſi teſtaretur ipſe Ioannes, non poſsint ſuccedere in dicto feudo, ſed libere reuertatur ad Marchionatũ, & c. nã ſic inter ipſas partes conuentum, &c. ſolẽni, & legitima ſtipulatione, &c. pmiſit dictus Marchio, iuxta petita per dictum Ioannem, non admittere, & c. appellationẽ, querelam, &c. ab hominibus dicti loci, denegando eiſdem audientiam, ac per ſe, & hæredes, &c. dicto Ioanni & hæredibus, &c. promiſit prædicta omnia & ſingula habere, tenere, & c. rata, firma, &c. & alia de quibus in inſtrumento inueſtituræ iuraro ſub die quartodecimo Maij anni 1423. & rogato per dominum Ludouicum Titionum cancellarium dicti ſtatuti.

Succeſsiue anno 1480. die 28. Aprilis exponens Illuſtriſſ. Do. Gulielmo Marchioni dominus Ioannes Iacobus filius qu. D. Petrini Scarampi, ex humanis patrem ſuum deceſſiſſe, qui erat inueſtitus à dicto Illuſtriſsimo Domino in feudum, & c. de quarta parte quartæ partis Caſtri & territorij Curtiſmilij, de toto Caſtro, villa, hominibus, poderio, iuriſdictione, & ciuibus Veximarum, & de certa parte ſaligij, vt patet inſtrumento publico ibi producto, &c. relicto ipſo Ioanne Iacobo unico filio & hærede, & c. petijt inueſtiri, &c. ſub ſolitis modis & formis. Qui Illuſtriſsimus Princeps, videlicet Dominus Guilielmus Marchio Montisferrati, &c. Sac. Roman. &c. Vicarius, & c. inueſtiuit eundem Ioãnem Iacobum pro ſe ſuiſque filijs legitimis, & naturalibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus, de prædicta quarta, & c. & Caſtro Veximarũ ut &c. & parte ſaligij, ut ſupra, in nobile, gentile, antiquum, paternum auitum, & proauitum feudum, ac ſub ſolitis modis & formis, & pręcipuè quibus inueſtitus erat dictus quon. D. Petrinus eius genitor, & ſui anteceſſores, &c.

Mortuo Principe Bonifacio Marchione relicto Illuſtriſſ. Dom. Gulielmo ann. 1495. die 21. Ianuarij, eidem Ioanni Iacobo narranti ſe aliàs à quon. Domino Gulielmo Marchione anno 1480. 28. & à quond. Do. Bonifacio filio anno 1483. die 26. Iunij fuiſſe inueſtitum in feudum nobile gentile, &c. auitum, antiquum, &c. de Caſtro, Villa, territorijs, & poderio, cum Iuriſdictione, &c. & pertinentijs Veximarum, & de quarta parte quartæ partis curtis milij, & de certa parte ſaligij, de quibus omnibus fuerunt ſui anteceſſores inueſtitis. Renouatur inquam eidẽ Ioanni Iacobo inueſtitura per Illuſtriſsimam & Excellentiſsimam. Do. Mariam Marchioniſſam Mõtisferrati & matrem Illuſtriſs. D. Gulielmi Marchionis de dictis terris, bonis, vt ſupra ſub hac clauſula, his modis, & formis, de quibus in prædictis ſuis inueſtituris, & ſpecialiter, in prædicta inueſtitura pędicti Illuſtriſs. quon. Bonifacij, & c. qui iurauit in forma, &c.

Rurſus diem obijt Illuſtriſs. Marchio Gulielmus, relicto Illuſtriſs. Do. Bonifacio filio & hærede, à quo Nobilis. D. Ludouicus, & Nicolaus fratres & filij Ioannis Iacobi de Scarampis, petierunt inueſtiri de dicto loco Veximarum, de quarta parte Curtis milij & Saligij vtſupra, nec non & de alijs locis, quæ tenent in feudum ab Illuſtriſs. Dom. Marchionatus ſtatus Montisferrati, quæ in ſuorum anteceſſorum inueſtituris antiquis, & nouis continẽtur his modis, & for-

mis

mis & in omnibus ac per omnia provt dicti D. Ludouicus, & Alexander, ac Ioannes Iacobus pater, & ſui anteceſſores fuerunt inueſtiti prædictis nouis, & antiquis inueſtituris, Qui, tandem pręſtito iuramento fidelitatis, fuerunt ab Excellentiſſ.ma D. Anna Aleneonia tutrice dicti Illuſtriſſimi Marchionis Bonifacij inueſtiti, vt ſupra, anno 1525. die 20. Ianuarij inſtrumento rogato per Ambroſium della Torre.

Dicm functo Illuſtriſſ. Marchione Bonifacio ex Sereniſſima Paleologorũ ſtirpe, & Marchione Ioanne Georgio patruo ſuo, qui in Marchionatu Bonifacio ſucceſſit, cum ob lineæ maſculinæ defectum ſtatus deueniſſet in perſonam Illuſtriſſimæ & Excellentiſſ. D. Margaritæ Paleologæ ſororis dicti Bonifacij, & Ioannis Georgij patruelis vxoris Illuſtriſsimi & Excellẽtiſſ. Principis & Ducis Mantuæ quon. D. Federici Gonzagæ, præcipuè ex ſententia Cæſarea & inueſtitura Caroli Quinti, qui dictos Excellentiſſ. iugales inueſtiuit pro ſe eorumque hæredibus maſculis, ab altero eorum deſcendentibus, & maſculis deficientibus pro fœminis, ita quod fœminæ nunquam excluſæ dicantur. Comparuit idem D. Ludouicus Scarampus nomine ſuo, & procurator ſpecialis D. Alexandri fratris, & pręmiſſis expoſitis, ac inſuper ipſos fratres mortuo Ioanne Iacobo patre fuiſſe inueſtitos, ab Illuſtriſſimo ex excellentiſſimo Marchione Gulielmo die 29. Octobris 1513. ex inſtrumẽto rogato per Antonium Maimonũ, necnon & ab Excellentiſſimo Marchione Bonifacio filio anno 1525. vt ſupra de Caſtro, Villa, iuriſdictione territorio & poderio Veximarũ, & de quarta parte quartę partis Caſtri ac bonorum, & pertinentiarum, &c. Curtis milij, ac certæ partis villæ ſaligij. & alijs laicis, quę in ſuorum anteceſſorũ antiquis, & nouis inueſtituris continentur pro ſe, &c. & modis vt ſupra, petierunt ab Excellentiſsima. D. Anna matre Bonifacij & dictæ Excellentiſſimæ D. Margaritæ, & tũc regente dictum ſtatum, pro dictis iugalibus inueſtiri vt ſupra, &c. Quæ Excellentiſſ. D. ipſum inueſtiuit de prædictis rebus, bonis, & iuribus feudalibus, & de Caſtro, loco, villa terriorio ac poderio Veximarũ, cum mero, & mixto imperio, iuriſdictione, homagio, bonis, iuribus, & honorantijs ac pertinẽtijs ſuis, ac vt ſupra, his modis & formis, quibus hactenus tam ipſi. quã eorũ ꝓdeceſſores fuerũt ab Illuſtriſſ. Marchionib. inueſtiti, & in eorũ inueſtituris tam antiquis, quàm nouis cõtinetur, ſaluo omni iure feudi, fidelitatis, ſuperioritatis, ac quocunq; alio prælibatorum Ducum & Marchionum ſuorumque hęredum, ut latius patet inſtrumento rogato ſub die vigeſimo tertio Februarij 1538. per D. Dameanũ de Attis notarium. cumque inueſtitura alia fuiſſet eidem Ludouico & fratri per Excellentiſſ. D. Margaritã, & Excellentiſſimum Do. Franciſcum Gonzagam Ducem Mantuæ, &c. poſt felicem reſtitutionem dicti ſtatus Mõtisferrati à Catholica & Chriſtianiſſima Maieſtatibus dictis Excellẽtiſs. Dom. Ducibus & Marchionibus factam, conceſſa anno 1547. die ſeptimo Septembris, mortuo dicto Alexandro & Excellentiſſimo Duce Frãciſco, petijt iterum, Ludouicus nomine ſuo, & Ioannis Franciſci pupilli ſ filij Alexãdri inueſtiri denuo, à dicta Excellentiſſima Domina, & ab Excellentiſs. Dom. Gulielmo filio, & Duce Mãtuę de dictis bonis, & modis vt ſupra in alijs inueſtituris continetur. Quæ Illuſtriſſima & Excellentiſſima Domina, nomine ſuo & Illuſtriſſimi, ac Excellentiſs. Domini Ducis & Marchionis reſpectiuè filij, reuocato prius per dictũ Ludouicum omni iuramento fidelitatis alicui alio præſtito, ipſum Ludouicum nomine etiam nepotis inueſtiuit de loco Veximarum, &c. parte curtis milij, &c. Caſtelletti Vallis Vzonę ac villę ſaligij cum iuribus & pertinẽtijs ſuis, &c. & vnicuique feudorum ſpectantib., &c. modis & formis cõtentis in inueſtitura reportata ab eius Excellentia & dicto quond. Excellentiſs. Duce & Marchione Franciſco eius filio, de qua ſupra iure feudi, & fidelitatis ſaluo, qui Ludouicus iurauit in forma, ut conſtat inueſtitura rogata per Notarium publicũ die decimo nono Octobris 1559. Tandem ob mortem Excellentiſſ. Duciſſę & Marchioniſſę Margaritæ matris obtinuit anno 1567. decimo nono Octobris idem Ludouicus nomine ſuo, & Ioannis Franciſci pupilli, & nepotis inueſtituram ab Illuſtriſſimo, & tũc Excellentiſſimo Principe, & D. Gulielmo Gonzaga Duce Mantuæ, de dictis bonis, Caſtris, locis, &c. Veximarum, &c. & qui in ſuis & ſuorum anteceſſorum inueſtituris continentur, modis & formis, quibus fuerunt inueſtiti a prædictis Illuſtriſſimis & Excellentiſſ. quon. D. Excellentiæ ſuæ matre & fratre reſpectiue, & ab ea met, ut in eorum inueſtituris continetur, iure feudi, ſaluo, &c. declaratione adiecta, quod ſi reperietur vnquam inueſtituras primas in aliquo fuiſſe alteratas, ſine ſpeciali gratia in inſtrumẽto expreſſa, non cenſeatur aliquo modo præiudicium factum ſuæ excellentiæ, neque ſucceſſoribus per illas, aut ſubſequentes inueſtituras, ſed attendatur id, qđ minus aſtringat ſuperioritas, honor & iuriſdictio ſuæ Excellentię & ſucceſſorum, & quod teneatur dare in notam omnes terras, domos, &c. ſub pœna commiſſi, iurauitque in forma, &c. vt habetur in dicta inueſtitura rogata per Do. Aſclerium Ceratam dicti ſtatus notariũ & ſecretarium, &c.

Vltimo loco poſt D. Ludouicum, deceſſit. D. Ioannes Franciſcus Scarampus, qui eius ultimo teſtamento ventrem pręgnantẽ quatenus vxor eſſet grauida inſtituit, at vbi non eſſet, provt euenit, uel naſceretur, filij, & decederent ſine filijs, &c. inſtituit, & ſubſtituit hæredem ſuam vniuerſalem Illuſtrem D. Claudiam Scarampam illius teſtatoris ſororem, & Vxorem Illuſtris Domini

Boni-

B[illegible] perpæ,&[illegible]
ſor[illegible]ris filios leg[illegible]mos, [illegible]
fili[illegible] in in[illegible]m, ita quod [illegible] ſemper [illegible]
f rantur fœminabus , & ipſis omnibus [illegible] in
infinitum decedentibus ſine liberis, ſubſtituit Il-
luſtrem Dominum Ioannem Petrum patruum
maternum.
Modo hæredem vniuerſalem dicta Illuſtris,
& nobilis d. Claudia ſoror ſe conſtituit quę di-
cta bona & Caſtra obtinere intelligit, prætēdit
tamen Sereniſſimus Dux Mantuę & Montisfer
rati,dicta loca Veximarum maximè,ſibi deuolu
ta fore,ob lineę defectum,quę bona ideo dictus
Sereniſſimus Princeps pręmia virtutum redde-
re volens,ob inſignes animi dotes, cōdigna me
ritam,eminentem ſcientiam , ac innumerabilia
obſequia,quę die,noctuque magna cum fide &
cura præſtat celſitudini ſuæ Illuſtriſſimus Do.
Theodorus Comes ſancti Georgij,titulo dona
tionis in perſonam illius contulit , cum ampla
omnium iurium ceſſione, Modo quæritur quis
vel Illuſtriſſimus Comes Sancti Georgij Princi-
pis ceſſionarius , vel ſoror ſeu filij eiuſdem me-
liora induant iura.Et requiſitus,omnibus matu
rè conſideratis , meam ſententiam rationibus,
& authoritatibus roboratam,in ſcriptis profer-
re,nō potui præces dicti Illuſtriſſ. Comitis, quæ
mihi ſunt iuſſa,niſi magna mea iniuria aſperna-
ri.confiſus itaque,quod ille,qui via,veritas,& vi
ta eſt ab excelſo imploratum non denegabit au
xilium,conſidero prima quod aiunt, fronte,vi-
deri in iſtis locis cōtentioſis ſororem inſtitutā,
& filios ſubſtitutos,iuſtitiam fouere.
1 Primo quia omnes † inueſtituræ nobiliſſ. Do
minorum Alexandris Patris inſtitutę, & fratris.
D. Ludouici Scarampi , ſæpius ab Illuſtriſſimis
Marchionibus Montisferrati emiſſę, vt in facto
legitur , dicunt modis & formis, prout in anti-
quis inueſtituris continetur, ſic ſtant ad præce-
dentes relatiuè,vt omnia in præcedentibus po-
ſita,in renouatis ac vltimis repetita cum omni-
bus ſuis pactis,& qualitatib.cenſeantur,per Ale
xan.in propoſito conſi.30.vol.j.Brun.conſ.78.
nu. 8. Curt.ſen.conſi.48.nu. 48.Sigiſ. conſ.11.
nu.19.& 20.Bero. conſ.140.nu.35.vol.2.mod.
Pariſ.conſ.50.nu.25.& ſeq.Siluan. conſil.65.in
prin.Cęphal.conſi.369.num.105.vol.3.verum
2 prima † inueſtitura, quę attenditur,iuris vulga-
* res &* receptas doctrinas,Bald.in prælud.feud.
in pri.deci.cum Apoſtil.conſ.85.nume.3.Pariſ.
* conſi.2.num.24.volu.1. ſcripſi pro * communi
conſi.46.in pri.nunc addo Menoch.conſ.1.nu.
124.Simon de Præt.conſ.41.nu.13.eſt illa Ioā-
nis Scarampi Alexandri proaui primiq; acqui-
ſitoris,accepta anno 1423.pro ſe,& hæredibus
ſuis,in antiquum,& auitum feudum,cum pote-
ſtate teſtādi,ideo dicta ſoror , tamquā abneptis
ex filio Ioannis & vocata in inueſtitura admitte
3 tur,† cum feudum illud iudicatur improprium,
atque non habens propriam naturam feudi,co

[illegible] ex[illegible]
[illegible],ſine Do-
[illegible], a[illegible] cap. [illegible]alem.in pri.
de [illegible] feud aliena.per Feder [illegible] prælud.
feud.in 4.diuiſi[illegible] ne deci.conſ.171.nu.2.& 193.
num.[illegible].Go[illegible].conſi.4.num.8. Craue.conſ.84.
num.11.R[illegible]d.à Valle c[illegible] 6.nu.34. vol.1.
Lauren.C[illegible]. c[illegible]. o[illegible]. c[illegible] 2.concluſ.
42.& 48.Th[illegible].Ma[illegible].de [illegible]d.n[illegible] habent ꝓ-
prer.natur.t[illegible] 9.[illegible]4.[illegible] u co[illegible]tionatum nun-
cupetur ſub ce[illegible]s mod[illegible],pa[illegible]s,& qualita[illegible]
datum.c.[illegible].in fi.qui[illegible] inuc[illegible] And. in ca. 1.ex
quibus cauſis feud. amitt. in ti. Thom .Marin.de
feud.conditio.titu.20. in pri.in quo impropr[illegible]o
4 † feudo fęmina ſuccedit , & cōprehenditur ſ[illegible]b
illis verbis,pro ſe,& hęredibus,Socin.ſen.conſ.
257.num.3.vol.2.Corn. conſi.16.volu.1.Paris
* conſ.12.num.29. vol.1.ex * communi dixi,aliàs
conſ.85.nu.23.& ſeq. lib.1.& in propoſito ad-
** do Menoch. pro ** receptiſſima conſil.65.nu[illegible].
16.39.& num.55.Thom.eo.tit.de feud. condi-
tio.titu.10.num.12.Roman.cum Ap[illegible]il.[illegible] n-
doſ.conſi.367.Federic.Schenc. in [illegible].in q[illegible]b.
cauſ.feu.amit.Rimin.con[illegible]il. 305.nu.24. Cl[illegible]r.§.
feudum. q. 74. Duen. regul. iuris. 309. q.limit.
Dioniſ.Ponta.in conſuet.bleſen.titu.5.artic.46.
pag.235.verſic.verum in fi.Cæphal.conſi.151.
nu.34.Bero.conſi.65.num.74.vol.1.Pariſ.inter
conſ.ſtat. Mont.ferr.9. num.21.29.& 33.Rim.i.
5 iun.conſi.305.nu.7.ubi enim † fœminæ ſunt ca
paces feudi, extincti maſculis admittuntur ip-
ſæ.c.1.§. quin etiam Epiſc. vel Abb. ubi omnes
feudiſtæ tradunt relati, a Pariſ.conſ.9.num.30.
lib.1.& quod dicitur in feudo d[illegible] ſpoſitionē de-
6 functi † nō tenere,Intelligitur de feudo proprio,
non de improprio,per tex.in c.,ubi nulla diſpo
ſitione manente. de ſucceſſ. feud. Caſtr. conſil.
179.num.2.volum.1.Celſus Hugo.conſi.26.nu
me. 6. & 16. non etiam iura ordinaria feudalia
in feudis alteratis,locum habent,Socin.d.conſ.
257.Menoch.conſi.65.num.56.Cæphal.conſ.
1.numero 26.
7 Nec obijciatur,ex quo fuit ſemel,per † fratrē
excluſa,debere perpetuo excludi,quia replicari
poſſet id intelligi,exiſtentib. aliquibus de agna
tione uel maſculis,at ſecus finita omniū maſcu-
lorum linea,quia ad fœminam ſpectare magis,
quàm ad dominum deuoluere dicitur , ex his,
quæ tradiderunt quamplurimi iure conſultiſſi-
mi,in cauſa ſtatus Montisferrati,ad fauorem Il-
luſtriſſimæ,& Excellentiſs.D.Margaritæ [illegible]làs Du
ciſſæ Mantuæ,& dicti ſtatus Marchioniſſæ,præ-
cipuè Bero. conſ. 67. nu.44. cum ſeq.vol. 1.Al-
ciat.conſ.10.nu.42.inter conſi.ſtat.Mont.ferra.
ubi collegium Bonon. conſil. 15. num.75.cum
pluribus ſequent.
Secundo,& ſi ius commune feudorum ſerua
8 retur,† in quo maſculi tantum ſuccedunt,exclu
ſis fœminabus.c.1.de ſucceſſ.fratr.ca.1.an mul.
vel aliter imperfectus.c.1.ver. hoc autem de his
qui

qui feud.dar.poſſ.quinimo & excluſis maſculis
à fœminis deſcendẽtib.d.§.hoc autem.& And.
in c.1.num.13.qui ſucceſſ.teneantur. in ca.1.de
ſucceſſ.fratr.cum hæc hętes inſtitua, à maſculo
deſcendat, dicaturque de linea maſculina, vide-
9 retur admittenda,† pro vt neptis ex filio maſcu
lo ſuccedit in emphiteoſi ſuſcepta pro ſe & ſuis
liberis deſcendentibus ex linea maſculina, licet
fœmina filia, ex maſculo deſcendens excluda-
tur.ex glo.* communiter approbata in l.Gallus.
§.nunc de lege.ff.de liber.& poſthu. Alex.conſ.
24.num.10.vol.5.& conſi.125.vol.7.vbi addi-
tio.Pariſ.nu.5.Curt.conſi.64.ad fi.Celſ.Hugo.
conſi.29.nu.3.

Tertio nemini dubium eſt, feudum Marchio-
natus Montisferrati fęmineum eſſe, pro ſe & fi-
lijs maſculis,& fęminis ſuſceptum, notæ ſunt in
ueſtituræ,& manifeſtum Illuſtriſſimam & excel
lentiſſimam Duciſſam Margaritam Paleologã
dicti ſtatus dominam, & inclitæ ac nunquàm
delendæ memoriæ mulierem inueſtitam iuris
medio ab Imperatore Carolo Quinto fuiſſe,&
ſuper qua controuerſia extant plurima Excel-
lentiſſimorum Iuriſconſultorum ex primarijs
Italiæ reſponſa typis edita, quæ hic recenſere
non intelligo. propterea, cum Caſtrum Vexi-
maium, & cætera loca Marchionatui ſint adie-
cta, & aggregata, ne membra à capite differant,
intelligantur in dubio hæc membra ſimili mo-
10 do conceſſa, † cum feudi pars à natura capitis
feudique principalioris reguletur ex tex. in cap.
primo.§.profecto.de leg.Corad.& in c.1.§.pro
pterea, vbi omnes de capit.Cora.Caſtr.conſil.
164.nu.12.vol.2.qui in ſubinfeudationibus ſim
pliciter factis loquitur, deci.conſi.389.num.7.
Lofred. conſ. 34.num. 39.& ſeq. Ruin. conſil.
165.in pri.vol.1. Bero.conſ.66.nu.3.vol.1.Vr-
ſil.ad Affl.ct.deciſ.245.nu.12.Rimin.iun.conſi.
6.nu.109.110.& 132.& conſi.18.nu.2.& 5.Iaſ.
de feud.par.9.nu.15.moder.Pariſ.in cõſ.Pariſ.
§.35.nu.17.Camer.in ca.Imperialem pag.609.
ver.4.& ultimo.de prohib.alie.per Feder.Clar.
§.feudum.q.32.uerſ.ſcias tamen.

Quando reſtringendo ſimbrias hoc aperte
demonſtratur ex inueſtitura Ioannis Scarampi
primi inueſtiti, cui pro ſe,& hęredib. facultas te
ſtandi de dictis feudis, etiam in extraneos, citra
omnẽ licentiam & aſſenſum Marchionum præ
ſtatur.cumque Ioannes Franciſcus deſcendens,
& hæres vltimo loco defunctus diſpoſuerit in
ſororem, & ſi diceretur extranea, virtute tamen
11 iſtius pacti admitti poſſe creditur eo †quod pa-
cta quæcumque in feudo quantumuis inſolita
& extranea ſint ſeruanda, ca.1.§.fi.per quos fiat
inueſtit. Bald. in cap. 1.§.ſi per illum text.quid
ſit inueſtir. Aluar.in cap. feudum ſi de feud.fue.
controu.inter dominum & agn. Calder.conſil.
11.Oldrad.conſilio 234.bene enim dicit Bald.
conſilio 330.volum.3.quod natura feudi natu-
ræ verborum accedit, ac ab ea regulatur, cum
pacta ſint altera natura feudi Bald. conſil.353.
volu.1.& permittitur per pacta tranſgredi ſim-
plicem feudorum naturam. Hier. Seruſ. conſil.
129.numero 1.Sigiſ.conſilio 11.nu.4.Curt.ſen.
conſi.48.nu.14.& 42.per text.in c.1.de eo qui
ſibi & hæred.ſuis.Bald.conſi.182.col.fi.volu.5.
Claud.Cacciunc.conſi.1.nu.64.Bero.conſi.79.
nu.6.& 7.cum ſeq.vol.1. Anto. de Prato conſi.
49.nu.7.& ſeq.vol.2.conſ.feud.Rimi.ſen.conſ.
21.num.10.95.num.10.& conſ.388.nu.38.am
ple Caſſan. in conſuet. Burgund.Des fidez.rub.
3.§.7.gl.2.uer.dic quod plures, hinc, & ſi in alia
materia fiat diſtinctio inter ſubſtantialia, natura
lia, ſeu accidentalia contractus, ad pacti validita
tem dignoſcẽdam, in contractu tamen feudali
12 nulla differentia admittĩ,† quia talis eſt conceſ-
ſio qualis inueſtituræ tenor, Curt.iun.tract.feu.
5.part.q.6.princ. Natta conſil.467.nume.20.&
ſeq.vol.2.Curt.ſen.conſ.48.nu.38.& 42.Natta.
conſi.467.num.20. & ſeq. volum.2.Celſus Hu-
go.d.conſil.26. num.13.33.34.& 85. Menoch.
conſi.1.num.347.in materia. Rimin.iun.conſil.
32.nu.24.cum ſeq.& 28.& conſil.1.nu.56.Cæ-
phal.conſ.29.nu.6.& 152.num.15.Port.Imol.
conſ.2.nu.51.& 32.nu.3.Arnold.Ferro.conſil.
Burdig.Rub. de feud.titu.8. uerſ c.atque.pacta.
Dion.Ponta.in conſue.Bleſen.titu.22.art.12.&
titu.5.art.46.in prin.vbi ample pag.335.in em-
ph teoſi loquens Reodan. de rebus eccleſ. non
alien.verſ. de caducitate ob pacta pag.530.q.8.
13 Ancar.q.fami.34.num.10.† pactaq; omnia cõ-
tractus correſpectiua cẽſentur, parteſq; precij,
& conuentionis initę.l.fundi partem, l.hęc con
ditio.§.fi.ff.de contr.empt.Salic.in l.pacta con-
uenta cod.titu.Bart.& alij in l.petens.C.de pa-
ctis in emphiteo.l.C.de iure emphi. moder.Pa-
riſ.conſuet. feud.§.13.gl.5.nu.39.& in materia
Hier. Gabr.conſi.168.q.2.poſt Alciat.conſilio
124.& 149. ac Bero. conſil.153. numero 70.&
169.num.16.vol.1.& in feudo.Cuma.conſil.1.
Bolog.conſi.61.Bero.conſil.79.nu.6.& conſil.
122.num.3.uol.1.poſt Deciſ.conſil.265.pacta-
que ſunt ſeruanda à Deo, Dæmone, & ab vni-
uerſa carne, vt inquit in conſi.Bruni.Neuiz.cõſ.
12.& in feudi inueſtitura Siluan. conſ.63. num.
10.cum ſeq.Virtute itaque pacti hęc nobilis ma
trona inſtituta admittitur.

Quinto id fortius demonſtratur, quando pa
ctum non ſolum Ioannem, ſed omnes illius hæ
redes, ſic Ioãnem Franciſcum vltimo defunctũ
includat.quod multipliciter comprobo.

Primo, quia in pacto teſtãdi dicitur ſolemni
ſtipulatione interueniente inter D.Marchionẽ
pro ſe,& heredibus,& D.Ioannem pro ſe,& hę
redibus ſic expreſſe ſpecificeque pro hæredib.
14 pactum ſtipulatum fuit, eo quod† virtute dictæ
clauſulæ in primo inſtrumento poſitæ, hęredes
ꝓcul dubio in quacumq; materia,& cõceſſione
veniant.p Caſtr.& Alex.in l.poſtulante, in prin.
ff. ad Trebell. in terminis Iaſ. conſil.217.in fin.
vol.2.

15 volu.ſecundo† hæredibus namque ſemper con
trahentem proſpicere uoluiſſe creditur, licet de
eo mentionem nõ faciat.l.ueteres.vbi optimus
text.C.de contr.& com.ſtipul.l.ſi pactum.l.iuriſ
gentium.§.pactorum.ff.de pact.gloſ.& Bart.in
l.ſi Iulianus.§.ſi pactus.ſim.ff.de pact.Specul.tit.
de feud.§.quoniam.q.17.cum ſeq.Iaſ.d.conſil.
217.per totum.uol.2.Bero.conſi.115.nu.21.&
150.num.36.volu.1.in licentia ſuper feudo, Ro
land.à Valle conſ.6.nu.22.in 3.

16 Secundo † qualitas hæredum & ſucceſſorũ
in principali feudorũ conceſſione appoſita per
Marchionem intelligetur repetita in capitulo,
& pacto acceſſorio ad finem gratiæ & liberali-
tatis Marchionis propter merita, vt inquit, no-
bilium de Scarampis exercendæ, vt declarat
Bart.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ubi alij.
ff.de verb.oblig.Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tã-
tum.ff.de lib.& poſthum.in propoſito Cor.con
ſil.13.ſub nu.4.vol.3.

Tertio conceſſa facultas teſtandi pendet à
Marchionis libera uoluntate, non ex aliqua iu-
17 ris neceſſitate ideo,† & hæredibus facultas data
cenſebitur, quàmuis de eis mentio non fiat.ex
doctr.Bar.per illum tex.in l.ſicut.§.ſi debitori.ff.
quib.mod.pign.vel hippot.Doct.in l.2.§.ſi vo-
luntate.ff.ſolu.matrim.

Quarto ſumus in ſtipulatione facti affirmati-
uè concepta, videlicet de teſtando, & in extra-
neum, nec factum cohæret perſonæ Ioann.Sca
rãpi, ſeu illius induſtriæ minus natura cõtractus
p̄cedentis repugnat, quin ad hr̄des tranſeat, qua
18 p.p † pactũ per ipſum factum ad hæredes ſuos
tranſibit, per Bart.in l.ſi ſic.2.col.ff.de verb.obl.
Corn.conſi.2.nu.6.& ſeq.vol.3.& conſi.30.vo
lu.1.Iaſ.conſ.217.verſ.12.vol.2.Curt.iun.conſ.
159.circa finem, Aimo conſ.102.nu.3.ſequitur
formiter Siluan.conſ.65.nu.7.uol.2.

19 Quinto additur † clauſula inueſtituræ poſt pa
ctum in fi.omnium promiſſorum deſcripta, ibi,
promiſit Ioanni, & hæredib. omnia & ſingula
promiſſa attendere & obſeruare, &c.ex qua vi-
dentur omnia capitula, & ſic pactum illud teſtã
di promiſſa, & conceſſa, tum Ioãni, tum hæredi-
bus ſuis, ob generalitatem, & prægnantiam di-
ctorum verborum Corn.d.conſ.2.nu.6.& 7.vo
lum.3.Iaſ.conſ.217.in fi.volu.2. Ex quibus com
probatur hoc argumentum, quod pactũ illud,
non ſolum inueſtito, ſed omnibus illius hæredi
bus p̄ſit, ut in ſimili caſu, & pacto ſuper Caſtro
Milleſimi ab Illuſtriſs.Marchione Theodoro ap
poſito in inueſtitura Bonifacij, & Galeoti, Care
tæ reſpondebat in gratiam hæredum inueſtiti
Laur.Siluan.d.conſ.65.per totum.

20 Sexto, & ultimo aducebar ea ratione, †vbi pa
ctum eſt reale, onus, & commodum in quẽcũq;
poſſeſſorem etiam ſingularem tranſit, quando
onus rei annexum vna cum ſua cauſa tranſeat.
l.Iulianus.l.Gaius.ubi Bar.ff.de mand.teſta.Iaſ.
in l.fin.numero quinto.ff.de operi.noui.Boer.
quæſt.182.num.16.Tiraq.de retract.conſang.
§.1.glo.10.num.13.Afflict.deciſ.95.num.3.vbi
Vrſil.quotas adducit, nume.3.& ſeq.Socin.iun.
conſi.74.num.8.lib.3. atqui hoc pactum & fa-
cultas realis eſt, & in rem concepta merito bo-
na afficere uidentur, & ſequi feudum quocunq;
vadat.Minorque illa, quod ſit reale ex pluribus
demonſtratur.

21 Primo† ex uerbis pacti poſſit teſtari, & diſpo
nere in eius ultima uoluntate de Caſtro, terra,
villa, &c. quæ ſanè uerba rem reſpiciunt, ſic in
omnes tranſibit iſta facultas, ita in ſimili doce-
bat Abb.in c.quod clerici, num.30.de foro cõ-
peten.quem ſequitur Ripa.lib.1.reſponſorum.
c.2.nu.1.Accedat Soci.ſen.conſ.85.col.1.& cõ
ſil.85.nu.5.vol.3.& conſi.12.ad fin.uol.4.

22 Secundo dignitas Marchionis † concedẽn-
tis, nobilitas recipientis, quæ non moriuntur,
mentio meritorum familiæ de Scarampis erga
Marchionatum, beneficium conceſſum per in-
ueſtituram à Principe, habente poteſtatem, qđ
latè interpretatur, concurrunt in propoſito no-
ſtro ad efficiendam gratiam realem, ex capit.de
cætero de tranſl.Butr.& Abb.in c.ſi.ne prælato
in c.ſua.Socin.ſen.conſ.34.volum.3.dixi aliàs
conſi.30.nu.7.

Tertio his addo, quod nonnulli & magnę au
23 thoritatis viri tenent conceſſionem in † dubio
realem, magis quàm perſonalem præſumi, niſi
contrariũ de intentione concedentis appareat,
vel cauſa & natura rei repugnent, ut conſiderat
Anchar.conſil.328.incipit, diſcurrit materia,
Corn.cõſi.30.col.2.vol.1.ſubdens, ſi non eſt fa
cta hæredum mentio, id per errorẽ immiſſum
credi probat Siluan.d.conſi.65.nu.14.& Natta
conſi.649.nu.18.uol.4.

Quarto hæc facultas teſtãdi, determinata eſt
ad memorata Caſtra, & uillas, emiſſaq; in obſe-
24 quiorũ nobiliũ de Scarampis remuneratiõẽ,
quæ ad omnes poſteros, maximè filios, dirigi-
tur, atq; ita realis habenda, ẽt qđ perſona fuiſſet
noĩata, Deci.ubi multa conſ.262.nu.2.cum ſeq.

Quinto, ex confirmatione ſubſequentiũ in-
ueſtiturarum ſucceſſorũ in Marchionatu, dũ ad
antiquas ſe referunt, videtur hæc facultas, & ſi
aliàs perſonalis cenſeretur effecta realis, ut in ſi-
25 mili de gratia † prælati à Põtifice, ex certa ſcien
tia ualidata habetur, ex tex.cum gl.in uerbo, p̄-
latum in c.ueniſſent de conſtit.ca.de cætero.de
tranſ.Bal.in tit.de ſucceſſ.tene.col.2.uer.hic ha-
bes, & ſi realis eſt rationib.citatis, utiq; in hære-
des oẽs, & filios primi inueſtiti tranſiuit Dec.d.
conſi.262.nu.3.Alcia.conſ.24.nu.2.poſt Soci.
ſen.conſi.34.uol.3.Hier.Gabr.conſ.83.n.13.ac
Siluan.d.conſi.65.per totum, quod conſilium cum
fuerit approbatũ a triumuiratu Senatorio Man
32 lum regulariter,& indiſtinctè † feudum hæredi-
tarium mixtum , non venit in reſtitutione fidei-
commiſſi,quod primo loco ex communiori,ac
veriori opinione,falſum eſt,ac indubitatũ Tho.
Marin.de feud.hæred.tit. 5.nu.37. & ſcripſi dif-
fuſe,conſil.2.nu.37.& nu.25.& conſi. 3.nu.1.&.
conſi.49.num.47.cui addo Thob.Non. conſ.1.
num.20.& ſeq.

Secundo dicit Pariſius indiſtinctè, & regula-
riter,præſupponit igitur quandoque venire,pu-
ta ſi adſint,deſcendentes,vt hic,vel comprehẽſi
in inueſtituris,tunc enim in petitione hæredita-
tis venit,etiam ſi non ſint ſucceſſuri ab inteſtato,
vt declarant,& intelligunt authoritates citatæ a
Pariſ. videlicet Curt. de feud. prima par. q. 8.&
Iaſ.in prælud.feud.nu.46.cum ſimil.

Tertio quicquid ſcribat Fanucius de inuenta
rio parte 6.num. 24.ſat eſt,quod loquitur & ſun
dat ſuam concluſionem ex propoſito contra cõ
munes,ac receptiſſimas ſententias,& contra pri
mam,quod feudum hæreditarium mixtum,pu-
ta receptum pro ſe & hæredibus , veniat in peti-
tione hæreditatis & fideicommiſſo vniuerſali ,
quod latè quandoq; cõprobaui, & in facto ob-
tinui,ut ſupra, contrà ſecundam,quod inuenta-
rium proſit in hoc hæreditario mixto , cum ta-
men omnes pro receptiori contrariam opinio
nem ſiccis non prodeſſe admittant , vt dixi in
conſi.3.num.28.conſi.49. quibus addo ex cre-
briori Vallam de inuent.pag.152.nu.27.cũ ſeq:
Cæpol.conſi.31.in fi. Vrſ. ad Afflict.deciſ.112.
num.2.Capici. in inueſt. feuda.verb.feudorum
executiones.uerſ.ſucceſſor.pa.196.

Quarto,nec ratio cõſiderata efficit,quod ſuf-
ficiat eſſe hæredem primi. in feudo hæreditario
mixto,quando authoris tãtum, ſucceſſio & pro
uiſio attendatur, non autem illius, penes quem
vltimo loco reſidet feudum,per Clarum, §.feu
dum q.9.uerſ.ſed quæro.q.40.uerſ.ſed ſecundo
q.42.verſi.& hęc quidem.Quid enim ad rẽ per-
tinet,quod in legitimam non imputetur tale feu
dum,eo quòd ſufficiat eſſe hæredem primi,imò
cum requiratur neceſſario qualitas hęredis, &
ſemper in filio , & deſcendente non primi tan-
tum,ſed vltimi vaſalli,namque non datur caſus,
34 † in quo deſcendens poſſit eſſe primi , nõ vltimi
hæres per Roland.a Valle conſ.29.nu.12.uol.3.
dico omni reſpectu in perſonis filiorũ hæc feu-
da in legitimam imputari.

Quinto,deciſio Pedemontana.180.num.11.
non ſeruit caſui noſtro , quia contra receptiorẽ
ſententiam,vt ſupra firmet inuentarium prodeſ
ſe,ac doctrinæ allegatæ per eum exceptis 3.non
loquantur in feudo hæreditario mixto.

Sexto, ſimili modo,tolluntur dicta per Alex.
conſi.124.nu.7.uol.4.

Septimo , & vltimo Natta in conſi.679.cum
ſeq.vol.4.non refragatur noſtræ cõcluſioni, qui
nimo a fortiori concludit eum, qui vult cõſequi
feudum hæreditarium mixtum, debere eſſe hæ-
redem vltimi vaſalli,vel ſaltem talem, qui etiam
impediatur,& licet demonſtret illud feudũ non
dixi ex ſucceſſione,vt Moderni ſenſerunt, quaſi
quod feudum ex hæreditate, vel ſucceſſione ca-
piat,ſed ex pacto, licet ſucceſſor hæreditatis vni
uerſalis,ſtante pacto,illud habeat,hoc tamen nõ
obſtat,quin filij hæredes patris ſuccedãt,& ſuc-
cedendo feudum obtineant,quod ideo,& in le-
gitimam imputabunt, prout neminem uidi, qui
id ex propoſito neget.

Secunda apoſtilla tollitur,conſiderato ex al-
** tera communiori ** verioriq; ſententia, volen
35 tem ſuccedere † in feudo hæreditario mixto,de
bere eſſe hæredem,non tantum primi acquiren
tis,quod in omni feudo requiritur,ſed & vltimo
loco defuncti,vt clarè poſt allegata per cũ expli
car Thom.Mari.de feud.hæredi.titu.5.num.34.
cum ſeq.per Clar. dicto §. feudum quæſtio.80.
uerſic.ſed quæro quamuis in praxi patriæ meæ
hæredem primi tãtum paſſim admitti uiderim.
Et licèt in feudis conſideretur ſucceſſio primi
non ultimi,id intelligitur, quo ad vocatos in in-
ueſtituris,videlicet, vt qui primo ſuccedunt, ſal-
tem mediate per alios admittantur, vel dican-
tur ſuccedere,ex inueſtitura priorum,non nega
tur tamen , quin & debeant eſſe hęredes alte-
rius perſonę vltimo loco defunctę, uel alterius,
cuius medio primi acquirentis efficitur hæ-
res.

Digitized by Google

res, & ſic vltimi hæredis ex inueſtitura primi,
vt hinc illud feudum dicatur de hæreditate, &
bonis vltimi, qnando in fideicommiſſo petitio-
neque hæreditatis veniat per Thom. Marin. de
feud.hæred.tit.5.num.34.cum ſeq. Addo, quod
vera exiſtente illa opinione communi, de qua
36 per Clar.q.80.quod ſœmina ſemel † excluſa per
petuo duret excluſa, infertur neceſſario tractari
de hæreditate vltimi, non autem primi, ſicut fit
in allodialibus, virtute ſtatuti ſœminas exclu-
dentis, & quod dicatur agi de hæreditate & ſuc-
ceſſione ultimi, licet tractetur de inueſtitura pri-
mi, nec vera ſit illa regula in feudis agi tantum
de primi ſuceeſſione, videatur amplè Pariſ.con-
ſilio 23.num.262.cum ſeq.uolu.1.Fulg.conſilio
octauo, in fi.Cæphal.conſi.30.num.54.volumi-
ne primo.

Tertia ſimiliter apoſtilla, eneruatur, animad-
uertendo, qnod maioria conſtituta a lege, rege,
vel ab habente authoritatem in fauorem primo
geniti. quæ omnino cæteros filios, vel ſratres ſe-
cundi gradus excludit, admittit excluſos ad por
tionem legitimæ, vel talem, † quæ loco legitimę
37 ſuccedat, & ex qua commodè filius, vitam agat,
per Roderi.loco ſupra allegato Palat. Ruuio.in
repet.rubr.de don.inter virum & vxorem. §.16.
columna fina.& cæteros, vbi ſupra. Vnde, ſi ex
illa detrahitur, quanto magis ex ſeudo hæredi-
tario mixto.

Nec opponatur, poſſe detrahi in ſubſidium,
quando bona allodialia deficiant, Cur.iun.con-
ſilio 21.num.12. Cumque actrices de Beccagu-
tis habeant unde ſe dotent ex ſeudis, nihil con-
ſequentur. reſpondetur enim dictum illud detra
ctionis in ſubſidium, ex honeſtate procedere in
feudis maioriæ in feudo ex pacto & prouiden-
tia & ſimilibus bonis, a quibus cæteri filij, uel ſœ
minæ ſunt pœnitus excluſæ, at in alijs, quorum
ſunt habitu capaces, licèt pro tempore excludã-
tur d.cõſideratio minime procedit, exemplum
38 † in filia excluſa a ſtatuto, quæ tamen legitimã,
vel dotem loco legitimæ conſequitur in bonis
excludentis, quorum alias habitu capax foret,
licèt dotem matris, vel alia bona detineret. Bal.
in auth.nunc autem.C.de Epiſco.& cler. & in l.
eum legem eodem tit. Salicet.in auth. nouiſſ.C.
de inoffic.teſtam.in propoſito Bar.in l.vt iuſiu-
randi.§.ſi liberi.ff.de operi.libert.Cæphal.conſi-
39 lio tertio, num. 59. † fœminam enim excluſam
ob agnatum oportet dotatam eſſe, licet id ſtatu-
tum non dicat, Capi.deciſ.176.numero 11.De-
cius conſi.26.in 1.Natta.conſi.201.num.13.Ti-
raq.in l.ſi vnquam in verbo ſuſceperit, liberoſ.
num.109.& ſequen.C.de reuoca. don.Fran.Pi-
ſci.in ſtatuto exclud. ſœmi. num.153. in 1.Rip.
conſi.12.uolum.2.conſ.feud.Bombin.conſ.55.
Aymo in conſuetud. Aluerniæ pag.55. num.9.
cum ſeq. ſic non ſequitur, eſt ab illis bonis exclu-
ſa, adſuntque allodialia, ergo nulla feudorum ra
tio habcb.tur.

Quartam apoſtillam admitto, & ſubdo, dum
ſuccedere intelligens in d.ſeudo.hæredem ſe fa-
cere conuenit, ſequuntur infiniti propè effectus
40 † & in ſpecie nonnulli, ad caſum noſtrum ada-
ptabiles, quod de hæreditate ultimi defuncti iu-
dicetur, in illius petitione veniat, in legitimã cõ-
putetur, & alij de quibus in terminis noſtris, per
Marinum Freciam de ſubſeud.lib.3. in differen-
tijs ſeudorum ex pacto & hęreditario, per totũ,
& maxime 6.in fi.8.10.14.& ſeq.Cur.iun. conſ.
322.vol.3.

Sequitur quinta dubitatio, in qua cardo hu-
ius articuli conſiſtit dicitur, cui tamen reſponde
ri poſſe arbitror.

41 Primo, quod † in ſeudo ſuſcepto pro ſe & hę
redibus vtriuſque ſexus, licèt primo maſculi ſu-
per extantes ſœminabus præſerãtur ex ordine,
cap.1.Epiſc.vel Abb.cap.1. de ſucceſſ. feud.per
Bart.in l.vt iuſiurandi.§.libert. ff. de operi.liber.
Deci.conſi.193.numero quinto, cum ſimil. ſœ-
minæ tamen illæ ſunt capaces, ſœmineum dici-
tur feudum, & in illo fœminæ ſuccedere poſ-
ſunt, ex text.clar.in capitul.1.§.filiæ vero ſucce-
dunt.de ſucceſſ.feud.cap.1.§.ad filias, de ſucceſ.
fratr.c.1.in fin.de ſeud.March.c.1.§.& qui vidi-
mus, ubique Afflict.de his qui ſeud.dar.poſſ.Pa-
riſ.latè conſilio 23. numero 44.& 46.cum ſeq.
volumine primo, ſubdens illud pronomen, vtri-
uſque adaptari ad ſœminam propriè, ſicut ad
maſculum, ſœminamq; in dicto feudo vno ſer-
mone ad ſucceſſionem, ſicut maſculum admitti,
nec dici perpetuo excluſam, etiam, quod adeſ-
ſent maſculi, qui virtute legis ipſam pro tempo-
re, donec inquam maſculi ſupereſſent, exclude-
rent, vt inquit ipſe num.56.cum ſequen.quod
procedit maxime, ubi ſit ſacta conceſſio pro hę
redibus utriuſque ſexus, vt hic, pro ut diſtinguit
Pariſ.conſi.9.num.30.& conſi.12.num.16.uo-
lum.1.Zaſ.de ſeud.part.8.num.56. Alexan.Rub.
in l.Gallus.§.quidam recte.num.116.ff. de liber.
& poſth.Crot.conſi.27.num.3.Clar.§.feudum.
q.73.uer ſi.& in hoc propoſito, ex quo infero,
cum ſit illius feudi capax ſœmina, in illo ſucce-
dat & improprium feudum iudicetur, quod ex
42 tali feudo † filia legitimam conſequetur, quan-
do habitu ſemper ab inteſtato in illo ſuccedere
valeat & actu, non exiſtentib.deſcendentib.ma-
ſculis, quod in emphiteuſi ſimili tenet Bal.conſ.
70.in fi.uolum.2.in feudo primæ genituræ Ale-
xan.Rub.conſi.34.num.8.& in ſeudo ſimili.ſæ-
mineo, Bertrand.conſi.173.dubio 15.num.44.
45.cum ſeq.lib.3.part.2.amplè Marzar. contil.
22. requiſitus in tertio dubio, ubi inquit Rotæ
Romanæ auditorium, ita alias iudicaſſe, ex rela-
tione Domini Burgheſij. iur. conſ. celeberrimi
in curia legitima enim eſt quarta eius, quod ab
inteſtato quis ſuiſſet habiturus, etiam quod ip-
ſe actu non ſuccedat. l. Papinian. §. ſi quis mor-
tis.ff.de inoffic. teſtamen. l. parentibus. authen.
nouiſſ. C. eodem Cagnol. in §. quarta. eiuſ-

dem leg.Papin.num.4.cum ſimil, minimè vero debeatur in bonis,quorum filius ſit omnino inſucceſſibilis,& pro mortuo habeatur, vt ſentit Deci.conſi.299.num.5.

43 Secundò,negando conſequentiam,† nō poſſunt ſuccedere in iſtis feudis, ergo ex illis legitimam non detrahunt, namque ſequela procedit tantum, vbi quis non poteſt nunquam habitu, vel actu ſuccedere, & eſt ſui natura in ſucceſſibilis,ſecus vero ſi ſit habilis aliquo modo, ex propria perſona,licet ordinatione legis, ſtatuto,vel a teſtatore excludatur. exēplum in excluſo a teſtamento,cuilibet notum eſt,quia filius,pōt non obſtante diſpoſitione paterna,illum actu priuāte ſuam legitimam, vel ſupplementum conſequi,cui nullum onus nec grauamen adijcitur.d. l.Papinianus.§.quarta.vbi Cagn.in primo Dec. conſi.269.num.11.& ſcripſi alias. exemplū ſtatuti ponitur in filia excluſa, quæ tamen legitimam in dictis bonis conſequitur. Remanet tertium de excluſo a lege, vel conſuetudine, vt in filia fœmina a feudo, quæ pro vt in illo diuerſimode admittitur & excluditur, ita etiam legitimam conſequitur,& illa priuatur, primoque caſu loquendo in feudo vero libero & proprio,ex
44 pacto & prouidentia tantum, † a quo filia prorſus excluditur, nec ex eo ſimiliter legitimam aliquam conſequitur, vt concludunt omnes in ca. licet,extra de voto Bald.Oldr.Zabar.Imo. & alij allegati per Pariſ.conſilio 17.num.30.cum ſeq. vol.2.Deci.conſi.269.num.11.Zabar. conſ.64. in fi.niſi tamen allodialia deficiant, quia tunc ex æquitate ac pietate paterna, prouidebitur pro filiarum dotibus & alimentis, ſuper dictis feudis, ſaltem in illorum fructibus ut ait Curt. iun. conſi.21.nu.14.Rodo. Soarez. & Palat. Ruuio. loco ſupra allegato. At in feudis hæreditarijs mixtis in proprijs fœmineis, ſeu ad quæ admittuntur fœminæ, licèt poſt maſculos nemini dubium ſit,ipſas legitimam ex illis detrahere, cum corpora hæreditaria cenſeantur, vt dicebat Bal. dicto conſi.70.in fine. Marin. Freci. de ſubfeud. lib.3.4.diff.pag.261.tum quia & in illis,fœmina ſuccederet ab inteſtato patri, ſeu vaſallo mortuo,non extantibus maſculis, quòd omnes ſcribentes,vt ſuperius adduxi, ex communiori in-
45 dubiè affirmant,nec fœminam ſemel admiſſam excludi, etiam quod ſuperueniret maſculus ex magis communi, relata per Alba.conſilio 106. num.11.Nec refragatur, quod cum per maſculos exiſtentes filiæ ſint excluſæ,legirima non debeatur,quia non ignorarunt doctores data facti ſpecie in detractione legitimæ ex feudo hæreditario maxime fœmineo, vel eſſe viuos maſculos excludentes, vel nullos extare. Et ſi nulli maſculi adſint,quod fœminæ admitterentur ad totum, nulla habita ratione legitimæ per C. primo.§.filiæ.de ſucceſſ.feu. multa Cæph. conſilio 30.per totum:Si vero maſculi ſuperexiſtāt, quo caſu fœminæ ſunt excluſę, legitimam ipſis ex dictis feudis tantum deberi, alioquin dicta concluſio ſcribentium prorſus vana & inutilis foret, tum quod nullum detur feudum, in quo fœmina non dicatur actu quandoque & temporaliter excluſa,ſeu ſub conditione,ſi maſculi aderint,& tamen ex iſtis dictam legitimam capi intellexerunt,tum quod in iſtis feudis ſolummodo,quādo fœmina actu,& re ipſa eſt excluſa a maſculo, tractetur de legitima percipienda, non ubi admiſſa eſt,& maſculi deficiant, quia tunc integrū
46 feudum ad ipſas pertineat, † non obſtante, qđ ſemel ſint excluſæ, cum id non vendicet ſibi locum in temporaliter a conſuetudine feudorum excluſis,vt in terminis not.Pariſ.conſi. 23.num. 56.uolum.1.Cæphal.conſi.30. num.46. ad fin. vol.1.Socin.iun.conſi.79.uol.4. & quod in iſtis
47 terminis loquantur, adduco † tertio loco authoritate, vt ex illis aperiatur iuſtitia iſtarum nobil. ſororum.

Abbas enim.conſi.12.nu.5.7.dubio lib. 1.cōcludit affirmatiuè,filiam debere dotari, ac vltra legitimam ſuam,ſi non ſufficiat a fratre,qui ſucceſſit tantum in feudis hæreditarijs mixtis, eo quod ſit patris hæres.

Capici.deciſ.2.num.4.feudum, inquit, hæreditarium connumerari cū alijs bonis,vt ex omnibus filius detrahat legitimam.

Alexand.rub.conſi.34. in fi. num. 8. admittit fœminam aliter per maſculum excluſam, poſſe legitimam in feudo, in quo ipſa ſuccedere poſſit,detrahere,& licet addat,& extranei ſuccedāt, non fit tamen,quin & ſi fœmina tantum ſuccederet,ex illa conſuetudine legitimā detraheret.

Marin.Frecia,de ſubfend.li.3.differ. 19. nu.2. pagi.265.contrario ſenſu ſentit ſecundo genitū poſſe,quandoque legitimam ex feudo dato primogenito detrahere,licet nō detrahatur ex feudo primogenituræ quod legit.primi cenſeatur.

Menoch. in feudo luzariæ ſic hæreditario mixto,loquens in conſi.104.num. 14.ad notat. in ſpecie feuda vera ex pacto non computari in legitimam,ex feudo enim hæreditario legitimā detrahi.

Saluatic.conſi.7.nu.15.& 17.inter conſi.Martian.ait ex emphyteuſi hæreditaria mixta, legitimam detrahendam, ne occurrente caſu, vt hic, quod diues pater ſit in bonis feudalib. tantum, ſequatur abſurdum,quod filia in caſtitate viuēs, nil pro legitima conſequatur.

Ioan. de Prato conſi. 61.nume.8.inter conſi. Martian.ſentit ſimilia bona in legitimam computanda,ex quo ſequitur,& ex illis detrahenda, cum imputatio, & detractio a pari procedant. Clar.§.feudum.q.46.in fi.

Andr.de Barb.conſ.62.nu.18.eod. loco non uidetur diſſentire.

Guido Papa deciſ.476.num.1.uolens, legitimam deberi ſecundo filio Regis, ex omnib.dignitatib.ducatib.& bonis patris, in pecunia tm̄, non in corporibus, idem in deciſ.487. num.2.

Boer.

Boer. [illegible] 104.num.14.& 19.

Sequitur illudmet dictum, Aſcan.clement. de patr.poteſt.effect.16.num.53.

Idem probat Clar.in §.feudum q.46.inquiẽs ex feudo hẽreditario mixto.legitima detrahẽdam,etiam ſi ſit ex pacto tantum,& prouidẽtia dum tamen à Patre ſolum quæſito,& hanc magis ** communem ait.ex Alex.& alijs.

Camera. in c.imperialẽ.§.præterea ducatus lit. E.pag. 103.de prohibit.feud.alienat.per Feder.verſ.quid dicemus.Qui Iſerniam,Caſtr.Bal. & cæteros allegat,& ait legitimam poſſe,etiam ex feudo primæ genituræ indiuiduo detrahi,ſi non in corpore, ſaltem in æſtimatione, eo qđ iure feudorum ſcripto,non reperiatur in his detractio legitimę prohibita, ꝓ vt inquit pa.104. ridiculum eſſet dicere, qđ ex emphiteoſi hæreditaria non detraheretur.

Ioan.Lupus in repet.c.per veſtras.§.47.num. 17.de donat. inter vir.& vxorem, fatetur illudmet de legitima in pecunia debita cæteris filijs ex comitatu,& alijs feudis indiuiſibilibus debitis primogenito tantum.

Petrus de Barbobus conſil. 137.nu.29.& 30. cõſ.vlt.volunt.aſſerit filio legitimam.ex Caſtris omnino deberi.

Rimin.iun.conſ.5.nu.68.non abnegat legitimam ex Caſtro feudali detrahi poſſe.

Ruin. conſil. 117. num. 19. in 3.ſupponit ex emphiteoſi hæreditaria legitimam detrahẽdã.

Bertrã.expræſſe d.cõſ.173. nu.45.lib.3.par.2

Marzar.latius in filio & filia loquens,ingens ita Romanum auditoriũ iudicaſſe, etiam ſuper Caſtris & feudis iuriſdictionum,in d d.cõſi.22. in fi.3.articul.Adducique multi poſſent,firmantes ſimilia feuda in legitimam imputari.dum enim imputantur,& ex illis neceſſario detrahitur,quãdo paris imputata ſuccedat loco portionis aliorum, à quibus legitimę pars detrahi,& ſuppleri deberet.in ſimili, Regni Neapolitani Iu.Periti, ſcribentes ſuper conſuetudinibus, & in ſpecie ſuper conſtit.in aliquibus paſſim admittunt,paragium, dotesque filiarum cõſiderari, iuxta portionem legitimæ, & ſuper omnib. paternis bonis,dimiſſis etiam maternis,& pręcipuè ſuper feudis hæreditarijs mixtis,allegantes Capici,rub. Alex.& Ripam,de quib.ſupra per Napodan.in conſil.Regni de ſucceſſ.ab inteſta. pa.96.in pri.lit.E.& pa.170.1.fac.Qua propter ſine dubio cõcluſionẽ hãc procedere arbitror.

Nec obſtat doctrina Fabiani in auth.nouiſſ. nu.74.C.de inoff.teſtam.ipſe enim loquitur de emphiteoſi & feudo, ex pacto tantũ, & prouidentia, ac ſuſcepto pro maſculis tantum,vel in dignitatibus,ſeu cuius fœminæ ſunt omnino incapaces,nec in illis ſuccedere poſsũt,& ideo legitima non debetur,vt ſi eſſet ſuſceptũ pro maſculis & fœminis, ſentiat Fabianus,quod legitima ex eo detraheretur, ſicut eiuſdem fieret cõputatio,ſeu collatio cum cæteris fratrib.& tanto fortius, ſi eſſet hæreditarium mixtum.vt hic, quod venit in petitione [illegible] tis in fideicõmiſſ [illegible] & [illegible] ne,atq; detractione [illegible] d.auth.nouiſſ. num. 114.quæ [illegible]

Præterea,licet hæc feuda non admittant cõtra legem feudorũ fœminas, & maſculos ſimul eodem tempore ſuccedentes, nec cõſequẽter, vti non redacta ad regulas iuris cõmunis, & naturam propriam ſucceſſionis,ſtatuto excluſiuo feminarum compreſſa dicantur talia enim

48 † ſtatuta in d.feudis locum ſibi non vendicant, ex diſtinctione Bruni.d.art.8.q.23.licèt contra Brunum teneat d.feuda omnino,comprehendi Ioan.de Arno. dialog. 19.attamen ex ipſis detrahetur legitima, cum ſint in bonis & hæreditate patris, dictorumque feudorum ſit ſemper habitu,& actu,quandoq; capax dicta fœmina, & in illis valeat ſuccedere, ex eiſdem propterea legitimam cõſequatur, licèt à maſculis exiſtentibus tunc excludatur de iure, pro vt quoque excluſæ à ſtatuto ſtantibus maſculis,ex di-

49 ctis bonis legitimam, vel dotem capiunt,† quia ſtatuti excluſio filiarum generaliter à ſucceſſione, nõ excludat a legitima,maximè ſi illas dotari iubeat, per Iaſ.in d.auth.nouiſſ.in fi.C.de inoff.teſtam.quam ſententiam inconcuſſam,& veram inquit, quicquid dicat Deci.conſil.26.Aimo in conſuet. Aluern.tit.12.de ſucceſſ.art.35. num.9.Idem ergo dicemus,vt in excluſione legis feudalis, ſtantibus maſculis non excludatur legitimę detractio, vt alias cõcluſum ſuis & iudicatum virtualiter, per Illuſtres Dominos Pręſidem & Senatores Mantuæ,in cauſa Dominę Liuiæ filiæ quondam Herculis de Graſſis contra alios conſortes de Graſſis,in cuius gratiam cenſuit legitimę ſupplementum ſibi debere, & quæ ſuper omnibus bonis feudalibus, ac emphiteoticis detracta fuit, & calculus ſuper illis initus ab eodem Senatu confirmatus. Qui tandẽ in præſenti contrauerſia, cenſuit die 10. Februarij anni 1576.conſideratis omnibus bonis paternis, ac dote materna comprehenſa, quatuor mille ducatos vnicuique earum nubenti,pro dote aſſignandos fore.

Franciſcus Burſatus. I.C.Mantuanus.

PRO NOBILIBVS D.ALEXANDRO. & Annibale de Gozadinis Patritijs Bononienſibus.

ARGVMENTVM.

An per natiuitatẽ Nepotis hæredis inſtituti ab auo facultas adminiſtrandi bona hæreditatis in teſtamento conceſſa commiſſarijs,donec naſceretur Nepos,ſit adeo extincta, ut ipſis amplius non liceat, niſi in certis caſibus,in ea ſe intromittere.

Et an poſt natiuitatẽ prædictã, quatenus dicta facultas extincta e[st], et, locationes & cæteri contractus fa[cti] per d[ict]os cõmiſſarios cõcernentes eorũ adminiſtrationem iure ſubſi[st]iant.

An nato d. Nepot[e] hærede inſtituto, adminiſtratio d[ict]æ hæreditatis deuoluta ſit ipſius Patri, ac ei ex mente & verbis teſtatoris conceſſa, excluſis commi[ſſ]arijs.

An lite pendente Auus paternus d. Nepotis potuerit ei decerni curator ad lites, ac ipſe Auus paternus accipere ſibi in coadiutorem patrem d. eius Nepotis, poſito quod adminiſtratio directò nõ ſpectaret ad Patrem.

An adminiſtratio dictæ hæreditatis poſt ſententiã alijs conceſſa, quàm Patri & Auo, pendente appellatione, nulla ſit.

SVMMARIVM.

1 Dictio donec quandiu, dum, quoſque, & ſimiles temporis diſtributionem ac limitationem deſignant, ita vt per illas diſpoſitio loquentis reſtringatur.

2 Vſufructu mulieri relicto, donec caſta et vidua permanſerit, cum primum nubat conſolidatur cum proprietate.

3 Adminiſtratoris officium finitur, lapſo tempore per teſtatoris legem, ac conſtitutionem præfixo.

4 Adminiſtratione, & bonorum poſſeſſione non priuatur hæres in lucem prodictus, pendente tempore, quo ſibi ſtatuitur tempus ad deliberandum.

5 Curator nõ datur bonis pendente termino ad deliberandum, niſi inſtantibus creditoribus, ad effectum, vt citius ipſis ſatisfiat, ſed hæres inſtitutus pure, vel ab inteſtato regulariter poſſidet, ac adminiſtrat, niſi ſub conditione inſtitutus adire differet. ex * cõi.

6 Cura ventri prægnanti, vel futuro poſthumo decreta, ceſſat ſtatim, quod hæres, vel infans naſcatur.

7 Executor vltimarum voluntatum, non ſe ingerit in adminiſtratione bonorum hæreditatis, ſeu eorum regimine, ac diſtratione, dato alio hærede, cui præcipuè id oneris ſpectat, niſi id expreſſe teſtator mandat.

8 Executoris vltimarum voluntatum, officium eſt intendere, ut voluntas teſtatoris expleatur, ac ſecundum diſpoſitionem morientis vniuerſam procedatur.

9 Teſtator, ſi quid tacuit in teſtamento, noſtrum poſtea non eſt, ommiſſum ſupplere.

10 Commiſſarij particulare teſtamenti, dicuntur nudi miniſtri & meri executores.

11 Commiſſarij teſtamenti non poſſunt bona hæreditatis propria authoritate capere, niſi hoc ſibi à teſtatore permittatur, aliàs adminiſtrare non poſſunt, niſi cum iudicis decreto.

12 Commiſſarij, quibus in teſtamento eſt data facultas libera alienandi, tenentur nihilominus in diſtractionibus hæredem requirere, ac cum illius aſſenſu contractus celebrare, cum facile ab hærede induci poſſent, ad vendendam diuerſam rem.

13 Actus a non habente poteſtatem, geſtus eſt nullus, & pro nullo reputatur.

14 Commiſſarij, qui elapſo tempore, vel qui negligentia executioni non demandarunt voluntatem defuncti, ipſo iure poteſtate priuantur, ac in caſu negligentiæ talis poteſtas ad Epiſcopum deuoluit.

15 Executores æquiparãtur tutoribus, ac à pari ferè procedunt, cum adminiſtratoribus bonorum procuratoribus, ac curatoribus.

16 Contractus à falſo tutore, curatore, vel adminiſtratore, eſt nullus, nec præiudicium infert minoribus, vel dominis, nec ipſorum hæredib.

17 Nullitas contractus, quomodo in praxi deducatur.

18 Iuramentum in litem defertur cõtra falſos tutores, curatores, & bonorum adminiſtratores, pro contractibus ab eis geſtis, etiam circa fructus, damna, & intereſſe.

19 Contrahentes cum falſis tutoribus, vel curatoribus, uſucapere minime poſſunt, nec, fructus aliquos lucrari, & de hoc redditur ratio.

20 Actus facti à falſis tutoribus, & adminiſtratoribus, quamuis tenderent in utilitatem minoris, approbari tamen non poſſunt, ſi ante eorum finem, ex aduerſo opponatur nullitas, uel tendant in tertij præiudicium.

21 Ratificari poſſũt ſimpliciter à minore, uel maiore geſta per falſum tutorem, uel procuratorẽ, ex * communi.

22 Tutores, vel procuratores ac cæteri adminiſtratores, finito eorum officio actiuè, uel paſſiuè agere non valent, ſed tantum negotia inchoata proſequi, alias faciunt litem ſuam, & contra ipſos, uti temerarios, iuratur in litem ſi finito adminiſtrationes officio, audent ſe in rebus minorum intromittere.

Dominus

23 *Dominus rem propriam, à falſo tutore [illegible] tore alienatam vendicat, licet contra tut[illegible]es detur poſtea actio contrahenti ad intereſſe.*

24 *Contractus à falſo tutore vel curatore geſtus, annullatur per minorem, per uiam exceptionis.*

25 *Filij, donec in lucem prodíti ſunt ſub poteſtate parẽtum alios tutores vel curatores habere*
* *non poſſunt, quam eorum patres. ex * cõmuni.*

26 *Filiorum res alteri, quàm patribus non ſunt credendæ.*

27 *Tutor legitimus filij impuberis, effici tur pater, ſtatim, quod eum emancipauit.*

28 *Filium alia à patre ac gubernari, hic eſt ſtatus naturæ primæuus.*

29 *Tutor poteſt in teſtamento à patre decerni, etiã filijs naſciturís.*

30 *Pater non poteſt eſſe legitimus adminiſtrator filij, in bonis aduentitijs, niſi ex teſtamẽto ſi*
** *bi quæratur uſusfructus ex magis* cõmuni.*

31 *Pater, quamuis in bonis aduẽtitijs filij non ſit conſtitutus uſusfructuarius, attamen quando non eſt ſuſpectus à Teſtatore vel lege, erit in ipſis datiuus, non legitimus adminiſtrator, & ſic omnia adminiſtrabit, licet ex l. uel pacto nullus ei uſusfructus quæratur.*

32 *Pater datus tutor de aminiſtratis, tenetur ſubire onera reddendi rationem, cauere & alia facere, ad inſtar cuiuslibet tutoris, vel cura-*
* *toris, ibidem ex * communi.*

33 *Pater licet aliàs non ſit legitimus adminiſtrator filij emancipati, habet tamen legitimam adminiſtrationem, pro adeunda hæreditate.*

34 *Pater, dicitur legitimus tutor filij, licet à Iudice decernatur, Et ibidem ratio aſſignatur, ob quam, multa remittuntur patri, quando eſt legitimus adminiſtrator.*

35 *Patri nec uſusfructus, nec adminiſtratio prohibentur pro legitima debita filio inſtituto.*

36 *Alienari non poſſunt bona filij, citra aſſenſum patris, etiam quod pater in eis non habeat uſufructum, & ibidem ratio aſſignatur.*

37 *pater, in bonis, in quibus uſusfructus ſolum, non autem proprietas filio relinquitur, habet tan-*
** *tum commoditatem ex crebriori** ſentẽtia. Pro qua commoditate tenetur cauere, de utẽdo arbitrio boni uiri, & de reſtituendo fructus omnes perceptos, finita commoditate, licet in alijs bonis ſecus.*

38 *Patri ius conſeruatur in alienatione bonorum, quæ fieret per minores, ex cauſa ultimarum voluntatum [illegible] nõ de[illegible]tur.*

39 *Vſufructu prohi[illegible]to pa[illegible] à teſtatore ſimpliciter [illegible] facultas abſolute pat[illegible] adminiſtr[illegible].*

40 *Prohibito uſufructu pat[illegible] in bonis filij, non cenſ[illegible]tur pro[illegible]bita facultas patri adminiſtrandi bona filij, etiam ex præſumpta*
** *mente teſtantis tantũ ex magis** cõmuni.*

41 *Prohibito vſufructu in parte tantum, non cẽſet denegata à teſtatore tota adminiſtratio.*

42 *Approbatiuẽ unius rei cætera cẽ[illegible]nĩ im pbata.*

43 *Teſtator, in caſibus omiſſis contrarium cenſetur voluiſſe eius, quod diſpoſuit, in caſibus expreſsis.*

44 *Qui vult conſequens, vult & omne neceſſarium antecedens ad illud.*

45 *Adminiſtrãs negocia aliena, ad quæ teneatur.*

46 *Adminiſtrator & tutor iudicatur i[illegible]e, cuius cuſtodiæ, & gubernio commiſſa ſunt bona per teſtatorem etiam quod id non ſit expreſſum.*
* *ex * communi.*

47 *Tutor teſtamentarius, vbi adeſt, ceſſant cateri tutores ac bonorum adminiſtratores.*

48 *Tutor teſtamento minus ſolemni relictus, ſi tamen à Iudice confirmetur, facit ceſſare alios tatores, ac bonorum adminiſtratores.*

49 *Patri à lege primo loco defertur cura filiorũ.*

50 *Proximiores in gradu antepomuntur curæ filiorum, & ibi ratio aſſignatur.*

51 *Pater eſt legitimus adminiſtrator filij in bonis, in quibus etiam non habet vſumfructũ, vſque quo filius eſt perfectæ ætatis.*

52 *Aetas perfecta quæ dicatur.*

53 *Pater ex l. præſumptione adeo intenſo amore filios proſequitur, vt nemò alius adminiſtrator eum antecedat.*

54 *Amor nullus vincit paternum.*

55 *Pater ob amorem quo filios proſequitur, & pater & filius dicitur.*

56 *Pater ſi priuatur vſufructu, aufertur eidem adminiſtratio bonorum ex præſumpta ſuſpitione.*

57 *Prohibito uſufructu patri non cenſetur ei prohibita adminiſtratio.*

58 *Nepos eſt in poteſtate Aui non patris.*

59 *Adminiſtratio ei competit, cui acquiritur uſusfructus.*

60 *Leges abſurdo habent quod quis gerat negotia aliena.*

61 *Pater cui uſusfructus in bonis filij acquiritur*

*ritur poteſt agere & procuratorem conſtitue-re circa cõſenſum filij cuiuſcunque ſit ætatis. ex * communi.*

62 *Tutor, Curator, vel ampli patrimonij admini-ſtrator poteſt pluribus de cauſis ſocium ſibi factorẽ conſtituere, ac ipſis ſalarium præſtare.*

63 *Electione coadiutoris facta per tutorem uel cu-ratorem obligatur præponens ſi coadiutor ſit in culpa.*

64 *Lex quando ad actum aliquid prohibet vel fieri mandat non per hoc actus redditur nul-lus ſi quid omittatur uel contrarium fiat ni-ſi expreſſe reſiſtat.*

65 *Curator tum ad lites tum ad bona minoris inui tus datur ac cogitur Iura tueri.*

66 *Curatoris noui mutatione, an parti generetur præiudicium aliquod.*

67 *Procurator nouus lite etiam conteſtata inuito aduerſario decerni poteſt à Curatore vel tuto re minoris.*

68 *Procurator nouus conſtitui poteſt lite etiam conteſtata ab alio procuratore.*

69 *Cura lite pendente decreta an ualeat.*

70 *Tenuta nulliter conceſſa eſt reformanda per Iu dicem, ſi apparet de bono petentis iure.*

71 *Praxis, quæ fit circa reaſſumptionem litis per nouum Curatorem.*

72 *Electo uno adminiſtratore bonorum legitimo, alius amplius eligi non debet.*

CONSILIVM CXXXIII.

TRINITAS ADSIT.

NObilis eques Dominus Vliſſe de Gozadinis patritius & ſenator Bonon. condito teſtamento die 26. octobris. 1566. inſtituit hęredem vniuerſalem primum filium naſcendũ ex altera Nob. & D. Laudemiæ & Iuniperæ eius filiarũ in matrimoniũ locãdarũ duob. viris ex Gozadinorũ familia, ſubſtituens primũ filiũ maſculũ alterius linea maſculina penitus extincta filię, q̃ primo filiũ maſculũ ꝓcreaſſet, cũ declaratione, qđ nullum ius vſufructus in bonis. d. teſtatoris q̃ratur patrib. hæredũ inſtitutorũ, ſed deducto vſu domus habitationis teſtatoris ac expenſis neceſſarijs taxatis dicto hęredi arbitrio cõmiſſariorũ teſtamẽti aut maioris partis illorũ, teneaꝸ & quilibet eorum teneretur retinere bonum computum de his quæ peruenerint ad eorũ manus & ad requiſitionem hæredis ſaltem in ætate annorum viginti conſtituti reliqua eidem conſignare ac reſtituere, voluit tamen, vt in domo, donec naſcetur hęres ſtent filiæ ſuę & mariti ſimul ſed illo nato recedat altera filia cum viro, hæreſque tantum cum patre, & matre illam cohabitent, nec vnquam patres habeant niſi ſolam habitationem domus, minimè vero expenſas, illud autem quod ſupererit his deductis de redditibus bonorum eius hæreditatis poni mandauit ſupra monte Pietatis Bonon. conuertendum in inueſtituram bonorum ſtabilium ad commodum hæredis vel in ſatisfactionẽ creditorum hæreditatis arbitrio commiſſariorum. aut maioris partis eorum, iubens de omnibus retineri computum & ſe remittens fideicommiſſariorum, quibus in hoc dedit ampliſſimam poteſtatem pro uidendi illorum arbitrio, commiſſarios autem ſuos, & teſtamenti executores nominauit ſeptem viros nobiles, quibus & illorum maiori parti conceſſit autoritatem exequẽdi, & debitæ executioni demandandi omnia & ſingula per eũ ordinata, & pro executione huiuſmodi ſi erit neceſſe facultatem alienandi & vendendi de bonis. d. teſtatoris per publica inſtrumenta, & cum clauſulis debitis, Nec non donec maſculus naſcatur hæres prædictus, regendi gubernandi & adminiſtrandi bona hæreditatis ipſius teſtatoris & pro ꝑdictis dicendi, & faciendi quæcũque neceſſaria & opportuna eorum arbitrio.

Mortuo teſtatore cõmiſſarij confecto bonorum inuentario adminiſtrare cęperunt. Cumq; nob. D. Iunipera nob. D. Annibali fil. nob. Domini Alexãdri de Gozadinis Senatoris Bonon. & D. Laudemia nob. D. Camillo de Gozadinis nupſiſſent, ex d. Iunipera & d. Annibale natus eſt primus maſculus Vliſſes Iunior nuncupatus hæres vniuerſalis ab omnibus etiam commiſſarijs nominatus & reputatus, cuius pater legitimus filij adminiſtrator pro tẽpore permiſſit Cõmiſſarios ꝓſequi bonorũ hęreditatis adminiſtrationẽ, donec cognoſcens ipſos male vti bonorũ adminiſtratione præceptis pęnalibus Reuerendiſſimi Gubernatoris verbis prohibuit, ne ulterius ſe in adminiſtratione intromitterent.

At nolẽtes ipſi pręceptis acquieſcere, orta eſt lis, & cõpilatus vt aſſeritur ſuper. d. adminiſtratione proceſſus, ita vt iudicio inchoato decretus fuerit curator ad lites filij hæredis p Reuerẽ. D. Bononiæ Gubernatorem. magnificus. D. Alexander auus paternus, nec non die. 22. Maij. 1573. per. d. Iudicem Vrſi. decretus in forma curator, bonorum omnium. d. Nepotis hæredis, qui demum inuentarium confecit, & in coadiutorum aſſumpſit. D. Annibalem eius filium & d. hæredis patrem.

Fertur ſententia declaratoria non licuiſſe, Dom. Annibali agere, vt egit & nullam ſibi cõpetere adminiſtrationem in bonis filij abſoluẽdo in hoc. dd. Cõmiſſarios, itẽ & nota hærede

ceſſare

ceſſare adminiſtrationem conceſſam commiſſa
rijs præterquam in caſibus quibus eſt prouiſum
per teſtatorem nato hærede, ita & curã aui, &
coadiutoriam inde ſequutam vti lite pendente
factas nullas eſſe,& annullandas, finaliter prout
dendum eſſe de curatore idoneo, qui vniuerſa
bona adminiſtret vſque ad ætatem hæredis
perfectam.

A qua ſententia appellatum extitit per ma-
gnificos Gozadinos pendente appellationis iu
dicio in Rota Bonon. iudice delegato apoſtoli-
co, fuerunt per Reuerendiſſ. D. Gubernatorem
decreti curatores bonis. d. hæreditatis, nob. d.
Franciſcus Maria Giſolerius,& nob. d. Ioannes
de Vrſi, quibus tamen proteſtatum fuit, ne ſe
in dd. bonis ingerant. Modo de infraſcriptis du
bitari contingit.

Primo, num per natiuitatem Vliſſis Iunioris
hæredis facultas adminiſtrandi bona hæredita
tis conceſſa commiſſarijs ex uerbis teſtamenti
fuerit extincta, ita vt non licuerit niſi in certis
caſibus in illa ſe amplius intromittere.

Secundo ſi eſt extincta, an locationes bono-
rum hæreditatis, & alia per commiſſarios facta
poſt natiuitatem hæredis concernentia admini
ſtrationem, ſint nulla.

Tertio num adminiſtratio. d. hæreditatis na-
to hærede ſit ipſi magnifico Do. Annibali patri
hæredis deuoluta, ac eidem ex mente & verbis
teſtatoris conceſſa.

Quarto an ſaltem (excluſa pro nunc perſona
D. Annibalis) cura decreta in perſonam magni
fici. D. Alexandri aui, ac in filium coadiutoria iu
re ſubſiſtat, cœteris vero decreta pendente ap-
pellatione ſit nulla.

Requiſitus meã circa hos quatuor articulos
ſententiam depromere, libenter abſtinuiſſem
ab hoc onere propter aliàs muneris & officij
mei continuas occupationes. Verum precibus
amici mei valde amantiſſimi, & obſequentiſſi-
mi, nõ potui denegare, tametſi crederem adeo
diligenter per eximios aduocatos Bonon. rem
tractandam, vt minime opera mea neceſſaria eſ
ſet. Diuino igitur implorato præſidio, & beatæ
Virginis, cuius annunciationem hodie ſolemni
ter celebramus. Circa primum requiſitum an fi-
lio nato fuerit extincta commiſſariorum admi-
niſtratio. Reſpondeo extinctam dici.

Primo teſtator executoribus vulgo cõmiſſa-
rijs per eum in teſtamento nominatis tribuit fa
cultatem regendi, gubernandi, & adminiſtran-
di, bona hæreditatis ſuæ, donec naſcatur hæres
1 ſic nato. d. facultatem adimit, † propter dictio-
nem donec, quę temporis diſtributionẽ ac limi
tationẽ deſignat Caſtr. & Alex. in l. 1. C. de lega.
poſt Bart. in l. penul. ff. de excuſat. tuto. & ſcribit
Card. in Clem. 2. §. 1. de ætat. & qualitat. quod
huiuſmodi dictiones, donec, quãdiu, dũ, quouſ-
que, & ſimiles ſunt limitatiuæ temporis, & per
illas diſpoſitio loquentis reſtringitur. Bald. in l.
fi. C. de ind. uid. tollend. Natta conſilio 459. nu-
2 me. 15. & 16. hinc † relicto uſufructu mulieri do
nec uel quouſque caſta, viduaque permanſerit,
conſolidatur cũ proprietate vſusfructus ſtatim
cũ mulier nubat, eo quod iudicatum legatũ tẽ-
porale extinguendum ex mente teſtantis, cum
primum tempus ordinatum ſeu conditio illa ve
rificetur Bart. Caſtr. & alij in l. fin. C. de ind. ui-
duit. tollend. & in l. fi. C. de legat. Crauet. conſil.
300. nu. 5. & Pariſ. conſilio 95. nume. 44. & ſeq.
vol. 2. copioſe moderni Fiuiz inen. tract. de vſu-
fru. mulier. num. 115. & 117. Nato itaque hære-
de maſculo extincta fuit poteſtas adminiſtrãdi
executoribus à teſtatore commiſſa, ea rurſus ra-
3 tione, † Quod adminiſtrationis officium ceſſet,
ac finiatur lapſo tempore per teſtatorem, legẽ
vel cõſtitutionem pręfixo, arg. l. nulli. C. de epiſ.
& Clerici. Bart. in l. cum quidam. numero 9. ff. de
leg. 2. Angelus de Gambilio. tract. de execut. te-
ſtam. 3. part. princ. q. 3. nume. 10. & 11. Roman.
cum apoſtill. Mendoſ. conſ. 228. numero 10. in
fi. Capra. ſuo tractat. de execut. teſtam. ſeptimo
4 membro principali † & hærede in lucem prodi
to, ſi tempus deliberandi eidem ſtatuatur, pro
adeunda vel repudiãda hæreditate, illo interim
non priuatur hęres adminiſtratione & bonorũ
poſſeſſione, per tex. ſingul. in l. fi. §. ſin autẽ hoc
aliquis. vbi Iaſ. & Alexan. C. de iure deliber. mi-
5 nuſque † curator bonis datur termino ad delibe
randum pendente, niſi forte ad effectum, ut cre-
ditoribus inſtantibus, quanto citius ſatisfiat, ſed
hæres inſtitutus pure vel ab inteſtato regulari-
ter poſſidet & adminiſtrat, niſi ſub conditione
* inſtitutus adire differet, per Iaſ. ex * communi.
nume. 4. poſt Caſtr. Bald. Imol. Alexan. & alios
in rubrica. C. de ſucceſſ. edict. Bart. in l. ſi con-
ſtante. §. ſi ab exhæredato. ff. ſolu. matri. Marcus
deciſ. Delphina. 25. 26. & 27. in fin. prin. part. &
487. in 2. par. Moder. Hippo. tract. de tutor. q. 2.
num. 43. per exiſtentiam igitur hæredis ius ad-
miniſtrandi in perſonas executorum ceſſabit,
6 prout in † ſimili cura uentri pręgnanti vel futu-
to poſthumo decreto ceſſat ſtatim, cum hæres
vel infans naſcatur. l. prima. §. tam diui. ff. de
ventr. in poſſeſſ. mittend. Ioan. de plate. & Aret.
in §. cum autem inſtitu. de tutel. modern. Amer.
tract. de patr. poteſt. effect. 14. numero duodeci
mo. poſt Tiraqu. de utroque tract. §. primo. glo.
num. 76. in fin.

7 † Secundo executor ultimarum uoluntatum
perperam teſtamentarius nuncupatus, non ad-
miniſtrat bona hæreditatis, nec ſe in illius, & bo
norum regimine, alienatione, vel diſtractione
ingerit, dato alio hærede, cuius hoc ẽ pręcipuũ
onus niſi teſtator id expreſſe mandet. l. alio hęre
de. ubi Bart. ff. de alim. & cibar. lega. l. Lucius. §.
Titia. ff. de Trebel. Solum enim intendit ut uolũ-
8 tas † teſtantis expleatur, ac ſecundum diſpoſitio
nem morientis uniuerſam procedatur. cap. Tua
nobis. c. Ioãnes de teſta. c. religioſus. de teſtam.
in 6.

in 6.l. ſi pupillorum. §. ſi prætor.ff.de rebus eo-
rum qui ſub tutel. Oldend. in tract. de execut. te-
ſtamen. in pri. titu. ſecundo, & titu. 3. & titu. 6. Ia
cob. de Aren. tract. de commiſſ. nume. aa. & 34.
Bened. Capra. tract. de execut. teſtam. quæſt. 6.
9 num. 85. & ſequen. † Verum tacuit teſtator, q̃d
executores nato hęrede adminiſtrent, vel bona
regant, nec ideo id nos dicemus. l. ſi ſeruus. §.
non dixit.ff. de acquir. hæred. l. 1. §. ſi vero.ff de
cad. tol. c. audientiam. de decim. Barbat. conſil.
47. inter conſ. Alex. volum. 4. Ioannes de Arno.
ſuis topici. cap. 43.
10 † Tertiò commiſſarij particulares teſtamenti
dicuntur nudi miniſtri, & meri executores per
Bald. in l. nulli. C. de epiſc. & cleric. arg. l. tutor. §.
quæ tutor.ff. de excuſ. tuto. Bart. in l. ſi quis titio.
11 ff. de leg. ſecũdo, qui ideo, † capere non poſſunt
authoritate ꝓpria bona hæreditatis, niſi id ſibi
à teſtatore permittatur. Bart. in l. legitimos.ff. de
leg. tut. Capra ubi ſupra quęſt. 6. numero 8. cum
ſimil. nec adminiſtrant niſi ex iudicis decreto.
d. l. legitimos. non itaque infertur hos teſtamen
ti executores poſſe authoritate propria, bona
& terras accipere, adminiſtrare, regere, vel de il
12 lis contractus inire, † quando (etiam quod ciſ-
dem attributa eſſet à teſtatore facultas litem alie
nandi) tenerentur hæredem ipſum requirere, &
cum illius aſſenſu contractus celebrare, eo quia,
ad vendendum diuerſam rem, hæres facile illos
inducere poſſet, arg. l. ſicuti.ff. de arbitr. tradit. in
propoſito Bened. Capra. vbi ſupra cap. 6. nume.
106. & ſe. affirmãdum propterea cenſeo in hoc
primo articulo nato hærede adminiſtrationem
executorum ceſſare, ſaluis tamen quibuſdam ca
ſibus, in quibus à teſtatore contrarium diſpoſi-
tum reperitur.

Ex his reſultat reſolutio ſecundi capitis.

13 † Primo quia actus à non habente authorita
tem geſtus nullus eſt, & pro nullo reputatur, ita
vt tertio ſeu domino præiudiciũ minime affe-
rat. l. licet. ubi Iaſ. numero 6. C. de procur. regul.
non præſtat impedimentum de regul. iur. in 6.
14 cum vulg. † Elapſo enim tempore vel negligen-
te commiſſario exequi uoluntatem defuncti ip
ſo iure. d. poteſtate executores priuantur, quæ
iſto ſecũdo caſu ad Epiſcopum deuoluitur aut.
licet. C. de epiſc. & cleri. c. nos quidem. c. tua no
bis, & cap. hæredes. extra de teſtam. auth. de ec-
cleſ. titu. §. ſi quis ędificationem. §. ſi quis. §. ſi au-
tem legatum eodem titu. Capra. d. tract. de exe-
cut. teſtam. ſeptimo membro. numero a 4. 31. &
ſequen.
15 † Secũdario executores, adminiſtratores bo
norum, procuratores, tutores, curatores, à pari
fere procedunt, & executores, tutores, iure ęqui
parantur, ut ſentit Gloſ. in l. fin. incipit plura.ff.
de tutel. Barto. in l. ſi in emptione. §. final.ff. de
contra. emptio. Bald. in l. cum ipſe eodem titul.
Ioann. à cannibus tract. de execut. ultim. uolunt.
in tertia parte princip. quæſtio. ſecunda. nume-
16 ro 9. & 10. Capra ubi ſupra. nume. 36. † At con-
tractus geſti à falſo tutore, curatore, uel admini-
ſtratore nulli ſunt, & annullari poſſunt, nec mi-
norib. dominiſue, uel illorum hæredibus præiu
dicant tot. titu.ff. de eo qui pro tuto. uel curato.
negot. geſt. & Rubric.ff. quod falſo tut. autbent.
geſtum eſſe dicitur. l. tutor qui repertorium. ubi
17 not.ff. de admin. tutel. † Caſtr. conſilio 351. uerſ.
ponit item dico in antiquis, & conſilio 105. nu-
mero ſecundo, volu. ſecundo. ubi praticam obti
nendi ſuper contractu nullo, deſcribit Soci. iun.
conſilio 148. numero 9. numero 12. volumi. 1.
Alciat. conſilio 133. numero ſecundo, Moder.
18 Pariſ. conſilio 40. numero 29. † Et contra ſimi-
les illegitimos tutores curatores, vel ex abrupto
ſine authoritate adminiſtrantes, vendentes, lo-
cantes, uel ſe in bonis aliorum immiſcentes iu-
ratur in litem etiam circa fructus, damna, & in-
tereſſe, per apoſt. ad Bart. in uerbo tutore in l. ſi
non obtulit. numero primo. ff. de re iud. Deci.
conſilio 403. numero 11. & 19. & conſilio 178.
in pri. ample Plot. in l. ſi quando. numero 203.
cum ſequen. C. vnde ui. Bero. conſilio 128. nu-
19 mero 16. & 17. volu. tertio. † Nec ſecum contra-
hentes uſucapere poſſunt, nec fructus aliquos
lucrari cum illorum cõditionem authoritatem
& poteſtatem ante omnia perquirere debeant.
l. quod ſi minor. §. reſtitutio.ff. de minor. Pariſ.
conſilio 100. numero 33. volum. primo. in pro-
poſito. Didac. Couar. uar. reſol. libro 2. capitu.
4. nume. 13. & ſequen. moder. Fiuizan. d. tracta.
de tutor. & curat. num. 32. 35. cum ſequen. Ro-
20 ra deciſ. 38. † Quinimo dixerunt ſcribentes ſimi
les actus in iudicio à falſo procuratore emiſſos,
ſeu contractus nullos per falſos, ſeu illegitimos
adminiſtratores celebratos in utilitatem etiam
minoris tendentis non ratificari, nec probari, ſi
defectus ac nullitas opponatur ex aduerſo an-
te finem actus, ſeu in tertij præiudicium, quam-
21 uis ex * communi ſententia ratificari ſimplici-
ter à minore, & maiore ualeant per falſum pro-
curatorem geſta. ex l. licet. ubi Iaſ. numero 10.
C. de procur. Felin. in cap. cauſam. numero 9. de
iud. Arct. in §. item ſi. in fin. inſt. de except. Arius
Pinel. in l. prima. 3. par. numero trigeſimoſecun
do. C. de bon. mater. Bero. quæſt. famil. 103. Ca
22 ualcan. ubi ſupra. numero 31. † qui nec rurſus fi-
nito officio actiue uel paſſiue agunt. l. fi. vbi Bar.
in ſummario.ff. de inſtitut. actio. Alciat. conſilio
240. numero primo. ſed tãtum negocia inchoa
ta proſequuntur, alioquin faciunt litem ſuam. l.
prima. C. ut cauſ. poſt pubertatem, Franc. Marc.
deciſio. 99. & 515. in ſecunda part. poſt Specul.
tit. de actor. uerſicu. item tutor. Caual. de tut. nu-
mero 330. Propterea dicendum eſt omnes
contractus nullitatis uitio ſubiacere. Compro-
bantur ſupradicta tertio loco, quia temerita-
te arguuntur tutores, curatores, cæterique
adminiſtratores, dum finito adminiſtrationis
tempore audent ſe in negotijs minorum intro-

mittere,

mittere, contraque ipſos in litem iuratur. ita
Anchar.conſilio 316.numero ſecũdo. quos ſe-
quitur Plot.in l.ſi quando numero 207.C.vnde
vi, in ſimili Roland. à Valle conſilio 49.nume-
ro 17.& 18.volumine 1. actus ergo iſti ex mera
temeritate celebrati nullius roboris cenſentur,
prout & cœteri, à quocunque tanquam procu-
ratore vel adminiſtratore alterius cum alio ge-
23 ſti. Quoniam conſtito illum non eſſe talem, do-
minus rem propriam uendicat, licet actio ad in
tereſſe contrahenti ignoranter cum aſſerto uel
falſo procuratore cõpetat.l.ſi uno.§.vbicunque
in fi.ff.locat.vbi Bar.& Alex.in addi.Bald.in l.1.
C.de cred.euincend.pign.& in l.Iulianus.nume
ro quinto,& ſexto.ff.qui ſatis.cogant.Alexand.
conſilio 136.numero primo.volu.ſexto.Socin.
ſen. conſilio 29. volu. tertio. Tiraq. ad fin.titul.
de retract.conuentio.numero 116.Siluan.con-
ſilio 69.numero 7.& 8.volu.ſecundo.Bona igi-
tur hæredis minoris per ipſum vti dominum
24 auocari poterunt,† & per uiam exceptionis dd.
contractus annullari, iuxta Doct. Bart. in l.ele-
ganter.numero ſeptimo.ff.de dol.malo in prin
cip.Roma.conſilio 203. numero 8.cum apoſt.
Mendoſ.licet qui cum commiſſarijs nato hære
de contraxerunt actionem ad omnia damna,
ac intereſſe habeant.

Tertium articulum aggrediendo dico, videri
ex mente iuris & ex uoluntate teſtantis curam,
& adminiſtrationem omnium bonorum fi-
lij hæredis naſcituri, inſtituti, eo nato ad
illius patrem ſeu aſcendentem maſculum ſpe-
ctare.

25 † Primo quia regulariter filij in poteſtate alie
na, vt in præſenti exiſtẽtes alium curatorem uel
tutorem habere nequeunt. donec enim in lucẽ
proditi ſub parentum poteſtate ſunt illorum pa
tres legitimi tutores, & curatores exiſtunt, in-
quit text. in pri. inſtitut. de tutel. & ibi gloſſ. in
* verbo, non ſunt. quàm * communiter ſequun-
26 tur Doctores.† alteri enim quàm patrib.creden
dæ non ſunt filiorum res.l.fin.in pri.C.de curat.
furioſ.l. fin. §. ſin autem. in fin. & ibi gloſſ.C.de
boniſque liber. Corn.conſi.164. volu.4.Alciat.
conſilio 290.numero ſecundo.& attenta ratio-
27 ne prædicta† ſi pater filium impuberem emanci
pet, efficitur ſtatim legitimus illius tutor inſtitu.
de legiti.parent.tutel.Socin.iun. conſilio 59.nu
mero 30.& ſeq.uolu.3. & de ratione ample per
Clemen.de patr.poteſt.effect. 14.in prin.Octau.
28 Cacher.deciſ. 89. † hinc enim ſtatus eſt naturæ
primæuus, quo filius à patre alitur & guberna-
tur.§.1. inſtitu. de iur. natur. gent.& ciuil.tradit
Cacher.deciſ.44. numero tertio.Rimin.conſil.
40.numero 8.volumine 1.Bertr.conſi.189.nu-
mero ſecundo.volu.3. Ruin.conſil.24.numero
tertio, volumine 5. vnde nato hærede inſtituto
illius pater effectus eſt legitimus adminiſtrator
aduẽtitiorum filij, maxime ceſſante expreſſa in
29 ſtituentis ordinatione tutela, uel cura, † quæ &
filijs naſcituris quandoque in teſtamento decer
nitur, ita ut illis natis tantum tutela effectum ſor-
tiatur, interim vero cura uentri inſeruiat.l.1.l.ſi
quis filiabus.ff.de teſtamen.tutel. copioſè Tira-
quel.de utroque retract. §. 1.glo.9. numero 75.
30 & 76.† & ſi opponeretur, huic patri non quæri
tur vſufructus ex teſtamento, ſic legitimus admi
niſtrator filij eſſe nequit, authent. excipitur. ubi
Gloſ. Caſtr. & cæter. & in l. cum oportet. C.de
boniſque liber. not. in l. prima. C. de bon. ma-
tern. Aret.in §.ius autem. nume. ſecundo.inſtit.
de patr.poteſt.Specul.in tit.de actore.§.primo.
numero 23.ubi Ioan.Andr.in uerſic.& dicit.&
numero 24.& 32.Caſtr.conſilio 54.in fin.in an
tiq.addit.ad Bart in l.cum non ſolum.§. neceſ-
ſitate.in pri.C.de boniſque liber.Socin.ſen.con
ſilio 33.in princip. & conſilio 34. nume. 17.&
18.volu.primo. Crauet.conſilio 84.numero 9.
Pariſ.conſilio 157.volum.4.Socin.iun.conſ.16.
numero 20.23.& ſeq.volu.4. & conſilio 50.nu
mero 34.volu.3. Capra.conſilio 46.nume.4.&
conſilio 149.numero 14.& 15. Cagnol.in l.fra
* ter à fratre. numero 158. & 163. ubi de * com-
muni. & receptiori. ff. de condi.indebit.docte
Roder.Soarez. in diſputatione, an in maioratu
pater habeat vſumfructum, qui loquitur etiam
in feudis, ut per eum pagin.765.cum ſequen.in
ſuis repet.Ioſeph.Ludou.deciſ.peruſ. 13.nume
ro 8.Menoch.de recupe.poſſeſ.remed.9.nu.86.
copioſe clem. d. tract.de patr.pot.effect.12.nu.
11.12.cum ſeq.

Et enim reſpõdetur quod licet vere non fun
gatur vice legitimi adminiſtratoris in bonis in
quibus non habet vſufructum, ita ut pater agat,
vel conueniatur, illiuſque conſenſus in iudicio
neceſſarius exiſtat, ac rationis redditionem effu
gere valeat, uel illius bona obligata habeat, ut lo
31 quuntur Gloſ.& præfati doctores, † attamen &
pater in cœteris bonis aduentitijs filij vbi non
ſit ſuſpectus à teſtatore uel lege erit datiuus ſi nõ
legitimus adminiſtrator, & omnia adminiſtra-
bit, licet nullum ex lege vel ex pacto uſufructum
in illis conſequatur, tradit in multis caſibus
Azo in ſumma.C.de boniſque liber. numero 3.
& 9.not.in d.authen. idem & per Corn. in l. cũ
non ſolum.§.ſin autem.in ſecunda.C. de boniſ-
que liber.Bartol.Bald.Angel. & Caſtren.in l.li-
tis.§.pater. ff. de negot. geſt. & in l. cum eman-
cipatis.C.de præd.min.in c. fin. de iud.in ſexto,
32 dicentes † patrem adminiſtrantem bona filij
emancipati uel alia in quibus non acquirit uſu-
fructum teneri filio rationem de geſtis & admi
niſtratis reddere, cauere, ac alia onera ſubire,
prout quilibet alius curator uel tutor, idem So-
ci.ſen.conſilio 34.numero 17.volum.primo.Ti
raq. in l. ſi unquam in præfat. numero 29. cum
ſeq. C. de reuoc. donat. Pallacios. Rui. in Re-
pet.Rubrica de dona.inter uirum & uxor.§.42.
numero 9.Cotta memor. uerbo.decretum iudi
* cis * commune, inquit Eman.Soarez.recep.ſen.
verbo

Digitized by Google

verbo pater. numero 41. Aret. conſilio 72.nu-
mero 7.in 6.dubi. Vrſil. ad Afflict.deciſio. 393.
in pri.Craue.conſilio 218.in pri.Roland.à Val-
le.conſilio 49.numero 19.uolu.pri. Bero.conſi.
128.in pri.volu.tertio.& 191.numero 13.volu.
primo.& conſilio 134.numero tertio.uolu.pri
mo.Menoch. de arbitr.iudic.caſu 209.numero
7.Roderi.Soarez.in diſputat.materiæ maior.in
fi.poſt repet.numero 38.& Bart.quem ſequun-
tur Alexan.Iaſ.& alij in l.ſi infanti.C.de iure de-
33 liber. addentes hoc uerbum † quod licet pater
non ſit legitimus adminiſtrator filij emancipati,
habet tamen legitimam adminiſtrationem pro
adeunda hæreditate, tradit Arno. dialogo 31.
34 † dicitur pater legitimus tutor licet à iudice de-
cernatur Corn.conſilio 282.in pri.vol. primo.
Moder.hiſpal.de tutor.quæſt.ſecunda. numero
ſecundo. Caſſan. in conſilio Burg. des enfantes
Rubrica 6.pag.223. numero 5. Pinel. ample in
l. 1. part. ſecunda. numero 27. & 29.C.de bon.
mater.ſubdens.numero 30.non eſſe ſolam con
fidentiæ rationem, quę tot patri legitimo admi
niſtratori remittat, ſed multum vſufructum pa
tris pleniſſimum operari, propter quod de illis
rebus dicitur diſponere, prout de proprijs,cum
res ſuæ dicantur, quando illarum legitimus ad-
miniſtrator exiſtat.Non ergo inconuenit patrē
bonorum aduentitiorum filij adminiſtratorem
exiſtere licet in eis ex natura rei, uel pacto vſu-
35 fructus non quæratur, † prout etiam dicitur re-
ſpectu legitimæ filio inſtituto debitæ, pro qua
patri nec vſufructus nec adminiſtratio prohibē
tur,ex mente Bart.contra glo.in authen.excipi-
tur.C. de boniſque liber. quam ſequitur ibi An-
gel.Caſtr.Corn.& Raphael Ruin.conſilio 194.
num.3.volumine 2.egregie diſſerit Roder.Soa-
rez.in l. quoniam in prioribus limit. prima. nu-
mero 11.cum ſeq.C.de inoffic. teſtam. Vrſil.ad
Afflict.deciſ.393.ſecunda concluſ.per totam re
miſſiuè Caualca. tract. de vſufructu mulier. nu-
36 mero 236. † Nec reſpectu commoditatis cuiuſ-
dam,quam ſemper habere patres uoluerūt, nō
nulli, etiam quod uſufructus ſit prohibitus. ita
ut alienatio illorum citra aſſenſum patris prohi
beatur per Pariſ. conſilio 157. numero 4. volu.
quarto.de quo dicto videndus eſt Crau. conſil.
39.& Rimin.inſti. per quas perſon.nob.acquir.
37 numero 131.pro qua commoditate,† quam ex
** crebriori ſententia habet tantum pater in reb.
quarum vſusfructus ſolum,non autem proprie-
tas filio relinquitur per Bero. conſilio 139. nu-
mero 10.& ſeq.& numero 21.volu.ſecundo.&
fuſius per Roder. Soarez. in ſua diſputat. an in
bonis maioricat.pater habeat uſumfructum.nu
38 mero 15.cum ſequen.pag.7.68.† Pater tenetur
cauere de utendo arbitrio boni viri.& reſtituē
do fructus omnes perceptos finita cōmoditate.
ita Caſtr.conſilio 455.numero 7.vol. ſecundo.
Marcus delfin. deciſ. 877. numero ſecūdo. pri.
part.& multa in propoſito adducunt Moder.
Fiuiz.tract.de vſufruc.mulier.numero 182.cum
ſeq.licet in alijs ſecus.per Ant. Gabr. com.opi.
de vſufruct. concluſ.prima.numero 48.multum
enim in omnibus bonis filij lex patri tribuit,
39 † quemadmodum & patriæ poteſtatis ius con-
ſeruatur in alienationibus bonorum,quæ fieret
per minores in vltimis voluntatibus, uel cauſa
vltimarum voluntatum, licet in illis vſufructus
patri non deberetur. Ruin. conſilio 24.nume-
ro 12. volumine quinto. per Alexan. Rubeum
conſilio 46.per totum ex magis communi rela-
ta per Crauet. conſil.92.Abb. Soci.& Clarum,
quos nouiſſime citat clem.de patr.poteſt.effect.
10.numero ſeptimo. Mendoſ.ad Roman.con-
ſilio 512.numero primo. & Menoch. de recu-
perand. poſſeſſ. nono. remed. numero 81.cum
ſequen.

Adducitur ſecundo locn principaliter patrē
hęredis ex uerbis,& mente teſtantis legitimum
adminiſtratorem conſtitui. Etenim prohibet
teſtator patri hæredis acquiſitionem uſufru-
ctum in bonis ſuis, habitationem vero do-
mus propriæ eidem vna cum vxore filia ſua, &
40 filio hærede concedit. † Sic non tollit abſolutè
ius & facultatem adminiſtrandi bona filij, ſed
acquiſitionem vſufructus particularem tantum
quod fieri quandoque ſolet in bunis filiofami-
lijs relictis, in quibus expreſſe per teſtatorem
vſufructus acquiſitio patri prohiberi poſſit au-
then.ut liceat matri,& auiæ. in pri.authen.exci-
pitur.C.de boniſque liber.l.filijs not.in d.l.cum
oportet.& l.fin.C.de bon.quæ liber.& l.prima.
C.de bon.mater.Mant.ſing.55.Clem. de eff ect.
ſecundo.num.41.quinimo.& dicta prohibitio
procedit etiam ex præſumpta mente teſtantis
** tantum ut de crebriori** inquit Bero.conſ.139.
41 vol.2. Vnde excluſo vſufructu in parte tantum,
non cenſetur tota adminiſtratio denegata,cum
diuerſa ſint in patre non ſuſpecto. d.authen.ex-
cipitur iūcto pri. authen. ut liceat matr.& auiæ.
& l.cum non ſolum.§.ſin autem. C. de bon.quæ
liber.& not.per Salic.in d. auth. excipitur. ideo
adminiſtratio potius incluſa cenſebitur.argum.
l.cum prætor de iud.ca. non ne de præſump.&
42 † ſcribit Barto.in l.legata inutiliter.ff. de leg.pri.
quod vbi aliqua probantur,alia improbata cen
ſentur ex l.tribunus.§. fina.ff. de milit.teſtamen.
Soci.ſen.conſilio 255.uol. ſecundu.& 150.vo-
lu. primo.Crot.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu
mero 94.ff.de uerb.obligat. Alexan. conſ.158.
43 numero 9.uolu.6.† dicens teſtatorem ordinan-
tem in certis caſibus,& alios omittentē in omiſ
ſis contrarium diſpoſuiſſe. arguitur enim hoc
modo,pater nō habet adminiſtrationem, ergo
nec uſufructum, non tamen dicitur affirmatiuè
habet adminiſtratorem, ita & vſufructum,cum
poſſit uſufructu priuari,non tamen adminiſtra-
tione, vt in patre non ſuſpecto,ita inquit Bero.
conſi.639.num.20.uol.2.

Tertio mandat teſtator patrē, uel patres hæ-
redum

redum inſtitutorum, teneri retinere, vt eius uer-
bis vtar, bonum computum de his quę ad eorũ
manus peruenerint, ac ad requiſitionem hære-
dis ſaltem in ætate viginti annorum conſtituti
reliqua cõſignare eidem ac reſtituere quicquid
ad eorum manus peruenerit. Intelligit itaque
44 quod patres adminiſtrent bona filiorum, † cum
qui vult, & ordinat cõſequens, velit, petat, ac or-
dinet antecedens ad illud neceſſarium, idque
omne per quod ad illud peruenitur. l. ad rem
mobilem. ubi gl. & l. ad legatum. ff. de procur. c.
quoniam de ſent. excom. in 6. Barto. in l. Aiobi
tioſa. 2. & 3. col. ff. de decret. ab ordin. ſaciend.
& in l. à diuo Pio in pri. ff. de re iud. Nicol. Euer.
locorum communium. capit. 95. a conceſſione
conſequentis. At qui ille tantum computa ſeu li
brum rationis tenere obligatur, & reliqua reſti-
tuere redditis rationibus, qui adminiſtrat alie-
na negotia, puta, tutor, curator, legitimus admi-
45 niſtrator negotiorumue geſtor, † quæ perſonæ
ad hunc effectum tenentur ſuper codice deſcri-
bere & annotare diſtincte omnes redditus, in-
troitus, fructus, data, recepta, expẽſas, & omnia
quæ percipiuntur ex bonis, & in bonis pupilli,
vel abſeotis, ut computationes probæ non im-
probæ referantur per l. cum ſeruus. ff. de cond.
& demonſtr. docet Bart. in conſi. 151. in fi. cum
apoſtil. Socin. ſen. conſil. 159. Angel. conſil. 277.
tertio dubio. Iaſ. conſilio 219. volumine 2. & cõ
ſilio 4. lib. 3. & conſilio 100. volum. 4. multa Ro
land. à Valle. conſilio 49. num. 15. cum ſeq. uol.
1. reliquaque reſtituant, & illius manibus acce-
pta conſignentur tantum, qui aliorum bona
adminiſtrant. d. l. cum ſeruus. & l. ſi cui. eod. titu.
l. ſi procuratorem. §. fi. cum ſeq. ff. mandat. l. 1. §.
officio ubi. dd. & Bart. ff. tutel. & ratio diſtra. la-
te Caſſan. conſilio Burg. des enfans. Rubrica 6.
§. 7. pag. 222. num. 1. cum ſeq. mod. Paris in con
ſuet. feudales. §. 6. glo. 6. num. 14. cum ſeq. ſic ad
duo principaliter tenentur primo ad faciendũ
videlicet exhibitionem codicis, librorum, & cõ
putorum, ut rationes omnes excutiantur & di-
ſpungantur. ſecundo ad dandum, ſoluendum
in quã reliqua. d. l. cum ſeruus, Socin. conſil. 24.
in fin. volum. 1. Roland. d. conſilio 49. tradit no-
uiſſime Iodocus burgens titu. de tutor. & curat.
rationibus cap. ſecundo. nume. 7. cum ſeq. Plot.
in l. ſi quando. num. 233. 237. ad nume. 246. C.
vnde vi, Borgni. Caualcan. de tut. & curat. num.
205. & ſeq. Cum itaque pater aſtringatur ex te-
ſtantis mãdato, computa teneri, & reliqua filio
hæredi reſtituere, ipſi cenſetur admioiſtratio cõ
ceſſa non autem commiſſarijs vel perſonę extra
46 neæ. ea inſuper ratione † quod cuſtodia & gu-
bernio traditis alicui per teſtatorem, illius ad-
miniſtrator, & tutor etiam quod non exprimat
iudicetur, authen. matri, & auiæ. C. quando mu-
lier. offi. tutel. ample, Boer. deciſ. 124. communẽ
ait Pignol. ad Roman. ſingu. 105. Capici. deciſ.
129. numero 23. Caualc. ubi ſupra. nume. 17. Et

47 † vbi teſtamentarius adſit, ceſſant omnes legiti-
mi ac datiui tutores, curatores ac cœteri bono-
rum adminiſtratores, Aret. & Port. inſtitu. de le
git. agnat. tutel. Corn. conſilio 281. uolu. primo.
210. in fi. uolu. 3. conſilio 168. nu. 12. volu. ſecun
do. & 183. nu. 2. volumine 2. Socin. iun. conſilio
85. num. 13. volum. 3. Mod. hiſpa. de tutor. q. 9.
Durand. de arte teſta. tit. de tutor. caut. 1. nume-
ro ſecundo. Bart. ſingu. 71. in fin. Clem. de patr.
48 poteſt. effect. 14. num. 16. † quod procedit, licet
in teſtamento minus ſolemni datus foret, dum-
modo à iudice confirmatus Alex. conſ. 140. nu.
4. volu. 1. Borgn. vbi ſupra. nu. 2. & moder. loco
ſupra citato. quæſt. 17.

Quarto dicitur ex quo ante natiuitatem hæ-
redis adminiſtrationem commiſſarijs permittit
teſtator, illo nato eiſdem eam abnegat, ut ſupe-
rius dicebam, uel ſaltem. d. caſum omittit, & in
diſpoſitione & prouiſione legis dimittitur. arg.
49 l. commodiſſimæ. ff. de libe. & poſthum. † Vnde
patri decernitur cum bonorum filij, cura & re-
gimen præcæteris ac loco primo parentib. à le
ge deferatur. illiq; a lege conſtituantur tutores,
ac adminiſtratores legitimi. d. authen. matri. &
auiæ. §. ex his de hæred. ab inteſt. veni. tit. inſtitu.
de tutel. & leg. agnat. tutel. Neuiz. conſ. 217. nu-
mero 20. Bero. d. conſilio 139. num. 6. uolum. 2.
hinc patres habentib. curatores uel tutores mi-
nime dantur. §. 1. inſt tut. de tutel. l. fin. in pri. C.
de curat. furio. Corn. conſilio 162. num. primo.
volu. 4. Soci. iun. conſilio 59. numero 30. uol. 3.
50 † Priores enim ſunt in gradu, & in cura ſimili-
ter anteponuntur, maxime quia ſunt fideles, no
biles diligenteſque patres familias in rebus eo-
rum proprijs. Gozad. conſilio ſexageſimoocta-
uo. in principio.

51 † Quinto & vltimo videtur hic caſus decidi le-
ge & authoritatibus. l. per authen. ut liceat ma-
tri & auiæ in pri. ubi bona aduentitia filio fami-
lias relicta, in quibus pater non habet vſumfru-
ctum, nec aliquod participium per quẽ proſpe-
xit teſtator, aut donator, gubernatur donec illi
quibus relicta ſunt ad perfectam ueniant ætatẽ,
52 † quod intelligi ſolet uiginti annorum, Alexan.
rub. conſilio 46. numero 3. Capra. conſilio 110.
ſi uero teſtator, donatorue nullum his diſpenſa
torem ordinauerit, vel datus onus recuſet, uel
moriatur ante perfectã honorati ætatem, iudex
competens decernet curatorem fide dignũ cũ
legitimus fideiuſſione pro rebus. & d. ſubſtantia
gubernandis atque cuſtodiendis, donec illi ad
perfectam ætatem perueniant, At in caſu no-
ſtro videtur teſtator ordinare adminiſtratorem
patrem quem grauato filio hęredi cum ad ętatẽ
ſaltem viginti annorum peruenerit, rationem
reddere, & aliqua reſtituere, illumque pro cuſto
53 de bonorum filij, † mag ſquam alium propo-
nit ex legum pręſumpta ordinatione, quia vidẽ
tur patres filios intenſo amore proſequi, & il o-
rum adeo ſollicitos, ut nullum eos uincere dilxe-
rint.

Digitized by Google

rint.l.ſi.de curat.furio.l.cum pater. §. mando.ff.
de leg.2.Tiraq.in præfat.l. ſi vnquam.num. 11.
C.de reuoc.dona. Craue.conſilio 1.ad nu.2.ad
quod illud vergilianum alludit, omnis in Aſca-
54 nio car, iſtat curi parentis, † Quinimo filios pluſ-
quam ſemetipſos diligunt. l. iſti quidem, in fi.ff.
quod met.cauſ.Soci.iun. conſilio 502.num.27.
volu. 1.Roland.à Valle.conſ.45. num.54.vol. 1.
55 Tiraq.vbi ſupra.nu. 333. † Et ob hūc amorem,
curam & ſollicitudinem quib.filios patres pro-
ſequūtur appellari filios, & patres, dixit Alciat.
in l.filij, appellatione.nume.1.ff.de verbo. ſigni.
quæ verba ſunt religionis naturæ, & reuerentię
nomina, Silueſtr.Aldob.in proęmio inſtit.Rur-
ſus.ad patrem hęredis filij adminiſtratorem bo
norum ſpectare eo fortius authoritatibus com.
probo, nam ipſe uti incognitus & incertus non
potuit per teſtatorem ſuſpectus haberi. arg.l.2.
56 §.voluntatem.ff.ſolu.matr. † ob quam ſuſpicio-
nem præſumptam, cum pater priuantur vſufru-
ctu, aufertur eidem adminiſtratio bonorum, ex
doctr.Salice.& Raphael.in d.authen.excipitur.
At ſecus ſi pari vſufructus acquiſitio prohibea-
tur, nō quia ſuſpectus ſit legi, uel teſtatori, vt pu-
ta quando pro vtilitate filij hæredis inſtituti pa-
ter uſufructu priuatur, vt inquam filio plenius
conſulatur, non ſolum in proprictate, ſed etiam
in vſufructu, quod hic expreſſe diſpoſuit teſtōr
ordinando omnes redditus & fructus hæredita
tis diſponi, & inueſtiri in ſtabilibus ad commo-
57 dum hæredis † quia iſto caſu licet patri vſufru-
ctus auferatur, non tamen bonorum miniſtra-
tio tollit, eo quia nulla legis uel teſtatoris ſuſpi-
cio concurrat, vt in terminis noſtris explicat
Corn.in l.cum non ſolum. §. ſin autem in ſecun
da, numero 3. C.de bon.quæ liber.quod menti
tenendum inquit in d. auth. excipitur. numero
2.tradit & Sali.in d.§. ſin autem.quos refert Ca-
gnol.in l.frater à fratre.nume. 161. ff.de condi.
indeb. & Aret.in §. pupillus.num.6. inſti.de inu-
til.ſtipulat.dicens in rebus, quibus patri non ac-
quiritur vſufructus ipſi uolenti magis admini-
ſtrationem concedendam quàm curatori dati-
uo.Nec repugnat Roder.Soarez.in repet.l.quo
niam in prioribus.limit.1.nume.10.C. de inoff.
teſtam.Bero.d.conſilio 139.nu.19.vol.2.Ruin.
conſil.24.num.8.vol.5. qui licet aliqualiter diſ-
ſentiat, non negat tamen ſi prohibitio fiat, ut fi-
lio magis ſuccurratur, patri adminiſtrationem
minime denegandam, affirmo itaque audacter
ſtantibus in teſtamento diſpoſitis patri hæredis
adminiſtrationem competere.

Verum quia nobilis.d. Annibal pater hære-
dis reperitur adhuc ſub patria poteſtate nob.
Domini Alexandri Gozadini, cenſeo Quartum
58 articulum aggrediendo, † Nepotem hæredem
eſſe ſub poteſtate auita, non autem patris per l.
quod ſi maritus.C.de patr.poteſta.§.ius autem.
ibi qui ex filio tuo & uxore eius naſcitur. vbi gl.
& omnes adnotant inſti.eodem.l.parentum ap

pellatione. ff. de uerbo. ſignifi.tot.tit.Rub.C.&
inſtit. eod. Clem.de patr.poteſt.effect.1.nu.21.
59 † conſequentem eidem cui & alias vſusfructus
acquireretur in dd. bonis adminiſtrationem, &
curam competere per text. formalem in l. cum
oportet.uerſicu.ſi quis itaque.C.de bon.quæ li-
ber.ibi filiusfamilias in poteſtate patris aui uel
proaui exiſtens parenti in cuius ſacris eſt conſti
tutus acquirat, & in auth.ut liceat matri.& auiæ
in pri.ibi aut qui omnino eos habent in poteſta
te, &c.admittit Soci.iun.conſilio 79.nu.34.vol.
3.moder.Pariſ.conſilio 40.num.27.d.Modern.
Amorin.de patr.poteſt.effect.17.nu.72.ac effe-
ctu.10.nu.2.ſubiungens omnes patriæ poteſta-
tis in auo ſi adſit verificari excluſo patre per.l.
nam & ciuium & ſeq. ff. de his qui ſunt ſui Ro-
man.conſ.512.nu.5.cum Mendoſ.Ioſeph.Peru
60 ſin.deci.13.nu.13.& ſeq.† leges etenim pro ab-
ſurdo habēt quod his qui cura indigent aliena,
alterius curam ſuſcipiant, not. Corn.129.num.
15.& 16.vol. 2. cenſeoq; ſimiliter coadiutoriā
per auum filio commiſſam viribus ſubſiſtere,
quando quilibet legitimus adminiſtrator pro-
65 curatorem conſtituat, † & præcipue pater uel
auus, etiam citra conſenſum filij, ſeu infantis,
ſeu puberis ante litem conteſtatam ſi eidem vſu
fructus acquiratur, ſin minus ſaltem conteſtata
lite, tradunt omnes, ubi Cyn. Bar.Alber.Bald.
* Angel. Salic.Caſtr. & eſt * communis opin. ſe-
cundum Fulg.& Corn. 561.in l.1.C.de bon.ma
ter.Imol.in c.accedens.numero 5.de procu.Ro
man.conſilio 241.num.10. additionarij ad Ca-
pel.Toloſan.105.per totam Ang.in l.1.§.1.ff.de
verb.oblig.Aret.in §. pupillus.num.7. de inutil.
ſtipula. docte & accurratius quàm cæteri Pinel.
in l.1.2.parte.num.66.& ſeq.C.eod.tit.ac Vaſq.
de ſucceſ. pri. part. de potent.teſtand.libro pri-
mo. §. ſexto. numero 55. vbi de communi re-
miſſiue Caualcan.d.titu.de tut. & curat.numero
312. poſt Caſſan. in conſuet. Burg. des enfans.
Rub.6.gloſ.7.pagin.223.numero 21. & Eman.
Soarez.qui de communi atteſtatur.recepr.ſent.
verbo pater legitimus. numero 43. Villabob.
62 commun. opin.verbo pater.numero 50.† Præ-
terea tutor, ac curator, ſeu ampli patrimonij
adminiſtrator poteſt præponere.d.adminiſtra-
tioni ac conſtituere ſociū factorem, negotiorū,
geſtorem, qui curam patrimonij, & bonorum
habeant, uel ex eiſdem cauſis ac infirmitatis, ab-
ſentiæ, nobilitatis, & ſimilib. actorem creare.§.
fin.inſtit.de curat. Bart.in l. tutor. verſicu.tertio
quæſito.ff.rem rat.haber.& in l.decreto.ff.de ad
miniſtr. tut. refert Ioſeph.Ludoui.deci.Peruſin.
4.numero primo. Principaliſque adminiſtra-
tor excuſatur, ſi ſalarium præpoſito conſtituat
ex text. l. primi. in fin. & l. cum ad quamlibet.
vbi id not. in ſpecie Bart.C.de cond.in publicis
63 horreis libro decimo. † Et ſi negotiorum ge-
ſtores vel electi intuitu curatorum uel tutorum,
pro coadiutore curatoris, vel adminiſtrato-
ris,

ris negligentes exiſtant, ita vt damnum culpa
eorum in bonis pupilli contingat, præponentes
de mala electione tenentur, ita Socin.ſen.conſi.
2.num.9.in fi.uol.1.conſi.190.volu.2. Plotus in
l.ſi quando, num.248.C.unde vi. Bartol. conſil.
73.Alcia.conſi.319.nu.4.Mand.de Alba. conſi.
104.num.5.Roncagal.in l.eadem, in prin. num.
152.ff.de duobus reis. Caualcan. ubi ſupra de tu
tore, num. 114.& 311.Cæphal.conſi.65.nu.15.
Ludoui.ubi ſupra deciſ.4.nume.2. Valide igitur
in coadiutorem fuit filius aſſumptus per patrē,
cum legitimè nepoti curator ipſe decretus fue-
rit, non obſtante vſusfructus priuatione, vt ſup.
minus repugnante aliqua litis pēdentia ſuper ad
miniſtratione commiſſariorum, & filij, quia ſi
procurator lite cōteſtata, & ante per curatores,
& legitimos adminiſtratores reſpectiuè conſti-
tuitur, vt ſupra, & not.in l.neque ſupra.ff.de pro-
cur. quanto magis infanti, vel bonis ſuis curator
decernetur, ſi adhuc curatore legitimo careat,
nullam enim fieri uideo differentiam, in auth.vt
liceat matr. vel auiæ, ſi decernatur bonis penden
te lite aliqua vel ante, ſeu poſt, vt merito curam
d. Auo decretā, iure ſubſiſtere arbitrer, qui eſto,
quod vt innuit ſententia lata per d. Boccama-
tium decerni nequierit pendente iudicio, non
64 tamen cenſeretur nulla. † cum multa quandoq;
lex actum prohibeat, vel requirat, quæ omiſſa,
vel ſi contrarium fiat, non reddunt actum nullū,
niſi id expreſſe lex mandet, quemadmodum vi-
ginti exempla connumerat, Iaſ.in l.patre furio-
ſo.ff.de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. & in ſimili
65 Mandel.de Alba.conſi.21.in fi.† Rurſus curator
tum ad lites, tum ad bona nepotis infantis cum
alio litigaturi, ipſo inuito & ignorante datur, al-
terque inuitus fuerit iura minoris cogitur, l.fin.
in pri.& §.1. C. de admin.tutor. l. qui habet.§.ſi
pupillum, ubi Bald. ff. de tutel. Fabr. in §.item in
inuiti inſti. de curat. Mantua.conſi.288.nume.6.
uolum.1.& in l.tutori, poſt Sali.& Alexan.C.de
neg.geſt.Ang.in l.1.C.qui pet.tuto.Molin.con-
ſuet.Pariſ.§.6.glo.6.nu.10.& 11.Anguſol.conſ.
26.lib.3.per totum.Neuiz.d.conſi.17.num.20.
66 d.Moder.Hiſpa.q.2.nu.60.† Nec in iſto caſu ali
quod præiudicium parti cum qua eſt cœptū iu-
diciū generatur, ex mutatione noui Curatoris,
ſeu nouæ perſonæ per Anchar. in c.2.not.3.de
procur.in 6.Caſtr.in l.ante litem in pri. de proc.
cum ſimil.per Felin.in ca.ex parte decani in fin.
nu.27.de reſcript.eo, quia non tractetur in præ-
ſenti de electione noui procuratoris per curato
rem in damnum litigantis, ſed de conſtitutione
legitimi curatoris bonis dandi, quæ inter ſe dif-
67 ferunt, † præter quod & nouus procurator à cu-
ratore, vel tutore minoris, ſeu pupilli, lite ēt con
teſtata, ac inuito aduerſario decernatur l.neque
tutores.C.de procur.ubi Bar.Bald.& cæteri, & l.
nulla, vbi Bar.& l.quod quis, ubi Iaſ.C.eod. titu.
68 ac † rurſus ab alio procuratore, ſi id cauſæ cogni
tio requirat, tradunt dd. ubi ſupra, & Petr.Be-
69 nint.deciſ.Bon.n.80. per totum. † Nec inſuper
litis pendentia cum executoribus teſtamētarijs
dicatur præiudicialis curæ decretæ auo, eo qđ
quaſi pronuntiato in gratiam executorum iudi-
cium per auum cæptum reddatur nullum ad ea,
quæ no.in §.præiudiciales inſt.de act. etenim ob
d.litis pendentiam nullum inferebatur aui curæ
præiudicium. Conſtat enim illorum adminiſtra
tionem nato hærede ceſſare, & conſequenter
neceſſario de curatore prouideri oportebat,
eratque id, quaſi præparatorium ad iudiciū exe
cutorum, dum cognoſcebatur, num filij hęredis
bona per ipſos adminiſtrarentur, qua propter,
& omne præiudicium ratioque litis pendentiæ
ceſſant, ut in ſimili dicebant Riminald.conſi.97.
num.38.uol.j. Accedat, quod & ſi datio eſſet nul
la ob aliquem defectum, illa ex nouiter deductis
& propoſitis conſtito de bono iure per iudicē
ad id deputatum eſſet confirmanda, vel de nouo
70 decernenda ad ea, † quæ de tenuta nulliter con
ceſſa, ſed reformanda ſi apparet de bono peten-
tis iure, tradunt Alex.& c.in l. ſi finita, in prin.ff.
de dam.infect.Salic.in l.fi. C. de edict. diui Adri.
tollen.in ſimili Auguſt.Bero.q.122.in fi. Illaque
confirmata, poſſet auus curator decretus vnico
contextu reaſſumere litem cæptam, & omnes
actus contra commiſſarios teſtamenti, illaque
71 proſequi, † iuxta practicam Affli.deciſ.262.in fi.
Mod.Pariſ.in conſi.40.in fi.& cauſam obtinere,
pro vt omnibus his conſideratis æquum, hone-
ſtumque iudicibus Rotæ Bono. eminentiſſimis,
vt arbitror uidebitur, omnes inquā alios ab hac
72 adminiſtratione remouere, qui † ſtante alterius
legitima conſtitutione eligi non potuerunt, per
Barbat.conſi.45.in fi.uol.3.admiſſis tantum pa-
rentibus hæredis inſtituti, & ita iuris eſſe cenſeo
ſaluo ſeniori iudicio.

Franciſc.Burſat.I. C. Mantuanus.

PRO DOM. IOANNE FRANCISCO Vrſino Cremonenſe.

ARGVMENTVM.

Banniti bona, an ſimul cum eo conſumi, & offendi queant, vigore ſtatuti permittentis bānitum poſſe impune offendi, vel occidi.

Delictum ueniens in conſequentiam ad delictum permiſſum non punitur.

SVMMARIVM.

1 *Muros ciuitatis tranſcendens, cauſa interficiendi bannitum, punitur extraordinarie.*

2 *Statutum permittens bannitum impunè offendi, ſubſiſtit de iure, ex * communi, non tamen canonico.*

3 *Statutum bannitos interfici permittens fauorabile dicitur.*

4 *Bona bannitorum à quocunque deuaſtari poſſunt, vti extra cuſtodiam hominum.*

5 *Dominus quis ex habitatione præſumitur.*

6 *Delictum ex leuiſſima culpa non damnatur criminaliter.*

7 *Bannitum, qui impunè poteſt occidere, poteſt ẽt omnia neceſſaria præambula exequi.*

8 *Arma prohibita deferens pro occidendo bannitũ vigore ſtatuti non punitur.*

9 *Sacrilegium non committitur, ſi bannitus impunè in eccleſia interficiatur.*

10 *Bannitus poteſt in carcerem priuatam detineri.*

11 *Carcerem priuatam exercens crimen læſæ Maieſtatis incurrit.*

12 *Pacis violator non dicitur, ſi quis bannitũ uigore ſtatuti interficit, cum quo pacẽ inierat.*

13 *Aſſaſsinium non committitur, & ſi medio pecuniæ, vel ex mãdato occidat impunè bãnitus*

14 *Furtum non ommittitur in bonis banniti, ex ſtatuto occiſi, incontinenti ablatis.*

15 *Ratio ſtatuti permittentis bãnitũ occidi ſauorabilis eſt.*

16 *Extenſio fit vbi eadem ratio uiget ſecundum omnes.*

* 17 *Jgnorans non punitur in terminis ſtatuti permittentis bannitum offendi.*

18 *Bannitum eſſe credens, licet non ſit, excuſatur à pœna.*

19 *Occidens bannitum iam abſolutum, vel liberatum, ſi id ignoret, pœnam non patitur.*

20 *Bannitum non rite occidendo quis non punitur, ita ſeruatur.*

* 21 *Homicida banniti non punitur, & ſi ipſe tẽpore delicti neſciret ipſum fore bannitum.*

22 *Delicto commiſſo, quis non punitur, ſi principaliter ad illud committendum animus non fuit.*

23 *Delictis pluribus ſimul commiſsis, quis pro maiori tantum punitur.*

24 *Culpa non ordinata ad caſum impunibilis.*

25 *Conſideratur, non quod fit, ſed illud, propter quod fit.*

26 *Delictum caſu, & accidentaliter cõmiſſum, in dubio creditur.*

27 *Delictum ante omnia conſtare debet.*

28 *Offenſo non creditur.*

29 *Teſti in propria cauſa non creditur, nec inimico, nec accuſatori, nec ſentienti commodum.*

30 *Bannitus capitaliter non eſt idoneus teſtis.*

31 *Condemnatus in arengherio non probat vti teſtis.*

32 *Exceptiones plures, quem aliter admiſsibilẽ repellunt.*

33 *Fœmina in criminali non admittitur, vti omni exceptione maior, licet non repellatur, ex communi.*

* 34 *Vxor in teſtimonio pro marito non admittitur.*

35 *Meretrix à teſtificando repellitur.*

36 *Teſti redditur ſuſpectus, qui ueriſimiliter mortui uindictam procurat.*

37 *Inhabilis dictum alterius non ſupplet*

38 *Spontanea præſentatio ad carceres, omnia indicia præſumptiua tollit.*

CONSILIVM CXXXIIII.

TRINTAS ADSIT.

DVbitatur num Dominus Ioannes Franciſcus de Vrſinis, ac ſocij, qui cauſa interficiendi Antonium de Aquanigra bannitum pro aſſaſſinio, domum, ſeu columbarium Domini de Galuaneis, in quo aderat bannitus combuſſerunt, puniri debeant, vel ne.

Et primo aſpectu videbatẽ illos ſaltim extra ordinariè puniendos pro incendio, eo quòd in culpa fuerint, non conſiderando, an domus aliena foret, ex traditis per Nellum in tract. de bannit. q. 13. 2. par. 2. tempor. concludentem illum,
1 qui muros ciuitatis ſecreto ingreditur vrbem, cauſa bannitum interficiendi, pro homicidio minimè teneri, ſed tãtum pro muri aſcenſione, ac quia quęrentes bannitum impunè occidere, ſic delictum impunibile commitere, aliud punibile, videlicet incendium perpetrauerint, ex not. per Boſ. tit. de homicid. num. 71. 73. cum ſeq. & Crauet. conſi. 18.

Verum, vt ingenuè, ac ſecundum iuris terminos alloquar, nõ ſat perſpicio, quo iure poſſint rei inquiſiti vlla pœna plecti.

2 Primo, quia præſuppoſita validitate † legis municipalis permittentis quomodocunque bãnitum impunè interfici, & offendi, vt cauetẽ ſtatuto patriæ inquiſitori, ſub rubrica de hoſtibus, & rebellibus, verſic. ſed à quolibet, col. 2. & re-
* cepta ſe ſententia * relata ab Alexãdro cõſi. 141. col. 1. vol. 1. conſi. 2. in fi. vol. 2. Deci. conſi. 327. num. 3. Franc. Viui. Com. opin. verbo, ſtatutum diſponens, in princ. pag. 292. Marſi. in tract. de bannit. verſ. ab offenſis, nu. 10. vbi ex mente Iaſ. limitat illud non procedere de iure canonico, & eo minus de iure diuino, quo quis peccatũ mortale incurrit, & pœna extraordinaria damnatur, occidendo alium, ex Glo. in c. inter hæc 33. q. 2. Marſeo tract. in verbo, mortui. nu. 121. & ſeq. ſequitur dictum principale quoq; Duen.

in regu. iur.68. in princ. Petrus Clar.lib.4. ſent.
in §.homicidium,verſ.plerunque vbi cęteros al
legat Boſi.tit.de bann.in prin.
3 Dico † ſtatutum illud fauorabile cenſeri ob
bonum publicum.l.2.vbi Bart.& alij. C.quand.
lice.ſine iud. ſe vind. Bart. in l. omnes populi.q.
2.3.q.prin.ff.de iuſt.& iur.Iaſ.conſi.133.colum.
pen.uol.1. Viui.vbi ſupra,Deci.conſ.327.nu.3.
Nell.de banni.2.par.2.tempor.nu.7.in fin.ita ꝙ
nõ ſolum ad pſonę offenſionē conueniet trahi,
4 ſed ēt ad res domos,† & bona ipſius bāniti,quę
ideo offendi,capi,deſtruiq; impunè poterũt,q̃a
dicantur bona bannitorũ extra omnem pſona-
rũ cuſtodiã, vt à quocunq; deſtrui, ac deuaſtari
queant,Glo.in tit.hic finit lex,Corrad.& incip.
cõſue.Regni.Nell.tract.de bāni.2.par.2.tempo.
q.55.nu.55. qui ponit caſum in cõburente do-
mũ bānīti,vt hic ſequit̃ Marſ.in §.diligenter,nu.
16.& in l.fin.nu.62.ff.de quæſt. Hipp.Bonacoſ.
q.crim. verbo,bannitus,verſ.an poterit offendi
res,Marſ.tract.de bann.in verbo,mortui,n.127.
& ſi impunè domus banniti p ſe igne cõſumitur
non conſiderata perſona, quanto fortius ſi id
eueniat,dũ bannitus occidi,& interfici curatur.
Nec dicatur iſtud procedere in domo pro-
pria banniti, vt præfati loquuntur, at ſecus in
aliena, reſpondeo.
Primo, ꝙ p dictos ſocios fuit ignis in dictam
domum immiſſus iuſta credulitate moti, ꝙ eſſet
propria dicti bāniti, cum in illa continuo morã
5 traheret,& ex habitatione quis præſumat̃ † Do-
minus rei habitatę, niſi contrarium probet̃,arg.
doctr. Bald. in l.ob maritorum, C.ne vxor.pro
mar.Bar.in l.1.C.de priuil.Fiſci,& in l.2.ubi Sa-
li.c. quando fiſcus, vel priua.cum ſimil.per Ber-
tach.verbo dominium,ſub nu.9.
Secundo,& ſi non perquiſierint cuius eſſet di
cta domus,nulla tñ damnahũtur pęna, cum hęc
6 ſit culpa leuis,ſeu lęuiſſima,pro qua † delinquẽs
ignorans non punit̃ criminaliter,præcipuè ſi ci
uiliter, vt hic damnum paſſo,ſit ſuccurſum.Cin.
in l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ.Bar.in l.re
ſpiciendũ.§.delinquunt.ff.de pœn.Deci.in ca.2.
nu.12.de conſti.Boſi.tit.de homic. nu.69.
Secũdo principaliter in hãc ſnĩam deuenio,
7 quia,qui,põt impunè † bannitum offendere,vel
occidere, ſic delictũ impunibile cõmittere, põt
ēt oĩa neceſſaria præambula, & quæ ad dictum
actum expediendum occurrũt,impunè exequi,
qui enim vult conſequens,admittit rurſus neceſ
ſarium antecedens, & vno conceſſo alterum,li-
cet aliàs prohibitum permittitur.l.ad rem mobi
lem.l.ad legatum.ff. de procur. immo per quod
facilius ad conceſſum deuenitur.l.nam his, ff.de
8 acquir.hęr.Hinc deferens † arma prohibita pro
occidendo,non punitur aliqua pœna,cum om
nia delicta præambula, vel perpetrata occaſio-
ne dicti banniti interficiendi confundantur, ita
Nell.de S.Gemin.2.par.2.tempor. q.48.per to-
tam, Stephan. de Federic. de interpret. iur.ſub
num.48. Bonacoſ.quæſtion. famil.verbo,ban-
nitus, in princip.
Rurſus ſi in eccleſia, interficiat bannitum,nõ
9 punitur pro † ſacrilegio, cum licitè finis ſit per-
miſſus,ad not.per Nell.d.tract.2.par.2.tempor.
q.58. & Gloſam in pragmat.ſanctio.de interd.
non ponend.num.6.ita iudicatum,inquit Boſi.
tit.de banni.quis amitt. nu. 6. & Clar.§.homici-
dium,verſ.ulterius quæro.
10 Denuo ante occiſionem poteſt capi † bānitus
11 & in carcerem priuatum retineri, atque detrudi
(quod eſt crimen læſæ maieſtatis, de quo in l.3.
ad l.Iul.maie.& tot tit.de priuat.carcer.& 6.c.5.
ubi Bart.ff.de adulter.)not.Nell.d.par.2.tempo.
a.quæſtio.38. Marſ. tract. de bannit. verbo,ab
offenſis,num.9.
Inſuper, & ſi quis occiderit bannitum, cum
12 quo fecit pacem, quia nec pro † pace rupta te-
netur,Ang.de Gambilio. conſ.56. uol.2.conſil.
crim.in 4.Viui.ubi ſupra pag.293.
Minus ſi proditoriè, uel per aſſaſſinium, ſeu
13 mandatũ pręambulum † bannitos perimat Bal.
conſ.401.in fi.uol.1.Dec.in cap. quæ in eccleſia-
rum,num.14.de conſt.Boſ.ita ſeruari, inquit tit.
de bannit.num.1.& Clar.in §.homicidium,ver.
ſed an licebit, & verſicu. ulterius,quæro in fin.
idem Hippol.Bonacoſ.ubi ſupra pagi.26.ubi di
cit Viui.com.opin.lib.1.verbo, ſtatutum, quod
bannitus ampliat.5.& quicquid nonnulli dixe-
rint,de quibus per Petr.Ducnam regul.68.ban-
nitus limit.8.
Addo, nec punitur interficiens bannitum, ſi
14 poſt mortē incontinenti illũ † ſpoliet,furtumq;
rapinam,ac derubationem cõmittat,vt no.Ca-
ſtr. conſ.31.ſeu 33. in antiquis, ample Nell. de
bannit.d.2.par.3.temp.q.3.dicens cenſeri eodẽ
conflictu omnia facta,& propterea abſolutoriã
ſequendam.l.cum actũ.ff.de neg.geſt.l.matrem.
C.de probat.ſequit.Io.de Arno.dialog.17.poſt
Felin.Sali.& Alber.in 4.par.ſtat.q.91.& 93.alle
gatos per Marſ.in ſuo tract.de bannit.uerbo,in-
continenti,num.10.
Dum igitur in iſtis caſibus cõfunduntur alia
delicta perpetrata per occidentem, etiam quòd
ſint ab occiſione ſeparabilia,in præſentiarum il
ludmet quoque ſeruabitur.
15 † Tertio fauorabilis ratio dicti ſtatuti funda-
ta in eo, ꝙ non poſſit æſtimari quantũ interſit li
beram eſſe prouinciam à malis hominibus.l.
congruit,ff.de offi.præſid.per Deci.in ca.quæ in
eccleſiarum.num.54.Marſil.in d.tractat. de ban
nit.uerbo, annis, nume.4.& 5.ac Viuium loco
16 ſupracitato, † extenditur ad caſum noſtrum, vt
ſi gladio interrimi nequeat bannitus, igne com
buretur, vel interficiatur,reſultat enim idem ef-
fectus, ideo & eadem diſpoſitio, not. omnes in
auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.Cæpol.tra
cta.quę fuer.cauſ.introduce.extruſ.nu.217.ſitq;
extenſio in odioſis, ubi agitur de puniendo de-
licto in commodum reipublicæ. Gloſ. in l.2.§.

ignominiæ.ff.de infam. Mateſ.de interpret. ex-
tenſiua. nu.24. 7. limitatione tradit Marſil.in §.
aggredior,nu.59.cum ſeq.ſic ad caſum domus
combuſtæ cauſa bannitum intetficiendi ſiet di-
cti ſtatuti impunitatis extenſio.

Quarto omnia comprobo,ex multis ſimilib.
17 in quibus delinquens † ignorans non punitur
in terminis dicti ſtatuti.

Primo ſi quis hominem interfecerit, quē Ti-
tium rebellem, ac bannitum eſſe credebat, cum
18 vetè Titius non eſſet, † excuſatur etenim ꝓpter
illam exiſtimationem,& ignorantiam Iaſ. in l.j.
nu....ff.de leg.Nell.de banni.d.2.par.2.tempor.
q.26.Ioan. Bapt.Aſin.conſ.crim.112.num.47.
tom.2.in fol.

19 Secundo ſi † bannitum aliàs, licet demum ab
ſolutum, ipſo ignorante quis occiderit, pœna
aliqua non tenetur, ſi probabili ignorantia du-
catur.Nell.vbi ſupra 1.par.3.temp.q.2. Soci.iu.
conſi.58.nu.12.& ſeq.vol.1. multa in ſimili ag-
gregat Marſil.tract.de bannit.in uerbo,delictis,
num.71.cum ſeq,

Tertio ſi tempore,quo fuit interfectus,com-
meatum bannitus haberet, id ignorāte occiſo-
re,Caſtr.conſi.199.vol.1.Aſin.ubi ſupra,nu.46.
Cæpol.conſi.39.crim.ubi de communi * Duen.
regul.iur.68.nu.2.

20 Quarto † occidens non rite bannitum Alex.
conſi.160.uol.7.& Clar. qui inquit in totū excu
ſandum,& id in practica ſeruandū,in §.homici-
diū,uerſ.maior.Duen.ubi ſupra.nu.7.amplia.7.
Polēto cōſ.84.nu.22.cū ſeq.uol.2.conſ.cri.in 4.

21 Quinto cōmodum † impunitatis ſtatuti repor
tat, q̄ hominē bānitū interficit, licet tp̄e delicti
ignoraret ipſum fore bānitū Alex.conſ.114.nu.
4.uol.j.Aſi.ubi ſup.nu.48.Duen.reg.iu.68.nu.j.

Ex quibus ſatis conſtat exiſtimationē,& opi
nionē erroneā à culpa eximere in hac materia,
ita ut iſti conſortes inquiſiti excuſentur pro in-
cendio ſequuto,cū ignorauerint domū eſſe,uel
non eſſe dicti bāniti,& crediderint ſibi id autho
ritate legis,ac ſtatuti cōcedi, nēpe occidere ban
nitū,ēt medio flāmarū,& ignis,ꝓut certè id iure
ꝑmiſſum arbitror, licet Dn̄s domus cōtra incen
diarios eo caſu,quo ſcirēt domū nō eſſe bāniti,
forte ciuiliter ualorem, ac dāna cōſequi poſſet.

Quinto & ultimo conſidero,incendium hoc
diei caſu magis occurſum, quàm aliqua culpa
p̄cedente,nā homicidiū propoſitū,& cogitatū
principaliter cōtra bānitū nō tendebat ad incē-
dium,qđ poſtea ſequutū fuit,nec in id parte co
gitare, ēt in genere potuerūt, credentes illū ex-
tra domū inuenire, ideo cū ad id nō eſſet illorū
aīus directus, ſequit̄ caſu incendiū ſequutum,nō
aūt culpa pręcedente,pro quo nullatenus inqui
ſiti puniuntur,nec cōtra eos procedit̄ur. ex do-
ctr.Bal.& Sali.circa fi.in l.cū mandati.C.mand.
22 quemadmodum cū quis † delinquendo incidit
in aliā delicti ſpeciē,nā ſi delictū principale non
tendit ad aliud,ꝓ illo diuerſo, licet poſtea ſecu-
to non tenetur.l. qm̄ multa facinora.C.ad l. Iul.
de vi.publi.Bar.in l.diuus,in fi.ff. de ſicar. ſequi-
tur Boſi.tit.de hom.nu.73.in fi.& 74.prout nec
23 tenetur niſi pro † principali,atq; maiori delicto,
ſi multa alia eodem actu, & tp̄e ſimul cum prin-
cipali cōmittantur, ut de interficiente aliquem
de nocte cū armis prohibitis,qui ꝓ homicidio
tantū tenetur,no.Doct.oēs Bar.& alij,vbi Marſ.
in 4.& 5.col...fi.ff.de ſicar.Gloſ.in l.de crimine.
C.de accuſat.& Marſ.in tract.de bannit. in uer-
bo,delictis,nu.22.cum ſeq.cum igitur incendiū
non eſſet cogitatum, nec ad id banniti homici-
dium tenderet, pro illo dicti inquiſiti, qui ope-
ram rei licitæ, & nimis fauorabili dederunt, te-
neri minimè debent.

Iſtis pro victoria Domini Vrſini firmatis nō
obſtant emiſſa in contrarium.

Et primo doctrina Nelli volētis puniri quem
ꝓ murorū aſcēſione,licet ꝓ homicidio non te-
neatur, etenim dr̄ caſus eſſe admodū diuerſos.

Primo,quia aſcenſio murorū nō erat,nec ne-
ceſſaria,nec utilis,ſed diuerſa oīno,ac ferè incō
ſiderabilis ad illud delictū impunibile ꝑpetran-
dum,cum vt plurimū,& ſi hoīes ingrediantur ꝑ
portas ciuitatis,nec ab oībus uideātur,nec id ad
delicta ſimilia ꝑpetranda impedimēto ſit, ut pa
tet cuiq;, quinimo dicerē, ſi aliter bānitus interi
mi nō poſſet,ꝙ & murorū trāſgreſſio licita foret
ꝑea,q̄ ſupra deduxi,nec diſſentit Nell.inquiens
illam qōnem dubiā.d.q.13.ver.maximè quādo.

24 Secundo & ſi † culpa adfuit,nō erat ad caſum
incēdij ordinata,ꝓ qua nec tenetur in caſu no-
ſtro,prout tenebat̄ pro murorū ciuitatis ingreſ-
ſu ad homicidiū ordinato,ſecundū q.Nelli arg.
doctr.Bart.in l.2.in fi.ff.ſi quis caut.ubi Apoſtill.
allegat Fel. in c. cum inter. nu.20.de except.Ri-
pā in cap.1.num.14.uerſic.ſecundo facit.

Tollitur,& doctr.Boſij in contrariū deducta,
quando & ipſa caſui noſtro, & victoriæ D.Vrſi
ni inſeruiat,cum ad incendiū nō reſpiceret prin
cipale delictum, nec animus in id delinquendi
adeſſet, ſed tm̄ in homicidiū, rurſus ignis fuerit
immiſſus,non ad effectum cōmittendi incendiū
ſed interficiendi medio ignis bannitum, prout
25 licuit ex ſtatuto, & ſemper non † ꝙ fit, ſed illud
ꝑ quod fit conſideratur.l.illud. ff. ad l.Aquil.l.
26 illud.ff.de furt.cum vulg. † delictū namq; potius
caſu, & accidentaliter, q̄ data opera cōmiſſum
iudicatur,Fel.in c.ſicut digna,nu.6. ad fi. de ho-
mic.Ex quibus in unum collectis,nec pœna ex-
traordinaria Vrſinum damnandum cenſeo.

Verum,quia ſupponit̄ in facto D.Ioānē Fran
ciſcum Vrſinum cū ſocijs dictum incendiū, &
delictum commiſiſſe cauſa interficiendi dictum
bannitum,ſi id negaretur,prout abſolutè nega-
ri video, omni dubitationi ceſſaret locus.

27 In primis.n.conſtare dēt de † delicto cōmiſſo
ꝑ illos, & illud ꝑ fiſcum,uel accuſantes probari
alioquin reus oīno abſoluitur, vulgata l.qui ac-
cuſare. C. de edend.l.non eſt nouum,ybi Iaſ.de
com-

Digitized by Google

communi.nu.5.C.de legib.Villab.com.opi.ver
bo,abſoluitur, nu.47.Nec delictum probabitur
aliter ex dicto eiuſdem banniti,quem interfice-
re curarunt.
28 Primo,quia pars eſt † offenſa,quæ idonea ad
teſtificandum non dicitur Alex.videndus conſ.
99.nu.1.vol.1.nec iſti,in mortis articulo crede-
retur,Boſi.de inquiſ.nu.48.
29 Secundo † in propria cauſa non licet teſtifica
ri.l.nullus.ff.de teſti.l.o mnib. C.de teſtib. Cãp.
regul.54.cũ vulg.qđ facit ipſe bannitus,quia ex
hoc ſentiret commodum ſaltẽ vindictæ,vel dã-
ni conſecutionem, Bal. conſ.227.uol.5.in pro-
poſito Craue.videndus conſ.99.in princ.& per
totum ac Marſ.conſ.12.nu.4.Paul.Merend.cõſ.
92.nu.5.& 6.tom.2.conſ.crim.in fol.
Tertio eſt inimicus capitalis,cui nulla præſta
tur fides.l.3.ff.de teſti.auth.ſi dicatur.C.eo.Cãp.
regul. 23. cum multis ſeq.de teſti. Crot.de teſti.
par.3.nu.103.cum plurib.ſeq.dicens,nu.110.&
cauſam inimicandi ſufficere per Alex. d.conſil.
99.cum Apoſt.uol.1.Clar.§.fi. crimi. q.24.verſ.
item quæro.
Quarto accuſatoris vice fungitur,qui à teſtifi
cando repellitur.c.preterea.de teſtib.cogend.l.
diui.ff.de accuſ.Camp.vbi ſupra regul.104.
30 Quinto eſt † bãnitus capitaliter pro aſſaſſinio,
ſic publico delicto, qui nec eſt idoneus teſtis ad
inquirendũ contra aliquẽ in ſpecie, nec de iure
cõi,tamquã infamis,ex no.p Bar.in l.infamẽ.ff.
de publ.iud.Boſi.tit.de inquiſ.nu.54. 58. & ſeq.
ſubdens.nu.60.eo minus credi,ſi ſub ſaluo con-
ductu,vt hic deponit.nec rurſus virtute ordinũ,
& ſtatutorũ patriæ,qui illum oĩno, licet contu-
macẽ,pro vero delinquente hñt,ita vt nec teſti-
ficari valeãt,per Feli.in c.ſuper eo.nu.6. de teſti.
Clar.in §.crimi.q.71.uerſ.præterea quero, Ro-
* land.à Val. conſ.41.nu.48.ubi de cõi * volum.1.
31 Sexto † cõdemnatus fuit pro aſſaſſinio in lo-
co,ſeu vt aiunt, arengherio publico, ſic effectus
infamis,qui propterea in teſtẽ recipi nequit.Ol
drad.cõſ.91.Crot.de teſtib.par.3.nu.20.& ſeq.
Plot.in l.ſi qñ,nu.796.C.vnde vi,diffusè Io.Mõ-
ticel.ſuo trac. de teſtib. verbo criminoſus teſtis.
32 Cumq; iſte bannitus ſit, tantaſq; † exceptio-
nes patiat̃,merito ſi nullã probationẽ,indiciũve
conſtituit, ẽt ꝙ aliàs vti inhabilis, vel in ſubſidiũ
admitteret̃,ex d.Soci.ſen.conſ.118.vol.1. Boer.
deciſ.319.nu.3.Rol.à Val.conſil.16.nu.20.uol.
* 1.ex * cõi Laur.Chircou.com.opin.cent.4. con-
cluſ.40.Gabriel. com. concluſ.lib.1.concluſ.7.
num.10.Rimi.iun.conſi.66.nu.38.
Tollitur ſimiliter dictum cuiuſdam fœminæ
amaſiæ,vel vxoris dicti banniti deponentis ſu-
per hoc delicto.
33 Primo,quia † fœmina eſt, quæ licèt in crimi-
* nalibus poſſit teſtificari,ex cõi,de qua per Clar.
§.fin.q.24. in prin. non tamen omni fidé digna
creditur, vt ex illius dicto probatio indicij alicu
ius reſultet,ita reſpondet Alex.d.conſil.99.nu-
me.4.uol.j.Craue.conſ.99.nu.5.ſequitur Hipp.
conſi.22.nu.1.uolu.1.Merend.conſi.92.nu.14.
Laur.ab Occa.conſ.60.nu.17.tom.2.conſ.crim.
in fol. qui ait regulariter fœminas non admitti,
per Alex.Deci.Cẹpol.Alciat.& cæter.ibi,Crot.
de teſtib.parte 3.num.10.
34 Secundo uel eſt † vxor dicti banniti, quę tunc
pro uiro,& in cauſa viri cum fides domeſtica,ſit
ſuſpecta repellitur,Soc.ſen.conſ.17.col.5.uol.j.
latè Bertac.ſuo indice, uerbo teſtes,qui eſſe poſ
35 ſunt,num.59.vel amaſia,ſeu meretrix, † quæ vti
infamis reijcitur,Bar.in l.1 §. idem Cornelio.ff.
de quæſtio.ſufficit enim, ut ſit mulier, meretrix,
vel perſona vilis,Franc.de Placent. conſ.84.nu.
8.13.& ſeq.to.1.conſ.crim.in 4.Feder.Scheech.
tracta.de teſtib.num. 17. Vitalin.in clem.teſtib.
num.8.extra de teſt.Ioan.Mar.Mootiecl.tracta.
de teſtib. verbo teſtis eſſe non poteſt meretrix,
& io verbo,teſtis vilis.
Tertiò hæc mulier ratione coniunctionis cũ
36 dicto bannito,uidetur † ſuſpecta, & inimica ſal-
tim præſumpta omnium, qui mortem banniti
procurarunt, quæ ideo repelletur per Marſ.cõ-
ſil.20.nu.16.& Merend. conſ.92.nu.10. & 13.
tom.2.in fol.conſ.crimi.
Quarto dicta mulier eſt inimica oĩum ratio-
ne ꝑtenſæ iniuriæ,& metus ſibi illati de occiden
do puerum eius,ac filium dicti banniti,ac vero-
ſimile eſt,ꝙ vlciſci uellet iniuriã, facile enim in-
genium mulierum eſt ad vindictã,& ideo facili-
mè à teſtificatu hac de cauſa repelluntur, ita in
terminis Craue.d.conſ.99.num.6.poſt Alex.d.
conſ.99. nu.4.vol.1.cuius mulieris dictũ ab alio
dicto banniti ſuppleri nequit, cum inhabilis,ut
ſupra exiſtat, nec qui fide indiget, dictum alio-
37 rum † ſuppleat,ita Craue.d.conſ.99.nu.10.
Rurſus tollitur prorſus quodlibet indicium
generale, ſeu fama contra ipſum Do. Ioannem
38 Franciſcum,ex ſpontanea † pręſentatione,& cõ
ſtitutione,ad carceres,quæ oĩa indicia præſum
ptiua contraria elidit, Cẹpol.conſ.crim.31.uer.
10.Gram.conſ.29.nu.31.Marſ.§.diligenter,nu.
204.& conſ.127.nu.49.Lucius conſ.crim.161.
nu.51.to.1.in fol.crim.Bertazol.conſil.70.nu.
28.& Turr.conſi.81.nu.88 tom.2.in fol.Rimi.
iun.conſ.88.num.48. cum mult. ſimil. poſt Ri-
pam,ubi de communi * in l.admonendi. nume.
169.ff. de iur. iur. Concludo itaque nec delictũ
probari, & illud admiſſum impunibile iudicari,
prout ita in facto obtinui.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI D. AVRELIA SCOTTA.

ARGVMENTVM.

Contractus vſurarius,quomodo virtute ordinum, & ſtatutorum alicuius patriæ iuſtificetur, ex dicto vnius teſtis tãtum, uel aliter inhabilibus teſtib.

Digitized by Google

Qui teſtis, & quæ præſumptiones ſufficiant, tam pro contractus vſurarij probatione quàm excluſione vſurarum & contractus validitate.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vel lex admittens teſtem inhabilē in ſubſidium vel perſonam non omni exceptione maiorem, in materia probationis, intelligitur ſi vnica inhabilitas, & vnicus defectus concurrat.*

2 *Teſtis inhabilis duob. ſm̄ reſpectib. nullam probationē facit in caſib. ēt, ubi aliter ueritas hr̄i ñ pōt, & hoc de iure cōi, ex recepta ſententia.**

3 *Statutum mandans quem probari vſurariū per vnicum idoneum teſtem uel per plures ſingulares minimè iure ſubſiſtit, ex * communi.*

4 *Vſurarum crimen teſtibus ſingularibus probari non poteſt, ex * communi dicto.*

5 *Statutum requirens probationem fieri poſſe, cū vno teſte idoneo, ita demum intelligendum eſt, ſi illa qualitas idoneitatis fuerit probata, ex magis ** communiter recepta ſententia.*

6 *Dictum Curtij in tract. de teſtibus concluſ. 35. & ſequacium reprehenditur.*

7 *Dictio idoneus, & omni exceptione maior eiuſdem ſunt importantiæ.*

8 *Qualitas idoneitatis teſti cum eſt probanda in materia vſurarum.*

9 *Qualitas à ſtatuto requiſita, vt ſequatur condemnatio, probari debet.*

10 *Iudæi alijq; Saraceni à limine depoſitionis contra Chriſtianos omnino repelluntur ex recepto dicto.**

11 *Teſtimonium Iudæi non ſuppletur per depoſitiones Chriſtianorum etiam ſi in Chriſtianos examinaretur.*

12 *Contractus in dubio non præſumitur fictitius, vſurarius vel ſimulatus, ſed legalis uerus & iuſtus.*

13 *Affirmans quem eſſe uſurarium tenetur id legitime probare maximè in iudicio criminali.*

14 *Quis, ex præſumptionibus, indicijs, ſeu cōiecturis damnari non debet.*

15 *Præſumptiones, & coniecturæ, tā ex iure, quam ex ordinibus Mantuæ probatæ legitimæ per duos teſtes ſufficiunt ad uſurarium condemnandum, ex ** communiter recepta.*

16 *Coniecturæ uſurariæ materiæ probari debēt per alios teſtes, & non per illum de vſura idoneè deponentem ſecundum ſtatuta.*

17 *Præſumptiones coniecturæq; calidiores pro veritate contractus præferuntur ad excluſionē delicti concurrentibus pro fictione, ac ſimulatione contractus.*

18 *Actus tutoris extraiudicium factus, per quem delictum apertum eſt nō nocet pupillo, nec ipſe pœnam incurrit, ſecus eſt, nu. ſeq. ex * cōmuni.*

20 *Agens nomine alieno punire ipſe non debet.*

21 *Pupillus ob delictum tutoris nomine ſuo commiſſum, niſi clare de delicto appareat, damnari non debet.*

22 *Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, quando plures defectus vltra iudaiſmū patitur, etiam quòd à iure, vt Iudæus admitteretur.*

23 *Proxenetæ mediatoreſque non ſunt legitimi teſtes, niſi pars non contradicat, ex * commum, & ampliatur, ex ** communiori, nu. ſeq. etiā ſi ſponte deponant.*

25 *Mediatores contractus vſurarij tenentur ſicuti contrahentes ad reſtitutionem vſurarum.*

26 *Teſtis ſentiens commodum, de re, ſuper qua deponit à teſtimonio repellitur.*

27 *Teſtis inimicus ad offenſam alterius inimici nō admittitur.*

28 *Intellect. ad ſtatu. Mant. ſub Rub. de probatio. fien in criminal. &c.*

29 *Intellect. ad conſ. Craue. 73.*

30 *Fama bona conſcientiaque timorata eſt optima coniectura in fauorem accuſati de vſuraria prauitate.*

31 *Nobilitas grauitaſque perſonæ inquiſitæ probationes fiſci diminuere ſolent.*

32 *Mulier non præſumitur doloſè contrahere, ex communi.**

33 *Fæmina nō præſumitur velle contrahere uſuras cum ſit iuris ignara.*

34 *Contrahentis animus, ex proteſtatione ante contractum emiſſa, quale ſit, cognoſcitur.*

35 *Facta cum peritorum conſilio omni ſuſpicione carent.*

36 *Oppoſitum eius, quod teſtis dicit, quando cū veritate cauſæ per quam ſe mouet ſtare poteſt, nunquam teſtis probat.*

37 *Teſtis ſingularis dictum nō ſuppletur ex dictis aliorum niſi ſint multa fide digni magiſque idonei.*

38 *Numerus teſtium inhabilium, quandoq; in criminalibus ad torturam ſufficerent, ſed nunquam ad condemnandum.*

39 *Fidei ſuppletio ex teſtibus idoneis fit, quādo te-*

ſtis

Digitized by Google

ſtis aliquando fuerit ex ſe idoneus ſecus ſi nunquam.

40 *Teſtis fides ex alio non ſuppletur, quando inuicem ſunt contrarij.*

41 *Dictum teſtis ſingularis non probatur per alterius dictum, quando contrarium per teſtes alterius partis idoniores probatur.*

42 *Teſtis factum integrum neſciens, ſeu concluſionem ipſius, non probat.*

43 *Teſti in ſuo teſtificatu vario fides non eſt præſtanda.*

44 *Teſtes negatiuam coarctatam loco & tempore deponentes optimam fidem faciunt.*

45 *Falſa dicenti nullo modo creditur.*

46 *Teſtes pro reo negantes cæteris affirmantibus præferuntur.*

47 *Teſtis non plene inſtructus repellitur, & cuius authori nulla præſtatur fides.*

48 *Commodum ſentiens, ex re ſuper qua deponit, non probat.*

49 *Teſtis in cā propria teſtificare nullo modo pōt.*

50 *Semel malus in eodem genere mali non in diuerſo ſemper præſumitur malus.*

51 *Præſumptiones non ſufficiunt ad aliquem pœna ordinaria condemnandum.*

52 *Ratio, quæ diſpoſitioni adhæret finalis præſumitur.*

53 *In contrahentibus nominatis ceſſante cauſa non ceſſat effectus regulariter.*

54 *Suſpicio in crimine falſi pro veritate habetur, ſed ad damnandum vel torquendum non ſuf*
* *ficit, ex * communi.*

55 *Quod ſolitum eſt fieri conſideratur.*

56 *Veriſimile in obſcuris attendi ſolet.*

57 *Teſtis contrarius, circa ſubſtantialia non probat.*

58 *Teſtes concordes eſſe non poſſunt, quando de diuerſis locis deponunt, ut teſtes Suſanæ.*

59 *Teſtibus contrarijs ab una, & eadem parte pro-*
* *ductis, non creditur, ex * communi.*

60 *Teſtis contrarius, circa ſubſtantialia nunquam concordari poteſt, ſecus ſi circa extrinſeca.*

61 *Teſtis ſemel approbatus reprobari amplius non poteſt.*

62 *Teſti de auditu pro reo contra fiſcum creditur.*

63 *Famulus pro domino, quando poſſit eſſe teſtis.*

64 *Negatiua probatur per affirmatiuam contrariā.*

65 *Dicta teſtium non concordantur cum dicto partis, quando procedat.*

66 *Familiares deponentes pro innocentia rei ad defenſam admittuntur.*

67 *Contractus in dubio vſurarius præſumitur, & qualiter intelligatur.*

68 *Conſ. Alciat. 3. num. 16. declaratur.*

CONSILIVM CXXXV.

TRINITAS ADSIT.

TAM difusè, & magiſtraliter cōſultum fuit per pręclariſſimum I.C. Ferrarienſem D. Bartholomæum Bertazolum in cauſa inquiſitionis formatæ contra nobi.d. Aureliam Scottam de pēdaleis, vt omnis opera mea ſuperflua videri poſſit, in res nō neceſſarias perfectiſſimis allegationibus addēdo. At quia 7. principalia dubia per Illuſ. Senatum ęduntur, quorum nunc diſſolutio petitur, ſcribam, vt morem cōſulenti geram, & claram eſſe iuſtitiam pro ipſius parte oſtendam ad reſolutionem igitur difficultatum, quæ inducuntur aduerſus hanc Matronam viduam conſiderandę ſunt quinque rationes, per quas tolluntur omnia obiecta.

1 Prima ratio eſt, † vbi lex, ſeu ſtatutum admittit teſtem aliàs inhabilem, vel minus legitimum vel idoneum, vt puta in ſubſidium, ſeu perſonā non omni exceptione maiorem, diſpenſat in materia probationis, interpretatur, & locum ſibi uendicat, ſi vnica inhabilitas, vnicusve defectus tantum concurrat, at ſecus ſi plures exceptiones defectusve contra teſtem, illius dicta, vel perſonam, opponantur, quorū vnū quodq; aliàs illum iure communi repelleret, cum tali caſu, nec lex, nec ſtatutum, nec diſpenſatio proce-
141 *Conſenſu ex poſt facto in pacto de ſucceſſione interuenire poteſt, & facit ipſum valere.*

142 *Conſenſus ſpecificus in pacto de ſucceſſione neceſſarius eſt.*

143 *Pactum initum cum eo de cuius hæreditate* * *agitur non ualet ex recepta * ſententia.*

144 *Pactũ initũ de cõſenſu tertij dñi quare teneat*

145 *Pactum de cuius bonis tractatur, quare non va-* * *leat ex * communi.*

146 *Conſenſus illorum de quorum bonorũ parte tractatur facit valere pactum, etiam quod reſpiciat futuram ſucceſsionem.*

147 *Teſtamentum cum clauſula reuocatoria non tollit pactum de ſucceſsione recte firmatum, & ratio habetur.nu.ſeq.*

149 *Reuocatio donationis cauſa mortis iurata fit ſi ſpecialis adhoc derogatio adſit.*

150 *Clauſula omni mel.mod. neceſſaria eſt in reuocatione donationis cauſa mortis iuratæ.*

151 *Donatio cã mortis ad libitũ donantis reuocatur.*

152 *Donatio cã mor. nõ reuocať ex inſtõne hæredis.*

153 *Promiſsio ſub dubio euentu futuro non reddit contractum illicitum.*

154 *Cõditio ſub dubio euẽtu, p cã legitima reputať.*

155 *Conuentiones quæ ſcommeſſe vulgo dicũtur, va-* * *lidæ & probatæ ſunt ex * communi.*

156 *Conuentio de ſolutione.100.aureo.per me tibi ſacienda ſi fortuna te plus quàm me fauebit, ua-* ** *let, & a cano.communiter ** recipitur.*

CONSILIVM CXXXVI.

TRINTAS ADSIT.

CONVENERVNT inuicem Nobiles do. Gregorius Fugacina & Gabriel Cauatius, quod ille qui ex ipſis duob. morietur ante alterum, habeat titulo donationis inter viuos irreuocabilis, &c.pro vt eueniente illo caſu ex nũc pro vt ex tunc, & è cõtra per ſe & eorũ hæredes donarũt & donãt alteri qui ſuperuixerit acceptãti, &c.ſcutos mille auri, & in auro, quos qui ſuperuixerit in bonis & hæreditate alterius hẽe & conſequi, ac a defuncti hæredib. aliquo nõ obſtãte, parteſque renuntiauerunt omni exceptioni in forma ampliſſima, ac promiſerunt omnia ſeruare ſub clauſula iuramenti.

Deceſſit ante Fugacinam dominus Cauatius inſtituto illius fratre hærede vniuerſali a quo 100.conſequi contendiť: quæriť, an ei debeantur, & concluſiue loquendo deberi arbitror.

1 † Primo, quia cuilibet licitum eſt partem bonorum ſuorum vel certam ſummam bonorum vel denariorum donare poſt mortem, vel etiã pro-

Digitized by Google

mittere,licet hæreditatem dare pacto prohibea
tur.l.1.C.\ tactio ab hæred. & contra.hæred.§.
poſt mortem Inſtit.de inutilibus ſtipul. l. ſi quis
argentum.§.ſed ſi quis.C.de donat.l.hæreditas.
C.de pact.cõuent.cum ſimil.& ſi donat, vel pro
2 mittit,† hæc conuentio proueniensex cõtractu
3 licet collata poſt mortem,licita reputatur,† cum
nec de futura ſucceſſione dicatur, nec liberam
facultatem teſtandi auferat, vt in terminis no-
ſtris decidit Oldra.per illa iura,conſi.139.in pri.
Bart.conſi.212.promitto tibi Alexan.conſi.83.
num.6.volum.2.ubi Molin. cum apoſt.latiſſime
Deci.conſi.247.in primo & num. 8. Tiraq. am-
ple de iure primogenit.q.6.nu.33. Iaſ.conſi.60.
4 in primo volu.3.Alciat.conſi.135.in fine. † Ad
cognoſcendum enim quando pactum ſit de fu-
tura ſucceſſione reprobatum, vel donatio, vel
pactum partis bonorum emiſſum inſpiciuntur
5 verba paciſcentium, † quæ ſi fundantur in per-
ſona promittentis ſub conditione extitura poſt
mortem, ita quod eueniente illo caſu obligatio
incipiat in perſona hæredũ, vt colligitur in no-
ſtro inſtrumento, ibi ex nunc donat,&c.& quæ
ab hæredibus ſuis conſequatur, tunc promiſſio,
6 & pactum valet, † ſi vero promiſſio reſpiciat nõ
perſonam, ſed bona ſimpliciter nec obligatio
tendat ad hæredes,ſed ſimpliciter acquirens ip-
7 ſa habere debeat,† iſto caſu, quibuſcunque ver-
bis concipiatur,dicitur pactum de futura ſucceſ.
ſione omnino reprobatum,vt Curt. optime de-
clarat,conſi.15. num. 3. ex diſtinctione Bart.in
conſilio 212. promitto tibi. quem in propoſito
referunt,& ſeq. Additionarij,ad conſi.11.Cam-
peg.inter conſ.feud.1.uolu.num.3.quod eſt Ne
uiz.vt per eum conſi.68. nu. 36. Idem Curt.iun.
conſi.8.num.1.& 2.Celſus Hug.conſ.100.nu.7.
Bero.exemplificans modos cognoſcendi ſub-
* denſque hanc diſtinctionem * communiter re-
cipi in conſilio 30.nu.28.uol.3.poſt Crau. cõſi.
8 139.num. 2. Alciat. conſilio 96.nu.12. † ubi.n.
per viam contractus proferuntur verba non au-
tem per viã ſucceſſionis,ibi conuentio,ſubſiſtet,
Siluan.conſi.90.nu.3.Addo Octau.Chacher.de
ciſ.Pedem. 100.num. 24. & 25.qui hanc diſtin-
* ctionem communem * tenentes refert, & pro-
bat.Alciat.conſilio 122.nu.4. & ſeq.conſi.164.
nu.14.conſi.256.in fi.poſt Bertrand. conſi.162.
num.3.& 4.uol.3.Simonct.conſi.32.nu.6. inter
conſ.Senat.Montisferrat. Simon de Prætis cõſ.
9 123.num.11.& 22.† Quinimo & donatio om-
nium bonorum alicui facta poſt mortem donã-
tis valet,ex not.per glo.in l.fi. in verbo accomo
* dauerit.ubi Bar.& dd.* communiter.C.de pact.
10 Curt.d.conſi.15.& conſi.81.nu. 3.† modo tamẽ
poſt mortem fiat, cum adhuc hæres inſtituatur
qui Falcidia detracta totũ donatario reſtituet.

Alias non valeret donatio omnium bonorũ
pręſentium & futurorum ſimpliciter emiſſa,niſi
* alio reſeruato ex * cõi declarata per Roman.cõſ.
26.in prin.ubi late Mendoſ.in verbo pro teſtan
do diffuſe per Ioſeph. Gonzalez. variarum.q.c.
30.in prin.num. 33.& ferè per totum. vbi hanc
materiam donationis bonorum præſentium &
futurorum explicat.Clar.in §.donatio lib.4.ſen-
tentiarum.q.19.in prin. Vaſq. de ſucceſ.lib.2.1,
part.§.18.nu.292.Turiz. commun. opin. 83.ac
Eman.Soarez. recep. ſent. verbo donatio om-
nium.num.179.cum ſeq.

11 Pro vt nec donatio hæreditatis valeret, † licet
donatio omnium bonorum ſubſtineretur, cum
ex primo auferatur poteſtas teſtandi,non ex ſe-
cundo,Eman.ubi ſupra & Clar.d.§. donat.q.19.
ſufficeretque poſſibile eſſe tempore donationis
quem facultate teſtandi non priuari,nec ideo ir
ritatur,etiam ſi poſtea nil lucretur,vt not.Purpu.
nu.125.poſt Bald.& Cagno.num.219.in l.fi.C.
de pactis,quos refert Hieron. Gabr. conſi. 141.
num.1.At promiſſio quod ſit ſuus hæres,vel qđ
faciet ipſum hæredem, ſeu quod ipſe bona ha-
bebit,non ſubſiſtat per Dec.conſi.578.nu.8.am
ple Cagnol.in d.l.fi.nu.213.& Dec.in l.pactum.
num.3.C.de pact.dantes cautelam in mõ conci-
12 piendi verba promiſſionis, † conuentio enim ſu
per ſucceſſione per uiam contractus inita ſubſi-
ſtit etiam quod omnia bona cõprehendat,Cur.
iun.conſi.15.num.1.& 2.Pariſ.conſi.26.nu.51.
uol.2.Gozad.conſi.87.num.2.& 9.ac poſt Dec.
Alex.Iaſ.Soci. Rub.Pari. Marſil.Tiraq.& Crau.
id receptiſſimum eſſe probat Menoch. conſi.1.
num.149.Tob.non.conſ.43. per totum.

13 † Secundò licet pactum de hæreditate viuentis
factum,vel inter duos,quod vnus alteri præmo
rienti ſuccedat,exceptis quibuſdam perſonis (vt
infra)tanquam improbatum non teneat dupli-
14 ci ratione, † vna quia eſt cõtra bonos mores de
15 re aliena paciſci, altera † quia conuentio plena
eſt triſtis euentus ob votum captandæ mortis,
quod no.Ang.Caſtr.& Fulg. in l. tale pactum.ff.
16 de pact. † Et quia certi tantum modi ſuccedẽdi
a legibus tradantur, ut per alios nefas ſit ſuccec-
dere.l.fi.ubi omnes.C.de pact.per Bar.cõſi. 212.
promitto tibi.Deci.conſi.494.nu.2. cum apoſt.
17 225. nu. 3. † quinimo nec in quota hæreditatis
Deci.conſi.184.nu.6.& apoſt. ad eum cõſ. 225.
* nu.4.verbo negatiuã, * cõe in vtroq; caſu atteſta
tur Gra.conſ.25.in pri.vol.1.Cęph.conſ.44.nu.
24.Hier.Scruph.conſ.124.nu.3.& 4.vol. 1.cõſ.
feud.& de hæreditatis quota, non aũt bonorũ.
ex cõi Viui. com. opin. lib. 1.uerbo pactum per
aliquos opin.233.ac d.Hier.Gabr.conſ.137.nu.
16.in fi.ſubdẽs & nu.20.ex recepta, & uera ſñia
18 quicquid uoluerit Alc.† & nonnulli hæreditatẽ
totã,partem,vel quotã pacto modo aliquo non
* poſſe dari,cõem * & indubitatam ait,Celſ.Hug.
conſ.100.num.4.& 5.& conſi.58.uer.4. Siluan.
cõſ.90.nu.4.& ſeq.Alc. conſ. 135.nu.8.& conſi.
256.nu.18.& cõſ.114.nu.3.Fuſius Tiraq. de iur.
19 primogenit.q.6.nu.18.& nu.24.† Id extẽdẽs ad
pactum viciſſitudinarium duorum, vt ex duob.
qui ſuperuixerit,vt hic illius reb. potiatur, trad.

Cagnol.

Cagnol.in l.fin.num.213.C.de pact Socin. iun.
conſi.44.num. 12. & 45.uolu.2. Cæphal.conſi.
43.num.12.Menoch.conſilio 1.nume.142. qui
hæc multis exornat & Vaſq. de ſucceſſ. part. 1.
lib.2.§.18.nume.191.cum ſeq. & in l. liberi. nu-
20 mero 5.C.de inoffi. teſt. † quod procedit etiam
ſi paciſcens decederet nullo facto teſtamento.
dd.& Vaſq.Hier.Scruff.d.conſi.124.nu.4.
21 † Quod pactum nec iuramento firmatur, vti cõ
tra bonos mores Deci.ubi ſupra & conſi.63.in
22 fi.578.num.9.& 608.nu. 8. † Cæphal.conſi.44.
num.4.Soci.iun.44.num.15.uol.2.& in d.l.ſtipu
latio.num.45.ubi de commun.Menoch.d.conſ.
* 1.num.148.* communem ait Zaſ.conſi.1. num.
28.uolum.2.Alciat.conſi.96.numero 11.& Ca-
ualcan. qui cæteros adducit in tractat. de tut. &
curat. num.302.commune dictum & verum ap
pellat Eman.Soarez.commun. opin.verbo pa-
ctum.nu.6.Viui.commun. opin. lib. 1.opin.23.
ampliatione.1.Vaſq.de ſucceſſ.part.1.li.3.§.18.
num.197.& 221.& de contro.Illuſtr.c.37.nu.6.
& cap.106.num.5.Bero. conſi.156. num.2.uo-
lum.2.& conſi.95.num.13.& 15.uolum.3. Alc.
conſilio 135.nume.3. & 8. ubi de communi, &
conſil.o 164.num.14.conſilio 256.numero 14.
Neuizan.conſilio 29.numero primo Siluan.cõ-
23 ſilio 90.num. 7. & 18. dicens † nec iuratum pa-
ctum de quota hæreditatis ſecundum commu-
nem ſubſiſtere, cæteros de recepta ſententia at-
teſtantes aggregat Octau.Cacher.deciſ.100.nu
mero 31.addens, ita cenſuiſſe ſenatum Pedemõ
tium, Philipp.Port.conſi. 36.num. 2.& ex ma-
** gis ** communi Torniel. inter conſi. Portij. 81.
num.7.Franc.Marc.Deci.Delfi. 128. nu.1.Pute.
deciſ.2.Boer.conſi.46.num.4.Simon de Prætis.
24 conſi.123.num.15.ubi de communi, † Nec inſu
per tale pactum quamuis iuratum lege improba
tum ſubſtinetur in uim ſupremi iudicij vel teſta-
menti, licet ſolemnia teſtamenti in illo interue-
nerint, ex not. in dict.l.licet.C.de pact. per Bald.
Angel.Arct.Caſtren.Lanzalot. Deci. Rimin. &
Purpur.qui optime declarant in d.l. pactum, C.
25 de pact.† Niſi ſecundum aliquos ex conſuetudi-
ne id eſſet introductum, vel niſi fauore militum
ad bellum pergentium, patris diſponentis inter
filios fratrum, ſeu filios paciſcentium de conſen
ſu patris vel eorum, qui pacto hæreditatem dãt
Eccleſiæ. iſtis namque caſibus, ac reſpectu mili-
tum lex voluit pactum licet iuratum, etiam qđ
non eſſet reciprocum, in vltimam voluntatem
reuocabile ſemper tranſire, ac vim ſupremi iu-
dicij obtinere, & ad cæteros caſus, priuilegium
** militum porrigi ſcribentes magis ** communi-
ter cenſuere, vt in l.fin.C.de pact. in l.1.C. de ſa-
croſan.Eccl.in l. licet. C. de pact.Roman. conſi.
26.in prin.ubi Mendoſ.quotas adducit in fi.pri-
mæ apoſtillæ, verbo, pro teſtando.Natta in c.
quamuis.num.60.cum ſeq.de pact.in 6. Claudi.
Catiun.conſi.7.numer.9.Celſus Hugo. conſilio
100.nu.12.ample Vaſq.licet pro more in nõnul
lis ſubtiliter contrarium affirmet, in tract.ſucceſ.
prima part.lib. 3.§.18. requiſito.29. limit.1.nu.
26 198.† ubi Caput filiorum de conſenſu patris pa
ciſcentium in dubium ponit.nume. 201. & ſeq.
219.& ſeq.233.ubi de militibus.nu. 235. & ſeq.
& de magis communi in iſtis caſibus.& quod re
uocatio.d. pacti etiam iurati continuo admitta-
tur, atteſtatur nouiſſime Hiero.Gabr.conſi.137.
num.13.26.30.& ſeq.pro conſuetudine, Franc.
Marc.deciſ.128.132.part.2. & 136. & 148.par-
te prima.Aymo in conſuet. Aluar.art.26.tit.14.
remiſſiue Mainerius.in l. non debet.nu.22.ff.de
27 reg. iur. Quod priuilegium rurſus extenditur ad
Principes ſecundum Zaſium conſi.1.uol.2.Me-
noch.conſi.1.nu.152.de quo per Simonet.cõſ.
32.nu.8.inter conſi.Senat. Mont. Ferr. nec non
28 ad coniuges † ſi inter eos reciproca conuentio
de inuicem ſuccedẽdo fiat, ex regula, quam am-
pliando & limitando tradit Iaſ.in l. ſi pater puel
læ.nu.6.C.de inoffi.teſt.Abb.conſi.18.nu.3.vol.
1.poſt Ci. Caſtr. Salicet.Marſ.Boer.& Caſſa.ci-
tatos per Petrum Duenam in regula.172.uerbo
conuentio.lib.1.Ioachin. Miſing. reſponſo.49.
nu.4.& ſeq.Octau.Cacher.deciſ.Pedemon.100.
** num.2.qui in fi.num.46. ex magis ** communi
29 reſtringit. d. Priuilegium.l. licet ad milites actu.
ac in caſtris degentes, non etiam ad omnes no-
mine habituve milites ad militiam & caſtra de-
ſtinatos, ex doctrina Guliel.in c. Raynut.verſic.
duas. habens.num. 203. de teſtam. Boer. deciſ.
204.num.5.Simon.d.conſi.32.vbi de Commu.
nu.10.ex mente Curt. in d. licet inter priuatos.
num.7.C.de pact.
30 † Attamen ubi in pacto terræ res unius priuati,
vel pars bonorum uel quantitas tantum promit
titur, alicui per contractum, ſeu per donationẽ,
licet poſt mortem executio differatur, pactum il
lud nullo iure improbatur, Guid. Pap. q. 247.
Deci.ample.conſi.225.nu.4.ubi apoſtil.in uer-
bo negatiuam, & verbo conſului, & conſ.184.
nu.6.cum apoſtil.add.ad q.Toloſ.152.Alc.cõſ.
28.num.11.cum apoſtil.lib.3. Ample Iaſ.Brun.
Bertrand.Gozad. & Bened. allegans Bertrand.
conſi.62.in 3.Soci.iun.conſi. 143. num.11.uo-
* lu.1.& conſi.21.nu.1.ubi de communi * vol.4.
Curt.conſi.1.num.16.Iaſ.conſi.60.in pri.uol.3.
& conſi.173.num.4.uol.4. & conſi. 8. nu.33.&
conſi.9.num.11.uol.1.conſil.feud.Deci. conſi.
63.in fi.cum apoſt.& 578.nu.6.Pariſ.conſ.1.uol.
3.Craucr.conſi.19.nu.7.ex communi Cæph.cõ
ſilio 44.nu.24.commune dictum ait Bero.conſ.
30.nu.12.& 24.uol.3.Claud.Cãtiu. cõſ.6.nu.2.
id omnes affirmare dicit Menoch. d.conſ.1.nu.
150.Octau. Cacher. deciſ.Pedem. 100. nu.4.&
26.ubi cæteros ex cõi adducit, & nu.41. pro ele-
ganti deciſione ac limitatione ad regulã. l. licet.
C.de pact.ad notat. Roderic. Soarez. in l.quo-
niam, in prioribus 5.limit.nume.6.C.de inoffic.
teſtam.Bellon.conſi.60. in pri. ubi ait has con-
cluſiones canonizatas, pro uera & recepta eãdẽ

admittit Tob.Non.conſi.43.nu.2.Franc. Marc. deciſ.Delfi.128.nu.3.part.2.& 651.& 152. par. prima.Addo nouiſſime Marzar. Vincent.uidendum ſuo conſi.vltimarum voluntat.21. in fine. quo loco fuſiſſime 35.authoritates & alias cele
* berrimorum iur.conſultorum,& de * communi atteſtantium adducit,comprobantes hanc con-
31 cluſionem,† quod pactum de ſuccedendo in bonis particularibus,tantum,quo non auferatur libera teſtãdi facultas valeat, & præcipuè per viã donationis & contractus iure ſubſiſtat, nec ab his diſſentire,viſa eſt Rota Romanæ curiæ in de-
32 ciſ.Ant.Auguſt.lib.2.deciſ.536.† Quod extendi arbitror ad donationem,& contractum cõprehendentem bona,& iura,vniuerſaliter,dummodo,paciſcens,vel contrahens putet nolle facere hæredem,nec quando omnia præſentia & futura in effectu ſub donatione veniant, ſed aliquid ſuperſit,vnde donans teſtari queat,glo.eſt,a dd.
* cõmuniter * probata.ubi Bar.& omnes,ac Purpur.num.222.in d.l.fi.C.de pact.& in d.l.ſtipula-
33 tio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.† prout in dubio etiam quo ad pactum ſucceſſionem inferens interpretatio in contractum fieri ſolet. ſi donatio ſubijciatur. Alexan.conſi.83.nu.17. volu.2. Alciat.in l.1.§.ſed ſi mihi. num.23.ff.de verbo.Gabriel.d.conſi.137.nu.23.Celſus Hug. d.conſilio 100. num. 8. quæ denuo reſtringo ſi
34 † fiat pactum de rebus proprijs,cum de reb. alienis quamuis certis,ac particularibus conuentio ſine domini conſenſu nullo ſub ſiſtat iure, per omnes in d.l.fi.vt & inquit Bero.conſi.36.num. 14.& 23.uolu.3.Curt.iun.conſilio 15.25.& 81. Purpur.d.l.fi.num.218.Siluan.conſi.90.num.1.
35 † nec inter filios factum de bonis patris, ex * cõ-
* muni relata per Vaſq. de contr. Illuſtr. cap. 37. num.6.Idem euenit, ſi non per donationem uel contractum, ſed tantum per viam ſucceſſionis
36 in pactum, redigantur † certæ res hæreditatis particulares,vel bonorum, non tamẽ omnium pars.cum conuentio obſeruetur,& res paciſcenti debeantur cum hoc non cenſeatur contra bonos mores,nec liberam facultatem teſtandi infringat, & minus hæreditas dari pacto dicatur, vt communem doctrinam limitando, ponunt Bartol.conſi.72.uolumin.2.Decius in l. pactum quod dotali num.12. C.de pactis pro more diuerſos allegat Pariſ.conſi. 26. nu.84.& ſeq.vol. 2.Tiraq.de iur. primogenit.q.6. num.13.Rubr. conſi.95.num.3.Grat.conſi.25.in pri. uolum. 2. Iaſ. conſilio 17. num.2.uolu.3.Deci.conſi.578. num.6.& 655.num.10.cum Socin.iun. conſilio 65.num.47.uolu.1.qui ſuper eodem caſu cõſul-
* uerunt.ex communi * Eman.Soarez. receptarũ ſentent. verbo pactum.num.6. Viu. commun. opin.lib.1.uerbo pactum.num.3.Fallen.1. Multos accumulat in materia Hier.Gabr.conſ. 137. num. 17. & conſi.140.num. 1. Celſus Hugo.ex
* communi * conſil. 100.num.4.& copioſe Marzar.d.conſilio 21.in fi. vbi nonnullos intra iam citatos id tenentes in ſpecie recenſet, videlicet Alberi.Ang.Guid.Papa.Abb.de bened.Caſſan. Durand.& alios, ac nouiſſime Philippum Portium & Torniel.inter Portij conſi.36.nume.11. Gribald.conſi.80.num. 7. ubi de ueriori & com-
** muniori ** ſententia, ac Torniel.ex uera & indubitata conſi.81.nume.9. cum ſeq.qui omnes conſuluerunt in contingentia facti Mantuani ſequitur in propoſito Menoch. conſi. 1.nu.150. uolu.1.fere ſentiens.num.166.in fi. hoc dictum extendi ad quotam hæreditatis, uel partem bo-
37 norum vniuerſalium, † cum pactum priuatorũ, quod uno decedente ſine liberis pars bonorum ſuæ hæreditatis ad ſuperſtitem deueniat, valeat,
* mente inquit omnium Iaſ.& Deci. in d.l.fina.& cæterorum de quibus per eum. nu. 161.& 166. in fine videlicet Iaſ. Tiraq. Pariſ. Curt. iun. Zaſ. Ruin.Natta.Molin.& Deci.licet ego Decium id tenentẽ nullibi repererim, ſed tantũ vbi res certa,in pactum deducatur,non autem bonorũ omnium vel hæreditatis quota,cum illius fuerit opi-
38 nio inconcuſſa † quotam hæreditatis vel oĩum bonorum in pactum futuræ ſucceſſionis deduci non poſſe,vt anim aduertunt Mod.Pariſ.ad Deciſ.conſ.255.nu.4.in uerbo negatiuam. prout nec cæteri dd.allegati per eum in quota hæreditatis vel futuræ ſucceſſionis promiſſa pacto loquantur,vt Tiraq.d.q.6.numer.5.cum ſe ipſum, num.24.declarat.& Decij dictum procedere in contractibus,Paris uero conſilio 26.nu.8. uolu. 2.loquatur in pacto ſuper certis rebus, non aũt quota idem ait in conſi. 1.num.116.& 117.uol. 3.& Curt.d.conſilio.15.ac Molin. conſi. 18.numero 11.qui dum remittit ſe ad not.ad Alexan. conſilio 28.in fine volu.3. loqui videtur de certis rebus.non quota hæreditatis, quę in pactum futuræ ſucceſſionis deduci poſſe minime cen-
* ſeo,ex * communi affirmata per Grat. d. conſil. 25.in pri.& alios de quibus ſupra. Nec ſimiliter Iaſ.d.conſilio 211.volu.ſecundo,Ruin. conſilio 112.vol.4.& Natta conſilio 474.in 2. qui ſuper eadem conuentione fratrum de aſinarijs cõſul-
39 uerunt, affirmant † ſimile pactum valere,ſed ſolum cum ſuper certis rebus,vel parte bonorum, puta immobilium, feudalium vel ſimilum fiat, nam iſto caſu ſubſiſtit, licet pactum bona reſpiciat ſeu ſucceſſionem ipſam, quia ſi reſpiceret per uiam contractus uel donationis perſonam promittentis & obligationem hæredum, utiq; valeret etiam quod omnia bona aliquo reſeruato ex proteſtatione comprehenderet, vt ſuperius dictum fuit in pri.argumento, & Natta d. conſilio 474.numero ſecundo. propterea concludo declarando omnia, quod licet quota hæreditatis in pacto deduci nequeat, ſecus tamen eſt in bonorum (non tamẽ omnium) quota vel
40 parte,† quia tunc pactum efficax redditur, licet ſucceſſionem reſpiceret.ad ea quæ tradit Bello. conſilio 60.in primo & Viu.commun.opin.lib. 1.uerbo pactum per aliquos, limit.2.opin.233.

ubi

vbi hanc * communem eſſe opin.ait, poſt Ioan.
Durand.de arte teſt.tit. 2.cautel. 10.quem refert
& ſequitur Vilabob.commun.opin. Verbo pa-
41 ctum.num.4.fallent. 2. † Differunt enim in pro-
poſito quota hæreditatis, & quota bonorum,
Tob.Non.conſi.43.num. 46.Crauet.conſ.139.
42 num.4.& ſeq.& conſi. 19.num.7. † & quod qui
buſcunque verbis pactum cõcipiatur ſubſiſtat,
dummodo certa bona, vel quantitatem, conti-
neat ſuper facti Mantuani contingentia conſul-
uerunt vt ſupra Port.Imol.conſi.36.in pri.artic.
Gribal.in eodem volu. conſi.80.nu.7.& ſeq.di-
cens in hoc nullam adeſſe difficultatem, ac eſſe
ueram & * communem, idem Torniel. conſ.81.
in 2.Artic.Et hæc eſt ueritas quicquid multi Do
ctores perplexè & varie terminos confunden-
tes loquuti fuerint, & in ſpecie Alciat. alioqui
43 ſummæ doctrinæ, & peritiæ uir.in conſ.114.nu.
3.ac Illuſtriſſ.Simoneta inter conſilia Montisfer
rat.conſilio 31. numero ſexto, cum ſeq.& alle-
gati per eum, dum uolũt, nec rem certam pacto
per uiam ſucceſſionis, & niſi mediante donatio
ne vel contractu dari poſſe, cum cõtra receptas
& ſententias iam canonizatas ſcribant, ut ipſe
atteſtatur.num.6.

Tertiò donatio hæc per teſtamentum reuo-
cari non potuit, quia non eſt facta poſt mortẽ,
nec cum morietur paciſcens, ſic ex donatione
causa mortis, ſed ex † donatione irreuocabili in
44 ter uiuos, quod dignoſcitur ex clauſula donatio
nis inter viuos, ex teſtibus adhibitis, verbis con-
trahentium expreſſis ac toto tenore inſtrumẽti.
l.fina.C.de donat. ante nupt.l.1. cum ibi not.de
donat.multa Alex.in terminis conſi.14. cũ apo
ſtil.Molin.volum.1.Sigiſ.conſi.feud. 5. in prin.
ample per Iaſ.conſi.6.& 60.uol.3. licet ipſe con
trarium in ſuo caſu ob verba clara determinet,
Deci.& citati per eum in l.fin.nu.21.C.de pact.
45 Clar.d.§.donat.q.4. † Præter quod donatio in
dubio inter viuos facta præſumitur gl.in l.apud
Celſum §.Iulian.ff.de dol. mal. except. commu-
nis * eſt ſententia teſte Iaſ.in l.quæ dotis.nu.26.
ff.ſolut.matrimon.Clar.dict.§.donatio in princ.
46 † Et niſi mentio mortis & poſt mortem fiat, nõ
dicitur cauſa mortis donatio, ita omnes * tenere
inquit Sigiſm.conſi.feud.5.num.4.Clar.d.§.do
natio.q.4.uerſi.cæterum.ſubdens in eo quoque
47 ſi adſit uerbum inter viuos tolli omnino in con-
48 trarium obſtantia, quando & ſi in donatione
mortis mentio haberetur, ac etiam promiſſio
non reuocandi illam, inter viuos ac irreuocabi-
lis prorſus iudicaretur ex text. expreſſo in l. ubi
ita donatur.ff.de donat.cauſ.mort.quod dictum
commune * nuncupat Didac.Couuar.in Rubri-
ca de teſta.in ſecunda parte poſt. num. 11.& in
hoc neminem reperiri contradicentem Natta
conſ.104.num.6.uolum.1.communemque eſſe
Rolan.a Valle conſi.62.nu.43.uol.2. & conſi.8.
nu.26.uol.1.Bell.conſi.60.nu.13.quod, & aliàs
Auditoriũ Rotæ Romanæ terminauit, teſte Il-
luſtriſſimo Card.Palcoto deci.171. in cauſa Ro-
mana donationis die 14.Ianuarij 1558.ut habe
tur in deciſionibus, quæ manu ſcriptæ circunfe-
49 runtur, maximè ſi ſtipulatum ſit, ac promiſſum
donatario, & hæredibus, qui in donatione cau-
ſa mortis non veniunt, cum donatio illa mor-
tuo donatario extinguatur, ita Bald. in l.ſecun-
da, C.de iur.dot.Bellon.conſi.60.num.14.Sigiſ.
conſil.feud.5.nume.5.neminem ab hac ſenten-
tia * diſſentire, ex mente Crot.& quamplurimo-
rum infinitos prope citantes, & communem eſ
ſe recenſent, Roland. a Valle dicto conſilio 61.
num.39.& 63.uolumin. ſecundo. & conſilio 8.
numero 19.uolum. primo. Crauet.dicto conſi.
139.Ceſſant tamen omnes amaritudines, in prę
ſenti contractu, ob diuerſas clauſulas donatio-
nem, ac in verbis principalibus concernenti-
bus ſubſtantiam contractus appoſitis, videlicet
libere, &c. inter viuos, & irreuocabiliter, &c.
quæ nunquam reuocari poſſit, &c. ex nunc,
50 prout ex tunc, &c.pro hæredibus, &c.renun-
cians omni exceptioni, &c. promiſit non con-
trauenire, &c.conſtitutum, &c.certificati de do-
natione inter viuos, &c.tres tantum teſtes adhi-
biti, & alia quamplurima, quæ omnia donatio-
nem irreuocabilem ſolum puram, & contractũ
inter uiuos conſtituunt Alexand. cum Apoſtil.
dicto conſi. 14. uolum. 1.Sigiſm. dicto conſi. 5.
& conſi.9.in princ.conſi.feudal. poſt Alexand.
in l.quæ dotis. ff. ſoluto matrimon.Boer. deciſ.
353.parte ſecunda latè Port. Imolen. conſi.36.
num.38.cum ſequen.Cur.conſi.81.num.2.& 3.
Bello.conſ. 60. per totum ſecundum articulum.
Gabriel.conſi.137.num. 23. & ſequen. Siluan.
amplè conſi.90.num.4. & ſequen.ac copioſius
in materia, quando dicatur donatio inter viuos
Riminald.iun.inſtitut. de donatio. nu. 339.cum
multis ſequentibus, per dicto Marzar. conſilio
21.inter ſua conſil. ultima uolunt. in fin. ſubdẽ
tem, uerſic. 15.eſſe ne fas recedere ab opin.pro
51 affirmatiua, quod pactum ualeat, ubi eſſet in cõ-
tractu addita clauſula titulo donationis irreuo-
cabilis, & ſuſiſſime, qui multa adducit in propo
ſito, ac caſu fortiori, vbi eſſet dictum, quod do-
nabat cauſa mortis, Rol. a Valle conſi. 8.num.
17.in fine.uolum.1.& dicto conſi.62.nume.37.
& ſeq.uolum.2.Celſus Hug.conſi.53.num. 1.&
52 4.& conſi.60.num.13.Quapropter d. donatio,
ſeu pactum 100.aureorum, de quo ſupra teſta-
mento reuocari, nec tacite, nec expreſſe potuit,
ut inquit Iaſ.conſi.60.col.3.uer.ſtat ergo.uol.3.
Boer.deciſi.353.in prin.& num.4.Rolan. a Val-
53 le conſi.61.in prin.uolum.2.Cumque in dona-
tione adſit clauſula illa ex nunc, prout ex tunc,
& econtra donat.&c.donatio hæc licet collata,
poſt mortem, in executione, quo ad effectum ta
men & obligationem retrahetur ad tẽpus con-
tractus celebrati, ita ut in alium, transferri non
potuerit, declarat Alex.conſi.83.num.6.uolu.5.
Sigiſm.conſi.9.num.13.

Quarto cõuentio hæc viciſſitudinaria eſt in-
ter duos amicos,ex quo lęſio cõſiderari nequit,
cum incertum ſit qnis primo ſit moriturus, ac
propter dubium euentum , ad cuius ex duobus
commodum res ceſſura ſit,hęc pacta aliàs irrita
ex d. dubio futuri euentus plerunque validen-
tur.ex text.in l.de fideicommiſſo , vbi Caſtr.&
Alex. C. de tranſa. Tiraq. de reuocat. donat.
verbo donatione largit.nu. 108.& de iur.pri-
mogenit. q.6.nu.4.Iaſ.conſi.17.nu.2.in fin.vo-
55 lu.3.† Dicens diſpoſitionem reciprocã valere,
ſi aliter pacta ſimpliciter facta prohiberẽt, vt ꝑ
eum ample poſt Cyn.Bald.Salic.& Caſtr.in l.ſi
pater. C. de inof. teſtã.& copioſe in propoſito
per Iaſ.conſi.173.nu.5.volu.4.Bero.conſi.157.
num.9.& 10.volu.2. Simonet.conſil.32.nu.10.
& Nicolaus Aliprand.conſilio.29.nu.21.inter
56 conſil.ſtatus Montisferr.† Contractus enim li-
citus dicitur,vbi quis poteſt perdere,ſicut lucra
ri,Cępol.in tract.de ſimul.cõtract.14.pręſump.
57 & Alia per Neuiz.conſi.86.num 5.† & vbi eſt vi
ciſſitudinatia donatio rerum particularium , ſi-
ne dubio iure ſubſiſtit,vt inquit Siluan. d.conſ.
90.num.9.quem probat & ſequitur Marzar.cõ
58 ſilio.21.verſi. 28.† Rurſus iurata eſt ob clauſu-
lam, quæ vice iuramenti fungitur,per Pariſ.cõ-
ſilio 110.nu.6.& 4.vol.pri.& in terminis clau-
ſulæ huius patriæ Port.Imol.conſi.36.num.25.
26.& ſeq. Mant.con.70.nu.7.Mich.Graſ.com-
mun.opin.lib.1.q.4.in fi.cap.32 Natta.cõſ.480.
num.12.& 13.volu.3.Bero.conſi.113.num.12.
volu.1.Ideo nec reuocari, nec infringi debet.
59 Iaſ.d.conſi. 17.in fin.uol.3.†.quod affirmo etiã
quod aliter ſu natura reuocabilis foret, Rolãd.
à Valle conſi.8.num.27.vol.1.Curt.iuu.conſil.
98.num.6.& 7.Cacher.d.deciſ.100.numero 14.
60 in fin.† Nec ſimiliter annulabitur etiam quod
inſinuatione careat,Curt.conſil.15.nume.9.in
fin. cum in reciprocis donationibus ceſſet inſi-
nuationis forma, multos aggregat Tiraq.in l.ſi
vnquàm.num. 119.& ſeq.verbo donatione lar-
git.C.de reuocand.donat.Roman.conſ.26.nu.
3. fuſiſſime Mendoſius in apoſt.incipit non in-
diget. Simon de Prætis conſil.144.nu.31.Clar.
in lib.4.ſententiarũ. §. donatio. q. 16. in fi.vbi
hanc opin.ab.omnib.probatã inquit,ex Curt.
Iunio. conſ. 81.num.5.& in eodem.§.donatio.
61 qõ.2.ſubdiens ideo , non dici donationem , cũ
tantum det quis , quantum habeat.addit.ad cõ
ſiliũ. 11. Camp.int.conſilia feud.in pri.vol.nu.
2.Roder. Soarez. in l.quoniam in prioribus.5.
limit.num.16.C.de inof.teſtam.Curt.iun.conſ.
81.num. 5.Soci.iun.conſi.143.num.47.vol.1.
62 † Et eo magis ſtante clauſula iuramenti vt ſupra
in donatione appoſita, quæ ſolet contractũ va-
lidum conſtituere , licet inſinuatione careat , vt
** hanc** communiorem legiſtarum & canoniſta
rum per multa cõprobat Clar.d.§.donatio lib.
4.ſen.q. 18. Roman.d.conſ.26.nu.4.vbi tutius
Mendoſ.apoſtil.iuramento poſt Curt.iun.cõſ.
81. nume. 6.bellon.conſi.60.num.19.& in ter-
minis clauſulæ uim iuramenti importantis ex
decreto Principis Mantuæ Port,Imol.d.cõſilio
36.numero 25. cum pluribus ſequen.licet ipſe
63 ſuo caſu cõtrarium firmet. † Donatio itaque
hæc,ualebit, effectumque cõtra hæredes de pręſenti habebit, licet obligatio in perſona defun-
cti inceperit.
64 † Cui non oberunt illa donationis uerba con
ſequi poſſit, & ualeat ex bonis & hæreditate,q.
ſuperuixerit , quaſi ſucceſſionem reſpiciant,ſic
prohibitum pactum , Alciat.conſil.122.nume.
6.& 7.per Torniel.conſi.81.numero pri.inter
65 conſil. Portij.& ut dixi in pri.† quoniam uerba
hæc non reſpiciunt meram ſucceſſionem, quin
Portius ſolutionem ab hæredibus faciendam,
per ea quæ ponunt ſuper caſu Mantuano Port.
d.conſilio 36.Gribal.conſilio 80.& quia quate-
66 nus ſucceſſionem reſpicere † uerba non atten-
duntur , ſed contrahentium intentio , ut ait in
propoſito Siluan.d.conſilio 90.num.4.& in du
bio pro cõtractu interpretatio fiat per Gabriel
d.conſilio 137.num.23.
67 † Quinto pactiones & conuentione circa fu-
turam ſucceſſionẽ,& bona acquirẽda poſt mor-
tem alicuius quadtuplici ratione reprobari col-
ligo,quarum tres priores deſcribit.Natta.in ca.
2.nu.58.de pact.in 6.ultimam, Vaſq.de ſucceſſ.
part. 1.lib. 2.§.18.num. 191. Viui. commun.
opin.lib.1.opin.233.uerbo pactũ.in principio.
68 † Prima,quia ſunt contra bonos mores.l.ex eo.
69 C.de inutilibus ſtipul.† & inducitur Votum ca
ptandæ mortis.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.
ff.de uerborum oblig.l.fi.C.de pact.
70 † Secundo eo quod hæreditas uiuentis pacto
non datur,ſed tantum ex teſtamento uel ab inte
ſtato defertur.l.hęreditas. C.de pact.conuent.l.
71 epiſt. ubi groſ.ff.de pact.† quod ad quotam extẽ-
di ſolet.Cagnol.numer.277.poſt.Deci.in fin.&
Purpur. in fi.d.l.fi. C.de pact. Soci.iun.conſilio
143.nume. 8.uolu.1.Hieron. Gabriel.conſilio
137.num.4.& hæc eſt potiſſima ratio, quæ pręualet,& ſi cœteræ ceſſent,ut puta,† ſi fiat de par
72 te bonorũ , & præſente eo de cuius hæreditate
agitur,adeo quod nõ dicatur.Votum mortis ca
73 ptare,nec teſtandi facultatem tollere,† & opera
tur,ut pactum reuocari queat,Alexan.conſi.28.
numero quinto.uolu.3.Cagnol.d.l.fin.numer.
278.Vaſq.d.§. 18.numero 194.Siluan.conſilio
90.numer.2.
74 † Tertia , quia aufert, uel reſtringit ſaltem libe-
ram teſtandi de bonis factionem.l.1.C.de ſacr.
Eccleſ. l. pactum quod Dotali, C. de pact.
75 l.ſi quis in princio. ff. de lega.tertio , quod eſ-
ſet contra ſubſtantiam ultimarum uoluntatum,
76 † quę ſunt. ad extremum mortis ambula-
77 toriæ.cap.Marth. de celebr. miſſ. † nec licitum
ſit libertatem in ſupremis iudicijs conſtringere
l.cum duobus.§.idem.ff.pro ſocio.
78 † Quarta cum omnes ſucceſſiones ſint ſupre-
mi

Digitized by Google

mi momenti non conuenit illas pacto deſerri
79 † quod duobus teſtib.probatur.l. ubi numerus,
de teſti.quinimo plures propter vitandas falſita
80 tes oportet interuenire.l.fi.C.de fidei.† ne igitur
facile cludatur quod requiritur in vltimarũ vo-
luntatum exactiſſima forma ſummaque ſolem-
nitate, pacto dari, hæreditas nequit.
81 Atqui arguendo † ab omni ceſſante ratione
huius pacti impeditiua, quod ſanè argumẽti ge
nus probabile eſt ac receptiſſimum in iure.l.adi-
gere.§.quamuis.ff.de iur.patr.eum infinitis pro-
pemodum aggregatis per Tiraq.in ſuo copioſo
tract.a ceſſante cauſa effectus, & Nicol.Euer.ſuis
locis.cõmun.c.85. cum ceſſant omnes rationes,
& dicta prohibitio ceſſabit.
Prima quod ſit contra bonos mores eneruatur
triplici de cauſa.
82 Primo, quia quod dicitur pactum contra bo-
nos mores nõ eſſe obligatorium.c.non eſt obli-
83 gatorium de reg.iur.in 6.† intelligitur de pacto
turpi ac inhoneſto, alias non, Dinus, in c.indul-
tum de reg.iur.in 6.Deci.in d. l. pactum.num.2.
verſicu. ſecundo reſponderi. C. de pact. Didac.
Couar.in c.quamuis, parte. 2. in initio.nu.1.de
pact.in 6.
84 † Secundò pacta contra bonos mores de iure
canonico quod tantum in reprobatione pacti
obligatorij conſideratur, dicuntur, per quæ in-
ducimur ad peccandum, Bal.Caſtr. & Deci.in l.
pacta quæ contra.C.de pactis, & Deci.in l.fi.nu.
31.in fi.C.eod.& conſi.517.num.7.& 55. num.
15.& 16.Soci.iun.conſi.65.numero 49.& 143.
* num.36.& 37.uolum.1.hanc * communem in-
telligentiam eſſe inquit, Didac.Couar. in c.quã-
uis in initio. ſecunda part. num.primo. de pact.
85 in 6.non diſſentit Menoch.conſi.1.nu.165.† At
pactum tollens facultatem teſtandi peccatũ nõ
inducit, vt hinc donatio omnium bonorum fir-
metur iuramento, quod in ſpecie dicebat Soci.
iun.d.conſi.65.nu.49.uol.1. Qua propter quic-
quid ſit de morib. iuris ciuilis, ſat eſt non eſſe cõ-
86 tra illos a iure canonum conſideratos, † quia at-
tendi debent, vt ſimiliter reſpondebat Menoch.
conſi.1.num. 168. & ſeq.ſed quia hæc reſpõſio
non uidetur omnino tuta, ex his quæ tradit in ter-
minis Salic.in d.l.pactum.num. 5. Iaſ.num. 1.C.
de pact.Alex.conſi.28.num.6.uol.3. Octau.Ca-
cher. deciſ. 100.num.36.37. & ſeq.Caſſan.con-
ſue.Burgund.§.7.Rubrica.4.nume.5.pagi.num.
165. & doctè Couar.ubi ſupra in initio. 2. par-
tis.num.1.poſt Soci.iun. in d.l. ſtipulatio.nu.51.
& 52.ff.de uerbo.obl. deueniam ad aliam ratio-
nem, & dico.
87 † Tertio quod cõuentio hæc ſuper futura ſuc-
ceſſione dicitur contra bonos mores, uel quod
præbeat occaſionem captandæ mortis.l. ex eo.
C.de pact.cap.ne captandæ.c.de teſtam.de con
ceſſione præbendæ.l.1.C. de pact. vel quod au-
ferat liberam teſtandi facultatem. d.l. ſtipulatio
hoc modo.ff.de uerb.obl.

88 † At hic quia conuentio eſt facta cum eo de cu
ius bonis uel quantitate promiſſa tractatur, ceſ-
ſant mali mores, & d.occaſio vel uotum ex con
ſenſu, & facto partis.l.fi.C.de pactis.ubi omnes.
Bellon.conſ.60.nu.2.Soci.iun.conſ.143.nu.33.
89 uol.1.ac denuo, † qua viciſſitudinaria eſt & reci-
proce inter duos amicos facta, propterea nullũ
grauamen, nec incommodum adducit, nec ali-
quod captandæ mortis votum, arg.l.1. & l.fi.C.
de pact.& l.de fideicommiſſo.C.de tranſac.& in
ſpecie Iaſ.conſi.173.num.4.in fi.vol.4.Soc. iun.
conſilio 143.nu.34.uol.1.Clau. Cantiun.conſi.
6.num. 1. Minus auſert liberam teſtandi faculta
tem, vt inferius demonſtrabitur. Ergo ratio hęc
90 ceſſabit, & fortius quia vltra conſenſum ratio
hæc uiget in donatione omnium bonorũ poſt
mortem, quæ tamen non infringit illam vt ſupe
91 rius deduxi in pri.argumento, ideo non ſequi-
tur neceſſario, adeſt occaſio captandæ mortis,
ergo actus non tenet, vt in ſimili dicebat Cache.
d.deciſ.100.nu.6.
92 Ceſſat, & ſecunda ratio, primo cum hic non
deferatur vniuerſa hæreditas vel ſucceſſio pa-
cto, ut loquitur.d.l.hęreditas.C.de pact. conuẽt.
quodque ſolum in hac conuentione prohibitũ
conſideratur, & pacta futuræ ſucceſſionis, per
Soci.iun.conſi.143.num.44.in fi.volum. primo
Bertrand.d.conſilio 62.num. 2 & 3.vol.3.Bero.
conſilio 84.numero 34.volu.ſecundo. & doctè
ac ſubtiliter in propoſito explicat Torniel.conſ.
81.num.11.inter conſi.Portij.a quib.non diſſen
93 tit Thob.Non.conſ.43.nu.4.& ſeq. ſed tantum.
1000.aurei, ſic res certa, donantur.quod iure, le-
94 geue aliqua fieri minime improbatur, cum &
omnia bona, poſt mortem donari inter viuos
* poſſint, ex * communi de qua ſupra, & per
95 Curt.conſi.81.nu.3. nec teſtamenti ſolemnitas
ſubuertitur, ex quo alia bona ſuperſunt, de quib.
96 teſtetur Bellon.d.conſi.60.in primo. Nec refra-
gantur.adnotata per Alciat.conſilio 114. nume
ro tertio. dum ait receptiſſimam eſſe omnium
opin.(licet aliqui moderni terminos non intel-
ligentes contrarium ſenſerint, quod nec pactũ
conceptum per modum obuentionis ſuper re
certa tantum, atque particulari prout nec ſuper
vniuerſa hęreditate vel quota valeat) cum ubiq;
ſecunda ratio de hæreditate pacto tradita pro-
hibita uigeat, hoc enim quàm a vero & doctri-
na omnium probataque diſtet, paſſim vt ſupra
97 in ſecundo argumento, nemo eſt qui nõ videat,
eoq; pręcipuè quod ratio prohibitæ deuolutio
nis bonorũ, niſi iure publico ex teſtõ uel ex ſuc-
ceſſione ab inteſtato, ceſſet prorſus in re particu
lari, uel bonorum parte promiſſa, vt ſubtiliter ex
plicat Torni.inter conſ.Portij.d.conſ.81.nu.11.
cum ſeq.Quibus etiam non obſtant no. per Ro
man.cõſ.171.nu.4.in fi.Cur.iun. conſ.56.nu.5.
** ac Bertr.qui de communiori ** inquit, teſte Mẽ
doſ.ad Rom.ut ſupra in uerbo non dicitur.& ad
98 conſ.243.nume. 2. dicentes teſtatorẽ non poſſe

ſibi legem imponere de non reuocando legatū
etiam rei particularis,eo quod libera teſtandi fa
99 cultas reſtringatur, † Etenim reſpōdetur primo,
iſtos loqui in caſu diuerſo, nempe vbi in pœnā
reuocationis totius teſtamenti vel legati, & ſub
illa condictione geritur actus inter viros com-
100 prehenſus,in eodem teſtamento, † Qui longe
differt à pacto,conuentione, vel donatione ſim-
plici,ac pura vnius rei,ac partis bonorum & à te
ſtamento ſeparata, quo caſu illam omnino vale
re,nec impediri teſtamenti factionem voluerūt,
tenentes opin.Curt.& Roman. in d. conſi.171.
vt Moder.Pariſ.ad deci.conſi.293.ſub nu.2.uer-
bo contrarium.
101 † Secundò dicitur Roman.in d. conſi.171.&
ſequaces reprobari communiter,per adhæren-
tes alteri authoritati eiuſdemmet Rom. in conſ.
293.nu.2.ad Caſtr. eiuſdem Rom. & Ale.in d.l.
102 ſtipulatio hoc modo,† dum volunt pœnā adie-
ctam reuocationi rei legatæ ſubſiſtere, nec cen-
ſeri ex hoc facultatem teſtandi reſtrictam,quod
* communiter teneri ſcripſit Soci. iun. conſ. 143.
nu.43.& 44.vol.1.Deci.conſ.293.ſub num.2.&
3.& 4.Mand.de Alba.conſ.4.nu.30.poſt Bal.Al
ber.Panor.Caſtr.Franc.Mar.Soci.& Bertran.al-
legatos in hoc articulo per additiones.Paris.ad
Ale.conſ.25. nu. 6. verbo donatione,vol.30.&
per eoſdem additionarios qui hāc cōem atteſtā
tur,ad conſ.Deci.293.nu. 2. uerbo contrarium.
Nulla ergo ratio facultatis reſtrictæ nullaque
publici iuris conſideratio contra ſucceſſionis de
lationes conſiderabit,cum res certa poſt mortē
detur,promittatur,vel inter viuos donetur.
103 † Secundo non licet paciſci de hæreditate vi
uentis quādo inter duos tertio abſente de cuius
hæreditate agitur ſeu fit conuentio ſuper illius
104 hæreditate,ſed diuerſum † eſt cum de hæredita
tē domino præſente , uel cum ipſis dominis, vt
hic paciſcitur,quia viribus ſubſiſtit, nec contra
bonos mores facta dicitur.d.l.fi.C.de pac.decla
rat glo.in d.l.hæreditas.C.de pact. conuent.quā
* ſequuntur omnes * per deciſ.in l.fi.nu.4.ubi Pur
pur.nu.86.C.de pact. Deci.conſi.472.num.22.
Bertrand.conſi.62.nu.7.il 3. Gozad. conſi.97.
105 nume.2.& conſ. 98.† affirmans tacitum etiam
cōſenſum ſufficere, quod cæteri etiam crebrius
** **probarunt,ut Ruin.conſi.13.num. 3.uolu.2.
Crauet. conſi.52.num.1.& 2. & alij per Cæph.
conſi.146.nu.6.Menoch.conſ.1.nu.166.ubi de
communi Didac. Couar. in c. quamuis.3.parte
in initio.nu.9.de pact.in 6.Vaſq.d.tract. de ſuc-
ceſ.part.1.lib.3.§.18.num.199.& 201.ſubdens
** tamen ex mente omnium magis ** communi-
106 ter † poſſe patrem,vel qui aſſenſum adhibet illū
107 abſolute vſque ad mortem reuocare † etiam qđ
iuramento pactum firmauerit, vltra alios per
108 Purpur.in d.l.fi.nu.185.C. de pact.† & ſequuta
109 reuocatione ſtatim conuentio euaneſcat, † nec
etiam periurus dicatur,ſi dum cæpit ſuſpicari pa
ciſcentem pœnituit,tradit Roder.Soarez. in rep.
l.quoniam in prioribus limit.5.nu.5.C.de inof.
teſtam. Dum ergo paciſcentes hic ſunt præſen-
tes,omne impedimentum triſtis euentus ac ma-
lorum morum tollitur.
110 † Tertia rurſus ceſſat, quia non impeditur ex
pacto,ſeu donatione rei certæ etiam partis bo-
norum per contractum viciſſim factum facultas
teſtandi.
111 † Primo quia pro reſiduo bonorum teſtari
poterit.Bar.in d.l.ſtipulatio hoc modo. num.6.
* Alex.conſi.69.uolu.5.ex communi.* Cur. con-
ſilio 81.num.4.Bellon.conſi.60. in primo com-
munem,ait,Soci.iun.conſ.142.num.29.uolum.
primo.Clar.in §.donatio.quæſtion.19.uerſicul.
ſecundo.
112 † Secundo eo quod impedimentum teſtandi
haud conſideretur in contractibus donationi-
113 buſve,priuatorum † licet tantum ex teſtamen-
to & pacto ſimplici ſucceſſionem & bona poſt
114 mortem reſpicientibus † alioquin prohibitum
eſſet omne commercium,& omnis alienatio bo
norum cuiuſque contra ius naturæ & poſitiuū.l.
in re mādata.C. mand. ac inſuper nulli alij actus
iam ex lege permiſſi improbarentur, quę tamen
115 cuilibet facultatem teſtandi auferunt, vt † de
actu meritorio monachiſmi habetur authen.
ingreſſi,C.de ſacroſan. Eccleſ. cap.in præſentia
116 de proba. de actu demeritor. † qualis eſt cum
quis ſe vendidit ad precium participandum.§.
117 fina.inſt.de iur.perſon. † ſiue etiam ſit actus in-
differens,vt cum ſe arrogandum præbuit,vt in l.
fi.§.pen.ff.de poſſeſſ.bonor.ſecundum Tab.§.nō
tantum inſtit.quibus mod.teſtam.infirm.l.ſi ar-
118 roganter. ff. de adopt.† non ergo omnis actus
teſtamenti factionem impediens improbari po
119 terit,ita ſimpliciter at † ſolum qui vere futuram,
ac omnino ſucceſſionem bonorum in morte au
120 ferat.concludi enim poteſt,quod ſicut inter vi-
uos diſponit de rebus certis, ita & pacto, ad ea
quæ multum doctè in materia tradit Torniel.
conſilio 81. numero 15. & 14. inter conſilia
Portij.
121 † Tertio facultatem auferre teſtādi magis eſt
contra bonos mores ciuiles, quàm naturales,
122 † cum poteſtas faciendi teſtamenti a lege ciuili
detur,vt docte probat Vaſq.tract.de ſucceſſ.par.
123 lib.primo.§.primo. & §. ſecundo. † Vnde cum
iuramento Couar. in cap. quamuis. 3.part.cum
initio.num.9.de pact.num.6.non curetur autho
124 ritas & diſpoſitio legis ciuilis, † conuentio hæc
a iuramento,vel clauſula uim iuramenti fungen
te robur capiat, ſaltē irreuocabiliter ut boni ma
liue mores in nihilo conſiderari debeant.c.quā-
125 uis de pact.in 6.† iuramentum enim ſeruari de-
beret & confirmare pactum quia contrauenięs
* diceretur periurus,ex cōi * ſententia † niſi, is, de
126 de cuius ſucceſſione agitur male cæpiſſet ſuſpi-
cari de aduerſario,quia tunc licet periurus ſit re-
uocare poſſet.ita Vaſq.in d.tract.de ſucceſſ.par.
1.lib.2.§.18.num.194.& 195.& 299.

Quarto

127 Quarto † donatio omnium bonorum poſt
mortem, vel cauſa mortis valet, quia non tollit
facultatem teſtandi, cum adhuc hæres inſtitua-
128 tur, † qui falcidia detracta reliquum donatario
reſtituet, ita Clar. in d. §. donatio. quæſt. 19. uerſ.
ſed quod ſi quis ideo nec præſens infirmabitur
cum reſpectu totius hæreditatis paciſcẽtes libe-
re teſtari queant, prout teſtati fuerunt. quinimo
129 † & ſi hæredem ob d. donationem non reperi-
rent, non ob hoc tamen diceretur libera teſtan
di facultas ablata per Angel. conſilio 179. co-
lumna tertia.

Quinto votum captandæ mortis ceſſat in di
130 ſpoſitione rerum particularium, † cum enim
de his & rebus ſuis lex liberam facultatem arbi
tratu cuiuſque diſponendi permittat, l. Altius.
C. de ſeruit. l. inuitum. C. de contr. empt. mirum
131 erit, † quod lex ſuſpicetur & inde malum præſu
mat, ac improbet quod quilibet priuatus natu-
rali ratione inſpecta non repugnans ac à lege ꝑ
miſſum probet, arg. d. l. fi. ibi niſi ipſe forte. C. de
pact. vbi Iaſ. in 7. limit. ita Port. conſil. 36. nu. 14.
132 Quarta ratio ceſſat † quando nec teſtamenti fa
ctio, nec diſpoſitio bonorum, nec ſolemnitas te
ſtandi tam enixe a lege cõſiderata ſubuertatur,
133 ex hoc pacto ſimplici, † tum quia totam & vni-
uerſam hæreditatem minimè comprehendat,
ſed certam quantitatem tantum per Alex. d. cõ-
ſil. 59. num. 2. cum apoſtil. vol. 5. poſt Ang. conſ.
5. & Iaſ. in d. l. ſtipulatio. num. 17. & longe vltra
donata, maiorem ad ea quę ponit in propoſito
Port. conſi. 36. num. 11. Cagnol. d. l. fin. nu. 242.
C. de pact. Socin. iun. in d. l. ſtipulatio. nume. 91.
92. ff. de verb. oblig. Curt. conſi. 1. num. 16. apo-
ſtil. ad Alex. d. conſ. 59. num. 2. uolum. 5. in hoc
134 † enim vniuerſa hæreditas, vel ſucceſſio non
certa bona cõſiderari debet, ad ea quę ponit So
135 ci. iun. conſi. 143. colum. penul. volum. 1. † tum
quia ſit donatio inter uiuos ſic contractus abſo
lutus ex * communi de qua Corn. conſil. 101. vo
lum. per Clar. d. §. donatio q. j. & cęteris addu
ctis ab Ema. Soarez. recep. ſent. verbo donatio.
136 nu. 161. † quæ non improbatur lege, at paſſim
ab omnibus hominibus, & à quacunque perſo-
na, dummodo non prohibita, fieri, ac celebrari
poteſt. l. 1. l. Ariſto. & tot. titu. ff. & C. de donat. &
137 † vbique perfecta pęnitentiæ locum non relin-
quat ex * communi, de qua per Imol. in cap. vlt.
num. 25. de dona. Soarez. ubi ſupra verbo dona
tio. num. 162. & in propoſito per Gabriel. d. cõ-
138 ſil. 137. num. 3. † maximè ſi, ut hic, iurata fuerit.
Roland. à Valle conſi. 8. num. 27. & ſequẽ. & 38.
139 vol. 1. & † qui dicit poſſe reuocari, id probet ex
Romani conſil. 171. numero ſeptimo, cum apo
ſtil. Mend.
140 Sexto comprobantur hæc omnia † certum
eſt ualere pactum futuræ ſucceſſionis initum, cũ
aſſenſu illius, de cuius hęreditate, uel bonis agi-
tur, ſi tamen ipſe non reuocet, ſed perſeueret in
huiuſmodi conſenſu uſque ad mortem. d. l. fin.
vbi Iaſ. nu. 7. in limit. 7. & Alciat. in glo. in uerbo
cæteros. C. de pact. & conſi. 256. in fin. Soci. iun.
conſi. 50. num. 4. uolum. 2. Curt. iun. conſil. 98.
num. 3. Viui. commun. opi. lib. 1. verbo pactum
per aliquos, limit. 1. Eman. Soarez. recept. ſent.
141 verbo pacto num. 8. † Et ſufficit conſenſum ſu-
peruenire ex poſt facto. Dec. conſ. 31. nu. 4. ver.
præterea cum apoſt. ibi Crauet. conſil. 19. nu. 3.
Ruin. & Alcia. ubi ſupra Vaſq. de ſucceſſ. d. §. 18.
142 num. 269. † dummodo conſenſus expreſſus &
ſpecificus interueniat, vel ſubſequatur, ut conſul
uit Bero. conſil. 56. num. 4. & ſeq. volum. 2. An-
143 guſol. conſi. 36. num. 6. lib. 1. 2. conſ. † Verum
cum pactum initum cum eo de cuius hæredita-
te agitur omnino inualidum exiſtat, quod totũ
mundum * ſequi, dixit Bero. conſil. 30. num. 26.
144 volum. 3. † Ea arbitror ratione, quod quando
fit cum aliquo de conſenſu ipſius tertij domini,
ſuſtineatur, cum illi uocentur per legem ex teſta
mento, vel ab inteſtato ad illam hæreditatẽ de
qua agitur, & ex vi pacti & cõuentionis alter ha
bet actionem cõtra alterum, ut fiat executio nõ
ſecundum portiones ex teſtamento, uel ab inte-
ſtato delatas, ſed ſecundum conuentionem, qđ
145 eſſe † nequit, quando pactum fit cum illo de cu-
ius bonis tractatur, qui tũc nullum ius acquirat
paciſcẽs merito ſi primo caſu iuribus ſubſiſtat,
ſecundo vero reprobetur, ex * communi de qua
per Vaſque d. tract. de ſucceſſ. part. 1. lib. 2. §. 18.
146 nume. 252. Gabr. conſil. 138. nume. 8. † At cum
in pręſenti donatione, vel pacto etiam, quod fu
turam ſucceſſionem ſaperet, adſit conſenſus il-
lorum de cuius bonorũ parte tractatur, nec pa-
ctum, vel cõuentionem reuocauerint, cui dubiũ
147 quod executioni mandabitur? † Nec teſtamen-
tum conditum cum clauſula reuocans &c. tollit
148 ſimile pactum, quia † ſit donatio inter uiuos ir-
reuocabilis, tum quod donatio cauſa mortis iu
rata ex teſtamento, vt hic, ſimpliciter celebrato
149 nõ reuocetur, ſed † requiratur ſpecialis ad hoc
derogatio propter iuramenti clauſulam, & illã
150 omni mel. modo &c. ad ea quæ in propoſito
not. Bellon. eod. conſi. 60. num. 17. & ſequen. &
quæ dixi aliàs conſil. meo 47. nu. 21. & ſequen.
151 Tob. Non. conſil. 21. num. 12. † Accedat, quod
licet reuocetur ad libitum teſtatoris, vel donan-
tis donatio cauſa mortis, & cum iuramento de
non reuocando emiſſa per ea quę ponit Soc. iu.
152 conſil. 114. nume. 15. volumi. 3. † Nihilominus
ex inſtitutione alterius hæredis vniuerſalis non
inducitur d. donationis reuocatio per Aret. con
ſilio 74. in quarto dubio Crauet. conſil. 144. nu.
10. Ancaran. q. famil. 75. nume. 11. cum ſequen.
parte prima.
153 Septimo multum adiuuatur. † Namque con-
uentio, ſeu promiſſio ſoluendi. 1000. ſub futuro
fortunæ, vel conditionis euentu, puta ſi crea-
tus fuerit Gabriel Pontifex hoc anno, uel ſi Gre
gorius non morietur intra menſem, uel morie-
tur, ſeu ſimilis cõuentio, quas nos Itali appella-
mus

Digitized by Google

mus ſcommeſſe teſte Stracca.de merc.in fi.pri.
par.in tit.de ſponſ.merca.4.quæſt.in 1.nu.1.&
ſequ.quoniam dubius euentus non reddit con-
154 tractum illicitum,† ſed conditio pro cauſa legi-
tima reputatur.l.in naue.vbi Caſtr.ff.loca.& A-
155 lex.in l.à titio.ff.de uerb.oblig. vtiq; † omnino
licitæ validæ & probatæ iudicantur, pro ut ita
determinatum Florentiæ inquit Caſtr. in d.l. à
* Titio.Deci.conſ.115.nu.2. & ſeq.vbi hanc vti*
cõmunem approbat,idem Pariſ.de Put.de Lud.
num.36.ac prædictus Thomas de Aquino pri-
mus Theologiæ vir in ſecunda,ſecundæ. q. 32.
156 artic.7.† concludens me poſſe promittere cen-
tum tibi, ſi plura puncta à fortuna habueris,quã
ego,quod dictum amplectuntur Imol.& Cano
* niſtæ *communiter in cap.pen.de uita & hone
ſtat.cler.Barba.conſi.63.volum.3.Afflict.deciſ.
389.nu.3.& ſeq.ubi ita iudicatum refert,& pro
vera ſententia communique omnium Legiſta-
rum Theologorum & Canoniſtarum ponit,Vi
ui.commu. opi.lib.2. verbo pactum conuentio
opin.211.

Dum ergo duo inuicem conuenerunt,ut qui primus decedat, ſoluat. 1000. ſuperuiuenti, videntur,ut aiunt committere,ſeu paciſci,quod ſi vnus ſuperuiuat, lucretur. 1000. & ex aduerſo præmoriens ſuperſtiti.1000.ſoluat.& ſic ſub dubio fortunæ & euẽtu mortis incerto acquirere & amittere certum. Qua propter pactum hoc etiam,quod non eſſet veſtitum,ſubſiſteret,cum conditio ipſa loco cauſæ legitimẹ habeatur.Afflict.d.deciſ.389.num.2.Deci.d.conſ.115.nu.3. & Stracca.d.parte.1.q.4.nu.2. & ſeq. Concludere itaque oportet donationem hanc inter viuos ſubſiſtere,quæ etiam quod pactũ ſucceſſionis in 1000.aureis inferret,executioni mandari deberet per hẹredes donantis,qui omni iure ad obſeruandam illam aſtringi poterũt,& uia executiua iuxta formam ſtatuti de mod. & form. proced.cũ de debito appa ret per publicum inſtrumentum,& ita cenſeo, ſaluo ſaniori iudicio. Quæ donatio admiſſa tandem & pro ualida habita fuit in iudicio per hæredes donantis.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO GALEACIO Capriano.

ARGVMENTVM.

Subinueſtitus pro ſe hæredibus, & quibuſcumque cauſam ab eo habentibus, an alienando laudemiũ ſoluere teneatur.

Ex quibus causis, contractibus, diuiſionibus, & legatis debeatur laudemium.

Alienatio in obnoxiẽ permiſſa pacto, an requirat nouum aſſenſum in alienatione, uel ſaltẽ in traditione poſſeſſionis, vel dum inueſtitura accipitur.

Aſſenſus primi, vel ſecundi Domini quando in alienatione ſecundi Emphiteotæ requiratur.

SVMMARIVM.

1 Laudemium debetur ex emphiteoſi vendita, quam quis virtute inueſtituræ alienare po-
** terat ſine Domini aſſenſu, ex * communi. & numero 19.*

2 Laudemium debetur propter alienationis laudationem, uel ratione mutatæ ſucceſſionis. numero 19.

3 Inueſtitura pro & quibuſcumque cauſam habentibus ab illo, æquipollet illi pro ſe, & quibus dederit.

4 Comprehenſi in prima inueſtitura acquirentis citra factum uaſalli extrinſecum non ſoluunt laudemium, nec dicitur noua inueſtitura, ſed continuatio.

5 Laudemium non ſoluitur ex donatione facta filio, vel ſuccedenti ab inteſtato.

6 Ius accreſcendi ubi inter aliquos cadit, ibi laude-
** mij ſolutio ceſſat ex omnium * mente.*

7 Diuiſa re communi ex neceſſitate actus, ſi res vni tantum, & precium alteri obueniat, laudemium debetur, ſecus ſi æqualiter diuida-
*** tur, quia tunc non debetur, ex ** communiori. item ex uoluntaria ſemper debetur.*

8 Laudemium non debetur ex tranſactione dato aliquo, vel recepto, ſi res vaſallo remaneat.

9 Mobilia cum emphiteoſi uendita laudemium non ſoluunt.

10 Datione inſolutum neceſſaria nõ debetur laude-
*** mium, ſecus ex uoluntaria, ex ** ueriori.*

11 Emphiteota nouus dicitur, qui nullam cõnexionem filiationis, uel deſcendentiæ cum rerum authore habet, & ille ad laudemium tenetur.

12 Laudemium debetur propter inueſtituram, laudationem, & immiſſione in poſſeſſionem, licet
** fiat alienatio ſine Domini aſſenſu, ex * cõi.*

13 Clauſula ſaluo, & reſeruato iure &c. in alienatione feudi etiam alienabili poſita, ius laudemij Domino directo ſeruat.

14 Conceſſio ex clauſula ſaluo, et reſeruato iure domini, reſtringitur, ut exceptis expreſſis, cætera omnia reſeruata dicantur.

15 Conſenſus in alienatione præſtitus præiudicat niſi fiat iurium generalis reſeruatio.

16 Dominus re deuoluta per lineam non tenetur debita uaſalli ſoluere, si in aſſenſu obligandi appoſuit

appoſuit clauſulam iurium reſeruatiuam.

17 *Ius retentionis, & laudemiorum à pari procedunt.*

18 *Praeiudicium nunquam Dominus affert ſibi in iure retentionis, & prælationis, niſi expreſſè dicatur.*

19 *Emphiteoſis transferri poteſt ſine nouo Domini aſſenſu.*

20 *Licentia alienandi operatur, vt ſine alio nouo*
* *aſſenſu ſubſiſtat alienatio, ex * cõi, nõ q. laudemium non debeatur, ſeu in emphiteoſi in traditione poſſeſſionis aſſenſus non requiratur.*

21 *Alienatione rei obnoxiæ ex inueſtitura permiſſa, intelligitur quo ad aſſenſum tantum, non cætera, quæ omnia ſeruari debent, & laudemium ſolui.*

22 *Aſſenſus nouus in traditione poſſeſſionis emphiteoſis promiſſæ alienari citra aſſenſum requiritur, quia Dominus rem pro ſe uelle poſſet, ſecus autem in traditione feudi, quia tunc nulla licentia requiritur.*

23 *Laudemium debetur ab omni emphiteota nouo, non ut contractus firmus reddatur, ſed propter inueſtituram, & immiſſionem in poſſeſſionem.*

24 *Vaſallus nouus admiſſus ad inueſtituram, ſine laudemij petitione, amplius illud ſoluere tenetur.*

25 *Conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat in eo, quòd conſentit tantum, non autem quòd donet.*

26 *Inueſtiens ſemper iura ſua conſeruare, non autem remittere creditur.*

27 *Laudemium ex donatione, ſicut ex alienatione*
* *pura debetur, ex * communi.*

28 *Salic. in l. fi. C. de iur. emphi. communiter * reci-*
* *pitur & declaratur.*

29 *Emphiteoſis accepta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus legatur, & relinquitur in teſtamento*
** *ſine alio aſſenſu, ex magis ** communi.*

30 *Feudum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus legatur ſine nouo aſſenſu.*

31 *Aſſenſus Domini regulariter requirit̃ in traditione poſſeſſionis emphiteoſis, quantumuis ex pacto, & uerbis inueſtituræ alienabilis.*

32 *Poſſeſſio rei obnoxiæ de conſenſu Domini recipitur, & fit inueſtitura, quæ eſt Domini recognitio, propter quam laudemium debetur.*

33 *Emphiteota nouus poſt duos menſes poſſeſſionẽ rei, & inueſtituræ arram capiendo, laudemiũ*
* *ſoluit, ex * communi.*

34 *Hæredes legitimi nunquam laudemium ſoluũt.*

35 *Stipulari alteri poteſt ex cõſuetudine, & in feu-*
* *dis, ex * communi.*

36 *Hæredes quantumuis extranei comprehenduntur in conceſſionibus pro hæredibus quibuſcunque, & quibus dederis, volueris, uel ſimilib.*
** *ex communiori. ***

37 *Emphiteoſis tranſit ad quoſcunque extraneos, cum eſt conceſſa pro hæredibus quibuſcunque,*
* *vel quibus dederit, ex * communi.*

38 *Voluntas Domini inueſtientis ex actu nullo declaratur.*

39 *Conſuetudo, vſus, & obſeruantia in feudis attenditur.*

40 *Laudemia ſecundum uſum patriæ debentur.*

41 *Conceſſio ab antiquo uſu declaratur.*

42 *Inueſtitura talis præſumitur, qualis vſus circa illam.*

43 *Sequella facti multum declarat præcedentia.*

44 *Succeſſorum appellatione in conceſſione feudi, vel emphiteoſis uenit tantum vniuerſalis non ſingularis, limitatur. num. 46.*

45 *Hæredum appellatione ueniunt uniuerſales de iure ciuili, cũ uerbum illud addatur ſucceſſoribus, quorum nomine ueniunt hæredes vniuerſales de iure prætorio.*

46 *Verbum quibuſcunque, uel ſimilia in conceſſionibus comprehendunt legatarios, & ſucceſſo-*
* *res ſingulares, ex * communi.*

47 *Alienari poteſt ſine licentia res conceſſa pro quibuſcunque hæredibus.*

48 *Inueſtituræ renouatio in emphiteoſi non fit, ſed*
* *tantum in feudo, ex * communi. niſi vt tollatur in materia negationis feudi.*

49 *Filij nomine appellatiuo in cõceſſione uocatis directa acquiritur, ẽt q. non ſint hæredes patris,*
* *ex * cõi, & vtilis vbi vti hæredibus nu. 51.*

50 *Filius, ergo hæres.*

51 *Actio utilis acquiritur filijs, quibus vti hæredibus ſtipulatur.*

52 *Inueſtitura renouatur triplici de cauſa.*

53 *Filij, & hæredes uocati in emphiteoſi non tenẽtur renouare inueſtituram, nec laudemium ſoluere, niſi pactum, uel conſuetudo repugnent.*

54 *Emphiteota ſecundus acquirens à primo emphiteota de conſenſu primi Domini non tenetur renouare inueſtituram, nec laudemium ſoluere.*

55 *Emphiteoſim acquirens à vaſallo etiam ſubinueſtito ab alio primo emphiteota inueſtiturã*

petere,

petere, & laudemium ſoluere Domino imme-
* *diato, tenetur, ex * communi.*
16 *Laudemium debetur Baroni ſubinueſtienti do-*
mino immediato cuius conſenſus requiritur,
non autem primo domino mediato.
17 *Aſſenſus primi non ſecũdi domini in feudi alie-*
* *natione requiritur, ex * communi.*
18 *Dominus ſecundus immediatus conſideratur*
in aſſenſu præſtando, non primus vbi ex con-
ſuetudine, uel pacto aſſenſum præſtat, & lau
demia exigit.

CONSILIVM CXXXVII.

TRINITAS ADSIT.

SERENISS. Dux Mantuæ in
ueſtitus à Venerabili Abbatia
Sancti Zenonis Veronæ de in-
tegra curia, & terris villimpen-
tæ, ſubinueſtit diuiſim ciues par
ticulares de prædijs, ac terris
eiuſdem Abbatiæ, inter quos connumeratur
Nobilis Dominus Galeacius Caprianus mei ſo
rorius amantiſſimus, ac dapifer Sereniſſimæ
Duciſſæ Mantuæ, qui poſſidens iugera ducen-
tum terræ, ſubinueſtituſque pro ſe, & hæredi-
bus vtriuſque ſexus ex eo legitimè deſcenden-
tibus, & pro alijs quibuſcunque cauſam haben-
tibus, & ſeu habituris ab eo, alienare illa procu-
rat. At difficultas verſatur, circa ſolutionem
laudemij, an debeatur, vel ne, & an Sereniſſimo
Principi. Requiſituſque meam ſententiam euo-
mere, breuiter dico quoad primum iure deberi,
* Primo ex probata, & * communiter recepta de
ciſione Salic. in l. fi. num. 2. verſic. ſed iuxta pri-
mum quæro. C. de iure emphit. dum formaliter
1 terminat deberi † laudemium ex re emphiteoti
ca, licet poſſit alienari, ſine licẽtia Domini, quia
emphiteota inueſtitus ſit cum poteſtate venden
2 di cui uoluerit, † laudemium namque debetur,
vel propter alienationis laudationem, & appro
bationem. d. l. fin. C. de iur. emphit. uel ratione
mutatæ ſucceſſionis, vt Iaſ. in d. l. fin. nume. 33.
vbi Salic. num. 15. poſt Bald. in auth. ſi quas Rui-
nas, colum. 2. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. dixique lau
dationem, quia nõ pro actus validitate ſoluitur
quinquageſima, vel ut fiat actus, ſed tantum pro
approbatione, & acceptatione illius in uaſallũ
declarat Imol. in cap. potuit extra locat. omnes
3 in d. l. fin. Hier. Gabr. conſil. 84. num. 12. † inueſti
turaque præſens Domini Galeacij pro ſe, hæ-
redibus ſuis utriuſque ſexus ex eo legitimè de-
ſcendentibus, & ſeu alijs quibuſcunque cauſam
habentibus, ſeu habituris ab eo, æquipollet illi
pro ſe, &c. & cui uoluerit, uel quibus dederit, ut
habetur in capitu. 1. de feud. non haben. propri.
natur. feudi. Curt. iun. conſil. 1. Pariſ. conſil. 72.
num. 44. lib. 3. Aimo. conſi. 84. & 92. Deci. con-
ſil. 171. Roman. in l. id tempus. §. 1. ff. de uſucap.
idem Curt. iun. in tract. feu. 4. part. uerſic. 5. quæ
ro. num. 139. Et ideo licèt Salic. ibidem colum.
penul. uerſic. Item nota quinquageſima. nume.
15. contrarium uideatur ſentire, loquitur tamẽ
in inueſtitura pro ſe, filijs, & nepotibus, ue filius,
uel ſuccedens nepos nõ teneatur ſoluere laude-
mium, quia non eſt nouus emphiteota, ſed cõ-
prehenſus in præcedenti inueſtitura, quod tra-
dit ibi Salic. 3. & 5. colum. quam deciſionem ſe-
4 quitur Iaſ. colum. 10. Quando enim aliquę † per
ſonæ per ſe ſunt in prima inueſtitura comprehẽ
ſæ, ita ut decedẽte emphiteota abſque aliquo fa
cto extrinſeco vocentur ad emphiteoſim, puta
filij, & nepotes, tũc quia non ſunt noui Emphi-
teotæ, & per ſe ſuccedunt vigore primæ inueſti
turæ abſque vaſalli facto extrinſeco, non debe-
tur laudemium, nec noua dicitur acquiſitio, ſed
potius quædam continuatio, vt declarat Iaſ. in
d. l. fin. num. 42. poſt Bald. quem allegat in capit.
quæ in eccleſiarum. nume. 36. de conſtit. Alex.
conſil. 9. volum. 2. Pariſ. conſil. 86. num. 9. uol. 4.
Hippol. Rimin. conſil. 38. nu. 10. & ſeq. & conſi.
5 1. nu. 54. prout nec pro † donatione facta filio,
ſeu ſuccedenti primo loco ab inteſtato, laude-
mium aliquod ſoluitur. Alex. conſil. 5. numer. 3.
volum. 5. Brun. conſil. 43. nu. 15. ample Moder.
Pariſin. in conſuetud. feud. §. 2. & §. 22. num. 86.
cum ſeq. Celſus Hug. conſil. 60. num. 23. minus
6 pro † renuntia, ſeu diuiſione facta inter eos, in-
ter quos ius accreſcẽdi cadit, cum alienatio, ſeu
translatio rei obnoxiæ minimè cenſeatur, vt di
ſtinguũt Moder. omnes poſt Cępol. & Rip. nu.
87. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli.
Gabriel. conſi. 84. nu. 3. Brun. conſ. 44. in fi. Nec
ſecundum aliquos pro ſimplici diuiſione inter
fratres facta, ac etiam ſi uni tota res obueniat, &
alteri precium ſoluatur, ex neceſſitate actus de-
7 beatur † laudemium, per doctr. Bart, poſt Gul.
Cuman. & Bald. in l. ideo. ff. de cond. furt. Rimi.
iun. conſi. 1. num. 54. & 55. lib. 1. quod tamen vl
timum ubi res vni tantum obuenit, pro nunc
minimè firmo, ex his, quę in terminis conſuluit
egregie Hiero. Gabr. conſi. 54. per totum, & nu.
11. & 12. Reodan. tractat. de reb. eccleſ. non a-
lien. pag. 387. num. 26. Proſper. Paſet. conſ. 2. nu
me. 8. & 9. ut conſi. 3. num. 7. 8. licèt priorem in
ſimplici neceſſaria diuiſione, ſequantur Emil.
conſi. 33. num. 23. Moder. Pariſin. in conſ. feud.
Pariſ. §. 22. q. 22. Marc. deciſ. delfin. 52. nu. 10. 2.
part. Brun. conſil. 44. num. 11. Arnal. Ferron. in
conſu. Aluern. tit. 8. de feud. §. 15. in princ. & di-
ſtinguendo inter uoluntariam, & neceſſariam
diuiſionem, Ioan. Corſ. deciſ. Toloſ. 85. multa
Cæphal. conſi. 195. nume. 19. 25. & ſeq. ſubdens.
* num. 26. ex crebriori, & veriori opin. * diuiſio-
nem neceſſariam dici inter fratres, cum unicui-
que portio ſua aſſignatur, nec ideo laudemium
deberi,

Digitized by Google

deberi, ſecus ſi vna tota res, & alteri alia res, vel
precium tradatur, rurſus conſi.205.num.6.Cel-
ſus Hugo.conſil.60.num.18. cum ſeq. ſentiens
nec pro † tranſactione, dato aliquo, vel recepto
8 deberi, ſi res uaſallo remancat, ut num.20.Natta
conſil.441.num.24.volum.2.& minus pro † mo
9 bilibus in re emphiteotica exiſtentibus, ut nu.
27.& in datione inſolutum, dixi aliàs conſil.44.
num.38.lib.1.pro qua datione neceſſaria tantũ
non deberi aliquod laudemium, licet ſecus ex
† voluntaria datione inſolutum à parte facta ex
10 mente nouem interpretum magnæ, & celebris
authoritatis ibi relatorum vltra alios infinitos
hanc pro conſtante, & vera ** aſſeuerantes, ſcri-
** bit Dioniſ.Pontan.in conſuet. Bleſens tit. 6.art.
80.pag.310.cum ſeq. Quamuis contrarium, &
ob vtramque laudemium deberi ex mente Tira
quelli, & citatorum per eum in tract. ligna.§.1.
gloſſ.14.nu.14.admittat Reodan. tracta.de reb.
eccleſ.non alien.de laudemijs pag.386.nu. 24.
& num.ſequen.& non deberi ex tranſactione, ſi
res pœnes poſſidentem remaneat per Bertran.
d.conſi.321.in prin.uol.1.

At redeundo ad caſum noſtrum in prima de
ciſ.Salic.verſi.ſed iuxta in d.l.fi. emptores, vel a-
liter emphiteoſim acquirentes, vt hic, non ha-
bent terras virtute primę inueſtituræ, ſed ꝓpter
actum extrinſecum emptionis, vel noui contra-
ctus, quem celebrant, qui cum nullam habeant
connexionem cum rerum authore filiationis,
vel alterius deſcendentiæ, ſeu iuris hæreditarij
11 dicuntur abſolutè noui † emphiteotæ, per gloſ.
in d.auth.ſi quas ruinas, & declarat Reodan. de
reb. eccleſ. non alienan. cap. de laudemijs pag.
381.nu.4. propterea debetur laudemium Prin-
cipi, per gl.& ſcrib. vt ſupra. Rurſus filij, & nepo
tes vocati ſunt, & aliqua ſpeciali demonſtratio-
ne oſtẽſi, quod non eſt in iſtis habituris cauſam
à uaſallo, puta emptoribus, qui propterea dicũ-
tur noui emphiteotæ, atque ideo ſoluunt laude
mium, ſicuti ſoluerunt, qui emerunt attenta di-
cta facultate data vendendi cui voluerit, ut in 1.
deciſion. Salicet. quæ non differt à caſu noſtro,
cum niſi velimus legem imponere verbis con-
tra.l.2.C.commun.de lega.nulla poſſit aſſignari
realis ratio, aut rationabilis differentia, quia li-
cèt fiat vẽditio abſque requiſitione Domini ex
verbis inueſtituræ; propter ipſam tamen inueſti
turam, laudationem, & immiſſionem in poſſeſ-
12 ſionem laudemium ſolum debeatur, ut in em-
phiteoſi. Cuma. trad. in l.ſi domus. §. ſi fundus.
in 2.lectur.poſt princ.de leg.1.Iaſ.in d.l.fi.num.
52.& num.68. verſic. ſequitur poſtea quartum.
C.de iur.emphit.Curt.iun.tract.de feud.4.parte
2.regul.5.quæſt.num.141.in fi.& part.4.reg.2.
num.139.Celſ.Hugo.conſ.60.nume.24.Bero.
conſil.117.num.6.volu.1.Simon de Pret.conſ.
41.num.18. in fin. Petrus Duenas. regula iuris.
* 177.regula in princip.hanc vti communem * in
terminis noſtris ſequitur, ac ſuper caſu terrarũ
ſimilium, dictorumque iurium Sereniſſimi Prin
cipi Mantuani conſuluit ample, Socin.iun.con-
ſil.70 num.11.27.& per totum volum.3. tradit
Clar.§.emphiteoſis.q.23.verſ.ſed quid ſi, Alcia.
conſil.688.num.8.Bertran.conſil.3.num.33.vo
lum.3. Anto. Capici. in inueſt.feudal.verbo ef-
fectus aſſenſus verſ.effectus autem Iacob.in verſ.
ita & quod ipſi vaſalli, & in propoſito idem Ca
pici.in d.verſic. feudorum clauſulæ verſ.aduer-
tendum quarto, non diſſentit Arnol. Ferro. in
conſue.Aluern.tit.8.de feud.§.15.tradit Hiero.
Gabr.d.conſi.84.num.11.& ſeq.Hippol.Rimi.
conſi.1.num.70.Franc. Marc.deciſ. Delfi.602.
in fi.1.par.& Reodan. tract. de reb. Eccleſ. non
alien. cap.de laudemij pag.281.nu.15.

13 Secundo accedat clauſula † inueſtituræ illa
ſaluo, & reſeruato iure ipſius Sereniſſimi Princi
pis, ex ipſa conceſſione proueniente, propter
quam ipſi Domino videtur competere ius lau-
demij, Angel.in ſimil.in l.qui Romæ.§.duo fra-
tres.q.5.de uerbo.oblig.l.fi. de contrah.empt.
l.a.de ſtatu libe.Bald.conſi.191.lib.2. gloſſ.in l.
ſi debitor.ff.quib. mod. pign. vel hippo.contr.
Doct. in l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de
leg.1.Soci.conſ.43.lib.4.& hoc ponderat Al-
ciat.in caſu ſimili conſil.343.nume.4. dicens ex
hac clauſula poſita in emphiteoſi alienabili, &
& ad extraneos tranſitoria ius Domino directo
quoad laudemij ſolutionem ſeruari. Hæc enim
verba conceſſionem ad fauorem Domini adeo
modificant, & reſtringunt. arg.l. item labeo.§.j.
ff.famil.hercif. Angel.conſi.20.Corſett. ſingul.
verbo ſaluo iure, vt oĩa iura Domini exceptis,
14 expreſſis in conceſſione † reſeruata dicantur.
Iſer.in §.quid ergo, verſ.alij putant.nu.12.de in
ueſt.de re.alien.fac.Caſtr.conſil.162.3.quæſito
in antiquis, Deci.conſilio 66.num.54. Vrſil.ad
Afflict.deciſ.112.num.9.& deciſ.355.nu.7.Mo
der.Pariſia.in conſuetu. feud.§.30.num.119.&
§.44.num.27.Natta.conſ.403.num.7.uolum.2.
15 Hinc dicunt ſcrib. † conſenſum in alienatione
præſtitum præiudicare, niſi fiat generalis iuriũ
ſuorum reſeruatio. Afflict.in conſt. Sicil.libr.3.
rub.14.mulier, quæ dotarium per l.4.§.ſi in uen
ditione.ff.quib.mod.pign. Vrſil.ad Afflict.d.de
ciſ.112.num.9. Zaſ. de feud. parte 6.num.27.&
par.9.num.8.cum ſequẽ. Stefan. Lamber.ſuper
ſtat.prohib.mulier.contrah.gloſſ.11.uerſ.agna
ti.num.46. ſcripſique abundè aliàs conſilio 171.
16 virtute dictæ clauſulæ in aſſenſu appoſitæ, † Do
minum re deuoluta per lineam non teneri debi
ta vaſalli, ſuper quibus aſſenſit ſoluere, ſequitur
Paris de Put.de feud.reintegr. cap. 258.num.3.
cum ſimilibus. virtute igitur dictæ clauſulæ, etiã
quòd emphiteoſis poſſet alienari, ac diſtrahi in
quoſcũque, laudemium debebitur tempore poſ
ſeſsionis, & inueſtituræ acceptæ.

17 Tertio, vltimoque loco dicebam ius † reten-
tionis, & ius laudemiorum, quoad Dominorũ
voluntatem à pari procedere Pet. Iaco.de vnio.
in tract.

in tract.libel.tit.de actio.in rem, quæ pro re em-
phiteotica in prima additione. Afflict.tract. de
iure protom.pag.3.Alber.& cæteri,quos refert
Celſ.Hugo.conſil.60.num.23.in fi.Verum nun-
18 quã † Dominus iuri ſuo retentionis, ſeu præla-
tionis in emphiteoſi præiudicat, niſi expreſsè
dicatur,traditur in d.gl.fin.in princ. ideo nec iu
ri laudemij,niſi pacto conueniatur, derogatum
cenſebitur.Et hanc partem vidi aliàs approba-
tam per Ludouicum Catum eximium iuriſcon
ſultum in quodam ſuo conſilio, affirmantem
ſe ſolitum iudicare pro Principe ſuo Ferrarienſi
Excellentiſſimo, ſequendo primam deciſionẽ
Salice.quam dicit non habere contradictorem
& in effectu idem tenere Imol.in cap.potuit. de
loca.colum.44.verſi.vlterius quæri poteſt,dum
declarat dictum Specul. adductum à Sali.in fin.
de loca.§.nunc aliqua.verſic.44. improbabat ta
men rationem ſupra poſitam ad doctrinã Salic.
ae relatam p d.Marian.Soci.iun. præceptorem
meum colendiſſimum in d. conſil. 70.num.25.
& 26.volum. 3. ex doctrina eiuſdemmet Salic.
in d.l.fin.num. 11. dum vult,quòd emphiteoſis
recepta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus,poſ
ſit legari Domino irrequiſito,& abſque ſolutio
ne laudemij, & tamen legatarius non conſequi
tur legatum ex ſola inueſtitura, ſed mediante fa
cto extrinſeco legati, & quod laudemiũ debea-
tur comprobat, quia ſoluitur per immiſſionem
19 in poſſeſſionem, etiam in actu † tranſlationis
emphiteoſis,qui poteſt fieri citra conſensũ Do
mini.Salic.in d.l.fin.num.416. & 13. Guid.Pa-
pa.q.46.& conſil.46.& 147.nu.6.iunct.his,quę
trad.Iaſ.de donatione,legato, & inſtitutione in
d.l.fi.num.48.50.60.& 63. cum concordan.ſo-
20 let enim † licentia alienandi irrequiſito Domi-
no importata per illa verba cum poteſtate alie-
nandi, uel pro habituris cauſam ab eo, vel qui-
bus dederit,& ſimilia, quæ ſinonyma ſunt,vt p
Aimonem,Curt.iun.Socin.& Deci.ſupra addu
ctos in princ. operari hoc, quod alienatur vali-
dè ſine alio nouo aſſenſu, vel licentia Domini,
quod ego affirmo ex doctr.Salic.& Iaſ.in d.l.fi.
& Iaſon.in l.1.§.item acquirimus.ff.de acquiren.
hæred.Ruin.conſil.113.colum.4.uolu.4. Alex.
conſi.91.in fi.volum.3.Anton. Gabr.ſuis com.
concluſ.de locat.lib.3.num.3.poſt Curt. de feu.
4.par.num.139.Natta conſi.322.num.2.uolu.
2.doctè Beneuen.Camer.in cap.imperiali.pag.
28.lit.D.cum ſeq.verſ.Nos autem ne uti,& pag.
* 45.lit.E.& lit. G. vbi de * communi,& pagi.46.
lit. D. de prohib. ſeud. alien. Mario. Freccia de
feud.lib.2.pag.119.27.limit. num.79. Ant.Ca-
pie.in inueſtit.feudal. verbo feudorum clauſulę
ver. pro ſe,& quibus dederit. Non q licentia p̃-
iudicet ſibi in laudemio debito ex natura con-
tractus,arg.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.Sali-
21 cet. in d. 1. deciſ. addo ego,ſeu q in dicta † alie-
natione vltra aſſenſum non præſtandum cętera
omnia obſeruari, ac interuenire non debeant,
per Gozad.conſi.4.num.29.poſt Alex. Rubeũ,
& alios de quibus per Menoch.de recuper. poſ
ſeſſ. remed. 6. num. 16. non ideo tradetur poſ-
22 ſeſſio,vel fiet inueſtitura.niſi cum nouo † aſſenſu,
& ſcientia Domini,quæ ſcientia tunc in emphi
teoſi tantum adhibetur,cum transfertur poſſeſ-
ſio, non autem in feudo alienato virtute pacti,
ſeu aſſenſus antiqui de alienando, cum primo
caſu nouus aſſenſus in tranſlatione emphiteoſis
requiratur etiam,ne Dominus rem forte acqui-
rere vellet, quod in feudo locum non habet,d.l.
fi.prope medium.C.de iur.emph.Beneuẽta.ubi
ſupra pag.46.lit.C.A c niſi laudemio ſoluto di-
ſtractio hæc fiet, quia ut dixi regulariter ab om-
23 ni nouo † Emphiteota laudemium debetur, nõ
ſimpliciter, ut fiat actus validus,qui alioquin fie
ri non poterat, tranſactis enim duobus menſi-
bus fit alienatio valida, & ſoluitur laudemium.
d.l.fin.etiamſi in d.re nouus emphiteota ius ha
beret, vel partem,per Alex.in l. ſi domus.§. fi.ff.
de leg.1.& l.qui Romæ. §. duo fratres,ubi Rip.
num.87.ff.de uerb.oblig.ſed tantum pro appro
batione cõtractus,& noui vaſalli admiſſione,&
inueſtitura.declarat dictus Gabriel.d.conſil.84.
num. 12.Socin.iun.conſil.70.nume.9.10.11.&
24 ſeq. volum. 3. ut hinc admiſſo † vaſallo, ſeu em-
phiteota,nec petito tunc laudemio, amplius pe
ti valeat.Ioan.de Anan.conſi.90. Ancar.conſi-
lio 55. Celſus Hugo. 60.num.24. Et uidemus,
25 quòd † conſentiens alienationi rei ſuæ, uel re-
nuntians præiudicat in hoc quòd conſentit,nõ
autem quòd donet.Bar.in l.quæ dotis.col.pen.
verſ.procedo vlterius.ff.ſol.mat.uel aliud remit-
tat extra expreſſa in remiſſione, vel renuntiatio
ne addita p̃cipuè clauſula, ſaluo iure &c.de qua
ſupra &c.aliàs in propoſito ſequeretur,quod in
ueſtiens intelligeretur etiam ſibi præiudicaſſe,
nedum in laudemio, ſed etiam in penſione, uel
directo dominio, quod dictum abſurdiſſimum
26 cenſetur,cum intentio vaſallum † recipientis ſit
conſeruare iura ſua aduerſus nouum emphiteo
tam,non autem admittere. Bal.in d.auth.ſi quas
ruinas. col. 2. verſ. 4. fiet renouatio. C.de ſacr.
ſanct.eccleſ.Curt.de feud. par.4. nu. 141. & di-
ctus conſenſus,addit Catus,habet uim receptio
nis noui emphiteotæ, Ancar. conſ.64. motiua
iudicis,quæ debet reſtringi ad expreſſa,ſic ad fa
cultatem alienandi, non autem ad tacita, & ſic
ad remiſſionem laudemij. l. ſi mandato meo.§.
1.ff.manda.vbi Bar.& Bald.in d.l. quæ dotis cir-
ca fi.ſolu.matr. vnde illa verba, & quibus dede-
27 ris, vel habituris cauſam à te, & eis,ſunt condi-
tionalia,videlicet ſi alienabis,vel alteri dederis,
qua impleta conditione debetur laudemium,ſi
cuti pro donatione,uel alienatione puta, Guid.
Papa conſi.46.& 126.in 2.dubio.& deciſ.46.&
* 47.Bertrand.conſ.221.in 1.par.& ex * cõi. Cla-
rus.§. emphit.q.15.in fi.& q.23.uerſ.quæro.
28 Nec,dicebat Catus,deciſiones † Salicet.ſupra
pro contrarijs ponderatæ obſtant, licet ambæ
commu-

Digitized by Google

* communiter * approbentur. nam vbi datur licē
tia alienandi per quæcunque verba, vt in caſu
noſtro, vel quibus dederis, vel per ſimilia, nemo
ait quòd acquiſitores ſint comprehenſi in inue
ſtitura, licet ſit data alienandi licentia, quæ licen
tia differt ab ipſa inueſtitura, quia adhuc inueſti-
tura requiritur, eſto quòd ſit conceſſa alienandi
facultas. Bal. in d. auth. ſi quas ruinas. in d. loco,
& in effectu cōſiderabat in primo dicto Saly. &
etiam in caſu noſtro, emptores, vel aliter acqui-
rentes emphiteoſim non habere immediatè ab
ipſo Domino, ſed ab emphiteota alienante. nec
mirum ſi à Domino debēt recognoſci, & in poſ
ſeſſionem immitti, conſequenterq; ob talem re
cognitionem laudemium ſoluere, ſed in ſecun-
do dicto Sali. filij, & nepotes vocati habent ius
immediatè ab ipſo Domino, non à recipiente
pro eis. Bart. in l. eum qui. ff. de interdic. & releg.
atque ideo noua renouatione non eſt opus, nec
ex conſequenti laudemium exigatur, ſic in ſecū
do dicto Sali. eſt tantum comprehenſio imme-
diatè à Domino proueniens, in primo vero cō-
prehenſio proueniens immediatè à recipiente,
qui alienat, non autem ab ipſo Domino, & idē
infert ad tertium dictum Salic. in d. l. fin. nu. 11.
29 de recepta † emphiteoſi pro hæredib., & ſucceſ
ſoribus, quo caſu Sali. negat deberi quinquage-
ſimā à legatario, vel inſtituto, quia & ſi habeat
à teſtatore mediante legato, vel inſtitutione, nō
eſt neceſſaria licentia, vel conſenſus Domini, ſe-
** cundum magis ** communem opinionem, de
qua per Iaſ. in d. l. fin. nume. 48. 50. 60. C. de iur.
30 emphi. hæc ſcribit Catus. addo quòd † feudum
eo modo ſuſceptū diſtrahitur, ſine nouo aſſen-
ſu Gozad. conſil. 4. num. 8. & 30. Thom. Marin.
de feud. tit. 31. lib. 1. num. 16. & 18. vt ſupra. atq;
ideo verba inueſtituræ non poſſunt reſolui in li-
centiam, vel conſenſum, ſed dicuntur immedia-
tè dictos ſucceſſores comprehēdere, & ſic à Do
mino habere. Quæ differentia Domini Cati pa-
rum virtualiter differt, meo iudicio, ab illa Do-
mini Mariani ſupra cōſiderata, quinimmo hęc
non plenè ſatisfacit, cum inſtitutus, vel legata-
31 rius non poſſit induci regulariter in † poſſeſſio-
nem emphiteoſis ſine licētia Domini, ſicuti nec
Donatarius, Sali. in d. l. fin. in 3. colum. num. 11.
verſ. aut eſt inueſtitus, Guid. Pap. q. 46. & con-
ſil. 46. & 147. Iacobi. de S. Georgio. in auth. qui
rem. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. num. 126. & Iacob.
Rebuff. in l. 1. C. de fund. patrimo. num. 4. 5. lib.
11. & Alex. in l. ſi domus. §. fin. num. 5. de leg. 1.
32 Clar. d. q. 15. in fi. quæ † poſſeſſio, cum debeat re
cipi conſenſu Domini, & fieri inueſtitura, eſt re-
cognitio, & propterea deberet ſolui laudemiū,
ut per Alex. ibidem Bertrand. conſil. 3. num. 33.
vol. 3. Cuman. in d. §. ſi fundus, maximè quando
33 † nouus acquirens poſt duos menſes poſſeſſio-
nem apprehendit, uel inueſtituram obtinet, per
* Iaſ. in d. l. fi. num. 50. 60. & 68. in fi. ex * communi
Clar. §. emphiteoſis. q. 15. in fi. q. 23. in princ. cū
alijs, de quibus ſupra, cuius contrarium dicit Sa
lic. in d. l. fin. in d. 3. colum. num. 11. verſicu. ego
puto, & Salic. in d. 2. deciſ. colum. pen. num. 15.
loquitur de comprehenſione excuſante à laude
mio, quę procedit ex ipſa inueſtitura, vnde ſicut
filij, & nepotes in caſu ſuo dicerentur in inueſti-
tura comprehenſi, & per hoc non ſoluunt laude
mium, ita non deberent in caſu noſtro ſoluere,
nec in prima deciſ. Sali. quando exprimitur pro
quibus voluerit, vel dederit, uel habituris cau-
ſam ab eis, cum tales pariter ſint in inueſtitura
34 comprehenſi. Et rurſus ſicut in caſu noſtro † hę
redes legitimi deſcendentes à Domino Galea-
cio recipiente, non deberent ſoluere laudemiū,
quia comprehenſi iuxta dictam ſecūdam deciſ.
Salic. num. 11. ac ſi mille renouationes peterent,
per Bero. conſi. 117. num. 6. volum. 1. cum tamen
tales deſcendentes recipientis, vocati, vt hære-
des, non ueniant iure proprio, ſed iure hęredita
rio, ut per Bar. in d. l. eum qui. de interdic. releg.
pariter, nec habituri cauſam ab eis in inueſtitu.
ra ſimili non comprehenſi.

Non etiam placet alia differentia allata per
Excellentem Fiſci patronum, uidelicet in pri-
mo dicto Salic. recipientem non potuiſſe extra-
neo ſtipulari, in ſecundo uero, ſic.

Primo, quia ex conſuetudine poteſt introdu
35 ci, quod alteri † ſtipulemur, & quibus dederi-
mus, & ſic etiam extraneis validè, per Iaſ. in l. ſti-
pulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig. in feudalibus
enim certi iuris eſt, poſſe quem pro extraneis ſti
pulari. Iacob. de S. Georgio verbo agaſi. Thom.
* de Marin. de feud. tit. 31. nu. 10. lib. 1. ex * com-
muni. Simon de Pret. conſi. 54. nume. 47. & ſeq.
quam conſuetudinem puto extare, & notoriā
reddi ex tot conceſſionibus, quæ quotidiè à Do
minis directis fiunt ſub his clauſulis. quibus de-
derit, cui dederit, hæredibus quibuſcunque, uel
ſimilibus, de quibus per Rolan. a Valle conſ. 79.
num. 20. volum. 2. & conſil. 55. num. 34. uolu. 3.
Socin. iun. conſi. 110. num. 20. volum. 2. quę ver
36 ba, & clauſulæ etiam † hæredes extraneos com
prehendunt, de quibus in ca. 1. de feud. non ha-
bent. propri. nat. & in cap. 1. §. feudum ea lege ſi
de feud. defunct. fuer. controu. Capi. deciſ. 121.
num. 8. Deci. conſil. 193. amplè Clar. §. feudum.
q. 8. verſi. hoc præmiſſo, dicens ex crebriori, &
** ** veriori ad hæredes etiā extraneos tranſire, &
in §. emphiteoſis. lib. 4. ſentent. q. 28. verſ. quic-
quid, & verſi. ſed ſi quæro, quid ſi ab Eccleſia, re
37 ferens, hanc etiam in † emphiteoſi ueram, * com
* munemque dici, indubitatam ait Micha. Graſſ.
com. opin. lib. 1. c. 16. q. 8. Tob. Non. conſ. 2. nu.
30. & ample Tom. de Mari. qui declarat de feu.
tit. 31. per totum. lib. 1.

Secundo quia & ſi inualida eſſet ſtipulatio, ta
38 men ex actu nullo † declaratur, Dominū, etiam
extraneos uoluiſſe comprehendere in inueſtitu
ra ad not. in l. fin. ff. de reb. eorum. Deci. conſilio
176. Craue. conſi. 113. nu. 6. quæ comprehēſio

eſt illa,

eſt illa, quæ liberat à laudemio, vt prædixi per
Sali.in d.num.15.

Vnde ad caſum noſtrũ redeundo ex iſtis dua
bus deciſionibus Sali.communibus, amplectẽn
da eſt prior, quia verba primę deciſionis, quib.
voluerit, quę admittũt extraneos, magis conue
niunt caſui noſtro, in quo pariter vocãtur extra
nei per illa uerba habituris cãm &c. propterea
debetur laudemium, & quod dicta prima deci-
ſio tantũ, & non ſecunda ſit admittenda, ſuadet
39 longus † vſus, ſiue obſeruantia, vt dicit Domi-
nus Marian.Socin.in cauſa ſimili. d. conſil. 70.
nu.22.& ſeq.dum allegat.l.quod ſi nolit.§.quia
aſſidua, ubi Bald.& alij de edil.edi.l. certi condi-
rio. §. ſi minimos. ſi cert. petat.ibi Bart.Angel.
Alex.Iaſ.& alij, & poſt alios Felin.in ca.cum M.
Ferraricoſis de conſtit.præpoſi.in cap. per uene
rabilem.§. quod autem quod filij ſint legitim.cũ
vſus, & conſuetudo in iſtis ſolutionib.quinqua
40 geſimæ vulgo † laudemorum, velut in Gallia
Bailliuiatus, & ſeneſcalias, ſeu, ut Mantuæ, deci-
mæ nuncupatæ, potiſſimum attendantur, per
Alexand. conſil. 5. volum.5. Arnol.Ferron.ubi
ſupra tit.8.§.15.in pri.Clar.§.pręd.emphiteoſis
q.28.in fin.fuſius ſcripſit, Dioniſ.Ponta.in con-
ſuetu.Bleſenſ.tit.5.art.76. in rub.pag.389.Frãc.
Marc.deciſ.delfin. 368. num. 16.1.par.Albert.
Brun.conſi.44.num.10.in fi.Reodan.de reb.ec-
cleſ.non alien.cap. de laudemijs ſoluendis.pag.
378.in princ.& num.3.& pag.384.num.5.& 6.
cumq; laudemium iam annis triginta, & ultra
fuerit ſolutum Sereniſſimo Principi pro terris
dictæ Abbatiæ, quod etiam Socin. ſupponit, &
de præſenti idem ſeruabitur, eo quod in his cõ-
ſuetum attendatur. Brun. d. conſil.44.columna
vlt.& Iacob.Rebuff.in d.l.1.num.5.C.de fund.1.
lib. 11. Bald. in d. auth. ſi quas ruinas in 2. & 3.
colum. C. de ſacr.ſanct. eccleſ.dum loquitur de
reuocatione inueſtituræ, & cũ ſubinueſtiti quã.
plures, ut per Soci.ſoluerint etiã de anno 1478.
41 fuit dicta† conceſſio ab hac conſuetudine decla
rata, & interpretata.l.minimè.& l.de interpreta
tione.ff.de legib.Socin.ſen.conſil.66. num. 14.
in fi.vol.3.verbaque antiqua contractuũ, & ſti-
pulationum ex conſuetudine optimè declaran-
tur, & ex modo vtendi.l. ſemper in ſtipulationi
bus de regu.iur.vbi Deci.& per alia de quib.per
Bart.not.conſil.59.commune Spoleti col.2. &
42 talis præſumitur † inueſtitura, qualis fuit uſus,
vel patientia, ſecundum Pau.de Caſtr.conſ.163.
in cauſa col.3.in antiquis, & dicit Soci.ſen.con-
ſil.15.col.12.quòd ſequentia declarant q̃ fuerit
intentio contrahentium, allegat Bar. in d.conſ.
59. ſic vſus approbauit in propoſito, ꝙ conce-
dens modo, quo fecit, etiam pro habituris cau-
ſam ab illo, intelligatur tamen iuxta naturã con
tractus, ut demũ ſoluatur laudemium, quod ex-
primit, Salic.in d.1.deciſ.& Imol.in d. c.potuit,
43 & de hac † ſequela facti loquutus fuit etiam Ro
man.conſil.91.nu.9.cum apoſtil.Mendoſ.Bald.
in l.ſi certis annis.colu.3. C. de pact.& conſiliũ
Papienſe poſt tract.Alber.Brun. de augumento
mihi pag.29.in fi.2.col. Debet ergo ſolui laude
mium ꝓ creatione iuris emphitcotici in nouo
acquiſitore, & poſt tale ius creatũ, emphiteota
habebit exceptiones ab oneribus, de quibus in
d.inueſtitura. Conciliando tamen ut ſupra dixi
in prin. deciſ. Sali.cõiter approbatas, incipiẽdo
illa poſita.nu.11. quando recipitẽ emphiteoſis ꝓ
hæredibus, & ſucceſſorib. non intelligit de ſuc-
44 ceſſore ſingulari, ſed ſemper de vniuerſali, vt de
cidit Specu.de teſta.§.1. verſic. pone quod ſi le-
gatur.Imo.in l.quod dicitur col.pen.ff. de verb.
oblig.Alex.in l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de e-
den.vbi Iaſ.in 1.col.in 2.limit.reprobans Alex.
aliter tenentem, & ſibi contrarium in conſ.193.
num.1.vol.2.ſequuntur Gulielm. à Perna. conſ.
4.conſ.7.8.& 11.Dec.conſil.208.nu.6. & con-
ſil.171.num.5.Io.de Prat.reſponſ.61.num.5.in
ter conſi.Martianenſ. li.1. nec tunc verbum ſuc-
ceſſoribus eſt ſuperfluum, quia intelligit de uni-
uerſaliter ſuccedente iure prætorio, & uerbum
45 † hæredibus de ſucceſſore uniuerſali de iure ci-
uili, per Iaſ.poſt prędictos in d.loco, per d.l.quę
dam.§.nihil intereſt, ubi omnes.ff.de edẽ. Tho.
de Maria.ubi ſupra tit.31.num.10.& 11.Bart.&
ibi. dd. in l. prætor edixit. ff. de oper.noui nun-
ciation. Socin. ſen.conſil.249.colum.10.uol.2.
Celſ.Hugo.conſi.26.num.58. Portius Imolenſ.
conſil.81.num.2.& conſil.48.nu.19. nec etiam
intelligitur de legatario, uel ſingulari ſucceſſore
46 niſi fuiſſet dictum de ſucceſſoribus † quibuſcun-
que, vel qualiter cunque, Bald.in c.1.de prohib.
feud.alien.per Federic.ut per Iaſ.in d.§. nihil.in
1.limit.Dec.conſ.281.in fi. Curt.de feud.3.par-
te, in fi.num.62. & 4.par.num.130.dicentes ex
* communi, legatarium, & ſingularem ſucceſſo-
rem, etiam extraneum illis uerbis comprehẽdi.
Rip.in l.dabimus.§.ſi quis cum tutor.ff.de priui.
leg.creditor. ſcripſi aliter fuſius in conſi.22.nu.
2.& ſeq.& num.15.& ſeq.quibus addo Vrſil.ad
Afflict.decil.335.num. 10. Natta conſil.679.&
682.num.25.& conſi.683.num.9.vol.4. vbi ait
47 ex dd.verbis† quibuſcunque dari licentiam alie
nandi.Tom.Mari.vbi ſupra tit.31.nu.11. & 15.
Natta d.conſ.682.in fin. Laurent.Chirco.ex re
cepta * ſententia, commun.opin. cent.2.concl.
49.poſt Clar.in §.emphiteoſis.q.28.in fin.trad.
Menoch.conſi.61.num.24. & ſequ. Octau. Ca-
cher.deciſ.Pedem.ibi.num.16. Valla conſil.55.
num.36.cum ſeq.vol.3.Anto. Gabr. com.con-
cluſ.de uerb.ſign.concluſ.4.num.4. Ant.Capic.
in inueſt.feud.verbo feudorum clauſulæ uerſic.
& ſuis hæredibus quibuſcunque pagi. 33. unde
cum in caſu Salic. nume.11.intelligatur de ſuc-
ceſſore vniuerſali, ſibimet non contradicit, ſi re
ctè aduertatur.in l.2.in 20.q.C. de iure emphit.
dum ibi loquatur de ſucceſſore extraneo ultra
deſcendente, non etiam de ſucceſſore extraneo
ſingulari. cum igitur ueniat ſolus ſucceſſor vni-
uerſalis,

uerſalis,non eſt mirum, ſi non renouatur inue-
ſtitura,neque ſoluitur laudemium, cum ſit eadẽ
perſona cum defuncto, Auth.de iureiuran.mo-
riente præſtito, nec per ſucceſſorem vniuerſa-
lem fiat renouatio in emphiteuſi etiam Eccle-
ſia,niſi vt tollatur materia negationis iuriſdomi
ni,vt inquit Bal. in d.auth. ſi quas ruinas verſi.4.
fiet renouatio ratione mutatæ ſucceſſionis. Re-
48 nouatio † namque inueſtituræ intra annum, &
diem poſt mortem domini,ſeu vaſalli, in feudo
ſolum præcedit,nõ autem in emphyteuſi, Pariſ.
conſi.86.num.8.uolu.4.Pariſ. de Puteo de feud.
reintegr.pag.81.num.11. Rimin. ſen. conſi.74.
num.9.cum ſeq.vol.1.& 55.num.5.in fin. & 22.
* vol.2.conſi.feudalium.Bero.ex reg.* communi
conſi.117.num.6.uol.1.& idem eſt in alia deciſ.
Salic.quando quis recipit emphyteuſim pro ſe,
49 filijs,& nepotibus, nam eis, vt † filijs ſtipulatum
intelligitur, cum ſit vſus verbo, appellatiuo, fi-
lijs, & nepotibus, & ideo directa quæritur eis,
per Bart.in l.ſi tibi.§.ſi pactus. ff. de pact.adeo ꝙ
ſufficit ipſos eſſe filios,& vocatos, licèt non ſint
* hęredes,Dec.conſi.445.num.8.ex * communi.
Clar.§.feudum.q.9.uer.quandoque vero,& ali-
bi ſæpè,pater, & filij cenſentur eadem perſona,
50 ſoleatque dici † filius,ergo hæres, Bal.in l.apud
hoſtes.C.de ſuis, & legit.in c.1.an agna.vel filij
in l.neceſſarijs de acqui.hæred.Iaſ.in l.non hoc
51 col.1.C.vnde cogna.† & vtilis quæreretur,ſi fi-
lijs ſtipulatum eſſet,vt hæredibus per Bar.in d.§.
ſi pactus,quemadmodum in 1.deciſ.Salic.quan
do ſtipulatur cum poteſtate vendendi cui volue
rit,vel habituris cauſam ab eis,verum in propo-
ſito futurus ſucceſſor ſingularis non eſt eadem
perſona cum recipiente ex iuris diſpoſitione,
prout eſt filius, nepos, vel hæres vniuerſalis,de
quibus loquuntur præcedentes deciſiones, &
ſic non eſt tanta comprehenſio in caſu iſto, put
in præcedentibus,quod ſentiebat do. Marianus
d.conſi.70.non ergo mirum, ſi tunc debet per
52 nouum ſingularem ſucceſſorem renouari † in-
ueſtitura ob tres effectus, de quibus per Bald.in
d.auth.ſi quas ruinas in uerſi.prææalleg.Iaſ.in d.l.
fina.num.33.C. de iur. emphy.Guid.Pap.deciſ.
101.Nempe primo, ob utilitatem domini in ſo-
lutione laudemij, ſecundo propter obligationẽ
cenſus,vt ſucceſſor ſingularis ad cenſum oblige *
tur,ad quem non tenetur ex obligatione autho
ris.Ac rurſus, tertio pro commodo ipſius ſin-
gularis ſucceſſoris,vt eius generatio attendatur,
quæ abſque recognitione cenſeretur excluſa.
Curt.de feud.4.part.23.& 24.cauſa priuationis,
nume.45.& 57. Clar.d.§. feudum.q. 49. in pri.
Socin.ſen.conſi.66.nume.15.uolum.3.Ioan. de
Ana.conſ.149.numero 3.Riminal.iun.conſ.49.
num.25.Reodan. de reb. Eccle.non alien.cap.
de laudemijs pro inueſtituris ſoluendis, in prin.
& nu.13.& 15.pag.378.ſoluto enim iure autho
ris,ſoluitur ius ſucceſſori, vt bene declarat Bald.
Cur.& Iaſ.in locis præallegatis, & ſecundũ hãc

conſiderationem non curo,ꝙ magis uno caſu,
quàm altero interueniat factum extrinſecũ, vel,
non,ſed conſidero,ꝙ ex iuris præſumptione,ac
diſpoſitione eſt maior comprehenſio in ſupra-
ſcriptis caſibus,quàm ſit in noſtro,uel in t. deciſ.
Sali.ultra,ꝙ in ea debet apprehendi poſſeſſio cũ
ſcientia domini,ob quam apprehenſionem ſol-
uitur laudemium,quæ apprehenſio cum requi-
ſitione Domini, non reperitur de iure neceſſa-
ria in hærede uniuerſali,filijs,& nepotibus, pro
quibus recepta eſt emphyteuſis,cum ipſi, mor-
tuo recipiente, poſſint poſſeſſionem capere a ſe
ipſis,ut habetur in l.cum hæredes,de acq.poſ.&
53 in l.ſi.cum ſimil.C.de ſac.ſan.eccl.nec ad † reno
uationem, (niſi pactum, vel conſuetudo repu-
gnent)teneantur,minus ad aliquam laudemij ſo
lutionem.Bero.d.conſ.117.uol.1.& Reod.tract.
de reb.eccl.non alien.c.de laudemijs, uerſ.& ad
ſolutionem,pag.382.nu.3.

Poſtremo, quia ex conſuetudine huiuſce pa-
triæ, in alienationibus iſtorum bonorum non
ſolet requiri conſenſus Abbatiæ ſancti Zenno-
nis primi Domini mediati, ſed ſolius Principis
inueſtiti,& horum ſubuaſallorum Domini im-
mediati. Iccirco non eſt quærendum,an laude-
mium debeatur primo Domino, uel Principi
54 primo emphyteutæ.ſi enim † primus Dominus
conſentiret, quando ſecũdus emphyteuta a pri
mo acquirit,certè tunc, quia dictus cõſenſus ſuf
ficit,renouatione opus non eſſet, nec deberetur
laudemium aliquod, Anchar.conſ.63.motiua
iudicis ſequitur Ioan.de Anan.conſi.90.quia du
bium Alber.in l.quod ſi uno. ff.de in diem adie-
ctis,Iaſ.in l.ſi.C.de iur.emphi.nu.40.Goz.conſi.
65.num.9.Arnol.Ferron.in conſ.Aluer.num.8.
de feud.§.15.uerſic. ſi autem ſecundum Dlony.
Pontan.in conſuet.Bleſenſ.titu.5.art.68.§.22.in
fin.pag.289.At in propoſito primus Dominus,
ſeu Eccleſia non conſenſit uenditioni factæ a
Principe in ſecundum emphiteutam, nec illius
aſſenſus requiritur,cum tractetur de venditione
55 tantum,quam facere intendit ſecundus † emphi
teuta ſubinueſtitus in extraneum, ſaluo tamen
iure Abbatiæ,& Sereniſſimi Domini directi ſub
alterni,ſeu primi emphiteutæ, quo caſu renoua-
tione eſt opus,&laudemij ſolutione,ex commu
ni,* de qua per Soci.d.conſ.70.num.27.Clar.d.
§.emphyteuſis.q.23.uerſi. ſed quid ſi, quos re-
fert,& ſequitur Reodan.tract.de reb.eccleſ.non
alienan.ca.de laudemijs ſoluendis pagina 381.
num.16.cum ſeq.propterea Domini immedia-
ti,ſic Principis conſenſus, inueſtituraq; requiri-
tur,& eidem ſoluetur laudemium, nec eccleſia
prima ſancti Zenonis Domina mediata conſide
rabitur in aliquo,cum ſecũdum aliquos per em-
phyteutam Baronis inueſtiti ab alio primo do-
56 mino,uendentem,ſoluatur laudemium Baroni,
qñ ab illo aſſenſus petitur, non aũt dño primo
directo mediato,iuxta doctr.Affli.in c.1.§.illud
quoq;.nu.15.& 16.de prohib.feu.alie. per Fed.

quam ſequitur Soci.iun.d.conſ.70.num.32.Iaſ.
conſi.180.nu.1.verſ.præterea.col.2.Hipp.Rim.
iun.conſi.1.nu.50.& ſeq.& tanto magis, quia li
57 cet regulariter † aſſenſus primi non ſecundi do
mini requiratur in ſubfeudi alienatione, vt dixi
* aliàs, ex * cōi, in conſi.91.nu.1. quibus addo Iaſ.
conſ.176.vol.2.Reodan.de reb.eccleſ.nō alien.
c. de laudemijs pro alienatione ſoluendis pagi.
379.nu.4.5.& ſeq.Anton.Capic.in inueſt.feud.
verbo aſſenſus, ver.aſſenſus pag.78.ubi regulam
cōem cum limitationib.adſcribit, id tamen locū
ſibi minime uendicat, ſi uel pacto primus inue-
ſtitus poſſit alienare, ſeu ſubinueſtire, vel ex con
ſuetudine, vt hic aſſenſus prĕſtetur per Dominū
immediatum, & eidem laudemia ſoluātur, quia
58 tunc ſecundus † Dominus tantum conſideratur
per tex.in c.1.§.illud, vbi Bald.nu.5. Aluar.nu.4.
de prohib.feud.alien.per Federi. Ioan.Fab.in §.
adeo, nu.6.inſt.locat.Vrſil.ad Afflict.deciſ.234.
in princip. Bened. Camerar. in capitu.Imperia-
lem pag.67.lit.A, cum 4.col.ſeq. de prohib.feu.
alien.per Feder.Mari.Frec.de feud.in princ.li.1.
pag.15.num.25.

Et ex his ſatis videtur firmatum laudemium deberi Sereniſſimo Principi Mantuæ de terris venditis per ſubuaſallum Abbatiæ ſancti Zenonis de Verona.

Franciſc.Burſat.I.C. Mantuanus.

PRO NOBILIBVS DE MONTE, Ex Pomponiſco.

ARGVMENTVM.

Noua vectigalia quomodo à Principibus Italiæ paſſim imponantur, & mutentur.

Statutum prohibens blada extrahi extra dominia, an ſubſiſtat, & ſit fauorabile.

Repreſaliæ, quando licitæ ſint, quo caſu concedantur, à quibus, & contra quos.

Immunitas, & exemptio, quando realis ſit, ac ampla, & ad futura extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Nouas imponunt gabellas deſcendentes ab his, qui dictam facultatem a Cæſare tenent.*

2 *Imperator ſolus committit vectigalium, & gabellarum exactionem.*

3 *Conſuetudo eſt Italiæ inueterata, quòd Principes omnes ab Imperatore inueſtiti, nouas gabellas, vectigaliaque ſine alia licentia imponunt, & omnia in ſuo ſtatu, quæ poſſet Imperator, faciunt.*

4 *Principes Italiæ in ſuis locis faciunt, quæ Impe-*
** *rator in uniuerſo faceret, ex ** communiori.*

5 *Vectigalia, per omnes Principes Italiæ imponū-*
tur, vel ex conceſſione Imperiali, uel ex Italiæ
* *conſuetudine, ex * communi.*

6 *Onera per Principes impoſita, etiam in foro con*
* *ſcientiæ, debentur, ex * communi.*

7 *Gabellæ nouiter impoſitæ Domino loci, non ſolito exigere, ſeu Publicano debentur.*

8 *Statutum, quòd blada, uel fructus extra territorium non conducantur, ſubſiſtit fauore publico, & quandoque ad bona Eccleſiæ extenduntur, tempore penuriæ nu.11.*

9 *Fauorabilia ſtatuta extenduntur.*

10 *Vectigalia, & onera ſimilia, uti odioſa reſtringuntur.*

11 *Bona eccleſiarum, quandoq; tempore penuriæ, in ſtatuto laicorum comprehenduntur.*

12 *Exemptio ab oneribus intelligitur pro impoſitis non pro imponendis in futurum.*

13 *Confeſſio debiti, in iudicio nocet.*

14 *Sententia facit de albo nigrum.*

15 ** Præſumitē pro rectitudine proceſſus, ex cōi.**

16 *Repreſaleæ conceduntur, ubi iudex non adſit, qui ſubdito iniuriam paſſo iuſtitiam admini-*
ſtret, vel ubi denegetur iuſtitia, vel negliga-
* *tur, ex * communi.*

17 *Repreſaleæ, odioſæ, & exorbitantes cenſentur, nec contra bona ciuium alibi habitantium con*
** *ceduntur, ex ** communi.*

18 *Iuſtitia neglecta, uel denegata, repreſaliæ conceduntur.*

19 *Delinquente iudice, omnes iudices puniuntur.*

20 *Oppignorationes denegantur, ſi ad ſuperiorem loci denegatæ, iuſtitiæ recurſus haberi poteſt.*

21 *Repreſaliæ, ut concedantur, quæ requiruntur, et num.ſeq.& nu.19.& ſeq.*

22 *Nullæ ſunt ipſo iure repreſaleæ, minus recte conceſſæ.*

23 *Repreſaleæ ſunt in foro conſcientiæ licitæ, ſi iuſtæ cauſa interueniant.*

24 *Verba clara non indigent interpretatione.*

25 *Priuilegij, uel immunitatis, uerba clara nullā recipiunt intelligentiam.*

26 *Immunitas realis in hæredes tranſit, et dicitur cum hæredum ſit mentio, cum terris datur,*
* *uel propter merita concedatur, ex * communi.*

27 *Dictio, quibuſcumq;, nullam de habilitate, nec in hominis diſpoſitione reſtrictionem recipit.*

28 *Feudum pro hæredibus quibuſcumq; ſuſceptum ad legatarios, fæminas, & extraneos tranſit,*
** *ex ** communiori.*

29 *Exceptio a quibuſcunq; onerib. cōceſſa, includit*
* *oīa, & imponenda, & ex cauſa belli, ex * cōi.*

Verba

30 *Verba negatiua in exemptionum priuilegio potentius affirmatiuis operantur.*

31 *Immunes, quantumuis ex priuilegio ceſſantibus Principis, & ſubditorum facultatibus grauantur, ex * communi.*

32 *Priuilegium immunitatis ad onera noua imponenda, extenditur, cum id dicant verba, puta ab omnibus oneribus, &c.*

33 *Exemptio ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, & proterris acquirendis, &c. ad poſtea à priuilegiato quæſitas extenditur, ex communiori. ***

34 *Conceſſio propter merita, vel mediãte pecunia à part procedunt, nec per ingratitudinem reuocatur, ex. * communi.*

35 *Succeſſor in dignitate, non reuocat exemptiones propter merita belli conceſſas.*

36 *Meritorum aſſertio non probatur, cum ab habẽte authoritatem concedendi prouenit, ex communi.*

37 *Priuilegium propter merita, vel ex contractu in dubio non cenſetur reuocatum ex verbis, etiã generalibus, ex * communi.*

38 *Hæredes promiſſa per defunctum ſeruant.*

39 *Feudum hæreditarium dicitur acceptum pro ſe & hæredibus, ex ** communiori.*

40 *Hæreditarium dicitur feudum ſuſceptum, pro ſe, & hæredibus, licet maſculis, ex ** communiori.*

41 *Hæres in feudo hæreditario factũ defuncti adimplet.*

42 *Conſuetudo decem annorum non ſoluendi onera, contra vniuerſitatem, attenditur.*

43 *Exemptio præſcribitur ſpacio quadraginta annorum, cum tituli allegatione, ac bona fide, cũ ſcientia officialium, ex * communi.*

44 *Immunitas præſcribitur etiam, quòd non fuerit interpellatus ad ſolutionem, ex * communiori.*

45 *Poſſeſſio centenaria conceſſionis naturam ſapit.*

46 *Præſcriptio libertatis in iure negatiuo currit, ſequuta interpellatione, & non ſolutione, cum ſpacio quadraginta annorum.*

47 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionẽ quadraginta annorum, non competit.*

48 *Libri communis demonſtrant, quem ſoluiſſe onera, vel non ſoluiſſe.*

49 *Libertatis præſcriptio acquiritur, etiam nõ probato non fuiſſe ſolutum, cum allegatio ſola ſufficiat.*

50 *Exempti aliàs non comprehenduntur in lege, & ſtatuto generali, niſi dicatur.*

51 *Statutum vetans triticum molendũ alibi, quã ad Principis molendina, non tenet ſecundum aliquos, niſi vtilitas ſit omnium communis.*

52 *Princeps, ex generali onerum impoſitione, non cenſetur tollere, quæ in ſpecie alijs conceſſit.*

53 *Cõfeſſio carcerati ex eademmet cauſa emiſſa ad fiſci fauorem, corruit vti meticuloſa.*

54 *Eccleſia relaxat iuramentum in actu meticuloſo, ex * communi.*

55 *Confeſſio tanquam ficta, reſultans, ex ſententia in contumaciam lata, regulariter non nocet.*

56 *Confeſſio ficta, ex contumacia non reſultat vigore etiam ſtatuti, niſi ſequatur iudicis declaratio.*

57 *Sententia abſente parte lata, potius ex mera contumacia, quàm ex mala cauſa promulgata creditur.*

58 *Repreſaliæ iuſta de cauſa contra omnes, & ſingulos ciues, & ſubditos alterius Domini conceduntur.*

59 *Iuſticia denegata, vel neglecta repreſaliæ conceduntur, ex * communi.*

60 *Clericus debitor repreſalias patitur, ex communi.*

61 *Vſus repreſaliarum, vetuſtiſſimus eſt.*

62 *Cauſa iuſta concedendi repreſalias, cum ſpoliatus non reſtituitur ſtatim, vel ſi forenſis litigans cum ciue, vel domino, iudicis neutralis non fiat electio.*

63 *Subditi grauati poſſident capta pro repreſalijs dum controuertitur, an iuſtè fuerint, vel ne conceſſa.*

64 *Damna omnia reſarcire tenetur, qui cauſam repreſalijs iuſte admiſſis dedit, ex * communi.*

Pro præſentis negocij ſatis ardui clariore fundatione gradus Nobilium de Monte, (vt res ſaltem expoſcit) & ſpeciem facti, deſcribere, quàm maxime vtile arbitratus ſum, poſteaquam pro conſilio iuris requiſitus a multum Reuerendo Domino Vicario Domino meo obſeruandiſſimo, officium pro veritate aſſerenda recuſare nolui.

Nob.D.Montes de Rochis ex Pomponiſco.

Rizardus, Ioannes, Matthæus, Don Guilielmus.

Petrus M.Rizzard Bern. Floramontes.

Nicolaus, Petrus Paul. vx. D.Liſa Douara.

Bernardinus, Ioannes, Pompeus, Diomedes ciues Mant. habitantes Vitalianæ.

Nob.De Antonius de Douaria.

Bartolinus, Ioannes ex Doſulo.

Diomedes.

Barth. Liſa, Dorothea, Marg.

Ioan. Franc. Gonzaga primus Marchio, Mantuæ per Sigiſmundum Imperatorem creatus anno 1433.

Ludouicus ſecundus Marchio

Federicus tertius Marchio, Franc. Card. Rodulphus, Lud. Prothonot. Io. Franc. vxor Ant. Baucia

Franciſcus quartus Marchio

Ludouicus, Pyrrhus, Federicus, Io. Franc.

Aloyſius, Carolus, Federicus.

Veſpaſianus, Pyrrhus, Scipio, Annibal, Alfonſus, Iul. Cæſ.

CONSILIVM CXXXVIII.

TRINTAS ADSIT.

ILLVSTRISSIMVS Dominus Ludouicus Gonzaga ſecundus Marchio Mantuæ anno 1459. die 19. Iunij conceſſit Dominis Rizzardo, Bartolino, & Ioanni fratribus quond. Antonij de Douaria, ut pro fructibus, bladiſque eorum colligendis, ſuper illorum terris ſitis, ſub poteſtaria Vitalianæ, & Vicariatu Doſuli territorij Cremonenſis, & pro vino, lino, ſuibus, lignis, & quibuſcumque frugibus nullum aliud dacium, gabellam, trauerſiam, ſoluerent, quàm facerent ciues Mantuani pro fructibus ex terris Marchionatus Mãtuam conductis. quę conceſſio anno 1463. ampliata fuit ad fructus etiam collectos ſuper terris, quas tenebant in poteſtaria inſulę Douarenſium, & pro dictis fratribus, & hæredibus eorum, ita quòd pro terrigenis haberentur.

Illuſtriſſimus Dominus Carolus Gonzaga, ſub die 10. Martij 1445. ſub his uerbis, pro bene meritis, ac ſeruicijs in militia præſtitis Ioãnem Mathæum, & Guilielmus fratres, ac eorum hæredes, & ſucceſſores, ſimulq; eorundem quoſcũque laboratores, tam præſentes, quam futuros, ac quoſcunque ipſorum, & cuiuslibet eorũ poſſeſſiones, quas de præſenti habent, vel in futurũ habituri ſunt, eximit, ac immunes reddit, ac abſoluit in perpetuũ ab omnibus, & ſingulis oneribus, grauaminibus, & factionib. quibuſcunq, realibus perſonalibus mixtis, tam præſentibus, quam futuris ordinarijs extraordinarijs publicis & priuatis, ac eo modo & forma, quibus ſui laboratores & coloni exempti erant.

per ſtatutis uerbo, confeſſus, il 2. Marill. conſ. 10.
nu. 11. & conſi. 73. nu. 74. uolu. 1. cum ſimil. Bar.
in l. diues. ff. de cuſt. reorum. Deci. conſi. 45. nu.
10. copioſeque exempla deducit, quibus ficta
confeſſio, ex contumacia non operatur, fidem
quod uera, Valla conſi. 94. per totum. uol. 3.

Quæ ficta confeſſio, ex contumacia uigore ẽt
ſtatuti non inducitur, niſi ſuper ea ſequatur iudi-
56 cis † declarat. Marſ. in l. de unoquoq; num. 213.
57 cum ſeq. ff. de re iud. † dictaque ſnĩa lata abſente
parte a iud. præſumitur magis ex mera cõtuma-
cia, quàm ex mala cã promulgata. l. Papinianus.
§. meminiſſe, ubi Bar. in 3. notab. ff. de inoff. teſta.
Fel. in c. literis, nu. 20. de conſt. Alc. de præſump.
3. regul. præſumpt. 22. Ant. Gabr. ſuis conclu. de
ſenten. lib. 1. concluſ. 3. per totam.

Quapropter non obſtantibus dd. ſententijs,
& promiſſionibus, vti metu initis, contra contu
maces prolatis, ac tandem erroneis, poterũt iſti
de Monte immunitatibus ipſorum anteceſſori-
bus conceſſis frui.

Poſtremo loco iſtis ſic firmis manentib. non
nulla ſubijciam, pro eneruatione obiecti de re-
preſaleis conceſſis, ex quibus apparebit ritè &
rectè admiſſas eſſe.

Primo, quod cum iſtis fratrib. de Monte ſubdi
tis Excellent. Ducis Mantuæ res immobiles, ac
prædia ablata fuerint, liquido conſtat, quæ per
iudices dicti Excellen. Principis recuperari ne-
queunt, nec ij, qui abſtulerunt, aut non facilè cõ
ueniri poſſunt, aut ſi conueniri, eo tñ loco agen-
dum eſt, quo (vt iſti de Monte aſſerunt) fortaſſe
periclitetur iuſticia, nec tutum ſit coram ipſis
cõparere, minus Imperatorem de facili adire.
58 † Oppignorationes, quas vulgus repreſalias vo
cat, ab eorum Principe Excellen. ad ius conſer-
uandum,

18 Heres cedendo actionem legatario ſatisfeciſſe dicitur & liberatur.

19 Pupillus non poteſt actiones cedere, ſi contra eũ agatur ex contractu eius nomine per tutorem facto.

20 Deciſ. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne ius fiat ei, & l. ſi dolo, vbi Bar. ſi omiſ. cauſam teſtamen. quando procedant.

21 Verba ſñiæ non plus operantur, quam ſonent.

22 Intẽtio dicitur ſatis fundata ſuper verbis ſñia.

23 Cautionem præſtare debens, nõ tenetur, niſi fuerit interpellatus.

24 Litis conteſtatio, quoad moram idem operatur, quod & interpellatio, licet ſola libelli oblatio non ſufficiat.

25 Conteſtatio litis, Vim habet interpellationis.

26 Nemo ſine mandato in iudicio comparere poteſt quod limitatur, num. ſeq.

28 Acquieſcens & patiens, dicitur mandare.

29 Pars mandaſſe dicitur, cum iudex in ſententia mandauit, & id ratificaſſe dicitur pars, cum ſententiæ acquieuit.

30 Ratificatio æquiparatur mandato.

31 Facere nolens id, quod tenetur, dicitur in dolo & culpa.

32 Depoſitarius tenetur ad reddendum depoſitum tantum, & non is, qui curauit pecuniam deponi.

33 Depoſito facto ex conſenſu duorum, ius in copræ tendentium, contra depoſitarium agitur, non autem contra alteram partem, ut res exhibeatur.

34 Soluens de mandato illius, qui habet plenam poteſtatem cuicumque, liberatur.

35 Soluens de partis mandato liberatur ita, vt ex mandato arbitrorum, & minime teneatur de eo, quod ad illius manus non peruenit.

36 Depoſitarius ſecundus liberatur cedendo primo deponenti actiones ſuas contra vltimum depoſitarium, & nu. 60.

37 Sententia ſtricte, & ſecundum proprietatem verborum intelligi debet.

38 Moram non incurrit quis ignorans quantitatis ſui debiti & ſententiæ contra ipſum latè.

39 Actio non competit non adimplẽti ex parte ſua, id quod debet.

40 Difficultas impedit moram committi, quando factum eſt in obligatione, ex * communi.

41 Depoſitarius, liberatur ſi deponẽs tenet apud ſe claues rei depoſita.

42 Arbitris a partibus facultas dari poteſt declarandi uerba obſcura laudi, ſed & illa mutandi, corrigendique.

43 Arbitri ſententia poſſunt aliquod ſibi reſeruare.

44 Declaratio ſententia arbitrorum a iure reſeruari permittitur, imo etiam, quod non reſeruetur fieri poteſt, & nu. ſeq.

46 Arbitri poſſunt ex conſenſu partium declarare eorum ſententiam etiam nullam in uim pacti reſultantis, ex ipſius approbatione.

47 Verba ſententia in dubio ſtricte, ut iacent, interpretari debent, adaptandaque natura contractus taliter, quod iuri congruant.

48 Sententia a petitione & cauſa interpretationẽ capit.

49 Intellec. ille ſententiæ ſumitur, qui vero ſimili propius accedit.

50 Sententiæ uerba in fauorem dãnati intelliguntur, ut lædant eum minus, quam fieri poteſt.

51 Nemo tenetur de delicto alieno, citra ſui culpã occurſo.

52 Quis pro facto cui ipe prouidere non poterat, nõ tenetur.

53 Sequẽtia demonſtrant intellectũ antecedentiũ.

54 Verba iſta, nos illico liberamus, in ſententia depoſiti poſita, habent executionem paratam, ipſo iure.

55 Pars una, aliam declarat.

56 Deponens non tenetur facto depoſito de illo, nec ab eo peti poteſt, ſed a depoſitario.

57 Nullus pro depoſito tenetur, puniturve, niſi ſit depoſitarius, & iam culpa, vel dolus interuenerit.

58 Ius commune liberat deponentem ſoluentemque ita iudice mandante a creditore, nec contra eum actio datur.

59 Confeſſio partis, eſt maior & validior probatio, quæ fieri poſſit.

61 Pupillus cedendo actionem, quam hãbet contra tutorem liberatur ab eo, de quo tenetur.

64 Facere omne id, quod tenetur, dicitur offerens iura ſua ſpectantibus, ut liberent condemnẽtque ad eorum liberum arbitrium, moramque purgaſſe dicitur.

65 Mora non contrahitur ſuper incerto debito.

66 Moroſum, quem allegans debet probare omnia ex parte ſua adimplenda adimpleuiſſe.

67 Mora non contrahitur ubi petitio nulla adeſt.

68 Conteſtatio litis non fit ſine petitione.

69 Mora purgari poteſt, uſque ad ſententiam in contractibus bonæ fidei.

70 Partis

Digitized by Google

uandum,iuſtitiamque,quam velut Deam maio-
res noſtri coluerunt,legitimè conceſſæ fuerunt,
non in eos tantum,qui abſtulerunt,ſed in ſingu-
los quoque dictorum Illuſtriſſimorum Domi-
norum ſubditos, ac ciues. hoc enim iure cômu-
ni permiſſum dicitur,iuxta not.per glo. & Doc.
in auth.ſed omnino.C. ne vxor pro marit.Inn.
in c.olim cauſam in fi. de reſt. ſpol. Bart.d.tract.
repreſal.q.1.Marc.deciſ.Delfin.522.nu.3.2.par.
& iuſta cauſa concedendi illas eſt,tam ſi conſue
tudo loci id permittat,quando eſt denegata,vel
59 etiam neglecta † iuſticia,quàm ſi de facili,vel nô
ſine magna impenſa ſuperior,vel Imperator adi
ri nequeat,quod vtique in præſenti caſu occur-
* rit,ex * communi,de qua per Alexand.de Neuo
conſilio 34.in fin.latè Siluan.conſi.34.num.30.
31.& in fine.Guid.Pap.deciſ.33. dicens ex com
muni contra clericum debitorem côcedi,Marc.
60 deciſ.Delfina.358.numero 4.ſecunda parte,vbi
deci.ſequen.359. ponit ſimiliter quomodo con
tra clericum concedantur, tradit Claud. Cotte-
ron.de iure milit.lib.3.cap.22.de oppignoratio
61 nibus, dicens non emerſiſſe uſum † repreſalia-
rum nouitia conſuetudine(quod uoluit Barto.)
ſed a uetuſtiſſimis Romanorum legibus, atque
exemptis,idem Zaſ.in l.ueritas, nume. 20.ff.de
orig.iur.quæ oppigno rationes validius conce-
duntur, ſi alia ciuitas conuicina, contra quam
ſunt inductæ,cœperit uti illis,Tho.Gram. conſ.
ciuil.69.nu.16.

Secundo ad effectum obtinendi repreſaleas,
ſatis dicitur denegata iuſtitia,eo ipſo,ꝙ deroba-
tus,vel ſpoliatus ante omnia non reſtitur,prout
debebat, C.reintegranda il primo. & ſecundo.
62 2.q.1.uel quando cogitur † forenſis litigare cû
ciue,vel Domino in ciuitate propria, nec fiat iu
dicis neutralis electio,ita not.Ioan.de Anan.cô-
ſilio 94.ubi id expreſſe tradit, Bolognin.in add.
ad fin.per doctr.Bartol.in d.tracta.repreſal.2.q.
principal.colu.ſecunda.Salic.poſt Cyn.in auth.
habita.C.ne filius pro patre, doctè Celſus Hug.
conſi.65.num.16.

Tertio dum oppignorationis, vel perductio-
nis,vel ſecundum Alciatum,& Vulpellum clari-
gationis cauſa(an ſcilicet iuſtæ, vel iniquæ ſint)
controuertitur,vel reuidetur,interim non redu-
cuntur omnia in priſtinum, ſed qui eas conceſ-
63 ſit,vel illorum † ſubditi grauati poſſident pro re
preſalijs capta,Bart.ubi etiam Card. Alba.in lu-
cubratio.ad eum,num.6.in l.Iulianus,in fin.ff.de
cond.indebit.Marc.deci.Delfi.358.nu.6. par.2.
Franc.Hercul.tracta.de cautio.de non offend.c.
42.num.25.

64 Quarto, qui dat † cauſam repreſalijs iuſtè per
Principem admiſſis, tenetur omne damnû paſ-
ſo,ex illis reſarcire, quod dictum indubitatum,
* & commune * appellat,Viuian.common.opin.
lib.2.opi.35.poſt Iaſ.in l.2.§.ult.in fin.ff.de verb.
oblig.Alc.conſi.37.uol.4.& 190.uol.2.Soarez.
com.opin.verbo,repreſaliæ,nu.52.Matth.Gri-
bal.commun.opin.uerbo,repreſaliæ. Guid. Pa-
pæ deciſio.34.Vilabob.com.opin.verbo,repre
ſaliæ,num.20.Marc.deciſi.Delfin.359.nu.1.Iaſ.
in l.qui ſi putabat,in fi.ff.de cond.cauſ.data.

1 Hinc ſequitur clara concluſio, ꝙ legitimè,
ac ex iuſta cauſa exequutio repreſaliarum facta
fuit, ac deceat Dominos de Monte omni iure
exemptos, qui multa damna paſſi ſunt, illa ab
ijs, qui cauſam oppignorationibus dederunt
conſequi.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO DOM. ABRAAM CARPENSI Hæbreo Ferrarienſi.

ARGVMENTVM.

Deponens ex conſenſu alterius, liberatur,nec pro caſu aliquo in re depoſita occurſo,tenetur.

Arbitri,quando & quô ſniam illorum declarent.

Soluens authore iudice,an liberetur.

SVMMARIVM.

1 Factum iudicis,factum partis dicitur,& declaratur,nu.9.15.& nu.71.

2 Faciens,quod poteſt,legem adimplere dicitur,ex communi,quod declaratur,nu.ſeq.& 5.

*4 Impoſſibilia promittens, adimplere tenetur, & ſibi imputandum eſt, & num.62.& 63.ex ** communiori.*

6 Obligatus,adhibere debet omnem diligentiam, antequam in mora conſtituatur,ſi vult ſe defendere, cum hoc, quod omnem diligentiam adhibuerit.

7 Conteſtatio litis,quem in mora conſtituit.

8 Sententia iudicatum tranſiens, facit ius inter partes.

9 Venditor, licet emptori teneatur tradere rem venditam,ſoluendo tantum intereſſe, liberatur.

10 Condemnatus per ſententiam ad aliquod tradẽdum præciſè,illud tradere tenetur.

11 Sententia regulatur,ſecundum naturam obligationis præcedentis.

12 Nemo,ſibi ius dicere poteſt.

13 Damni cauſam dans,damnum dediſſe videtur, & ad ipſius reſarcitionem tenetur.

14 Actio datur contra illum,qui ſequeſtrari fecerit rem,quæ recuperari non poteſt.

16 Diſpoſitio l.quod debetur verſi.ſi paratus.ff.de peculio,quando procedat.

17 Ceſſio alicui non prodeſt,quando eius culpa,vel dolo facta eſt.

Hares

18 *Hæres cedendo actionem legatario ſatisfeciſſe dicitur & liberatur.*

19 *Pupillus non poteſt actiones cedere, ſi contra eũ agatur ex contractu eius nomine per tutorem facto.*

20 *Deciſ. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne ius fiat ei, & l. ſi dolo, vbi Bar. ſi omiſ. cauſam teſtamen. quando procedant.*

21 *Verba ſñiæ non plus operantur, quam ſonent.*

22 *Intẽtio dicitur ſatis fundata ſuper verbis ſñiæ.*

23 *Cautionem præſtare debens, nõ tenetur, niſi fuerit interpellatus.*

24 *Litis conteſtatio, quoad moram idem operatur, quod & interpellatio, licet ſola libelli oblatio non ſufficiat.*

25 *Conteſtatio litis, Vim habet interpellationis.*

26 *Nemo ſine mandato in iudicio comparere poteſt quod limitatur, num. ſeq.*

28 *Acquieſcens & patiens, dicitur mandare.*

29 *Pars mandaſſe dicitur, cum iudex in ſententia mandauit, & id ratificaſſe dicitur pars, cum ſententiæ acquieuit.*

30 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

31 *Facere nolens id, quod tenetur, dicitur in dolo & culpa.*

32 *Depoſitarius tenetur ad reddendum depoſitum tantum, & non is, qui curauit pecuniam deponi.*

33 *Depoſito facto ex conſenſu duorum, ius in eo prætendentium, contra depoſitarium agitur, non autem contra alteram partem, ut res exhibeatur.*

34 *Soluens de mandato illius, qui habet plenam poteſtatem cuicumque, liberatur.*

35 *Soluens de partis mandato liberatur ita, vt ex mandato arbitrorum, & minime teneatur de eo, quod ad illius manus non peruenit.*

36 *Depoſitarius ſecundus liberatur cedendo primo deponenti actiones ſuas contra vltimum depoſitarium, & nu. 60.*

37 *Sententia ſtricte, & ſecundum proprietatem verborum intelligi debet.*

38 *Moram non incurrit quis ignorans quantitatis ſui debiti & ſententiæ contra ipſum latè.*

39 *Actio non competit non adimplẽti ex parte ſua, id quod debet.*

40 *Difficultas impedit moram committi, quando factum eſt in obligatione, ex * communi.*

41 *Depoſitarius, liberatur ſi deponẽs tenet apud ſe claues rei depoſitæ.*

42 *Arbitris a partibus facultas dari poteſt declarandi uerba obſcura laudi, ſed & illa mutandi, corrigendique.*

43 *Arbitri ſententia poſſunt aliquod ſibi reſeruare.*

44 *Declaratio ſententiæ arbitrorum a iure reſeruari permittitur, imo etiam, quod non reſeruetur fieri poteſt, & nu. ſeq.*

46 *Arbitri poſſunt ex conſenſu partium declarare eorum ſententiam etiam nullam in uim pacti reſultantis, ex ipſius approbatione.*

47 *Verba ſententiæ in dubio ſtricte, ut iacent, interpretari debent, adaptandaque natura contractus taliter, quod iuri congruant.*

48 *Sententia a petitione & cauſa interpretationẽ capit.*

49 *Intellec. ille ſententiæ ſumitur, qui vero ſimili propius accedit.*

50 *Sententiæ uerba in fauorem dãnati intelliguntur, ut lædant eum minus, quam fieri poteſt.*

51 *Nemo tenetur de delicto alieno, citra ſui culpã occurſo.*

52 *Quis pro facto cui ipſe prouidere non poterat, nõ tenetur.*

53 *Sequẽtia demonſtrant intellectũ antecedentiũ.*

54 *Verba iſta, nos illico liberamus, in ſententia depoſiti poſita, habent executionem paratam, ipſo iure.*

55 *Pars una, aliam declarat.*

56 *Deponens non tenetur facto depoſito de illo, nec ab eo peti poteſt, ſed a depoſitario.*

57 *Nullus pro depoſito tenetur, puniturve, niſi ſit depoſitarius, & iam culpa, vel dolus interuenerit.*

58 *Ius commune liberat deponentem ſoluentemque ita iudice mandante a creditore, nec contra eum actio datur.*

59 *Confeſſio partis, eſt maior & validior probatio, quæ fieri poſſit.*

61 *Pupillus cedendo actionem, quam habet contra tutorem liberatur ab eo, de quo tenetur.*

64 *Facere omne id, quod tenetur, dicitur offerens iura ſua ſpectantibus, ut liberent condemnẽtque ad eorum liberum arbitrium, moramque purgaſſe dicitur.*

65 *Mora non contrahitur ſuper incerto debito.*

66 *Moroſum, quem allegans debet probare omnia ex parte ſua adimplenda adimpleuiſſe.*

67 *Mora non contrahitur ubi petitio nulla adeſt.*

68 *Conteſtatio litis non fit ſine petitione.*

69 *Mora purgari poteſt uſque ad ſententiam in contractibus bonæ fidei.*

70 Partis

70 *Partis monitio requiritur ad moram conſtituendam, nec dies ſufficit in facto liberationis momentaneo.*

72 *Factum iudicis quando idem importat, quod factum partis.*

73 *Bal. in quibus terminis loquatur in l. vni. C. de ſent. quæ pro eo.*

74 *Differentia inter, ad rem obligatam, & obligatum ad factum.*

75 *Creditori, licet impunè retinere pecunias debitoris, exiſtentes in domo ſua.*

76 *Creditor bona debitoris inuadere poteſt, & pecuniam a debitore fugiente eripere.*

77 *Creditor poteſt furto ſubtrahere rem debitoris, credito æquiualentem, ſi illud ab eo recuperare nequeat, nec pœna furti damnatur, ex* * * *communi.* * *

78 *Furtum committere, quis non dicitur, cum re cõi vſus quis ſit, ad vſum deſtinatum.*

79 *Damni cauſam dans, damnum dediſſe videtur.*

80 *Actio datur contra procurantem doloſe ſequeſtrum, ſi creditor non ſit, & res ſequeſtrata pereat.*

81 *Actio de dolo in ſubſidium contra ſequeſtrum fieri facientem, si aduerſarius diues eſt, nam prius contra ipſum excuſſio fieri debet.*

82 *Cedens iura, si dolus & culpa in eo ceſſant, a debito liberatur.*

83 *Pupillus, nec qui non deliquit, nõ tenetur pro delicto alterius, niſi ad ceſſionem iurium quæ habet contra delinquentem, ex* * *communi.*

84 *Incertitudo petitionis & inſiſtentiæ moram cõmitti impedit.*

CONSILIVM CXXXIX.

TRINTAS ADSIT.

DAmnat ſententia arbitralis Do. Abraham Carpenſem hæbreũ ſolidatis rationibus, cum d. Angelo de Verona illius prætenſe debitore, ad faciendum ſtatim liberare d. Angelo denarios, qui ad eum perueniunt, ex ſua petula, ſeu mantica depoſita pœnes d. Abraham de Fano, ex conſenſu partium in executione dictæ ſententiæ, agit d. Angelus petendo damnari d. Abraham ad liberandum effectualiterque conſignandum, ſeu reſtituendum d. Angelo denarios omnes, qui in d. petula exiſtebant tempore, quoad manus rei conuenti peruenit, multa opponuntur, ex aduerſo per Carpenſes, cuius ego partes tueor, ex quibus ipſum minime iuxta petita tueri concluditur, attamen per Illuſtrem d. Hæbreorum commiſſarium meritiſſimum, ex infraſcriptis magiſtraliter demõſtratur rem non ſine difficultate pertranſiſſe. Et hæc ſunt motiua.

Cõtra d. Abraham de Carpo dubitari de ali-
1 quibus contingit, † nam & ſi factum iudicis dicatur factum partis l. ob cauſam. C. de euict. &
2 quando promiſit † aliquis factum alienum faciendo omne id quod ſit in eius poteſtate dicatur adimpleuiſſe & liberari Deci. in l. impoſſibilium, num. 3. ff. de reg. iur. vbi etiam Cagnol. nu. 4. Afflict. Deci. 295. quam concluſionem pro
* communi * atteſtatus eſt Ripa in l. quod te, nu.
3 44. ff. ſi cert. petat. † tamen prædicta concluſio declaratur procedere, quando difficultas poſt promiſſionem ſuperueniſſet, ſed ſi difficultas
4 erat tempore promiſſionis, † & ſi videatur impoſſibile promiſſum promittenti imputandum eſt, & tenetur adimplere promiſſa, Socin. conſi. 288. ſub num. 31. verſi. aliquando promiſſio facti in 2. volu. quam declarationem approbauit Ripa in prædicta l. quod te, ſub nu. 38. & ſub nu. 46. ver. pri. caſu.

Dubitatur etiam prædictam concluſionem
5 non prodeſſe prædicto Carpenſi † quia non cõſtat eum feciſſe, quicquid potuerit, vt effectualiter, pecuniæ liberarentur, vnde ſumus extra caſum Deci. & Cagno. in prædicta l. impoſſibiliũ, & ſuper ea nullum fieri poteſt fundamentum ad fauorem Carpenſis, Deci. conſil. 439. in fin. verſ. principale fundamentum liberationis eſt propter diligentiam factam ut promiſſa effectũ haberent, nec per promittentem ſteterit quod
6 † diligentia ceſſet in caſu noſtro, & fundamentum factum ad fauorem Carpenſis argum. text. capitu. Veniens de præsby. non baptiz. nec etiã ſufficeret ſi oſtenderetur, poſt litem conteſta-
7 tam feciſſe prædictam diligentiam, † quia iam in mora per litem conteſtatam conſtitutus erat Craue. conſi. 272. num. 12. quia conteſtando litem & procedendo in litem, dicitur eſſe in culpa, Bar. & Bal. in l. item veniunt. §. idem tectè. ff. de peti. hæred. & prædicta procedunt, quando quis facto proprio obligatus ſit ad impoſſibile, ſed quia Carpenſis tenetur liberare pecunias, non quia ipſe promiſerit, ſed quia ita ſententia
8 lata inter eos dictat, † vt Carpenſis faciat liberare, quæ facit ius inter ipſas partes, cum tranſiuerit in iudicatum. l. ingenuum. ff. de his, qui ſunt ſui uel alien. iur.

Secundo, nec obſtat, quod factũ iudicis dica-
9 tur factum partis, quia in multis differunt, † nam licet venditor teneatur tradere rem venditam
10 emptori ſoluendo intereſſe liberatur, † ſed ſi cõdemnatus ſit per ſententiam præcisè tenetur ad traditionem, Bald. hoc dixit eſſe mirabile, in l. qui reſtituere. ff. de rei. vendi. & ſi differt in hoc factum partis à ſententia, quia

condemnatus

condemnatus præciſe tenetur, licet promittens
liberetur ſoluendo intereſſe, & quod præciſe te-
neatur condemnatus per ſententiam, dixit Bal.
in l.vni.numero 76. C: de ſentent. pro eo quod
inter Angel. in l. ſtipulationes non diuiduntur.
§.Celius, ſub numero ſecundo. ff. de verborum
obligat. Imol. vero ibi diſtinxit, quod aut præce
dit obligatio ſententiam, aut non, ſi condemna
tus ad id erat obligatus vigore promiſſionis ſuę,
11 dictum Angeli non procedere, † quia ſententia
regulatur ſecundum naturam obligationis præ-
cedentis. ſi autem nulla præceſſerat promiſſio,
tunc condemnatus præciſe tenetur. hanc diſtin-
ctionem pariter tenuit Corn. conſi. 256. nu. 10.
in 4. uolu.

Tertiò prætcrea pro Angelo conſideratur,
12 Carpē ſem † propria authoritate ſpoliauiſſe An-
gelum ſuis pecunijs, quod a iure prohibitum ſit,
quia nemo ſibi ius dicere poteſt. ſi non fuiſſet fa
ctum depoſitum, non eſt dubium quod Carpen
ſis teneretur pecunias Angelo. Et cum arbitri
deponi voluerint, fuit, vt ipſe Carpenſis non te-
neretur pecunias Angeli Indebite. ideo ipſe Car
penſis fuit cā depoſiti, vt merito laborare tene-
13 tur, † quia qui cauſam damni dat damnum de-
diſſe videtur; & tenetur ad reſarcitionem dam-
14 ni. c. ſi. de iniur. quod in ſimili facit, † ſi aliquis vti
creditor alterius ſequeſtrari rem aſſerti debito-
ris, ſi dominus rei eam recuperare nō poteſt ha-
bet actionem contra eum, qui ſequeſtrari fece-
rit, Bart. in l. ſi oleum. ff. de dolo., quod procedit
etiam ſi de conſenſu partium factum ſit ſeque-
ſtrum, Curt. in tract. de ſequeſtro, quęſtio. 15. Et
ſic ex ſupradictis, ita concluditur, quod Carpen
ſis fuit cauſa depoſiti, quia ſpoliauit Angelū ſub
prætertu quod eſſet eius creditor, ideo arbitri,
vt cautum eſſet Carpenſi depoſuerunt Manticā
cum pecunijs, & quia fuit Carpenſis cauſa de-
poſiti, arbitri eum condemnauerunt ad libera-
tionem pecuniarum, Et quia ſupradictum eſt fa
15 ctum iudicis eſſe factum partis, † Dico ſi Carpen
ſis promiſiſſet liberari facere pecunias Angelo,
quod aut facile eſſet liberari facere, & ceſſant di
cta Deci. & Cagnol. in prædicta l. impoſſibiliū,
& aliorum de quibus ſupra: aut eſt difficilis, &
Carpenſis etiam teneretur cum fuerit cauſa prę
dicti depoſiti, & cum fuerit condemnatus præ-
ciſe tenetur.

Quartò non obſtat Carpenſem ceſſiſſe iura
16 Angelo cum promiſſione † ſoluendi expenſas,
quia text. l. quod debetur uerſic. ſi paratus. ff. de
pecu. procedit, quia dominus conueniri nō po-
teſt, niſi inquantum in peculio ſit, Iaſo. in l. cum
fundus. §. ſeruus. numero ſecundo. ff. ſi cert. peta
tur, ideo cum eius perſona non ſit obligata cæ-
dendo iura peculij, liberatue, nō procedit etiam
diſpoſitio prædicta. l. quod debetur, quandò de
bitor ſit in dolo, aut in culpa Bart. & Alex. in l. ſi
conſtante. §. ſi uxor. ff. ſolu. matr. & quia (vt dixi)
Carpenſis ſpoliauit Angelum, ſuis dolo, vel fal-
tem eius culpa factum ſit prædictum depoſitū,
17 † ideo ceſſio prędicta non prodeſſet ei, Nec etiā
obſtat. l. ſi ſic. §. primo. ff. de leg. primo quia teſta
tor legauit pecunias, quarum erat creditor, ideo
dicitur legauiſſe ius quod habebat contra debi-
18 torem, † Et cum habuerat actionem eam ceden
do legatario, dicitur hæres ſatisfeciſſe, & meri-
to liberatur Alexan. in l. apud Iul. §. ſi totius. nu-
mero ſecundo. ff. de leg. primo. & ita etiam pro-
cedunt dicta Crauet. in conſilio 109. numero
ſeptimo. Immo in eo caſu actum fuit, vt ſibi ce-
derentur iura. Non obſtant etiam l. 1. §. hoc di-
cto. ff. ne ius ſiat ei, & l. ſi dolo, vbi Barto. ff. ſi quis
omiſſ. cauſ. teſtamenti, quia procedunt quando
agatur de delicto, quod cadere poteſt, & in tuto
19 rem, & in pupillum, † ſed ſi pupillus conueniatur
ex contractu eius nomine facto per tutorem,
non poteſt cædere actiones, ita declarat glo. in
20 l. illud. ff. de euictio. † Procedunt etiam prædi-
cta quando cautum non eſſet pupillo contra tu-
torem, quia ei non eſſet ſoluendo, tunc per ceſ-
ſionem pupillus liberatur, ſed ſi ſit ſoluendo tu-
tori non liberatur cedendo, quia recuperat om
nia a tutore. l. fina. ff. de adminiſtrat. tutorum, &
idem uoluit Bartol. in prædicta. l. ſi dolo. Et quia
in caſu noſtro ſuccurri poteſt Carpenſis, cum
Abraham de Fano, ſit ſoluendo, & ab eo conſer
uationem indemnitatis habere poſſit, non eſt
locus ceſſioni, & tanto minus dicitur ſatisfeciſ-
ſe iudicato, cum non fuerit condemnatus cede-
21 re actionem ſed liberare, † & uerba ſententiæ
non plus operantur, quam ſonant. l. prima. C. ſi
plures una ſentent. lege ſi iudex. ff. de his qui
22 ſunt ſui uel alien. iuris. † & fundata eſt in-
tentio ſuper uerbis ſententiæ ipſius Angeli. le-
ge ſecunda uerſicu. ſed ſufficit. C. de ordin. co-
gnit.

Quinto non obſtant, & ſi dicatur Carpen-
23 ſem teneri † liberare pecunias ſi fuiſſet interpel-
latus. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ſecundo. lege ſe-
cunda. §. primo. ff. quorum lega. Alexand. conſi-
lio 96. numero primo. in quarto uolumine, quia
Angelus petijt condemnari Carpenſem ad libe
randum pecunias, Et cum ipſe negando conte-
ſtatus ſit litis ſatis conſtat de mora ipſius Car-
24 penſis, † quia quo ad moram idem operatur li-
tis conteſtatio, quod operatur interpellatio, li-
cet ſola libelli oblatio non ſufficiat, Bartol. in le-
ge de renuntiaſſe. §. quid ergo, numero primo,
ff. ad l. Iulia. de adulter. & ita procedit. lege, cum
poſtulaſſent. ff. de damno, in fine. & l. final. & ibi
gloſ. in verſicu. acciperetur. ff. de condictio. tri-
ti. & Bartol. in lege, uinum. numero undecimo.
ff. ſi cert. peta. dixerit nulla præcedente mora in-
ſpiciendum eſſe tempus litis conteſtatæ, per
text. prædict. l. fina. quod etiam uoluit Iaſon. in l.
quod te ff. ſi cert. petatur, ſub numero 21. Bald.
in tracta. de mora in prima parte numero uige-
25 ſimoſecundo. † Et ſic litis conteſtatio habet uim
interpellationis.

26 Nec etiam obſtat neminem poſſe comparere
in iudicio ſine mandato.l.exigendi.l.licet.C.de
proc.quia dici poteſt nullum neceſſarium fuiſſe
mandatum, quia liberare pecunias pertinebat
ad Carpenſem cura & ſollicitudine,ideo dicitur
ſuum negotium,Bartol.in l.ſi pupilli.§. item quę
ritur.num.4. ff. de negoc.geſt.& in l.prima, ſub
27 numero quinto.ff. de procu. † ideo cum ſua in-
tererat pro ſuo intereſſe potuit comparere in
iudicio, ſine mandato, quia proſequutus fuiſſet
non negotium alienum, ſed proprium. Dici
etiam poteſt, defectum mandati repelli non po
tuiſſe,quia Angelus acquieuit ſententiam man-
28 danti Carpenſi, vt liberari faceret pecunias,† &
per talem patientiam dicitur mandauiſſe. l. qui
patitur.ff.manda. vbi dicitur mandatum conſti-
tui patiendo alium mandare. Dici etiã põt An-
gelum mandauiſſe Carpenſi, vt liberari faceret
pecunias, quia factum iudicis dicitur factum
29 partis, † & cum iudex mandat, videtur pars mã-
dauiſſe, & cum Angelus acquieuerit ſententiæ
dicitur ratificauiſſe eam.l.ne in arbitris, vbi Bal.
C.de arbi. & nedum tacite per tranſitum in iu-
dicatum dicitur,ratificauiſſe ſententiam, ſed ẽt
per proteſtationes,de quibus in proceſſu, Bart.
in l.quin.ff.rem ratam habe. Ideo dici nõ poteſt
defectu mandati potuiſſe repelli a iudicio, quia
arbitri ita mandauerunt,& Angelus ratificauit,
30 & ratificatio æquiparatur mandato. l. fina.ff.ad
Maced. Vnde cum Carpenſis noluit parere ſen-
31 tentię † dicitur eſſe in culpa,immo in dolo,cum
non fecerit illud ad quod tenetur.l.ſi procurato
rem.§.ſi ignorantes. ff. manda.Bald. conſi.395.
ſub numero quarto. in ſecundo volum. Crauet.
conſilio 21. ſub numero 10. qua propter non
excuſari poſſe videtur.

Verum ego dubitationibus diligenter conſi-
deratis,ac non obſtantibus, pro vt vere non ob
ſtant, adhuc in iuridice firmatis iam perſiſtere
cenſui, reſoluendo Dominum Abraham initis
inter partes computationibus ad formam ſen-
tentiæ,& actoris inſiſtentiæ iudicialis liberatum
dici,dum declaret contentari, quod perula cum
reſiduo denariorum ipſi debitorum relaxetur
per depoſitarium, ad quod dicendum me mo-
uent.

Primo,quia cauſa cognita, vocatiſque parti-
bus ab arbitris, Abraham cogitur perulam &
pecunias Angeli exhibere, & exhibitam. dd.
Arbitri numerando pecunias, pœnes Abra-
ham de Fano depoſuere, de conſenſu partium,
vt ex pronuntia arbitrorum & actis colligi-
tur.

32 † Vnde duo ſequũtur, alterum quod dominus
Carpẽſis,etiam quod curaſſet pecunias deponi,
aliqua actione ad reddendum depoſitum nõ te-
netur,ſed depoſitarius tantum. l. 1. in princip.l.
apud,& per totum.ff.depoſit.l.ſi quis. C. depo-
ſit. Bartol. & alij in l.ſi oleum. ff. de dolo. Curt.
iun. tractat. de ſequeſtr. quæſtione 15. numero
55. facto enim depoſito ex conſenſu duorum,
ius in dicta re,prætendentium,agitur contra de-
poſitarium tantum, non autem contra alteram
partem,vt res exhibeatur,ad effectum quod ven
dicetur.l.15.pœnes.C.depoſi.l.ſeruus tuus,quæ
eſt poſt.ff.depoſit.

Secundum quia Carpenſis iuſſu iudicum, &
arbitrorum deponens ſeu ſoluens pecunias An-
geli pœnes Abraham de Fano, liberatur omni-
34 no, † cum ſoluens alteri quàm creditori vero,
iuſſu tamen habentis poteſtatem plenam conſe
quatur liberationem.l.furti.§.qui iuſſu.ff. in qui-
bus cauſ. infam.irrog.l. non videtur. §. qui iuſſu.
ubi Cagnol.numero tertio.Deci.num.ſecundo.
ff.de regul. iur. gloſſ. in l. ait prætor.§. permitti-
tur.ff.de minor. Bartol. in l.creditor.ff. de ſolut.
Barbat.conſilio 26.in primo lib. tertio. Afflict.
deciſio.150.numero 19.& ſequen. Menoch.de
arbitr.iud.caſu 137.numero 13. Et ſicuti fuiſſet
35 liberatus Carpenſis,† ſoluendo ex mandato par
tis, ita & ex mandato arbitrorum liberatus cre-
ditur,ne rurſus teneatur de eo,quod ad illius ma
nus minime peruenit, vt in propoſito caſus no-
ſtri,dicebat Cæphal.conſilio 207.num.43.vol.
ſecundo.

36 Secundo † deponens pecunias pœnes aliquẽ
illas tradentem alteri,ſi ſecũdus depoſitarius do
lo verſetur,& pecuniæ depereant,liberatur ſecũ
dus deponens cedendo domino primo depo-
nenti actiones ſuas cõtra vltimum depoſitariũ,
text.eſt in l.ſi is apud quem. ff. depoſit. qui rectè
caſui noſtro accommodatur, eo quod d. Abra-
ham Carpenſis cedendo actiones Angelo con-
tra Abraham de Fano,pro vt ſe facturum obtu-
lit & fecit in actis, liberatus a domino cenſetur,
ne in futurum ad aliquid teneatur.

Tertio Carpenſis damnatur liberare.d.peru-
lam vel denarios.d.Angelo, qui ſpectabunt ad
ipſum factis computis inter partes, vt expreſſe
docent verba ſententiæ, *ibi habino da ſaldare
tutto cio habbiano ordinato, & doppo queſto deb-
ba miſier Abraam far liberare*. at nondum initæ
ſunt rationes, nec facti calculi, prout actor in-
ſiſtendo declarat in actis præſupponens velle
iuxta ſententiam fieri computa, rationes ſoli-
dari, & demum conſequi pecunias tantum,
quas declarabitur creditor in executione ſen-
tentiæ arbitralis, ideo reus adhuc condemna-
ri minime debet, etiam quod eſſet ipſe princi-
palis perulæ debitor,tum quia ignoretur quan-
titas crediti de Verona, ad quam ſolam uerba
37 ſententiæ in † liberatione facienda reſtringun-
tur,quæ ſecundum proprietatem verborum, &
ſtrictè intelligi debet, Abb. numero ſecundo in
cap.dilecto.de verbor.ſignificat. Iaſ.in l. cente-
ſimis.§.ſi ita ſtipulatus.numero 14.ff.de verbor.
obligatio.cum vulgar. per Deci.in lege ius no-
ſtrum. numero 12. ff. de regul. iur. Menoch.
de arbitr.iudi.quæſtion.69.numero 14. nec vl-
38 la † mora quo ad Carpenſem commiſſa dicatur
ob

Digitized by Google

ob incertitudinem ſententiæ & quantitatis ſe-
cundum Bart. & Doctorellus in l. 3.§. incertum
ff.de acquir.poſſeſſ.& in l.quod te.ff.ſi cert.peta.
39 tum rurſus,quòd † Angelo de Verona nõ adim
plenti ex eius parte actio nulla competat, not.
omnes in materia. l. Iulianus.§.offerri. ff. de act.
empt. in l. cum proponas in tertio volu. C. de
pact. Alexan.conſilio 49.numero 4.uolu.ſecun-
do. Deci. conſilio 421. multa Crauet. conſilio
151.numero 10.& 199. numero 15. Roland.a
Valle conſilio 53.numero 28.uolumine primo.
poſt Gra.conſilio 25.in primo uol. primo Plot.
in l.ſi quando.num.166.C.vnde vid. Anchar.q.
famil.68.numero 9.& ſequen.Mendo.ad Rom.
conſilio 244.num.4.Vrſil.ad Afflict. deciſ. 220.
numero 3.& 4.& 249. Menoch. conſilio 55.in
princ. Caual. tractat. de vſufruct. mulie. nume-
ro 166.

Quarto in plus non tenetur Carpenſis ex ver
bis ſententiæ quàm ſi ipſemet in d.modum pro
miſiſſet,eo quod factum iudicis partis factum re
putetur.l.ſi ob cauſam.C.de euict. Soci. in l. 1.§.
per ſeruum.numero 6. & 7. ff.de acquir.poſſeſſ.
in caſu arbitri.Craue.conſilio 24.8.num.primo
40 At vbi pars promiſiſſet iam fuiſſet liberata,aſſen
tiendo ſeu faciendo vt hie quicquid ex ſe po-
tuiſſet,nec remanſiſſet obligata,quando vere &
cum effectu perulam & pecunias tradere ſeu ſol
uere in illius poteſtate non erat,ad not. per De-
ci.in l. impoſſibilium. numero 3. cum ſequen.
vbi etiam Cagno.numero 4.ff.de regul.iur. & in
conſilio 313. & 314. & conſi. 330. Afflict.deci.
295. * commune dictum appellat Ripa in l.qđ
te.num.44.ff.ſi cert. pet. Non enim claues peru-
læ erant penes Carpenſem, ſed apud Angelum,
vti dominum,vt ipſe fatetur car.53. qui demum
illam aperuit pecuniaſque extraxit, vt per teſtes
41 probatum fuit,qua propter ab omni illius cuſto
dia Carpenſis liberatus fuit, ſecundum Bartol.
poſt gloſſ. & alios in l.dominus horreorum. ff.
locat.

42 Quintò † poteſt a partibus dari facultas arbi-
tris non ſolum declarandi verba obſcura laudi,
ſed etiam illa quandoque,& certo caſu mutandi
& corrigendi, ex l.non diſtinguemus. §. de offi-
cio.ff.de arbitr.not.Bart.in l.quid tamen.nume-
ro 3.ff.eod.Lanfranc. de Oriano, tractat.de ar-
bitr.7.princip.quæſt.16.numero 36.Roman.in
43 Rubr. ff. de arbitr. numero 46. † Et in ſententia
poſſunt arbitri ſimiliter ſibi aliquid reſeruare,
quod ſentit Specul.tit.de arbitr. lib. primo. §.ſi.
in fin.uerſi.ſi actum eſt.ſed mutationem minime
reſeruatur Ancharan.conſilio 111.apoſt.ad Bar
tol.in l.quid tamen.numero ſecundo.verbo cor
rigere.ff.de arbitr. cenſenturque partes in præ-
ſenti dediſſe hanc facultatem arbitris, cum in
ſententia ab aduerſario producta id expreſſe di-
catur,& fiat reſeruatio declarandi omnia verba
ambigua,tam circa intellectum, & ſenſum ver-
borum.d.ſententiæ, quàm mentis & intentio-
44 nis.dd.arbitrorum iudicantium,† quæ declara-
tio ſententiæ vel illius verborum,citra.d.reſerua
tionem expreſſam,iure quoque communi poſ-
ſet fieri,a duobus vel tribus arbitris ita declaran
tibus, per doctr. Bald. formaliter.in l.ne arbitris
numero 11. C. de arbitr.Archid.in c.ex his 11.
q.3.Specul.titu.de arbitr. ubi ſupra Lanfranc.d.
q.16.num.36.& 37.Fely.in c. qualiter & quan-
do.numero 28.de accuſ.Bertach. in ſuo indice.
45 verbo arbitris.numero 128.& 169.† Et hoc ſal.
tem ſemel virtute reſeruationis in ſententia fa-
ctæ,ut declarat tex.in cap.cum in multis.de reſc.
in 6.l.quicquid aſtringendæ.ubi Alexan.& om-
nes.ff.de verbo.obliga.l.fideicommiſſa.§. ſi quis
decem.ff.de leg. 3. Iaſ. & Angel.in l.quod iuſſit.
ff.de re iud.Curt.ſen.conſi.27.num.34. multa in
materia,per Celſum Hug.conſi.51.nu.17. Cum
itaque duo arbitri, partium ſimul, ac tertius de-
clarauerint in actis, intellectum illius verbi, fa-
re liberare,ac mentem ipſorum,in ſententia, nõ
debet contra illorum iudicium ac intentionem
iudicare,ſed admitti pro liberatione perulæ per
ſolam Carpenſis verbo relaxationem, & decla-
rationem,non etiam quod effectu, & re ipſa pe-
cunias teneatur tradere, Et in propuſito noſtro
circa hanc reſeruationem & declarationem du-
bitari non oportet,quia quatenus virtute ſenten
46 tiæ fieri non poſſit † in vim tamen pacti reſultã-
tis ex approbatione ſententiæ nullæ, argumen.
l.ſecunda.C.com.utriuſque iud.ample.d. Gabr.
ſuis conclu.com.lib.2.de ſentent.concluſ. ſecun
da.numero 24. potuerunt dicti arbitri ex con-
ſenſu partium declarare, & eorum ſententiam
interpretari.

47 Sexto † in dubio uerba ſententiæ ſunt ſtricte
intelligenda Abb.in d.cap.delicto.2.notabili de
uerborum ſignifi.Deci.in l.ius noſtrum. nume-
ro 11.ff.de regul.iur. Gozadin. conſilio 50.nu-
mero 12.Socin.iun.conſi.181.nume.67.uolum.
ſecundo.Crauet. conſilio 188. numero 6. natu-
ræ contractus adaptanda.l.ſi uno.ff.locat.taliter
que interpretanda vt iuri congruant Alex. con-
ſilio ſecundo.numero ſecundo.uolu. tertio. nec
iniqua & iniuſta decernant, Caſtr. conſi.tertio.
volum.primo. uerbaque illius ſecũdum alia de-
clarantur.l.ſed vtrum.ff.de petit.hæred.in termi
nis laudi Corn.conſilio 47.numero 7.uolumin.
ſecundo.Pariſ.conſilio 102.nume.7.uolum.pri-
mo.ultimaque attendantur.c.prædicator. 16.q.
48 prima † & interpretationem,a petitione & cau-
ſa capiant,vt reſponderunt Alex. conſi. 49. nu-
mero 8.uolum.7.Crau.conſilio.186.numero 3.
Socin.iun.d.conſilio 181.numero 70.vol.ſecun
49 do. † Ac ſumitur illa ſententiæ interpretatio,
quæ uero ſimili proprius accedit,Crauet. conſi.
33.num.22.conſi.135.num.33. quæ benignior
ſit,quæ a prudentibus reprehendi nequeat,quæ
utrique parti ſatisfiat, & conſulatur, altera ve-
ro pars damnum minime ſentiat, nec decepta
remaneat, quæ ve interpretatio omnem ini-

quitatem excludat, vt abunde docuit Menoch.
tract. de arbitr. iudicum lib. ſecundo. caſu. 199.
per totum. & quæſt. 169. tandemque verba ſen-
tentiæ in fauorem damnati intelliguntur, vt ſci-
licet eo minus quo fieri poteſt illum lædant. l.
inter pares. ff. de re iudic. Alexand. conſilio 26.
in 5. Deci. conſi. 43. & 445. numero 38. Crauet.
conſ. 188. ac in reorum gratiam, argu. l. fauora-
biliores. vbi Deci. & Cagnol. ff. de regul. iur. l. in-
ter dilectos Alex. conſil. 45. num. 2. uol. 2. in fin.
de fid. inſtru. ſi ergo recipiatur hęc interpretatio
verbi, far liberare, vt referatur ad ſolam Carpen
ſis verborum relaxationem, quantum in ſe eſt,
ſeu aſſenſum, vt res depoſitata detur Angelo, nõ
autem ad ueram & effectualem numerationem
pecuniarum iam depoſitatarũ pęnes tertium de
partium conſenſu, & iud cum mandato, ſtricte,
& ſecundum naturam contractus depoſiti intel
ligetur, cum ad id ſolus depoſitarius erga depo-
nentem obligetur, non iniqua & iniuſta conti-
51 nebit, † vt quis de eo, quod non commiſit, tenea
tur, vel pro facto & delicto alieno citra ſui cul-
pam occurſo, l. aliud. ff. de uerbor. ſignificatio. l. ſi
merces. §. culpæ. ff. locat. Crauet. conſilio tertio.
52 numero ſexto. uel pro facto cui ipſe prouidere
non poterat. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſu
ris. Crau. conſilio 319. numero 15. & conſil. 83.
numero quinto ſecundum alia Verba ſententiæ
interprætabitur, quia dum voluerũt iudices Car
penſem teneri ſoluere in pecunia, Angelo, uſi
ſunt verbo dare aureos numos, ergo pro diuer-
ſa uerba uidelicet far liberare ſolutionem mini-
me intelligere uoluerunt. l. 1. §. ſin autem. C. de
caduc. tollen. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. 3.
53 † ſubſequentia idem demonſtrant ibi, *non lo poſ
ſa in modo alcuno trattenere, ma ſubito li ſia libera
to.* quæ verba reſpicientia arbitros & culpam
Carpenſis, non includunt tamen ut ipſi arbitri
velint de ſuo numerare pecunias deficientes,
ſed quod liberetur depoſitum, ideſt Angelus ſi-
bi ſuas pecunias habeat ipſo iure, ac ſi, dicerent,
nos libęramus illico, quia in depoſito verba
54 † hæc executionem paratam habeant argum. l.
pen. ubi not. C. depoſi. & per Alexan. in l. ſi cum
dotem. §. ego autem. numero 6. ff. ſolu. matr. nec
ergo hæc interpretatio reſpectu Carpenſis ma-
xime obſeruantis fiet, ſi ſecundum vltima præce
55 dentia intelligantur † & una pars alteram decla
ret. l. ſed utrum. ff. de petit. hæred. cauſi rurſus &
56 petitio huic interpretationi congruunt, † cum
Carpenſis facto depoſito non teneatur ad peru
lam vel pecunias, nec ab illo peti poſſint, ſed a
depoſitario tãtum. l. 1. ff. depoſit. Erit benignior,
& uero ſimilior, ſi referantur ad relaxationem
verbalem, quia iniqua eſt, & offendit ius cõmu-
ne, & partem ipſam commodumque Carpenſis
dum ad realem ſatisfactionem referatur. Non
poterit reprehendi a ſapientibus relata ad libe
rationem verbis emiſſam, vt e contra poterit ſi
57 ad realem ſolutionem, † cum ſapiens neminem
puniri vel teneri velit pro depoſito, niſi depoſi-
tarium tantum, & ubi lata culpa uel dolus inter-
uenerint. l. quod nerua. ff. depoſit. l. contractus.
vbi Mode. & Main. numero 47. ff. de reg. iur. iure
communi etiam magis conuenit, ſi ad liberatio
nem verbalem, ſeu aſſenſum tantum referatur,
58 † quando ius commune deponentem & ſoluen
tem pecunias ita mandante iudice liberet a cre-
ditore, nec actio contra eum detur, dixi ſupra, &
not. in l. furti. §. qui iuſſu. ff. in quibus cauſ. infam.
errogetur, id quod non contingeret ſi ſolutio-
nem realem importarent, relatis quoque verbis
ad ſenſum præcedens utrique parti conſultum
arbitror, Angelo, quia actionem contra Abra-
ham de Fano depoſitariũ habet: Carpenſi, quia
ipſe non tenetur pro eo quod non habuit nec
commiſit, cum tamen uni tantum videlicet An-
gelo prodeſſent, & Carpenſi nocerent, ſi contra
riam interpretationem admitteremus, minuſq;
Carpenſem, hoc caſu damnabitur præcipuè cũ
ſubſtineat rei partes. omnia itaque abſurda incõ
uenientia fraudis iniquitatis, & detrimenta ex-
cluſa erunt, veraque & legalis fiet interpretatio
ſi dd. uerba intelligentur iuxta liberationem ſim
plicem uerbis faciendam, ſeu aſſenſum præſtan
dum, non etiam ad pecuniæ iam ablatæ (vt cre-
ditur) ſolutionem.

Quod ſeptimo loco cõprobo ex nerbis met
59 & confeſſione † propria Angeli, qua nulla ma-
ior exiſtit probatio. l. fi. C. de fidei. Gram. deciſ.
36. num. 66. Crauet. conſilio 61. numero 3. 171.
numero 4. Socin. iun. conſ. 39. numero 18. uo-
lum. ſecundo. Gabriel ſuis concluſ. de confeſſ. cõ
cluſ. 4. proteſtando etenim contra Carpenſem
de non adimplemento contentorum in ſenten-
tia, ait, quod quia ipſe impleuit, accipiet ſuos de
narios depoſitatos, qui ſunt in mantica per ver-
ba materni ſermonis. *Torò i mei denari*, vt in
actis pagin. 24. Conſtituit procuratorem in lite
cœpta ad accipiendum denarios, a depoſitario
tantum, nulla mentione Carpenſis habita, niſi
quod ex illis ſatisfiat Carpenſi, vt in proceſſu pa
gin. 55. quod oſtendit ante litem cœptam pecu
nias a Fano voluiſſe, & illas Carpenſi ſoluere, nõ
autem eas ab eodem conſequi. Rurſus proteſta
tur contra Abraham de Fano depoſitarium tã-
tum, dum intelligit pecunias deficere in manti-
ca, quaſi quod ipſe ſolus obligatus exiſtat, nec
quidquam contra Carpenſem proteſtatur vel
petit, vt in proceſſu pagin. 59. Qua de re, & ipſe
ex ſuis dictis & facto uidetur firmare, nec Car-
penſem teneri ad realem denariorum ſolutio-
nem, cum uerbis ſimilibus & proteſtationibus
uſus minime fuiſſet.

Octauo & vltimo, me in hanc ſententiam tra
hit, quia obligatio hæc Carpenſis quatenus te-
neretur ob pecuniarum deficientiam in perula
depoſitata penes tertiũ proficiſcitur ex ſimplici
60 facto alieno † uidelicet depoſitarij. Iõ, cedendo
Angelo iura & actiones, quas Carpẽſis cõtra de
poſitarium

poſitarium habet liberatur omnino, ex tex. in l.
quod debetur ibi ſi paratus ſit actiones manda-
re abſoluetur. ff. de pecul. l. ſi ſic. §. primo. in fin.
ff. de lega. primo. Craue. conſilio 109. num. 8. &
61 de ſimili iuriũ † ceſſione facta per pupillum ad-
uerſus tutorem, not. Bart. & Roman. in l. ſi dolo
ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. & in l. 1. §. ſi procu-
rator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. ſiue
ergo dicamus Abraham de Carpo nõ adimple-
uiſſe, ſeu obligatum fore omni reſpectu ex aſſen
ſu præſtito, & ex oblatione cædendi iura ſolida
tis rationibus a petitionibus Angeli de Verona
abſoluendum arbitror, quibus non reſiſtunt
contraria.

Et primum quod quartum fundamentum re
ſpicit, videlicet, quem teneri pro alieno facto, li
cet fecerit quantum in ſe eſt, cum difficultas tem
pore promiſſionis aderat per Socin. conſ. 288.
nu. 31. uol. 2. relatum a Ripa. d. l. quod te. n. 38. &
46. ff. ſi cert. pet. nec appareat Carpenſem feciſſe
quicquid potuerit. namque reſpondetur.

Primo non conſtare tempore ſententiæ latę
62 ſeu depoſiti † quo Carpenſem obligari ad libe-
randum dicitur, pecunias defeciſſe in perula, ſic
d. tempore promiſſionis difficultatem extitiſſe,
quinimo nec adhuc id in proceſſu appareat &
contrarium præſumatur, ex depoſito facto, ſen-
tentia, & proteſtatione Angeli, & contra depo-
ſitarium, ex quibus dignoſcitur tunc omnes An
geli pecunias in perula fuiſſe, ſed ex poſt facto
ablatas, non ergo mirum ſi liberatus creditur,
cum ex nunc factis computis Carpenſis relaxa-
tioni, aſſentiat.

63 Secundo quicquid † dixerint Soci. & Ripa re-
ceptior eſt ſnĩa * ſcribẽtium, quod factum alie-
num & ab initio difficile vel impoſſibile promit
tens liberatur faciendo quantum in ſe eſt, ex di
ctis per Deci. conſi. 313. num. 2. poſt Pariſ. con-
ſilio 110. num. 28. vol. 1. ubi de communi, & ſen
tiunt ijdem Soci. & Ripa.

64 Tertiò dicitur apparere † Carpenſem feciſſe
quantum in ſe eſt, & id ad quod tenetur, cũ plu-
ries in actis aſſentit liberationi perulæ, pro quã-
titatibus Angelo ſpectantibus, & oblationem
cedendi Angelo iura ſi quæ habet aduerſus fa-
num fecit, vt hinc dicatur ex illius parte feciſſe
omne id ad quod tenetur, ac etiam moram pur-
gaſſe, ſi quam incurriſſet, cum illius oblatio acce
ptata non fuerit, Bero. conſi. 36. in prin. & nu. 3.
& 4. uol. 1.

Quarto in certam omnino quãtitatem petit
Angelus, quin, & forte nullam cum inſiſtit pro
quantitate contenta in mantica demptis deben
dis virtute ſententiæ, cuius debita fortaſſe om-
nes manticæ denarios continerent, quando ſen
tentia in multis creditorem Carpenſem conſti-
tuat, non itaque in mora conſtitui potuit. nec ẽt
65 per litis conteſtationem, cum ſuper incerto de
bito nulla mora contrahatur, ſecundum Bar. &
dd. in d. l. 3. §. incerta. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l.
quod te. ff. ſi cert. pet. nec ad fauorem Angeli
66 † qui prius non adimpleuit ex parte ſua in ſentẽ
tia contenta, ut ex proteſtationibus colligitur,
per ea quæ ſcribit Corn. conſi. 246. uol. 3. Soci.
iun. conſi. 65. num. 74. uol. 1. liberatio enim man
ticæ debebat factis computis & in euentum hu-
ius conditionis fieri, ut ſententia mandat. non
adimpleta igitur hac conditione, mora non po
tuit committi, l. cedere. ff. de uerb. ſign. Bero. cõſ.
160. num. 2. uol. 2.

Quinto mora rurſus ceſſat, cum nulla petitio
aſſenſus præceſſerit, ſed reſtitutionis pecunia-
67 rum tantum, † nec mora cõtrahatur ubi petitio
non adſit, l. nulla. ff. de reg. iur. Soci. iun. conſ. 65.
68 num. 76. uolu. 1. † minus ſine petitione fiat con
teſtatio litis, l. 1. in fin. C. de litis conteſt. præte-
69 rea † mora in caſu iſto potuit purgari vſque ad
ſententiam, cum ſimus in contractu, ſocietatis
bonæ fidei, iudicij, §. actionum. ubi Iaſ. in princ.
inſtit. de act. & not. per ſcribentes in l. vnica. ubi
Alciat. num. 58. C. de ſent. quæ pro eo. quod in-
ter, requirebatur. tamen omni reſpectu petitio
& interpretatio. d. Angeli. l. peto. §. fratre. ff. de
leg. 2. multa Marſ. in l. vnius facinoris. §. cogni-
turum numero 8. cum ſequen. ff. de quæſt. Rol.
a Valle conſilio 58. numero 14. vol. 1. Natta con-
ſilio 685. uol. 4. Bero. conſi. 200. in primo vol. 3.
poſt Ripam. in l. 1. §. ſi quis ita. numero 31. ff. de
70 verb. obligat. † cum enim ſumus in facto libera
tionis vel reſtitutionis momentaneo quod ſta-
tim expediri poterat, ad moram conſtituendam
non dies, ſed partis monitio requirebatur, Cur.
iun. d. l. quod te. num. 26. Anchar. q. famil. 68. in
primo & num. 13. part. 2. & quæſtio. 54. in fin.
prima partis.

71 Tollitur ſecundum dubium, † circa differentiã
facti iudicis, a facto partis, ex doctrina Bald. in l.
qui reſtituere. ff. de rei vend. Quando diſtinctio
Angeli comprobata per Corn. dicto conſi. 256.
numero 10. uolu. 4. terminis noſtris adaptatur
72 † ut tantum inquam factum iudicis, quantum
partis importet, eo quod ante ſententiam obli-
gatio aderat reſtituendi pecuniam in Mantica
repoſitam per Carpenſem habitam authoritate
73 propria, præter † quod Bald. in d. l. vnica. num.
59. & numero 50. C. de ſent. quæ pro eo loqui-
tur quando debitor habebat facultatem reſti-
tuendi rem, & promiſſa implendi, at ſecus in
caſu præſenti, cum mantica vel pecuniæ reſti-
tuendæ pœnes depoſitarium exiſtant, rurſus
74 † loquitur in eo qui dare tenebatur, nos vero in
obligato ad factum, nempe facere liberare, quæ
inter ſe multum differunt, & in primo, coactio
præciſa ordinariè fiat, in ſecunda ad intereſſe
agatur not. omnes in l. ſtipulationes non diui-
duntur. ff. de verbor. obligat. in d. l. prima. ſuper
gloſſ. verbo. in alijs, vbi Rebuf. numero 456.
cum ſequen. & Bologn. C. de ſenten. quæ pro
eo quod inter proferunt. Corn. conſilio 206.
columna ſecunda. volum. quarto. Igne. in rep. l.

quatenus.num. 74. & ſeq. ff. de regul. iur. Bero.
conſilio 15.volum.3.& 158. num. 18. & conſi.
88.nu.37.& ſeq.vol. 1.Cum que fecerit quod in
ſe eſt & aſſenſerit Carpenſis pro credito Angeli
ad aliud teneri ſeu obligatum dici nequit.

Nec tertium motiuum de culpa Carpenſis re
fragatur.

75 † Primo quia domino Abraham vti creditori
licuit impune res & pecunias debitoris exiſten
tes in domo creditoris retinere, l.fin.ubi glo.&
76 Salicet. C. commod. † quinimo & creditor. d.
bona poteſt etiam inuadere.l.generali.ubi Bart.
C.de decur.lib. 10. nec non a debitore fugiente
pecuniam arripere.l.ait prætor.§. ſi debitorem.
77 ff.de his quæ in fraud.† ac etiam furto ſubtrahe
re rem æquiualentem,ſi creditum a debitore re-
cuperare nequeat,Felyn.in cap.quoniam.de Si-
mon.Alex.conſi. 135.num.3.uol. 1.Deci. in l.ea
eſt natura.ff.de reg.iur.&c.per Rebuff.in l.unica.
num. 178.C.de ſenten.quæ pro eo. dixi aliàs ex
* communi,nõ damnari creditorem pœna fur-
ti,in conſilio 112.num.4.uol. 1. & Angelus ipſa
fatetur creditorem dictum Abraham Carpen-
ſem, dum conſtituit eius Sororium procurato-
rem ad accipiendum pecunias in mantica & ſol
uendum vel ſatisfaciẽdum de illis Carpenſi. qua
de re non eſt dubium licuiſſe ſibi dd.pecunias re
tinere.

Secundo dicitur pecunias in perula exiſten-
tes non fuiſſe Angeli,ſed ſocietatis cõtractæ in-
ter eos,& quas in ſocietate Angelus poſuerat,vt
id ſententia expreſſe narrat,ex verbis geminatis
78 repetitiſque vicibus prolatis ab Angelo,† Vnde
nec furtum,nec inuaſio rei alienæ dicuntur, ille
gitime per Carpenſem facta, cum ad vſum de-
ſtinatum,re cõmuni ſit uſus,Pariſ.conſi. 75. uol.
1.poſt Alex.conſi. 103.uol. 1.
79 † Tertio ſi cauſam damno dans, damnum ſen-
tire videtur, Angelus periculum pecuniarũ ſubi-
bit, eo quod ſit debitor, non ſoluerit debitum,
nec pecunias in communi ſocietatis poſuerit,vt
tenebatur, & ſententia docet, ita vt ipſe cauſa
principalior depoſiti damnique fuiſſe dicatur,
& contra illum retorqueatur,regula. cap.fin.de
iniur.
80 Quarto † Reſpondetur agi contra eum qui nõ
eſt creditor ſequeſtrum doloſe procurantem, ſi
res ſequeſtrata pereat per Barto.in d.l. ſi oleum.
num.5.ff.de dolo Curt.d.tracta.de ſeq. q. 15.ſed
in caſu noſtro, ceſſat dolus culpa ue Carpenſis,
qui minus procurauit, depoſitum, cum illud ex
mandato iudicum fecerit, propter quod libera-
81 tus exiſtit, præterea † nec in ſubſidium de dolo
contra eum agi valeat, cum Fanenſis ditiſſimus
ſit ac locuplex,& prius.d.caſu cõtra eum excuſ-
ſio fieri debeat.traditur in d.l.ſi oleum. & in l. 1.
§.fi.ubi eſt caſus.ff.de dolo.

Ad quartum dubium reſpiciẽs octauum fun-
damentum,dicitur diſpoſitionem.l. quod debe
tur.& l.ſi ſic, rectè caſui noſtro conuenire, cum
Angelus nullam actionem aduerſus Carpẽſem
82 habeat,à quo rurſus abſit dolus,& culpa, vt me-
rito cedendo iura liberatur per Bart. & Alex.in
d.l.ſi conſtante.§.ſi uxor.ff.ſolut.matr. ſeruitque
dictum de pupillo cedente iura aduerſus tutorẽ,
cum hic non tractetur de contractu ſimplici vt
loquitur gloſſ.in verbo tutoribus ex l.illud.ff.de
euict.ſed de furto,uel delicto pecuniarum depo
83 ſitarum, pro † quo nunquam pupillus vel qui
non delinquit vt Carpenſis non tenetur, niſi ad
ceſſionem ſolam iurium contra delinquentem,
etiam quod legitime tutor ageret vel ſoluendo
foret,not.in l. polla.C. de his quibus vt indign.
ſcribentes,vbi Bal.num.2.& 11.Alex.nu.3.& 4.
* Iaſ.num.21.Curt.iun.ubi de * communi.nu.33.
Cagnol.num.40.in l. 1.§.ſi procurator.ff. ſi quis
ius dicenti.non obtemper.Cagn.& Dec.in l. ne
que interdictio.ff.de reg.iur.Menoch. de recupe
ran.poſſ.remed.8.num.,90. cum ſeq.

Replicatur ad quintum, & vltimum de mora
inducta ex litis conteſtatione,per doct.Bart.in l.
denuntiaſſe.§.quid ergo. nu. 1.ff. de adulter.Iaſ.
in d.l.quod te.num. 11.quod mora hic nulla in-
teruenit,tum quia non fuit petita liberatio, vel
aſſenſus liberationis perulæ tantum, ſed conſi-
gnatio & reſtitutio pecuniarum in ea exiſtentiũ,
vt in libello.ad quæ minime Carpenſis aſtringe
batur,nec per ſententiam, nec de iure commu-
84 ni, tum † rurſus quod incertitudo petitionis &
inſiſtentiæ moram committi impedierit, præ-
ter quod ſuperius dixi poſſe in hoc iudicio bo-
næ fidei, factum liberationis vſque ad ſententiã
præſtari ad impediendam moram.ex no. in d.l.
vnica.C.de ſent.quæ pro. eo. vt merito conclu-
dendum ſit.d. Abraham Carpenſem abſoluen-
dum,a petitis fore, & actorem in expenſis dam
nandum,ſtante præcipue illius iudiciali inſiſten
tia,pro vt ita iudicatum fuit per Illuſtrem.D.Hę
reum Stratam commiſſarium meritiſſimũ Hæ-
breorum die 28.Menſis Ianuarij anni 1574.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO Hercule Puteo.

ARGVMENTVM.

Reintegrandæ intentantis incumbens, & quando ſuccumbat vel obtineat.

Contractus quomodo nulliter cum minore geſtus dicatur.

Poſſeſſorium & petitorium quando accumulate cognoſcantur ex partium conſenſu, ex proceſſu, vel iudicis authoritate.

Petitorium an expediatur cum poſſeſſorio, licet lis ſuper illo non conteſtetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agens reintegranda probat ſuam antiquiorem, & aduerſarij iuniorem ex * communi.*
2 * *Cadens proprio facto, & culpa cadit ex * cõi.*
3 *Spoliatus a iudice, facto etiam iniuſto & nullo, dummodo cum cauſæ cognitione, non reſtituitur ante omnia, ex * communi.*
4 *Reintegrandæ remedium, non cõceditur malæ fi dei poſſeſſori directo, ex ** communiori.*
5 *Violentus inuaſor ſpoliatus non reſtituitur, licet titulum nullum alleget, & de notorio iure ſuper petitorio conuenti conſtet.*
6 *Mala fides præſumitur in contrahente nulliter contra formam ſtatuti.*
7 *Præſumptio iuris, & de iure probationem non admittit in contrarium.*
8 *Poſſeſſorij cauſa ceſſat cum eſt cum petitorio cumulata.*
9 *Petitorium vnitum & proſequutum cũ poſſeſſorio, cognoſcitur & deciditur, licet ſuper petitorio non eſſet lis conteſtata, ex * communi.*
10 *Alienatio filio ad tempus prohibetur, etiam in legitima, & trebellianica, ex ** communiori.*
11 *Subſtitutus in caſum alienationis admittitur ſequuta alienatione.*
12 *Banno uocati dicitur lineam teſtatoris deficere.*
13 *Fiſcus vita prohibiti alienare in caſum mortis delinquentis durante, bona obtinet, cum onere reſtituendi ſubſtituto mortuo delinquente.*
14 *Contractus contra formam ſtatuti initus, nullus & doloſus præſumitur.*
15 *Forma inducitur ex clauſula non aliter fiat, uel decreti irritantis.*
16 *Forma ſtatuti in contractu minorum, in dubio præciſa & ſubſtantialis præſumitur, ex * cõi.*
17 *Contractus minoris licet vtilis ſibi & iuratus, nec in maiori ætate ualidus efficitur, ſi contra formam ſtatuti præciſam celebretur.*
18 *Nullum dominium poſſeſſio uel aliquid in contrahentem ex contractu nullo transfertur.*
19 *Litigioſa bona non diſtrahuntur.*
20 *Minor ætas filij probatur ex aſſertione & libro patris, & in tertij præiudicium, ſi accedat iudicis authoritas.*
21 *Teſtes qũo minorẽ ætatem probant, ex nu. ſeq.*
22 *Confeſſione partis nulla validior probatio, & nu. 31. in ſi.*
23 *Clauſula ita tamen, diſpoſitionem limitat.*
24 *Bona obnoxia quare in legitimatione non ueniãt virtute ſtatutorum patriæ.*
25 *Dominium utile bonorum comprehenditur in lege laici Principis.*
26 *Fideicommiſſarius probat bona fuiſſe in hæreditate fideicommittentis.*
27 *Succeſſio ab inteſtato comprehenditur ſtatuto prohibente alienationem in forenſem per verba vniuerſalia ex * communi.*
28 *Filia forenſis ex ciue nata nõ admittitur ad hæreditatem patris, ſtatuto prohibente etiam ſucceſſionem ab inteſtato, per verba uniuerſalia.*
29 *Reintegrãdæ remediũ nõ datˀ illi, qui poſſideat.*
30 *Poſſeſſoria quæ intentata, quomodo dignoſcatˀ.*
31 *Recuperandi poſſeſſorium debet deducere aduerſarium vi, clam, poſſidere, &c. nec aduerſus poſſidentem authore iudice datur.*
32 *Petitorium intentatum niſi reus poſt litem conteſtatam ſpoliet actorem, non poteſt ſuper ſede ri, & ſuper poſſeſſorio tantum agi.*
33 *Petitorium cumulatum cum poſſeſſorio ex conſenſu partis, licet primo ſolum poſſeſſorium ſit deductum, expediri cum poſſeſſorio debet, ſecundum * omnes.*
34 *Proſequutum in petitorio magis attenditur ex * communi.*
35 *Actio non impeditur omiſſa exceptione, nec exceptio omiſſa replicatione.*
36 *Pars opponere debet, ne poſſeſſorium cumuletur, cum petitorio, & ſi iudex procedat, appellare debet.*
37 *Sententia ſuper petitorio fertur, ſi articuli dantur ſuper illo, licet nihil probetur, ſecus vero ſi tantum verbis exceptio proponatur.*
38 *Titulus in retinenda colorat poſſeſſionem, at in reintegranda petitorium ſapit, ex ucriori.*
39 *Titulum in reintegranda non admitti ad colorãdũ, cum ſuper Dominio exceptio admittitur.*
40 *Capitula aliquo modo cauſæ conferentia, admittuntur in dubio ex * communi.*
41 *Clauſula ſaluo iure impertinentium, quid operetur.*
42 *Capitula, licet proprietatem reſpicientia, cum ad poſſeſſorium tendunt, admittuntur.*

CONSILIVM CXL.

TRINITAS ADSIT.

IVSTITIA nobilis domini Herculis Putei de Cremia, in cã quam agit cõtra dños fratres de Battaleis, adeo ex actis exhibitis reddit clara, vt paucis, maxime corã Senatu periſſimo, agendum credam, Nullum.n.ius habent Battalei, nec in

poſſeſſorio, nec in petitorio, ac vt ordinatim ꝓ-
cedam reſpectu poſſeſſorij reintegrandæ ab eis
vt dicunt actores intẽtati, ex trib. principaliter.
Primo quia quatenus, conſtaret, ipſos fratres
antiquitus poſſediſſe bona, quæ nũc Dominus
1 Crema poſſidet, quod ſufficit, & ſuũ eſt † incum
bens, per. c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. Dec. in
* c. bonę. num. 23. in fi. de appellat. ait * commun.
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numero
383. adeo quod initi minime poſsũt tenuta ade
pta virtute literarum ordinarij de quib. in actis
Gebeni notarij, cum antea dominus Hercules
poſſideret ut id multis modis, verum in facto
oſtenditur, Nec non admitteremus hoc reme-
dium, prout cæteras actiones in rem ſcriptas ſin.
gulari etiam ſucceſſori competere, ad not. per
Bartol. Ang. & Caſtr. in l. ſi tertius. §. ſi prius. ff. de
aqua pluui. arcend. Iaſ. in l. prætor ait. §. interdi-
ctum. ff. de oper. noui. quod aliàs probauit Rota
ſacri palatij, vt refert Moedan. deciſ. 40. ſub titu.
de reſt. ſpoliat. & deciſ. 41. de iudici. Ceciderunt
tamen facto, & authoritate iudicis expellentis
illos medio iuris, ac in ſtante parte aduerſa, vt
conſtat ex proceſſu ſignato. C. Pagin. 50. & ſeq.
Vnde reintegrari nequeunt cum non ſolum fa-
2 cto, & culpa propria † cadens minime reinte-
* gretur, vt ex * communi tradunt Ripa, in c. ſæpe
num. 27. de reſtit. ſpoliat. Soci. in l. rem quæ no-
bis. num. 8. de acq. poſſeſſ. Ruin. conſ. 47. nu. 5. &
conſi. 49. ſub num. 9. uolum. 4. Grat. conſi. 50. nu
mero 13. uolum. 1. & per alios Menoch. de recu
per. poſſeſſ. remed. 15. num. 95. Verum nec obti-
neat, ſi quis facto, & commiſſione Iudicis dum-
modo cauſa cognita emiſſa ſpolietur, cum in ter
minis fortioribus, licet iniuſte, ſeu nulliter fortè,
aliquem ſua poſſeſſione ſpoliaſſet iudex, quan-
do non proceſſerit de facto, nec vti priuatus, at
3 iuris ordine ſeruato † ſpoliatus ante omnia reſti
tui nequeat, per gl. ordinariam in c. præſentium.
verbo. aliam in ſi. 7. q. 1. Archid. in c. quia præſu-
latus. num. 3. 1. q. 4. Iaſ. in l. iuſtè poſſidet in pri-
mo num. 4. ff. de acq. poſſeſſ. Deci. conſi. 125. nu-
mero 8. & conſi. 200. in prin. Neguſ. tract. de pi-
gno. 2. membr. 3. parte. num. 46. & 47. quam ſen
* tentiam & diſtinctionem * communem appel-
lat Curt. iun. conſilio 175. nu. 5. Mendoſ. ad Ro-
man. conſi. 158. num. 6. uerbo iudicem. Neuiza.
conſi. 77. numero 6. & ſequen. & nume. 11. Me-
noch. ample de recuper. poſſeſſ. 8. remed. nu. 3.
cum ſeq.
4 Secundo, malæfidei poſſeſſori ſua poſſeſſione
deiecto minime concedi reintegrandæ reme-
** dium, ** crebrius affirmatunt interpretes, vt te-
ſtatur Ripa in d. cap. ſæpe. numero 23. Bru. con.
ſilio 19. numero 24. Mode. Pariſ. ad Alex. conſi-
lio 6. numero 9. uolu. 3. Menoch. loco præcitato
remed. 15. numero 61. & ſequen. Quod fortius
5 procedi † voluit in violẽto inuaſore, ſi ſpoliatus
titulo contractus inutilis vel nulli, innitatur, ac
de notorio iure ſuper petitorio conuenti appa-
reat Natta conſilio 288. num. 4. & ſeq. volum. 2.
Quare ceſſabit remedium intentatum, cum acto
6 res ſint præſumptiuè † in mala fide occaſione
contractuum nulliter ac dolosè (vt inferius de-
monſtrabitur) cum minore geſtorum cõtra pro
hibitionẽ teſtatoris, ac ſtatutorum formam. ar.
c. qui contra iura, de reg. iur. in 6. l. qui rem emit.
ff. de contra. empt. l. 1. vbi glo. & Bart. in fi. C. de
fide inſtru. lib. 10. & in l. quemadmodum. C. de
agricol. & cenſi. lib. 11. Felyn. in cap. ſi diligenti.
num. 5. & ibi Pariſ. num. 26. & ſeq. de præſcript.
7 quæ † præſumptio dicitur iuris, & de iure, vt ob
id probationem non admittat contrarium, per
Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. num. 45. inſt. de
act. Soci. iun. conſilio 69. num. 45. uol. 1. refert, &
ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. ca-
ſu 225. nu. 7.
8 Tertio & ultimo † poſſeſſorij cauſa ceſſabit
quando ſic cum petitorio iuſtificato accumula-
ta, etiam ex partium expreſſo conſenſu, ac iudi-
cum mandato, vt inferius deducam, cauſaque
proprietatis poſſeſſorij cauſam abſorbeat, c. pa-
ſtoralis. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ancar. conſ.
146. num. 3. verſi. & ſi dicatur. Crauet. conſ. 248.
num. 5. Caſſad. deciſ. vltima. nume. 6. & 7. Et ubi
ſunt in eodem iudicio vnita, etiã quod ſit ſuper
petitorio non fuiſſet conteſtata, dummodo ſit
9 proſequutum † petitorium illud, tamen cogno-
ſcitur atque deciditur, arg. c. 1. de reſt. ſpol. not.
ſcrib. Bar. num. 30. Alex. num. 31. Marmor. num.
163. Zaſ. num. 64. in §. nihil commune. l. natura-
liter. ff. de acquir. poſſeſſ. Deci. conſi. 84. num. 2.
Pariſ. conſilio 112. numero 55. ubi de commu-
* ni * & num. 61. volum. 1. poſt alios per eum ad-
ductos Neuiz. conſilio 79. nu. 2. Bero. conſ. 44.
num. 23. & conſi. 48. & 63. numero 3. uolum. 3.
Roland. a Valle conſ. 79. nu. 37. uol. 1. id omnes
tenere ait Menoc. loco citato remed. 1. nu. 161.
cum ſeq. & num. 177. Conſtat itaque manifeſte
in poſſeſſorij iudicio actores iuſtitiam fouere,
quæ ex iuribus deductis in petitorio ad rei fauo
rem comprobantur.
Et primo ex nullitate contractuum allegato-
rum per actores, quæ nullitas tripliciter fundat.
Primo quia dd. fratres de Battaleis acquiſiue
runt terras a domino Bartholomeo Puteo mi-
nore. 25. annor. prohibito per patrem intra il-
lud tempus quouiſmodo eas alienare vel obliga
re, vt documento publico conſtat. Cum itaque
10 alienatio † per patrem prohibita ad tp̃s 25. an-
norum iure ſubſiſtat, ẽt reſpectu legitimæ & tre-
bellianicæ, vt ex magis cõi ſnĩa, poſt cęteros no
uiſſime tradiderunt, Rol. a Valle conſ. 98. nu. 25.
uol. 2. Fernand. Vaſqui. tractat. de ſucceſſ. prima
par. §. 10. in repet. l. quoniam in prioribus. C. de
inoff. teſtam. nu. 419. Clar. in §. fin. crimin. q. 78.
uerſi. item quæro in fin. ubi refert ſecundũ hanc
opin. Senatum Mediolan. iudicare ſolitum Bor-
gni. Caualca. tracta. de vſufruct. mulier. numero
95. & Boſi. titu. de publicat. bon. numero 41.

Sequutaque

11 ſequutaque alienatione per prohibitum † ſubſti
tutus in bonis, atque vocatus admittaſ,ad not.
in l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad Trebel Rub.cõ
ſil. 97. Clar. d. q. 78. in fi.iure merito obtinebit
terras dominus Hercules reus conuentus,exclu
ſis actoribus, qui acquirere minimè potuerunt
lege teſtatoris vetante,ac eo quod vocatus ſit li
nea teſtatoris deficiente, quæ ſtatim cum filius
hæres grauatus hoſtis ciuitatis effectus, ac capi-
12 ta liter perpetuoq; † bannitus fuit, defeciſſe dici
tur, per tex. in l. amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de
capit. dimin. vel ſaltē mortuo grauato admitti
debuit, cum delinquente prohibito, in caſum
13 tantum, † fiſcus vita illius durante poſſideat,
cum onere reſtituendi illa ſubſtituta moriente
delinquente,l. Statius Florus.§.Cornelio Felic.
ff.de iure fiſci. Clar.d.q.78.in fi.Plolus inter cõ-
ſil. crim. 130.num.96.& ſeq.vol.1.crim.in fol.
Secunda nullitas deducitur,quia reſiſtente le
ge municipali ſub. Rub.de mod.& form.ſeruā.
in contr.min.contractus iſti à minore 25.anno
rum non ſeruatis ſolemnitatibus proceſſerunt,
vt ex facie inſtrumentorum ſuper emptionibus
terrarum dignoſcitur, ſic nõ tantum nullus,ſed
14 etiam † doloſus præſumitur non impleta ſtatu-
ti forma. Roman.conſil.54.nu.6.vbi Mend.Pa-
riſ.conſi.100.num.67.volum.1.Curt.conſi.50.
Barba.conſ.70.in 1.dubio, vol.3.Rolād.à valle
conſ.75. nu.57.& ſeq.vol.3.Octau.Cacher.de-
ciſ.pedem.155. Borgni.Caual.vbi ſupra nume-
ro 128.& in trac.de tutor.& curat.num.33.quę
15 † forma inducitur ex clauſula, & non aliter
fiat, &c. cum decreto irritante, per Mendoſ.ad
Roman.qui quotas colligit conſ.405.verbo,&
non aliter Cacher. dciſ. pedem. 164.num.13.
Gabriel ſuis concluſ.cõmunibus lib.6.de clauſ.
decret. irrit.nu.60.præter quod in dubio.d.ſta-
56 tuti † forma præciſa & ſubſtantialis in contra-
* ctu minorum pręſumatur ex * communi,de qua
per Rolan,à valle conſi.30.num.11.uolum.3.ut
17 hinc.ea omiſſa † contractus licet iuratus, ac in
ſui utilitatem,à minore geſtus,nec etiam in ma
iori ętate conualidari queat, Ruin.conſil.170.
num. 59. uolum.1.Curt.iun.conſil.118.num.5.
Mendoſ.ad Roman.conſ.55.uerbo inducit Nat
ta conſil.562.num.10. Celſus Hugo conſil.108.
num.7. Octau. Cacher.deciſ.pedem.165.Rolā.
d.conſ.30.in prin.& conſil.72.num.52.uolu.3.
Caualcan.de tutor.& curat.num.146. Ant.Go-
mez. uar.reſolut.iu.tom.5.cap.114.num.11.la-
te ſuper ſtatuto Mantuano.Hippol.Rimin.con-
ſi.5.nu.129.cum.ſeq.& 149.cum ſequentibus.
exiſtente enim contractu nullo, nullum ius in
emptores, ſeu donatarios tranſlatum fuit, cum
non entium nullę ſint qualitates,l.non dubium,
C. de legib. Bal.l.ea quidem. C.ſi mand.fuit a-
18 lie.† nec ex contractu nullo dominium,ſeu poſ-
ſeſsio aliqua in emptorem tranſlata fuerunt. A-
lex.conſ.81.nu.11.uol.3.& conſ.69.nu.14.uol.
5.Barbat.conſ.70.1.dubio.uol.3.Mēdoſ.ad Ro
man.conſ.321.num.2.uerbo remanſit.ac Rol.à
valle conſ.7.num.12.uolum.3.& minus ex con
ſtituti clauſula Bero.conſil.69.vol.3.
Tertia nulli rurſus dd.contractus cenſentur,
quia celebrati fuerunt alter ſcilicet emptionis,
poſtquam ſuper terris lis vertebatur inter em-
ptores & matrem venditoris in dd.bonis credi
tricem & vſufructuariam, vt ex acti conſtat,do-
natio vero poſt tenutam omnium bonorū per
fiſcum adeptam occaſione delicti à d.vēditore
19 ppetrati, quare de bonis litigioſi vitio affectis
quouis modo ſine Principis aſſenſu valide di-
ſponi & contrahi non potuit, obſtante ſtatuto
particulari ſub rub.de iuribus non acquir.in fi.
& iure cõmuni de quo in l.1.vbi.Bar.& pro to-
tum.ff.eod.& auth.de litigio. Abb.& Deci.in c.
s. de confir. vtil. vel inut. Rimin.conſ.89.nu.5.
vol.1. Benint.deciſ.bonon.48.nu.6.& ſeq.Rol.
à valle, conſ.6.nu.44.vol.3.Cephal.cõſ.64.ſub-
dens nu.19.alio nõ docto probari dolum eo ip
ſo,quod poſt litē motam cõtractus fiat,ſeu poſt
quam ſola actio perſonalis ſit intentata aduer-
ſus aliquem, vel per eundem, & cõſ.195.nu.15.
cum ſeq.vol.2. Dum ergo doloſi & inualidi iu-
dicantur contractus,quibus ſe fundant actores,
& ipſos nullum ius fouere neceſſario infertur,li
cet abnegent d.Bartholomeum venditorem ac
donatarium tempore contractus minorem.25.
annorum extitiſſe. Cum tamen id vero verius
ex pluribus demonſtretur,
Primo ex patris ſui aſſertione in legitimatio-
20 ne emiſſe quæ † aſſertio, ſicuti patris, liber,filij
ętatem minorem probat,Curt.in conſ.118.nu.
8.Soci.iun.conſ.3.nu.10.vol.2. Crauet.de anti
quit. temp. 8. part.pri. nu. 34.& 35. congerit
Mendoſ.in regul.18.cancell.q.8.Menoch.de ar
b tr. iud. cent. 2. caſu.116.nu.4.& tanto magis
cum ſit mortuus pater Soci.iun.d.conſ.3.nu 9.
vol.5.quod pręcipue dicerem,ſi in inſtrumento
legitimationis datus fuiſſet curator minori per
iudicem, quia tunc etiam in tertij præiudicium
præſumptiue ætas minor probaretur. Deci.cõ-
ſi.556.nu.5.& 682.num.16. Aneat.Regiē.q.fa-
mi.35.per totam poſt Alciat.tract.de præſump.
regul.54.nu.8.Benint.deciſ.bon.82.
21 Secundo teſtes † plures examinati aliàs in di-
uerſo iudicio repetiti vero citata parte, dum de
principio ac fine temporis cauſam dicti redden
tes deponunt, ac per deſignationes temporum,
& rerum,rectè minorem ætatē cõcludūt. Abb.
in ca.in præſentia.nu.32.cum.ſeq.vbi Felin.nu.
4.de probat.Bal.conſ.19.nu.3.vol.5. Alex.cõſi.
29.vol.7. Bar.nu.7.& Salic.nu.3.in l.cum de æ-
tate.ff.de prob.Grām.conſ.ciuil.17.nu.1.copio
ſe modos probationis recenſens Quint.Mend.
in reg.18.cancell.apoſt.pro can.q.3.4.5.& ſeq.
Cauale.trac.de tuto.& cur.nu.294.cum.ſeq.
Tertio ætas minor oſtēditur ex partis aduer
ſæ ferè confeſsione in alio iuditio emiſſe, dum
teſtes ſuper minori ętate examinatos per vēdi-
torem

torem habere curauit, cum præceptis pœnali-
bus, & ipſum minorem fuiſſe aſſeruit, vnde in
22 propoſito hoc, nulla validior probatio † cõfeſ
ſione patris.l.1.& 2. C.ſi min.ſe maior.dixer.in
terminis Salic.in l.cum te.nu.4.C.de.probat.&
in l.ſi minorem.nu.3.& 10.C.de.in integr.reſti.
min. 25. ann. adnotans rurſus teſtes etiam inter
alios ſup minori ætate, vt hic, examinatos fidẽ
facere in quacunq; alia cauſa, annorum tñ com
putatione inita not. Fel.vbi ſupra nu.4.& Men-
doſ. d. q. 7.de cuius etiã ætatis probatione nõ-
nulla nouiſſime cogerit Ioſeph. Lodoui.deciſ.
Perus. 55. in 1.art. Nec dubitandum eſt in pñti
tot concurrentibus minorem ætatem proba-
tam diei, & conſequenter cõtractuum inualidi-
tatem.

Secundo principaliter ius rei reſpectu bono
rum obnoxiorum confirmo. Namq; D.Bartho
lomeus venditor naturalis filius, & ſolus ſuper-
ſtes tẽpore mortis D. Bartholomei patris fidei
committentis, legitimatus fuit cum aſſenſu, &
præſentia partis à Comite Palatino, ita tamen,
quod ipſa legitimatio teneat & valeat iuxta for-
mam legis huius patriæ æditam ſub die 29.Feb.
1542.qua lege prohibetur omnis legitimatio à
quouis fiat, reſpectu bonorũ obnoxiorum alijs
perſonis, & fideicommiſſo ſuppoſitorũ ſine ex-
preſſa licentia Principis, ſic videtur ſub cõditio-
ne legitimatus ad ſucceſſionem bonorum, quo-
rum directum dominium alienum erat, propter
23 clauſulam, ita † tamen, quæ diſpoſitionem limi-
tat, reſtringit, atq; modificat.l.ita tñ.& l.Lucius.
§.quæ habebat.ff.ad Trebel.l.vbi adhuc, ibi Sal.
C.de iur.dot.Soci.iu.conſ.160.nu.46.vol.2.vn-
de conditione deficiente (nullus.n.Excell.Prin-
cipis aſſenſus adeſt) legitimatio in ea parte effe-
ctum ſortiri nequit, ſed pro non facta habetur, l.
qui hæredi.§.Plautius, vbi Bart.& Soci.ſen.ff.de
cond.& demonſ.1.§.ſin autem, vbi ſcrib. C.de
cad.tolen.cum.vulg. Excluditurq; virtute d.or-
24 dinis, qui † tanquam ob lites tollendas ſcandala
euitanda & iura cuiq; ex licito coitu nato cõſer-
uanda, vt formaliter determinat, Barba.conſ.28
nu.6.7.& 8.vol.2.nõ ſolum hæc bona obnoxia
latius comprehẽdet, quod admittit Rol.a valle
cõſ.67.nu.93.vol.3.verũ Eccleſiaſticas emphi-
teoſes Eccleſiis ve ſuppoſita, vt alia lege termi-
narũt Exc. Principes ſub die 27. Oct. 1550.&
25 merito, cũ ſuper † vtili dominio bonorũ laicus
Princeps diſponat, ac ſtatuat, Alex.cõſi.24.nu.
4.vol.6. Ancar.conſ.125.nu.7.& conſ.433.nu.
3.Tiraquel.de retract.§.1.gl.13.num.8.& 9.Al-
ba conſ. 28. nu.6.poſt.Soci.ſen.conſ.49.col.1.
Quo enim ad hæc bona nullo iure actores fun-
dant eorum intentionem, cum illorum author,
nec capax ſit nec in illis inſtitutus, quia vere le-
gitimatus non dicitur ex conditionis & manda
ti Principis defectu, Marant.in l.is poteſt num.
53. ff. de acquir. hæred.reus itaque admittetur
præcipuè ad hęc bona, quæ probãtur per teſtes

fuiſſe in hæreditate fideicommittentis, vt hoc
ſuum erat incumbens Alba.conſi.7.num.3.Al-
ci. conſil. 778. num.4. Rolan.à valle.conſil.46.
num. 6. & 7.volum.3.cum ab Eccleſiis, ſeu do-
minis delictis ſit inueſtitus, excluſo dño Bar-
tholomeo venditore & emptoribus. Prima nã
que inueſtitura præualet, & illi fieret iniuria ſi
citra culpam ſibi auferrerentur bona cap.1.qui
ſucceſ.tenentur. Caſtr.in l.2. C.de legibus.Leo-
nard.conſ.114.numero.121.volum.primo, cõ-
ſil.feudal.

Nec iſtis refragatur, quod dominus Bartho-
lomæus hæres deceſſerit cum filijs maſculis, ita,
vt ipſi excluſo ſubſtituto veniant ad hęredita-
tem, quia cum nati ſunt in externis regionibus,
ac patre iam ciuitatis effecto hoſte, atque rebel-
le, vt concludunt teſtes in iudicio examinati,
nempe, tertius, quintus, ſeptimus, duodecimus,
bonorum de quibus agitur incapaces exiſtunt,
tum quia forenſes, tum quia ex non ciue perſo-
naque onera non ſubeunte nati, iuxta legis mu-
nicipalis diſpoſitionem, ſub Rub.de prohib.a-
lienat.in forenſ.quæ locum ſibi vendicat ob illa
ſtatuti verba vniuerſalia &c.quoquo titulo &c.
28 alienare &c.in ſucceſſione † ab inteſtato.ad ea
quæ communiter ſcribentes maximè Aret.affir-
mant, in l. ſi ita quis.§.in lege ff. de verb.oblig.
Ripa in l.filius famil.§.diui.num.99.ff.de leg.1.
Ruin.conſ.98.num.11.vol.2.Cephal.conſ.35.
num.18.Ancar.quęſt. famil.31. per totam.Ho-
tus in l.ſi quando.num.266.C.vnde.vi.Gabriel.
ſuis concluſ.lib.4. de fidei. concluſ. 10. num.6.
28 Nec non in † filio filiaue forenſe tantum ex ci-
ue nata, cum nec ipſa ad patris Mantuani hære-
ditatem admittatur, vt ſupra.ſimili ferè ſtatuto
contra filias, conſuluit Bero.conſil.173.nu.28.
& ſeq. vol.1. Roſ.a Valle conſi.28.num. 62. &
conſil.80.num.37.volum.3. Quanto igitur mi-
nus iſti ex rebelle nati excludent Dominum
Herculem reum conuentum vocatum in defe-
ctum lineæ, pro quo ſine dubio iudicãdum exi-
ſtimo.

At quia pendente diſcuſſione ſuper meri-
tis, fuerũt producti articuli ex parte nob.domi-
ni de Crema, ſuper quibus controuertitur num
iure admitti debeant, breuitati, & veritati ſtu-
dens cenſeo admittendos fore, eo quia in præ-
ſenti iudicio poſſeſſorium, & petitorium tracte-
tur, tam ex partium petitione, quàm cumulatio-
ne, quod ex infraſcriptis demonſtro.

Primo, quia coram ordinario per dđ fratres
de Battaleis petitorium fuit intentatũ ex verbo
petitionis aſſociationis ad tenutam terrarum,
ſtantibus maximè inſtrumentis emptionis, &
donationis, quæ titulum præbent, & conſequẽ-
ter petitorium inferunt, cum hæc non requi-
rantur de ſubſtantia in poſſeſſorio, ſed poſ-
ſeſſio tantum iunior aduerſarij, & actoris anti-
quior cap.reintegrandæ 3.quæſt. 1, Alex.con-
ſilio.46.num.5.vol.3.cum ſimil.per. Menoh.de
recu-

recuperand.poſſeſſ.in præl ud. nu. 21. tum quia
ipſi præſupponũt poſſidere, vt in proceſſu pag.
2. ibi duo non poſſunt inſolidum poſſidere &c.
adeo quod nõ poteſt inferri contra Dominum
Creman poſſeſſorium tunc intentatum, cum ip-
ſos adhuc poſſidere contendãt. competit enim
29 tantum illud † remedium aſſerenti alium poſſi-
dere, & agentem ſpoliatum ab eo fuiſſe, d.capit.
reintegranda.c.ſæpe, de reſtit.ſpol.& vbiq; dd.
in l.nihil commune.§.naturaliter.ff.de acq.poſ.
Menoch.vbi ſupra cum vulg.

Secundo coram Clariſſima Rota in initio ꝓ-
30 ceſſus, ante libellum exhibitum † poſſeſſorium
recuperandæ, dici vere poteſt, non fuit deductũ
quia nullibi de ſpoliatione, vel poſſeſſione prio-
ri agentium, minus retinendæ, quia nihil de mo
leſtia, vel deſiſtentia a turbatione, ſeu de poſſeſ-
ſione actorum tempore litis motę, nõ etiam adi
piſcendę cenſetur intentatum, quia non conclu
ditur ad poſſeſſionis traditionem, vel reſtitutio-
nem, imò ait, ſe poſſidere ad notata ſingula ſin-
gulis referendo, per ſcribentes in d.§.nihil com
mune, ubi Alex. rub.nu.36.cum ſeq.Bart.in l.1.
§.interdictum. ff.uti poſſidet.& in l.j.ff. quorum
bonorum, ac per Menoch. ubi ſupra nu.21.22.
& ſeq.Bero.conſ.58.in prin.uol.3.Itaque ex ſuf
ficienti partium enumeratione iudicabimus, pe
titorium magis occaſione tituli emptionis, quã
merum poſſeſſorium intentatum, per Deci.con
ſil.663.Ruin.conſil.164.numero 8.volum.5.Pa
riſ.conſil.112.num.58.ad num.64.uolumine 1.
31 † Quod poſſeſſorium reintegrandæ eo minus in
tentatum dicitur, cum non ſit deductum per a-
ctorem contra reum cum titulo poſſidentem il-
lum a ſe, vi, clam, & pręcario poſſidere, per Bar.
Imol.Caſt.& Mod.in l.ſi de eo.§.fi. ff. de acquir.
poſſ.Socin. in l. rem quæ nobis 7.q.princ.ff.eo.
titulo Alex. conſ. 118. vol.2. eoque minus com-
petat contra eundem reum authore iudice poſ-
ſidentem, Deci.& alijs in c.ſi quando de offi.de-
leg.& in c.conſultationibus 4. notab.eo.tit.Bal
dus conſ.348.& 350.uolu.1.Bero.conſi.58.nu.
18.& ſeq.vol.3.

Quod tertio loco demonſtratur ex dd.fratrũ
precibus in proceſſu deſcriptis, in quibus narra-
tur ipſos virtute inſtrumentorum emptionis, ſic
tituli & petitorij fuiſſe aſſociatos ad tenutam &
obtinuiſſe, quod ſuper ſupplicatis ſic petito-
rio narrato fieret iuſtitia, qua de re ex illorum
confeſſione, quæ eſt iudicialis, ac probatio pro-
bata, ad not. in l.1.ff.de conf.& l.cum præcum.
ff.de libe. cauſ. cum vulga. per Gabriel.ſuis con-
cluſ.tit.de confeſſ.concluſ.1.dicitur petitorium
deductum, vt in ſimili, not.Rimin.conſ.98.cum
ſequen.vol.1.

32 Hinc ſequitur, quod ſi alias † petitorium intẽ
tatum ſuit, nec poſt litem conteſtatam reus acto
res ſpoliauerit, non potuerunt rurſus dd.fratres
ſuſpenſio petitorio ſuper poſſeſſorio tantũ pro-
cedere ad not. in d.§. nihil commune, vbi Bart.
nume.24. Aret.nu.16.& Seiſel.num.55.Didac.
Couar.lib.1. var. reſolu.cap.16.nu.13.per alios
probat.& ſequitur Menoch.de recuper. poſſeſſ.
remed.15.num.381.& 382.ſequitur Nicol.Gra
uat.ad veſtr.praxim.lib.4.cap.vlt.num.4.Et tan-
to minus id agere Batalei potuerunt, cum ipſi iã
cauſam coram ordinario inceptam in exequu-
tione reſcripti obtenti per dominum Creman,
quod petitorium comprehẽdebat, videlicet ca-
put fideicommiſſi, omnia iura partium, & ſtatũ
totius cauſę, reaſſumpſerint, vt iõ per.d.reaſſum-
ptionem denuo & petitorium deductum probe
tur, cũ eadem cauſa cenſeatur, ad not.per Card.
in clem.2.q.1.de teſt.

Quarto principaliter dicitur, quod licet ſolũ
poſſeſſorium fuerit in petitione vltima actorum
adductum, attamen ex conſenſu tacito partium
ex non cõtradictione, uel non replicatione, ſeu
proteſtatione uidetur poſtmodum cumulatum
33 † petitorium. ſuper quo rurſus iudicari & co-
gnoſci oportet.arg.cap.1.de reſtit.ſpol.no.Bar
bat.in l.naturaliter. §. nihil commune.in fi.uerſ.
2. quæro. nu. 30. ubi Alex.uerſ. 14.ſallit.nu.31.
Mermerius.num.163.Zaſ.num.64.ff.de acquir.
poſſeſſ.Deci.conſi. 84. nu. 2. Brun.conſil.19.&
21.Pariſ.conſ.112. num.61.volum. 1.Neuizan.
per alios conſil.79.nu.2. Bero.conſil.44.nu.29.
volum.3.& conſi.48.num.4.volum.3. Cæphal.
conſ.8.& 34.volumi.2.Quod dictum ab omni-
* bus* comprobatum ſequitur, & ad propoſitum
alia congerit Menoch.de recup. poſſ.remed.1.
numero 163.& ſequent. ſubdens numero 179.
id procedere, & ſi ſuper petitorio non fuiſſet lis
34 conteſtata, † proſequutum enim magis attendi
* tur, ex* communi, quam in terminis adnotat.
Pariſ.conſi.112.num.55.Roland.a Valle conſi.
79.nu.37.uol.1. Bero.in propoſito conſ.63.nu.
3.uolum.3.

Colligiturq; d. conſenſus tacitus. Primo ex
non contradictione, ſeu non replicatione acto-
ris, ad exceptionem rei ſuper petitorio propoſi
tam, in reſponſione ad libellum, quæ non repli
catio admittit partis exceptionem, nec ipſa reij
35 citur, ſicut.n.per exceptionem omiſſam † actio
non impeditur, ita per replicationem omiſſam
exceptio non impeditur cum ita ſe habeat repli
catio ad exceptionem, ſicut exceptio ad actio-
nem ar.l.2.ff.de except.no.formaliter Bart.in l.
ſi quis fundum.n.2.C.ad l.iud.de vi.publ. Bero.
in c.1.nu.21.de reſti.ſpol.

Colligitur d.conſenſus ſecundo, quia iudices
admiſerunt præſente actore articulum rei de ꝓ-
bando ſuper petitorio, ac ad hunc effectum nõ
reclamante parte actrice ſtatutus utrique termi-
nus fuit ad probandum, itaque & cumulatum
poſſeſſorium extat, etiam ex iudicis commiſſio-
ne & pronuntia, not.dd.ubi ſupra, & Ripa in d.
§.nihil commune num.137. à qua tacita iudicis
pronuntia de probando ſuper exceptionibus
dominij debebat pars appellare licet antea. (qđ

hie

36 hic ab fuit) † oppoſuiſſet & ꝓteſtata fuiſſet, nó
eſſe de petitorio tractãdum, Io.Mon.& Io.And.
in cap. 1. de accuſ.in.6. Aret.d.§.nihil commu-
ne num.10. Crauet.conſil.238.num.4.ac cæte-
ros id probantes accumulat, Menoch. ſuo vtili
trac.de recuper.poſſeſſ.1.remed.nu.167.& ſeq.
Nec dubitandum eſt dilationem daram ad pro-
bandum ſuper exceptione petitorii conſtituere
iudicium petitorium, eo quod datis capitulis ſi
37 per excipientem nihil probetur † diffinitiua ta-
men abſolutotia ſentẽtia ſuper petitorio ſequa-
tur, licet ſecus vbi verbis tantum exceptio pro-
ponatur, declarat Iaſ.in l.qui accuſare num.6.&
ibi Deci.num.17. C.de edend.Marſi.Sing.169.
poſt Didac.& Neuiz.quos adducit Menoch.d.
tract. de recuper.poſſeſſ.1.remed.num.178.

Deducitur tertio loco cõſenſus partis expreſ
ſus ex ſuis capitulis, quæ titulum emptionis &
donationes continent, nó poſſeſſionem tantũ.
Dicitur enim in capitulo, vti donatarij poſſede-
runt &c. Rurſus inſtrumenta produxerunt ad
iurium ſuorum probationem non etiam ad ro-
borandam ſuam poſſeſſionem, quare ex iſto cõ
ſenſu expreſo haud dubitandum eſt, quin ſuper
vtroq; proceſſum, & diſcuſſum fuerit ex actoris
38 parte, cum actor ſpoliatus † titulo poſſeſſionis,
quam non habet colorare non habeat neceſſe,
ſicuti in poſſeſſorio retinendę, quinimo illud de
ducendo in reintegranda, vt hic, petitorium ac
cumulare credatur, & ſuper vtroq; pronuntiã-
dum veniat, ita in terminis Brun.conſ.21.num.
8. & q.inter conſ.feudal.tradit Zucard.in l.fin.
num. 164. C. de edicto diui Adr.tollen.contra
Bald.Afflict.& nonullos alios, hanc ſententiam
• pro * veriori admittit Menoch. loco ſupra alle-
gato numero, 182.& licet aliàs tenerem illam
39 opinionem, quo ad colorandum, † admitti titu-
lum poſſe, attamen id non procedit quando ini
tio de dominio, vt hic, obijcitur, nec per partẽ
actricem opponitur quin potius d.exceptio ad-
mittatur, vt ſentit in ſuo caſu Cephal.conſ.289,
num.34.volum.2.vbi Afflict.deci.7.approbare,
ſed cum hac declaratione videtur.

Rurſus quarto loco colligitur tacitus conſen
ſus actorum ex admiſſione, & non diſſenſu iu-
rium ſuper petitorio productorum per d.Cre-
mam reum, qui exibuit proceſſus multos inhæ
rendo reſcriptis ad eius fauorem obtentis, & re-
ſponſioni factæ libello aduerſariorum, quæ om
nia ad ius fideicommiſſi petitorijque tendunt,
& ex quibus manifeſte de iuribus ſuis ſuper do-
minio conſtat, vt hinc ſuper illo terminari de-
beat, ac admitti capitula iam producta. Quæ etiã
quod petitorium non eſſet accumulatum nini-
me deberent reijci, cum ex illi ius partis coad-
iuuari poſſet, vel pro vt dicebat Afflictus, quod
id per conſilium Neapoli admiſſum fuerit in de
40 ciſ.7.vel quia in dubio † Capitula dummodo a-
liquo modo cauſæ conferant, pertinentia dicã-
tur, ac dimittantur, vt de communi * ſententia
atteſtatur Iaſ. l. ſi duo.§.idem Iulianus.num.12.
ff.de iur. iu.Ripa in l.1.nu.41.ff.ſi cer.pe. Deci.
conſ.84.& 518.num.2.Menoch.loco citato.nu.
182. Alciat.ſuper capitulis poſſeſſorijs in cauſa
41 petitorij conſil. 387.& inſuper quia † clauſula
ſoluo iure impertinentium & non admittendo-
rum, qua quotidie in foro iudices vtuntur in ca-
pitulorum admiſſione, omnem difficultatem e-
neruet, ac tollat, cum ſi erunt pertinentia conſi-
derabuntur in meritis, at ſecus ſi impertinẽtia,
Afflict. deciſ.33.nu.pri.& 8.& per add.ad eun-
42 dem.d.deciſ.7. Accedat quia d.c.† licet proprie
tatem reſpicientia, ſunt tamẽ admiſſibilia, quia
ad poſſeſſorium tendunt ad demonſtrãdum in-
quam actores non poſſediſſe vnquam ex cõtra-
ctibus nulliter ipſo iure, cum minore geſtis vir-
tute ſtatuti Mantuæ &c.ex quibus nec poſſeſſio
transfertur, nec ius aliquod acquiritur, nec con-
ſtitutum operatur per Bart.in l.ſi rem aliquam.
ff. de acquir poſſeſſ.& Alex.in l.1.§.ſi vir col.3.
eod.tit.Bero.conſi.69.volum.3.& vt ſupra.& ſi
ad poſſeſſorium tendunt, ipſa omni iure admiſ-
ſibilia cenſentur, vt ſcribit Bald.in l.naturaliter
§.nihil commune. ff. de acquir.poſſeſſ.& in tit.
de pace cõſt.verbo reſtituitur. Abb.in c.ex par-
te in fi.de reſtit.ſpol.tradit formaliter Natta cõ-
ſil.474.num.37.volum.3.

Sequitur itaque ex omnibus ſimul iunctis ca-
pitula admittenda, cum profectò & actores, &
reus poſſeſſorium & petitoriũ expreſsè, ac taci-
tè pluries deduxerint, probauerint, atque accu-
mulauerint. Quæ demum per iudices admiſſa
fuerunt.

Franciſc.Burſat.I. C. Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO LVDOVICO Bolderio Veronenſi & Conſortibus:

ARGVMENTVM.

Quando licita ſit armorum prohibita delatio, pro capiendo, ſeu inſequendo delinquentem.

Pœna de non offendendo, & bene viuendo quomodo incuratur ex ſola armorum prohibita delatione cum cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Famulus vxorque ad defenſam inquiſiti admittũtur, in teſtes, quando veritas aliter haberi*
* *non poteſt, ex * communi, quæ declaratur numero ſeq. & 3.*
4 *Permiſſa à lege faciens pœnam non incurrit.*
5 *Delatio armorum prohibitorum licita eſt pro occidendo & capiendo bannito, ſeu in reditu ab illo.*

Arma

6 *Arma prohibita licet deferre pro defenſa iuſtitiæ, ſeu beroariorum.*

7 *Portas arma prohibita videntibus & ſcientibus ſuperioribus excuſatur, & pœnam non incurrit.*

8 *Verba iſta, che niuno oſi, ardiſca, & ſimilia in proclamatibus poſita dolum malum ſupponant ex * communi.*

9 *Pœna legis vel ſtatuti in perſonam, & non in rem loquentis non procedit niſi vbi adeſſi dolus malus, nec lata culpa ſufficit.*

10 *Pœna triremium ad tempus corporalis dicitur. ſed ſi in perpetuum capitalis efficitur.*

11 *Pœna corporalis nunquam inſligitur niſi dolus interueniat ex * communi.*

12 *Statutum, vel lex loquendo ſimpliciter de pœna, intelligitur tantum dolo, & non aliter accedente.*

13 *Lex ſeu proclamare quirens dolum, lata culpa, etiam, quod interueniat non ſufficit.*

14 *Damnari non poteſt quis, quando ſtatutum dolum requirit, dummodo aliqua cauſa, etiam beſtiali, vel fatua probata ex leuiſſimis indicijs excuſetur.*

15 *Actui à lege permiſſio, omnia ex quibus ad permiſſum peruenitur conceſſa cenſentur.*

16 *Veniſſe non dicitur qui non ſtetit, ſimiliter arma non tulit, qui ſtatim ea depoſuit.*

17 *Momentanea, & quæ breui ſpacio expediũtur in pœnalibus non conſiderantur.*

18 *Nemo damnari debet, cum nec verba, nec mẽs legis delicto ſuo conueniant.*

19 *A verbis legis, & ſtatuti nunquam recedendũ eſt, & quod non dicit ipſa, nec nos dicere debemus.*

20 *Statutum conuenticulas prohibens, comprehendit ſolum eas facientes ad aliquod flagitium illicitum ex propoſito, ſed non facientes aliqua iuſta, ſeu colorata & ſi non vera cauſa.*

21 *Congregatio ad bonum finem facta impunibilis redditur.*

22 *Teſtes negatiuã probat, quãdo deponunt aliter eſſe non poſſe quia ſi fuiſſet ipſi vidiſſent.*

23 *Teſti vnico etiã de auditu deponẽti pro reo creditur, quando à contraria parte producitur.*

24 *Inquiſitus de violentia, non tenetur niſi ſit vis doloſa, & ex illa vulnera, vel mors ſit ſequuta.*

25 *Violentia, vt in hominem congregatione præſumatur, requiritur caput, conſilium præcedens, & multa alia ad hoc, vt violentia præſumatur.*

26 *Arguendo à ſolitis in criminalibus procedit.*

27 *Bonus ſemel in eodem genere bonitatis, ſemper præſumitur bonus.*

28 *Dictio, circa, in delictis, intelligitur in potiorem partem, vt delicta excludantur.*

29 *Interpretatio in delictos, in meliorem partem fieri debet.*

30 *Dictio, modicum, quartam partem temporis importat.*

31 *Teſtis deponens ſuper tempore neceſſario & determinato per dictionem, circa, dubiam reddit probationem.*

32 *Fiſcus contra inquiſitum agens ex ſtatuto loquente per uerba præteriti debet probare factum præciſe.*

33 *Statuta de non ferendis armis de nocte poſt tertium ſonum campanæ, adeo ſtrictæ ſunt intelligenda, ut, nec locum habere poſſint, ſi quis fuerit repertus ipſa portare in nocte Iouis ſancti, & quando campanæ non pulſantur.*

34 *Teſtibus varijs, contrarijs exceptionib. pati entibus nulla fides, vel parua adhiberi debet.*

35 *Teſtes falſa deponentes à teſtimonij limine reijciuntur.*

36 *Factum propè oſtium, uel in oſtio domus, non dicitur factum in via, ſed partim in domo & partim extra.*

37 *Porticus cenſetur pars domes, unde factum in porticu cenſetur factum domi.*

38 *Arma deferre non licet tam de iure ff. quàm C. fallit num. ſequen.*

40 *Voluntas patientis dignoſcitur ex qualitate facti.*

41 *Actus qui non ſit ſimpliciter, & abſolute de genere prohibitorũ, non includit dolum, uel voluntatem malleficij niſi probetur.*

42 *Momentanea in criminalibus, non conſiderantur, & animus, ac propoſitum maleficia diſtinguunt.*

43 *Et, copula quando in diſpoſitione hominis ponitur concurſus copulatorum requirit.*

44 *Copula, &, quando ponitur inter diuerſa ſubſtãtiua reſpectiua ad aliquid, ut ad pœnam incurrendam, tunc concurſus copulatorum requiritur, nec ex unius contrauentione in pœnam incurritur.*

45 *Pœnam non merentur quæ temporis momento durant.*

Cautionem

46 *Cautionem præſtans de neminem offendendo, non contrafacit, ſi fuerit inſultatus ab alio, & illum poſteapercuſſerit.*

47 *Pœna ſtatuaria, & promiſſiones de bene uiuendo, non excluduntur ad leuia delicta.*

48 *Pœnæ & ſtipulationes ſtrictè interpretantur, & ob id in dubium contra fiſcum.*

49 *Concurſus utriuſque copulati in dubio requiritur ad pœnam incurrendam.*

50 *Cautio de bene uiuendo, non cõmittitur niſi ſtrictè, & propriè, offenſa per præſtantem dictam cautionem committatur.*

51 *Delinquens ſi in pœnam ſtatuti incurat, non tenetur tamen ad pœnam conuentionalem, nec & fideiuſſores pro eo.*

52 *Offenſaque proprie dici poſſit.*

53 *Cautio de bene uiuendo inoleuit propter homines rixoſos.*

54 *Cautio de bene uiuendo odioſa eſt, & ob id reſtringenda.*

CONSILIVM CXLI.

TRINITAS ADSIT.

LEGI ſerioſum proceſſum inquiſitionis formatę cõtra nob. Veron. D. Ludouicum Bolderium. D. Iulium Marionũ, ac D. Thomeum de Maffeis. omneque difficultatum põdus cõſiſtit ꝑ principaliter quo ad perſonas D. Iulij, & Domini Thomei.

Primo vtrum licitè, ac impunè arma ex ordinibus ciuitatis prohibita tempore quo caſus vulneris illati domino Bolderio occurrit, ꝑ Ciuitatem Mantuæ, de nocte & ſine lumine detulerint.

Secundo an exiſtentes ſuper via publica armati in maiori numero quatuor perſonarum eodem tempore, ſint aliquos itinerãtes aggreſſi eoſdemque inuiſos agnoſcere voluerunt.

Reſpectu vero domini Bolderij.

Primo an ipſe hora noctis de domo propria cum armis prohibitis exierit.

Secundo quatenus exierit, an ex hoc veniat excuſandus, vel damnandus.

Tertio quatenus damnandus, an ſaltem pœnam promiſſam ſub cautione de bene viuendo & neminem offendendo, euitet.

Et ommiſſis quæ in vtroque partem poſſent allegari, quoniam contentio hæc inquiſitorum & fiſci per D. Pretorem Mantuæ iuriſconſultũ eximium, & mei amantiſſimum eſt decidenda, paucis conceptum meum ordinatim procedẽdo exprimam.

Ad primum caput D. Iulij, & D. Thomei reſpondeo, ipſos portaſſe licitè, ac impune arma prohibita, quæ confeſſi ſunt detuliſſe, per ciuitatem de nocte & ſine lumine, cauſa, vt occurrerẽt delicto & rixę Iulij Ceſaris, & Domini Bolderij. opemque, & auxilium officialibus Iuſtitiæ præſtarent, ita vt malefactor in carcerem cõijceretur.

Primo virtute ſtatuti ſub Rub. de his qui debent trabære ad rumorem &c. in principio, diſponẽtis, vt illius verbis vtar, omnes & ſingulos ciues, ſeu alios habitantes in uicinia, & loco ciuitatis in qua fuerit commiſſum delictum, teneri pro eorum poſſe, cum audiuerint, viderint, ſeu ſenſerint rumorem rixæ fieri, vel committi ſe trahere, & currere, ad dictum rumorem, & delinquentes capere, reſtare, detinere, proſequi, inſequi, & poſt illos acclamare, vt cæteri ad rumorem trahant, ita ut familia, ac milinia D. Poteſtatis, delinquentes in cuſtodiam tradere valeant. At in præſenti conſtat manifeſte d. Inquiſitos hora qua in lecto cõiugali ſe collocabant & veſtimẽtis ſpoliati erant, ad vocem pulſantis ædes proprias, ac acclamantis prope illorũ domos, exite foras, foras, quod D. Bolderius inquſitorũ ſororius affinis cariſſimus eſt à ꝓditore aggreſſus, ſeu ut vulgo dicitur fori fori, che il Sig. Bolderio è ſtato aſſaſsinato, incontinenti ita, vt ſupra expoliatos, ac forè nudos, tunica tantum linea indutos & inermes, excepta vnico arma ꝓ vno quoque quam ſingul eorum ex improuiſo apprehenderunt, occuriſſe, & obuiam proceſsiſſe in viam publicam, ac verſus tumorem & Domum d. Balderij, vt concludunt vno ore teſtes e
xaminati ad inſtantiam D. Iulij, & D. Thomei,
1 Quibus teſtibus etiam, quod aliqui eorum † eſ
ſent famuli ſalario conducti, ac vxores in quiſitorum, creditur, cum in criminalibus ad defenſam, & vbi aliter veritas haberi nequeat, iſtis fides adbibeatur, vt dicitur in vxore, quæ aliàs, tã pro, quàm contra virum prohibetur reſtificari,
* ex * communi. de qua per Gram. conſ. 45. nu. 6. & cæteros quos adducit Viui. Sim. opin. li. 1. uerbo teſtes num. 13. Paul. Merend. conſil. crimin. 92. num. 13. volum. 2. conſil. crimi. Campeg. de teſtibus regul. 10. Crot. in tract. de teſtibus quarta parte num. 18. cum apoſt. Moncad. num. 126
2 Et tamen vbi aliter † veritas haberi nequit, & in defectum probationum (vt hic) videlicet de geſtis tempore noctis, in domo, in cubiculo, cameraue, & hora qua vir, & vxor ſe lecto ſternebãt, vir pro vxore, & e contra teſtificari valent, Abb. in cap. in litteris in fi. num. 7. de teſtibus Alber. Maluet. tract. de teſti. 2. par. colum. 67. citati per Camp. tract. de teſti. regul. 149. limit. prima. Idẽ
3 notat † per ſcribentes, de domeſtico, ſeu famulo ſalario conducto, qua licet regulariter prohibeatur glo. in §. inteſtibus. inſt. de teſti. Rui. conſil. 29. num. 5. volum. 5. Campeg. regul. de teſtibus cap. 11. 12, & 13. verſic. 5. Crot. de teſt. lb. 4. part.

Digitized by Google

part.num. 5.& 22.vbi Moncada in verbo ſala-
rium,Iacob. nouel.regul.iur.verbo teſtis.nu. 30.
Roman. conſil.420.vbi late Mendo .in apoſtil.
Io. Marſ. Monticel. in tract.de teſtib.verbo.fa-
mulus.& verbo vxor. Verũ in his quæ ſunt dif-
ficilis probationis , vt puta de geſtis in domo,
probatio per domeſticos,& familiares admitti-
tur Bart.in l.quoties. C.de naufr.lib.11.Bald.in
l.ſcimus.§.licentia. C.de iure deliber. Feder.de
ſen.conſil.114.Campeg.regul.13.Falken. 10.de
teſtibus.& ſi inquiſiti ad ſonitũ vocis acclamã-
tis foras,foras,exierunt ad rumorem armati,&
D.Iulius, cũ graui enſe , vulgo, vn ſpadone,&
d. Thomeus haſtatus;quid eſt, quod eos ſcite
dd.arma prohibita , detuliſſe non credatur,tum
4 † virtute d.ſtatuti , ob cuius diſpoſitionẽ,nemo
pœnam aliquam incurrit. l. grauis. ff.de adult.
Mar. in l.1.num.67.ff.ad l.Cornel.de ſicar.cum
ſeq.& in pract.§.aggredior.nu.77.cum ſeq.Car
rer.in ſua pract.§.circa.il 6.num.200.Tum quia
tali caſu licita eſt armorum delatio, ex cõſequẽ
ti neceſſario.quando delinquenti occuri,ſeu ca-
pi,vel inſequi reus nequeat, niſi cum armis vici
ni incedant, vnde ſi captura, & inſequutio per-
mittitur, quod eſt principale,ita & delatio armo
rum licita erit vti acceſſorium etiam,quod alias
iure municipali ſub pœna prohiberetur,pro vt
5 † licita dicitur pro occidendo bannito,ſeu eun-
do , vel redeundo ab occiſione banniti,vel ex ſi
mili occaſione, iuxta doctr.Romã.in l.3.§.licet
vtrum.ff.ad Silan. Pariſ.de Put.de ſindicat.verſ.
mandauit rex poteſtati. num.3. fol.331.in im-
preſſione parua aliter fol.89.concluſionem va-
rie comprobat Nellus in tract.de banni. 2.tem-
pore 2. partis.num.48. Afflict.in conſtit. Sicil.
de illicit. portat. armor.lib.1. Rub.q.num.6.&
in c.primo, §. ſi quis ruſticus.poſt.glo.de pace
tenend.

Secundo omiſſo ſtatuto,rurſus dico eiſdem
licuiſſe impune arma deferre , etenim dd.nobi-
les inquiſiti,vt iuſticiæ &.officialibus pro captu-
ra Iulij Cæſatis delinquentis opem impende-
rent,Beroarios cum armis per viam ſunt aſſocia
ti ſciente Claris.Capitaneo Iuſticiæ,& videnti-
bus dd.officialibus, qui capturam & id totũ fa-
miliæ ſuę & inquiſitis commiſit,vt clare atteſtã
tur. Franc.Puteus,& Gulicl..ius teſtes.ergo om-
6 ni iure excuſabũtur,† quia deferre arma pro fa-
uore Iuſticiæ (puta officialiũ) liceat , vt in pœm.
inſtit. Pariſ.de Put. eod.tract.de ſind.verſ.man-
7 dauit rex.num.2.& præterea † portans arma ꝓ
hibita videntibus , & ſcientibus officialibus ex-
cuſetur, cum ſibi licentia dicatur impartita ſal-
tem tacitè,ex quo cõniuẽtibus oculis & ſub diſ-
ſimulatione ſuperiorum armati incedant , nec
eo caſu puniatur quiſque de pœna portationis
armorum.l.fi.C.de Fabricẽs.lib.11.id compro-
bat Afflict. in conſt. Sicil.lib. 1.Rub.q.de illicit.
armor.portat.num.10.& in Rub.14.vt caſtella-
ni.numero tertio. Franc. Hercul.tract.de caut.
non offendo. cap.49.numero ſecundo.

Tertio proclamata omnia, præcipuè edita
anno.1570.prohibentia delationem cuiuſdam
generis armorum in die,ac nocte,dolum malũ
requirunt in contrauenientes edicto.

8 Primo,quia vtuntur verbis,† che niuno oſi,
ardiſca,& ſimilibus,quæ dolum malum ſuppo-
nunt, ex doctr.Bar.in tract. qui ſint rebel.verbo
temerario Felin. in cap.quoniam contra.num.
11.de prob.Card.Zabar.in clem.1.q.38.de pri-
uil. Deci. inter crim.tom.pr .conſi.crimin.in 4.
* conſil.102.num.16.ex * communi,ample Hip-
pol. Bonacoſ.qq.crimi.verſi.ſtatutũ vtitur.ver-
bo præſumatur.

Secundo, quia in perſonã ſimpliciter locun-
tur ibi, che niuno oſi , ardiſca,&c. porti &c.va-
di &c.ſicque locum non habent,niſi dolo malo
9 prohibita fiant,cum † pœna legis, vel ſtatuti in
perſonam loquẽtis, non autem in rem minimè
procedat,niſi vbi adſit dolus malus,ita vt nec la
ta culpa ſufficiat,Bart.in l.1.§.non autem.num.
2. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. per alios Plotus in
conſil. 108. nu. 6.volum. 1. conſil.crimin.in.4.
& in conſil. 131 .num.11.tom. 1.conſil.crim.in
fol. Quod in receptantibus bannitos, tradit Plo.
in l.ſi quando num.859.C.vnde vi.

Tertio ex genere pœna dolus interuenire de
bet.quia portanti de nocte arma prohibita,pœ-
10 na † triremium per triennium infligitur , quæ
corporalis eſt, & ſi perpetua capitalis dicatur,
Capici. deciſ. 153.num.3. Afflict.in conſtit.Si-
cil. de in quiſ.faci. Rub.51.lib.1.fol.200.nu.4.
Boſſ. tit.de execut.ſent.num.35. Clar.in §.teſtũ
11 q.21.& 22. Vnde ſimilis pœna nunquam † im-
ponitur niſi interueniat dolus, gl.& dd.in l.1.ff.
ſi quis teſt.liber eſſe iuſ.deciſ.conſil.83. Plot.in
l.ſi quando num. 765.verſic.ſic etiam. C.vnde
* vi.Ceſal.conſil.104.num.7.* communis eſt per
Cæpol. conſil. 33. viui.verbo ſtatutum nu.239.
Clar.§.fi.crim.q.84.

12 Quarto vbi lex,vel ſtatutum † ſimpliciter im-
ponendo pœnam loquitur, intelligitur tamen
dolo,& non aliter accedente, Bal.in l.fi.ff.quod
quiſque iur. deciſ. conſil.83.num.3.cum apoſt.
& conſil.9.num.2.cum additione Pariſ. Hinc.ſe
13 quitur , quod ſi † ex proclamatibus requiritur
dolus,nec lata culpa ſufficit , Bart.in d.l.1.deciſ.
d. conſil. 83. num. 3.verſic.tertio reſpondetur.
Plot.d.conſil.crim.131.num.12.cum ſequ.& in
14 d.l.ſi quando num.765. C.vnde vi.Nec † dam-
nari poſſunt ſi ex aliqua cauſa quamuis fatua be
ſtiali ve excuſentur. Iaſ. in l. 1. num.17.& 18.ff.
de eo per quem factum erit.Mendoſ.ad Roma.
conſil.466.num.2.probata rurſus ex leuioribus
indicijs & præſumptionibus Alexã.conſil.115
colum. pe.volum.4. Curt.iun.conſil.34.col.51.
Plot. conſil. 110.num.16.volum.1.conſil.crim.
in 4.& dixi , alias in conſil.77.num.15.Vnde,ſi
cum officialibus armati per viam inceſſerunt,ex
commiſſione d. Capitanei, vt auxilium iuſtitiæ

præ-

præſtarent, & tandem vt delinquentem inueni-
rent, cui dubium, quod non doloſo, ſed ex iuſta
cauſa & rationabiliter moti arma impune & li-
citè geſtarunt? & ſi obijcerentur nũ ſemper cũ
oſtic alibus inquiſitos ſteuiſſe, ac propterea in di
ſcedendo ex illorum domo & redeundo, vide-
ri ipſos illicitè detuliſſe arma, tollitur.
15 Primo † quia vbi aliquis actus permittitur à le-
ge, tunc omnia, ex quibus peruenitur ad illud
permiſſum, cenſentur conceſſa, arg. l. nec his. ff.
de acquir. hæred. nec ſolum in eundo ad actum,
ſed in redeundo quoque, vt de occidente banni
tum ſcribitur, qui ſi inueniatur cum armis pro-
hibitis, tam cum ad actum proficiſcitur, quando
redit puniri minimè poteſt, in terminis, not.
Nel. d. 2. part. 2. membr. tractat. de bannit. nu-
mero 48.
Secundo inquiſiti non portarunt arma per
16 vias publicas, ſeu per † ciuitatem, niſi momento
& breui ſpacio temporis, rurſus ad effectum tã-
tum, vt rumori ſe conferent, vel delinquentem
inuenirent, ideo portaſſe vere arma cenſeri ne-
queunt, cum nec veniſſe dicatur qui non ſtetit,
arg. not. in l. qui ante calendas. ff. de verbo. obli.
l. cum de laniosis. §. Sabinus de fund. inſtr. An-
17 car. conſ. 75. in fi. Nec enim † momentanea quę
breui ſpacio expediuntur, ſeu terminantur, in
materia pœnali minimè conſiderari ſolent, mul
ta Marſil. conſil. 136. nu. 13. cum ſeq, vol. 2. &
in l. fi. num. 156. cum. ſeq. ff. de iur. omnium iud.
nec ideo inquiſiti pro diſceſſu & reditu punien-
tur, cũ ex cauſa & iure permittente, ad rumorẽ
occurrerint armati.
Quo ad ſecundum Caput cenſeo eoſdem do
minum Marionum, & Maffeum ſimili iurę libe-
randos.
Primo, ordo editus anno. 1570. prohibet, ne
domini & noboles maiori numero quatuor, cũ
8. ipſorum famulis vnà per ciuitatem incedant,
at hic non ſolum non eſt probatum duodecim.
homines congregatos ad hoc conueniſſe, & ar-
ma detuliſſe, quia potius ex teſtibus fiſci appa-
reat, tres dominos tantum inquiſitus nempe ad
fuiſſe cum quatuor ſeruis, vt concludit Fran. Be-
loſius, ideo pœna d. ordinis damnari non debẽt
18 cum † nec verba, nec diſpoſitio caſui præſenti
conueniant l. 3. §. hęc verba ff. de neg geſt. Rom.
19 conſil. 92. a verbis † enim ſtatuti non receditur
l. conſtitutum. vbi Bart. ff. de teſtam. milit. nec qđ
non dicit, nos dicere debemus, l. ſeruum. §. non
dixit prætor. ff. de acquir. hæred. & in omiſſo
caſu jus commune locum habet, c. in noſtra de
iniur. & in terminis ſimilis ſtatuti Alex. conſil.
224. quod eſt vltimum, volum. 2.
Secundo ex vnione, & congregatione perſo-
20 narum, † quæ ſunt armatæ quis pœna legis, vel
Decreti prohibentis illas, tantum tenetur, ſi ad
aliquid illicitum, flagitium, offenſam ve in ali-
quem committendam, ſi ex cauſa mala, & ex
propoſito fiat. at ſecus ſi confederatio, conuẽti

cula vnioque hominum armatorum fiat ex aliq
iuſta vel colorata cauſa & ſi non vera, quia tunc
pro pœna legis municipalis, vel iuris cõmunis
procedi contra tales minimã poteſt. Andr. de
Iſern. & doct. in cap. 1. §. conuenticulas de pace
iuram. firm. Bart. in l. deuotum in fi. per illum
text. C. de mala. lib. 12. & in l. prohibitum. 3. no.
C. de iure fiſci. lib. 10. in terminis Iaſ. conſil. 20.
art. 3. & conſil. 86. num. 1. volum. 3. Gramat. vo-
to. 19. num. 1. cum ſeq. Boſius. tit. de crim. læſę
21 maieſt. num. 23. & ſequ. † congregatio enim ad
bonum finem facta impunibilis redditur. Bald.
conſi. 319. volum. 2. Crauet. conſil. 18. num. 16.
Nec dubitandum eſt in præſenti, quod cauſa, ex
cauſa colorata, ac iuſta, in uicem conuenerunt
omnes armati, & ſine lumine acceſſerunt per ci-
uitatem, vt inde damnari nulla lege valeant.
Tertio negatur, quod inquiſiti, in ſpecie D.
Marionus, vt legitur in inquiſitione, aliquos tra
ſeuntes per viam Eccleſiæ ſancti Barnabaris ag
greſſi fuerint, eoſdemque inuitos agnoſcere vo
luerint. Etenim concludunt officiales vnà cum
ipſis dd. Inquiſitos receſſe iter, ac fuiſſe pſectos,
nec tunc temporis alicui violentiã intuliſſe, in
22 ſolenteſque in uia extitiſſe † quia ſi aliter eue-
niſſet id ipſi vidiſſẽt, quo caſu hęc negatiua pro-
batur, gl. in l. optima de contra. empt. dd. in l. in
illa. ff. de uerb. obli. & in c. 3. loco extra de. pro-
bat. Hercula. amplè in tract. de negat. proband.
num. 260. cum ſeq. unde fortius ad fauorem in
quiſitorum innocẽtia probatur, cum ſint teſtes
23 † fiſci id deponentes, quibus de auditu creditur
ac unico ad fauorem rei, Parif. conſil. 50. nu. 60.
uol. 1. Soci. iun. conſil. 69. num. 11. uolum. 1. Ce-
fal. conſil. 65. num. 55. & conſil. 82. num. 47.
Horat. lut. conſil. 161. num. 44. 47. tom. 1. con-
ſil. crimin. in fol. Rimin. iun. conſil. 61. num. 1. &
conſil. 85. num. 20.
Quarto non obſtant depoſita per D. de Fiu-
mẽzano, nam præter, quod non ſit doctũ de a-
liquo aggreſſu in uia, ſeu de agnitione inuita
tranſeuntiũ, & ipſe Fiumẽzanus, ac officialis cõ
cludant nullam uim & inſolentiam ad fuiſſe, ſed
Fiumenzanum, & Marionum ſimul deambu-
lantes fuiſſe repertos, ceſſat uiolentiæ ſuſpicio,
24 qua rurſus † admiſſa, pro eo non tenerentur in-
quiſiti quando non fuerit uis doloſo, nec ex illa
vulnera, vel mortes exinde ſequuta, Crauet. cõſ.
18. num. 9. & 10. Deci. conſil. 565. in fi. num. 7.
Cæpol. conſil. 4. per totum Plotus d. conſil. 131.
nu. 21. in fi. Boſi. tit. de crim. læſæ maiæſt. nu. 23.
25 cum ſeq. Et † ad præſumendam uiolentiam in
ſimili hominum congregatione, requiratur il-
lius dux & caput, ac pręcedens conſilium & re-
quiſitio, Alex. conſil. ultimo, uolum. 2. Proſpe.
Carauit. in titu. Neapol. 68. in prin. & num. 12.
Quæ cum hic ceſſent, ceſſabit quoque pœna ag-
gredientibus itinerantes & coadunantibus per-
ſonas inficta.
Quinto demonſtratur perquam plurimus te-
ſtibus

ſtibus, ad inſtantiam reorum examinatis, ipſos
nõ eſſe ſolitos geſtare arma prohibita de noctè
nec de domo propria ex re poſt primam horã
noctis, vt pa. 160. 167. 169. 180. 182. 194. & 196
26 ſic † arguendo à ſolitis quod in criminibus pro
cedit, ad not. in l. ſi quis donatarius. ff. de vſufr.
27 Euer. loco com. 63. & † quia bonus qlibet ſem-
per præſumatur, maximè in eodem genere bo-
nitatis, ſicut econtrario malus in eodem genere
mali, Marſ. conſil. 77. num. 11. & 12. & in l. mari
tus. num. 39. ff. de quæſt. Marin. conſil. 89. & 48.
& conſil. 91. 62. tom. 2. conſil. crimin. con-
cludemus inquiſitos niſi ex iuſta cauſa, impune
liciteq; noctis tempore in publicum prodijſſe.

Capita modo Nob. D. Bolderij aggrediẽdo,
Reſpondeo ad primum ipſum non teneri vl
lo modo pęna ſtatuto cõtra portantes arma de
noctę. Namque declarat ordo pluries, quod tẽ-
pus præciſum pro nocte in ciuitate attendatur,
& ait poſt ſecundam horam noctis pulſatam, &
conuenit ſtatuto ſimili patriæ, ſub Rub. de augu
mentatione pœnarum colum. 3. verſ. intelli-
gendo noctem, quo ad prædicta à 3. ſono cãpa-
næ, quæ pulſatur de ſero pro cuſtodia Ciuitatis.
& notorium eſt pulſare ad ſonum ſecũdæ horę
noctis, cum primus ſonus ad primam horam, ſe
cundus ad dimidiam horam noctis audiatur. &
teſtes, tam fiſci, quàm inquiſiti vno ore atteſten-
tur D. Bolderium foras exijſſe ad cantilenas dd.
fęminarum, & eodem inſtante aggreſſum & vul
neratum à Iulio Cęſare fuiſſe, ante ſecundam
horam noctis, vt concludunt duo reorũ teſtes,
ac cæteri teſtes fiſci. alij vero tres in media hora
noctis tantum poſt primam. Nonnulli vero, cir-
ca duas horas noctis. Qui vltimi tamen, & ipſi
probant de tempore ante ſecundam horam ſic
pulſam campanæ, tum quia factum poſt rixam
occurſam cũ comite de Gazoldis eueniſſe enar
rant d. hora, vt neceſſe ſit vulnus, & d. Bolderij
rixam cum Iulio Cęſare occuriſſe prius, tũ rur-
28 ſus, quod † depoſitio per verbum, circa, ad ex-
cluſionem maioris delicti, & pœnæ intelligatur
magis per prius, & ante pulſum cãpanæ, quàm
per poſterius, & ſic poſt ſecundam noctis horã,
29 & terminum in edicto præfixum † quando ſem
per in delictis, in meliorem partem interpreta-
tio fiat. cap. Eſtote miſericordes. de reg. iur. cap.
ad audientiam. de homicid. Cæpol. conſil. 1. nu-
mero 7. & conſil. 60. in ciuili. num. 2. Gabriel.
ſuis concluſ. lib. 1. de teſti. concluſ. 4. num. 21. &
dicenus, è domo exijſſe dominum Bolderium
30 ex dicto iſtorum teſtium † ante ſecundam ho-
ram noctis per quartam partem horæ, cum hæc
dictio tale tempus & partem importet, Bart. in l.
ſi quis in ſuo. C. de inoff. teſtam. vel quod ipſi ni
hil certi deponant pro fiſco cõtra inquiſitum,
31 cum † dictio, circa, in teſte ſuper tempore deter
minato deponente reddat probationem du-
biam, incertamve, cap. fin. vbi Butr. de Spons.
Alex. conſ. 207. nu. 8. & ſeq. & 184. num. 9. vol.
7. Ruin. conſ. 29. num. 11. volumine. 1. & 130.
numero quinto, volumine quarto. Corn. conſi-
lio 301. numero ſeptimo, volumine tertio. Ita-
que, vel non erit probatum poſt pulſum cam-
panæ arma detuliſſe, vel ſaltim in media hora
noctis tantum, vt in de pœna inflicta contraue-
nientibus de nocte puniri nequeat.

32 Quod ſecundario ſuadetur, quia † ordines
vtuntur verbo pulſatis &c. ſeu lapſis duabus ho
ris, quod eſt pręteriti temporis. l. verbum erit,
vbi text. & dd. ff. de verbo. ſignif. requiritur ergo
vt ſint pulſatæ ſecunda hora, & dicta campana
pro cuſtodia Ciuitatis iuxta ſtatutũ, vt quis pę-
na pro delicto noctis teneatur, & quod probe-
tur per fiſcum, cum hoc ſit illius fundamentum
ac intentio. vulg. l. qui accuſare. C. de edend.
33 Tertio edicta prohibentia † deferri arma de
nocte, poſt pulſatam ſecundam horam noctis
adeo ſtricte ſunt intelligenda, & formiter horæ
pulſus probandus pro pœna infligenda, vt dixe
rint ſcribentes, quem non contrauenire, ſi in no
cte Iouis. & Veneris ſancti, ſeu feriæ. 5. & 6. heb-
domadæ ſanctæ, ante Paſcha, d. arma prohibita
detulerint. cum dd. diebus & noctibus non pul-
ſentur horæ, nec campanæ, tradit Alberi. in ſe-
cunda parte ſtatut. quæſt. ſeptima, verſic. item
quæro retentis, quem refert Clar. §. fin. crimin.
quæſt. 82. ſtatur. 6. verſic. pone in ſtatutis. Qua
de re, nec in præſenti Dominum Bolderium
pro delatione armorum tempore noctis puni-
ri poſſe cenſeo, quando cõtraueniſſe poſt tẽpus
in ordinibus præfixũ minimè probatũ videam.

Secundo dubitatur num. d. Bolderius veniat
quoquo modo excuſandus, & primo loco attẽ-
tari poſſet legitimè adhuc non eſſe probatum
D. Bolderium telum haſtatum (vulgo, vn ſpe-
do) detuliſſe per Ciuitatẽ, vt innuit dictus ordo,
34 tum † quia teſtes per fiſcum examinati circa id
deponentes inuicem repugnent, non nullaſque
exceptiones in dictis & perſonis patiantur, de
quibus in margine eorum notatum reperitur,
vt integra fides eiſdem non adhibeatur. ad not.
in l. teſtium, vbi, Saliect. C. de teſt. cap. fraternita
tis eodem tit. cap. cum Ioannes. de fide inſtr. ca.
35 cum tu. de teſtibus. † rurſus & falſum deponãt,
quod Dominus Bolderius prodierit è domo.
vnà cum alio ſocio armato, quando ex depoſi-
tis per teſtes dicti inquiſiti eſſet ſolus, cum alio
tantum ſene in eius domo, qui tunc minimè de
domo exijt, & iſti tanquam falſum deponẽtes,
reijciantur. l. eos. C. de falſis, cum vulgar.

Secundo quatenus id conſtaret, non videtur
D. Bolderius detuliſſe arma per Ciuitatem, nec
per uiam publicam, ſed tantum ſuper oſti do-
mus proprię vel propè oſtium, & domum, vt in
nuunt teſtes Victoria & Laura. nam prima vice
telum portæ affixerat, ſtans in oſtio, & ſi non
animo incedendi per viam, ſed ibi permanendi
ac retinend illud pro defenſione & tutella vitæ
& domus, vnde ſequitur ipſum non teneri pęna

36 in ordinibus contenta, cum † factum prope
oſtium, ſeu in oſti non dicatur ſimpliciter in
via factũ, ſed partim in domo & partim extra,
Bald.in l. gallus.§.ille caſus in fi.ff.de.lib.& poſt
hum. Bart.in l.quidam hiberus cum apoſt.ff.de
ſerui, vrbanor.prædiorum, & ſeruit quod dici-
37 tur † factum in porticu cenſeri in domo factum,
Bald. in rub. ff. ſolut.matr. Specul.tit.de incurſ.
§.1.verſ.pone.vbi Ioan. Andr.Bar.in l.quod cõ
claue.ff.de damni.infect.cap.ſi quis in atrio. 17.
q.4. Card.in clem.ciuitas §.1.q.7.de pœn. Sali-
cet.conſil.24.volum.1.conſil.crimi.num.4. Ge-
rard.Mazol.conſil.54.num.26.& ſeq.

38 Tertio † deferre arma, licet ſit de genere pro-
hibitorum ſimpliciter, tam de iure.ll.quàm Co-
dicis.l.1.ff.de crimi.publi.tot.tit. C.vt armorum
vſus lib.11. Duen. regul.iur.55.latè Menoch.de
arbitr. iud. caſu. 394.nu.19.Ioſeph.deciſ.Peruſ.
31. Hipp.Bonacoſſ.in pratica crimin.verbo ar-
39 morum † attamen ex conſuetudine inquiſitis,
vti nobilibus, ac ex licentia ab Excellentiſſimo
Principe obtenta arma deferre licuit, & ſicuti
cenſentur prohibita virtute ordinum Ciuitatis
requirentium dolum ita ſi D. Bolderius illa de-
40 tulerit extra domum, † ac ex qualitati facti præ
ſumatur voluntas patientis l.qui vas. ff. de
furt. l. pri. §. diuus. ff. de ſicar. non tamen præ-
ſumetur detuliſſe doloſe & animo dd.ordini-
41 bus contraueniendi † cum actus qui non ſit ſim
pliciter & abſolute de genere prohibitorum,
non includat dolum, vel voluntatem maleficij,
niſi id probetur, vel foma à ſtatuto data id præ-
ſumi faciat.l.quoties.§.qui dolum.ff.de probat.
tradit Gabriel. de Peruſ. in conſil.38.volum.1.
conſil. crim.in 4. Quodque animus contraue-
niendi doluſque abfuerit rectè dignoſcitur ex
eo quod inermis, nudus ferè, ſolus, & ad effe-
ctum conducendi mulieres in domo, vt biberẽt
è domo exij, ſtatim reuerſurus ex qua momen-
tanea delatione arguitur inſuper, nec ipſum de
42 liquiſſe, nec pœnam mereri, cum hæc † momen
tanea non conſiderentur in criminalibus, &
animus, ac propoſitum maleficia diſtinguant.l.
1.§.eius.ff.de ſicar.l. qui iure.ff.de furt.

Tertiũ caput aggredior, an promittẽs bene
viuere & neminem oſtendere ſub pęna 500.ſcu
torum fiſco applicandorum, incurar illam ſi ma
le viuat, neminem tamen offendat, & videtur cõ
cluſiue dicendum non incurri pœnam niſi co-
pulata concurrant.

Primo ex regula.l.ſi hæredi plures.ff.de con-
43 di.inſt.cum mille vulgas.quod regulariter, † vbi
copula.& in diſpoſitione hominis ponitur, cõ-
curſus copulatorum requiritur, Iaſ.latè in l.1.ff.
de iuſt.& iur.& in rub. C.de iur.& fact. Felin.in
cap.2.de reſcript.

44 Secundo in † pœnalibus ſemper, vbi copula
ponitur, inter diuerſa ſubſtantiua reſpectiue ad
aliquid, vt puta ad pœnam incurrendam, tunc
cõcurſus copulatorum requiritur, nec ex vnius
contrauentione incurritur, per dotrinam gl.in
Clem.in pleriſque, de elect. Bart.num.5.& Soci.
ſen. ſubtiliter. num. 8. in fi.in l.is.qui ducenta
§. cũ item. car.13.ff.ad.trebel.multa in propoſi
to Alex.cum Apoſtil. Molin.conſil.14.cũ.ſeq.
vol.3.& conſil.25.num.14.& 64.num.5.vol.7.
Deci.in cap.2.num.11.de reſcrip.not.in l.ſi.ſti-
pulatus fuero. ff. de verbo.oblig. Cumque hic
tractetur de pœna incurenda per Bolderium
promittentem bene viuere, & neminem offen-
dere, nulli dubium, quod vtrumque ad pœnam
inflictẽdam exigitur, tam quod male agat, quàm
quod offendat, cum adſit copula inter diuerſa
ſubſtantiua ad eundem actum, & reſpectu eiuſ-
dem incurſus pœna. Nec per inobſeruantiam
vnius pœnam incurſam fuiſſe dicere oporteat,
quodque ratione ſuadetur, quia ſi ex ſola mala
vita, ſic ex concurſu vnius tantum, quis in pæ-
nam incideret, etiam pro peccato mortali, vel
alio delicto quantumuis leuiſſimo, ſed punibili,
ſecundum ordines.puta blaſfemando, pœnam
500.ſcutorum incurreret, quod quàm maximè
alienum à veroſimili, abſurdumque ſit ut quis
pro tali delicto 500.aureos nummos ſoluat, ne-
mo eſt qui id ignoret.

Tertio quatenus dici poſſit D. Bolderium ex-
eundo, domum arma detuliſſe, contra ordines,
ex quo momento tantum temporis illa detulit,
45 puniri minimè debet, cum momentanea, † vel
quæ momento temporis durant non ſint cõſi-
derabilia, nec pœnam mereantur, Marſil.in l.ſi.
numero 158. de iuriſ. omnium iud. & dixi ſu-
pra.

46 Quarto venit ſup oſtio † domus ſine armis,
& foras exij ex facto Mediolanẽſis ferè ꝓuocã
tis illum, ita vt dici poſſit, ipſum non teneri pro
cautione pręſtita de neminẽ offendendo, cum
ex cauſa noua prouocationis armatus Mediola
nenſem ſit inſequutus, ad ea quæ tradunt poſt
Bart.in l.aut facta.§.cauſæ, num.1.ff.de pœn.Pa
riſ.conſ.165.num.26.volum.4.Clar.§.fin.crim.
quæſt.47.verſ.quæro & ſi diceretur in exeundo
domũ, detulit arma ſic male egit, & ob id puni-
ri debet, Reſpondetur, quod cum hoc ſit leue, ac
leuiſſimum delictum tempore, perſona inermi,
loco, cauſa, propter quam exit, & facti circũſtã-
tia conſideratis, ob id minimè punietur, quan-
47 do ad hæc leuia delicta non extendantur, pro-
miſſiones, nec ſtatuariæ pœnę, arg.l.ſeia.ff.de in
integr.reſtit. Roma.ſingul.331.copioſe Marſil.
in l. furem num. 9.cum ſequen.ff.ad l.Cornel.
de ſicar.

48 Quinto addo, quod cum hic tractetur † mate
ria pęnali ſtipulationis, ac fideiuſſionis, quæ
omnia ſtrictè interpretantur, arg.l.pen.ff.de pẽ.
& l.quicquid aſtringendę.ff.de verbo.oblig.in
dubio interpretabimur contra fiſcum & pœnã,
49 ca præcipue ratione. quod in dubio cõcurſus
vtriuſq; copulati requirãtur, per Bar.& Soci.in
d.l.is, qui ducenta.§.cum.ita trebel.

Sexto idem comprobo, quia iſtæ promiſſio-
nes & cautiones de non offendendo, vel bene vi
50 uendo † non cõmittuntur niſi propriè, ſtrictè,
& verè per partem committatur offenſa, vel cõ
traueniat promiſſioni, Io. And. in cap. fruſtra 3.
q. verſic. 3. de regul. iur. in 6. Aretinus in l. ſi ita
ſtipulatus. §. criſogonus in fi. & in l. 4. §. cato in
51 fi. ff. de verbo. obligat. † ita vt licet quis delin-
quat ꝑ offenſam. vel malam vitam taliter quod
ad pœnam ſtatuti pro delicto, vel offenſa tenea-
tur, non tamen ſequitur, quod ad pęnam con-
uentionalem, ipſe & eius fideiuſſores ob d. offen
ſam tenebuntur, cum multoties contraueniens
puniatur legis, vel ſtatuti pœna, non tamen cõ-
uentionali de non offendendo. vt colligitur ex
dictis per Alex. in l. ſtipulatus. §. criſogonus in
fi. ff. de verbo. oblig. Alberi. in pri. parte ſtat. q.
55. quos allegat & multis in propoſito compro
bat Bero. conſ. 202. in pri. art. vol. 3. Cum itaq;
52 † non poſſit propriè dici offenſa hæc in aliquẽ
facta, ex actu pro quo actio iniuriarũ mediola
nenſi. vel mulieribus competat, ad not. per Bar.
& Caſtr. in l. licitatio. §. quod illicitę. ff. de publ.
Alex. & Romã. in d. §. criſogonus, & Bero. dicto
conſil. 202. num. 81. Nec rurſus quis male viuat
ex ſolo actu de quo in inquiſitione, eo quia pro
prie non dicatur iniuriam perſonalem alicui in
ferre. nec furari, nec damnum proximo dare,
ſeu terminos bonæ vitę egredi. pro quibus cau
ſis & contra homines rixoſos tantum inoleuit,
35 hæc praxis dandi cautionem de bene viuendo;
de qua per Herculan. in tract. de caut. de non of
fendendo cap. 22. in pri. & num. 5. ſequitur nõ
dici vllo modo hanc pœnam incurſam, cũ pro
ximus læſus non fuerit, nec alicui illata iniuria
à D. Boldero tãquam rixoſo, eſto quod aliquo
modõ diceret arma prohibita geſtaſſe, & in pę
54 nam armorum incidiſſe. hæc † enim cautio ſimi
liter odioſa eſt & reſtringẽda, vt hinc omnibus
in vnum collectis recte firmetur reum inquiſi-
tum abſoluendum fore, & omni reſpectu à pœ
nis delinquentibus de nocte inflictis. Qui reus
excepta ſola pęna armorum ordinaria quinqua
ginta aureorum numorum, cæteras cauſit.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO D. CAESARE CARROSIO.

ARGVMENTVM.

Immunitas, an detur pro ripatica, ſeu pontium pedagio ex tempore, & reſpectu quorum, & quando.

Exemptus quis poſſet eſſe ab oneribus cauſa pietatis. vel neceſſitatis impoſitis, etiam ex verbis vniuerſalibus.

Præſcribatur ne immunitas ex non ſolutione onerũ, & quando.

SVMMARIVM.

1 Immunis nemo dicitur à tranſitu de ripa ad aliam, nec Eccleſia ipſa.

2 Pontes ſuper fluminibus publicis æquiparantur viæ publicæ.

3 Gabella pro viæ publicæ ſeparatione impoſita, nemo eximitur, ex communi.*

4 Munera, oneraque pietatis, vel neceſſitatis cauſa indicta, quælibet perſona etiam Eccleſia ſubit, ex communi.*

5 Exempti priuilegio temporis longiſſimi, onera cauſa neceſſitatis, & pietatis indicta ſoluunt.

6 Conſuetudini in aquis, & pontibus ſtandum eſt.

7 Solitum in vna, vel duabus vicibus, verificatur.

8 Solutio pedagij priuilegium immunitatis tollit.

9 Immunitas oneroſa per uerba uniuerſalia geminata conceſſa, onera cauſa belli, & peſtis impoſita, ac non ſolita comprehendit.

10 Princeps circa exemptiones, & immunitates ſtatuti.

11 Clauſulæ geminatæ, circa onera, non operantur, ubi ſit lex poſterior ædita prohibens quemlibet fore exemptum.

12 Caſus cõprehenſus de iure per incluſionem ſimilium, non dicitur excluſus, ſed non reprobatus, & incluſus.

13 Interpretatio in priuilegijs immunitatum fit, prout æquitati, & ueroſimilitudini conuenit.

14 Sequela facti mentem concedentium declarat.

15 Exemptio ſtricte interpretatur, licet ſit fauorabilis.

16 Conductor fructum rerum exemptarum, nõ gaudet exemptione.

17 Teſtes ſingulares non probant, etiam in materia ** *conſuetudinis, ex ** communiori, id etſi non iurant in termino, & alijs modis.*

18 Pons, ſeu portus fluminum, inter regalia Principum numeratur.

19 Regalia niſi tempore immemorabili præſcribun * *tur, ex* communi.*

20 tempus immemorabile, quando probetur.

21 *Præſcriptio regalium quatuor requirit, longum tempus quadraginta annorum, bonam fidem contradictionem requiſiti ſoluere, & ſcien-*
** *tiam Principis, ex ** communiori, licet contra aliqui teneant, ut num. 25.*

22 *Bona fides in omni præſcriptione, etiam centenaria, requiritur.*

23 *Præſcriptio centenaria, & omnis quaſi poſſeſſionem requirit.*

24 *Præſcriptio in iuribus negatiuis, non incipit, niſi bina contradictionis, & num. 26.*

25 *Immunitas ex nõ ſolutione per quadraginta annos acquiritur.*

26 *Titulus quilibet coloratus ſufficit ad inducendum præſcriptionem, ex ſolo curſu temporis.*

27 *Immunitas nõ præſcribitur ab exiſtente in mala fide.*

CONSILIVM CXLII.

TRINTAS ADSIT.

INTENTIO Cæſaris Carroſij cõductoris põtis, ſeu pedagij
exiſtentis ſuper flumen ollei, de
quo in cauſa fundata iure dicitur
cum nemo quauis dignitate præ-
1 ditus, nec etiam Eccleſia ipſa † immunis cẽſeatur ab hoc onere ſoluẽdi ripaticã conſuetã, ſeu
traiectũ perſonarũ, fructuũ, rerũ, ac bonorum
quorumcunq;, ſuper ponte de ripa ad aliã, tex.
eſt in §. ad hæc ſancimus. auth. de Eccle. tit. l. ſunt
munera. ff. de vacat. mun. l. 1. & ibi not. C. de his.
qui à princip. Hugo tract. de offic. 4. prælatorũ
rub. de muner. excuſat. nu. 7. & ſeq. multa ad pro
poſitum adducit Rimin. conſil. 31. num. 27. &
2 ſeq. volum. 1. Iſti † enim pontes ſuper flumina
publica æquiparant viæ publicæ, & à pari procedunt, Gulielm. in l. neminem verſ. ſi autem
quæras de refectione viarũ. C. de ſacr. ſanc. Eccleſ. Rimin. d. conſil. 31. num. 27. Cæpol. tractat.
ſeruit. Vrban. prædio. ca. 70. de ponte in fi. & de
ſeruit. ruſtic. prædio. ca. 4. num. 90. & 91. & ideo,
quemadmodũ nemo à viæ refectione, nec à ga
3 bella quæ ꝑ via reperitur impoſita, immunis dicitur, nec ſimiliter ab onere ſoluendi traiectum
fluminis, ſeu dicti pontis pedagiũ excuſabitur.
l. ad inſtructionem. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. vbi
ita, Cin. Alber. Bart. & alij. Innocen. Card. & reliqui in c. non minus de immunitat. Eccleſ. ample Duẽna in regula iuris verbo clericus, & om-
* nium * commune dictum per Viui, com. opi.
lib. 2. opin. 42. Ripa tract. de peſte nu. 234. Soarez. recepta opin. verbo. clericus num. 135. Barbat. conſil. 29. vol. 4. Ioan. de Amic. conſi. 146.
num. 4. Natta, ex communi conſil. 280. num. 6.
& 311. eodem volum. 2. Capra regul. ſuis q. 6.
num. 69. Feſtas tract. de æſtim. 4. parte. de collec.
quæſt. 1. num. 15. Modern. Pariſ. conſi. 11. & 12.
Vaſque vbi de communi, de ſucceſſ. par. prima
lib. 3. limitat. 7. num. 180. Cacher. deciſ. pedem.
68. per totam. Ad hæc namque munera, onera
pietatis cauſa, vel neceſſitatis indicta, per principes, inter quæ viarum, & pontium conſtructio, refectio, & conſeruatio, connumerantur,
4 quælibet † perſona etiam Eccleſiaſtica tenetur,
* & conferre cogitur, Anchar. conſil. 95. ex * cõmuni, Alba. conſil. 1. num. 9. Vaſque, & Cacher.
vbi ſupra, Franc. ab Eccleſia inter conſil. feud. 2.
impreſſ. conſil. 4. & 5. Quinimmo & ad eadem
5 tenentur etiam † exempti priuilegio, temporis
* cuius initij memoria non exiſtat, vt multa exempla colligit in propoſito Bero. conſ. 153. per totum. volum. 3. & Modern. Pariſini. d. conſil. 11.
Condemnabitur ergo Magnificus Eques de Piperarijs, ad ſoluendum pedagium pontis, cum
nemo à dicto onere excuſetur, & eo fortius, dũ
appareat ex teſtibus examinatis pro conductore Equitem retroactis temporibus ſoluiſſe, & ſolitum eſſe pro perſonis, fructibus, & rebus tranſeuntibus per pontem, perſoluere pedagium &
traiectum conſuetum, vt in præſenti ſoluere idẽ
debeat, cum in pontibus & aquis ſtandum ſit
6 † ſolito & antiquitati. Bald. in tit. de pace conſtantiæ. 6. colum. per illum text. quem refert Cæ
7 polla d. cap. 70. de ponte nu. 70. qui † ſolitus in
vna uel duabus vicibus, verificatur. Bar. in l. nulla ff. de alime. & cib. legat. Deci. conſil. 442. nu.
11. Rimin. dicto. conſil. 31. num. 51. & quia pro-
8 pter tales † ſolutiones & tranſitus pedagium ꝑſtitum immunitati, ſi quam habuit, & eius priuilegio renuntiaſſe cenſetur, cap. priuilegium 11.
quæſt. 3. l. 2. C. de iur. dom. impetr. Bart. in l. 1.
C. de his, qui ſpon. mun. ſube. lib. 12. Balb. de
præſcript. 4. prin. quæſt. 30. num. 7. Felin. in cap.
cum acceſſiſſet, de conſtit. Crot. conſ. 64. nume.
vel ſi non eſt priuilegio D. Equitis, vel authorũ
ſuorum renuntiatum, ſaltem declaratum videtur, ex ſubſequentibus ſolutionibus, quod priuilegium ad d. opus pium, pedagijque ſolutionem pro dicto ponte nõ extendetur, Gozad. in
propoſito conſil. 23. num. 47. & ſeq.

Non obſtant modo, quæ in contrarium adduci poſſent.

Primo priuilegium immunitatis, de quo in
actis cõceſſum dicto Piperario ex cauſa oneroſa ab omnibus, & quibuſcunq; oneribus etiam
ordinarijs, & realibus, vt in eo legitur, propter
9 quæ verba † vniuerſalia geminata videretur, immunitas comprehenſa, cum, & alias ſub illis
grauamina impoſita cauſa belli, peſtis, ſic ſpecialia, & non ſolita comprehendi, includantur,
ex doctrina Alexand. conſilio ſecundo, volumine primo, conſilio. 30. volumine quinto, Pariſ.
conſilio. 25. num. 113. & conſil. 68. nu. 29. vol.
1. Feſtas tract. de æſtim. 4. part. q. 20. nume. 46.
& 51. Albert. conſil. 22. in fi. Pelata conſilio 24.
num. 3.

numero. 3. uolumune ſecundo, conſilio feuda.
Reſpondetur tamen primo priuilegiũ illud,
in hac parte mininiè fore attendendum, cum ſit
conceſſum ante annum 1530. quo tempore ex
ordine Excellentiſſimi Ducis Federicis (nuncu-
pato del 30.) omnes cõceſſionis, priuilegia, ex-
emptionis, ac immunitatis, in quantum dicto
ordini obſtent, vel repugnent, reuocentur, ex
cauſa neceſſitatis ibi expreſſa, & omnia ad illam
legem, dictique ordinis formam reducuntur, &
10 moderantur, quod fieri † poterat. per Crau. con
ſil. 195. num. 8. & ſeq. cum. itaque in 4. capite d.
ordinis iſti exempi, etiam ſub. quibus vis ver-
bis geminatis, pręgnantibus, derogatorijs, cuiuſ
ue generis exiſtant, non potiantur maiore priui
legio & immunitate, quam. coloni terrarum Il-
luſtriſſimorum Principum, qui tamen ad agge-
res, refectionemque pontium, & viarum tenen-
tur, ſic ad onera pontium, aggerum, & viarum,
vt in ordine legitur, nõ mirum erit, ſi & priuile-
giati pedagium ſoluere aſtricti erunt, dum occa-
ſionẽ refectionis pontis, tranſitusque de ripa ad
ripam, (quòd & bona illorum neceſſario reſpi-
cit, & ſine quo ipſa non tranſirent ad alia vicina
11 loca) ſoluatur vt ſupra. Non enim † clauſulæ ge-
minatæ circa onera operantur, vbi ſit ædita po-
ſterior lex municipalis, prohibens quẽlibet ex
emptum fore, niſi pro vt in dicta lege contine-
tur, Deci. conſi. 165. colum. 2. & conſil. 168. Iaſ.
conſilio 121. volumine quarto, Feſtas. vbi ſupra
numero 52.
Secundo dictæ immunitatis inſtrumentum
aggeres, & deganeas excipit, ad quę Piperarius
vult teneri, ea rationi, quod ſint caſus commu-
nes omnibus, ac ſint cõmoda reſpiciẽtia, tam
exemptos, quàm non exemptos, & pro quibus
quilibet grauari debet, ut elicitur in dicto ordi-
ne del 30. & maximè cap. ſeptimo in fine, vnde
& ad pontis pedagium, & traiectum tenebitur,
cum æquiparantur tam ex ordine, quàm iure
communi, nec incluſio illorum excludat ſimilia
12 onera ſoluenda, quia caſus † comprehenſus
aliàs de iure communi, per incluſionem aliquo-
rum ſimilium, non dicitur excluſus, ſed tantum
non reprobatus, adeo, quod. de illo vti de inclu-
ſis iudicatur. ar. l. ob. æs. C. de præd. minor. Cur.
ſen. conſil. 75. num. 14. Deci. conſil. 70. & non-
nulla in ſimili caſu, de reſtauro, congerit Ce-
phal. conſil. 257. numero primo. 17. & ſequen.
volum. 2.
Tertio colligitur ex duobus vltimis pactis di-
cti priuilegij, Excellentiſſimum Principem con-
cedẽtem reſtringere immunitatem animalium
dictorum fratrum, reſpectu herbatici, (vt aiunt)
& datij, ſeu gabellæ venditionis fructuum fętus
& animalium eorundem, ad illa tantum, quæ
erunt, & colligentur ſuper dicta terra, nec mit-
tentur extra dictam curiam reſpectiue, vt ibi, &
dummodo datium non excedat quinque duca-
tos, in annos ſingulos, ſic ex mente prẹſumpta
concedentis infertur, non dic conceſſam im-
munitatem hanc pedagij portus.
Primo, quia id dixiſſet, vt de cæteris,
Secundo eſt extra curiam, & pro diuerſa cõ-
dutione.
Tertio, quia excederet quantitatem limita-
tam, cum alias ex eo, quod veroſimile ſit, & ęqui
13 tati conueniat, ſimilium conceſſionum † inter-
pr̃ætatio, & declaratio fiat Crauet. conſil. 3. nu-
14 mero 22. conſil. 135. num. 33. & ſeq. & ex † ſe-
quela facti, nempe ſolutionis pedagij declare-
tur, qualis fuerit concedentium mens dubia. l.
minima l. ſi de interpretatione. ff. de leg. ca. cum
dilectus. de conſuet. Bart. conſil. 59. commune
Spoleti, Crauet. conſil. 101. num. 3. cum vulgar.
15 ſemperque contra exemptionem iudicatur,
quæ & ſi fauorabilis, ſtricto tamen iure inter-
pretetur, l. 1. in fi. ff. de iur. immunit. l. 1. C. iu-
re immuni. nem conced. lib. x. Alex. conſ. 2. nu.
12. Deci. conſil. 468. num. 31. Feſtas. de æſtim. 4.
parte, de immunit. cum clauſula non obſtat, nu-
mero 48. nec niſi caſus in ſpecie nominatos in-
16 claudat, nec conductores fructuum exemptorũ
comprehendat, Aymo conſi. 18. cum. ſimil.
Hoc fortius procedere cenſeo, qua vt audio terræ
forè ſolummodo dictæ curiæ Caballariæ tran-
ſeunt per dictum pontem ollei, & cum omnes
prætendant hanc exemptionem æqua lance, ſi
iſta immunitas procederet, ſequeretur abſur-
dum, & quam maximè iniuſtum, quod peda-
gium à nullo ſolui deberet, ſicque nimis graua-
retur Princeps illius dominus, omne in commo
dum abſque commodo portans, contra not. p
Feſtas. loco citato nu. 91. Nec repugnant dicta
tot teſtium examinatorum. omiſſo enim, quod
17 omnes ſint † ſingulares, nec ideo probent, in
materia etiam conſuetudinis, puta non ſoluen-
di, per Petr. & Cin. in l. 1. C. quę ſit longa con-
** ſuet. ex veriori ** opinione relata per Gabriel.
commun. opin. concluſ. 2. de teſtibus. num. 25.
durauerint extra terminum, ſic nulliter, & in ci-
tata parte, Roman. conſilio 192. in fin. vbi
Mendoſ. ſentiant commodum, ex auditu lo-
quantur, ſuper negatiua deponant, & multa pa-
tiãtur, quæ omnia ſunt in cauſa, vt dictis teſtibus
nulla fides habeatur. de quibus per Curt. &
Crot. tractat. de teſt. nouell. regul. iuris. verbo.
teſtis reprobatio, regul. 216. cum ſimil. Dico
per ipſos teſtes, nullo modo præſumptionem,
vel ius immunitatis præſcriptum probari. Cum
18 enim d. † Pons, vulgo Portus, nuncupatus,
ſeu tranſitum de ripa fluminis publici ad aliam,
inter regalia Principum connumeretur, Cæ-
polla de portu capit. vigeſimo octauo, nume-
ro ſecundo. Hugo. vbi ſupra, de numerum ex-
cuſatione num. 7. Moderni Pariſini. conſi. 14. in
19 principio. non potuit eius præſcribi † immuni-
tas. niſi tanto tempore, de cuius initio non con-
ſtet, arg. doctr. Bart. in l. licitas. §. earum numero
4. cum appoſtill. ff. de publ. Bald. conſilio. 445.

nu.7.vol.5.ex * comm.opin.de qua per Siluan.
conſ.96.num.4.cum ſeq.Corn.conſ.258.col.2.
20 vol.4.Quod † tamen tempus immemorabile, ad
hunc effectũ, nec deductum, nec probatum fuit,
quando multa ad id requirantur, quæ in præſen
ti, nec fere capitulata videam. teſtes enim debẽt
eſſe annorum 54. & deponere certitudinaliter
de quadraginta, & vltra, & quod ſemper cõmu-
nis fama, & opinio fuit, non extare memoriam
in contrarium, nec unquam obſeruatum fuit. &
quod id ab anteceſſoribus, audierunt, & viſum
fuit. not. gl. & doct. in cap. primo. de pręſcr. in 6.
Guid. Papa decis.586. Pariſ. conſi.27. nume.47.
cum ſeq. vol.1. in propoſito Caſſan. conſuetud.
Burgund. Des iuſtices. §.2. num.8. fol.28. & titu.
Des foreſtes. §.2. nu.30. fol.371. in fi. Rim. conſ.
31. num.51. & 52. volum.1. ſuffragatur, quia pręſuppoſito, quod immunitas, à ſolutione peda-
21 gij 40. annorum ſpacio † præſcribatur, ac teſtes
de dicto tempore concluderent, non eſt proba-
tũ, Piperarios fuiſſe in bona fide, & aliàs requi-
ſitos ſoluere vectigal portus contradixiſſe & nõ
ſoluiſſe, Principe tacente, vnde præſcriptio non
procedit, nec allegari valuit. dicta enim quatuor
requiſita, omnino concurrere opus erat, iuxta
** ** communiorem, de qua per Alex. conſil.136.
per totum volum.2. quam ſequitur Curt. iun.
conſil.60. num.7. Ripa reſponſorum lib.2. cap.
4. in fi. & reſponſorum. lib.1. cap.14. numero 2.
Balb. de præſcript. 2. par. 5. parte prin. q.7. nu.4.
fol.56. Alba. conſi.61. nu.38. Natta conſil.226.
num.7. Bellon. conſ.1. num.15. Boer. deciſ.264.
nume.19. Villabob. communium opinionum,
22 verbo præſcriptio. nu.221. & 256. Bona † enim
fides in qualibet longiſſimi temporis etiam cen
tenaria præſcriptione requiritur, cũ ſine ea nul-
la procedere valeat, Balb. ubi ſupra in fi. num.5.
Igneus in l. neceſſarios. §. non aliter num.129. ff.
ad Senat. Conſul. orfician. latiſſimè Didac. Co-
uar. Relect. c. poſſeſſor 2. par. §.8. nu.4. ubi ait tẽ-
pus immemorabile pręſumere quidem bonam
fidem, ſed ſi aliter de initio malæ fidei conſtet,
nunquam præſcriptionem currere, quod egò
non firmo pro nunc, & de hoc ſcripſerim con-
ſilio 127. numero 30. & inſuper & requiſitio, ac
contradictio ex parte præſcribentis, cum hæ cõ
23 ſtituant quaſi † poſſeſſionem immunitatis, ſine
qua præſcriptio quamuis centenaria nõ proce-
dit, Grat. conſil.61. num.25. volum.1. Cæpbal.
conſil.40. num.32. & quia in bis iuribus negati-
uis, ſeu non ſolutionis portus, uel pedagij, non
24 potuit incipere † pręſcriptio, niſi à die binæ cõ-
tradictionis Dominorum de Piperarijs, factæ,
ſciente & aſſentiente Excellentiſſimo Domino.
not. Card. in cap. ſignificantem de appell. Caſ-
ſan. vbi ſupra Des ceuſes rub.11. §.2. num.9. &
ſeq. latè Riminal. conſi.31. num.50. & 52. vol.1.
Neuizan. conſil.42. num.9. Quinimo dicunt do-
ctores in his actibus meræ facultatis, puta quis
ſine præmio hoſpitatus ſit amicum, uel cum de
ripa ad aliam traduxerit, abſque pedagio, non
currit aliqua præſcriptio, etiam ſi mille annis id
obſeruatum fuerit, provt in hac materia multa
refert & accumulat Roland. à Valle cõſilio 53.
num.20. ad num.30. volum.2. ex quibus ſimul
iunctis, videtur omnino reum, nõ probaſſe, nec
deduxiſſe incumbentia, nec pro quadragenaria
præſcriptione immunitatis pedagij, vel portus.

Minus obijciatur ſufficere abſque alia requiſi
tione contradictione, bona fide, & ſcientia, pro
bari non ſolutionem per tempus 40. annorum
25 ut † immunitas acquiſita dicatur, iuxta conſil.
Aim.111. per totum, & num.11. & de antiquit.
tempor. part.4. num.254. Siluan. conſi.60. num.
43. & 44. nonnullos, per Couar. loco ſupra alle-
gato. §.2. nu.8. qui in ſpecie tenent, contra Ale-
xan. d. conſil.136. volum.2.

Quia dupliciter reſpondetur, primo opinio-
nem Alexandri, ſatis communiorem & verio-
rem dici, ex authoritatibus, & rationibus, de qui
bus ſupra.

Secundo dicta per Aymon. Silu. & alios pro
26 cedere tantum, quando † titulus aliquis allega-
tur, quando eo caſu coloratus tantum ſufficiat
ad præſcriptionem inducendam, cum ſolo cur-
ſu temporis abſq; contradictione, & requiſitis,
de quibus ſupra, provt in ſpecie notarunt. Balb.
d. q.7. in fi. Ripa reſponſorum lib.1. c.14. nu.25.
ita procedunt tradita per Alex. conſil.30. vol.5.
Corn. conſil.44. vol.2. & conſi.22. vol.3. Bar. cõ
ſil.59. commune Spoleti, & Roman. conſi.252.
in 4. dubio, volentes dictam præſcriptionem in
cipere, quando collectę, ſeu pedagia publice im
poſita fuerint, & præſcribens ea ſoluere recuſa-
uerit, gl. & Canon. in cap. cum eccleſia ſutrina,
de cauſa poſſ. & propric. in propoſito cum nul
lus titulus etiam coloratus, ſtãte ordine del 30.
nuncupato per dominum de Piperarijs, allege-
tur, abſque dubio præſcriptione ſe tueri non po
teſt, tanto minus, quia nec de tèmpore 40. anno
rũ conſtet, nec de 30. rurſus ipſe ſoluerit, & eius
agentes dictum pedagium, ac cum non ignora-
uerit cæteros tranſeuntes per dictum portum, il
27 lud teneri ſoluere, non ſoluendo † in mala fide
conſtituitur. vt nullo tempore immunitatẽ pręſcribere potuerit, ita in terminis Roman. conſ.
235. num.7. & 8. cum apoſt. & hæc ſufficiant ad
fauorem Carroſij ſubconductoris Excellentiſſimi Principis, pro quo iudicatum fuit.

Franciſc. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO NOBILI DO. ALFONSO Cremaſco.

ARGVMENTVM.

Vaſallus quando non ex renouatione inueſtituræ em phitcoſis in tempore cadat, & excuſetur.

Et quando teneatur deſignare preciſè terram, quam recognoſcit à Domino directo.

Et quomodo ab iſtis vaſallus ignorans, vel allegãs aliquam iuſtam cauſam, ſeu ſolutiones alicui, nomine Domini factas, excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Actoris intereſt plures actiones habere.*

2 *Inueſtituram non renouans in tẽpore debito virtute antiquæ inueſtituræ, amittit rem, quam ipſius vigore poſſidet.*

3 *Diſpoſitio limitata ad certum tempus, vltra illud non porrigitur.*

4 *Clauſula ad renouandum de nouennio in nouennium, in inueſtituris appoſita, operatur, vt tot dicantur contractus, quot ſiunt nouennia, enucleaturque num. 36.*

5 *Inueſtituræ renouatio, ſi non petatur, res, in commiſſum cadit, ſi adeſt clauſula de nouennio in nouennium, de commum.**

6 *Inueſtituram non petens à nouo Domino, ſaltem intra annum, cadit à iure ſuo*

7 *Solutiones liuellorum releuant caducitatem incurſam, ſi à Domino accipiantur.*

8 *Renouatio inueſtituræ fieri debet in ſcriptis, et in num. 44. declaratur.*

9 *Scientia caducitatis requiritur ad hoc, ut per acceptationẽ liuellorũ cenſeatur remiſſio ipſius.*

10 *Procurator cum libera adminiſtratione, & facultate non poteſt donare, quod competit Domino reſpectu caducitatis occurſæ, & qualiter procedat num. 58. & 65.*

11 *Ignorantia in dubio præſumitur, & eo magis in facto alieno.*

12 *Ignorantia allegata, vt excuſet, debet eſſe iuſta, probabilis, ac veriſſimilis.*

13 *Iuramentum non admittitur ad probandũ ignorantiam non veriſimilem, nec in facto proprio ex* communi num. 47 in fi. quod declaratur. num. 48.*

14 *Scientia ex coniecturis, arguitur.*

15 *Inſtrumentum pœnis ſe habens, præſumitur quòd ſciat in eo contenta.*

16 *A ſcientia partis ad totius ſcientiã infertur, qđ procedit, vt in num. 71.*

17 *Scientia p̃ſumit̃ a facto cohabitãtiũ, & conſanguineorũ, propter quã nõ competit reſtitutio in integrum, & qualiter, nu. 72. & ſequen.*

18 *Notitia veriſimiliter præſumitur, cum tractatur de magno negocio, & qualiter, num. 76.*

19 *Quis præſumitur ſcire illud, quod inquirere tenebatur, & quod veriſimiliter inquiſiuit, & quomodo procedat in num. 78.*

20 *Sciẽtia tutricis dicitur ſcientia pupilli, & nu. 80. declaratur.*

21 *Pupillus, & minor dicunt̃ ſcire p ſuos tutores.*

22 *Emphiteota, & vaſallus tenetur deſignare rẽ pro qua ſit liuellarius ad oẽm Domini requiſitionem, niſi ſit cõtrauerſia, an ſit liuellarius.*

23 *Paria ſunt quid nõ facere, vel facere inutiliter.*

24 *Pluraliter rerum præſumitur, niſi identitas probetur.*

25 *Duæ demonſtrationes regulariter ſufficiunt, quod intelligendum, vt num. ſequenti.*

27 *Viarum communium mutatio dicitur impoſſibilis, cum à Principe dependeant.*

28 *Qualitas incerta, attendi non debet.*

29 *Pœna priuationis nunquam imponitur, niſi lex exprimat.*

30 *Agens ad caducitatem ex lapſu temporis inueſtituræ, qua vt odioſa eſt reſtringenda, probare debet clarè ipſam caducitatẽ incurſam eſſe, omniaq; ex parte ſua adimpleuiſſe ex* cõi.*

31 *In pœnalibus niſi culpabiliter ceſſatum, cõmiſſumve dici poteſt.*

32 *Emphiteota priuari nõ debet, de re, niſi legitime de culpa conueniatur.*

33 *Emphiteota nunquam cadit ex omiſſa petitione renouationis inueſtiture, niſi doloſe agat, nec aliqua de cauſa excuſetur.*

34 *Succedens in locum alterius iuſte ſe ignorantẽ, allegat.*

35 *Iudicari ſemper ſolet in dubio, contra pœnam.*

36 *Verba iſta in perpetuũ in inueſtitura appoſita, quid operentur.*

37 *Traslatio vtilis dominij facit contractum vnicum eſſe, etiã quòd adſit clauſula de nouẽnio in nouennium, in inſtrumento.*

38 *Actio perſonalis quæſita ex prouiſione hominis, non tollitur, niſi ſpacio triginta annorum, ex * communi.*

39 *Contractus emphiteoticus, ex ſcriptura vere perficitur, ex ** communiori.*

40 *Tacite commiſſo renuntiatur ex receptione penſionum, ex* communi.*

41 *Ad euitandam caducitatem, non refert cui, & quomodo penſio ſoluatur, dummodo ſoluatur, ex ** communi.*

42 *Caducitas remittitur per Epiſcopum, ex ſola receptione penſionis, abſque capitulo, ſi Epiſcopus ſolus potuit inueſtire.*

43 *Renouatio condictionis noua inducta cenſetur, cum emphiteota, qui ceciderat, permanſerit in poßeſſione rei conductæ, poſt tempus caducitatis.*

45 *Contractus omnes regulariter ad eorum validitatem ſcriptura non indigent, niſi pro faciliori eorum probatione.*

46 *Penſio fructibus reſpondens, & nominatio locationis a partibus, facit, quòd contractus naturam ſuam locationis retineat.*

47 *Emphiteota non cadit à iure ſuo, ob non petitam renouationem, non ſequuta declaratione Domini, & cum emphiteuſis ſit perpetua.*

49 *Negligens nemo præſumitur in his, quæ ſibi agẽda incumbunt.*

50 *Anni decem in maſculo, ad obliuionem inducendam, conſiderantur.*

51 *Paria ſunt facere aliquod per alium, ac ſi ipſe ex ſe faceret.*

52 *Interpretatio ſemper fit ad erroris excluſionem.*

53 *Iuramento partis ſtatur in paruis, & quæ ſunt modici momẽti, pro demõſtranda ignorãtia.*

54 *Ignorantia in inueſtiente non præſumitur, qui ſcire tenetur, quando finitum eſt nouennium, ut recognitionem nouam, vel caducitatem*
* *petere poſſit, ex * communi.*

55 *Scire, & ſcire debere paria ſunt, nec excuſatur prætextu ignorantiæ, qui ſcire potuit.*

56 *Liber cenſuũ apud Dominum exiſtens, arguit ſcientiam in eo contentorum.*

57 *Mentionem habens de aliqua re, præſumitur illius notitiam habere.*

59 *Liuelli exacti cenſentur partes pretij, ſeu penſionis.*

60 *Solutio ab alio nomine alieno facta, prodeſt in*
* *conſeruatione iuris realis, ex * communi ſententia.*

61 *Procurator ſpecialis, vel cum libera facultate*
* *caducitatem remittit penſionem acceptando.*

62 *Caducitas incurſa non dicitur, niſi prius Dominus eam declaret.*

63 *Domino ante declarationem, nihil acquiſitum irreuocabiliter dicitur.*

64 *Solutio etiam extraneo facta, operatur vaſalli*
** *liberationem à commiſſi pœna, ex ** veriori.*

66 *Hæres reſtitui debet in integrũ aduerſus caducitatem incurſam, facto defuncti.*

67 *Inueſtitura reperta apud vaſallum inducit preſumptam ſcientiam in ea contentorum, non facit tamen, quòd de æquitate non ſit in integrum reſtituendus.*

69 *Solutio penſionis non arguit neceſſario inueſtituram aliquam, vel aliam ſcripturam.*

70 *Scientia neceßaria non arguitur per ſolutionem penſionis, quæ fieri poteſt abſq; inueſtitura.*

72 *Coniunctus ſanguine, & cohabitans præſumitur ſcire geſta per coniunctum.*

75 *Minor, & abſens æquiparantur.*

77 *Dominus poteſt cogere uaſallum, etiam ſoluẽtẽ ad oſtendendum rem, pro qua liuellum præ-*
* *ſtat, ex * communi.*

79 *Cenſus in dubio iudicatur, ob cuis non ſolutionem etiam annorum mille, non cadit quis à iure ſuo.*

81 *Præſumptio veriſimilior aliam tollit præſumptionem.*

82 *Hæres, vt ignorãs reſtitui sẽper debet in cauſa*
* *caducitatis incurſæ, ex * communi.*

83 *Dominus aſſerens rem cecidiße in commißum, probare debet ſcientiam vaſalli cadentis.*

84 *Hæres vaſalli excuſatur, reſtituiturq; de æquitate aduerſus caducitatem, etiã quod in ſcripturis repererit inueſtituram emphiteoſis.*

85 *Minori competit reſtitutio in integrũ ex clauſula generali tam contra tutricem, quàm contra actum ipſum omißum.*

86 *Caducitatis pœna, quæ ordinaria eſt ex præſum*
* *ptionibus tantum, non irrogatur, ex * communi.*

87 *Identitas rei immobilis ex verificationẽ qualitatum confinium contractæ, & nominis demonſtratur.*

88 *Confines duo, & qualitates verificatæ ſufficiũt ad identitatem corporis iuſtificandam, ex cõ-*
* *muni * ſententia.*

89 *Aßerens rem in commißum cecidiſſe, ob non aſſignationem iuſte factum, debet probare omnes confines ipſius eſſe uariatos.*

90 *Viæ publicæ, & fluminum coherentia certa non eſt, quæ pluribus terris, locis, & rebus conuenit.*

91 *Pœna caducitatis non incurritur, niſi ex dolo vaſalli.*

92 *Inſtrumenta vetera feudi eduntur viciſſim p Dominum, & vaſallum, vt cognoſcatur rei identitas.*

93 *Inueſtituræ primæ obſeruandæ ſunt, tamquã radices, & fundamenta nouarum.*

94 *Inſtrumenta antiqua ſemper attenduntur, in feudi deſignatione.*

95 *Clauſulæ quãtuncunque fuerit reperta, natura, & ſignificatio.*

Vaſalli

96 *Vaſalli oblatio facta de aſſignando in proprijs*
terris contiguis petiei terræ demonſtratæ quã
titatem in prima inueſtitura comprehenſam,
operatur, vt ceſſet dolus vaſalli hæredis reco-
gnoſcentis.

97 *Vaſallus recognoſcens in feudum centum iuge-*
ra, qui tamen nisi quinquaginta poſſidet, quod
facere debet indennitati ſuæ conſulendo, si te-
netur ea designare.

98 *Cautela eſt pro vaſallo, qui ſoluit certum cenſum*
pro qualitate incerta, vt requisitus tantum
partem designet, quantam capit cenſus reſpe-
ctiuè, ne bona omnia ſubiaceãt ſeruituti feudi.

CONSILIVM CXLIII.

TRINITAS ADSIT.

VIDERETVR ex inſraſcri-
ptis iudicandum contra Magni
ficum Dominum Alphonſum
Cremaſcum in cauſa caducita-
tis, quam agit Illuſtriſſimus do-
minus Alexander Gonzaga, cu-
ius intentio, caducitatisve declarata ſuper duab.
1 prætenſionib. videtur fundata, ſicuti † cuius in-
tereſt habere plures actiones. l. cum filius. §. ua-
rijs. ff. de leg. 2.

2 Prima ex eo, quia non renouauit in tempore,
prout tenebatur virtute pacti, inueſtituram petię
terræ, de qua in cauſa: ſecunda ex eo, quia requi-
ſitus non dedit in notam legitimè petiam terrę
prædictam, iuxta formam ſtatuti.

Quò ad primam videtur facere pro Illuſtriſſi
mo domino Alexandro, & contra magnificum
Dominum Cremaſcum deciſio Afflict. in c. 1. §.
aut ſi libellario quib. mod. feud. amitt. nu. 4. Ber.
conſi. 116. num. 15. 16. conſi. 117. 119. in 1. par.
gl. & Doct. in c. 1. de præcar. nam verba inueſti-
turæ ad nouem annos, cum ad tempus certum,
& reſtrictum ſtent, finitis nouem annis, dicitur
3 finitum ius, † quia diſpoſitio limitata ad certum
tempus, ultra illud tempus nõ porrigitur. l. ſi ita
quis. ff. de vulg. & pup. Alciat. conſi. 5. lib. 8. tom.
3. Ruin. conſi. 16. num. 12. in prin. & per illa uer
4 ba, † ad renouandum de nouennio in nouenniũ,
tot dicuntur contractus, quot ſunt nouennia, vt
conſuluit Alciat. conſilio 42. lib. 8. tom. 3. & in
conſi. 113. uolum. eo. Bero. c. 1. num. 10. extra de
præcar. & d. conſi. 116. num. 16. & 17. unde fini-
to tempore inueſtituræ, eſt finita conceſſio, &
renouatione opus eſt, idem Bero. d. conſi. 117.
5 num. 8. quæ ſi non † petatur, res incidit in com-
miſſum, per Afflict. ubi ſupra, qui dicit Doctores
ſic communiter * tenere.

Quæ quidem renouatio, ſtatim poſt nouen-
nium finitum petenda erat, ſi magnificus domi-
nus Cremaſcus volebat cuitare periculum cadu
citatis, ſecundum Imol. in c. 1. de pręcar. uel ſaltẽ
infra annum per capitulum longinquitate 12.
q. 2. qui allegat glo. in d. c. & ibi Abb. quod ſicut
6 non † petens inueſtituram a nouo Domino, ca-
dit a iure ſuo, ita etiam, qui non petit renouatio-
nem elapſo quinquennio in caſu dicti capituli,
quod pariter hic dicendum videtur, ubi extat
expreſsè pactum renouandi, quod appoſitũ eſt
in fauorem domini, quem fauorem conſidetãt
Doctores in d. cap. primo, quòd omiſſio ſaltem
per annum inducat caducitatẽ, tenet Bero. cõſi.
119. nu. 4. 5. lib. 1.

7 Nec releuant † ſolutiones liuellorũ factæ per
dictum Cremaſcum, quaſi ꝙ ex eis fuerit remiſ-
ſa caducitas, & facta renouatio, per Spec. tit. de
locat. uerſicu. 178. Iaſ. in l. 2. quæſtion. C. de iur.
emphit.

8 Primo, quia iſta renouatio debebat fieri in
ſcriptis, ut dicit Affli. in d. c. 1. §. aut ſi libellario.
Bero. conſ. 116. nu. 8. 12. lib. 1. & conſ. 119. nu. 3.
eod. lib.

9 Secundo, quia non apparet, quòd † recipiens
liuellum ſciuerit iſtam caducitatem, nam requi-
ritur ſcientia, glo. in cap. 1. ir uerbo, menſem, &
ibi Bal. quo temp. mil. Alex. conſ. 14. uol. 2. cõſi.
13. num. 17. uol. 6. Hippo. Rim. conſ. 1. nu. 29. &
ſequen.

Tertiò, quia agentes Illuſtriſſimi domin. Ale-
xandri, qui receperunt liuellos, non ſunt cenſen
di uoluiſſe per receptionem remittere ius cadu-
citatis, quod ignorabant competere domino,
10 nec † potuiſſent etiam id facere, licet eſſent pro-
curatores, cũ libera. l. contra iuris. §. fi. ff. de pact.
& ibi not. Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de ꝓ-
cur. & in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. Bald.
in l. nec ambigui. C. de donat. Afflic. deciſ. 109.
num. 11. Bero. d. conſ. 116. num. 9.

Non etiam uidetur poſſe fieri fundamentum,
ſuper allegata ignorantia, per Cremaſcum, ex
qua petit ſe reſtitui in integrum ex clauſula ge-
11 nerali, & quæ † ignorãtia præſumitur in dubio,
c. præſumitur. de reg. iur. in 6. & multo magis in
facto alieno, & quando ignorans in locum alte
rius ſucceſſit, & quam Cremaſcus paratũ ſe ob-
12 tulit, & iuro, affirmare. Quia oportet, ꝙ ignoran-
tia allegata in hmõi, ſit uериſimilis, iuſta, proba-
bilis, nõ craſſa, non ſupina, nec affectata, Tiraq.
de retract. tit. 1. §. 35. gl. 4. nu. 33. & 27. Afflic. in
c. 1. de controuer. inter domin. & empt. nu. 13.
nec ꝙ adſint præſumptiones contra allegantẽ
eam, per Aluarot. in ca. ſi vaſallus il 2. ſi de feud.
13 fuer. controu. nume. 4. & ubi ignorantia non ſit
uериſimilis, non admittitur iuramentum ad eam
probandam, Alba. conſi. 18. nume. 5. multò mi-
nus, ubi agitur nedum de probanda ignorãtia,
ſed de iuſtitia ignorantiæ, Felyn. in c. 2. num. 11.
de conſtitutionibus, prout in hoc caſu agitur.
Quòd aũt ignorantia dom. Cremaſchi non fue-
14 rit talis, ſed immo fuerit † ſciens ex pluribus
conіectu-

coniecturis,& præſumptionibus arguitur, quemadmodum probandi ſcientiam tradunt,Doc. & Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,de verb.obl. Bal.conſi.393.in pri. Alex.conſ.4.in 2.Dec.cõſ. 267.addn Proſper Paſct.in emphiteuſis.conſ.a. nu,2.deci.Bonon.71.nu.3.& ſeq.

15 Prima,quia Cremaſcus † habuit inſtrm̃ inue-
ſtituræ pęnes ſe,ex quo præſumitur, ꝙ ſciuerit contenta in eo.l.non eſt ferendus.ff.de tranſact. Crau.conſi.24.nu.2.Alba.conſ.18.

16 Secunda,ſoluit † libellos, & ſic nonnulla fecit
virtute dictæ inueſtituræ, a cuius ſcientia partis infertur ad ſententiam totius, tradit Socin. regul.176.Crau.d.conſi.74.Alban.d. conſilio 18. Alexan.conſi.4.nu. 39. verſicu. idem ſi apparet uol.a.

17 Tertia inueſtitura fuit† accepta per matrem,&
tutricem Domini Alfonſi Cremaſchi, vndè de facto per coniunctos ſanguine,& cohabitantes præſumitur ſcientia.Bal.conſi. 392.in pri.Abb. conſi.19.in 2.Anchar.conſi.180.num. 7.Crau. conſi.26.nu.3.Roland.a Valle conſi.90.nu. 25. lib.2.propter quam præſumptionem reſtitutin ni petitæ locus non eſt,iux.trad.per Dec.in conſilio 272.in ſi.

18 Quarta coniectura,quia negocium magni mo
menti eſt,de quo veroſimili eſt habuiſſe notitiã, ad tradita per Abb.conſi.3.q.16. in 2.

19 Quinta,† ſoluit liuellos,ſic inquirere tenebatur
ex qua cauſa ſoluerit, & uteriſimiliter inquiſiuit, vnde ſuccedit,ꝙ quis pręſumitur ſiue illud,quod inquirere tenebatur,nec ſi ignorantiam alleget, prodeſt,quia pro affectata habenda eſt,Doct.in c.veniens.de filijs præsbyterorum.

20 Vltima,quia † ſcientia Tutricis,dicitur ſcientia
pupilli,& ideo reſtitutio petita ex clauſula gene
21 rali, ꝑꝑ ignorantiam non competit; † quia mi-
nor,& pupillus dicuntur ſiue per ſuos Tutores, Bald.in l.ſi.C.de tutor. & cura.qui non ſatis.Caſtren.in l.cum filiusfam.§.in hac.ff. de verb. obl. & in l.3.ff.de tribut.act.& per Nattam conſ.492. num.3.in tertio.

Super ſecunda prætenſione.d.Illuſtriſſimi domini Alexandri contra Cremaſcum,dicendum vr̃,ꝙ ceciderit a iure ſuo,ex eo,ꝙ non deſignauerit petiam terræ,de qua in cauſa, & eam non dederit in ſcriptis,tam ex diſpoſitione iuris ciuilis, quàm municipalis.Nam nulli dubium eſt, ſecundum terminos iuris ciuilis,ꝙ ubi non eſt contentio,an quis ſit liuellarius,vel emphyteuta,vel Vaſallus alicuius, tunc ad requiſitionem domini tenetur rem deſignare, pro qua ſit liuellarius, & emphyteuta,Hoſtien.in ſumma de feud.§.quib. mod.uerſi.quid ſi vaſallus confitetur. Bald. in l. inſtrumenta uerſic.quæro, an feudatarius.C.de fideicõm.& in l.plures.C.de fid.inſtr.Guid.Pap. q.417.Curt.iun.conſi.41.num.4.Natta conſi.3. num.6.Roland.a Valle conſ.66.num.5. uolm.3. Afflict.in c.1.de contro. inueſt.in 7.not.uerſi.8. fallit,vbi loquitur de Vaſallo, & in verſic.fallit, vbi loquitur de Emphyteuta,& in capit.primo de contro.inter maſcu.& fœmin.numero 26.& ſequen.& 29. & ante numero 30.in uerſic.& ſi vaſallus.

Item tenetur ex diſpoſitione ſtatuti, ſub Rub. ꝙ vaſallus teneatur deſignare terram Domino, quam tenet ab eo,vel in ſcriptis dare,cum quãtitate,& cohærentijs infra terminum conſtitutum a iudice. quod ſi non fecerit ad poſtulationem Domini cadat a iure ſuo.

Dicitur itaque,quod poſtquam ipſe Mag. de
23 Cremaſchis,† non dedit in ſcriptis, nec deſigna
uit terram ad requiſitionem Illuſtriſſimi domini Alexandri,vel ſaltem non congruè, quæ paria ſunt.l.quoties.ff.qui ſatiſd.cogant. cecidit, poſtquam ita dominus poſtulauit, a iure ſuo.

Nam licèt deſignauerit vnam petiam terræ, cum deſignatio per ipſum facta non ſit, ſecundum formam prædicti ſtatuti, cum quantitate, & cohærentijs,qui ſint cõfines cum illis,de quibus in inueſtitura,non uidetur ſatisfeciſſe,ad qđ tenetur,nec demonſtraſſe rem,quam recogno-
24 ſcit,ſed aliam,& diuerſam,quia † pluralitas rerũ
præſumitur,niſi identitas probetur, Iaſ.in l.eum qui.§.in popularibus.num.7.ff. de iur. iur.& in l. 2.C.de bono.poſſ.ſecundum tab.vbi Alex. conſilio 118.num.4.in prin.Gram.conſi.1.nu.15.in ciuilibus.

Nec ex eo,quòd dicitur eſſe in territorio Pulleſini, & nuncupetur il Laghetto, habeatque qualitates,de quibus in inueſtitura,conueniantque duo confines,videtur probata identitas, li-
25 cet enim aliàs † duæ demonſtrationes ſuffice-
rent,ſecundum Bartol.in l. demonſtratio falſa. ff.de condit.& demonſtra. tamen eius doctrina intelligenda eſt, prout intellexit Paul.de Caſtr. in l.in teſtamento.la prima.ff.de conditio.& de-
26 monſtra.videlicet procedere, quando ſunt † ex-
preſſæ tres demonſtrationes, & duę conueniũt, tertia non,ſed ſi ſunt expreſſæ quatuor,prout in inueſtitura nouiſſima, quam accepit mater Domini Alfonſi,licèt duæ conuenirent, aliæ verò duæ non,non deberent præualere illæ duæ alijs duabus,ſequitur d.Caſtren.Alexand. in apoſtil. ad Bartol.in d.l.demonſtratio,in verbo,duabus demonſtrationibus, & in conſilio 38.numero quinto volum.5.conſilio 73. num. 8. uolum.3. & tanto magis,quia confines dati per Cremaſchum,non conueniant illis,cum quibus magis
27 conuenire deberent,videlicet reſpectu † viarum
communium, quarum mutatio de facili non præſumitur,immo reputatur impoſſibilis, cum dependeat a uoluntate Principis, tradit Crauet. conſilio 121.numero decimo,neque etiam probatur identitas ex illa qualitate, quòd nominetur il Laghetto, prout in quadam inueſtitura facta de anno. 1485. quondam Domino Mattheo de Cremaſchis, quia non infertur quòd ſit eadem, de qua in cauſa, immo diuerſa cenſenda eſt, cum in inueſtitura facta

matri

matri domini Alfonſi eius nomine ann. 1536.
& in alijs duabus inueſtituris factis quondam
domino Ludouico eiuſdem domini Alfonſi pa
tri, de quibus in proceſſu non appellctur petia
terræ, ſub tali nomine dil Laghetto, neque aliæ
inueſtituræ appellant ipſam il Laghetto, idcò
28 † talis quantitas, tanquam incerta, non eſt atten
denda. Rim. conſi. 429. num. 21. 22. uol. 3. & tan-
tò fortius cum non conueniat quantitas, alia pe
tia terræ iudicanda eſt, quia, vt dixi, pluralitas
rerum præſumitur. Nullo ergo pacto poteſt di-
ci perfectè deſignaſſe iuxta formam ſtatuti cum
quantitate, & cohærentijs. Nec etiam ex eo, ꝙ
ignoret quę nam alia petia terrę ſit, excuſari po-
teſt, quia omnis ignorantia ceſſat, tum rationib.
deductis in alijs motiuis, ſcilicet ſuper prima
pręſentatione, tum quia, ut apparet in proceſſu,
dominus Alfonſus, in quadam ſua ſcriptura
producta, dicit, quòd peruenit ad notitiam ip-
ſius, quòd aliàs medio ſuorum agentium fuerat
accepta inueſtitura ab Illuſtriſſimo domino Ale
xandro ad renouandum, de una petia terræ pra-
tiuæ, & valliuæ bubulearum decemſeptem, ta-
bularum quinquagintaocto, aut quantacunque
ſit pœnes viam communis a duobus lateribus,
hæredis domini Bonauenturæ de Cremaſchis
a tertio, & hæredes domini Ioannis Franciſci
Puſterlæ a quarto, & quòd eam inueſtituram
ignorauerat, & quòd habita notitia de illa, re-
quiſiuit dictum Illuſtriſſimum dominum, pro
renouatione, offerens ſe paratum ſeruare ex
partę ſua ſeruanda, & quòd dictus Illuſtriſſimus
dominus potius recuſauit renouare inueſtitu-
ram, quàm eam facere, & ex capite ignorantiæ
petit ſe reſtitui ad conſequendam dictam inue-
ſtituram, quam obtulit de nouo accipere, iuxta
formam antiquarum inueſtiturarum, ſecũdum
quam paratus eſt adimplere per eum adimplen
da. extat etiam in proceſſu inſtructio producta
per eum, quæ continet, quòd ipſe dominus Al-
fonſus acceſſit ad domum dicti Illuſtriſſimi do-
mini, vt certior redderetur, quonam modo, &
quam ob cauſam ſoluerit liuellum eidem Illu-
ſtriſſimo domino, & ſic lecta fuit quædam inue-
ſtitura exiſtens ſuper cataſtro, quæ fuerat fa-
cta de quadam petia terræ iurium curiæ Pulleſi-
ni, dominę Suſannę tanquam matri, & tutrici
eiuſdem domini Alfonſi, & quod accepta nota
notarij, ſe cõtulit ad maſſarium Archiuij, a quo
habuit copiam inueſtituræ prædictæ, & quod
Cremaſcus ex præmiſſis informationibus, &
copia certificatus de dicta inueſtitura, & illius
qualitate, & continentia, ſe contulit ad dictum
Illuſtriſſimum dominum pro obtinenda reno-
uatione eiuſdem inueſtituræ, quam tamen non
potuit conſequi.

Colligitur ergo ex prædictis, quòd dominus
Alfonſus, ſtantibus informationibus habitis, eſt
certus, & habet notitiam petiæ terræ, de qua in
cauſa, cum petierit ſibi renouari inueſtituram
eiuſdem, exprimendo eum cum ſuis qualitatib.
cohærentijs, & quantitate, prout in inueſtitura
accepta per matrem, quę petitio renouationis
præſupponit ſcientiam rei, ita quòd ex capite
ignorantiæ excuſari non poteſt, ſi eam non de-
ſignauit legitimè.

Ego vero diuino prius implorato præſidio,
non obſtantibus ſuperius adductis, cenſeo Cre-
maſcum ab omni capite caducitatis declaratæ
abſoluendum fore, concludoque ipſum debere
abſolui a petitis, nomine Illuſtriſſimi domini
Alexandri.

Primo ea ſiquidem ratione iure apertè pro-
29 bata, quòd † pœna priuationis nunquam impo-
nitur, niſi ubi lex hoc exprimat, & dicat. gloſſ.
pen. in fi. in cap. fina. ubi Abb. de iur. patro. Bald.
in auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. & in
cap. unico. §. ſi Vaſſallus. ff. ſi de feu. fuer. contro.
Deci. conſilio 90. in fin. Pariſ. conſilio 97. num.
88. uol. primo. per Alex. in l. etiam. §. licèt in do-
talib. ff. ſolut. matrimon. quam in propoſito nec
expreſſam, nec quoquomodo ſtatutam iure, vel
lege aliqua cognoſco.

30 Secundo ad pœnam caducitatis agens maxi-
me ex lapſu temporis petitæ inueſtituræ, quę
odioſa eſt, & reſtringenda. cap. 1, ubi Doct. quo
temp. mil. Soci. iun. conſilio 115. num. 16. uolu.
2. liquidiſſimè, clarè, & manifeſtè probare, debet
incurſam fuiſſe. Bald. in l. prima. C. de his quæ
pęn. nomine, Alex. conſ. 33. nu. 3. ubi Molin. uo-
lum. 2. Deci. ubi Moder. in apoſt. latè conſ. 290.
num. 2. & conſ. 380. num. 3. l. factum. §. in pœna-
libus, vbi Deci. Cagnol. & Mainer. ff. de reg. iur.
Iaſ. conſil. 49. volu. 1. Riminal. conſi. 429. nu. 15.
nec non debet probare omnia ex ſui parte inte-
grè adimpleuiſſe. l. Iulianus. §. offerre. ff. de actio.
empt. Alex. conſil. 66. num. 50. c. de ſacroſ. Eccl.
Roland. à Valle conſilio 17. num. 17. volu. 1. cõ-
* munem * refert Lau. Chircou. com. opi. cent. 1.
concluſ. 9. Rurſus & oſtendere non petentem re
31 nouationem in culpa fuiſſe, cum † in pœnalib.
niſi culpabiliter ceſſatum dici queat, vt in pro-
poſito renouationis non petitæ, ſcripſit Socin.
iun. conſil. 70. in primo artic. & num. 6. uol. 1. &
conſi. 115. num. 9. & 10. vol. 2. Quare cum in his
defecerit actor, merito ſuccumbere debet, quan
do reus ex inueſtitura ſuorum prędeceſſorum
32 intentionem fundatam habeat, † nec priuari de
beat, niſi legitimè de culpa conuincatur, per So
cin. iun. d. conſilio 115. num. 9. & decimo. uolu.
ſecundo.

33 Tertio ex omiſſa, petitione renouationis inue-
ſtiturę quis nunquam cadit, niſi doloſè agat,
nec aliqua de cauſa excuſetur. d. ca. 1. quo temp.
miles. no. omnes in c. fina. de prohib. feud. alien.
per Lothar. Rimin. conſ. 429. num. 16. Menoch.
de arbitr. iudi. caſu. 185. numero 4. & dixi ſupra,
iuſtaque cauſa excuſandi ab amiſſione feudi, vel
rei conceſſę iudicatur, cum quis ſe ignorantem
34 qualitatis rei allegat, eo quod in ius alterius ſuc-
cedit,

gatione.q.20. num. 11. cum ſeq. pagin. 444. &
pagin. 37.nume.41. ſequitur dictum principale
Menoch.conſi.20.num.58.

Rurſus & dum reus conuentus permanſit in
re conducta finito tempore locationis,noua,ta-
43 citaque † renouatio conductionis inducta cenſe
tur, Alciat.lib.3.præſumpt.reg.2.c.17.

Dum ergo ſumus in inueſtitura liuelli,ac poſt
tempus nouem annorum, cõtinuo ſint per reũ
poſſidentem terras penſiones annuæ ſolutæ, du
bitandum non eſt, quòd caducitas aliqua alle-
gari nequit.

Nec reſpondeatur, vt ex aduerſo renouatio-
nem debuiſſe in ſcriptis fieri præterea ex rece-
ptione penſionis nõ cenſeri caducitatem remiſ-
ſam per Afflict.ubi ſupra,& Bero.conſ. 116.nu.
8.12.& 119.num.3.uol.1.

Quia replicando dicitur. Primo nos non lo-
44 qui in terminis † Emphyteuſis Eccleſiaſticæ,
quę citra conſuetudinem, & ſui eſſentiam requi
rit ſcripturam (vt ſupra) ſed in ſimplici cõtractu
liuellario,vel locationis perpetuæ,ſeu inueſtitu-
ræ locationis, ad renouandum de nouennio in
nouennium,in perpetuum, vt not.Bene.Camp.
ſuper extrauag.ambitioſæ.Pau.2.in pri. & Reo-
dan.de reb.Eccleſ. non alieną. verſic. pariter.nu-
mero 4. fol. 18. qui ſcripturam nullam requirit
in cõſtitutione,nec rurſus in rẹnouatione, cum
45 regulariter contractus omnes ad eorum validi-
tatem ſcriptura non indigeant, niſi pro eorum
faciliori probatione.l.pactum, quod bona fide.
C.de pact.l.in exercendis.C.de fid. inſtrum.latè
Dec.& Alciat.in l.cum proponas.C.de pact.Ro
man.conſi.106.nu.1.vbi Mend.in apoſt. cumq;
fructibus penſio correſpondeat, nec a partibus
appelletur emphiteuſis, locationis naturam re-
tinet, Cagnol.in l.2.nu.202.C.de reſcind.vend.
Rolan.a Valle conſilio 96.uolu. primo. Siluan.
conſilio 9.numero 4.uolum.primo.Bello. conſ.
21.num.5.

46 Secundo replicatur, q Afflict.& Bero.loquũ-
tur in præcaria,ſeu emphyteuſi conceſſa ad tem
pus terminatum tantum, non autem in perpe-
47 tua, vt hic, quo caſu † nemo cadit ob non reno
uationem petitam,& præcipue Domini declara
tione non ſequuta,per eundem Ber. d. cõſ.119.
nu.10.uolu.1.

Tollitur,quod ſecundo loco adducebatur, ca
ducitatem non cenſeri remiſſam per receptio-
nem penſionum,ob ignorãtiam Domini, q res
in commiſſum ob non petitam renouationem
cæciderit,per Alciat.conſ.14.uolu.2. & conſ.13.
num.11.uol.6.Afflict.deciſ.129.num.11.iuxta
quod dictum aliter in una Bononienſi termina-
uit Rota Romana,teſte Puteo deciſ.3. de rebus.
Eccleſ.non alien.

Quando ignorantia in facto proprio nõ præ
ſumitur in dubio, niſi probetur.l.fina.ff.pro ſuo
Soci.regul.175.de regul.177.num. 2. & ſi iura-
mento vellet pars ignorantiam probare, ut uo-
luit Marſ.l.in l.qui falſam.nu.82.ff. ad l.Corn.de
Falſ.Roman.conſi.109.num.5.& conſi.54.vbi
ample apoſt.Mendoſ.d.conſilio 398.in fine.&
481.num.10.Caſtr.conſilio 44.numer.44.cum
apoſti.uolum.3.Octau.Cachc.deciſ.Pedem.71.
nume.24.& 30.ubi de communi.* & deci. 102.
num.24.

48 Reſpondetur hic non poſſe † iuramentũ præ
ſtari tot coniecturis concurrentibus,ac ſcientiæ
præſumptionibus,contra dominum directum,
per Soci.regu.72.fallen.3.multa Roma.conſi.
481.num.10.ubi Mendoſ.in uerbo non proba-
tur.Alciat.regu.3.præſump.c.16.Felin.d.c.ſigni
ficaſti.nu.4.de homicid.Menoch.de arbitr. iud.
lib.2.caſu.186.& conſi.73.nu. 17.& ſeq. Alba.
conſi.18.num.5.Petr.Benint.deciſ.Bononiẽ.71.
num.7.cum ſeq.

49 Quarum prima eſt, q † nemo præſumitur ne-
gligens in his,quæ agenda incumbunt.l.fina.C.
de alimen.pupil.præſtan.Rota deciſ.318. in an-
tiquis.

Secundo,Dominus directus,qui non eſt hæ-
res, ſed ipſe inueſtiuit de nouennio in nouen-
nium, præſumitur ſcire tempus elapſum ab eo-
dem in contractu præfixum,cum in maſculo de
50 cem † anni ad obliuionem inducendam conſi-
derentur,Tiraquel.de prescript.§.primo. glo.4.
ample Vaſqui.de contro. Illuſtr. cap. 61.nume-
ro 6.

51 Tertia aſſictus,† & penſiones exegit per ſe, vel
illius actores, gaſtaldiones in dicto loco dimiſ-
ſos,quod in idem reſidet,ad not.per Fel.in c.qñ
frequenter.num.10.extra, vt lit. non conteſt.&
& infra dicetur uerſ.4.reſpondeo, vt hinc non
errore, ſed potius ex vero ſcientia illas exegiſſe
52 credamus,cum fiat interpretatio ſemper pro er
roris excluſione,ad not.per omnes, maximè Ia
ſo.nu.3.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur. & fact.
igno.Crau.conſi.255.nu.5.

Quarta in paruis tantum, & ubi agitur de mo-
53 dico præiudicio, ſtatur † iuramento partis pro
demonſtranda ignorantia, at ſecus in re graui,
& magni momenti, ut hic, ubi agitur contra il-
lum, qui tractat de damno vitando, quia tunc
non creditur iuramento aſſerẽtis,Gem. in c.eos
de temp.ordin.in 6.Abb. in c.quoſdam de prę-
ſump.Fel.in c.cognoſcentes in fi.uerſ.fallitur.3.
de conſt.Marſ.in ſing.635.apoſt. ad Alciat. c.6.
reg.3.prçſumpt.Fel.d.cap.ſignificaſti.num.4.de
homicid.

Quinta, ſcire tenebatur Illuſtriſ. inueſtiens
quando finitum eſſet nouennium, vt recognitio
nem nouam petere, vel commiſſum incurſum
54 declarare poſſet, ideo ignorantia in eo minimè
prçſumetur iuxta glo.ita communiter * declara
tam in c.præſumitur de reg. iur. in 6.& in l.iuris
ignorantiam.C.qui admit.Alba.conſilio 18.nu-
55 mero 3.Crau.conſilio 16.nume.2. † ſcire enim,
& debere ſcire a pari procedunt,uel non excuſa
tur quis prętextu ignorantię, dum ſcire potuit.l.

regula

regula.ff.iur.& fact.Guid.Pap.ſingul. 227. Rota
Bon.69.num.2.Borgnin.Caual.tracta. de curat.
num. 172.Petr.Benint.deciſ.Bono.69.& 71.nu.
3.& ſeq.

56 Sexta eſt. † quod liber dictorum cenſuum eſt
pœnes inueſtientem,ſi credere dignum eſt, vn-
de ex illo ſatis ſcientia omnium arguitur. Rimi.
conſi.426.nu.21.uol.3.

57 Septima,vt fertur, Dominus locator † men-
tionem habuit alibi caducitatis, ſic illius cenſe-
tur notitiam habuiſſe,per Bar.in l.qui Romæ.§.
duo fratres.4.& 5.q.ff.de uerb.obl.Rimin.conſ.
429.num.45.Ex quib.præſumptionib.& conie
cturis,uel diuiſim conſideratis, vel ſimul iunctis,
infertur,iuramentum ignorantiam allegãti, de-
ferri non poſſe.

Opponebatur, & tertio agentes Illuſtriſſimi
Domini inueſtientis,non cenſeri remiſiſſe cadu
citatem,quam ignorabant,incurſam, cum nec
illam remittere potuiſſent procuratores cum li-
bera, conſtituti per Afflict.deciſ.129.nu. 11. Be-
rou.conſi.116.nu.9.uol.1.

Verum replicatur & primo,quod ſi non erat
58 † renouatio neceſſaria, nec conſequenter cadu-
citati locus,fruſtraque de remiſſione per procu
ratorem tractatur.

Secundo,& ſi caducitati fuiſſet locus,attamẽ
dicitur remiſſa,non quidem per agentes,ſed per
ipſum inueſtientem,quia dum conductorib.ſuis
mandat, ac in pacto locationis expreſſo inten-
59 dit,ut hos,† liuellos exigant,propterea ꝙ partes
precij,ſeu penſionis, locationiſque principalis
cenſentur argu.l.fundi partem.ff. de contrahen.
empt.Docto.in l.in bonæfidei.ff.de pact.Alciat.
conſi.124.num.14.& conſi.149.Bero. conſilio
169.numero16.uolum.1.153.num.70.uolum.1.
Natta conſi.677.nu.12.Couar.uaria.reſolut.lib.
tertio cap.10.num.1.Soc.iun.conſ.94.num.24.
volu.3.Tiraq.de retract.conuent.in præfat. nu.
20.& 22.

Vtique & ipſe Illuſtriſſimus Dominus,dictos
liuellos axigere creditur,quando mercedem cu
tiæ locatæ cum dicto iure liuellorum exigat, &
ex receptione liuellorum a conductorib.(etiam
ꝙ eorum nomine ſoluerent) nulla videatur in-
curſa caducitas, cum in iuris realis conſeruatio-
60 ne † ſolutio ab alio,licet alieno nomine facta,
** proſit,ex communiori, ** de qua per Roman.
conſi.103.numero 1. ubi Mendoſ. latè in verbo
ſententia.

Tertio in inſtrumento locationis, conducto-
res conſtituuntur,vt mos eſt,per locatorem pro
curatores in rem propriã ad dictos liuellos per
cipiendos finemque faciendum,&c.Itaq; & ca
nones recipiendo caducitatem remiſerũt, cum
61 id quoque † procurator ſpecialis, ſeu cum libe-
ra facultate faciat, per Bero.d.conſi.166. num.
11.uolu. primo. Quod fortius mihi perſuadeo,
62 quia nõ dicitur † caducitas incurſa, niſi id prius
Domino declarante.Maſ.in pract. crimin.§.ag-
grediora num. 105. ad nu. 124.Port.conſ. 149.
num.2.Nicola.moro. de fide.treug.& pace par.
1.q.22.col.23.Octau.Cacher.deciſ.29.num.17.
Mod.Pariſ.in conſi.feud.§.30.q.6.nu.23.&103.
cum ſimil.per Soci.iun.conſ. 115. nu.22.uol.2.
ac in emphiteuſi priuatorum Bar.in l.1.ff.ſi ager
vectig.Reodan.tract.de reb.Eccl. non alien.fol.
24.num.13.& ſeq.

Cunque per dominum directum nulla fuerit
emiſſa declaratio ſuper caducitate merito,ſi Pro
curator agens,vel factor ſimplex potuit penſio
nes recipere,cum hic de pœnæ remiſſione, vel
iuris quęſiti donatione minimè tractetur, quia
63 † Domino ante declarationem nihil acquiſitum
irreuocabiliter dicitur,Cæph.conſi.222.nu.22.
cum ſeq. ſed tantum de canonis exactione, vt
64 hinc † ſolutio facta etiam extraneo, operetur li-
berationem vaſalli a commiſſi pœna,cum quid,
quouè modo,& à quo ſoluatur,non attendatur
in iuris realis conſeruatione, & ad caducitatis
pœnæ euitationem.l. actoribus. §. qui tamen.ff.
quemad.ſerui.amit.multa pro more accumulat
Tiraq.de retract.glo.9.§.1.num.250.cum ſeq.&
** ex crebriori ** ſententia Mendoſ. ad Roman.
conſi.103.nu.1.Reodan.tract.de reb.Eccl. non
alien.fol.500.num.25. ubi dicit ſolutionem fa-
ctam a creditore emphiteutæ, prodeſſe pro eui-
tanda caducitate.

Quarto,reſpondeo,quòd licet nuncius,agẽs,
65 Caſtaldio,ſeu Procurator † non remittat cadu-
citatem iam incurſam in Domini prẹiudicium,
illam tamen committi impedit,ſi ab emphiteo-
ta penſionem, & cenſum recipiat, quod in his
terminis adnotauit,Paris de puteo,de feud.rein
tegr.cap.55.nu.3.& 4 per iura, & rationes,quæ
ibi allegat,vnde ſi cenſus fuit ſolutus conducto-
ribus deſtinatis, ad illius exactionẽ, caducitatẽ
nullam incurſam arbitror.

Vltimo loco reſpondebatur cuidã obiecto,
quod Dominus Cremaſcus vti hæres matris,&
ignoras omnino excuſari debuerit, quinimmo
66 in integrum reſtitui, per ea, quæ tradit Socin.
Iun. d. conſi. 115. num. 15. volu. 2.per.l.qui in
alterius. ff. de reg.iur.& in materia mod. Pariſ.
in conſuet. feudal.§. 13. gloſ.5.nume.6.Tobia.
noni.conſil.2.num.38.

Quod cum ignorantia ex pluribus præſum-
ptionibus ſit craſſa, ſupina, & non veroſimilis
reijcienda veniat. Etenim dum primo diceba-
67 tur pœnes Dominum Alfonſum inueſtituram
repertam fuiſſe,quæ inducit ſcientiam præſum-
ptam per Crau.conſil.74.nume.2. Alba.conſil.
18. negatur apertè inueſtituræ inſtrumentum
aliquod habuiſſe, vel illius ſcientiam,niſi duran
te,& cœpta lite,quod colligitur ex ſcripturis pa
gin.7.ex capitulis & teſtibus examinatis,de qui
bus in actis, quæ rurſus per eum inuenta, non
68 efficeret, quin ex æquitate caducitatem euita-
ret,& in integrum reſtitui deberet per Pariſ. de
Put.in ꝓpoſito tract.de feud.reinteg.c.54.n.17

Secunda.

Secunda, ſcientiæ præſumptio ex ſolutione liuellorum, ſic ex ſcientia partis inueſtituræ tol-
69 litur, quia † ſolutio penſionis non arguit neceſſario inueſtituram aliquam, vel ſcripturam, vt ſupra dicebam, cum pẽſio, liuellus cenſuſq; pro re aliqua conducta vel recognita ſolui poſſint, abſque inueſtituræ documento, & id teſtib. tantum probari valeat, quod etiam in emphyteuſi, nonnulli voluerunt, Iaſ. in l. 2. num. 134. 165. & ſeq. C. de iur. emph. Abb. & Hoſt. in c. potuit locat. Celſus Hugo. conſi. 56. num. 2. & conſi. 113. in pri.

70 Vnde non arguitur † neceſſario ſcientia dictę inueſtituræ per ſolutionem, quæ ſine inueſtitura fieri ualet, arg. l. non hoc. C. vnde legit. & a ſeparatis argui minimè liceat. l. Papinianus. ff. de minor.

Rurſus Crauet. Alex. Alba. & cæteri loquuntur in terminis, quando † quis non ignorat par-
71 tẽ ſcripturæ, quæ pars aliter, quàm ex dicta ſcriptura ſciri non poteſt, quia tunc ſcientia totius colligitur, vt in hærede ſoluente legata, quia notitiam totius teſtamenti habere præſumitur. l. nõ eſt ferendum. ff. de tranſ. Crauet. conſilio 198. numero 6. & 7. Bẽro. conſilio 130. numero 17. uol. 2.

72 Tertia præſumptio de ſanguinis coniunctione, & cohabitatione minus repugnat. nam licèt coniunctus, & cohabitans, ſcire geſta per coniũctum præſumatur, per Bal. Alb. Anchar. & cæteros allegatos per Crau. d. conſi. 26. nu. 3. Rolan. a Valle conſilio 4. & conſi. 91. num. 25. uol. 2. ſic reſtitutio in integrum ceſſet, per Dec. conſ. 272. in fin.

Attamen id primo intelligi ſolet, quo ad ca,
73 quæ reſpiciunt † ſanguinem, mores, & proceſſum naturę. at diuerſum de omni actu extraneo, vt de confeſſione inſtrumenti, qui etiam latenter fieri poſſet. Rui. conſi. 121. num. 4. uol. 1. Gra. conſi. 76. uol. 1. Bertrand. conſi. 20. uol. 2. Anto. Gabr. ſuis concluſ. com. lib. 1. de præſumption. concluſ. 6. nu. 9.

74 Secundo, id † procedere dicunt in coniuncto præſente, ſecus in abſente, ut limitando. l. Octau. C. vnde cogn. tradunt omnes, & Alex. in l. Lucius. §. Titius. ff. de lib. & poſthum. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Socin. ſen. conſilio 97. num. 4. uolu. 4. Ducn. regu. iur. uerbo coniunctus limitat. 2. Port. Imol. lib. 4. regul. 31. concluſ. verbo coniunctus, uel uerius Anton. Gabriel loco ſupracitato. num. 29.

75 Roland. a Valle conſi. 9. num. 44. uol. 3. † Minor vero, & abſens æquiparentur. Bal. in l. ſancimus in primo. C. ad Trebel. l. auxilium. ff. de minor. cum vulg.

Cumque fuerit Dominus Cremaſcus minor tempore inueſtituræ, ſequitur ſcientiam non potuiſſe in eo præſumi, ac ſi abfuiſſet, licèt illius mater, & tutrix inueſtituram acceperit.

76 Quarta tollitur coniectura, quia ſcire ſe eſſe, vel non eſſe inueſtitum, dummodo terras poſſideat, non eſt maximi momenti negotium, ſed
77 Domini tantum, qui † ideo cogit quandoq; vaſallum etiam ſoluentem, ad oſtendendum rem, pro qua liuellum præſtat, glo. in l. iuri, verbo iurata. C. quando, & quibus. 4. pars. li. 10. ſæudiſt. in c. 1. §. vaſallus, ſi de feud. fuer. controuer. ex cõmuni, nouiſſimè tradit Rolan. a Val. conſ. 66. nu. 4. & 5. uolu. 3. Nec ex non renouata inueſtitura, vllum fuit illatum præiudicium parti, quia agitur tantum de euitanda pœna, in qua Dominus directus cauſam lucratiuam prætendit, vt no. in tit. C. de pœn. fiſca. li. 10. qua de re iuramentum ad probandam ignorantiam Domino Cremaſco deferendum eſſet, vt dicebat in ſimili Cacher. deciſ. Pedem. 71. nu. 46.

78 Quinta rurſus non obſtat, quia non tenetur ſoluens cenſum annuum perquirere, ex qua cauſa, vel quibus, forma, pactis, & modis ſoluat, licèt fortaſſe petere a Domino poſſet, vt oſtenderet rem, pro qua cenſum ſoluit, ſi pro reb. ficret ſolutio, vel aliqua iuſta adeſſet cauſa, per Specu. tit. de locat. §. nunc aliqua uerſi. licèt. Natta conſ. 360. num. 10. Mod. Pariſ. in conſi. feud. §. 5. nu. 5. Paris de Put. de feud. antiq. c. 50. nu. 6. vtilius. n. ſoluenti eſt, quòd nulla inueſtitura, ſeu ſcriptura
79 adſit, cum iudicabitur tantum † cenſus, ob cuius non ſolutionem, etiam mille annorum, minimè caderet, licet pro re ipſa ſolueret. Rui. conſ. 160. num. 3. uolum. primo Siluan. conſi. 41. nu. 2. Bero. conſilio 49. num. 7. & ſeq. vol. 3. Neuiz. conſilio 92. num. 42. Et ita in dubio pręſumetur, vti quid minimum, ac perſonale onus, Franc. crim. ſingul. Item quęro. Deci. conſi. 13. num. 5. & cõſi. 146. Borgn. Caualcan. tract. de vſufruct. mulier. num. 237.

Vltimum de ſcientia minoris præſumpta in perſona Tutricis, quæ reſtitutionem in integrũ impedit, per Nattam. conſil. 492. nu. 7. cum ſeq. uol. 3. Neuiz. conſi. 20. nu. 34. Alc. conſ. 133. nu. 1. tollitur.

80 Primo, quia non conſtat ipſam eſſe, vel fuiſſe Tutricem legitimam, quod ante omnia oſtenderc oportebat. l. qui accuſare, ubi omnes. C. de eden.

Secundo, licet præſumatur ſcire pupillus, ꝙ illius tutor nõ ignorauit, per l. pupillus. ff. de acq.
81 hæred. plures tamen alię pręſumptiones ignorãtię, ſeu veroſimiliores, ac ſpecialiter deductę, hãc ſcientię præſumptionem excludunt. l. diuus. ff. de in integr. reſtit. l. cum, de indebito. ubi Bart. ff. de probat. Bal. in l. ſiue poſſidetis. in fin. C. de prob. Iaſ. in l. ſi extraneus. ff. cõd. ob cauſam. Curt. iun. conſi. 178. in primo in propoſito Octau. Cach. deciſ. Pedem. 71. nu. 35.

At in pręſenti ex teſtib. examinatis, alijſque ex proceſſu apparentibus, & ſuperius deductis, magis de ignorantia, quàm ſcientia cõſtat, ideo & ipſum ex capite ignorantię reſtituendum ar-
82 bitror, pręcipuè cum hęres fuerit, quem ſemper vti ignorantem reſtitui in cauſa caducitatis incurſę,

incurſæ,& ob non petitam renouationem, voluerint ſcribentes.per Socin.iun. d. conſil.115.
numero 15.volu. 2. Clar.in §. emphiteuſis q. 8.
uerſic.proſequendo, ſucceſſores enim habentes
iuſtam cauſam ignorandi, bona eſſe liuellaria,
reſtituuntur ex clauſula generalis,ſi qua mihi ſe-
* cundum communem,* de qua per Clar.ibi,quē
ſequitur Borgni. Caualca. dicto tract. de vſufru.
mulier.numero 273.fol.784. Moder. Pariſie.in
conſilio feud.§.fi.gloſſ.5.num.6. ubi dicunt Do-
83 minum † petentem commiſſum, teneri probare
ſcientiam vaſalli cadentis, vel contrauenientis,
per Ioan.Bap.de Caccialup.in cap.1.de feu.co-
gnit.regul.16.Dec.conſi.228.Iaſ. conſi. 2. & 3.
uolu.3.quod probat Paris de Puteo de feudorū
reintegr.cap.54.num.7. ſubdens in fortioribus
84 terminis excuſari,& reſtitui de æquitate † hære-
dem vaſalli, & ſi in alijs ſcripturis inueſtituram
emphyteuſis reperierit,per eundem.num.18.&
ſeq.fol.37.

85 Minorique competit reſtitutio in integrum
ex clauſula generali, tam contra tutricem, ſi ſit
ſoluendo, & diues, quàm contra actum ipſum
omiſſæ renouationis, ſeu neglectum a Tutrice,
vel curatrice propria, poteſt enim ad eius ele-
ctionem agere minor contra quem velit, Bar.in
l.tutorem.num.4.ff.de his quib.vt indig.in l.fin.
nu.5.in quib.cauſ.in integr.reſtit.multa Borgni.
Caualc.tract.de tut.& curat. nu. 10.101. & 171.
Plot.in l.ſi quando.num.203.C.vnde uid.

Ita ut inferri poſſit ſcientiam Tutricis nō obeſ
ſe,& tantominus, ſi vt ſupra conclusum fuit, ne-
ceſſaria renouatio non eſſet.

Tertio dico, licet ſcientia tutricis ſufficiat pro
pupilli ſcientia, vel aliter probaretur ex multis
præſumptionibus,attamen ex hac ſcientia præ-
ſumpta non cenſebitur in commiſſum incurriſ-
86 ſe,cum † pęna caducitatis,quæ ordinaria eſt,nō
irrogetur ex præſumptionib.tantum,vt ait Apo
ſt.l.ad Decium in l.conſilij.num. 4. ff.de reg.iur.
Marſ.in pract.crim.§.poſtquam.num.50.Tiraq.
* ubi de communi* tract.de pœnis cauſa 27.& in
propoſito caducitatis euitandæ Borgn. Caualc.
tract.de vſufr.mulier.nume.237.in fine. verſicu.
ſecunda eſt.

Ex quib.primam dubitationem circa caduci
tatem ex nō petita renouatione diſſolutā cēſeo.

Modo aggrediendo ſecundam caducitatem
ex non deſignatione terræ recognitæ, proptee
quam,tum ex ſtatuto municipali, tum ex diſpo-
ſitione iuris communis quis cadit, vt in contra-
rijs per Nat.conſi.3.num.6.Roland.a Valle cōſ.
66.nu.5.uol.3.

Breuiter reſoluo dictam deſignationem fuiſ-
ſe,& eſſe legitimè factam, conſtat enim terram
recognitam pratiuam, & valliuam ſituatam eſſe
in territorio Pullicini, nuncupatoque il Laghet-
to,ut in proceſſu pag.2.& 26.Apparet ſimiliter
terram deſignatam,vt in eod.pag.24.& 26.eſſe
pratiuam,& valliuam ſitam in Pullicini loco nū-
cupato il Laghetto,confineſq; adeſſe,hæredum
de Puſterlis,& hæredum de Cāpionis, qui ſuc-
ceſſerunt loco illorum de Cremaſchis, ideo ea-
demmet demonſtrata,& conſignata cenſetur.

87 Primo,quia rei immobilis † identitas ex veri
ficatione qualitatum, confinium, contratæ, &
nominis demonſtratur, Crauet.conſi. 198.nu.
a.latè Siluan.conſi.57.nu. 22. Natta conſi. 210.
nu.13.& ſeq.vol.2.

88 Sufficiuntq; ſolum † duo confines, & qualita
tes uerificatæ ad identitatem corporis iuſtifican
dam,etiam quod plures, ſeu quatuor eſſent deſi
* gnatæ,& expreſſæ in inueſtitura, ex communi*
ſententia,de qua per Bart.in l.demonſtratio fal-
ſa in 7.quęſt.ff.de cond.& demonſtr.Alex. con-
ſilio 180.num.8.uolum.6.(quicquid dixerit Ca-
ſtren.in l.in teſtamento quidam.Alex.ad Bar.in
d.l.demonſtratio, & in conſilio 38. numero 5.
* volu.5.) cum contra illos ſit communis,* & re-
cepta ſententia per Roland. a Valle in conſi.67.
num.5.& 18.uolum.2.poſt Ruin.conſi.115.nu-
mero 10.uolum.1.Menoch.de arbitr. iud. cent.
2.cau.105.num.12.Vrſil.ad Afflict.deciſ.23.nu-
mero 10.

89 Quinimmo e contrario † prætendens caduci-
tatem incurſam ab aliquo, probare debet, non
duas tantum,ſed omnes qualitates, confines,&
demonſtrationes rei, quam in commiſſum inci-
diſſe aſſerit,eo quia vaſallus,& poſſidens excuſe-
tur ex omni cauſa,dum uidens aliquam qualita-
tem rei,ſeu confine variatum,rem ipſam, vel nō
deſignauerit,vt debebat,vel alienauerit,credens
non eſſe eūdem,quàm a Domino recognoſcat,
ut in terminis decidebat.Rim.conſ.429.per to-
90 tum uol.3.adnotans. num. 20.cohærentia† viæ
publicę,fluminum,& ſimilia non dici certa,cum
illa pluribus terris,locis,& rebus diuerſis conue-
niat. l.ita fidei,ubi Bar.in 1.ff.de iur.fiſci.l.qui cō
ditio.§.fi.ff.de cond.& demonſtra. qua propter
eneruatur motiuum ex aduerſo factum, quòd
deficiant in re deſignata uiæ publicę, quæ nō de
facili pręſumuntur mutatę, quia eum ſint incer-
ta cohęrentia,uerificataque ſint locus,contrata,
nomen, qualitas terræ, & duo confines dubio
procul identitatem rei probatam credo, maxi-
91 me † ad pœnam caducitatis euitandam,quę mi
nimè,niſi ex dolo vaſalli incurritur, Gul. & Bal.
in l.ſolemniter.C.de rei uend.in c.1.de contro.
inter Domi.& empt.feud.Rim.d.conſi.429. nu.
16.Soci.iun.conſi.70.nu.6. uol. 1. & conſ.115.
nu.9.& 10.uol.2.& dixi ſupra.

Et licet non ſit deſcriptum nomen Laghetti
in inueſtitura noua, quia tamen in antiquis ex-
92 preſſum fuit,attendi debet, cum † vetera inſtru-
menta feudi ad hunc effectum, ut res oſtendant,
& demonſtrentur viciſſim,per patronum,& va
ſallum tradantur,atq; ædātur.Bal.in l.inſtrumē-
ta. uerſi. quæro an feudatarius. C. de fideicom.
Deci.conſ.61.nu.a.amplè Mod.Pariſ.d. cōſuet.
feud.§.5.num. 6. & notum ſit primas inueſtitu-

ras

tas obſeruandas fore, vti radices, & fundamēta
ſubſequētiū. Deci. cōſ. 185. cū apoſti'. Mol. nu. 3.
conſil. 193. nu. 3. Ruin. conſil. 187. vol. 1. Paris.
cōſ. 11. nu. 15. cōſ. 2. nu. 24. vol. 1. Bero. conſ. 71.
nu. 5. & 44. & conſi. 93. nu. 11. vol. 1. cum vulga.
in iſtiſq; termin's feudi deſignādi ſemper ad do
94 cumenta † antiqua recurritur. Bald. conſil. 109.
volu. 4.

Nec refragatur, quòd quantitas terræ ſit dif-
formis, & recognita ſit decemocto bubulcarū,
oſtenſa vero tredecim tantum. Reſpondetur enī
95 primo † clauſulam illā poſt numerū terræ deſi-
gnatū appoſitā, videlicet, aut quātacūq; ſit ope
rari incertitudinē, ita vt comprehendat terrā in
tra dictos fines exiſtētē, ſiue maiores, ſiue mino
ris quantitatis expreſſa exiſtat. Hęc enim eſt na-
tura huius geminatæ, & vniuerſalis dictionis.
clem. in pleriſque. §. 1. vbi gl. verbo quantacūq;
& verbo qualitercūq; de electio. & in clem. pri.
in fi. de foro compe. notat in propoſito Rimin.
ſenior. conſ. 95. nu. 65. Alex. coſ. 8. nu. 2. volu. 4.

Et ſi non adſit numerus expreſſus, ſufficit ꝙ
ſaltem adſit terra intra dictos confines, & nomi
nata per corpus in inueſtitura per Soci. iun. in
conſi. 42. nu. 19. vol. 2. quæ eo modo recognita
à vaſallo excuſat ab omni caducitate.

Secundo dicitur caducitatem fortius euitari
96 † ex oblatione vaſalli facta de aſſignando, ſup-
plendoque in proprijs terris petiæ terræ demō
ſtratę cōtiguis, ex qua oblatione tollitur dolus,
& culpa vaſalli hæredis recognoſcentis: quibus
ceſſantibus, & peccatum, ſeu caducitatis pœna
ceſſat, vt dixi ſuperius in tertio fundamento, &
97 vbi quis † tenetur deſignare feudum, & eorum
anteceſſores recognouerint, ſeu deſignauerint
centum iugera, ipſe vero nō poſſideat niſi quin-
quaginta, poteſt citra caducitatis pęnam conſu
lendo Domino, & ſibi ipſi deſignare per demō
ſtrationes, & confinia dictos quinquaginta, reſi
duū vero recognoſcere ſimpliciter, licèt per eū
non poſſeſſum, ne Dominus aſſentiendo quin-
quaginta tantum ſibi in reliquo pręiudicet, ma
ximè in caducitate contra poſſeſſores. Vaſallus
verò pro poſſeſſis, & bona fide recognitis tantū
inueſtituram, & recognitionem obtineat, vt in
terminis ferè reſoluebant Moder. Pariſ. in con-
ſuet. feudal. §. 44. q. 8. num. 22.

Accedat, quod dicitur de recognoſcēte in ge
98 nere, † bona aliqua à Domino, uel ab Eccleſia,
pro quibus certum cenſum ſoluit, cum tradatur
vaſallo pro cautela, iuri tamen, & religioni con
ſona, ut pars quędam particularis, & certa dicto
rum bonorum, uel terrę, conſiderata quantitate
cenſus, & liuelli demōſtretur, & recognoſcatur
à Domino, ne aliàs omnia bona oneri, & ſerui-
tuti feudi, uel emphiteoſis ſubiaceant per And.
de Iſern. in ca. 1. col. 4. de contro. inter Dom. &
empt. & in tit. de contro. inter maſcul. & fęmin.
Pract. Papiens. in form libel. quo agitur ad fict.
reſtit. uerbo ſuper ſolutione. num. 4. Paris de Pu
teo de feud. reintegr. c. 93. & 50. n. 5. & 6. Marin.
Frec. tract. de feud. lib. 2. 17. authoritate. nu. 2. &
Borgni. Caualcan. d. tract. de uſufru. mulier. nu.
237. in fi. ſic in caſu noſtro eueniet, quod hęres
offerendo ſe ſoluturum liuellum ſolitum, & re-
cogniturum tot terras, de quibus in antiquis in
ſtrumentis, licèt illas nō poſſideat, excuſabitur.
Et domino erit cōſultum, ita ut nec caducitati,
nec commiſſo locum extitiſſe, pronunciandum
ſit, quicquid ex aduerſo copioſè, adductum fue
rit. iuxta quę uota Cremaſchi inueſtiti per Illu-
ſtrem ſenatum Mantuæ iudicatum fuit, anno
milleſimo quingēteſimo ſeptuageſimo quarto.

Franciſc. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICIS DOMINIS Fratribus de Ghirardinis Bononienſibus.

ARGVMENTVM.

Venditio, quando præſumatur ſimulata, ſeu vſuraria, & an ſecunda cum traditione poſſeſſionis, præ geratur.

Scripturæ priuatæ, quando in Statutis appellatione inſtrumentorum veniant.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum, de ſui natura apertiſſimam probationem inducit.*
2 *Inſtrumentum publicum, dicitur veritas apparens, probatio probata, non indigens fori diſceptatione.*
3 *Lex dubitationem affert, quod non facit inſtrumentum, in eoque intentio fundari poteſt.*
4 *Præſumptio, ſemper eſt pro inſtrumento, quod ſit verum, ſolemne, & ex mandato partium confecto.*
5 *Contractus verus in eſſentia iudicatur, qualis in ſui figura in inſtrumento legitur, nec ſimulatus præſumitur.*
6 *Simulatio coniecturis probata, & ipſis excluditur, vt fraus euitetur.*
7 *Actor fundans ſe in inſtrumento ſolemni, agere poteſt ad rem vſque ad tringinta annos de iure communi.*
8 *Contractus fœneraticius non obeſt actori, ex inſtrumento ſolemni.*
9 *Venditio ſecunda, cum poſſeſſionis traditione, quando prima præferatur.*
10 *Pactum de retrouēdendo, modicitas precij, ac p*

ſona uẽdens, fœnerari ſolita, cõſtituunt contra-
ctũ fœneraticiũ, conceptumq; in fraudẽ vſu-
** *rarũ ex receptiori ** ſñĩa, quorum vno defi-*
ciente ceſſat vſurarum ſuſpicio. num. ſeq.

12 *Clauſula conſtituti probat inter contrahẽtes do*
minij & poſſeſſionis translationem.

13 *Simplex coniectura non arguit contractum uſu*
rarum, quæ tantum ceſſat, quando venditor
emptori ſoluit affectus.

14 *Præſumptiones plures concurrentes cum validi*
tate contractus, ipſum diudicant verum, &
non ſimulatum.

15 *Inſtrumẽtum publicum, debitam formam habẽs*
ſemper verum præſumitur.

16 *Simulatio præſumitur ex pactis inſolitis, in in-*
ſtrumento appoſitis.

17 *Qualitas perſonæ, quod ſit nobilis, bonæ famæ*
minor, vel mulier, facit ceſſare ſuſpicionem,
quod contractus ſit fœneraticius, præſumptio
nemque falſitatis tollit.

18 *Iuramentum in inſtrumẽto poſitũ, excludit ex-*
* *ceptionem ſimulationis cõtractus. ex communi.*

19 *Decretum iudicis, vbi reperitur, ibi ceſſat frau*
dis præſumptio.

20 *Acquiſitio facta pro ſe, & hæredibus ſuis, et ad*
tutelã dotium uxoris, & de ipſius pecunijs, fa
cit ceſſare ſuſpitionem uſurarum.

21 *Probationes euidentes neceſſario requiruntur*
contra id, quod lex præſumit.

22 *Simulatio contractus præſumitur tantum ex cõ*
iecturis legis, & non hominis.

23 *Acquirens ſecundo, cui res tradita fuerit, præfer*
tur primo acquirenti, fallit quando in primo
inſtrumento adeſt clauſula conſtituti. nu. 24

25 **Poſſeſſio transfertur per conſtitutũ, ex * cõmuni.*

26 *Emptor ſecundus exiſtens in mala fide, non præ*
fertur primo emptori.

27 *Actio in rem ex promiſſione de uendendo, non cõ*
petit, ſed ſolum actio in perſonam.

28 *Emptori ſecundo ſi promiſſa per eum non ſeruat,*
actio ex contractu denegatur.

29 *Actio ex cõtractu nõ competit, niſi promiſſa om*
nia in eo adimpleta fuerint.

30 *Emptor contenta in contractu nõ obſeruans, em*
ptionis commodo non fruitur, & pars aduer-
ſa, à contractu liberatur.

31 *Exceptio non adimplementi cõtractus, nũquàm*
cenſetur ſublata.

32 *Cõtractus implementum, dum lis pẽdet, per par*
tem offerri non poteſt.

33 *Euictio nõ habet locũ, nec minus agi poteſt ad dã*
na, cum emptor ſcit rem alteri venditam eſſe.

34 *Scriptura priuata non ueniunt appellatione in-*
ſtrumenti, in ſtatutis pœnalibus, id fallit ex
* *communi * doctrinæ. num. 37.*

35 *Inſtrumentum ſecundum communem vſum lo-*
quendi, illud dicitur, quod manu notarij pu-
* *blici conficitur, ex recepta * ſententia.*

36 *Argumentum ex identitate rationis in ſtatutis*
procedit.

CONSILIVM CXLIIII.

TRINITAS ADSIT.

HAc in cauſa dominorũ de Ghirar
dinis Bonon. breuibus agam, vt
conſulenti morem geram, nec
alijs publicis negocijs detrahã.
Quo ad primum articulum, cẽ-
ſeo primam venditionem factã
per. dd. fratres de Ghirardinis. D. Bondio anno.
1541. ſubſiſtere, & præferri alteri factæ. D. Tho
mæ de Vetulis, & per Bondium, ſeu illius hære-
des vel ſucceſſores terras emptas vẽdicari poſſe.
1 Primum enim habent inſtrumentum † publi-
cum patens, ſui natura probationem manife-
ſtam conſtituens, Alex. conſil. 37. nu. 16. vol. 2.
Iaſ. in l. 1. in pri. nu. 10. ff. de operi. noui. Crauet.
conſil. 10. nu. 7. Tiraq. de retract. §. 2. gl. 1. nu. 20.
2 quod dicitur † veritas apparens, probatio proba
ta, forique diſceptatione non indigens, Bal. con
3 ſil. 400. volu. 5. Deci. cõſi. 488. de quo † nõ eſt ſi-
cut de legis caſu dubitandum, Bald. conſil. 215.
col. 2. volu. 2. Roland. à Valle conſil. 57. num. 4.
in 3. & conſil. 46. num. 7. cum ſeq. volu. 2. ſicque
in eo fundatam eorum intẽtionem tenet, Deci.
conſi. 307. in pri. 423. Soci. iun. conſ. 93. nu. 16.
volu. 3. Roland. à Valle conſil. 61. num. 2. vol. 1.
cum vulg.
4 Scd'o, quia præſumitur ꝓ inſtrumẽto, ꝙ verũ
ſit, qđ ſolane & confectũ & mãdato partiũ, Bal.
conſ. 39. vol. 3. Soci. iun. conſ. 189. nu. 14. uol. 2.
5 cũ ſimil. iudicatur enim cõtractus uerus in eſſen-
tia, qualis in prima ſui figura in inſtrumento le-
gitur. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi in fin. ſi cert. pet.
& in c. 1. de feud. dat. in uim legis cõmiſſ. Crau.
cõſ. 48. n. 8. Barba. cõſ. 65. col. 3. vol. 4. Neuiz. am
ple cõſ. 87. nu. 40. nõ aũt præſumitur ſimulatus,
Deci. conſ. 36. nu. 6. Crau. cõſ. 145. nu. 2. Alciat.
de præſumptione regul. 3. præſumpt. 13. nu. 9.
6 Et ſi cõiecturis ſimulatio probatur, longe magis
excluditur, cũ ꝑ eius excluſionẽ, fraus euitetur.
l. merito. ff. pro ſocio. l. quoties. ff. de rebus dub.
7 † Ex inſtrumento igitur Bondius ius ſuum le-
gitimè deducet, qui de iure communi, uſque ad
30. annos, ad rem ſibi tradendam agere poteſt.
l. 1. C. de annal. except. l. 2. de conſt. pecun. cui
duo ex aduerſo obiecto non repugnant.

Primum

8 Primum, quod † contractus ſit fęneraticius,
Alterum, quod ſecunda vẽditio cum poſſeſſio
9 nis traditione * emptori facta præferatur.
10 Etenim primum eneruatur,† cũ feneraticius
contractus, fictitiuſue in fraudem vſurarum cõ-
ceptus, nõ probetur niſi hæc tria copulatiuè cõ-
currant, ac interueniſſe doceatur, pactum de re-
trouendendo, precij modicitas, ac perſona ven
** dens fęnerari ſolita, quod & magis ** communi
ſententia notarunt, citati nouiſſime per Neuiz.
conſi.88.nu.2.& 5.Cęphal.conſi.289.num.36.
& 37. Octau. Cacher. deciſ.pedem.42.per totã.
Bero. conſil. 169.nu. 18.volu. 1.& dixi alias.cõ-
ſil.17.num.12.In iſto caſu, nec tria concurrũt,
nec ſaltem alia coniectura, quæ vltra pactum, &
11 pretij modicitatẽ veniat loco eius, † qđ ſit ſoli-
tus fęnerari, vt late per me conſil. 16.nu.11.vol.
1.Hiero. Gabri.conſil.74.num.4.& ſe.& Rolãd.
à Valle conſil.40.volu.2.merito, ſi ſimulatio &
vſuraria prauitas ceſſant. Et licet ſteterint Ven-
ditores in poſſeſſione, quod tamen negari poſ-
21 ſet † ob clauſulam conſtituti, quæ inter contra-
hentes probat dominij & poſſeſſionis tranſlatio
nem. Angel.in l.prædam mulier, iuncta gloſ.ff.
de rei vend.Non tamen hoc ſolum arguit cõtra-
ctum ſimulatũ, cum ſit vna & ſimplex coniectu-
ra, de qua per Anna.conſil.88.Crau.conſil.156.
13 num. 10.Pariſ.conſil.154.num.76.volu.1.Quæ
ceſſat ,bi venditor affictus emptori ſoluerit, vt
hic, ſeu vbi non conſtet de cauſa propter quam
ſic contrahentes egerint, vel contractum vſura-
riũ inierint, vt declarat Cæpol. tract.de ſimul.
contract.præſumpt.24.nu.76.Et ſi præſumptio
nibus & coniecturis, iſte contractus dijudican-
dus foret, magis verus, quã ſimulatus probare
14 tur,† quando plures præſumptiones, cum illius
validitate concurant, ita Barba.conſi.65.col.3.
verſi.51.vol.4.ſeruit Aleiat.vbi ſupra præſump.
34.regul.3.
15 Prima reſultat, ex qualitate inſtrumenti, † qđ
publicũ eſt, debitam formam habens, quod ſẽ-
per verum præſumitur, Crauet.conſil.145.nu.
2.Alciat.Barbat.& ceter.vbi ſupra.tantoque ma
16 gis, cum pacta inſolita non cõtineat, quibus in-
duci ſolet ſimulationis præſumptio.c.ſignifica-
uit.de cenſ.Cæpol.de ſimul.contract.prẹſumpt.
9.num.48.
17 Secundo † eſt conditio perſonarum vendito
rum, vel quia nobiles, bonęue famæ, exiſtãt, vel
aliàs minores, vel mulier, in quibus cadere mini
me ſolet hæc ſuſpicio contractus ſimulati, ſeu
fęneraticij, per Bald.in c.iurauit col.3.verſic.itẽ
iſto.de probat. Barbat.ita argumentatur in con
ſil.65.col.3.verſ.& etiam, quia d.ctus vol.4.Nec
enim qualitas perſonarum ſuſpicionẽ delicti re-
mouet. Gram. cõſ. crim. 35. nu. 47.& volo.12.
nu.17.Crauet.cõſ.144.nu.6.Rolãd.à Valle cõſi.
38.nu.34.& cõſ.73.n.35.vol.1.ac.rurſus præſũ-
ptionem falſitatis.Gram.deciſ.60.nu.13.& ſeq.
18 Tertia iuramentum † in Inſtrumento poſitũ,
quatenus tamen ſit in illo deſcriptum, quod ſo-
let ſimulationis exceptionem excludere, Soci.
* ſen. conſil. 81. ubi de * communi. num.2.vol.3.
Afflict.deci.69.num.1.Imol.& Alex.in l.nemo
etiam.ff.de leg.1.
19 Quarta reſurget † ex decreto iudicis in d.vẽ
ditione interpoſito, cuius virtus eſt, omnem la-
bem fraudis, ac vſuræ ſuſpicionem remouere,
Deci.qui cæteros citat, in conſil.341.nume.12.
20 Quinta addi poteſt, † q a acquiſitio facta fuit
pro ſe & hęredibus, rurſus ad cautionem vxoris
domini emptoris, & pro dotium ſuarum tutela.
ac de eiuſdem pecunijs, vt ex iſtis inferri nullo
pacto queat, emptorem voluiſſe pignus vel vſu-
ram contrahere, vt in ſimili dicebat Barbat.d.cõ
ſil. 65.col.5.verſi.& etiam facit volu.4.concludi
tur itaq; pro contractus validitate eo præcipue,
21 quod contra id, quod lex prẹſumit, fortiores &
efficaciores probationes neceſſario requirãtur.
Abb.in c.quia veriſſimile, ſecundo not.de prẹ-
ſumpt. ſequitur Crauet. cõſ.129.nu. 13.& 134.
22 nu.10.† nec niſi cõiecturis & pſumptionib.legis
non antẽ hominis probetur ſ·mulatio, Crauet.
conſi. 145. num.2. Bald.conſil.464.nu.4.vol.3.
Secundum, circa contractuum prioritatem,
dupliciter toll.tur.
23 Primo, quia licet ſecundo acquirens, cui tra-
datur res primo acquirenti, ſine traditione rei
24 præferatur.d.l.quotiens.Attamen id fallit,† vbi
in primo inſtrumento, vt hic, adſit cõſtituti clau
ſula, ex qua, cum vera poſſeſſio. licet ficto modo
25 tradatur emptori, efficitur, vt primus † tanquam
poſſidens altero poſtea acquirente, potior exi-
ſtat, declarat Gu d.de Suzar.in d.l.quoties, vbi
Iaſ.in 5. limit. Abb. in c.2.in fi.de conſuet.am-
ple Tiraq.tract.de conſt.pri.parte.nu.21.& ſeq.
& fuſiſſime quam plurimos citans, ita vt hęc eẽ
* ſeatur * communis, Ant.Gabr.commun.cõcluſ.
tit.3. de empt.& vend.concluſ. 2.nu.18.cũ.ſeq.
Secundo, emptor ſecundus videlicet.D.Tho
mas qui vetulis, ſciebat.dd.terras aliàs vẽditas
fuiſſe cuidã Bondio, quę ſcientia manifeſtè colli
gitur ex diuiſionib.bonorũ.dd.fratrum de Ghi-
rardinis ſubſcriptis, factis atque probatis per.d.
Thomam anno 1546.vti arbitrum eõem dd.fra
trum, in quarum partium altera deſcribitur de-
bitum lib.1500.pro francatione facienda, cum
d. Bondio, qui tamquam in mala fide exiſtens,
ob ſcientiã rei iam alienatæ, minime primo em
ptori præferri poterit, ex doct.Bald.in rub.C.
de his, quę in fraudẽ.cred.in primo Soci.in reg.
118.Fallent.4. Pariſ.conſ.11.circa fin.& conſil.
69.nu.158.volu.3.cæteros adducit Gabr.d.lib.
3.de empt.& vendit.cõcluſ.2.n.30.oĩ itaq; iure
ſecũdus acquirẽs, excludeť à primo, & eo forti-
us cũ ſecũdus ſcripto priuato emptionẽ demõ-
ſtret, primus vero inſtrumento publico innitať.
Aggrediendo ſecundum articulum, an ſaltẽ
poſterior emptor agere valeat contra Ghiraldi
nos, pro damnis & intereſſe. Et indubitate cen-

27 ſeo † actionem eidem competere, & not.in l.ſi
ſterilis. §.ſi tibi fundum.ff.de act. & empt. Iaſ.in
l.in bonæ fidei.3.ff.de eo quod cert.loco.Tiraq.
de vtroque retract.ad fin.titu.num.25.cum ſeq.
numer.46.& 55.Angel.conſil.184.in fi.niſi per
viam exceptionis, non adimplementi,ex parte
28 ipſius † emptor ſecundus repellatur.ſi enim nõ
ſoluiſſet præiium in termino conuento ſeu per
eum promiſſa non ſeruaſſet,vtique ei denegare-
tur actio ex dicto contractu,ac etiam ad damna
29 & intereſſe. † non enim quis ex aliquo contra-
ctu agit,niſi in primis ex parte ſui omnia adim-
pleuiſſe,tradidiſſe atque obſeruaſſe demonſtret,
text. eſt in l.Iulianus.§. offerri.ff.de act. empt.l.ſi
per emptorem,vbi Bald.Caſtr.& Salicet.ff.eod.
titu.l.cum proponas.C.de pact.Corn.cõſi.102.
30 num.34.volu.2.† Non enim obſeruans contra-
ctum conuentis vti poteſt,nec cõmodo emptio
nis fruitur,quando pars aduerſa ab ipſo contra
ctu liberatur, Grat.conſilio 52.in princ.volu.1.
Neuiz.conſil.49.in pri.quod Procedit,etiam ſi
in minima parte tantum deficiat inplementum,
Deci.in d.l.cum proponas.3.not. Parpal.in l.ſi
quis maior. q.11. C.de tranſ.Neuiz.ample cõſ.
36.in pri.& conſil.50.num.9.cum.ſequ. Et hæc
31 † exceptio non adimplementi pro parte ſua,
nunquam ſublata cenſetur,Corn.conſil.29.nu-
me.1. volu.3. cum alijs congeſtis per Mendoſ.
ad Rom.conſilio.224.num.4.Plot.in l.ſi quan-
do.num.166. C.vnde vi Ancar.q.famil.68.nu.
4.& 9.ſecunda parte. Vrſil.ad Afflict.deci.210.
32 num.3.& 4.& deciſ.249.† quod implementum
nec lite pendente per partem offeri valet.Cra-
uet conſil.151.num.10.& conſil.192.num.15.
Dum ergo non probabit dominus Thomas,ſe
ex ſui parte omnia adimpleuiſſe, iure merito à
33 petitione dãnorum excludetur.Et fortius † ſup-
poſita ſcientia rei iam alteri venditæ ſic alienæ,
propter quam actio nulla competit,pro.dd.dã-
nis vel euictione ſequuta.l.ſi fundũ. C.de euict.
glo.& Abb.in c.ad audientiam.de rebus Eccle-
ſiæ non alien.Deci.conſ.411.nu.4.Gozad.cõſi.
24.num.7.Natta.conſil.181.nume.8.Cabelin.
tract.de euict.§.5.num.31.

Tertium requiſitum reſoluendo,cenſeo ad
cautelam debere obtineri mandatum gratiæ li-
berationis à pęna,contra vendentem rem duo-
34 bus inflicta.Nam licet † iu ſtatutis pœnalibus
ſtrictè interpretandis appellatione inſtrumen-
torum veniant tantum documenta publica, nõ
autem apodiſſæ & ſcripturæ priuatæ,quæ aliter
ſub nomine inſtrumenti comprehenderentur,
per Roman.in conſi.23. Grat.conſil.74.nu.42.
35 cum ſeq.volu.2.& maxime,† quod ex vſu com-
muni loquendi intelligatur inſtrumentum illud
tantum,quod manu tabellionis & notarij publi
ci conficitur,per Bar.in l.notionem.§.inſtrumẽ-
torum.ff.de verbo.ſigni. Bart. Bald.& Caſtr.nu.
8.in l.1.C.de iur.calum. Fely.ample.num.6.ex
* Rub.de.fid.inſtrumentorum * communem ait
Io. Bapt. Aſin.in ſua praxi iudiciaria.§.22.ca.4.
36 num.10.Attamen,† quia ex identitate rationis
à ſtatuentibus conſideratæ aduerſus vendentẽ
rem duobus, vel ex illius mente,poſſet compre
hendi tam inſtrumentũ,quàm apodiſſa vel ſcri-
37 prura priuata,† quo caſu ſtatutum, vtramque
venditionem per inſtrumentum & ſcripturam
contineret,licet verbo inſtrumenti tantum vte-
* retur, ex vera & * communi doctrina,quam te-
net, Aimo de antiq.tempor.parte pri.nu.245.
& ſeq.eandemque comprobat Mendoſ.ad Ro-
man.in verbo, in caſu modo conſi.23.nume.2.
Proficuum erit ad omne dubium tollendum, di
ctam obſolutionem obtinere, ita vt eueniẽte ca
ſu, poſſit excipi,cõtra.d.Thomã vel heredes,&
iura ſua tueri. Ex quibus concludo primum em
ptorem terras ſuas auocare poſſe,non obſtanti
bus in oppoſitum allegari.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus

PRO NOBILI DOMINO IVRIO, ET fratribus de Aliprandis.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando iuſtificari poſſit per appellatũ, & appellantem,cõmuniſque dicatur: & quãdo vnus ex perſona alterius appellationem proſequatur.

Proteſtatio in parte, & partibus, vel pro ſe tantum, quando proſit in productionibus ſcripturarũ, vel appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio communis eſt, & eam exercet tam appellatus, quàm appellans, quod qualiter intelligatur.nu.31.*

2 *Appellans, qui aliàs audiri nõ poterat admittitur ex apelati perſona.*

3 *Cauſa non dicitur deſerta, licet appellans ſit negligens, dum ex perſona appellati ipſa proſequi poſſit.*

4 *Pars appellata, confitens appellationẽ interpoſitam efficit, vt cauſa non dicitus deſerta.*

5 *Cauſã deſertã non eſſe pronũciãdũ, eſt in dubio.*

7 *Acta in prima inſtantia facta, partibus ſunt cõmunia, et vt publica fidẽ faciunt, nu.34.et ſe.*

7 *Acta per appellatum producta, etiam cum proteſtatione, niſi in quantũ pro ſe faciunt, contra ipſum probant.*

l.vulgari.ff.de furt.l.fina.§.penult ff. ad l.Iul. ma-
ieſt.ſcriptum enim eſt, qui vos ſpernit, me ſper-
nit,Luc.10.&,non te, ſed me abiecerunt. ne re-
gem ſuper eos,Regum. 8. omnis enim ſubditus
reſiſtens,inobediens, uel offendeos officiarios
8 † rebellis eſt Principi, & illius ſtatui. per extra-
uag.quoniam qui ſint rebelles.ubi Bartol.in uer
bo tenere.numero ſexto Ioan. ubi ſupra.3.trac.
arti.6.concluſ.5.& 7.& art.7.concluſ.2.4.6.7.&
ſequen.Nell.de banni.pri.par.2.tempor. nu.16.
Nicol.Boer.de ſedit.q.6. nume.6.9.& ſeq.Mart.
Laud.de crimin.lęſę.q. 3. Corrad. in prętor.iur.
lib.primo.capit.9.§.3.de crimin.lęſę maieſt. nu-
mero ſecundo.uerſic.9.num.3.& num.10. in ſi.
multa Ioach.Miſing.conſi.44. in primo Berou.
conſi. 114.num.49.uolum.1.ubi declarat & cōſ.
165.num.16.uol. 3.

9 Rurſus ad Vicarium Principis.Coma. conſilio
153.Marc.deciſ.Delfi.618.prima parte, & 421.
numero ſecundo eadem part. Cataldin. Bon-
compa.conſi.55.num.ſecundo.uolum.1.conſil.
crimi.in 4.Marſil.tractat.de bannit.io uerbo lęſę
maie.nu.33.& ſeq.

10 Ad † Reginam vxorem, in terminis Marſil.
conſi.

conſi.primo per totum.vbi nu. 11. id pro indu-
bitato ponit,etiam ſi delictum contra Reginam
dirigatur,poſt mortem Regis,cum vidua adhuc
dicatur eſſe , in primo matrimonio , & Vaſallus
11 Domino † viuo & mortuo,honorem ſeruare te
neatur.l.apud Celſum.§.aduerſus,ff.dol. except.
12 hinc concludunt † vaſallum cum vxore domini
vidua rem habentem,vel teſtantem habere, feu
* do priuari,vt ample ex communi * ponũt. Ant.
Cap.in inueſt.feud.verbo , feuda amittuntur. 2.
priuatio. verſi. amplia.ſecund.pagin.45. & hoc
13 † ad matrem domini ſimiliter extenditur,per Ia
cob.Ardiz.ſum,quibus mod.feud.amitt.§.idem
in matre Capici.ubi ſupra,pagin.47.uerſic.ſex-
14 to.ſimiliter † ex ingratitudine ſiue iniuria illata
per Vaſallum,in patrem tutorem filij domini di
recti,uel cum in enormem filij iacturam & con
tumeliam tenderet Vaſallum feudo priuari, ex
diſtinctione quam recenſent , Moder. Pariſ. in
conſilio feud.§.30.quæſtion.32, per totum. nu.
mero 125. ac in filia & ſorore loquens , amplè
Bero.conſil.76.nume. 129.cum ſequen. uolu. 1.
15 Quod intelligunt nonnulli, † ſi odio & in dam-
num principaliter Principis velut carear dicto
officiali Principis, id fiat , Aimo conſi. 6.nu.79.
Roland.a Valle conſi.primo num.34.uolum. 3.
Brun.conſi.69.Bero.conſi.78.num.9.uolumine
primo Boſi.titul. de bonorum publicat. nu. 57.
Neuiz.conſi.68.num. 15. & conſi. 15.uolum.4.
Giga.de crim.læſæ Maieſt.lib.primo.q.14. & q.
26.dicens locum habere crimen læſæ, in eo etiã
qui ad actum occidendi officialem venerit,Boſi.
titul.de crimin.læſę maieſt.nu.38. ſubdens hanc
conſiderationem,quod in odium Principis pri-
uatum,non autem in damnum Reipublicæ prin
cipaliter fiat,non attendi, cum perſona Princi-
pis offenditur,cuius quælibet offenſio, etiam ex
priuato odio,crimen læſæ Maieſtatis incurri ef-
ficit,ut ibi.num.41.licet & alij voluerint id quo-
que in officiale ipſius ſeruari , etiã ſi odio priua-
to offendatur,crimenque læſæ Maieſtatis incur
ratur. Afflict.in conſt.Sicilia. rubrica 29. num.9.
Clar.dict.§.læſæ Maieſt.uerſic.4.Neuizan. dicto
conſilio 68. nu. 15. multa in ſimili felonia facta
Prælato,Mod.Pariſ.conſuet.feud.§.30.quæſtio.
30.num. 120. in dubio tamen in odium Princi-
pis factum præſumitur , per Boſi.ubi ſupra nu-
mero 35.Roland.a Valle dicto conſilio primo.
num.5.

Quarto offendẽs in perſona vel bonis aliquẽ,
ſeu Principem nedum ipſum offenſum,ſed quoſ
16 cunque de offenſi † cognatione offendere dici-
tur,quibus datur vindicandi facultas.l.raptores.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& gloſſ.in l.lex Cornelia.
ff.de iniur.ubi conſanguineis virginum Deo de-
dicatarum raptarum datur interficiendi facul-
tas,quamobrem Abraam in Lot fratrem vindi-
cauit.Gen. 14. & Simeon & Leui raptum Diuæ
ſororis.Gen.cap.34.Ioan.ubi ſupra 2.tractat.2.
arti.concluſ.4.5.& 6.pag.42.Marſ.d.conſilio 1.
num.11.cum ſeq.Bero.conſ.76.num.94. & 47.
vol. 1.

Quinto in materia fidelitatis,proditionis,re-
17 bellionis,ac læſæ Maieſtatis , † improprius Do-
minus,vt tutor,coadiutor,pater, uel filius pro al
tero,ueri Domini iudicantur;ita quod proditio,
crimen, pęnaque illorum committatur per hũc
ficte Dominum,ſicuti proprium , & verum, ad
ea,quę habentur in l.1.§. domini, & §.ſi iure.&
l.ſi exhæredatus.§.fi.ff.ad Silan.Ioan.de terra ru
bea,ubi ſupra,tertio tract.art.7.concluſ.7.Cum.
conſi.153.Marc.deciſio.Delphi.618.nume. 13,
prima parte.

18 Sexto,†bona Domini ſui improbè diſſipans,
vel diſpenſans,vel non cuſtodiens,infidelis eſt.
l.3.§.tutor.ff.de ſuſp.tutor.l.3.ad l.Iul.Maieſt. Io.
dicto loco ſupra allegato.3.tract.art. 6. concluſ.
19 20.22.& ſeq. †prout qui uerbis Dominum ho-
norans,factis vero e conuerſo ſit contra Domi
nũ,qui deterior hoſtis dicitur,& cęteris nequior
cap.primo 93.diſtinct.hinc Mat.15.populus hic
labijs me honorat , longe autem a me cor eorũ
eſt.Ioan.ubi ſupra concluſ.24.26.29.pagin. 70.
ſubdens infidelem quoq; omnem ſubditum cen
ſeri, qui vnam ex cauſis ingratitudinis , ex quib.
de iure communi antiquo filius exhæredatur ,
matrimonium diſſoluitur,uel donationem reuo
cat,committat.& clarius,art.2. concluſ. 5.pagi.
20 36.& dico factis,quia ex † uerbis iniurioſis tan-
tum,& maledictione Principi irrogara , de iure
communi quis non incurrit crimen læſæ Maie-
ſtatis, Aymo conſilio 6. num.3.& 117.Ruin.con
ſilio 145.num.5.Gigas de crim.læſæ Maieſta. 9.
40.num.q.Vrſil.ad Afflict.deciſi.268.nume.66.
21 prout nec dicto crimen † committit qui patriã
oppugnat,uel prodit,declarat Curt.conſilio 90.
22 num.32.cum ſequen. † proditorque nuncupa-
tur,qui unum in verbis, aliud in corde tenet, &
pœna mortis, & Maieſtatis punitur , Gigas ubi
ſupra,lib.3.quæſt.1.num.6. 16. & per totum. &
quæſt.6.nu.4.dicens,laqueo ſuſpendendos,Vr-
ſil.ad Afflict.deciſ.268.nume.70. ample Berou.
conſi.165.num.12.cum ſeq. uolum. 3.ſubdens,
num.17.& ſeq.in crimen læſæ incidere,etiã non
ſubditum,ratione domicilij,ſi ipſe honorem tã-
tum uel perſonam Principis offenderet ; multa
deducit idem Berou.conſi.77.nume.4.& ſeq.ac
per totum uol. 1.

23 Septimò † committens crimen læſæ Maieſta-
tis humanæ de iure communi ultimo ſubditur
ſupplicio,bonis omnibus confiſcatis,notatur fa
cti,& iuris infamia,pariterque illius poſteri , di-
cta l.quiſquis.dicto cap.quæro.l.filius.de pœnis
in 6.Ioann.d.artic.2.ſecundo tract.concluſ. 12.
Gigas de crim.lęſæ Maieſtat.lib.2.quæſtion. pri
ma nu.6.& ſeq. quod ſecundum aliquos habet
locum in quolibet Principe inferiore,qui bona
24 † ſuorum rebellium occupet , Cæpol. conſi.17.
ſequitur primum dictum Clar. §. læſæ maieſtat.
lib.5.ſententiarum uerſicu.pręterea, & in §.fina.
quæſt.

quæſt. 78. dicens ex communi confiſcationem
venire, ſequitur Bonac.commu.opin.crimi.uer-
bo confiſcatio, & verbo læſæ Maieſtatis. vbi de
communi.Gabriel.conſi. 179. num. 2. Corrad.
in præt.iur.cap.9.lib.1.§.3.de crim.læſæ maieſt.
num.8.Ioan. de terra rubea, de rebell. artic. 10.
per totum.3.tracta.in verſi.de pœna in bon. re-
bell.pag.92.& 98.declarat Ioach.Miſeng. conſ.
44.in primo artic.nu.6.ac ſeq.ſcribens ex * cō
muniori, hoc crimen committi tantum aduer-
ſus Principes, qui alios in ſuperiores non reco-
gnoſcunt.

25 Octauò † affectus in hoc crimine læſæ maieſta
tis, ac attentatis tantum delinquere punitur, ſi-
cut affectus, & prout verè delictum cōſumaſſet;
l.quiſquis.ubi Cyn.3.notab.C.ad l.Iul. Maieſta.
Angel.in l.fina.§.fin.ff.quod.quiſq.iur. Arch. in
cap.ego.12.quæſt.2.Calcan.conſ.2.num.59.&
60. Reſtatur. de imperat.118.Gigas de crimin.
læſę maieſta.lib.1.quæſt.30.num.2.& lib.3.q.7.
num.6.& lib.1.q.26.num.2.ex * communi poſt
Boer.tradit Clar.in dicto §.læſę maieſtatis. uerſi.
ſcias autem.Didac.in clement. furioſus. de ho-
micid.Socin.iun.conſi.105.nume.37.uolum.3.
Boſi.tit.de crimi.læſę maieſtat.num.43.Martin.
Laud de crimi.læſę maieſt.Bonacoſ.concluſ.cri
min.uerbo læſę maieſtatis. ubi de communi Fa-
cin.conſi.78.num.54.uolum.1.conſi.crimin. in
4.fuſius Mar.Soci.iun.conſi.105.nume.37.cum
ſeq.uolum.3.quod extenditur ad volentem aliū
veneno interimere, Nicol.Boe.de ſedit. q.7.nu.
26 42.licet forte † ſecus in veneno preparato pro
aliis, quàm Principibus, vel vbi non deueniſſe ad
actum proximum, ex * communi, de qua per
Clar.§.homicidium.uer.punitur.Bonacoſ.com-
mun.opi.crimi.uerbo venenum.Corrad.in præ
tor.iur.lib.1.cap.9. de crimine læſę maieſt. nu.9.
egregie diſtinguit Menoch. de arbitr. iud. caſu.
360.nu.47.cum ſeq.& caſu eodem.nu.24.ubi in
27 crimine læſę maieſtatis † conatum puniri air, or-
dinaria pœna, & ſi ad actū exteriorem & remo-
tum rantum venerit, vt nu. 26. ſequitur Ioan.de
terra rubea.de rebell.3.tract.arti.9.q.6.& 7.pag.
88.de quo vide Capram, regul.65.nu.24. & 25.
tenentem in illo caſu tantum pœna extraordi-
naria plecti.

Nono ſtatuto terræ Mirandulę prohibetur, ne
quis faciat uel attētet quidquam, quod ſit vel eſ-
ſe poſſit contra bona, ſtatutum pacificū & tran-
quillum dictorū dominorum, &c. ſub pęna am-
putationis capitis, & publicationis bonorū. qd
28 intelligitur etiam ſi ſecundario ueniret † contra
ſtatum Principis, ſic ſi ſubditus tentaret, ſtatum
regi, & adminiſtrari per alium, ex doctr.Bal.in l.
2.§.huius ſtudij.nu.6.ff.de iuſt.& iur.Mart. Laud.
de crim.læſę maieſt.q.12.

29 Decimò,† proditor dicitur, qui uel Principē
ſeu Rempublicum prodit, vel amicum & alium
in fide ſuſceptum, Bald.conſ.361.num.3.uol.4.
& propr.e hoc nomen ſpeciale in delicto con-
tra Principem commiſſo ſumitur.l.omne.§.ex-
ploratorum.l.proditor.ff.de re milit.Ioan.de ter
ra rubea.d.art.6.3.tract.de proditore pagin.71.
uel eum qui non ſit inimicus, veneno interime-
re, curat, ample Couar.uaria.reſol.lib.2.c.20.nu.
7.egregie Menoch. de arbitr.iud.caſu. 361. nu.
25.& ſeq.Didacus. in clem.furioſus.par.2.initij.
30 num. 7. de hom. † qui proditor vti reus læſę ma-
ieſt.punitur, Clar.§.ſi crim. queſtion.68.uerſic.
proditor.Marſ.conſi.1.nume.2. Bonacoſ. com-
mun.opin.crim.uerbo proditor.& in q.crimin.
31 uerbo prodiror. circa fin.ſubdens † ſtatutū ſim-
plex de homicidio vel veneno, non extendi ad
delictum proditorie cōtra amicum commiſſum
Carr.in praxi.crim.pagi.18.nume.96.Claud.in
regul.crim.96.

32 Vndecimo,† ex iuramento Vaſalli, quod fi-
delitatis appellant tot tir.de noua form.fidelita-
tis, obligatur Vaſallus ſub pœna amiſſionis feu-
di nūquam dominum uel ſuos, matrem uel vxo
rem iniuriare, uel rem habere cū fœminis ipſis,
vt ample tradit Capiei.in dicta inueſt.feu. verbo
feuda amittuntur. 2.priuat.uerſic.2. amplia pag.
45.& tetigi ſuperius, hocque ſeruabimus etiam
in Vaſallo ſubdito alicui Principi, iuranti ſub ea-
dem forma, fidelitatem, cum & ipſe crimen læſę
maieſtatis incurrat, offendendo vel offendere tē
tando, nō ſolum Principis perſonam, ſed & ma-
trem ipſius, ſeu vxorem, vt ſupra, defuncto Do-
mino, viduam. ad plura namque & plenius tene
33 tur † ſubditus erga Principem, ſeu membrum
quodcunque politicum, ſiue miſticum, ſuo cor-
pori & capiti, quàm Vaſallus Domino ſuo. Ioā.
dicto tract.de rebell.3.tract.artic.6.29. concluſi.
in fine.

34 Duodecimo, qui ſe à crimine per penitentiam
excuſat, id probare debet, Alexand.conſi.152.
numero 10.uolum.5.Octau.Cacher.in crimin.
læſę.deciſ.79.num.40.& 41.Clar.§.fina.crim.q.
60.uerſi.ſui interrogatus. Non enim in iſto cri-
35 mine † aliqua excuſatio effectus, imperitiæ, mul-
titudinis, delinquentium, cordis, fidelitatis, timo
ris, periculi, uiolentiæ, uel crudelitatis allegata
admittitur, vt in propoſito diſſerit, Ioan.de ter-
ra rubea.de rebell.tracta.3.articul.nono, perro-
tum. Ex quibus omnibus, infraſcripta dedu-
cuntur.

Primò, quod cum inquiſitus confeſſus eſt, Il-
luſtriſſimam Comitiſſam tutricem Illuſtr. Comi
tis veneno interimere uoluiſſe, ne amplius rege-
ret, ac ut filius Comes illa priuatus exiſteret, re-
belles cenſendus eſt, & crimen læſę maieſtatis in
curriſſe, quando & in officiali Principis tantum
36 eo modo necati, omnis rebellium diſpoſitio lo
cum habeat. dicta l.quiſquis.& ut ſupra in ſecun
do ſuppoſito, Roland.d.conſi.1.num.25.& 34.
uol.3.

Secundò, cum ſit mater, & tutrix legitima,
Principi proprio æquiparatur, ut puniri reus de
beat crimine læſę maieſtatis, ac ſi in perſonam
pro-

proprium Domini patraſſet ſcelus, quando Do
minus improprius, vt tutrix in hac materia pro
Domino proprio, & vero reputetur, vt in ſupra
ſcripta concluſione firmaui, & vbi principes vel
illius perſona offendatur, ſeu adminiſtrantes
37 pro illo, † totus ſtatus concutiatur, & offendens
puniatur de maieſtate læſa, ſentit deciſ. conſilio
410.nu.29.& 31.

Tertio, quia ſubditum, fidelem, & obſequio-
ſum Illuſtriſſimæ Domi. matri, ſe verbis præſta-
bat, factis vero capitalem inimicum, vnde pro-
ditor illius cenſebitur, ſit reus criminis læſæ ma-
ieſtatis, vt in decima conſideratione. Hoc enim
38 nomen † proditor, ſpeciale eſt, cum quis prin-
cipem prodit, quia ſi contra alium committat
nomen delicti, cum qualitate proditoria aſſu-
mit, l. 1. ff. de priua. delict. §. 1. de his, qui not. in-
fam. Ioan. de ter. rub. ubi ſupra art. 6.3. par. 1. cō-
cluſ. pag. 71.

Quarto, ſi de iure communi, vt ſupra in octa-
ua concluſ. ac municipali Mirandulæ, quod præ
cipuè ſeruandum eſt l. omnes populi. vbi not. ff.
de iuſt. & iur. Socin. iunior. conſi. 105. num. 12.
41. uolum. tertio, punitur tractatus & affectus tan
tum, pœnamque capitis, & cōfiſcationis bono-
rum infligit, nemo dubitabit in præſenti D. Po-
ianinum reum, qui ad actum proximum deue-
nit, nec per eum ſtetit, quin Illuſtriſſimam Do-
minam veneno necaret, pati has pęnas debere,
non obſtante rei pœnitentia, ſeu reuocatione al
legata, cum illam ipſe probare teneatur, nec de-
mum allegata proſit delicto commiſſo, vel atten
tato, ex parte ſui, Octauia. Caccher. deci. 79. num.
40. & ſequen. dixi concluſ. ultima. probat Neui-
39 zan. conſi. 79. in prima ac relata per Clar. † ex
communi. in §. ſi. crim. q. 16. uerſi. item quæro,
& q. 60. uerſic. fui interrogatus, amplè Marian.
Socin. iun. conſi. 105. num. 44. cum ſeq. vbi plu-
res alias reſponſiones huic exceptioni de pœni
tentia accommodat, vol. 3.

Quinto, non tantum D. Poianus verba male-
dicta, iniurioſa & ſimilia contra d. Illuſtriſſimam
Comitiſſam protulit, ſed & factis veneno illam,
quam verbis exterioribus venerabatur, interi-
mere curauit, vnde proditor, cenſendus eſt, &
hoſtis acerrimus Domini ſui, qui propterea cri-
mine læſæ maieſtatis punitur, vt ſupra dicebam
in ſexta & decima concluſione. Gigaſ. crim. læſæ
maieſt. lib. 3. q. 1. nu. 6. & 16.

Sexto, quod rurſus efficit, vt ſi tuentes iura in-
quiſiti allegarent ſtatutum Mirandulæ de vene-
no diſponens, & pœnam quinquaginta librarū
tantum imponens tentanti venenare aliquem,
illis non prodeſſe replicetur, quando omiſſo, q͂d
eſſemus in caſu criminis læſæ maieſtatis, non
40 vendicet ſibi † locum ſtatutum illud in præben-
te venenum alteri proditoriè, per Claud. d. reg.
crimin. 96. Bonac. commun. opin. crim. verbo,
proditor, cum ſimil.

Septimo addo, cum ex illius confeſſione, &
teſtes in cauſa examinatos appareat mortua Il-
luſtriſſima Comitiſſa, ſtatum Illuſtriſſimi Comi-
tis Galeotti perturbationem, inquietem, & di-
ſcordiam paſſim fuiſſe, ob perſonarum & ſub-
ditorum mutationem, & diſſenſiones, quietem
& pacem ſublatam fuiſſe, & dominium, vt in-
quiunt teſtes mutari potuiſſe, cui dubium, quod
verba ſtatuti, de pœna committentium, &c. ve-
rificentur, ita vt illius pœnam pati debeat, quan
do quicquid molitur aduerſus principatus & ſta
tus ſecuritatem, & proſperitatem, totum cedat
41 contra Maieſtatem, honorem bonumque regi-
men Principis, & Domini. l. 1. cum ſecunda. ſeq.
C. ad l. Iul. maieſt. cap. 1. de pace iuram. firm. no.
d. Ioan. de terr. rub. ſupradicto tractat. 3. artic. 8.
uerſi. quis enim. pagina 77. Deci. conſilio 410.
num. 29. & 31. contraque ſtatum pacificum de-
uenitur, uel ſit non ſolum cum perſona Domi-
ni offenditur principaliter, ſed & conſanguinea
puta, mater, frater, vel coniunctus principi, ob
cuius mortem princeps pace, & quiete ſpolia-
tur, eo quod conſanguineus ex alterius nece tur
betur, & magis filius propter mortem matris
violentam, vt ſupra dicebam in quarta conſide-
ratione.

Octauo, ex literis recognitis per inquiſitum,
conſtat ipſum ſubditum, famam d. Illuſtriſſimæ
Comitiſſę denigraſſe, uiuo Illuſtriſſimo Co. Lu-
douico marito, & illo mortuo, dum regebat fi-
lium, iuriſdictionē, & ſtatum, propterea dicitur
proditor, & crimen læſæ maieſtatis incurriſſe.
Marſil. in propoſito conſi. 1. nume. 22. cum ſeq.
Rurſusq; ex eiſdem conſtat contempſiſſe d. Illu
ſtriſs. Dominā, præcepta ſua, decreta, & electio-
42 nes commiſſariorum, ita vt inobediens & infide
lis iudicetur, per ea, quæ congerit in materia Io.
de terra rub. de rebel. art. 6. tract. 3. concluſ. 5. 13.
& ſeq. pag. 68. & ſeq.

Nono, bona Illuſtriſſimi Comitis defuncti,
& Illuſtriſſimi Comitis filij nunc domini Miran
dulæ, uti hæredis diſſipauit, diſtraxit, in pro-
prioſque vſus conuertit, ita quod ex infidelita-
te, rebellis cenſendus eſt, vt ſupra in c. 6. nec ex-
cuſandus, quod nonnulla retinuerit, credens ex
conſuetudine ſibi id licere, cum illam debuiſſet
probare. not. Aleiat. conſi. 452. num. 8. Qua pro-
pter ex his, & multis alijs, animum meum mo-
uentibus, in hanc ſententiam deuenit inquiſitū
condemnandum fore, iuxtam formam ſtatuti
Mirandulæ, ſub rubrica de pœna committen-
tium, vel tractantium, &c. in amputationem ca-
pitis, cum publicatione bonorum, & in expen-
ſis. Quod totum executioni in aliorum exemplū
demandatum extitit.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO NOBILE DOMINO Rodulpho Paueſio.

ARGVMENTVM.

Feudum tum antiquum, tum nouum, tum ex pacto, vel hereditarium mixtum culpa vaſalli amiſſum, quib. applicet, Dominis, filijs, uel agnatis.

Feudum quomodo hæreditarium, & ex pacto iudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas naturalis accidentali præponderat.*

2 *Feudum iudicatur magis ex pacto, quàm hæreditarium.*

3 *Feudum ſuſceptum pro hæredibus, dicitur ex pacto ſecundum aliquos.*

4 *Sententia amittitur feudum non ex communione tantum delicti.*

5 *Feudum nouum ex pacto amiſſum ob delictum concernens alium, quàm domini perſonam, ad Dominum deuoluitur, excluſis filijs deſcendentibus, & agnatis, ſecundum omnes, ex * communi.*

6 *Vaſallo delinquente extra perſonam Domini, feudum antiquũ ex pacto deuoluitur ad agnatos, excluſis omnibus deſcendentibus, & Domino, ex * communi.*

7 *Agnati, vſque ad quartum gradum vnà cum filijs excluduntur a feudo amiſſo, ob delictum vaſalli commiſſum extra perſonam domini, ex ** communiori, licet ex vna communi non excludantur, ſed deſcendentes tantum.*

8 *Feudum antiquum hæreditariũ mixtum amiſſum ex delicto vaſalli commiſſo in perſonam extra Dominum, ad Dominum ſemper deuoluitur, excluſis filijs, & agnatis omnibus, ex * communi.*

9 *Deuolutionem fieri in dubio magis ad dominũ, quàm agnatos iudicatur.*

10 *Feudum pro ſe, & hæredibus vtriuſque ſexus, dicitur hæreditarium mixtum, licet de natura feudi ex pacto participet.*

11 *Hæreditarium feudum dicitur ſuſceptum pro ſe, & hæredibus maſculis, ex ** communiori.*

12 *Feudum hæreditarium mixtum, nec filius, nec agnatus conſequitur, niſi ſe hæredem ſanguinis, & ſucceſſionis coniunctim conſtituat, ex ** communiori.*

13 *Succeſſionis qualitas in feudo hæreditario.*

14 *Filijs vti hæredibus non tantum, vt filijs, pater acquirere dicitur.*

15 *Hæredum appellatione veniunt etiam extranei, in materia tranſitoria ad extraneos.*

16. *Feudum informe non tranſit ad filios, niſi hæredes.*

17 *Filius nunquam admittitur ad feudum ex pacto, niſi ſit hæres ultimi, ex ** communiori.*

18 *Pater cenſetur acquirere feudum filijs vti hæredibus, non ut filijs tantum, ex * communi.*

19 *Feudum in dubio hæreditarium præſumitur, & pro hæredibus, ſed cum qualitate deſcendentium, ex ** communiori.*

20 *Forma feudi ſimpliciter accepti, intelligitur pro ſe, & hæredibus.*

21 *Natura originalis feudi, conſideratur.*

22 *Acquiſitio feudi intellecta pro hæredibus, eſt utilior recipienti, & concedenti.*

23 *Dominus in dubio videtur concedere, prout recipiens uidetur uelle.*

24 *Qualitas accidentalis fauorabilior, naturali præualet.*

25 *Feudum, quòd ad hæredes non tranſeat, nulla lege prohibetur.*

26 *Lex imitatur naturam.*

27 *Feudum hæreditarium qualificatum dicitur, quod niſi ad hæredes tranſit.*

28 *Feuda omnia genericè conſiderata ex pacto, & prouidentia cenſentur.*

29 *Verba ex pacto, & prouidentia, quid præſeferant, ex * communi.*

30 *Hæredibus, verbum in conceſſione feudi appoſitum, illum conſtituit non rectum, ſed hæreditarium, ex * communi.*

31 *Denominatio a capite a digniori, & potentiori fit.*

32 *Hæreditaria feuda in multis a feudo ex pacto differunt, ex * communi.*

33 *Feudum nouum dicitur, ubi in inueſtitura exprimitur authoritate nouæ inueſtituræ, vel origine in primo accipiente.*

34 *Factum defuncti in hæreditario feudo, nocet hæredi, tam in alienando, quàm delinquendo.*

35 *Feudum hæreditarium, & mixtum, differunt.*

36 *Qualitas hæreditatis, & ſanguinis concurrunt, & requiruntur in feudo hæreditario.*

37 *Feudum acceptum, ita quod iure francorum viuatur, interpretatur, vt primogenitus tantũ, ac ſolus ſuccedat.*

38 *Primogenitus non ſuccedit in feudo iure francorum*

corum

corum accepto, niſi ſit hæres, ex opinione in-
* *dubitata.**

39 *Debita defuncti ex feudo hæreditario, ſoluunt.*

40 *Primogenitus aptior, & vtilior inueſtituræ creditur.*

41 *Accipienti feudum magis, quàm Domino conſulitur, in feudo hæreditario.*

42 *Qualitas accidentalis non ſemper naturali cedit, ſed vbi concurrunt ſeparabiliter.*

43 *Potentior iudicatur qualitas, quæ iuri communi fauet.*

44 *Accidentalis qualitas potentior naturali, præfertur.*

CONSILIVM CLXVIII.

TRINITAS ADSIT.

Condemnatus ex crimine falſi Ioannes Blaſius de Carpo priuatur feudis, quæ tenebat à Nobilibus Dominis de Paueſiis iurium curiæ Podii Epiſcopatus Mantuæ, pro ſe & hæredibus ſuis vtriuſque ſextus ex eo legitimè deſcendentibus, controuertitur tamen inter Dominos directos, qui poſſident terras vti deuoluras, & Dominum Ioannem Ludouicum filium, & hæredem dicti Ioannis Blaſii, an iure per filium comprehenſum in inueſtituris terræ vendicari poſſint. Dubitabaturque magiſtraliter per Illuſtrẽ Dominum Paulum Aemiliũ Bardellonum Senatus Mantuæ meritiſſimum Præſidem, Commiſſarium curiæ, ac in dicta cauſa Iudicem fauore filii, nempe ipſum admittendum fore, ex doctrina Afflict. in c. 1. §. hoc quoque nu. 16. & ſeq. de ſucceſſ. feud. quia dum inueſtitus pro ſe, filiis, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcẽdentibus, ita tamen, quod maior natu ſuccedit, (ſeu ut ex regni conſuetudine dicitur iure francorum) non poteſt alienando præiudicare filio primogenito contradicenti, qui ſe hæredem patris faciens, cum beneficio inuentari, feudum alienatum reuocat, & facto patris contrauenit eo ratione, ꝙ in hac mixtura feudi qualitas naturalis ſanguinis ꝓcedẽs ex illis verbis filiis, &c. quæ feudũ ex pacto, & prouidentia conſtituũt,
1 præpõderet alteri † qualitati accidentali, ſeu hæreditariæ inductæ, ex illo verbo hæredibus, q̃a mixtum iudicetur ex parte naturali ad not. præcipuè per Roma. in l. 2. num. 16. ff. de verb. obli. & vbi duo in vna ſcriptura exprimuntur, in dubio attendantur, quod eſt magis ſpeciale, quaſi illud deroget minus ſpeciali, per Alexan. conſil.
2 29. vol. 1. & ideo † feudum ex pacto, & prouidẽtia iudicetur, per eundem Afflict. idem ſententem in cap. 1. nu. 3. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, & in c. 1. num. 2. de inueſt. quam titu. accepit, Guilielm. de Perno. conſi. 4. 11. & 12. & Ioãnes Franciſcus de Ripa, conſil. 8. nu. 28. volu. 2. conſi. feud. ſic in caſu noſtro ſtatuatur, vt licet feudum hoc mixtum aliquo modo nuncupetur, cenſeatur tamen principaliter ex pacto, & prouidentia, ut filius admitti queat, tamquam vocatus, non obſtante delicto patris, qui ei præiudicare minimè potuit, addi poſſent doctè, & ſubtiliter, pro more congeſta, à Natta iuriſconſulto celeberrimo, in conſil. 780. & 781. quo lo
3 co concludit † feudũ hoc pro hæredibus ſuſceptum omni reſpectu dici ex pacto, & prouidentia, prout aliàs ſuſceptum pro filiis, vel liberis tantum. Cumque multoties à me reſolutio dubij propoſiti petita fuerit, renui ſemper, & ob varia impedimenta ſcribere, & ne velut anſer (vt aiunt) medios inter olores ſtreperem, ſciens cauſam hãc agitatam per eximium iureconſultum Dominum Traianum Delphinum aduocatum, & dictorum Nobilium de Paueſiis affinẽ, doctèque, & accuratè eiuſdem conſiliis, & reſolutionibus Illuſtratum fuiſſe. Nunc verò ductus ea animi affectione, qua Nobilem Dominum Rodulphum mihi, carum, & clariſſimũ compatronum cauſæ proſequor, quibus omnia ex voto ſuccedere vellem, nec quicquam eſt laboris, quod non illorum cauſa libentiſſimè ſubeam, prouinciam ſuſcepi, non immemor dicti Specul. in tit. de arb. §. ſequitur verſicu. ex eo, ſpecie itaque cõtrouerſiæ, ac motiuis perpenſis confidens, ꝙ ille, qui Moyſis os aperuit, ab excelſo petitum non denegabit auxilium, ponam deciſiuè loquendo, paucas iuris, & veras concluſiones, ex quibus veritas præſentis dubitationis in gratiam Nobilium Dominorum directi dilucidabitur.

Prima ſit concluſio, ꝙ nõ ex delicto ſimpliciter in alium, quam Dominum commiſſo, ſed ex ſententia lata contra vaſallum ſuper crimine falſi, vel alio, quod infamiam irrogat, nec cum cæteris in curia Domini vaſallum conuerſare,
4 & comparere permittit, † feudum amittitur, per Aluar. in c. 1. §. denique quæſt. 10. & ſeq. nu. 7. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & in c. 1. num. 4. an ille, qui inter fratr. Domini ſui. Afflic. in c. 1. §. item ſi quis feudum. nu. 71. quib. mod. feud. amit. Bal. in c. 1. nu. 2. & 3. an ille, qui interfece. fratrem Domini ſui ubi allegat Odofred. & Iacob. de Belouiſ. ſequitur ibidem Aluarot, Alex. conſi. 60. num. 3 cum Apoſtil. vol. 6. Alexan. de Neuo conſi. 98. num. 14. & 15. tom. 1. conſil. cri.
* in fol. hanc ſententiam communiter* approbatam, & ueram poſt Alexan. Curt. iunior. Iaſ. & alios admittunt Clarus in §. feudum. quæſt. 62. Moderni Pariſini conſil. 3. num. 5. Aymo in cõſuet. Aluern. tit. 2. artic. 4. num. 8. cum ſeq. Caſſan. conſuetud. Burgũdi. titu. Deſ. fidez. rubrica 3. §. 8. verbo & alienatione in fine num. 2. fol.
* 121. Moderni Pariſini, ex* communi in conſu. feu. §. 30. q. 6. Celſus Hug. cõſ. 26. nu. 91. Quidã

incertus auth. de crimin. læſæ maieſt. quæſt. 1.
nu.6.& q.3.regula.in vol.tract.crimin.in 4. Gui-
lielm. a Perna ſuis primis notab. numero 107.
Franciſc.Marc. deciſ.Delfin.991.num. ſecundo.
parte ſecunda. Menoch. conſilio 104. num. 49.
& ſeq.

Secunda ſit concluſio vaſallo committente
delictum non concernens perſonam Domini
directè, ſed aliam, propter quod veniat feudo
5 priuandus, ſi † feudum nouum eſt, & acquiſi-
tum a delinquente, licet ex pacto,& prouiden-
tia vtique ad dominum directum ſolum deuol-
uitur excluſis omnibus filijs,& deſcendentibus,
ac etiam agnatis inueſtiti. text. eſt in capit. 1. de
duob. fratr. de nouo benef. inueſt. cap. 1. §. fi. vbi
And. de Iſern. Petr. Iacob. de Belo. Nicol. de Nea
poli, Bald. & Præpoſ. qui dicit, id omnes * tenere
ſub num. 3. colu. 4. uerſi. ſi vero vaſallus titu. quæ
fuer. 1. cauſ. ben. amitt. gloſſ. in c. 1. ſi vaſal. feud.
priu. communem * ait Zaſ. titu. de feudi amiſſio-
ne, nu. 103. nemoque diſcrepat ab hac ſnīa, per
Curt. tract. de feud. 5. par. 2. conclu. quem refert
Clar. §. feudū. q. 66. uerſi. aut vero vaſallus Grat.
conſ. 2. nu. 14. cum ſeq. & nu. 56. vol. 1. Alex. de
Neuo conſi. 98. nu. 18. tom. 1. conſ. cri. & conſi.
76. nu. 12. uol. 1. conſi. crim. in 4. Plot. conſ. 130.
nu. 68. tom. 1. conſ. crim. in fol. ſequitur pro cō-
mun. Lauren. Chirco. com. opi. cent. 5. concluſ.
96. receptam, & veriſſimam concluſionem nun
cupat. Io. Tho. Marin. tracta. de feud. ex pacto, &
prouid. nouo lib. 3. nume. 23. Moder. Pariſini in
conſuetud. feud. §. 30. q. 36. numer. 132. Barbat.
conſi. 66. col. 8. in fi. volu. 4. Marin. Frec. tract. de
feud. lib. 2. pagina 223. num. 13. 29. authoritate
Socin. iun. conſilio 68. num. 124. uolum. 3. Bero.
conſi. 77. num. 8. uol. 1. Incert. Auth. de crim. læ-
ſæ maieſt. q. 3. num. 5. in d. uol. tracta. in 4. Capra
ſuo tract. regul. cap. 77. num. 4. Duennas reg. iur.
346. nu. 1. Mermer. & Artman. pract. qq. forenſ.
imperialium tit. de feud. lib. 1. cap. 5. incipit cul-
pa, & capit. 45. incipit. dicitur aliàs, prout domi-
no applicatur ſi vaſallus priuetur feudo ex deli-
cto concernente perſonam Domini ſolum, vt la
tè ex * communi ponit Roland. a Valle conſ. 1.
6 num. 10. cum ſeq. vol. 3. At ſi feudum eſt † anti-
quum, ac ex pacto, & prouidētia filij, omnes, &
deſcendentes delinquētis indiſtinctè, ac ſemper
excluduntur, proximiorib. admiſſis tantū agna
tis, ac domino directo excluſo. c. 1. an ille, qui in
terf. fratr. Domin. ſui, & in cap. 1. §. deniq; quæ
fuer. prima cauſ. beneſi. amitt. quod vbique fir-
mat Andr. de Iſern. & Aluarotus in c. 1. §. fi. 10.
& 12. concluſ. quib. mod. feud. amitt. Alex. conſ.
60. num. 4. uol. 6. hanc receptam, & per omnes
probatam opinionem, inquit Curt. iun. tract. de
feu. 5. par. princ. 3. concluſ. nu. 10. & 4. par. 22. q.
Deci. conſi. 252. ſub nu. 6. Clarus in §. feudum. q.
66. uerſi. ſi uero. Roland. à Valle conſi. 1. nu. 30.
uolumine 3. Ioan. Thom. de Marin. d. tractat. de
feud. ex pacto, & prouidentia antiquo titu. 2. nu.
106. & in titu. 1. de feud. ex pacto, & prouid. nu.
43. Moder. Pariſ. in conſuetud. feud. Pariſ. §. 30.
q. 36. nume. 133. Anton. Capici. in inueſt. feud.
verbo, feuda amittuntur caſu 62. uerſic. deuolut.
tradit latè Ioach. Miſing. conſi. 44. num. 25. Cur.
ſen. conſi. 50. num. 19. & conſi. 49. num. 25. Ioā.
Franciſcus a Ripa conſi. 8. num. 2. conſi. feud. 2.
impreſ. Neuiz. conſi. 10. num. 16. Aymo. in con-
ſuetud. Aluern. titul. Desfidez. articu. 19. num. 7.
Celſus Hugo conſi. 26. num. 91. Roland. a Valle
conſi. 1. nu. 31. & conſi. 60. per totum uol. 3. Ca-
pra d. regula 77. num. 40. & 45. Natta conſ. 593.
num. 4. ex * communi Ioan. Bapt. Ferret. conſil.
396. num. 5. & uol. 2. & fuſius Menoch. conſ. 99.
nu. 144. Qui agnati admittuntur etiam viuo de-
linquente, ac morte ciuili ſequuta, ut ſuper Ale-
xandrina conſtit. terminarunt Domini de Rota
Romana per Moedanum deci. 54. licet & in for
tioribus terminis uoluerint nonnulli, ac magnæ
authoritatis viri, à dicto feudo ex pacto, & pro-
uidentia antiquo deuoluto per offenſam vaſalli
concernentem aliam perſonam, quam Domi-
num, non ſolum oēs filios, & deſcēdentes in in-
77 finitum excludi, ſed etiam † agnatos vſque ad
quartum gradū, admiſſis tantum alijs proximio
rib. ulterioris gradus vltra tertium gradum, ea ra
tione, ꝙ pro hac opinione ſint duo textus clari,
in c. 1. quando vaſallus feudo priuatur, cui defer
tur & c. 1. §. ſi uaſallus culpam, vbi hoc expreſſe
not. Iacob. de Bellouiſ. & Bal. ſi de feu. fuer. cōtr.
& ꝙ quanto proximiores delinquentes exiſtāt,
tanto infeſtiores cenſeantur, quam Iacobus, &
Bald. doctrinam ſequuti ſunt, vti ueriſſimam, &
tenendam etiam, ꝙ communis eſſet in contra-
rium reſpectu dicti quarti gradus, conſulendo
Alex. de Neuo. d. conſi. 98. nu. 18. cum ſeq. tom.
1. conſ. crim. Laur. Chircou. d. concluſ. 97. cent.
5. Zaſ. d. parte 10. num. 104. & iſtam contra agna
tos intra quartum gradum * communem pro-
bat Ruin. conſi. 23. num. 32. uol. 5. relatus a Cla-
ro. d. §. feudū. q. 66. uerſi. ſi uero. Fran. Soſmbeg.
de feud. par. 13. num. 27. Ant. Capici. in inueſtit.
feudali Rubrica feuda amittuntur primo caſu.
uerſi. deuolutio, eandem magis ** communem
appellat, licèt multi contrariam tenuerint, Soci.
iun. conſ. 68. nu. 124. & 127. uolu. 3. Bero. conſi.
77. nu. 7. uol. 1. uti magis receptam admitti, Me
noch. d. cōſi. 99. nu. 145. & ſeq. & illo caſu agna-
tus admiſſus non tenebitur creditoribus delin-
quentis ſatisfacere, niſi occaſione feudi contra-
cta eſſent debita, quod ſecus fortè in filio ſtatue-
retur, per Marin. Freeciam. d. feud. lib. 2. 29. au-
thorit. nu. 11. pagina 222.

8 At vero ſi feudum ſit antiquum, † & hæredi-
tarium mixtum, ſeu ex pacto, & prouidentia, ad
quod tamen nemo niſi hæres admittitur, utiq;
ex communi * ſnīa legiſtarum, atque canoniſta-
rum, delictū patris, nocet filio, agnatis, & omni-
bus ſucceſſoribus, ita ut feudum ad dominum
deuoluatur, quia dictæ perſonæ vocatæ, vti
hæredes,

hæredes,non contrauenient facto , ſeu delicto
vaſalli inueſtiti Bal.in c. 1.nu.4.uerſi.ſi vero,ſi va
ſal.feud.priuet.cui deferatur,Andræas in c. 1.§.
& ſi libellum de alien.feud.patr. & in cap. 1.§.
hoc quoque de ſucceſſ. feud. Alex. conſi. 10.
num.7.cum Apoſtil.volum. 3. & conſi. 14. nu.
9.vol.5.Zaſi.d.feud.d.parte 10.nu. 96.& 98.in
fi.Io.Thom.de Marin.d.tract.de feud.hære. an-
tiq.nu.26.& ti.de feud.hæred. nouo. nu. 4. Ma-
rin.Freccia de feud.in defert.feud.lib.3.1.q.nu.
1.pag.255.Moderni Pariſini d. §. 30. in conſt.
feud. nu. 133. communem * oĩum ſententiam
nuncupat Bero.conſi.77.nu.21. & per totum,
& conſi.78.nu.11.vol.1.Sigiſm.conſ.1.nu.161.
inter conſ.feud.primę impreſſionis Gabr.com.
concluſ. de iure emphit. concluſ. 2. nu.2.& 27.
Barb.conſi.66.col.5.in princ.vol.4. Vrſil. in an
not. ad Afflictum deciſ.282.nu. 20. Menoc.cõſ.
104.nu. 30. prout in dubio ad Dominum ma-
9 gis,q̃ ad agnatos † deuolui, iudicari ſolet ex cõ-
muni *ſnĩa, quam per alios probat, Menoch.
tract.de recuper.poſſ.remed.9.num.248.& cõſi.
104. nu. 41. Et dũ delictum reſpicit Domini ꝑ-
ſonam directo oẽs filii deſcendentes,ac agnati,
oẽs excludũtur,& Dño tm̃ feudũ aperitur. c.1.§.
deniq;,& Aluar.nu.10.& Afflic.nu.19.in d.c. 1.
§.ꝓterea, quæ ſit prima cau.ben.amit. Bald. in c.
1.nu.3.& 4.ſi vaſal.feud.priuet.ac latè Thom.de
Marin.de feud.ex pact.& prouid.tit.2.nu.84.cũ
pluribus ſeq.dicens,in hæreditatis antiquis, vel
nouis ex pacto excludit ẽt agnatos , at in anti-
quis ex pacto tm̃ deſcẽdentes ſolum excludi , &
viuo delinquente Dominum capere , eo vero
mortuo agnatos , vt nu. 88.quod intelligi ſolet,
de agnatis , vltra tertium gradũ c.ſi vaſallus cul-
pam,ubi Bald.ſi de feud.fuer. contro. inter Do-
min.& agnat.Alex.de Neuo conſi.98.nu.17.&
& ſeq.tom. 1.conſi.crim.in fol.Laur.Chirco.cõ.
opin.cent. 5. concluſ.97. Verum prior opin. ꝙ
oẽs agnati indiſtinctè excludãtur,ẽt in feudo an
tiquo ex pacto,& prouidentia , vbi delictũ Dñi
ꝑſonã cõcernit,magis cõiter **recipitur, ꝑ Cur.
tract.de feud.5.par.nu.2.Zaſ.de feud.amiſſione,
nu.101.cæteros de cõi atteſtantes adducit Clar.
in d.§.feudum q.66.verſ.ſed ſi feudũ ſit antiquũ,
quib.addo Bero.cõſi.114.nu.28.cũ ſeq.& n.58.
vol.1.Capra reg.iur.7.nu.16.¶ Tertiam ſubiun
go concluſionẽ , feudũ ſuſceptũ pro ſe filiis , &
hæredib.vtriuſq;ſexus ex eo legitimè deſcen-
dẽtib.Rurſus quoq; & aliud ꝑ ſe, ac hæredibus
maſculus acceptum dici uerè,& nuncupari hæ-
reditariũ ,licet participet tã de feudo,ex pacto,
& ꝓuidentia ſic hærede ſanguinis,q̃ de hæredi-
tario ſic ſucceſſionis herede,cũ utrumq. concur
rat, & requiratũ,ut in primo ꝑ hæredib.utriuſq;
10 † ſexus, tenuit Sigiſm. Lofred.cõſ.1.nu.197.&
ſeq.ſentit Pinel.in l.1.ſub.nu.88.3.par.C.de bõ.
mat. Cæſal.cõſ.224.nu.35. Gabr.ſuis cõcluſ.de
uer. ſig. cõcluſ.3.nu.15. Io. Tho.de mar.de feu.
hæred.tit.15.nu.22.Port.ſuis coſicluſ.lib.1.con-
cluſ. 16.in fi. Caſtr.conſi.45. numero 23.&32.
uol.3.
11 Secundum uero , ꝙ ſit † hæreditarium,licet ver
bum hęredibus maſculis ſit additum,Quicquid
Rui. Bal.& multi in cõtrariũ dixerunt,vti cõius.
ac receptius dictũ probarunt, & nuncupatũt in
fraſcripti Alex.Rub.conſ. 18.Grat.conſ.55.nu.
30.vol.1.Alcia.conſ. 160. n.9. & 180.nu.2.ſub
dẽs in fi.opiniones Decij,& Affli. Moderniorũ
contrarium ſentẽtiam eſſe periculoſas , idẽ Di-
dac. Couar.li.1. var.reſol. cap.18. nu.3. Clar.§.
feudũ. q. 9. uerſ.itẽ quęro Gabr. ſuis concluſ.3.
nu.3. Siluan. conſ. 30.nu.11.& 12.uol.1.eandẽ
ſequuti ſunt Moderni pariſini cõſ.50. nu.2. Be-
neuen. in c.imperialẽ pag. 96.de prohib.feud.
alien.ꝑ Feder.Io.Tho.de Mari.ubi multa doctẽ
accumulat, concludens oẽ feudũ cẽſeri hæredi
tariũ , qñ adeſt uerbum hęredibus in inueſtitu-
ra, in tract.de feud.hæred.tit.5.nu.12.& in ti.1.
de feud.ex pacto.nu.11. Vrſil.ad deciſ.Afflict.
112.140.& 148.n.7. ubi affirmat hoc feudũ eſ
ſe hęreditariũ , ac ita ſæpius Regium conſilium
Neap.cenſuiſſe Mod.Par.ad Dec.cõſ.185.& ad
cõſ.395.quo loco cõtra Dec.q Iudices decepit,
inuehunt Mari.Frec.lib.de ſub feud.3.lib. q. 37.
& recordor alias ſcripſiſſe in cõſ.2.3.& 4.9.li.1.
& in facti contingẽtia bis obtinuiſſe corã Illuſt.
Conſiliarijs Illuſtriſſimi Cardinalis Trid. & in
ſecunda inſtantia corã uenerabili collegio Pata
uino Iudicibus delegatis à Cæſare in cauſa Illu-
ſtriſſimi Dom.Maximiliani Gonzagę ſuper ca-
ſtro Luzzariæ,ac clauſula inueſtituræ, quę ita di
ctabat,ut hic pro ſe,& hęredib.maſculis ex eo le
gitimè deſcẽdentib.ſuꝑ quo caſu ſimiliter agno
ui nuperrimè ſcriptum ex aduerſo per Dominũ
H pp. Rim. iun. conſ.18.uidiq; ſẽper in hac pa-
tria oẽs ferè inueſtituras,tum Epatus,tum præ-
poſituræ in forma ſimili cõceptas eſſe & feuda
illa ſemper fuiſſe iudicata,non ex pacto,& pro-
uidentia,ſolum,ſed hæreditaria cum participa-
tione(quo ad deſcẽdentes uocatos)feudi ex pa
cto,& prouidentia.

Ad quę feuda (ſitq; quarta concluſio)nõ ad
mittitur qs, ſiue filius, ſiue agnatus ſit, niſi ſe hæ
12 redem † cõſtituat,ac uti hæres ſanguinis,& ſuc-
ceſſionis cõniunctim illud petat , per textũ , ubi
* cõmuniter * omnes in c.1.an agnat.uel fil. Iſer.
in c.1.§.hoc quoque de ſucceſ.feud.Bru.cõſ.18
nu.13.& cõſ.80.nu.14.cõem ſnĩam dixere Cã-
peg. conſ.2.in fi. Iaſ.conſ.9.nu.8.inter cõſ.Bru-
ni , Ruin. cõſ.108.nu.5.uol.2.Cur.conſ.1.num.
11. Pariſ.conſ. 1.in prin.& cõſ.16.nu.43.uol.1.
Craue.conſ.197.nu. 5. Grat.cõſ.4.nu.42.uol.1.
Boſi.tract. crim.tit. de princ.nu.306. Gabr.ſuis
concluſ.de uerb.ſig.cõcluſ.3.in prin. nu.5. & 7.
Mari.Frec.de feud.li.3.not.1.cum.ſeq. Io.Tho.
Marin.tit. 5. de feud.hæred.in prin.num.24.ex
** cõiori ** Alciat. conſ.180.nu. 2.& 3.ueram,&
cõem enunciat , Gribal.com. opi. uerbo feudũ
hæreditariũ,ac certam,& indubitatum concluſ.

ſionem, dicens requiri eum eſſe hæredem vlti-
mi. Alciat. conſ. 178. num. 3. cæteros, ne longior
ſim, & quia hoc dictum ſit hodie ferè ſine cõtra
dictione, accumulant Roland. à Valle conſ. 28.
num. 6. conſi. 32. num. 28. & conſ. 55. in princ.
vol. 3. Cæphal. conſi. 224. nu. 29. 19. & ſeq. poſt
Neuiz. conſ. 9. num. 9. Siluan. conſi. 15. nu. 46. &
68. Mod. Par. conſuet. feud. §. 35. num. 19. Octa.
Cacher. deciſ. Pedem. 23. nu. 33. quibus in locis
in numeri reparari poterunt, quos breuitatis ſtu
dio omitto, concludentes non poſſe haberi feu
dum ſine hæreditate, at filium, vel agnatum de-
bere, aut vtrunque habere, aut vtrunque recuſa-
re, quod rurſus poſt alios adnot. Ioan. Tho. Ma-
rin. tit. 5. de feud. hæred. num. 34. & 36.

Quintam, & vltimã concluſionem ſubijcio, ꝙ
in feudis hæreditarijs mixtis, in quibus vtraque
qualitas ſanguinis, & hæreditatis concurrunt,
vt ſupra, præualet generi ex natura etiam cõtra-
13 ctus † ſucceſſionis qualitas, tum ex mente cõce-
dentis, & recipientis, tum ex legis diſpoſitione,
alterum dupliciter demonſtratur.

Primo, quia regulare eſt in omni contractu,
ſtipulatione, & diſpoſitione inita per patrem, vt
videatur pater filijs acquiſiuiſſe, non tanquam
14 † filijs ſimpliciter, ſed tanquam hæredibus, Glo.
eſt paſſim approbata in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de
* pactis, ex* communi Alciat. regu. 31. præſumpt.
lib. 1. Gerard. Mazzo. conſi. 1. num. 87. & ſeq. ac
in emphiteoſi. Nat. conſ. 502. nu. 42. plerumque
enim tam hæredibus noſtris, q̃ nobiſmet ipſis
cauemus. l. ſi pactum. ff. de prob. Deci. in l. hære-
dem. ff. de regul. iur. Corn. conſ. 30. vol. 1. Silua.
in propoſito conſi. 30. nu. 16.

15 Vnde ſi dicatur filijs. † & hæredibus verbum
vltimum non ſtat reſtrictiuè, ſed augumẽtatiuè,
ratione copulæ, adeo ꝙ intelligitur filijs prǽſum
ptiuè hæredibus, vt ſic in materia tranſitoria ad
quoſcunque oẽs hæredes, etiam extranei inclu-
ſi cenſentur, ꝑ Doct. & Alex. nu. 21. in l. qđ dici
tur. ff. de verb. oblig. Alex. vbi Mod. additio. in
verbo extraneos. cõſi. 120. vol. 5. Dida. Couar.
var. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 3. verſicu. ſexto.
concluſ. in fi. Bero. conſil. 69. nume. 11. & 15.
volum. ſecundo.

Quinimo hoc ſuadet natura propria fẽdi, ꝑ
aliquem acquiſiti, quod non tranſit in filios, niſi
ſint hæredes patris, etiam ſi ſimpliciter, ac (vt
16 aiunt) informiter † fuerit acceptum, text. eſt,
ubi omnes feudiſt. not. in c. 1. an agnat. vel fil.
Glo. in c. 1. quib. mod. feud. amit. per Bar. & cę-
teros, in d. l. quod dicitur. ff. de uerb. obli. Alcia.
conſi. 180. num. 1. copioſè ponit Sigiſm. Neap.
17 conſi. 1. nu. 26. cum ſeq. quod etiam in † feudo
recto proprio, ac ex pacto, & prouidentia tantũ
** obtinere, ex ** magis cõi, & ueriori ſnĩa, uoluit,
cõſulendo Io. Cæphal. conſi. 224. nu. 15. 54. &
per totum uol. 2. Io. Tho. de Marin. trac. de feud.
18 ex pacto tit. 1. nu. 31. & 33. ſicq; regulariter † pa-
ter cenſetur acquirere feudum filijs, uti hæredi-
bus, non ut filijs tm̃, arg. l. ſi pactum ff. de probat.
Camerar. in c. imperialem pag. 46. littera O, de
prohib. feud. alienat. per Feder. Alex. conſil. 87.
* vol. 6. communem * inquit poſt alios quos ag-
gregat. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 338. nu. 5. vt hinc
19 ſemper in dubio † feudum hæreditarium præ-
ſumatur, & pro ſuis hæredibus acquiſitum, ſed
tamen cum hac qualitate deſcendentium tan-
tum, per text. in cap. 1. de duob. fratr. a capit. in-
ueſt. d. c. 1. vbi. Iſern. & Bald. 4. col. an agnat. vel
fil. declarat Alexand. in conſil. 18. num. 7. cum
Apoſtil. & conſi. 26. num. 3. cum. Apoſtil. & cõſ.
22. num. 6. & 8. vbi Pariſ. verbo reuocare, volu.
5. Guilielm. à Perna. 2. notab. num. 5. Curt. iun.
conſi. 3. num. 4. & 5. ubi hanc ſucceſſionis qua-
litatem eſſe naturam originalem feudi adnotat
Brun. conſ. 24. num. 3. loquens in fratre, qui de
liberis non ſperabat, ut hæredibus in dubio
proſpexiſſe credatur, idem Brun. conſi. 80. nu.
14. Deci. conſil. 216. in fin. cum Apoſtil. Rub.
conſil. 84. num. 3. Grat. conſil. 22. in principio.
uolum. 2. Gabr. de uerbo. oblig. concluſ. 3. Pariſ.
conſi. 23. num. 159. uol. 1. Neuiz. conſi. 9. num.
8. Gulicl. a Perna conſi. 14. in princ. ubi num.
5. & num. 11. ait hinc interpetationem de hæ-
redibus in feudo fieri, quia in cõtractibus na-
turalia tantum ſubintelligantur, ſic qualitatem
hæredis naturalem nuncupat, idem conſil. 12.
num. 21. & 34. refert. Cuma. Rui. Alciat. Iaſ. Sa-
* pia. & alios de communi * atteſtantes nouiſſi-
mè Roland. à Valle conſi. 55. nu. 1. uol. 3. Octa.
Cach. deci. Pedem. 162. nu. 5. Siluan. conſil. 30.
num. 14. cum ſeq. Cæphal. conſil. 152. num. 55.
** uol. 2. magis ** receptam opin. recenſet Didac.
Couar. uar. reſolut. lib. cap. 18. num. 3. Fanucius
de inuent. hæred. part. 6. nu. 9. Curt. iun. conſil.
276. num. 23. uolum. 3. Riminald. iunior. conſi.
18. num. 4. & alij. relati per Ioan. Thom. de. Mar.
lib. 1. tit. 1. de feud. ex pacto, num. 52. licèt ipſe
contrariam teneat. prout Menoch. dicto. conſi.
61. num. 6. uidelicet in dubio non iudicari hæ-
20 reditarium, præter quod † forma feudi ſimplici
ter accepti (non dico ſubfeudi) præſumatur, &
ſemper cenſeatur pro, ſe & hæredibus, ſicut ius
commune intelligit per cap. duo fratres, de duo
bus fratribus à capit. inueſt. in fin. Guilielm. a
Perna. dicto conſi. 6. & 11. fuſius Iacobus Meno.
conſi. 104. nume. 6. & ſequen. poſt. Vrſillum ad
Afflict. deciſ. 238. num. 5. Vnde ex mente con-
cedentis, & recipienti feudum, quæ ſemper iu-
ris diſpoſitioni inhæret, dicemus qualitatem
hanc hæreditatis uti principaliorum qualitate
ſanguinis tantum, ac fortiorem alia, & iſtam
21 uti originalem † naturam feudi conſideran-
dam eſſe, Bald. in l. qui balneum. ff. qui potior.
in pignor. habeant & in l. fin. C. de contrahen.
emption. Gemin. poſt cęteros in cap. cum expe-
diat. de elect. in ſexto, ac per Curt. dicto conſil.
3. 4. & 5. & Sigiſm. Neapol. conſi. primo. nume.
26. & ſequen.

Secundo

22 Secundò hæc † acquiſitio filijs vti hæredibus
dubio procul eſt patri vtilior,ac fauorabilior,cu
ius intereſt hæredes habere, qui ab eo diſpoſita
implcant,ac illius fidem obſeruent. §. valde inſt.
quib.ex cauſ.manumitt.l. & quia defunctorum.
ff.de pignor.act.& ſoluant æs alienum ipſius,ne
anima illius ſtet in peccato,& detrimentum pa-
tiatur,ſecundum Hoſtien per illum text. in cap.
tua, de vſur. & not.in capit. fina.de ſepul.ponit
Alciat.conſi. 180.nume. 1.rurſus, & concedenti
fauorabilior exiſtat,quia facilius reuertetur feu-
dum ad Dominum,ſi deſcendentes vaſalli ſper-
nerent, vel hæreditatem conſequi non poſſent,
quod in ſimili conſiderat, Alexand.dicto conſi-
23 lio 26.nume. 6. uolu.5. præter quòd † dominus
feudi videatur ſemper in dubio concedere pro
illis,& eo modo,pro quo, & vt recipiens vide-
tur accipere,Iacobus de Belloui. in cap. primo.
de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis. nou. Siluan.
amplè, dicto conſilio 3.numero 16. & 18. vo-
lum. 10.

Quapropter qualitas hæc hęreditatis atten-
detur,etiam quòd eſſet tantum accidentalis, alia
vero generis naturalis in feudo, cum qualitas
24 † accidentalis fauorabilior naturali præualeat,
textus eſt in l. hæredit. in principio, ff. de caſtr.
pecul.quem peregrinum in præpoſito appellat
Incert.Auth.tractat.de crimin.læſę.maieſt.quæ-
ſtion.4.num.12.volum. diuer. tractat.crimin.in
quarto.

Alterum vero ſic ſecundum,quod ex legis in
tentione hæreditaria qualitas refulgeat, oſten-
ditur.

Primo, quia nullibi cautum expreſsè reperi-
25 tur ex vſu, vel lege feudorum, † quod feudum
ſui natura non tranſeat in hæredes,nec requira-
tur, quòd non ſint hęredes ſucceſſiuè in feudo,
ideo ius commune,quod in allodialibus non ad
mittit,niſi hæredes,obſeruabitur. ca. 1. de grad.
ſucceſſ.in feud.not.in cap. 1.ubi Præpoſi.de feu.
cogni.ſeruit. Natta conſi.679. num. 27.dum ait
feudorum naturam, quando ſuper ea non ſit
prouiſum,per iura,ſecundum ius commune, re-
gulari.

26 Secundo † lex imitatur naturam,& illi regula
riter inhæret.§.minorem,inſtit.de action. Alex.
l.2.§.1,num.5.ff. de leg.cum ſimilib. dum enim
ex originali natura feudi, etiam ex pacto tan-
tum,ac in filio, qui cenſetur eadem perſona cū
patre,& dominus bonorum, viuo patre reputa-
tur,lex requirat omnino,quòd ſit hæres,ad hoc
vt in illo ſuccedat, nè præcipuè iniuria afficiatur
pater,per dicto capitu.primo.an agn.uel fil. ubi
Andr.numero quarto.Camera.in capitul.impe-
rialem. fol. 92. litera C, poſt Didac.Couar.uar.
reſolut.lib.ſecundo. cap. 18.nu.4.quin & idem
requiratur in agnato ſuccedente in feudo ex pa
cto, & prouidentia primi tantum, cum primi
acquirentis ſaltem hæres eſſe debet, ut exequa-
tur diſpoſita per ipſum, quod conſiderat Andr.
in cap.1.an agn.vel fil. Camer. ubi ſupra fol.97.
Lofred.conſi.1.num.18.Ioan.Thom.de Marin.
d.tit.primo,num.25. iudicabimus hanc uti præ-
cipuam,& primordialem naturam feudi,conſi-
derandam eſſe,quam lex contra filium propriũ
& in agnato,reſpectu primi acquirentis, ſeruari
voluit, & propter quam propriè feudum deno-
27 minatur † hęreditarium, qualificatum tamen,
vt niſi in hæredes deſcendentes ab acquirente
tranſeat,vt tradit Sigiſmon.Neapol. dicto conſ.
1.num.26.28.& 32. & ideo omnia regni feuda,
ex hac ratione, hæreditaria fore dixit, poſt
Afflict.& alios Siluan. dicto conſilio 30. nume-
ro 11.

28 Tertio conſidero,quòd omnia † feuda cuiuſ-
cunque formæ, ac naturæ exiſtant, generice
conſiderata, cenſentur,ex pacto contrahentis,
29 & † prouidentia dantis, cum vox pactum priua
to recipienti conueniat, & illa vox prouidentia,
Regi,vel Domino concedenti,& ſecundum ali-
quos legi ſimul, quaſi quòd inueſtiti velint pro-
uidere ſuis filijs,vel hęredibus pacto, modo, &
forma initis,cum domino concedente, at nunc
pro hęredibus ſanguinis, alibi verò pro hęredi-
bus ſucceſſionis ſimpliciter,vt in dubio pręſumi
ſolet,& in ſumma, iuxta pacta. & formam con-
ceſſionis, quę naturam feudi deſignant, & ſunt
pro lege ſeruanda.vt videtur de mente gl.in c.1.
verſ.retinere,an agna.vel fil.& in cap. 1.uerſi.hi
quib.feud.dar.poſſ.tradit Guilicl. a Perna conſi.
7.in princ.multa deducit Natta conſi.680. 681.
* & 682.in prin.uol.4.& communis * eſt dictorũ
verborum intellectus,relatus per Io.Tho. de Ma
rin.loco ſupracitato,tit. 1.nu. 13.20.& 24. Hinc
* paſſim enunciant communi voto * ſcribentes,ꝙ
30 vbi exprimitur illa vox,hęredibus, in forma cō-
ceſſionis,ſit feudum non rectum,& ſimplex,ſeu
nuncupatum ex pacto, & prouidentia tantum,
ſed hęreditarium, vt d.Thom.ubi ſupra, nu.25.
& in tit.de feud.hęredit.in prin.Siluan. conſilio
30.num.11.Rolan. a Valle conſi. 10.nu. 18.uol.
3.Clar.§.feudum.q.9.cum ſimil.per Menoch.d.
conſi.61.nume. 6. Et ſi denominatur hęredita-
rium,ſequitur hanc partem naturalem, dignio-
rem,& principaliorem iudicari, cum denomi-
natio fiat a capite l.cum in diuerſis.ff.de relig.&
ſumpt. fun. & a digniori parte, Iaſ. poſt alios in
l.1.in principio,ff.de verborum oblig.& in l.im-
perium.ff.de iuriſd.omnium iud. ac ab illa, quæ
plurimum poſſit,vt in feudo,not.Alexand.con-
ſilio ſeptimo num.4.uol.7.Quinimo lex ipſa de-
nominat hęreditarium,quod hęredi, ſeu poſte-
ris iure ſucceſſionis defertur,vt eſt tex.in l.fami-
liaria.§.1.ff.de relig.& ſumpt.fun.quē citat Gui-
lielm.a Perna conſilio 7.ac in propoſito feudi
Marin.Frec.de feud.in tract.12.lib.3.fol.26.ta-
32 liaque feuda † hęreditaria nuncupata in mul-
tis attenta illorum natura ob hęreditariam
qualitatem differunt ab alijs feudis rectis, &
ex pacto, & prouidentia tantum appellatis, vt

per feudiſtas cõmuniter, ac indiſtinctè habetur,
pręcipuè per d.Marin. Frec. qui 32. differentias
principales ſtatuit in tract.de feud.li. 3. & Ioan.
Thom.de feud.hęreditar.lib.3.& 5. Clar. §.feu-
dum, ac cęteros ſcribentes in hac materia. Qua
de re, qualitatem hanc ſucceſſionis, & hęredita-
tis in hoc feudo, ex lege tum contractus, tum na
turę, pręualere cenſebimus.

Ex iſtis, ſic iure firmatis, infero.

Primo, quod ſiue feudum, de quo controuer
titur, ſit ex pacto tantum, & prouidentia, ſiue hę
reditarium, filius ex delicto patris cenſetur om-
nino excluſus, vt dixi in ſecunda cõcluſione, co
quod nouum ſit hoc feudum, ob illa verba inue
33 ſtituræ authoritate † nouæ conceſſionis, & quia
in dicto Ioanne Blaſio initium, primamq; origi
nem ſumat.c.1.qui teſt.reu.ad no.inueſt.proba.
cap.primo.de ſucceſſ.fra.uel grad.ſucceſſ.in feu.
Aluar.in pręlud.feud.6.diui.ubi Bald.& Iaſ.in 3.
quod ſequitur communiter* dd.per Curt.tract.
de feud.in prima par.prin.8.9.Guilielm. de Per-
na conſilio 12. in principio. Clar.d.§. feudum.
q.8.amplè Ioan.Thom.vbi ſupra, tit. 3. de feud.
ex pacto, & prouiden. nouo in prin. ad num.8.
Brun.conſi.114.nu.439.& 449.cum ſim.Cęph.
conſi.3.nu.10.

Secundo, cum ſit hęreditarium, ad quod ne-
mo niſi hęres admittitur, etiam quod eſſet anti-
quum, filius admitti nequit, quando regulariter
34 in feudis hęreditarijs, quodcunque † factum no
ceat ſucceſſoribus, tam in alienando, & diſponē
do, quàm delinquendo, vt ſupra, in ſecunda con
cluſione, in fin.& per Barbat. qui alienationem,
& delictum ęquiparat d. conſi. 66. in principio.
8.col.uol.4.per doctr.Bal. in l.emancipatum. §.
fina.ff.de ſenat. ſequuntur d. Muder.Ioan.Tho.
de Mari.titu.6.de feud.hęredit. antiq. ſiue pater-
nis, num.26. Appelloque nunc feudum hoc hę-
reditarium, cum in eo qualitas hæreditatis a ſcri
bentibus conſiderata, ac pręualens ſanguini, il-
35 lud tale nuncupari faciat, non autem † mix-
tum, cum mixtum dicatur hęreditarium, quod
ſit reſtrictum ad primogenitos tantum, ut decla
rat idem Thom.de Mari.de feud.iuris, Franc.tit.
13.num.12. 13.15. & 18. & in titul.10. de feud.
mixto.nu.3.

Tertio infertur, cum dominus Ludouicus
actor, parte inſtante declarauerit in proceſſu, re-
ſpectu cõtentorum in libello, ſe ex perſona pro-
pria, non uti hęrede petere tale feudum, quod
nullo modo obtinere valet, eo quod in iſtis utra
que qualitas concurrat, & vocationis in inueſti-
tura, ac hęreditatis, nec vna ab alia ſeparari poſ-
ſit, quinimo pręualeat omnino verbum hęredi-
bus, a quo ſit denominatio, quodque ex ſui na-
tura, & propria ſignificatione hęredem ſucceſ-
ſionis tantum includat, ut magiſtraliter in ſimi-
36 li † feudo declarat Sigiſm.Neapol.conſi.1. a nu.
26.& num.46.& 47.ad nu. 35. inter conſi.feud.
primę impreſſ.Barbat.d.conſilio 66. & licet duę
ſint in feudo qualitates conſideratæ, uidelicet
hęredum, & deſcendentium, attamen utriuſque
concurſus requiritur, cum ſint vnitę, & in eadem
oratione copulatę.l.ſi hęredi plures. ff. de cond.
inſt.Bald.& Caſtr.quos refert, ac ex communi
ſequitur Alexandr.in l. quod dicitur la.2.nu. 19.
ff.de verb.obligat.Sigiſ.ubi ſupra, num.47.in fi.
Alciat.conſi.180.in princ.& conſi.178. num.4.
& ſequen.

Nec repugnat iſtis doctrina Afflict.in contra
rium allegata, quia multis modis tollitur, ex di-
ctis in præcedentibus, & pręcipuè, primo negā-
do illius ueritatem, circa principale dictum, qđ
enim feudum ſuſceptum pro ſe, liberis, & hęre-
dibus ex eo legitimè deſcendentib. ita tamenq;
37 viuatur iure Francorum, id eſt, ut primogenitus
tantum, ac ſolus ſuccedat, per And.in c. imperia
lem.§.prætcrea ducatur, nume.35.in principiu.
de prohi.feud.alien.Deci.conſi.445.num.8.Af-
flict.deciſ.119.num.2.ubi Vrſil.Arct.conſi. 162.
Guiliel.de Perna, conſ.1.& conſi.4.& conſ.7.in
princ.Ioan.Thom.de Mari.d.trac. de feud.iuris
Francorum in prin.tit.12.non eſt ſecundum ali-
quos ita abſolute, ſicut Afflic.ſcribit, principali-
ter feudum ex pacto, & prouidentia tantū, quin
potius hęreditarium dicatur in ſui forma, licet
poſtea reſtrictum ad primogenitam tantum, vt
hinc alienatum cum Regis aſſenſu, ſine conſen-
ſu primogeniti non reuocetur, iudicatur enim
ob verbum hęredibus hęreditarium, ob clauſu-
lam vero, vt uiuatur iure Francorum, participiat
38 de feudo ex pacto, & prouidentia. Vnde † pri-
mogenitus non admittetur, niſi cum qualitate
hęreditaria, ut Afflictum erraſſe, & hoc eſſe indu
bitatum adnotauit in terminis Ioan. Thom. de
Marin.d.tract.de feud.mixto tit.10.nu.4.& 5.al-
legans d.Cuma.in prælud.feud. num.296.cum
ſeq.& in tit.5.de feud.hęred.nu.30. ac in tit.13.
de feud.iuris Francorum.num.15.ſequitur for-
maliter serioſe diſputans articulum Sigiſmun.
Neapol. uidendus in conſi. 1. per totum, & nu.
90.uol.1.conſi.feud.ſentit Guiliel.a Perna, conſ.
6.num.6.& quod ſit hęreditarium, ita vt primo
39 genitus ad debita quoque defuncti pro rata te-
neatur, ponit Tiraq. tractat. de iur. primogenit.
q.35.nu. 27.& Marin.Frec.de feud.lib.3. in 13.
differentia feudo pag.261.

Secundo data veritate illius dicti, reſponde-
tur, caſum Afflict. & formam dicti feudi ob illā
clauſulam, ita quod uiuatur iure Francorum, dif
ferre ab hoc ſimpliciter, & abſolutè recepto ꝓ
hęredibus maſculis, ex eo legitimè deſcendenti
bus, nam in primo non conſideratur perſona re
cipientis, ſed domini tantum prouidentis pri-
mogenito, per tex.in c. imperialem. §. prætcrea
ducatus, cum dominus hoc uelit de proh.feud.
40 alien. Qui primogeniti pręſumuntur aptiores,
fortiores, ualidiores, ac domino magis acce-
pti, per Tiraq.tractat. de primogenit. in præfat.
nullus enim adeſt fauor defuncti inueſtiti, nec
filiorum,

Digitized by Google

filiorum, ſed inueſtientis tantum, vt vaſallum
gratum habeat, quod tradit Mari. Frec. de feud.
lib. 1. de orig. feud. num. 89. Guiliel. a Perna cō-
ſil. 18. nume. 3. Hinc ex dicta clauſula alteratam
eſſe naturam propriam feudi hęreditarij, cum
non æqualiter omnes ſed vnus tātum ſuccedat
per hæc formalia verba, dicunt, tuentes opinio.
Afflict. quod non poſſet primogenito præiudi-
care, & quòd ſit ex pacto, & prouidentia tātum,
vt Guilielm. à Perna, conſi. 12. nume. 18. & ſeq.
& num. 33. & ſequen. & conſi. 14. conſi. 11. nu.
2. & 3. ac Ioan. Thom. de Marin. tit. 10. de feud.
mixto. nu. 4. ibi cæteris contra naturam feudi
excluſis, Quod utique ceſſat in formula commu
ni de qua agitur, cum magis conſultum ſit acci-
41 pienti. † & hęredibus, quàm Domino Marin.
Frec. in diferen. 2. feud. fol. 265. & ſi per illam
Regni formam iure Francorum, quę ſtrictiſſimè
appellatur, naturaque feudi limitatur, ſequitur
naturalem formam, & propriam hæreditarij cē
ſeri, ſed reſtrictam ad perſonā promogeniti tan
tum, qui tamen admittit uolens, ſe hæredem cō
ſtituet, cum non inconueniat naturæ feudi hæ-
reditarij, ꝙ primogenitus, vel maſculi tantum
ſuccedant, Sigiſm. Lofred. d. conſi. 1. præcipuè,
num. 148.

Tertio reſpondeo Afflicti rationem, ꝙ quali-
tas naturalis præualeat, veram eſſe in ſe per l. qui
hēt, vbi Bart. ff. de tutel. cum vulg. ſed nr̄o caſui
adaptari, cum iuxta ſuperius deducta hæredita-
rium magis, quàm ex pacto credatur, & natura
feudi originalis, & forma legis præſumpta dica
tur, quando pro hęredibus accipitur, vt ſuperius
in quinta concluſione firmaui.

42 Quarto addo regulam illam; ꝙ qualitas acci-
dentalis cedat naturali, intelligendam eſſe, vbi
mixtura duarum qualitatum ſeparabilium, quæ
non ſint, niſi quo ad effectum contrariæ, cōcur-
rit in perſona vnius, & ſummus in dubio, quæ
ſola attendatur in actu, tūc enim reſpectus quali
tatis naturalis præualebit, exemplum in decer-
nendo tutore, uel curatore filio minori ſimul &
furioſo, cum ei tutor tantum detur, uti pupillo,
omiſſa cura occaſione furoris accidentalis, per
l. qui habet in princ. ff. de tutel. l. cum Procura-
tor. ff. de iur. dot. & l. fi. C. de dot. prom. At ſecus
ubi duæ qualitates concurrunt in ſeparabilita-
tis, & utraque effectum ſuum ſortitur, ut feu-
do, cum actus ab illa tantum denominetur, quę
ſit uel potentio, uel magis apta. l. quærit, ubi
Bar. ff. de ſtat. hom. l. legatum. §. ſi cui. ff. de leg. 3.
Declarat Rom. poſt Angel. in d. l. 2. nu. 10. &
16. ff. de uerb. oblig. Exiſtimatur potentior hære
ditaria in hoc feudo, cum iure communi fouea-
tur. Arg. l. nam ſi miles. ff. de iniuſto. rupt. Bald. in
l. ſi. quis decurio. ad fin. C. de falſis. Alex. conſil.
100. num. 17. & 18. vol. 3. not. Iaſ. num. 7. & Al-
ciat. num. 35. vbi tractat, quando qualitas po-
tentior dicatur, in d. l. 2. ff. de verbo. oblig. Et ꝙ
43 in iſto feudo, hęc qualitas hæreditaria ſit † potē
tior qualitate proximitatis, & ſanguinis, voluit
Natta. conſi. 682. num. 14. licet ipſe in eodem cō
ſil. & duob. antecedentibus, feudum hoc ex pa-
cto, & prouidentia dici ſicut ſuſceptum pro li-
beris, concludat.

Quinto, & ultimo dico admiſſo, quod ſangui
nis qualitas eſſet naturalis: hæreditatis vero acci
dentalis tantum, attendetur accidentalis, ea ra-
44 tione, quod ſit † potentior altera, argu. text. in l.
cum allegat. C. de Caſtren. pecul. prout ita regu
lam intelligendo tradit Alciat. d. l. 2. nu. 38. ac
rurſus, quia magis menti contrahentium faueat
per d. l. hæreditatem, in principio. ff. de Caſtr.
pecul. & d. tract. de crim. læſæ Maieſt. q. 4. num.
12. quod rurſus uoluit in propoſito Natta d. cō-
ſil. 682. num. 14. & 15. & cuius naturæ diſtin-
ctionis, tradit Hercul. tract. qui tenę. probar. ne-
gat, num. 124. & ſeq.
Itaq; quoquomodo uertamur, apparebit feu-
dum hoc hæreditarium eſſe, ac in illo filium nō
admitti, niſi ſit hæres, & omni reſpectu patris
ſui delictum ſibi nocumentum præſtitiſſe, pro-
ut iuxta præcedentia ad uota Domini Paueſij,
iudicatum fuit die quinta Decēbris, anni 1572.
per d. Illuſtrē Dominum Paulum Aemilium
Bardellonum, meritiſſimum Præſidem Senatus
Mantuæ, ac Curiæ Reuerendiſſimi Epiſcopi
Comiſſarium generalem, licet in ſententia,
propter (ut ait) difficultatem articuli, an eſſet
feudum, uel ne hęreditarium, partes ab expen-
ſis abſoluerit.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRI DOM. TARSIA Franzina de Raude.

ARGVMENTVM.

*Obligatus acquirere, an per donationem, permutatio-
nem, vel ſimiles contractus, ubi non interuenit p̄
tium ſatisfaciat obligationi, maximè dū in ea ali
qua mentio pretij, uel æſtimationis fiat.*
Acquiri, an pro perſona nominanda poſſit.
Pretij uerbū, quādo uenditionem neceſſario inferat.
*Verba, & clauſulæ Notarij ignorantes, quādo parti-
bus noceant.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum acquirere propriè intelligitur de contra
ctu donationis, & lucratiuo, & non de one-
roſo, per emptionem.*
2 *Acquiſitio eſt augmentū patrimonij, quod ex
titulo lucratiuo, non lucroſo prouenit.*
3 *Suatutum loquens de acquiſitione, non compre-
hendit*

bendit bona empta.

4 *Verba decreti, & partium in proprio & vera ſignifica tu intelligi debent.*

5 *Emptio non eſt acquiſitio, vel lucrum, cum pretium de ſuo reſundatur.*

6 *Acquiro uerbum generale, quandoque eſt aptũ quoſcunque contractus comprehendere, & quare, num. ſeq.*

8 *Clauſula teneatur, etiam obnoxiam, cum licẽtia acquirere, & quòd ad ea per concedentem recurſus haberi poſſit, in caſu contrauentionis in decreto poſita, cauſam finalẽ inducit, quia vtilitatẽ fiſci concedentis, & tertij reſpicit.*

9 *Clauſula in decreto ciuilitatis poſita, quæ ciuẽ obligat ad acquirendum, futurum reſpicit, & eſt in fauorem fiſci inducta.*

10 *Extenſio qualibet ex cauſa finali fieri poteſt, ẽt in materia pœnali ſtricta, & exorbitanti.*

11 *Venditione prohibita, cenſentur prohibiti omnes contractus alienationis, & eundem effectum habentes.*

12 *Extenſio fieri poteſt de uno caſu ad aliũ ſimilẽ concurrente eodem effectu rationis.*

13 *Statutum prohibens acquiſitionem rei immobilis, non ſolum intelligit per uiam emptionis, ſed etiam per viam legati donationis, & ſucceſſionis ex teſtamento.*

14 *Argumentum de ſtatuto ad pactum, valet.*

15 *Argumentum de prohibitione ad promiſſionem fieri poteſt.*

16 *Donatio, & emptio in acquiſitionib. a pari procedunt.*

17 *Acquiſitio, & emptio pro perſona nominanda in re fieri poteſt.*

18 *Res acquiſita pro alio nominando facta nominatione, a dic etiam contractus celebrati, nominati efficitur.*

19 *Effectus nominationis eſt, quòd nominatus acquiſiuiſſe verè, & propriè dicatur.*

20 *Permutatio vicem emptionis obtinet, cum in contractu adſit res, & pretium, vel alia res loco pretij data, quæ emptionem cõſtituunt.*

21 *Verbũ, emptores, tãtũ cõtractui emptionis accõmodatũ, maxime in materia pœnali, et ſtricta.*

22 *Venditio uera, emptioq; reſultat ex re æſtimata in quantitate certa pro alia re uenali tradita, & non contractus permutationis.*

23 *Emptio non reſultat ex rebus æſtimatis in permutationem traditis, ſi inſtrumentum nominationis acquiſitionis, non ſtatuit pretium certum rei uenali.*

24 *Permutatio, emptioque valet pro pretio declarando per aliquem tertium nominatum peritum, vel iudicẽ, ac ſi a primo certum eſſet ſtatutum pretium, & num. ſeq.*

26 *Venditio eſt nulla, ſi pretium in arbitrio unius ex contrahentibus tantum conferatur.*

27 *Mora non dicitur in arbitrio boni uiri.*

28 *Res uenalis, vt cenſeatur non requiritur certa pretij taxatio, ſed tantum, quòd pretio uendi queat.*

29 *Res venalis tantum dicitur, vbi eſt venditioni expoſita, licet ſine pretij taxatione.*

30 *Emptio perficiẽ, etiam quod nõ certificeẽ pretiũ, ſed relinquatur arbitrio duorum amicorum.*

31 *Aeſtimatio pro re premutanda interueniens, permutationem in emptionem commutat.*

32 *Statutum de venditione locum habet in re, pro certa æſtimatione tradita pro alia re licet in æſtimata.*

33 *Contractus qualitas ex nomine deprehenditur.*

34 *Interpretatio fieri debet, vt pœna euitetur.*

35 *Pœnam conuentionalem petens liquidiſſime, nõ per coniecturas cauſam contrauentionis demonſtrare debet, etiam quod pœnam promittens ad aliquid faciendum obligaretur.*

36 *Verba inſtrumenti cenſentur poſita ex voluntate, & iuſſu partium, non autem ex ſtilo, & capite Notarij.*

37 *Præſumptio in claris ceßat, cum veritati præſumptio cedat.*

38 *Pretium, & valor multum inter ſe differunt.*

39 *Notariorum ignorantia deſtruit totum mundũ.*

40 *Ignorantia Notarij non debet nocere contrahentibus.*

41 *Conditio iniqua uni per alterum, non debet inferri.*

42 *Mulieri non obeſt renuntia Senatus Conſ. Velleia. licet per Notarium fuerit ſcripta, ſi ipſe interrogatus, quod Senatus Conſul. diſponat, ignoret.*

43 *Ignorantia excuſat, ubi agitur de damno euitando.*

44 *Aſſentire non dicitur, qui ignorat.*

45 *Ignorantia excuſat teſtatorem neſciẽtem differentiam uerbi inſtituo, & relinquo.*

46 *Clauſula apponi ſolita in inſtrumentis renũtiãs conditioni indebiti, & omni alio legali auxilio, non officit renuntianti, ſi neſcit, quod ſignificet, & de ſimilibus ad num. 58.*

58 *Acquiri poteſt per alium contractum, quàm per emptionem.*

59 Mulier

59 *Mulier excuſari debet licèt iuris diſpoſitionẽ ignorauerit, cum tractatur de damno, & pœna conuentionali, maximè ſi peritus conſuluerit, ut pœnam euitaret.*

60 *Contractus in dubio non præſumitur ſimulatus, niſi diſtinctè, & in ſpecie id probetur.*

61 *Interpretatio omnis fieri debet, ut pœna euitet.*

62 *Dolus, & fraus ceſſat ſi bona donantur propinquis, ſeu affinibus dum filiorum remaneant, & non donando pœnam quis incurreret.*

63 *Suſpicio fraudis ceſſat, vbi cauſa neceſſaria cõtrahendi, adeſt.*

64 *Contractus ſecundus ſuper eadem re celebratus, purgat omnem fraudem, & ſuſpicionem, quæ in primo contractu eſſet.*

65 *Pretium ſui propria natura uenditionis contractum ſignificat.*

66 *Emptio datur intelligi ex pretio.*

67 *Geminatio verbi pretij, & ualoris demonſtrat contractum emptionis eſſe.*

68 *Proprietas acquirẽda cenſet ex ẽptione tm̃, non alio modo, qñ inſtro facta eſt mentio de depoſito pecuniæ, & pretij implicãdi terris ex hoc uigore illius relatiui dictis.*

69 *Valor, & pretium ſi ſimul iũgantur in obligatione acquirendi debent aliquod operari, ut per pretium indicatur emptio, & per ualorẽ aliud genus acquiſitionis.*

70 *Verba iſta ualor, & pretiũ inſimul cõiuncta demonſtrant quantitatem bonorum acquirendorum, non contractus qualitatem, et modũ.*

71 *Pretiũ, & ualor, iſta duo iuncta inſimul in dubio demonſtratiue cenſentur adiecta.*

72 *Illatio nõ fit de modo ſe liberandi ab obligatione ad modum acquisitionis faciendæ.*

73 *Emptio nõ eſt neceſſaria ad pænæ euitationem, cum nec in ipſa committenda requiratur, deficiente uerbo pretij.*

74 *Pretij nomen generale eſt, omnibuſque conuentionibus congruit.*

75 *Pretium pro ualore rei in quocunque contractu ampliſſime accipitur, ubi ſumus in dubio.*

76 *Pretium emptionem in pecunia numerata, deſignat.*

77 *Mens, & Verba contrahentium attendunt ad cognoſcendum utrum ſit emptio, an permutatio, ſi una res per alterum cõtrahentem tradatur, & econtra, per partem res alia, & pro*
** *parte pretium, ex magis ** communi, & declaratur num. ſeq.*

79 *Permutatio non uenditi præſumitur, ne res in commiſſum cadat, ſi pretium excedit.*

80 *Nomen pretij non includit contractum emptionis tantum, in caſibus, Ubi tractatur de pæna euitanda, cum per donationem, & permutationem contractus celebrentur, etiam quod uerba in emptionem ſonarent.*

81 *Pretium in dubio deſignat emptionem, ſi in pecunia numerata conſtituatur, & concurrat materia ſubiecta, & alia emptioni apta.*

82 *Conuentionis qualitas attenditur.*

83 *Interpretatio contra ſundantem ſe in uerbis, ſemper in dubio ſit, quia apertius loqui potuit.*

84 *Interpretatio fieri debet, ut actus ualeat, & uitio careat, & contra fiſcum.*

CONSILIVM CXLIX.

TRINITAS ADSIT.

SVMMA huius Senatus ampliſſimi authoritas, atq; doctrina, modicumque temporis ſpaciũ mihi conceſſum ad legẽdum, ne dicã conſiderandum, ſcripturas hæredum Illuſtris quon. Domini Palauicini Rangoni, & Illuſtris Dominæ Tarſiæ Fanzinæ de Raude, in cauſa ſunt, ut breuibus, quàm potero, agam.

Fundatam iure intentionem, ſeu iuſtitiam ꝓ abſolutione illorũ arbitror, vnica ratione, quia non mereantur pœnam, ſi legẽ adimpleuerint, conſequentia manifeſta eſt, ſi probetur antecedens, quod multipliciter demonſtrari intelligo.

Primo ex verbis contractus, atque decreti.

Secundo ex mente Excellẽtiſſimi Principis, ac partium.

Tertio ex ratione.

Quarto ex proprietate, & natura acquiſitionis.

Quinto rurſus ex probatione, ſeu atteſtatione notarii, qui de inſtrumento rogatus extitit.

Primo itaque Excellẽtiſſimus Princeps obligat Dominum Palauicinum acquirere bona immobilia intra biennium valoris, & pretii de-
1 cem milium aureorum, &c. verbum acquire-
re propriè, & verè intelligitur de contractu donationis, & lucratiuo tantum, non autem de oneroſo per emptionem, per text. in c. tranſmiſſo. iũcto c. paſtoralis. de decim. quod in propoſito noſtro, citat Anchar. conſil. 102. num. 5.
2 dicens † acquiſitionem eſſe augumentum patri-
monii, quod ex titulo lucratiuo, non etiam lu-
3 croſo prouenit, nec in † ſtatuto loquente de ac-
quiſitione comprehendi bona empta, tradunt Ioan. Fab. in procœ. inſtit. num. 7. Alexan. conſi. 49. in pri. vol. 1. Dum ergo per donationem immobilia acquiſiuit valoris ſcutorum decem millium,

Digitized by Google

liũ,cenſetur formæ obtemperaſſe, & ex ſui par-
4 te adimpleuiſſe,tantatoque magis, † q verba de-
creti,ac partium in proprio, & vero ſignificatu
intelligi debeant. ſic in donatione , non autem
5 emptione,quæ non eſt acquiſitio,vel lucrum,cũ
prætium de ſuo refundat. Ar. l. imperator. in fi.
ff.de legat.Anch.d.conſi.102.nu. 5. & licèt ver-
6 bum † acquirere, quandoque generale ſit, aptũ
quoſcunque contractus cõprehendere , ut tot.
tit.ff.eod. de acquir. rer. domin. & de acquiren.
7 poſſeſſ.attamen † id euenit, quia leges plurimæ
de diuerſis contractibus loquentes, ſunt ſub il-
lo ſituatæ,præterea non fit,quin in decreto po-
ſitum ſecundum ſuam propriam ſignificationẽ
intelligatur, vel ſaltem cenſeatur tale, quòd de
ſe non includat emptionem tãtum, ſed omnes,
& quoſcunque contractus, vt ſic & donatio ſub
illo verbo comprehendatur.

Secundo mentem Excellentiſſimi Domini,
& partium deduco,ex illis verbis poſitis in pro-
8 miſſione, ad quam decretũ ſe refert,ibi,† acqui-
rere teneatur, etiam obnoxia cum licentia, &c.
quòd ad eam per præfatum Excellentiſſimum
Dominum recurſus haberi poſſit in caſu contra
uentionis. Etenim hæc uerba cauſam finalem
obligationis acquirendi inducunt , quia reſpi-
ciunt vtilitatem concedentis,fiſci, & tertij Glo.
Bart.Angel.Salic.Bald.ac omnes in l. qui eam.
C.de iur. dot. Tiraquel.a ceſſ. cauſ. limi. 1. num.
52.cohærent diſpoſitioni , & ita Excellentiſſi-
mum Principem inducunt ad concedendam
ciuilitatem, & pactum opponendum , ideo fi-
nalis, ex regula , Socin.de qua in conſi.159. in
fin.volum. ſecundo. Tiraquel. vbi ſupra. num.
9 29.86. rurſus dicta clauſula reſpicit † futurum ,
& eſt in fauorem fiſci inducta , Bal.in l. Damus.
ff. de conditio.indebit. Tiraquel. eodem loco.
num. 21.22.26. ſi cauſa eſt finalis, ſequitur ex
illa,licèt de emptione loqueretur, extenſionem
ad donationem fieri,vigente eadem ratione,eo
10 quòd certum ſit ex † cauſa finali fieri quam li-
bet extenſionem , etiam in materia pœnali,ſtri-
cta , & exorbitante.l. cum mulier, & ibi not.ff.
ſoluto matrimon.l.prima, cum gloſ. & ibi Do-
ctor.C.de his,qui.ant.apert.tabul. Alber. in pri-
ma par. ſtat. 8. quæſt. cum multis in propoſito
collectis à Cæpolla in tract. quę fuer.cauſ.intro
ducend.extenſ.num. 114.& ſequen.pagina 41.
11 Accedat,quòd prohibita † venditione cenſen-
tur prohibiti omnes contractus alienationis, ac
eundem effectum habentes, ſi effectus venditio-
nis , magis quàm modus, & titulus contractus
conſideretur, vt in propoſito decidit Caſtr.cõ-
ſil. 175. in pri. in antiquis Bologni. conſi.25.ar-
ticu.ſecundo.Cumque tam ex emptione,quàm
donatione , ſeu permutatione bonorum cautũ
ſit fiſco in caſu delicti, pro ſcutis decem millib.
12 non video quãuis † promiſſio emptionẽ expri-
meret , quare ad donationem,& permutationẽ
extendi nequeat,concurrente eodem effectu ra-
tionis in lege,& pacto expreſſè.

Tertio id ratione comprobo, admittunt ſcri
13 bentes,quòd ſi ſtatuo prohibeatur † forenſi, al-
teri ve perſonæ acquiri immobilia, non ſolum
per viam emptionis, ſed etiam per uiam legati,
donationis,ac ſucceſſionis ex teſtamento inter-
dicitur acquiſitio , licèt quandoque debeatur
æſtimatio.Glo.in Rubrica.c. non liceat habere,
Metro.lib.10. Bart. in l.ſi ita quis.§.e a lege , ubi
Doctor.ff.de verborum obligat.omnes tradunt
in §.Diui.l.filiusfamilias.ff. de leg. 1. multa Bru-
nus in tract.de conſtit.verbo forenſis circa me-
dium , verſic.forenſis prohibit.Curt.ſen.conſi-
14 lio 27.in fi.cum ſimi.Valetq; † argumentum de
ſtatuto ad pactum, omnes in Rubrica de decur.
l.b.10.Euerard.locor.communium cap. 89. &
15 de † prohibitione ad promiſſionem, vel obliga
tionem, vt contrariorum ſit eadem diſciplina.§.
1.Inſt.de his , qui ſunt ſui , vel alien.iur. amplè
Socin.iun.poſt relatos ab eo in Rubr.ff. de acq.
poſſeſſ.Vnde ſi prohibitus acquirere non poteſt
titulo donationis quidquam conſequi , ita per-
miſſus acquirere donationem obtinere poterit,
16 cũ † donatio, & emptio in his à pari procedãt,
ut in terminis arguit Anchar. d. conſil. 102.in
prin.& d.num.5.

Quarto id manifeſtè demonſtratur ex facti ſe
rie,nam dato,quòd decretum , & promiſſio ti-
tulum onerosum requirerent , dico advnguem
fuiſſe formam obligationis adimpletam. Pro-
miſit Domina Tarſia , quòd Illuſtris Dominus
Palauicinus acquiret bona immobilia valoris,
& pretii ſcutorum decemmilium intra bien-
nium, vt in præcitato inſtrumento , quæ demũ
pro adimplemẽto dictæ promiſſionis p cõtra
ctum onerosum permutationis , ac vt inferius
dicam,emptionis,acquirit à Magnificis Abduis
Mediolanenſibus curiam Caballariæ pro pſo-
17 na nominanda,quæ † acquiſitio, & emptio iu-
re fieri poteſt l.ſecunda , vbi Angel. & Salycet.
C.de contrahend.ſtipul.Bald.in l. prima , in fi.
ff.de pact.Socin.in l.vtrum.§.cum quidem, cir-
ca fin. ff. de reb.dub. Iaſ. nume.6.in §.ſi quis ita,
poſt Alexand.in l.ita ſtipulatus.ff. de verborum
obligat.Alexand.conſi.232. volum.6. Galeſ.in
forma camer.parte 2.q.2.in fi.poſt Eman. Soa-
rez.recept.ſentẽt.verbo,emphiteoſis, num.59.
18 Deci.conſi.543.num.2.& 3.& facta † nomina-
tione à die etiam contractus celebrati nomina-
ti efficitur.Anchar.conſi.127.incipit, ad dubia,
& Deci.dicto conſi.543. col. prima. Cum ergo
Domina Tarſia nominauerit in ſpecie pro di-
ctis terris Caballariæ acquiſitis, Dominum Pa-
lauicinum, ipſe illas acquiſiuiſſe titulo oneroſo
permutationis cenſetur , ac ſi ipſe totidem de
propriis bonis in permutationem , vel pretium
dictis Magnificis Abduis ſoluiſſet. hic enim eſt
19 † effectus nominationis , quòd nominatus ac-
quiſiuiſſe verè,& propriè dicatur,& ſi oppone-
retur , nec in dicto decreto , & obligatione ob
verbum

verbum pretij, hanc permutationem admitti
poſſe.
20 Reſpondeo primo loco, permutationem vi-
cem emptionis obtinere, & in dicto contractu
adeſſe rem, & pretium, vel aliam rem loco pre-
tij datam, quæ emptionem cōſtituunt, l. 1. C. de
rer. permu l. 1. ff. de contrahen. empt. Bart. in l. ex
placito. C. de rer. permu. l. ſciendum. §. emptorē.
ff. ædil. edict. cum ſimilibus declarat in materia
Arnol. Ferron. in conſuet. Burdigal. tit. 8. de feu.
§. 18. per totum.
Secundo, & fortius, quòd poſſeſſio Curię Ca
ballariæ erat venalis, & venditioni ſuppoſita,
quia virtute decreti per dominos Abduas obtē
ti ab Excellentiſſimo Principe Mantuæ, ipſi co-
gebantur vendere, & alienare intra biēnium cu-
riam, ac bona omnia per ipſos inſolutum in ſub
haſtatione Piperariorum habita. Vtitur enim
21 decretum in fine verbo, † emptores ſolum, ibi,
& emptores ſint capaces, quod contractui em-
ptionis tantum accommodatur, maximè in ma
teria pœnali, & ſtricta, vt iſta, Deci. in l. factum.
§. in pœnalibus, numero nono. ff. de regul. iur.
Ar. doctor. Bald. in l. prima, C. de rer. permut. Et
ſi erat venalis, cum in permutationem ſibi tradi-
tæ fuerint aliæ terræ, & domus in ſtatu Mediola
ni æſtimatæ, & cum pretij certi taxatione, & li-
mitatione, vt in inſtrumentis legitur, infertur ne
ceſſario hanc verè, & propriè dici emptionem,
& venditionem tantum, non autem permutatio
nem, uel contractum innominatum, eo quòd
22 † data a principio re æſtimata, vel taxata in quā
titate certa, pro re alia uenali, vera reſultet uendi
tio, & emptio, non etiam contractus permuta-
tionis, per textum in l. prima, quem ibi omnes
poſt gloſſ. ita in prima parte animaduertunt ſu-
per uerbo licèt non taxata quantitate, ut Bartol.
Bald. Fulgoſ. Salycet. & cætera. C. de rer. permu.
Caſtre. in lege prima, numero decimo. ff. de rer.
permutat. Moder. ubi Alciat. numero 23. in fin.
& Ripa, numero 26. in l. ſecunda, ff. ſi certum pe-
tat. Ioan. Faber. in §. item pretium. num. 1. Inſtit.
de empt. & uend. Tiraq. tractat. Lignaig. §. 1. glo.
14. num. 19.
23 Nec obſtat, quòd dicebatur † inſtrumentum
nominationis acquiſitoris nō ſtatuere pretium
certum dictis terris venalibus, ita vt ex rebus ęſti
matis traditis in permutationem emptio reſul-
tet, per Bolegn. dicto conſi. 25. Dec. conſi. 160.
cum ſimil.
24 Etenim dicitur pro reſponſione, valere † em-
ptionem, & permutationem pro pretio decla-
rando, æſtimandove per aliquem tertium nomi
natum, ſeu per iudicem, ſeu per peritum, ac ſi ex
tunc certum eſſet, ſtatutum pretium, per l. fina.
C. de contr. empt. §. pretium. inſt. eodem. lege, ſi
merces. ff. locat. ubi Bartol. & Caſtren. id etiam
25 † procedere aiunt, ſi contrahant ſub ea forma
duorum eligendorum, alterum ab vno contra-
hente, vel a me, alterum ab alio, vel a te, quod
ſequitur Deci. conſilio 648. in prin. Fabian. trac.
de emption. & venditio. quæſtion. quinta nume
26 ro 26. & hoc dummodo in † unius ex contrahē
tibus tantum arbitrium non conferatur, Romā.
conſi. 257. in fine. ubi Mendoſ. cumque permu-
tationes, de quibus agitur, ſeu emptiones ſint fa
ctæ, iuxta tamen æſtimationem declarandam
per duos electos a partibus, & in caſu diſcordiæ
a tertio iam nominato, non debet contractus
nullus, vel inualidus cenſeri, quia ab initio ęſti-
27 matio reddatur certa, nec † mora dicatur in ar-
bitrio boni uiri. l. final. ff. de lega. ſecundo, & ita
argumentatur Fabian. dicto tracta. de emption.
& vendit. quæſt. 5. princip. num. 26. Venaliſque
verè dici poteſt legitimè, cum uenditioni expo-
ſita fuerit per dominos Abduas, etiam ſine cer-
ta pretij taxatione, ſed prout æſtimata per di-
ctos amicos communes fuerit, res enim ut uena
28 lis † cenſeatur, non requirit certam pretij taxa-
tionem, ſed tantum, quòd pretio uendi queat,
capit. medicina de pœnitent. diſtinction. prima,
vel aliàs uenditioni ſit expoſita, vt concludunt
in ſummatio dicta. lege prima, C. de rer. permu.
Bald. Albet. Salycet. & Fulgoſ. ibi uenalis expo-
ſita, & expreſſus, Couan. lib. 7. cap. quinto. com-
ment. ciuil. numero quinto, dicens in dicta l. pri-
ma, nullum pretium pro re venali taxatum fuiſ-
29 ſe, quodque † res uenalis dicatur tantum, vbi eſt
expoſita venditioni, licet ſine pretij præfixio-
ne, & taxatione, ponit Iaſon in l. rogaſti in prin.
ff. ſi certum peta. in lege ſi eum. §. iniuriarum, nu-
mero 38. & ſequen. ff. ſi quis caut. Gozad. conſi.
90. nec repugnat, quòd Bald. ibi, & Caſtren. in
dicta lege prima, nume. 10. intelligant uenalem
expoſitam pro certo pretio, quia cum hic ſit ex-
poſita pro pretio declarando per duos amicos
communes electos iam, ſeu per arbitros, certum
dicitur pretium, cum certificandum ueniat, &
30 † emptio dicto modo, perficiatur quoque, per
dicta l. fina. C. de contr. empt. ponit Simon de
Pręt. conſilio 6. num. 16. & per ea, quæ inferius
dicam.
Tertio ſuppoſito curiam Caballatię non fuiſ
ſe uenalem, ſed tantum vti ęſtimatam pretio per
peritos communes declarando permutari cum
terris Turbi ditionis Mediolanenſis æſtimatis
pretio per eoſdem peritos taxatos, Dico rurſus
hanc non cenſeri permutationem verè, ſed em-
31 ptionem, & uenditionem, cum † ęſtimatio hæc
faciat emptionem lege quoties. C. de iur. dot.
gloſſ. in l. ſi inter. C. eodem titu. & in terminis no
ſtris Deci. conſilio 160. cum Apoſtil. nume. 2.
Bologni. conſil. 25. in articul. 2. & in conſil. 21.
32 ubi doctrinam hanc extollit inferentes ad † ſta-
tutum de contractu uenditionis, quod locum
habeat in re pro certa æſtimatione tradita pro
alia re inæſtimata tamen, per Tiraquel. d. gloſſ.
14. §. primo. de retract. ligna. numero 19. & 20.
cum ſimilibus. Cumque non ſolum adſit in pro
poſito noſtro ęſtimatio vtriuſque ſpeciei, & ter-

ræ

Digitized by Google

ræ traditæ, verum etiam curia Caballariæ venaliseſſet, quis affirmare audebit, hanc non iudicari verè, ac propriè venditionem, vt id indubitanter oſtendi ait, Bologn. vidend. d. conſi. 25. in fi. ſecundæ col. verſi. plus uoluit.

33 Quarto, reſpondeo, quod licet † permutatio a
partibus appellaretur, taliſque ex nomine cenſeri poſſet, attamen ne quis in pœnam caderet, fie-
34 ri deberet † interpretatio in venditionem, & cõ-
tractum venditionis, ad ea quæ not. Ripa in lege ſecunda, numero 38. & ſequen. ff. ſi cer. petat. Tiraquel. de retra. lignag. §. 30. gloſſ. prima, numero 120.

Reſpondeo quinto loco, quod hic tractatur
de pœna conuentionali, vnde ſatis eſt nos inniti
35 regulæ iuris, quod petens † pœnam conuentio-
nalem liquidiſſimè, expreſsè, & clarè demonſtrare debet contrauentionis cauſam, nõ autem per coniecturas, etiam quod pęnam promittens ad aliquid faciendum obligaretur. l. in teſtamento, la prima. ff. de condit. & demonſtrat. per Bald. in cap. primo. qualiter domi. Alexan. conſi. 33. numero primo. vbi Dec. in l. factum. §. in pœnalib. num. ſecundo. ff. de reg. iur. & conſ. 290. num. ſecundo. vbi Deci. conſi. 452. num. 1. & 7. cum ſimil. Dec. in Rubr. de proba. num. 14. cum Apoſtil. uerbo, liquida, & alijs multis per Bero. conſ. 164. num. 9. uol. 3.

Quinto loco ius Palauicini deduco ex depoſitione Domini Notarij probi, & fide digni, qui de eo rogatus extitit, atteſtantis verbum illud pretij non fuiſſe poſitum in minuta, ſeu in conuentione priori, viſa, emendata, ac correcta per partes, & in ſpecie manu propria Domini Auditoris Excellentiſſimi Principis, ſed illud verbum fuiſſe per ipſummet Notarium, ex ſui voluntate tantum additum in extenſione minutæ, & inſtrumenti, quaſi idem ſignificaret, quod valoris verbum. Vt hinc nonnulla inferantur.

Primum, quòd licèt verba illa a Notario in
publicatione inſtrumenti lecta ex altera iuris
præſumptione, (trium inquam, quæ ex inſtru-
36 mento publico oriuntur) ex paciſcentium vo-
luntate, & iuſſu appoſita dicantur, non autem ex illius capite, & ſtilo per Bald. in l. ſecunda, num. 55. C. de reſcienden. vend. Curt. iunior. in l. admonendi, num. 134. vbi Iaſ. num. 145. ff. de iu. iuran. Curt. ſenior. conſil. 44. poſt numero. 75. Ruyn. 159. num. 17. volum. tertio. Roman. conſil. 179. nume. 6. vbi Mendoſ. Grat. conſil. 112. nume. 27. volum. ſecundo. Alciat. de præſump. lib. tertio. regul. tertia præſumpt. 13. Pariſ. conſil. 10. nume. 11. volum. tertio. Attamen. quia declarat expreſsè Nottarius per ipſummet fuiſſe additum, vt idem, ſignificans, quod ver-
37 bum valor, † ceſſat in claris præſumptio, quod
ex voluntate, & iuſſu partium ſit appoſitum, cum veritati præſumptio cedat l. vltima, ff. de probat.

Secunda eſt illatio, quia ex declaratione Notarij colligitur ipſum non intelligere vim, &
38 energiam verbi † prætij, & verbi valoris, quæ
multum inter ſe ex cauſis in iure probatis differunt, & hæc ignorantia facillimè. ſuadetur ex
39 illo dicto quod Notariorũ † imperitia deſtruit
totum mundum, ex autoritate multorum, Bald. præcipuè in conſi. 5. volum. 5. alias conſil. 6. volum. 4. relatorum per Ripam in l. Centurio. nu. 82. ff. de vulgar. & pupil. Cagnol. in l. ſi librar. num. ſecundo. ff. de regul. iur. Neuiz. conſil. 28. num. 11. & 12. Iaſ. conſi. 97. volum. 4. poſt. Ang. in conſil. 338. & Borgni. Caualcan. tract. de vſu-
49 fructu. mulier. nume. 136. Non ergo † Notarij
ignorantia debet parti nocere, licèt in publicatione verbum pretij addiderit, ratione, quia
41 † vni per alterum iniqua conditio non infera-
tur cap. alteri, de regul. iur. in. 6. authoritateque rurſus, Alberi. in l. vltima, ff. ad. Senat. Conſul. Vellicia. & Alexand. in l. vltima. C. eodem ſcri-
42 bentium, † renuntiam dicti Senatuſconſult.
non obeſſe mulieri, licèt fuerit ſcripta, & publicata per Notarium, cum ipſe interrogatus quid Senatuſconſultum diſponat, ignoret. cæteros, adducit. Deci. conſi. 105. Bertrand. conſil. 27. ad fin. volum. 1. Ripa in dicta l. Centurio, num. 88. Marſil. in Rubrica. ff. de fideiuſſ. num. 39. Signorol. conſi. 216. Hercul. de negat. nu. 220. Franc. Viui. commun. opin. lib. 1. verbo, mulier iuuatur Velleianno, & in indiuiduo, q Notarij ignorantia minimè contrahentibus noceat, probat l. fi. in. fi. vbi Gloſ. C. de fideiuſſ. Iaſ. in l. errore. num. 6. C. de teſtam. Socin. iun. conſi. 71. num. 19. & ſeq. volu. 3. Ioſeph. Deci. Peruſi. 19. nu. 10. Ioan. de Amicis conſi. 29. num. 7.

Tertio infertur, quod data ignorantia dicti verbi pretij, per partem prmittentem, & contrahentem, etiam quod Notarius id in publicatione expreſſiſſet, & uim illius ſciret, non tamen noceret parti, nec illam obligaret ad pœnam,
43 cum ubi † agitur de damno euitando, ignoran-
44 tia excuſet, & qui ignorat † aſſentire minimè di-
catur. l. tres fratres. ff. de pactis. l. qui cum tutoribus. ff. de tranſa. l. ſi de certa. C. de tranſact. not. omnes Iaſ. Alexand. & cæter. in ſummario l. iuris ignorantia, C. qui admitti, Felyn. in cap. de quarta. num. 28. de pręſcrip. & in ſpecie Signorol. dicto conſi. 216. num. primo. copioſè Marſil. Singul. 18. incipit, quotidie, & 661. ac in Rubrica, ff. de fideiuſſ. num. 39. Hinc, quia teſtato-
45 res † ignorant differentiam uerbi inſtituo, & re-
linquo, dicta ignorantia excuſat, Bald. in l. quo-
46 ties. num. 3. C. de hęred. inſti. idem de † renuntia
conditionis indebiti, ſine cauſa, & omni legum auxilio, Bartol. in l. fina. §. idem quæſiuit, numero ſecundo. ff. de condition. indebit. alios, & his ſimilia exempla plurima deducit Marſil. ubi ſupra Barbat. inter conſi. Alexand. 52. nume. 29. uolum. ſecundo. Socin. ſenior. conſil. 93. numera 7. uolum. quarto. Borgnin. Caualcan. tract. de uſufr.

vſufr. mulier. nume. 136. & tracta. de tutor. nu-
47 mero 48. Barbat. circa. † clauſulam, ad haben-
dum, conſil. 48. colum. 7. volum. ſecundo, & de
clauſula codicilari in conſ. 60. volum. ſecundo.
Socin. iunior. conſil. 153. num. 4. volum. ſecun-
48 do. Rub. conſil. 112. in fine, de renuntiatione
bonorum paternorum, & maternorum, Curt.
iunior. conſil. 101. num. 11. de clauſula iuramē-
ti, Tiraquel. in præfat. l. ſi nunquam, num. 12. C.
49 de reuo. donat. & de appoſita † donatione factę
filio, nuptias contrahenti. Bertrand. conſil. 74.
volum. ſecundo. de clauſula renuntiationis, Pa-
leotus inter conſil. Curt. ſenior. conſil. 3. idem
50 Circa † clauſulam fideicommiſſi pro ſe, & legi-
timis filij tantum reſpondit Deci. conſil. 399.
col. penultima. Socin. iunior. conſil. 158. nu. 18.
51 volum. ſecunda. de † altera appellatione remota
in inſtrumento depoſiti Cardin. conſilio 120.
52 Rurſus de illa, promiſit attendere, & ab ſerua-
re Corn. conſilio 126. nume. 2. volum. primo.
53 Deci. conſil. 305. caut. 30. in fin. non † reuocare
etiam ex cauſa ingratitudinis, Ripa in fi. nume-
54 ro 181. C. de reuoc. donat. de † renuntiatione
læſionis Corn. conſil. 189. volum. primo. idem
55 de † exceptione non numeratæ, Corn. conſi-
56 lio 293. nume. 8. volum. 4. de † clauſula reſerua-
ta in feudo Paris. conſil. 6. num. 22. lib. 1. & de
57 † illa morum honeſtas, vitæque laudibilis, &c.
Ripa reſponſorum lib. 2. capit. 34. num. 7. quo-
rum omnium authoritates tendunt ad demon-
ſtrandum, clauſulas has, & verba, licèt appoſita
in documentis publicis non obeſſe contrahen-
ti, quia illorum vim, & energiam ignoret, ſiue
ergo Notarius id ſciat, ſiue id ignoret, prout ex
illius dicto colligitur, omni reſpectu dicendū
arbitror, verbum pretij additum minimè repu-
gnare intētioni Domini Palauicini, quin & per
58 † alios contractus, quàm emptionem, bona im-
mobilia valoris decem millium acquirere po-
tuerit.

Quarto, & vltimo, licet verba emptionem tā
tum importarent, cum iſta mulier, contra quam
agitur, conſuluerit duos peritiores doctos, ac ex
primarijs huius ciuitatis cauſa euadendi dictam
pœnam, & implendi promiſſa per eam, & Do-
minum Palauicinum, videlicet acquirendi di-
cta bona valoris, & prætij, rectè cum tractetur
de damno, & pœna cōuentionali, dicta mulier
59 † excuſari debet licet ius, vel iuris diſpoſitionē
ignorauerit, notāt ſcribent. in dicta l. iuris igno-
rantia, vbi Iaſ. num. 9. & Alexand. C. qui admit.
l. error. ff. de iur. & fact. ignor. Felyn. in dicto ca.
de quart. num. 28. Roman. conſi. 506. in princ.
cum ſimilib. Bero. conſi. 56. nume. 24. volum. 1.
& conſil. 93. nume. 76. volum. 2. Ex quibus gla-
dium ad radicem ponendo, concludo hanc em
ptionem iudicari, Dominumque Palauicinum
nominatum emiſſe vere, & conſequenter pro-
miſſioni, & obligationi ſatisfeciſſe.

His firmis manentibus, tolluntur contraria,
ſuper quibus totum ius, & fundamentum fi-
60 ſci conſiſtit. omiſſo enim capite † ſimulationis,
cum illud reſolutum doctè, & magiſtraliter cen
ſeam per Dominos cauſæ compatronos, nec in
60 dubio † contractus præſumatur ſimulatus, niſi
id in ſpecie, & diſtinctè probetur & maximè ad
61 pœnam euitandam, pro † qua omnis interpre-
tatio fieri ſolet, vt multa adducit Barbar. conſil.
65. volum. 4. Ripa in l. ſecundo, nu. 37. ff. ſi cer.
peta. & quia non donauit in fraudem fiſci. Do-
mina Tarſia, ſed ad pœna incurrendæ euitatio-
nem, ac vt ſibi prodeſſet, adimplēdo promiſſio-
62 nem factam, ſic omnis † fraus, ſuſpicio, & do-
lus ceſſent, cum donando bona in domo, & pe
nes perſonas generis, filiæ, filiorumque rema-
neant non donādo vero pœnam incurat, q̄ in
fiſcum tranſiret irreuocabiliter damno proprio
generis, filiæ, & ſuorum, Barbat. dicto conſi. 65.
colum. 4. vol. 4. & multa ad propoſitū adducit
Alba. conſi. 97. num. 23. & ſeq. nume. 32. 33. &
63 ſeq. vbi enim † cauſa neceſſaria contrahendi
adeſt, ibi omnis ſuſpicio fraudis, ac ſimulatio-
nis ceſſat. Deci. conſi. 586. num. 12. Natta conſi.
212. num. 2. & 3. volum. primo. Addique poteſt
quòd cum duo ſint celebrati contractus acquiſi
64 tionum, etiam quòd in primo fraus, & ſimula-
tio adeſſet, per alterum, ſic ſecundum fraus om-
nino purgara, & ſublata diceretur, Roman. cō-
ſil. 304. in fin.

Deueniam ad ſecundum obiectum, ꝙ mens
Excelentiſſimi Principis fuerit velle Palauici-
num. acquirere per emptionem, eo quòd fiat
65 mentio pretij, quod verbum, ſui propria natu-
ra venditionis contractum ſignificat, ut ex text.
in l. fin. ubi Gloſ. & alij C. de decur. lib. decimo.
ibi conſtitutiones latè de pretio loquutæ ſunt.
66 vt ex † hoc apertiſſimè detur intelligi ſolum em
ptionis contractum eſſe. Gloſ. in l. cum dotem.
C. de iur. dot. quòd latè commemorat, ac com-
probat Tiraquel. de retr. lign. §. primo. glo. ſecū-
da. in prin. Firmi. de emp. & vendit. quæſt. ſecun
da. Simon de Præt. conſi. 198. nume. 11. & hoc
67 eo † magis, cum verbum pretij, & ualoris gemi
natum fuerit, ut in propoſito decidebat Bald.
conſi. 252. uolum. ſecundo. conſi. 59 uolum. 1.
68 & in ſpecie in eodem † inſtrumento, quando
de depoſito pecunię, & pretij implicandi in di
ctis proprietatibus fit mentio, quaſi proprietas
acquirenda illud relatiuum, dictis, fit, & intelli-
gatur ex pretio tantum, non autem alio modo.
Multifariam tollitur.

Primo, quod hic uera emptio interceſſit, ut ſu
pra dixi in quarta ratione, & reſponſionibus,
ideo quicquid opponatur ceſſat, cū uerba pre-
tii, eſto ꝙ contractum emptionis ſignificent, ue
rificata fuerint.

Secundo, quatenus nō diceretur emptio, nec
69 uenditio, reſpondetur, ꝙ in † obligatione acqui
rendi non adeſt verbum pretii ſolum. ſed etiam
valoris ſimul, unde vt uerbum valor operetur
aliquid,

aliquid, vltra pretium, quod operatur vēditionem, inducetur ex dicto verbo valoris, acquiſitio per alium contractum, puta permutationis, & donationis, ne ſuperfluo, & ſine effectu operā di conſiſtat. Bald. in Rubrica C. de contr. empt.
70 q.9. & licèt in alia parte dicatur † valoris, & pretij in dictis proprietatibus inueſtiendis, non debet tamen in præcedentibus influi, vt ſcilicet ſuperius de emptione tantum intellexerit, cum illa potius demonſtrent, & deſignent quantitatem bonorum acquirendorum, quàm modum, & qualitatem contractus, ex doctor. Bald. in l. ex conuentione, num. primo. C. de pact. & quia in
71 † dubijs demonſtratiuè adiecta cenſeantur, Deci. in cap. ſedes in fi. de reſcri. propter quod nō videtur induci emptio, ſed intereſſe demonſtratio, argumentum traditorum quoq; per Didac. Couar. pract. qq. capit. 28. num tertio. Et licèt Dominus Palauicinus liberetur deponendo decemmilia inueſtienda in dicta proprietate acquirenda, non infertur tamen, quin poſſint liberari, acquirendo etiam per donationem, cum
72 de uno ad alium non inferatur, nec de † modo ſe liberandi ab obligatione ad modum acquiſitionis faciendæ, vt latè explicat Dominus Buccamaior cōpatronus & multæ erudicionis uir. Accedat quòd nunc agitur ad pœnam contra Dominam Tarſiam, in cuius pœnæ promiſſione per illam facta in caſu non acquiſitionis, nō fuit verbum pretij appoſitum, ſed valoris tan-
73 tum, vnde ad exclutionem, † pœnę non eſt neceſſaria emptio, cum nec in committenda requiratur, deficiente verbo prætij, arguendo à contrarijs, vulg. l. & ſi contra, in fine ff. de vulgar. & pupill. Fab. & Angel. in l. prima ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. §. primo. Inſt. eodem l. penultima, vbi Bald. C. de ſolut. Euerard. locor. communium cap. 75. & 76.
74 Tertio nomen † pretij generale eſt, omnibuſque conuentionibus congru t l. ſi quis ante, in fine. vbi Alexand. num. 9. ff. de acquiren. poſſeſs. Bartol. in quæſt. publicanus, in fine. in
75 † omnibus enim contractibus pro valore rei, & quantitate in contractu deducta, ampliſſimè pretium accipitur. Alberi. in l. ſi ita. ff. de fideiuſſ. Pincl. latè in Rubrica. C. de reſcind. vend. ſecunda part. capit. tertio. num. 26. & 27. & in ſpecie locationis confert. l. ſi merces. ff. loca. Pin. in ſecunda part. rubricæ capit. 3 num. 5. Et tantum vbi ſumus in dubio, pretium, ſed in
76 † pecunia numerata, deſignat emptionem dicta l. fin. Alexand. dicto num. 9. cumque verſemur in claris, & contractui etiam donationis ob merita pretium accommodari queat, merito ſi omnes contractus verbum valoris, & pretij comprehendat.

Quarto controuertitur maximè inter Docto-
77 res, ſi res tradatur per alterum † contrahentem, & econtra per partem res alia, & pro parte pretium, detur, an dicatur emptio, uel permutatio,
** ſeu contractus innominatus, magiſque ** communiter, nemine diſcrepante, reſident in hoc, quod ſi conſtet, & mente, vel verbis contrahētium, quod principaliter agatur, vel quod emptio, vel permutatio ſiat illud attendetur, ita Bartol. Caſtr. & cæter. in l. ariſto, nume. ſecundo, ff. de donatio. Bartol. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. panorm. & cæter. in cap. ad quæſtionem, de rerum permuta. multa Boer. quæſtio. 144. Tiraquel. retract. lign. §. 30. gloſ. prima. num ſecundo. ample Pinel. in Rubrica. C. de reſcinden. vend. ſecunda part. cap. 2. nu. 12. & ſequen.
78 Quinimo † & hęc ſententia cum iudicio, & temperamento declaratur, niſi negotium tale ſit, vt ex emptione, ſeu venditione ius aliquod alicui acquiratur, quia ne eidem fraus fiat, nunquam, etiam quod verba id dicerent, permutatio intelligetur facta, vt ex Purpurat. in l. ſecunda. ff. ſi cert. tradidit Boer. deciſ. 144. Alciat. Ripa. & cæter. dicta l. ſecunda. Tiraqu. dicto loco nume. 11. Pinel. nume. tertio. dicto cap. ſecun-
79 do. Et vbi etiam † pretium excedet, permutatio intelligetur, non autem venditio, ne in commiſſum cadat, ita Alciat. dicta l. ſecunda, & Ripa. num. 37. ff. ſi. cert. ac Tiraquel. num. 12. ſic
80 in præſenti nomen † pretij non includet neceſſario emptionem, nec dictum contractum deſignabit tantum, quando cum pretio fiat permutatio, nec in odium ciuilitatem acquirentis fiat ſimilis reſtrictio, quia & per permutationem, & donationem celebrentur contractus, etiam quod verba in emptionem ſonarent, maximè ad caducitatem, & pœnam euitandam.
81 Quarto in dubio † mentio, & nomen pretij emptionem deſignat, ſi in pecunia numerata conſtituatur, nec non materia ſubiecta, & omnia alia emptioni apta concurrant, iuxta text. in l. qui teſtamento. ff. de teſta. ibi ſi nihil aliud
82 impediat, qualitas enim conuentionis magis attenditur l. inſulam. ff. de præſcrip. verbis. Pinel. dicta prima part. rubricæ, de reſcind. vend. cap. 3. num. 6. At quis dicet, quod in hoc decreto, & promiſſione verba. & materia magis influant in merum contractum emptionis, quàm donationis, & permutationis, quin potius contrarium ex verbis, & ratione, cauſaque finali dictorum contrahentium. vt ſuperius de-
83 ductum fuit. Et quia in † dubio ſemper fiat interpretatio contra fundantem ſe in verbis, quia apertis loqui potuit l. veteribus. ff. de pactis, cum ad add. Alfan. ibi, Contra pœnæ incurſam, Barbat. conſilio. 95. volum. quar-
84 to. Vt † actus ualeat. l. quoties. ff. de rebus dubijs. l. ſciemus. §. ſi quis autem. C. de donatio. uitioque careat l. in ambigua. ff. de leg. Caſtr. in l. ſcire. ff. de legibus, ac contra fiſcum. l. non puto. ff. de iure fiſci. Alexander & Moder. in l. prima. ff. ſoluto matrimonio.

ac in

ac in l.poſt contractum, vbi prius.num.42.ff.de donat.concludi ergo videtur, non obſtantibus oppoſitis in gratiam hȩredum quond. Illuſtris domini Palauicini Rangoni, & Illuſtris dominȩ Tarſiȩ iudicandum fore.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRIBVS DOMINABVS ſororibus Polixena & Aemilia de Gonzaghis.

ARGVMENTVM.

Inueſtiturȩ antiquȩ, quando in renouatione exhiberi debeant.

Feudum, quando ad fœminas tranſeat.

Feudum in forma intelligitur conceſſum, ſecundum modum, formam & naturam feudi principalis, à quo dependet, non autem ſecundum propriam naturam feudorum, iure communi conſiderato.

Eccleſia, quando feudi naturam mutare, vel alterare valeat.

Inueſtitura referens ſe ad aliam, ſecundum qualitatē relatȩ intelligitur.

Notarius, quando ſuppleat clauſulas abbreuiatas, & ibi de clauſula, & cætera.

Subinfeudatio feudorum, quomodo fiet a vaſallo.

SVMMARIVM.

1 *Fœminȩ ordine ſucceſſiuo veniunt ad feudū conceſſum pro ſe, & hȩredibus vtriuſque ſexus, dummodo aliàs non fuerint excluſȩ, & maſculi non adſint, ex * communi.*

*

2 *Fœminȩ proximiores vltimo vaſallo morienti, non autem primo inueſtito, ſuccedunt, excluſis remotioribus.*

3 *Hȩres ſimpliciter in feudo intelligitur pro maſculo tantum, nec fæmina comprehēditur. quod fallit. num. ſeq. & ampliatur, ex ** communi. num. 5.*

**

6 *Inueſtitura prima, ſeu feudi origo ſeruatur, nec præſumitur ſequentib. eorum iurib. derogare.*

7 *Inueſtiturarum renouationes fiunt ad confirmationem, non aūt derogationem præcedentium.*

8 *Subinfeudatio feudi facta a primo uaſallo, intelligitur facta modo & forma, prout & ipſemet vaſallus primus poſſidet, ex * communi.*

*

9 *Vaſallus renouationem a domino directo petens, non tenetur originalem feudi inueſtituram oſtendere, modo paternam vel auitam exhibeat, ex * communi.*

*

10 *Feudum præſumitur fuiſſe ſemper recognitum à prædeceſſoribus, & illius naturȩ conditioniſque eſſe, qualis erat tempore vltimȩ renouatȩ inueſtiturȩ.*

11 *Alleganti errorem in feudis, onus probandi incumbit, cum ſimplex autentica & vltima renouatio probet.*

13 *Vaſallus excuſatur, ſi aliquo caſu tenetur inueſtituras exhibere, ſi tp̄is vetuſti meta exceſſit & iuret primam inueſtituram ſe non habere.*

13 *Epiſcopus & alias directi dominus tenetur ſecūdum naturam & feudi qualitatem contentā in vltima inueſtitura renouata, per vaſallum exhibita, ipſum inueſtire, quod & ampliatur & limitatur duo. nu. ſeq.*

16 *Eccleſia non pōt extendere formā inueſtiturȩ, quȩ erat pro maſculis tm̄ de fæminis, ex * cōi.*

*

17 *Inueſtitura in parte prohibita, in totū vitiatur, ex * communi.*

*

18 *Prælatus poteſt ex cauſa remunerationis mutare formam inueſtiturȩ.*

19 *Dominus feudi temporalis poteſt in ſui præiuditium & hȩredū ſucceſſorū pacta omnia feudi mutare, addere, & diminuere.*

20 *Ratificatio ſola ſubſequens domini, ſufficit ad mutationem naturȩ feudi, & nouum feudum dicitur. num. ſeq.*

22 *Princeps in præiuditium agnatorum, poteſt fæminam reddere feudi capacem*

23 *Dominus feudi poteſt conſentire, quod feudum tranſeat ad perſonas ſui natura feudi inhabiles, & incapaces, ex recepta * ſententia.*

*

24 *Verba iſta (& pro fæminis) apponi inſolita in emphyteuſi eccleſiaſtica, pro maſculis, ſi apponāt, per tp̄s 40. annor. a prælatis, inducunt cōſuetudinem infeudandi bona pro fæminis.*

25 *Inueſtiturȩ plures ſimiles & geminatȩ, cū uerbo pro fæminis, multum operantur in feudi natura conſtituenda, quod procedit nu. ſeq.*

27 *Tempus immemorabile verificatur ſpatio centū annorum. ſecundum communem * opinionem, & diuerſimode, ſub nu. 28. 29.*

*

30 *Tempus immemorabile præſumi facit conceſſionem legitimam & priuilegiū rectè conceſſū, ēt quod titulum non alleget, ex ** communi.*

**

31 *Probatio contraria non admittiꝉ contra præſumptionem temporis immemorabilis, ex ** cōi. Et ampliatur nu. ſeq. ex veriori.*

**

33 *Aſſenſus & licentia Domini ex diuturnitate temporis præſumitur, ex communi.*

34 *Mandatum legitimum ex diuturnitate tempo-*

 ris

ris præſumitur data domini ſcientia & patiētia, ex ** communi.

Iacobus.Camillus,Franc.Ceſar.Octauius,Barthol. Alexan.

Antonius. Annibal. Andreas.Hieronymus.Ludouicus.

PRO NOBILI DOMINO FRANCISCO Pendalea.

ARGVMENTVM.

Feudum,an dicatur hæreditarium, vel ex pacto & prouidentia, quando inueſtitura eſt pro hæredib. vtriuſque ſexus, ex eo legitime deſcendentibus.

Vocatus ad ſucceſſionem ſub cõditione,an poſſit ſuccedere,niſi prius ea adimpleta.

Identitas terrarum,quomodo probari ac demõſtrari poſſit.

Teſtãr an poſſit ꝓhibere legitimã filijs primi gradus.

Mandatum, an præſumatur ex temporis diuturnitate.

Principem motum eſſe iuſta de cauſa ad prohibendũ aliquid,credendum ac præſumendum eſt,& quomodo id procedat.

Alienatio bonorum,quæ prohibita ſunt alienari,quãdo non dicatur facta,contra mentem teſtatoris.

Alienatio bonorum,quæ prohibita ſunt alienari, ſi facta eſt in vtilitatem,& neceſſitatẽ bonorũ teſtatoris,an imputari debeat in quartã,& quomodo & tractatur materia vtilitatis.

Alienatio facta,ſecundum mentem teſtatoris, an re, & tractari debeat.

Melioramenta fideicommiſſi,quomodo, & quo tẽpore ſint conſideranda,& ad quorum fauorem.

Conditionem uiduitatis,turpium & honeſtarũ materia, & quando uitient uel ne,tractatur diffuſe.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur,quando inueſtitura eſt facta pro hæredibus utriuſque ſexus legitimè ex eo deſcendentibus, ex * communi, & an dici poſſit mixtum,quod intellige,ut num.45.*

2 *Filius dicitũ habere Feudũ ex pacto & prouidentia,*

dentia, ex contractu, & quando.

3 *Probibitio odioſa ſtrictè eſt interpretanda.*

4 *Voluntas teſtatoris cenſetur eſſe conformis iuri communi.*

5 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, omnia æqualiter determinat. quod intellige, vt num. 50. vſque ad num. 56.*

6 *Conditione deficiente, deficit etiam diſpoſitio.*

7 *Infeudatio, aliquo territorio cum ſuis pertinentijs, non cenſentur illa bona d. territorijs infeudata, quæ non ſunt de iuribus d. feudi.*

8 *Pohibere non poteſt teſtator legitimam & trebelliamcã filijs pri gradus, ex * communi. quæ ſeruatur in foro Mantuano.*

9 *Mandatum non præſumitur ex diuturnite tẽporis, & vide infra num. 86.*

10 *Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe, tãquàm iuſtitiæ pleno, ita vt ſufficiat putaſſe, fuiſſe iuſtam cauſam probibendi, quamuis aliter res ſe baberet.*

11 *Alienationis probibitio, non cõprehendit alienationẽ, quæ non eſt contra rationem teſtatoris.*

12 *Alienatio, quando fit pro vtilitate hæreditatis, non poteſt grauato imputari in quartã, quod intellige, vt num. 137.*

13 *Prohibitus alienare, poteſt nihilominus alienare ex cauſa neceſſaria, nec iſta proprie dicitur alienatio.*

14 *Solemnitas præſumitur ex diuturnitate tẽporis*

15 *Feudis dotalis, quamuis inalienabilis, alienari tamen poteſt, in utilitatem temporis.*

16 *Argumentum a lege ad voluntatem teſtatoris, valet.*

17 *Prohibitus alienare, ſi alienat partem, vt aliam reddat pretioſiorem, recte alienat.*

18 *Argumentum recte de ſumi poteſt, de qualitate ad quantitatem, & vidæ infra, num. 139.*

19 *Meliorationis ratio habenda eſt.*

20 *Compenſatio fieri debet, de qualitate ad quantitatem.*

21 *Expenſæ factæ in re prohibita alienari, deduci poſſunt.*

22 *Identitas corporum probatur ex duab. qualitatibus, ex * communi.*

23 *Feudum antiquum, quomodo diſtinguatur à paterno uel auito, ex * communi.*

24 **Feudum in dubio antiquum præſumitur ex * cõmuni, ita ut alleganti nouum incumbat onus probandi.*

25 *Probationis quamuis leues, in antiquis admittuntur.*

26 *Teſtis de auditu auditus probant in antiquis.*

27 *Coniectura & argumenta in antiquis, babẽtur pro plena probatione.*

28 * *Fama ſola plene probat in antiquis, ex * communi, quod tamen declaratur, & an ſufficiat in probando gradu. num. 31.*

29 *Tempus annorum 40. tẽporibus hiſce noſtris babetur pro antiquo. habita ratione ad ætatem hominis, ex * comm.*

30 *Tempus intra cẽtum annos, reputatur antiquũ.*

31 *Fama probata de annis. 40. & intra centum annos, ſi non plenam, ſaltem pluſquàm ſemiplenam probationem inducit.*

32 *Præiudicij illud modici reputari ſolet, quãdo agitur de finibus, & rei identitate.*

33 *Tempus antiquum iudicatur termino annorum centum, ex ** communiori, at in practica id totum iudicis arbitrio remittitur, ex * communi. & num. ſeq.*

34 *Conſanguinitatis ſola probatio ſufficit ad oſtendendum fideicommiſſum, licet non probetur. quem eſſe proximiorem.*

35 *Proximitas & cõſanguinitas, quomodo probetͬ.*

30 *Teſtis de auditu ab alijs in antiquis probat agnationem, etiam quod nõ deducatur qualitas. ſeu grauitas perſonarum.*

38 *Inſtrumenta publica à varijs perſonis cõfecta, in antiquis probant agnationem, etiam quod id deducatur ex uerbis enunciatiuis tantum, ac in præiuditium tertij. ita ut in omnibus noceant ſingulari ſucceſſori.*

39 *Fideicommiſſum antiquũ plene probatur per teſtes deponentes de auditu, & de publica uoce & fama.*

40 *Fideicommiſſarij incumbẽtia, quæ ſint circa ꝑbationes.*

41 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio facit, ut quis dicatur ſuccedere teſtatori, qui conſtituit ſideicommiſſum, non proxime defuncto.*

42 *Prohibitio alienationis expreſſa, comprehendit obligationem, quæ uenit ſub nomine alienationis, maxime cum contrabitur hippotheca cum clauſula conſtituti. & num. ſequen.*

43 *Clauſula conſtituti, tradit poſſeſſionem.*

44 *Feudum ſuſceptum pro ſe ſuiſq; filijs & hæredibus utriuſq; ſexus, & eo legitime deſcẽdẽtib. dicitͬ eſſe hæreditariũ, magiſq; ex pacto, & prouidentia ex ** communiori, quinimo & ſi ſuſceptum ſit pro filijs & hæredib. maſculis ex eo legitime deſcẽdentib. ex ** communiori.*

45 *Diſpoſitio generalis, ſeu actus tam inter uiuos,*

quàm

quàm in vltima voluntate non comprehendit bona feudalia uel emphyteutica Eccleſiæ, niſi de eis ſit facta expreſſa mentio, ex * communi.

46 Verba, vbi ſunt manifeſta, ab eis non licet diſcedere.

47 Dictio, vt ſupra, in ſubſtitutione ac prohibitione poſita, ac ſæpius repetita, oīa comprehendit.

Verba iſta (dictam hæreditatem) in teſtamento poſita vniuerſam, de qua prædixerat teſtator in inſtitutione repetunt, tam quo ad ſubſtātiam, quàm quo ad qualitatem omnium bonorum, ex * communi.

49 Prohibitio expreſſa teſtatoris, de non alienādo, cum ratione, de qua ibi, comprehendit omnia, ex * communi.

50 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, non ſemper, & æqualiter determinant, ſed fallit hæc regula, pluribus modis, vt a nu. 50. vſque ad nu. 56. late examinatur.

52 Subſtitutiones plures, quamuis comprehenſæ ſub vnica determinatione diuerſimode intelligi poſſunt ſecundum ſubiectam materiam, ex ratione diuerſitatis.

57 Conditionem denotant illa verba, ſi & inquantum.

58 Alleganti quem non duxiſſe vxorem, intra ſtatutum tempus, incumbit onus probandi.

59 Conditio, quæ infert uiduitatē, tāquam turpis, non eſt ſeruanda, immo actus redditur purus.

60 Conditio appoſita legato, videlicet, ſi filia de cōſenſu talis nubat, reijcitur a legato, nec arctat eam ad nubendum, de conſenſu illius, ſecus uero ſi teneretur nubere de conſilio illius, ex * cōmuni.

61 Viduæ indici pōt, ne tranſeat ad ſecunda uota.

62 * Nuptiæ ſecundæ maſculo indici poſſunt, ex * cōmuni.

63 Conditio, ob quam ligatur homo, ne cōtrahat matrimonium, tanquàm iniqua non attenditur.

64 Filius, quamuis in poteſtate patris, non tamen cogitur ad libitum, & mandatum ipſius ducere vxorem.

65 Conditio inhoneſta, quæ dicatur in maſculo, qui matrimonium habet contrahere, & an ſit reijcienda, tamquam impoſſibilis.

66 Conditio humanitati cōtraria uitiatur, & maxime quando conſuetudo regionis aliter dictat.

67 Conditio illicita circa matrimonium, quæ dicatur, & an habeatur pro non ſcripta.

68 Conditio appoſita legato filiæ, quæ retrahere eā poteſt ab ingreſſu monaſterij, pro non ſcripta habetur, ex magis ** communi.

69 Statutum diſponens, quod ingrediens monaſterium non ſuccedat, non ualet. ex magis ** cōi.

70 Legatum factum monaſterio, ſi talem in monacam recipiet, habetur pro puro, ex * communi.

71 Conditio, quæ continet pœnam & priuationem hæreditatis, ſi non contrahatur matrimonium intra certum tempus, reijcienda eſt.

72 Matrimonij libertas, nec lege, nec diſpoſitione aliqua imminui poteſt, nec valet pœna impoſita alicui, qui contrahere habebat matrimonium, cum alicuius conſilio, ſi contrauenit, ex * communi.

73 Matrimonij validitas & libertas, & alia de materia, vbi tractentur.

74 Nuptiæ, vſque ad certum tempus inhiberi conditione poſſunt ex * communi, quod dictum declaratur, quomodo procedat.

75 Aetas annorum. 14. eam iure Cæſareo, quam Pōtificio, requiritur in maſculo, ad hoc, ut ſit idoneus matrimonio.

76 Renuntiare quis poteſt fauori ſuo.

77 Dominium rei feudalis, non probatur per inſtrumenta.

78 Media probata cenſentur, quando apparet de extremis.

79 Prohibitio, de nō diuidendo, ſi eſt ad tpṡ, ualet, ſecus si eſt perpetua, ex magis ** communi.

81 Prohibitio de non diuidendo, vllo vnquam tempore, non valet.

82 Legitima & trebellianica filijs primi gradus, prohiberi non poteſt, ex ** communiori.

83 Fructus percepti computantur in trebellianicā, ab omnib. præterquam a filijs primi gradus.

84 Trebellianicæ detractio non impeditur, vbi dubitatur ſubſtitutum mediate ſuccedere poſſe, ſed grauatus cautionem de reſtituendo præſtare debet.

85 Alienata per hæredes primo loco, in quartas imputantur, ex ** communi, quod procedit etiā, quod alienata eſſent uoluntarie, & per viam simplicis donationis.

86 Mandatum non præſumitur, etiam ex ſpatio annorum mille, ex ** communiori, quod limitatur numero 87. ac 88. opinione ueriori, magis æqua, & nu. 89.

90 Jus tertij non excluſiuum ipſo iure, a tertio opponi nequit.

91 Verba enuntiatiua, ſeu narratiua inter alios, non probant, etiam in fauorem piæ cauſæ, * ex communi, quod ampliatur, ut ibi.

Verba

92 *Verba enunciatiua in antiquis etiam in præiuditiũ tertij fidẽ faciunt, qđ limita, ut nu. 92.*

94 *Verba mere enunciatiua, quæ ſint.*

95 *Utile dr̃, quod aliquam affert commoditatem.*

96 *Sterile non dicitur id, ex quo aliquid percipi põt.*

97 *Utile minus quid dici poteſt, reſpectu rei vtilioris.*

98 *Alienari non poſſunt res reſtitutioni ſuppoſita per hæredes, niſi voluntarie.*

99 *Fideicommiſſi res ſteriles alienari non poßunt, niſi ex cauſis, de quibus ibi.*

100 *Res Eccleſiæ prohibitæ alienari, licet inutiles, alienari tamen non poſſunt, contra canonum ſolemnitates.*

101 *Res ſteriles, quæ tamen ad culturam reduci poſſunt, alienari non poßunt, ſine ſolennitatibus.*

102 *Verbum, ſtatuerunt, diſpoſitionem inducit.*

103 *Cauſa cohærens diſpoſitioni finalis, & arctans ad diſponendum, præſumitur.*

104 *Cauſa quæ ſumitur ex præfatione, cenſetur determinata.*

105 *Cauſa finalis, quæ dicatur, non aũt impulſiua.*

106 *Actus regulari debet ab ea cauſa, quæ producit obligationem.*

107 *Res alienari prohibita, ſi alienetur & alienatio reſpiciat proprium commodum hæredis, non tenet alienatio.*

108 *Bona alias a l. vel ab homine alienari prohibita, poßunt tamen diſtrahi in remunerationem ſeruitiorum, quod limitatur procedere. 4. concurrentibus. & vide infra, ſub num. 138.*

109 *Donatio ob benemerita valet, quando merita*
* *ſunt æquiualentia rebus donatis, ex * communi,*
* *quod relinquitur arbitrio iudicis, ex * communi.*

110 *Merita apparere debent aliter, quàm per confeſſionem donantis, ad hoc, vt valeat donatio, ex*
* ** communi.*

111 *Fideicommiſſi alienandi neceſſitas, debet probari, non fingi.*

112 *Cauſa cognitio requiritur in alienationibus prohibitis.*

113 *Merita debent proceſſiſſe immediate in perſonã teſtatoris, non hæredum, alias non valet donatio, ob benemerita.*

114 *Merita in ſpecie deſcribi debent, in denomina-*
* *tione ob benemerita, ſecundum veriorem * opinionem.*

115 *Caſus ſunt plures, quibus res prohibita alienari ex vtilitate euidenti alienatur.*

116 *Utile quod dicatur.*

117 *Negotium ſufficit ab initio vtiliter geſtum, licet poſtea non ſit ſequuta vtilitas, quod tamen intellige procedere, vbi ibi.*

118 *Utilitas euidens, quæ dicatur.*

119 *Aßerenti rem alienari prohibitam, alienatam eße in vtilitatem alienantis, non creditur, & ſi eßet Papa, niſi aliter appareat, per publicã ſcripturam.*

120 *Aſſertioni eius non ſtatur, in actu prohibito, vel alienatione qui non poteſt libere exercere actũ vel alienationem, ſed vtilitas, vel cauſa permiſſa alienationis, eſt probanda.*

121 *Vtilitate vel neceſſitate, quæ alias contractum iure improbatum, licitum reddit, minime pro-*
* *bata, cõtractus hr̃ pro non facto, ex * communi.*

122 *Cauſis finalibus veris non exiſtentibus, factum redditur nullum.*

123 *Donationis cã ceßante, ceſſat & ipſa donatio.*

124 *Caſus fortuitus, cenſetur factum ſuperioris.*

125 *Caſu fortuito, ſi patrimonium diminuatur, id cedit damno hæredum, non fideicommiſſariorũ, reſpectu dimidiæ ſibi debitæ.*

126 *Iuſta cauſa prohibitionis in Principe, præſumi-*
** *tur ex magis ** communi.*

127 *Præſumptioni cedit veritas.*

128 *Præſumptio iuris, quod in Principe præſumatur iuſta cauſa, debilis eſt, adeo vt facile ab eo recedatur per contrariam probationem, quamuis neceßario non concludentem.*

129 *Præſumptio iuſtæ cauſæ in Principe non procedit reſpectu non ſubditorum, item quando agitur pro iudicando iure quæſito, ex contractu,*
* *ex * communi.*

130 *Cõtractus Principis inuiolabiliter eſt ſeruãdus, ac contractum violare nefas eſt, ex * cõi.*

131 *Quilibet eſt arbiter & moderator rei ſuæ.*

132 *Paſculationem cuiuſque in ſuo prohibere licet.*

133 *Vendita curia cum territorio, poſſeßione, vallibus iurib. &c. intra tales fines tenetur venditor proprijs expenſis fines oſtendere.*

134 *Alienatio commenſuratur cum cauſ, propter quam eſt licita, vbi alias prohiberetur.*

135 *Alienatio facta ſecundum mentem fideicõmittentis, non retractatur. quod intellige, vt ibi.*

136 *Mens in vltimis voluntatib. primum obtinet locum, veriſimilitudo ſecundũ, ultimum verba.*

137 *Alienans rem prohibitam alienari, ſub prætextu vtilitatis, an grauato præiudicet in quarta.*

138 *Alienans pro meliorando vel debito ex ſoluendo, precium in tales cauſas cõuertere debet, quatenus hæc melioratio, & es alienum requirat.*

Alleganti

139 Alleganti melioramẽta, onus probandi incũbit.
140 Aeſtimato melioramentorum bonorum fideicommiſſi attenditur ad incommodum hæredis detrahentis, quando impenſa eſt minor, quàm æſtimatio.
141 Melioramentorum probatio, eſt difficilis.

CONSILIVM CLI.

TRINITAS ADSIT.

EX multis dubijs, ſuper quib. agitur in Excelſo Senatu ducali Mantuano cã quædam nob. D. Armellinæ Agnellæ de Zaffardis, contra nob. D. Franciſcum. d. Ludouici, rei cõuenti hǣdem de Pendaleis, nunc ſuper infraſcriptis doctiſſimè ædime quæritur principaliter deciſio.

Hæc ſunt dubia.

Quondam magnificus D. Barth. Pendalea acquiſiuit ab Illuſtriſſ. & excellentiſſ. tunc domino Mantuæ vtile dominium, & omne ius ſuum, & generaliter totam & vniuerſam Curiam, Poſſeſſiones, & territorium Semerdi & Molcæ, cum omnibus pertinentijs ſuis adiacentibus, iuribus & honorantijs, terris, domibus, & caſamentis, poſſeſſionibus, nemoribus, ſiluis, aquis, canalib. vallibus, vijs, paſcuis, &c. & incontinenti inueſtitus fuit à Reuerendiſſimo tunc Epiſcopo Mantuano. de quibus conſtat ex inſtrumentis, vt in proceſſu. Poſtea ipſe Do. Bartholomęus condidit, teſtamentum, in quo inſtituit eius filios tam natos, quàm naſcituros, vt eodem proceſſu. & plures ſubſtitutiones in eo deſcriptæ ſunt.

Primo, ſi aliquis ex filijs inſtitutis, aut plures eo viuente deceſsiſſent inſtituit loco deſcendentium eorum liberos in ſtirpem, & vt non in capita. Secundo, ſi poſt mortem decedant, ſi cum liberis, eos ſubſtituit in ſtirpem & non in capita. ſi autem aliquis deceſsiſſet ſine liberis, voluit portionem decedẽtis ad ſuperſtites, & eis mortuis ad eorum liberos in ſtirpem & non in capita, & finita linea deſcendentium ipſius teſtatoris maſculina, mandauit omnia bona immobilia ipſius teſtatoris reſtituẽda eſſe Nicolao & Fino fratribus de Pendaleis, aut eorum maſculis deſcendentibus. Poſt prędicta aliam ſubſtitutionem fecit, in qua ſubſtituit filios filiorum & deſcendentes dicti teſtatoris, ac prædictorum fratrum vnum poſt alios & ſibi hęredes inſtituit & eſſe voluit, ſi & quatenus ad matrimonium conuolauerint, & eos tantum, qui infra vigeſimum annum ſuæ ætatis, vxorem duxerint, niſi excuſaretur ex aliqua infirmitate, aut ex cauſa ſtudij, &c. De qua vltima ſubſtitutione apparet in proceſſu in pag. 69. & priuat eos, qui non duxerint vxorem iuxta ipſius teſtatoris præceptum. Vltimo finita linea maſculorum deſcendentium ipſius teſtatoris, & prædictorum Nicolai & Fini voluit duo hoſpitalia conſtrui, uidelicet vnum in domo Vrbis Mãtuæ ipſius teſtatoris, & aliud in domo Ferrarię ipſius teſtatoris, mãdãs prouideri pauperibus de introitibus bonorum ipſius teſtatoris, & mandauit ſtatim eo mortuo, vt fieret inuẽtarium ſuorum bonorum, & iurium, ut apparet in fine pagin. 22. cum ſeq. & prohibuit prædictos hęredes diuidere bona ſua exiſtentia in territorio Mantuæ, quæ acquiſita fuerunt ab Illuſtriſsimo Domino Mantuę, per eum, & eos, qui ad diuiſionem deuenerint, priuauit, & in legitima tantum inſtituit. Poſtmodum prohibuit filios, & eorum liberos & deſcẽdentes alienare bona immobilia hæreditatis ipſius teſtatoris, & aliquem de eis contractum facere, & declarauit talem prohibitionem feciſſe, vt illa bona cõſeruarentur in ipſos deſcendentes, & prædictorũ. D. Nicolai & Fini, quibus deficientibus, vt prædicta hoſpitalia deuenirent. Modo ſtantib. prædictis, multa conſideranda ſunt, per quę dici poteſt magnificum d. Franciſcum Pendaleam obtinere nõ poſſe contra magnificam. d. Armelinã, & ſic. d. Benedictum potuiſſe, cum licentia Reuerendiſsimi Epi Mantuani obligare terras, de quibus diſputatur, pro reſtitutione dotium prędictæ D. Armelinę. Nam primo conſiderandũ eſt, ſi terrę prædictæ ſint de bonis acquiſitis, per prædictum. D. Bartholomęum ſeniorem, cum ſint feudales, an ſint hęreditarię, an uero ex pacto & prouidentia, quia ſi eſſent ex pacto & prouidentia, nullum eſſet dubium, teſtamentum nõ
1 eſſe in conſideratione, † Et quod ſint ex pacto & prouidentia non hæreditariæ, cum fuerit facta inueſtitura pro hæredib. vtriuſque ſexus ex eo legitime deſcendentib. dixit Soci. iun. conſil. 72. nu. 22. in 1. vol. Illuſtr. præſes Roland. à Valle conſi. 67. num. 32. in pri. volum. & in conſilio
* 28. num. 3. in 3. uolu. vbi dicit hanc eſſe * communem opinionem Excel. Cæphal. conſi. 224. nume. 53. cum ſeq. in vol. 2. Natta conſ. 128. in pri. volu. & hanc eſſe communem oſtendit Arrius Pinel. in l. 1. in 3. parte nume. 88. C. de bon. mater. & licet dici poſsit eſſe mixtum, vt per Soci. in prædicto conſi. 72. & requiratur, ut ſint hæredes inueſtiti, non tollitur, quin etiam habeant feudum ex pacto, & prouidentia, Cæphal. in
2 prædicto conſ. 224. nu. 53. & nu. 72. † declarat filium habere feudum ex pacto, & prouidentia ex contractu, ſed ne inferatur iniuria acquirenti repudiando hæreditatem concludit, quod teneatur adire hæreditatem, ſed ſi delata non ſit hæreditas liberis, poſſunt retinere feudum, ne ſucceſsione aſcendentis, ex quo infertur, quod dominus Benedictus potuit habere feudũ prædictum, quatenus ſit de acquiſitis, per quond. d. Bartholomęum, abſq; eo, quod ſit hæres prædicti D. Bartholomęi, cũ alia bona allodialia, quæ fue-

Digitized by Google

fuerint de hæreditate prædicta nō habuerit. Et
quia (vt dixi) negari non poteſt, ꝙ tale feudum
ſit ex pacto, & prouidētia, nō poteſt dici, vt ha-
beat vigore inſtitutionis ſubſtitutionis, cū pro-
cedat ex contractu, (vt dixi) & non comprehē-
ditur in prohibitione alienationis cū ſint prohi
bita alienari ea, quę cōſequuti ſunt ex illo teſtō,
nō poteſt dici, vt comprehendantur feuda præ
3 dicta, † cum talis prohibitio ſit odioſa & ſtricte
accipienda, vt per Soci.iun. conſil. 17.nu.25.in
4.vol.deciſ.pedem.50.nu.11. Prędictaq; corro
borantur ex ratione adducta per teſtatorē, quæ
fuit, vt bona ſua remanerent in ſuos deſcenden
tes maſculos, & finita eius deſcendentium linea
bona prædicta deuenirent ad Nicolaum, & Fi-
num, & eorū deſcendentes, quia linea finita vo-
luit ipſa bona deuenire ad hoſpitalia prædicta,
4 † & ſic, quia teſtator cenſetur conſormare volū
tatem ſuam, cum diſpoſitione iuris, vt per ſcrib.
in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Trebell. & de iure
clarū eſt feudum non tran re ad extraneos, qui
non deſcendunt à primo inueſtito. Et ſic prædi
ct Nicolaus, & Finus non potuerunt ſuccedere
nec hoſpitalia in bonis feudalibus, & cum ſit rō
vniuerſalis tam reſpiciens Nicolaum & Finum,
& hoſpitalia, quàm deſcendentes, aliter dici nō
poteſt, niſi in prædicta prohibitione non com-
5 prehendi bona feudalia, † cum vna determi-
natio reſpiciens plura determinabilia, ęqualiter
oīa determinat. l. iam hoc vere. ff. de vulg. & pu-
pil. ſubſtit. Et quando etiam prohibitio prædi-
cta comprehenderet etiam bona ſeudalia, nec
etiam. d. Ludouicus, nec d. Franciſcus obtinere
poſſunt, quia non cōſtat eſſe vocatos ad bona.
d. Benedicti. & licet probatum eſſet, ipſos eſſe de
deſcendentibus. d. Bartholomei Senioris, non
ſufficit, cum ipſe teſtator tantum vocauit ad ſuc-
ceſsionem eos, qui matrimonium cōtraxerint,
6 infra vigeſimum annum. Vnde, quia nō conſtat
conditionem fuiſſe impletam, & deficiente cō-
ditione, deficit etiam diſpoſitio. l. qui hæredem.
l. mæuius. ff. de cond. & demonſt. Soci.iun.con-
ſil 512.nu.6.in pri.vol.deciſ.pedem.50.nu.12.
7 Dico etiam, non conſtare terras, de quibus agi
tur, fuiſſe de eis, quę fuerint emptę per quon. d.
Bartholomęum Seniorem, & emerit omne ius,
quod Illuſtriſſ. Dom. Mantuę habebat, & totam
curiam, cum ſuis pertinentijs, & totum territo-
rium Sermedi, & cæt. quia ſatis conſtat in loco
Dragoncelli, aliàs poſsidere terras, quæ non
ſunt de illi Curiæ ſuppoſitis, vt latè p Curt.iun.
in conſi. 158. & ſicuti Monaci Sancti Benedicti,
in Dragoncello, poſſident bona quę nō ſunt de
iuribus prędictę curiæ, etiam terræ, de quibus
agitur, eſſe poſſunt. & falſum eſt, qđ D. Bartho-
lomeus poſſederit oēs terras Dragoncelli, cum
Comitiſſa Mirandulæ habens cauſam, a Princi-
pe Mantuæ, poſſederit terras, quas prædicti Mo
naci tenent, & poſſidēt, ut in prædicto cōſ. 158.
Ratione etiam naturali infertur prædictas ter-
ras non eſſe de eis, quia teſtator prohibuit ali-
quam partē Curiæ diuiſim ab aliquo poſſideri,
& notorium eſt, etiam tpe hodierno prędictam
Curiam per ipſos de Pendaleis cōmuniter poſ-
ſideri, vnde cum D. Benedictus poſſederit ſepa-
ratim, dicendum eſt non eſſe de comprehenſis
fideicommiſſo. Poſito modo, quod etiam bona
prædicta eſſent de acquiſitis per D. Bartholo-
meum, & venirent in fideicommiſſo, & Rei du-
xiſſent vxorem infra vigeſimum annum, iuxta
præceptum teſtatoris, Dico dimidiam eſſe libe-
8 ram, à prædicta prohibitione, † cū teſtator pro-
hibere non poſſit legitimum & trebellianicam
filijs primi gradus, vt per laſ. affirmantem, hanc
* eſſe communem opinionem in l. Marcellus. ff.
ad trebell. Bald. in l. iubemus. C. eod. tit. & hanc
* eſſe * cōem opinionem dixit Curt. iun. in conſ.
70.nu.16. & Soci. iun. conſ. 28. in pri. volum. &
hæc opinio ſeruatur in foro noſtro. Quapro-
pter cum Do. Benedictus deſcendat à domino
Nicolao filio primi gradus teſtatoris, & non cō
ſtat. d. Nicolaum conſumpſiſſe legitimam & tre
bellianicam. D. Benedictus ex perſona d. Nico-
lai, potuit diſponere de dimidia, cum illa non
comprehēdatur in fideicommiſſo, vt dixi. Et li-
cet ex aduerſo tribus fundamentis conatur oſtē
dere, prædictas legitimam & trebellianicā fuiſſe
conſumptas, tamen ſuper adductis nullum po-
teſt fieri fundamentum.

Et primo productum eſt inſtrm̄, in quo nar-
ratur. D. Egono Lambertino fuiſſe per iudicem
datam in ſolutum partem domus, quam ipſe
Egonus vendidit Domino Leandro Cattabe-
no, in quo inſtrumento. d. Bartholomęus de Va
lentia, vti procurator. D. Nicolai, & pro quo ꝓ-
miſit de rato renunciauit omnibus iuribus, quę
9 habebat. d. Nicolaus in prædicta domo, † ſed
quia non conſtat de mandato, nec præſumitur
ex diuturnitate temporis. Bal. in l. 1. C. ſi ex falſ.
inſtr. Alex. in l. ſciendum. num. 20. ff. de verbor.
oblig. & in conſi. 191. num. 4. in 6 vol. & ſic ſu-
per illo fundamento, nullum poteſt fieri funda-
mentum, cum procedat à perſona minus legiti-
ma. Productum pariter eſt aliud inſtrumentum,
in quo. d. Ludouicus, vti curator hæreditatis
quon. D. Bonifacij Pendaleæ, & pro ſuo intereſ
ſe, & pro reſtitutione dotis quon. d. Eleonoræ
Gonzagę, uxoris prędicti quon. d. Bonifacij, de
dit tot terras Dragōcelli vti obligatas, cum licē
tia Reuerendiſſimi Epiſcopi Mantuæ, & licet.
D. Bonifacius fuerit deſcendens ex do. Ioanne
Franciſco filio d. Nicolai, tamen ſi terræ prædi-
ctæ erant de prohibitis alienari, non potuit præ
iudicare. Do. Benedicto, & ſic, quo ad portio-
nem pertinentem ad d. Benedictum, legitima &
trebellianica, non fuit conſumpta, Ideo in car.
152. fuit productum inſtrumentum compoſi-
tionis contractæ inter Illuſtriſſimum, & Excel-
lentiſſimum Dominum Mātuę & conſortes de
Pendaleis. quæ conuentio fuit ad vtilitatem to-

tius

tius Curiæ, quia aliter terræ aquis plenæ, & ſup-
poſitæ, ad culturam reduci nou potuerunt, cum
Illuſtriſſimi Domini Mantuæ prohibuerunt, vt
10 in illo inſtrumento per partem producto. † Et
præſumendum eſt, Principem iuſta cauſa mo-
tum, talem feciſſe prohibitionem Crauet. conſi-
lio 353. numero octauo, quia præſumitur iuſti-
tia plenius, & velle illud, quod iura uolunr. Cra-
uet. conſilio ducenteſimo nonageſimo tertio,
numero octauo, & ſatis eſt Principem putaſſe
legitimam fuiſſe cauſam prohibendi, licet aliter
fuiſſet Bald. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen.
Et cum narratur in prædicto inſtrumento, de-
uentum fuiſſe ad illam conuentionem, pro re-
ducendo terras aquis plenas, ad culturam, ad
quod opus, multæ erant neceſſariæ impenſæ,
quas ipſi Pendalei propter eorum impotētiam
facere non potuerunt. Ideo dieendum eſt, ta-
lem alienationem (licet contra verba teſtamen
ti factam) eſſe dicatur, non tamen dici poteſt,
factam eſſe contra mentem teſtatoris, quia ra-
tio, propter quam prohibita fuit alienatio, fuit
pro conſeruatione honoris & dignitatis ſuæ
agnationis, & cum illa alienatio facta fuit, vt
alia prædia redderentur ad culturam, non eſt
dubium teſtatorem non intellexiſſe de prohi-
bendo talem alienationem, quia eius intentio
fuit, ut finita linea ſua & prædictorum fratrum,
pauperes alerentur ex fructibus etiam clarunt
eſt commodius ali poſſe ex fructibus qui perci-
piuntur ex terris redactis ad culturam, quam ex
11 terris aquoſis. Ideo cum † talis alienatio non fue
rit contra rationem teſtatoris, non comprehen
ditur in prohibitione. Angel. in conſilio cente-
ſimoſexageſimo nono, numero primo. Corn.
conſilio centeſimo ſeptuageſimo octauo, ſub
numero ſecundo. in primo uolumin. Socin. iun.
conſilio 20. numero quadrageſimo, in primo
uolum. ſequitur Alban. conſilio 97. ſub numero
12 decimoquinto. Et quia † prædicta alienatio fa-
cta fuit, ut terræ, quæ fuerunt aſſignatæ Penda-
leis ad cultum redderentur, & ipſi conſortes ni-
hil pro eorum vtilitate conſequuti ſunt in quar-
tam, imputari non debet, vt dixit Bartol. iuxta
Dyni diſtinctionem in l. marcellus. §. res quæ. ff.
ad Treb. quam diſtinctionem ſequuti ſunt gloſſ.
Alexan. Paul. de Caſtren. Alber. & Angel. ibi, &
Ripa declarando dicta Bartol. in l. in quartam
ſub numero 108. ff. ad lege falcidiam. dixir præ-
dicta procedere, ſi alienatio facta ſit ad utilita-
tem hęreditatis, & grauati, nihil conſequuti
13 ſunt. † Nam quando eſt alienatio neceſſaria,
prohibitus, alienare poteſt, vt dixit Crott. in l.
filiusfamil. §. diuid. numero quadrageſimo quin-
to. ff. de leg. primo. & non dici alienationem, cũ
tendat ad vtilitatem hæreditatis. Bero. conſilio
quadrageſimoprimo numero 45. in primo. vol.
quod autem talis alienatio fuerit neceſſaria, ſatis
ex ipſo inſtrumento demonſtratur, in quo nar-
ratur propter ipſorum hęredum impotentiam,

reduci non potuiſſet ad culturam prædictas ter-
ras, quia magna impenſa neceſſaria erat. Et quia
14 † ex diuturnitate temporis præſumitur, ſolem-
nitas, vt per ſcrib. in l. ſciendum. ff. de verborum
obligatio. ita etiam præſumendum eos fuiſſe
impotentes facere expenſam reductionis ad cul
turam, & cum illa alienatio facta fuit illo intui-
tu, ut altera pars redderetur ad culturam, quæ
erat inculta & ſterilis propter aquas ſubmergen
tes omnia illa prædia, talis alienatio legitime fa
cta fuit, nec imputari poteſt in quartam, ut dixit
15 Ripa in prædicta. l. in quartam † Nam etiam de
iure fundus dotalis eſt in alienabilis, tamen quã
do alienatur in utilitatem dotis alienatio fieri po
teſt. lege, ita conſtante. ff. de iur. dot. l. ſi mulier. &
16 lege cum maritus. ff. de pact. dot. † Et quia lici-
tum eſt argumentum a lege ad uoluntatem teſta
toris. §. diſponat in authen. de nupt. ſicuti dos ad
eius vtilitatem, vt melior reddatur alienari poſ-
17 ſit, † ita etiam prædicti prohibiti alienare, ut par-
tem magis prætioſam & utilem redderēt aliam
partem alienare potuerunt. Pau. de Caſtr. in con
ſilio 569. uerſi. ſed in contrarium in primo uol.
Socin. iun. conſilio 58. numero octauo, in ſecun
do uolum. in prin. conſilio 97. ſub numero 14.
uerſi. ſecundum cum ſeq. Pariſ. conſi. 109. num.
19. in 3. uolum. Et quando etiam propter pro-
hibitionem illa pars alienari non potuiſſet, etiã
habenda eſſet ratio ad qualitatem prædiorum
temporis mortis teſtatoris, quod ſi hodierno
tempore eſſent aquoſæ, pro ut tunc erant, cuius
ualoris forent, & pars ad culturam, cuius precij
18 ſit, † quia de qualitate ad quantitatem eſt bonũ
19 argumentum Boer. deci. 50. num. 3. † & illa qua
litas meliorationis eſt conſideranda. l. ſi ſeruum.
§. ſi nodus in fi. ff. de act in. emp. art. tex. l. ſi in qua
litate. ff. eod. titu. Alexand. conſilio 8. ſub num. 3.
20 uerſic. tertio facit in 4. uolum. † & compenſatio-
nem faciendam eſſe de qualitate ad quantita-
tem dicitur in l. ſi duorum uerſic. fina. ff. de actio.
empt. Et quia in prædicto inſtrumento dicitur
alienationem factam fuiſſe in remunerationem
expēſarum, quas Illuſtriſ. Dominus fecit in po-
nendo confinia inter prędictã Curiam, & agrũ
ferrarienſem, & propter meliorationem proue
nientem, ex cauamentis, quę facere intendebat.
Illuſtriſſ. Dominus, dicendum venit, quod aut
ex prædictis excauationibus, prędia redacta fue
runt ad culturam, aut impenſis ipſorum de Pen-
daleis, ſi ex cauſa ex cauationem ipſius Princi-
pis, & concludendum eſt, cum alienatio facta
ſit ad utilitatem hęreditatis, licitam fuiſſe aliena-
tionem, cum qui ſentit commodum, etiam ſen-
tire babet incommodum. l. ſecundum naturam.
ff. de regul. iur. capitu. qui ſentit eodem titu. in 6.
21 † & ſi expenſis ipſorum de Pendales ipſe. D. Be
nedictus poteſt deducere ſumptus factos. l. mu-
lier. §. ſed enim uerſicu. ſed & ipſe. ff. ad Trebell.
gloſſ. in l. cum hęreditas ex fideicommiſſo, in
ver. adminiſtrauit eod. titu. & ſic cum tunc tem-

poris mortis teſtatoris fuerint aquoſæ, & nunc redactæ ad culturam, facienda eſt compenſatio de qualitate ad quantitatem, prædicta. l. ſi duorum, verſi. ſi.

Dubiorum finis.

Redemptoris igitur noſtri Ieſu Chriſti Crucifixi, cuius nunc natalitia celebramus, nomine ex corde inuocato, qui me in veritatis viā dirigat, re ipſa longe melius & diligentius perpenſa viſum eſt, contrarium verius nempe, non obſtantibus his, quæ mouent in hac cauſa nō modicam dubitationem, Nobiles de Pendaleis terrarum poſſeſſores abſoluendos fore, quorum intentionem ex tribus fundatam arbitror.

Primo, quod liquido conſtat, terras hippotecatas per D. Benedictum Pendaleam, ad fauorē dictæ. D. Armelinę actricis eſſe de ſuppoſitis fideicommiſſo. D. Bartholomæi Pendaleæ Senioris. quod dupliciter demonſtro.

Primò, ex documentis publicis. etenim terra ſeu poſſeſſio petita, obligata per D. Benedictum eſt de iuribus Epiſcopatus Mantuæ, ac ſita in villa Dragoncelli, ex territorio Sermedi, vt docet inſtrumentum dotis confectum anno 1556. & aſſenſus Illuſtriſſimi tunc Cardinalis Mantuæ, & dicti Epiſcopatus adminiſtratoris legitimi de quo in eo, ac in proceſſu coram Commiſſario Galuaneo. Vnde, cum totum territorium Sermedi, & Maleæ, ac poſſeſſiones omnes in d. territorio exiſtentes, & in ſpecie unum paſcuum, quod dicitur il Dragōcello, emptum fuerit ann. 1443. ab Illuſtriſſ. D. Ioan. Franciſco Marchione Mantuæ, per nob. D. Bartholomæum Pēdaleam, qui de eiſdem omnib. terris, & territorio eadē die, & præſentibus eiſdem teſtibus fuit a Reuerendiſſ. fratre Mattheo Bonimperto tunc Mantuæ Epiſcopo inueſtitus. de quib. terris & poſſeſſionibus Dragoncelli rurſus. dom. Bartholomæus fuit teſtatus expreſſe, & eo mortuo filij, nepotes ac alij deſcendentes, & in ſpecie dictus Benedictus ac Ludouicus poſtremo fuerint ab eodem epiſcopatu inueſtiti in feudum antiquum, nulli
22 dubium, quod corporum identitas probatur, tum ex qualitatibus Dragoncelli Sermedi, & feudalium Epiſcopatus, quarum duę tantum in hac probatione ſufficere ſolent, ex * communi doctrina Bartol. in 7. qq. in lege demonſtratio falſa. ff. de cond. & demōſtr. Alex. conſilio 180. numero 8. volu. 6. Ruin. conſilio 115. numero. 10. volu. pri. Roland. à Valle conſilio 67. numero 14. volu. ſecundo. & conſilio 46. numero 30. volu. tertio. Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. ſecundo. cent. ſecunda. caſu. 105. numero 12. Vrſill. ad Aflict. deciſ. 23. num. 10. Tob. Non. conſilio ſecundo. numero 59. & 60. Bertr. conſilio 44. numero 9. volu. tertio. vbi enim prædia ſint ſub eiſdem cohærentiis & ſitibus, quibus ſunt deſcripta in teſtamento fideicommittentis, non poteſt validius rerum identitas probari, concurrente maxime coniectura ex perſonis poſſidentium. d. prædia, vt perdocte in caſu fideicommiſſi conſuluit Natta conſilio 235. numero 15. cum ſequent. tum quod in feudum antiquum ſit de eis inueſtitus. D. Benedictus, & cæteri cōſortes, vt inde neceſſario inferatur, dictas terras fuiſſe aliàs in bonis. d. Bartholomæi teſtatoris proaui
23 ſui, † eo quod antiquum dicatur, cum, à quarto gradu aſcendētium ſupra proueniat, paternum vero vel auitum, ſi ab altero quinque aſcendentium proximorū, videlicet, à patre, auo, proauo, abauo, vel attauo acquiſitum exiſtat. ex doctr. Iacob. Aluar. in prælud. feud. in ſext. diuiſ. Aluar. 3. not. vbi Bal. in c. primo. §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. Alexan. conſilio 30. numero 5. volu. primo. & conſilio 27. numero quinto. volu. quinto. Deci. conſilio 208. numer. 4. Curt. tract. de feud. pri. part. pri. in 8. quæſtion. Clar. §. feudum. quæſt. 8. in pri. Soci. iun. conſilio 105. nu. 15. volu. ſecundo. qui tamen dicunt hæc omnia confundi. Celſus Hugo. conſilio. 26. numero 43. communem diſtinctionem ſequitur Rolan. à Valle conſilio 55. numero 9. volu. 3. quod omnes doctores tenere ait, poſt alios, quos allegat, Ioannes Gallicus conſilio ſecundo. numero 35. volu. ſecundo. conſilio feud. Cæphal. multi ſtudij vir, conſilio 124. numer. 104. ample Thoma. Mari. tract. de feud. tit. ſecundo. de feud. ex pact. numero ſecundo. & titul. 6. num. primo. conſil. 462. numero ſecundo. volu. ſecundo. Caſſan. in conſue. Burg. rub. 4. §. 7. gloſ. Mari. numero 12. 17. cum ſequent. fol. 153. Siluan. conſilio 15. nu
24 mero 38. † pro vt in dubio antiquum præſumitur, maxime ſi longo tempore fuerit poſſeſſum ab agnatione, vel cū renouatione inueſtituræ, Bal. in c. primo. in pri. ſi de feud. fuer. controu. Alexan. conſil. 15. numero 7. volu. quinto. vbi addit. Pariſin. & in conſue. feud. Pariſ. §. 5. num. 89. poſt Tiraquel. titu. de retract. §. 31. numero 91. & alios quos adducit Rol. à Valle. d. conſilio 55. numero 10. ſubdens allegant eſſe nouum incumbere probandi onus, & cōſilio 57. numer. 18. & conſilio. 32. numero ſecundo. volu. tertio. Cæphal. cōſilio 272. num. 131. & conſilio 207. numero 30. Natta conſilio 634. in pri. vnl. ſecundo. Viui. comm. opi. l. b. pri. 114. verbo feudum in dubio, ex * communi Soarez. recept. ſent. verbo. feudum. num. 56. Neuiz. conſil. 10. nume. 3. & 4. Alba. cōſilio 61. numero 3. Menoch. tract. de arbitr. iud. cent. 2. caſu. 191.

Secundo identitas terrarum oſtenditur ex teſtibus examinatis ſuper. 7. & 8. articulo in ordine, qui dum deponunt de auditu ab aliis, ac fama, concludenter probant, quod in quàm terræ petitæ ſunt de acquiſitis, & relictis in hæredi-
25 tate. d. Bartholomæi teſtatoris, † cum in probandis finibus antiquis, ſeu rei antiquæ corpore, (labuntur enim centum viginti & vltra anni, à die acquiſitionis) lex leuioribus

proba-

probationibus contenteтur.Innocen.in cap.ve
nens, in fin. de verbo ſignifi. Doct. in l. ſcien-
26 dum .ff. de verbo.obliga.† teſtes de auditu audi-
tu: admittat, capitu.cum cauſam. vbi Abb. &
Feyn.de prob. Deci.conſilio 146.numero duo
decimo. Ruin.conſilio 187.numero 18.volum.
quarto Afflict.deciſ.23.in terminis Aret.conſi-
lio37.colum.prima Natta conſilio 378.nume-
ro quinto. Tiraquel.tract. de antiq.tempo.pri-
ma part.in pri. Hier. de Monte tract. de Fini.
capitulo.55.numero decimo Pariſ.conſilio 27.
numero 15.volu.primo. Natta conſilio 230.in
27 pri.volumn.ſecundo.† coniecturaſque & argu-
menta pro plena probatione reputet, gloſ.in
cap ſi Papa. verbo. probata. de priuil.in ſexto.
Caſtr.in l.eum aliquis.vbi doct.C.de iur.deliber.
multa in propoſito per Siluan. conſilio quin-
quageſimoſeptimo. num. 5. cum multis ſeque.
volu.primo.Alba.conſilio ſexto.numero ſexto.
28 † ac tandem fama ſola plene probat, vt poſt ſu-
perius allegatos & Deci.cum Mod.Paris.con-
* ſilio 42.numero 12.multa de * communi atte-
ſtantes accumulat,Michael Graſſ. comm.opin.
lib.ſecundo.19.quæſtion.ſecunda.Eman.Soa-
rez. recept. ſent.verbo fama.numero.39. Viui.
commu.opin.lib.primo.uerbo.fama. Menoch.
conſilio.21.numero.16.& 31.qui tamen id de-
clarat,niſi aliud obſtaret, Afflict.deciſ.23.nume
29 ro 42.† Quinimo, & idem iudicaretur, ſi tan-
tum quadraginta vel quinquaginta anni efflu-
xiſſent,cum hiſce temporibus, quibus hominis
vita, & curſus breuis eſt, nec ordinarie excedit.
60.vel. 70.annos tempus annorum quadragin-
ta dicatur antiquum. Alexan.conſil.187.nume-
ro 12.& conſilio quarto numer.12.volu.ſecun-
do.conſilio.90.numero.8.volu.ſexto. Socin.Se
nior conſilio 89.nume.7.volu.primo.Siluan.d.
conſilio 57.numero.11. Iaſ.conſilio.114.volu.
primo. Alb. conſilio. 83.numero 10. commu-
* nem * ait Crot. in l.ſciendum.ff.de.verb.oblig.
Natta conſilio. 526.in fi. Gramat.conſilio ciuil.
30 16.numero 7.† Quod multoties antiquum cen-
ſeri intra centum annos terminatis, Rota Ro-
mana,teſte Pureo deciſ.13.de fide.inſtru.Anto.
31 Aug. lib. 3.deciſ.233.& 249.† vt hinc fama ex
d.tempore probata, ſi non plenam ſaltem pluſ-
quam ſemiplenam probationẽ inducat,per Ful
goſ.conſi.154.quem ſequitur Deci.in cap.pri-
mo.numero 11.in fin.de appell.plenam tamen
32 adhuc probationem inducere videtur, † cum
verſemur circa fines,& rei idẽtitatem,quæ mo-
dici præiudicij reputatur, Crau.vbi ſupra Hie-
ron. de Monte tract. de Fini, regund.capit.70.
Laur. Chircou. com. opin. cent. 5.concluſ.24.
33 verbo antiquum.† Et licet tempus antiquum
** ex vna communiori ** opinione ſtatuatur ter-
mino annorum centum, per Iaſ.conſilio. 148.
numero 7. & 8.uolu.4. Cagnol.in l.uelle, non
creditur ad finem. ff. de reg.iur. Crauet. ubi ſu-
pra. numero.4. Cacher.deciſ.171.numer 8.qui
** atteſtator de communiori,ac Dec.in capit.pri-
mo numero. 11.de app. Fuſius Michael Graſſ.
comm.opin.lib.ſecundo.cap.18.q.7.& cap.19.
quæſt.ſecunda in fine Eman.Soarez.theſau.re-
cept. ſenten.uerb.antiquum.numero.187.com-
muniorem ait Franc.Purpur.conſilio 7.numer.
15.& 16.volu.ſecundo.conſilio.feud.& crebrio
rem ac communem Mod. Pariſ.in conſuet.Pa-
riſ. §.5.in nume.63. Attamen in praxi crebrius
recipitur, totum iudicis arbitrio remitti, conſi-
derata cauſa, tempore, hominum vita breui,ac
perſonis, vt probarunt Butr.& Hoſtien.in c.il-
lud. de præſum. Alexan. conſilio 9. ante fi. vbi
ample Menoch.de arbitr.iud.cent. prima. caſu.
3.per totum Siluan. d. conſilio 57. numero 11.
docte Vaſq.de contro.Illuſtr.ca.39.numero 20.
* ex * communi. Laur. Chircou. com. opi. cent.
5.concluſ. 24. Vidique ſæpius in hac patria &
præcipue per triumuiratum Rotæ Mantuæ, in
quo ſedebat Excellentiſſ. Marcus Antonius Nat
ta iur.conſul.numquàm ſatis laudatus, in cauſa
Boldrina,& aliis iudicari tempus.60. & 70. an-
norum hac tempeſtate ſufficere, ꝓ probatione
plena.Non dubito ergo, quin Senatus ampliſſi-
mus,qui Principem repræſentat,non inducatur
ex iſtis in veram credulitatem,& probationem
circa dictarum terrarum indẽtitatem,& corpus.

Præmitto loco ſecundo,cõſanguinitatem.d.
Ludouici poſſeſſoris.ac illius hæredum domini
inquàm Franciſci reſpectiue ad perſonam.d.Be
nedicti defuncti,qui.d. terras hippothecauit,ac
obligauit pro dote,legitime probatam dici,per
teſtes examinatos ſuper. 3.4.5.& 6.articulo, dũ
cõcludũt,ipſos,qui poſſident, & vltimo defun-
ctum eſſe patrueles, ac ex fama publica & de au
ditu ab omnibus, ac ab anteceſſoribus illorum
deſcendere omnes,à D.Bartholomeo Seniore,
cuius mediante Nicolao eorũ auo paterno erãt
pronepotes.d. Ludouicus & Benedictus.D.ve-
ro Franciſcus, mediãte perſona. D.Danielis aui
ſui,qui Daniel,& Nicolaus fratres erant & filij.
34 D.Bartholomei.† Sufficit namque cõſanguini
tatis ſola probatio ad oblinẽdum fideicommiſ
ſum.licet nõ probẽt ſe proximiores eſſe, Crau.
conſil.249.in pri.Neuiz. conſil. 10. numero 9.
35 Cæphal. conſil.133.nu.53.† Vnde proximitas
ſeu cõſanguinitas & agnatio plene probata fuit.

Primo,quia de veritate concludunt, aſſeren-
do illos eſſe patruelles, ac eoſdẽ vidiſſe & co-
gnouiſſe,iuxta Theoricã.Lanfrãchi in c.quoniã
contra. de probat.in cap.8.ſub rubrica.de teſti.
depoſ.numero 99.quam ſequitur Dec.conſilio
.595.numero 5.

36 Secundo, quia de auditu ab alijs reſpectu to-
tius genealogiæ illorum de Pendalea atteſtãtur,
qđ in antiquis, & in probatione ꝓximitatis
agnationeſuè ſufficere ſolet, etiam, quod nõ de
ducatur qualitas, ſeu grauitas perſonarum,ita
atteſtantiũ,per Alba.in ꝓpoſito conſ.83.in pri.
artic.Natta cõſ.235.& 378.nu.6.vol.2.in fidei.

commiſſo,Marzar.tract.de fideicom. tertia par
te,in gloſſ.fratres & filij in 55.quæſtio.vbi alios
citat.
37 † Tertio ex publica fama idem confirmant,
** quæ vt ſuperius pro **communiori annotaui,
in antiquis,& 56.annorum tãtum plenam pro-
bationem ſtatuit,quod in gradu probando po-
ſuit.Dec.d.conſi.595.num.6. Alba.d.conſil.83.
num.10.Natta conſ.378.nu.6.
38 † Quarto,& vltimo,id manifeſtum redditur,ex
pluribus documentis publicis,a diuerſis tamen
conſectis, videlicet teſtamento, inueſtituris,ac
venditionibus.dd.de Pendaleis productis, quæ
ſimul maxime in antiquis gradus propagatio-
nem ac agnationem probant, etiam quod ex
verbis enunciatiuis tantum, ac in præiudicium
tertij,id deduci poſſet,Bal.Caſtr.Alex.& cæteri
in l.cum aliquis.in prin.C. de iur. deliber.gl.vbi
Abb.c.cum olim de cenſibus,Dec.d.conſ.595.
nu.7.& conſ.11.Aret.conſil.76. Alba.conſ.83.
nu.15.& conſ.6.nu.9.c.cum cauſam.vbi Felyn.
& Dec.in prim.notab.de pro.Siluan.d.conſ.57.
num.8.Aret.conſ.42.in prin.Soc.ſen.conſi.86.
& 89.col.2. Natta conſi.378.num.4.Marzar.lo
co ſupracitato.q.55.in fi.Soc.iun.conſilio 138.
in pri.volu.2. Rode. Soarez.allegat.6.num. 11.
Natta conſi.328.num.4.conſil. 669.in princ.&
num.5.vol.4.& in conſilio 161.nume.24. cum
ſequent.volu.1.Rota Roman.in deciſ.nondum
typis traditis,deciſ.Achillis.5.de iure patronat.
Quinimo in omnibus ſingulari ſucceſſori,ut eſt
Dom. Armelina nocent, Bartol.in l.1.§. ſi hæ-
res.ff.ad trebell.Aret.conſilio 112.in fin.Socin.
ſen. conſilio 11.in pri.conſilio 13.& conſil.82.
colum.2.volum.3.
39 † Tertio præmitto prędium hoc,contra quod
vti hippothecatum pro dote agitur,abſque du-
bio præter ſupradeducta probari fideicommiſ-
ſo ſuppoſitum eſſe,ex dictis teſtium ſuper octa-
uo articulo affirmantium, audiuiſſe dici, etiam
ab eorum anteceſſoribus,ac ex publica ſama &
voce,bona de quibus in cauſa, eſſe fideicõmiſſi
antiqui Do. Bartholomæi Senioris. hoc enim
modo fideicommiſſum antiquum, ſeu bona eſ-
ſe fideicommiſſo obnoxia plene probari volue
runt,Bald.conſilio 84.& conſilio 89.num.5.vo
lu.primo.Natta conſi.378.in fi.volum.2.Alba.
40 conſi. 6.num.6.† Ex quibus præmiſſis infero,
probata fore incumbentia per fideicommiſſa-
riũ,quod.d. bona ſunt acquiſita per D.Bartho-
lomęum,vt ſufficere ait Natta conſilio 235.in fi
ne,uel ſaltem fuiſſe in hęreditate reperta tempo
re mortis, & quod ipſe ſit de uocatis,vt illorum
erant incumbens,per Bal.conſilio 84.uol.1.Al-
ba.d.conſ.6.nu.3.Alciat.conſil.774.num.4. Ro
land.a Valle conſil.46.num.8.& ſequen.& con
41 ſil.26.num.19.vol.3.† Nec poſſe d.prædium ab
ipſis de Pendaleis auocari,cum non dicatur in
bonis.d. Benedicti,qui obligauit illum, etiam
cum clauſula conſtituti, ſed tantum primi teſta-
toris,cui in hoc fideicommiſſo ſuccedi dicitur,
l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vulg. & pupil.Na-
42 ta d.conſil.378.nu.4.† & eo fortius,cum expreſ
ſe omnis alienatio,ac actus,per quem ad aliena
tionem deueniri poſſet, prohibita fuerit, & c̃ſe-
quenter obligatio,quę ſub nomine alienationis
uenit.l. fin.C.de reb. alien.non alien.l.fin.§.licet
quia.C.communia,de leg.l.quidam in teſtanẽ.
in pri.ff.de fideicom. c. nulli,de reb.Eccleſ.non
alien.Pinel.in l.pri.3.par.nu.15.& 19.C.de bon.
mater.Ripa in l.generaliter.nu.43.C.de ſecund.
nupt.pręcipue ſi hippotheca, cum clauſula con
43 ſtituti contrahatur, † quia cum tradatur poſſeſ-
ſio ex d.clauſula,ar. l. quod meo, ubi doct.ff.de
acquir. poſſeſſ. certum eſt contrauenire prohi-
bitioni teſtatoris per Bald.in c.1.§.aut ſi libella-
rio,in vltima col. quib.mod. feud.amitt.cum ſi.
mil. fundatam itaque cẽſeo iuſtitiam nobilium
de Pendaleis ex ſupra deductis, quibus non re-
fragantur in contrarium ſcripta, quæ ad decem
capita principalia reduco.

Primum,quod feudum,de quo agitur, ſit ex
pacto & prouidentia tantum,& conſequenter
non comprehenſum in teſtamẽto ac fideicom
miſſo,attenta præcipue ſubſtitutione extraneo-
rum ſeu collateralium teſtatoris, quæ cum non
includat bona feudalia,nec quo ad illa inter cę-
teros fideicommiſſum iniunctum credatur, ut
determinatio ita reſpectu bonorum ſic,vt perſo
narum æqualiter omnia determinet. Reſponde
tur etenim.
44 † Primo, feudum hoc nobilium de Pendaleis
ſuſceptũ pro ſuiſq; filijs & hęredibus vtriuſque
ſexus,ex eo legitime deſcendentibus, dici & eẽ
hæreditarium mixtum magis, quam ex pacto
& prouidentia, quod rurſus in diſpoſitione te-
ſtatoris,maxime inter deſcendentes in petitio-
ne hæreditatis, ac in fideicommiſſo vniuerſali
** venit, ut alias late ex * communiori veriorią;
opinione,ac in practica multoties obtenta oſtẽ
di.in conſilio meo impreſſo 49.num.41. & 89.
num.33. in prin.vol.1. quibus addo Bero.inter
conſilia ſtat.Montisferr.conſil.17.numero 73.
& hoc ſentit Pinel.d.3.parte.numero 88. dum
ait reſpondendo argumento Rubei Alexand.
quod dicendo pro maſculis, ſanguinis tantum
ratio habetur,quia ſi de alijs hęredibus ſentiret,
non diſtinguiſſet inter maſculos & fœminas,
quaſi velit ubi non ſit facta hæc diſtinctio, puta
ſi pro utriuſque ſexus hęredibus accipiatur, ma
gis hęreditarium feudum, & iure ſucceſſionis
deferri, quàm ſanguinis, uel ex pacto cenſea-
tur,quinimo & eandem ſententiam fortius am
plexus ſum in feudo ſuſcepto pro ſe filijs & hæ
redibus maſculis ex eo legitime deſcendentib.,
cum & illud fore hæreditarium mixtum,ac in fi
deicommiſſo petitioneque hęreditatis & diſpo
** ſitione paterna comprehendi ex ** receptiori
ſnĩa inſignium doctorũ conſului,& in facti con
tingentia obtinui, Tridenti, Mantuæ, Patauiią;

vt habe-

ſ habetur in eodem conſilio.89.num.33.cum
ſequen.conſilio.49.numero.41.& ſequen.ac in
conſilio primo numero 41.volu.primo.& cõſi-
lio 148. lib.2.quibus nouiſſimè addo, Vrſil.ad
Afflict. deciſ. 112. 140. 148.numero 7.conclu-
dentem vbique locorum feudum hæreditariũ
ceſ, & ita Regium conſilium iudicaſſe apoſt.ad
Iſeci.conſ.395.& 185.Mari.Frecia de ſubfeud.
lib.3.q.37.doctiſſime Natta conſi. 679.in prin.
atic. cum tribus conſilijs ſequen.volu.4.ac ſu-
ſis ſup Caſtris Gazoli. Doſuli,& alijs Marchio
ntus Mantuę conceſſis, ſub illa verborum for-
mula, Menoch. vir diligens, & mei multum
amantiſſimus conſilio 104. numero 15. cum
44 multis ſequen.† Quibus non obſtunt addu-
ct per. d. Cęphal. d.conſilio 224.numero.53.
7.& ſequent.cum ipſe loquatur in feudo ex pa
cto & prouidentia ſimpliciter, ad quod nec fi-
lius niſi ſit hæres,cum ſaltem ei ſit delata hæredi
tas, admitti poteſt,per text.in cap.1.an agn.vel
fil. dd.in l.quod dicitur.ff. de verb.oblig. Aleiat.
conſilio. 180.nume.primo.Sigiſmun Neapol.
conſilio primo.numero 36.Ioan.Thom.de Ma
rii.de feud.tit.1.nume.31.& 33.quod ad hære
ditarium referri nequit, cum illud niſi iure hæ-
red. deferatur.vt ſupra.

Secundo teſtament.D.Bartholomæi Senio-
ris vniuerſalis inſtitutio expreſſe omnia bona
emphiteotica feudalia epiſcopatus,profana Ec
cleſiæ & liuellaria comprehendit.ibi in omnib.
autem alijs ſuis bonis Eccleſiaſticis feudalibus,
&c.vt in proceſſu pag.64.ideo non eſt ambigẽ-
dum illa quoque in ſubſtitutionib.& fideicõ-
45 miſſo includi † cum in generali inſtitutione, di
ſpoſitione, obligatione,vel ſimili actu inter vi-
uos non veniant feudalia.vel emphiteotica Ec-
cleſiæ, niſi exprimantur,& nominatim in ea in-
cludantur.c.generaliter.vbi feudiſtæ, ſi de feud.
ſit controu.inter domi.& agnat.Bartol.& alij in
l. ſi paterni.ff.ad trebell.c.1.§.quàmuis.vbi om-
nes de inueſt. de re alien.fact. Alexan.conſilio
16.volu.ſecundo.Pariſ.conſilio ſeptimo.nume-
* ro 6.& conſilio.12.numero 45.ad.57.vbi.de*
communi volu. primo. innumeros allegat pro
more Tiraquel.de retract.ligna gloſ.3.§.primo.
numero tertio. cum ſequent. Cephal. conſilio
29.numero. 12.cum ſequent. Roland. à Valle
conſilio. 29.nume. 8. & ſequent.volu.tertio. Et
ſi ſunt in teſtamento, ac in inſtitutione vniuer-
ſali expreſſe,& nominatim feudalia poſita,in fi-
deicommiſſo incluſa cenſentur,cum ſæpe teſta-
tor ſubſtituendo ac prohibendo alienationem
dicat in hæreditate,in portione ad illos prouen
ta ex bonis iure inſtitutionis ſibi relictis, tam
vniuerſaliter, quàm particulariter, & in effectu
prohibeat, & ſubſtituat ſemper reſpectiue,quo
ad omnia bona immobilia, ſeu hæreditatis, &
aliorum bonorum, in quibus ſunt primi filij
46 vniuerſaliter hæredes inſtituti vt ſupra.† Verba
enim manifeſta ſunt à quibus non licet diſce-
dere. c.ſecundo requiris de appell.l.continuus.
§. cum ff. de verbo.oblig.l.non aliter.l.ille aut il-
muni doctrina Bartol.in l.prima.§. ſed ſi filius.
ff.de lega.3.Caſtr.in l.ſi cum dotem.§.eo autem
tempore.ff.ſolut.matrimo.Roman. conſi. 54.in
primo.Domin.Imol.& But.in cap.cum conſue
tudinis.de conſuet.Imol.Caſtr.Alex.Bart.Aret.
& cęter.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.ff.de acqui.
hęred.Alex.conſi.106.num.2.& 3.cum apoſtil.
volum. 5. ample ex omnium ſententia Tiraq.
tract.

trac. de ll. connubi. Gloſſ. 6. num. 5. cum ſeq. Rol.
a Valle conſi. 97. nu. 14. vbi de communi vol. 1.
& declarat Bero. conſi. 164. nu. 19. uol. 3.
* Etenim ex recepta * ſententia inquiunt ſcriben
73 tes patris † conſenſum in iudicio per filium mo
to, ob ſuum præiudicium tantum requiri, non
ad perſonam filij reintegrandam, ſicque poſtea
interuenire poſſe, & per medium, cum in aduen
titijs minimè ſit neceſſarius, Aretin. conſilio 72.
quod in ꝓpoſito ſequitur Steph. Lambertegh.
ſuper ſtat. prohib. mulier. contrah. ſine conſenſ.
propr. glo. 7. uerſi. conſenſ. num. 14. & 23. potuit
igitur aſſenſus Illuſtris Domini Cõmiſſarij actus
etiam perfecto accedere, quando omnis conſen
ſus, etiam ſuperioris, de cuius præiudicio agitur,
ante, poſt, & in actu inferioris interponatur, mul
74 ta accumulat Roland. a Valle conſi. 97. num. 14.
* ad fine. uolum. 1. dixi aliàs ex communi * conſi.
49. numero 24. addo Vrſil. ad Affl. &. deciſ. 355.
num. 8. Natta conſil. 651. in primo nu. 4. Tiraq.
de ll. connubi. gloſſ. 7. num. 10. 12. & ſequen. Ca
pici. in inueſt. feudal. verbo, aſſenſus feudalis in
primo Moder. Pariſ. conſue. Papien. §. 23. glo. 5.
num. 8. Iaſon. de feud. part. 9. num. 32. commu-
* nem * recenſet Menoch. conſi. 10. num. 404. &
conſi. 38. nu. 32.

Secundo, cum Illuſtris Dominus Commiſſa-
rius non det aſſenſum poſt tribunal erectum, ſed
atteſtetur ipſum ab initio iam præſtitum, dicitur
in actu ipſo ex tunc interueniſſe, quando non ſit
75 neceſſaria ſcriptura pro dicto † aſſenſu ſimplici,
cum id expreſſum nõ reperiatur inter caſus ſcri-
pturam requirentes, apud gl. in c. 1. §. poſtquam
autem, ubi Doct. de cenſ. in 6. Iaſ. in l. 1. nu. 61. C.
de iur. emph. Lamber. ubi ſup. glo. 7. uerbo con-
ſenſus. nu. 90. & in dubio affirmãti aſſenſum præ
ſtitiſſe credatur, per Salicetum in l. ſi filius. in 14
76 C. de petit. hæred. dicentem † iuſſu patris præſu-
mi interueniſſe, ſi id ipſe fateatur, idem Alex. cõ-
ſilio 9. num. 7. uol. 3. Ruin. conſi. 41. num. 1. uolu.
1. Lambertengh. vbi ſupra glo. 7. uerbo conſen-
ſus. num. 52.

Minus obeſt, quod Illuſtris dominus Cõmiſ-
ſarius authoritate licentias ſimiles concedendi
careat, nam cum nõ ſit ſuper iudicio ordinario,
nec iuriſdictionis exercitio, ſed tantum ſuper ri-
tu quodam Hebræorum, quẽ paſſim fieri, & per
mitti per alios eiuſdem Principis Cõmiſſarios
Hebræorum cognoſcimus, dicã illi omnino ius,
& facultatem competere, maximè, ꝗ pro uiro ta
77 li † præſumatur, ne quid agat, quod dedecori
ſuo, aut vitio uertatur. c. fina. de præſump. l. meri
to. ff. pro ſocio. Alciat. tract. præſumpt. 1. reg. 2.
Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu. 40. num. 10.
Port. d. conſi. 5. nu. 67. Nec aliàs videtur tribunal
erectum ſuper crimine, ſed tñ ſuper iniuriæ abo
litione, quæ & ciuili mõ peti, & terminari põt. l.
ſi non conuicij. ubi Doct. C. de iniur. Boſ. in ti. de
iniur. num. 1. cum ſeq. & nu. 12. & licet reperto
Emanuele inimico accuſatore falſo debuiſſet
condemnari, non tñ ex hoc dr̃ iudicium crimi-
nale cæptũ cum hæc ſit pœna fori eccleſiaſtici.
c. corripiũtur. 2. 3. q. 4. l. placet. C. de ſacroſ. Eccl.
& medicinalis tñ in non contemnente. ca. 1. de
ſenten. exco. in 6. Couar. in conſt. Alma mater
part. 1. in princ. num. 7. cum ſeq. de ſent. excom.
quæ uenit in conſequentia, ſi Emanuel non reſi-
piſcat, non tamen ex hac quicq; fiſco Principis
acquirit, & cũ hæc quotidie inter hebræos fieri
ſatis notũ ſit, qđ ex ſnĩa impreſſa dignoſcit, me-
rito, ſuper his amplius inſiſtere non arbitror.

Dicebatur penultimo loco, cãm dictæ licẽtię
non excuſare, quia non fuerit ab hebræo allega
ta, prout requiritur ex doctrinis contrarijs.

Verum replicatur cãm; & licentiam in illius
conſtitutis, & proceſſu fuiſſe deductam, proba-
tamq; ſic obiectũ ceſſare, præterea oſtenſio cãæ
ſecundum Alex. Corn. Boſ. & c. requiritur, ubi
quis delinquit in caſu notoriè & indubitatè ſui
natura prohibito, atqui erectio tribunalium, vt
demonſtratum eſt, non ſolum ſui natura, ac no-
toriè prohibita cenſetur, quia potius permiſſa,
& ubiq; tolerata, quæ immo detẽtũ omnino in-
nocentem reddit. Nec inordinatio proceſſus cõ
ſiderabitur, quando per Hebræum ex officio aſ
ſumptum, & cæteros examinatos in cauſa oſten
ſum ſit, eo modo per Iudices Hebræos ſolitum
procedi, & fieri Beth din, nec rurſus ex ordine
iudicij omiſſo, iudex puniatur criminaliter, cum
ab eo appelletur; & magis per errorem, quàm
78 doloſè † Iudices proceſſiſſe credatur, Bald. in l.
obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſ. & lega.
Bar. in l. quoties. §. 1. ff. de hęred. inſti. Iaſ. in l. pri.
C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm crim. Boſ. titu.
de officia. corrupt. nu. 22.

Cætera videntur eneruata ex pręcedentib. vt
concludam in hoc articulo Abraham abſoluen
dum eſſe, & Emanuelem inſtigatorem in expen
ſis damnandum, iuxta ordines patriæ, cum ad il
lius preces ſit commiſſa cauſa in hac ciuitate, &
pars expenſis grauata.

Nunc ſecundum caput ſinagogæ conſtructæ
breuiter reſoluo, & dico Abraham ex infraſcri-
ptis impunibilem reddi.

Primo, quia non eſt per ipſum ſinagoga ali-
79 qua † erecta, uel de nouo fabricata, ſeu formata,
vt ad illam tanquam Chriſtianorum Eccleſiam
oĩb. Hebræis publicis, & liber pateat acceſſus,
prout, uera ſinagoga appellaĩ, quę a canone pro
hibetur in c. 3. ubi Abb. de Iud. & l. in ſinagoga. l.
fi. C. de Iudęis. Arc. & Io. And. col. 1. in c. funda-
menta de elect. in 6. Io. de Ana. in c. Iudęi de Iu.
dęis. Marq. de iud. par. 1. c. 3. Port. conſ. 4. nu. 54.
eſt. n. Oratoriũ, quoddam priuatũ, ſeu locus in il
lius domo conducta a Chriſtianis, in quo ipſe,
eius familia, & quidã amici ſui ſtant orantes, &
ubi pro eorũ cerimonijs peragẽdis ad benepla-
30 citum Abraham conueniunt, qđ † Oratoriũ mi
nimè de iure prohibitum iudico, ex authoritate
Bald. d. conſilio 428. numero 6. volum. 5. dicens
ita

ita Ioan.de Lignano,& totum collegium Cano
niſtarum Bononiæ conſuluiſſe,quod conſilium
nouiſſimè de verbo ad verbum repetitum fuit
inter cōſilia Martianeſi.ſub nu.94. Ab hac enim
authoritate Baldi recedere in iudicando, cum
81 † contradictorem non habeat,nefas crederem,
per ea quæ ſcribit de illo Neuizan. in Silua nu-
ptial. quomodo iudicandum pag.442. ſub nu.
25.verſic.etiam ſi contra communem,Bal.præ-
cipuè, quod ab alijs iuriſperitis, & collegio in
terminis noſtris fuerit approbata, & illius con-
ſilium ſubſcriptum a Ioanne de Montegrana-
rio,qui omnes numerum ſeptenarium tranſcen
* dentes communem ferè * ſententiam conſti-
tuunt,ex his,quæ ponit Anton.Mar.Cara.tract.
de commun.opin.lib.1.titu.3. numero 19. cum
ſequen.

Secundo, quatenus ſinagoga publica appel-
laretur,habent dicti Hebrei breue Apoſtolicum
eiſdem permittens ſinagogas tenere, & facere,
vt in actis legitur,virtute cuius impunè erigi po-
82 tuit noua ſinagoga, cum in his Summus Ponti-
fex ſupremam teneat poteſtatem,&licitè autho
re Pontifice conſtruantur.d.c.3.de Iudæ.ubi Io.
de Anan.Marquard.de Iudæ.par.1.ca.3.nu. 14.
cum ſimil.

Nec repugnat breue Pij Quinti, quo uiden-
tur omnia priuilegia Hebræis conceſſa reuoca-
ta,quia unico verbo reſpondeo, illud non fuiſſe
vſu, moribuſque receptum, nec per Principes
non ſubiectos immediatè Pontifici, nec per po-
pulos,ſeu non ſubditos immediatè Eccleſiæ ad-
miſſum,publicatum, vel executioni demanda-
tum, propterea nec obligauit, nec effectum ali-
83 quem reuocationis ſortitum fuit, cum ſit conſti
tutio damnum, ac præiudicium afferens, quæ
non ligat ignorātes, & niſi bimeſtre elapſo poſt
publicationem ad ea,quæ ſcribunt gloſſ. in cap.
cognoſcentes,vbi Abb. num.2. Felyn.num.21.
Deci.num.6.& 7.Bero.num.52. & 53. de verio-
* ri * inquit conſcius,num.73.Matth. numero 46.
de conſt.Bart.in l.omnes populi, nu.144.Crot.
num.122.de iuſt.& iur.Multaque Capra in regu
lis ſuis concluſ.quinta num.19.& per totum Me
noch. de arbitr. iud. lib.2. caſu 185. numero 4.
cum ſeq.Sebaſt.Medi.de legibus.4. par. cap.24.
num.5.& per totum.Non ergo virtute dictæ re-
uocationis hebræi, qui in oratorio,vel in ſina-
goga interuenerunt, pœnam incurrunt ali-
quam.

Tertio omiſſa Pontificis conceſſione, adſunt
aſſenſus Vicarij Reuerendiſſimi Epiſcopi, & Il-
luſtris Domini Commiſſarij Hebræorum, quæ
licèt non ſufficerent de iure,præſtant tamen cau
ſam legitimam excuſationis, vt ſuperius notaui,
cum potuit errando Abraham credere licētiam
Epiſcopi,uel Vicarij prodeſſe, prout id credidit
Aegidius ſummus Canoniſta relatus a Ioan. de
Anan.in cap. Iudæi, num.2.de Iudæ.& certum
84 ſit † errorem iuris dubij quemlibet non peritum
excuſare,bonámque fidem inducere. c. cum di-
lectus,ſecundum vnum intellectum, de conſue-
tud.Ayмo.conſi.145.num.19.Aret.Iaſ.Bart.&
Imol.in l.cum probatis. ff. de re iudic. Stephan.
Lambertengh.ubi ſupra glo.1.uerbo in alienа-
tionibus.num.146.

Accedat quarto loco decretum Principis Ex
cellentiſſimi concedens Iudæis tenere ſinago-
gas tam uniuerſales,quàm particulares,& prout
aliàs fecerunt,de quo in proceſſu pag.338. duo
enim ſupponit.

Primum, ꝙ ſint plures ſinagogæ,quia nume-
rus pluralis uerificatur,ſaltem in duob.l.ubi nu-
merus.ff.de teſtib.l.ſi.ff. ad Treb.

Secundum permittitur fieri, vt facere aliàs
ſoliti erant, qui tamē hebræi ex capitulo denuo
in actis producto, ac obtento ab Excellētiſſimo
quon.Federico Marchione Montisferrati, pri-
mo Duce Mantuæ.ſub die 28. Maij anni 1539.
poterant in illorum domibus priuatis facere id
omne,quod Moyſis lex præcipit, ſic Oratoriū,
ſeu ſinagogam, etiam publicam, & tribunalia,
cum id lege ipſorum permittantur, & dum de-
cretum Excellentiſſimi Principis moderni,ſe ad
85 antiquum ſolitum permiſſum remittit, & illud
ſolitum in hoc decreto conceſſum videtur, arg.
l.theopompus.ff.de dote prælegat. Alex. conſi.
110.num.3.uol.7.Crauet.conſi.45.num.4.Dec.
conſi.47.Soc.conſi.102.nu.23.uol.2.

Ex quibus in unam maſſam redactis, cenſeo
Abraham inquiſitum,& abſoluendum, & iam-
diu detentum,liberandum fore.Qui tandem re-
formata ſententia condēnatoria Caſali per Ca-
pitaneum iuſtitiæ promulgata, liberatus fuit, &
ſi in ducentum aureis numis tantum pro com-
prehenſis in primo capite damnatus.

Franciſc.Burſat.I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRISSIMO DOMINO Alphonſo Gonzaga.

ARGVMENTVM.

Contractus vſurarius & ſimulatus,quomodo pro betur,per coniecturas,teſtes,vel indicia.

Teſtes & coniecturæ quæ admittantur in proba- tione contractus ſimulati vel fæneraticij.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio contractus probari poteſt per teſtes,*
* *ex * communi dicto.*
2 *Indicia & coniecturæ per iudices arbitrandæ ſufficiunt ad contractum ſimulatum annullan dum.*

3 Teſtis

Digitized by Google

3 *Teſtis vnicus cum aliquib. coniecturis ſufficit ad pœnam imponendam pro ſimulato contractu.*

4 *Teſtes factum deponere, non iudicare debent.*

5 *Contractus præſumitur ſimulatus, ſi venditor nunquam tradidit poſſeſſionem rei venditæ, alijs etiam concurrentibus.*

6 *Teſti de bona fama in genere deponenti, & pro non delicto, magis creditur, quàm teſtibus pro delicto.*

7 *Bona fama in genere, non tollit malam in ſpecie deductam & ſuper delicto vſura probatam.*

8 *Præſumptiones bonæ ceſſant, quando delictum vel veritas in contrarium eſt probata.*

9 *Probatio bonæ famæ, qualitatis, nobilitatis & meritorum non releuat, quando ultra malã famam adſunt contra reum indicia, & præſumptiones ſuper veritate delicti. & nu. 43.*

10 *Fama bona per agnatos, & familiares probata non reſiſtit malæ famæ per non ſuſpectos probatæ.*

11 *Apoſtata & viuens extra clauſtra monaſterij ſui, non eſt in teſtem admittendus.*

12 *Hæreticus, vel qui recõciliari eſt Eccleſiæ repellitur, a teſtimonio, interdictuſq; eſt omni actu ciuili.*

13 *Hæreticus reconciliatus Eccleſiæ, non per hoc dicitur reſtitutus ad famam, cum id ſupremum Principis ſit.*

14 *Crucem ferens ob reconciliationem factam Eccleſiæ, repellitur a teſtimonij limine.*

15 *Accuſatus de diuerſis criminib. ſed nondum condemnatus in ciuilibus a teſtimonio non repellitur.*

16 *Tractatus perfectionem actus non indicant.*

17 *Teſtis deponens circa tractatũ de firma, & ſtabili ordinatione, & non tantum de colloquio, concludit.*

18 *Iudæus nullam patiens exceptionem, cum aliquibus adminiculis, probat.*

19 *Animus ab initio emendi & vendendi in contractibus adfuiſſe, probatur ex coniecturis.*

20 *Tractata ſi poſtea exequantur, perfecta dicunt.*

21 *Penſio, Affictus, magis precio tradito commenſuratur, quàm æſtimationi ſeu valori rei vẽditæ*

22 *Vſurarius contractus, ſimulatuſque, emptio fictitia, & c. circa vſurariam prauitatem pendent, ex iudicum arbitrio.*

23 *Commodum ſentiens a re de qua teſtimoniũ dicit, non probat.*

24 *Teſti commodum in conſequentiam ſentienti de re ſuper qua deponit in fide, non detrahitur.*

25 *Teſtis deponens ſe cõtractum fictitium cum uſurario feciſſe in ciuilibus, probat ad fauorem tertiæ perſonæ.*

26 *Teſtis non ſperans laudem, commodum, uel uituperium, ex cauſa ſuper qua deponit, probat.*

27 *Præſumptio ſimulationis etiam vſurariæ prauitatis & pignorandi potius animus quàm emẽdi elicitur, ſi emptor non habet cognitionem, nec poſſeſſionem rei venditæ, & eam nunquã vidit.*

28 *Simulatio arguitur, quando venditor ſemper remanet in poſſeſſione rei uenditæ, poſt uenditionem per ipſum factam. & nu. ſeq.*

30 *Præſumptio contractus fictitij reſultat, ſi rei venditæ onus ſemper venditor ſubijt.*

31 *Contractus ſemper dicitur vſurarius, quando cõtrahens certus eſt de tempore, fructibus, & reditibus.*

32 *Tempus annorum præfixorũ in contractu retrouenditionis plus operatur, quàm fænerandi cõſuetudo, & vrgentiſſimam coniecturam inducere ſolet.*

33 *Modicitas ſeu vilitas precij adiuncta pacto retrouendendi ſimulatum fictumque contractũ*
** *conſtituit, ex ueriori ** communiorique.*

34 *Concordia authoris ad conſ. ſuum 117 ubi dixit verius receptiuſque eſſe modicitatem ſolam cum pacto de retrouendendo, non ſufficere ad contractum uſurarium conſtituendum.*

35 *Precij vilitas emptori nota, maximam fraudis ſuſpitionem arguit, tollitque precij deceptionem, in precio.*

36 *Contractus fictitius, ex ſolo animo contrahentiũ conſtituitur etiam, quod non ſint ſoliti ſimiles contractus facere.*

37 *Pactum retrouendendi, cum modicitate precij, prope dimidiam totius iuſti precij, cum alio pacto, quod poſt certum tempus redimatur, ſufficit ad ſimulationem contractus monſtrandi ex*
** *** communiori.*

38 *Coniectura reſultans ex natura & conſuetudine contrahentis urgentiſſima eſt, ad ſimulationẽ contractus demonſtrandum.*

39 *Actus duo cum concurſu decennij requiruntur ad probandum quem ſolitum eſſe fænerari, & qualiter procedat. nu. ſeq.*

41 *Pactum in inſtrumento retrouenditionis poſitum, quod retroemens reficiat expenſas, datia, & cætera per primum emptorem ſoluta facit, quod contractus ſit ſimulatus.*

42 *Venditor locando rem venditã, longe minori affictu,*

*fictu,quàm ex illa præcepiſſet,facit,quod con-
tractus ille cenſeatur vſurarius.*
44 *Inſtrumentum publicum,licitum,legitimumq́;
reputatur in dubio.*
45 *Præſumptio debilior eneruatur per aliam uali-
diorem præſumptionem.*
46 *Coniecturis opus non eſt, quũ in claris ſumus.*
47 *Probatio,præſumptiones tollit.*

CONSILIVM CLIII.

TRINITAS ADSIT.

SI contractus aliquis fæneratí-
cius ſimulatuſq; nuncupari va-
let, iſte, de quo in præſenti agitũ
(quod citra iniuriã dictum ſit)
talis vtique ac vſurarius iudica-
bitur, cum in eo ex facie ſui, &
ex probationibus teſtium cõcurrant multę pro-
pemodum coniecturæ,quæ ipſum labe vſuraria
denigratum demonſtrant.

Primò etenim quinque teſtib. probatum eſt,
inſtrumenta emptionis & locationis terrarum.
d.Zapalei confecta a D.Federico Malateſta,ficti
tia ſimulataque eſſe, & pro paliandis vſuris tan-
tum ſtipulata.Ita enim in ſpecie deponunt, ad-
dita ratione,quia ſciebant.Illuſtriſſimum domi-
num Alfonſum Gonzagam, mille quingentis
aureis numis indigere, quos eidem mutuo tra-
dere aſſentiebat. d. Malateſta, dummodo ſibi a
Zapaleo priuato venderentur tot terræ,ex quib.
annuos affictus in ratione decem pro ſingulis cẽ
tum perciperet,terras poſtmodum locandi ciui
Mantuano,videlicet.d.Arcãgelo,cum pacto re-
trouendendi illas hinc ad ſeptennium Zapaleo
venditori & fideiuſſori conductoris. Dum ergo
id teſtes aperto ore concludunt,ita eſſe creden-
1 dum venit, † cum teſtibus ſimulatio contractuũ
probetur,non ſolum de iure,per Boer.conſi.12.
num. 9. quod ex * communi ſententia recenſet
Eman.Soarez.recept.ſententiarum verbo ſimu-
latio.num.122.& ex unius dicto. vt ex Caſtrenſ.
& Alexan.not.Menoch.conſilio 39.num.11.ve
2 rum etiam ex ordinibus patriæ mandantib.† ad
ſimilem contractum annullandum,(vt in pręſen
ti agitur)ſufficere indicia & coniecturas arbitrã-
3 das per Iudices.† ad pœnam vero infligendam,
dictum vnius teſtis, cum aliquibus coniecturis,
arg.gloſſ.in l.apud Celſum, de except. doli. c.2.
in primo de renuntia.in 6.Bal.in c.cum omnes.
4 numero 8.de conſtit.Nec obſtat, † quod iſtis te-
ſtibus adhibenda non ſit fides, quia de iudicio
deponant,non ſuper facto, vt illorũ erat munus
per Bar.in l.qui teſtamento.§.fin.ff.de teſta.Cra-
uet.conſilio 41.num.4. Etenim præterea quod
abſolute id negari poſſet,ut patet in teſtib.drapi
ſecundæ modulæ,dicitur,quod dum reddũt ra-
tionem illorum iudicij credulitatis,ac dicti con-
5 cludentem, nempe † quia nunquam vidit Mala
teſtas terras emptas, nunquam conductor illas
poſſedit,emptor non animo emendi,ſed lucran
di decem pro ſingulis centum,fundum acquiſi-
uit,& alia,vt per eos, recte probant atque cõclu
dunt,vt ex limitatione tradunt Bal.in l.qui tamẽ
§.ſi arbiter.ff.de arbitr.Alex.cõſi.23.uol.1.Crot.
tract.de teſtib.part.7.nu.124.
6 Secundò minus obeſt, † quod teſtib. actorum
deponentib.de bona fama in genere, & pro nõ
delicto vſuræ magis credatur, quàm teſtib. reo-
rum pro delicto deponentib.Cæpo.conſ. crim.
pri.& conſilio ciuili.60.& Crau.conſi.8.num.7.
7 † Namque ſcimus bonam famam in genere nõ
tollere malam in ſpecie deductam, atque com-
probatam,ſuper delicto vſuræ,Alexan.conſ.77.
num.6.uolum.1.Marſ.conſi.3.num.22.& conſi.
44.num.21.Curt.conſi.55. in fi. Roman.conſil.
167.in fin.num.10.cum apoſtil. Mendoſ. Socin.
iun.conſi.88.num.21.uolum.2.Boſi. titu. de in-
quiſit.num.35.Arnold.in ſolilo.37.Garzia con-
ſilio 123.num.2.tom.1.conſ.crimin.ceſſareque
8 † omnem boni,legitimi,validique præſumptio
nem. ubi probatur ſequutum delictum, vel de
veritate contraria conſtat,Ruin. conſilio 6. nu-
mero 4.uol.5.cum ſimi.Menoch.conſi.101.nu.
9 54.† Nec præterea bonæ famæ qualitatis,nobi
litatis,meritorumque probatio proſit. vbi vltra
famam malam, adſint alia contra reum indicia,
& pręſumptiones,ſuper veritate delicti, Clar.in
§.fi.pract.Crimin.q.60.uerſi.frequens,dictaque
10 bona fama probetur per teſtes de agnatione cri
minoſi,vt hic,ſeu de familia ac parentela.D.Ma
lateſtæ,vel illius filiorum,propterea minus legi-
time bona fama, & non delictum probata cen-
ſeantur,per ea, quæ pulcre congerit Tho.Gra.
conſil.58.nu.6.cum ſeq.

Tertio non repugnat Fagnanum teſtem de-
ponentem in indiuiduo de ſimulatione & vſura-
ria prauitate,videri reprobatum per Reuerendũ
fratrem Zucconum,& d.Ioſeph.Corſinum cõ-
cludentes, Fagnanum diuerſis delictis reum &
criminoſum exiſtere. dupliciter enim obiectum
hoc reſoluitur.
11 Primo,quod & ipſi ſunt criminoſi. alter enim
eſt apoſtata extra clauſtra ſui Monaſterij degẽs.
quod ex fide exhibita conſtat.ob quem caſum,
a teſtificando repellitur.l.is qui.C.apoſt.Butr.in
repertor.verbo teſtis.Campeg.regu.teſtis.42.in
cipit Apoſtata,Ioan.Mari.Monticel. ſuo tracta.
12 de teſtibus.uerbo. apoſtata. Alter vero † Corſi-
nus,eſt recõciliatus Eccleſiæ Catolicæ per adiu-
rationem hæreſis,qui propterea, ſecundum ali-
quos,tamquam infamis, ac omni actu ciuili in-
terdictus a iure repellitur,c.excommunicatus.§.
credentes.de hæret.c.2.in 1.& fi. de hæret.in 6.
13 Campeg.de teſt.regul.45.nec † ex ipſa reconci-
liatione,ſeu abiuratione videtur prout ad bona,
reſtitutus ad famam,& teſtificationis actum, cũ
id

Id ad ſolum Principem ſupremum ſpectet. l. ſi
quando. C. de inof. teſt. in propoſito Calde. tra.
14 de hæret. c. 38. num. 2. quodque † talis publicus
pęnitens & abiurans a teſtificando repellatur,
in terminis decidit Speculat. tit. de teſt. verſic. qđ
de portantibus crucem. nume. 85. quem refert
additio. ad Crotum. de teſti. 4. part. num. 187.
Ex teſtibus namque reprobatis alij minime reprobari
queunt.

Secundo, admiſſa illorum habilitate dicitur,
15 & ſi Fagnanus † ex diuerſis delictis per repulſam
ſit criminatus, cum ex illis non appareat condẽ
natus, iure tantum ciuili repelli nequit, vt cõclu-
dit Gramat. deci. 34. num. 29. ſequitur Paul. Me-
rend. conſi. 88. nu. 81. tom. 2. conſi. crim. in fol.
ſubſiſtit itaque illius dictũ, quod ad dicta inſtru-
menta annullanda, & informanda iunctis ma-
xime alijs, ſufficere arbitror.

Opponi quarto loco poſſet, reorum teſtes nõ
concludere ſuper præordinatione facta formi-
ter & abſolute de contrahendo fœnus, ad com
modum Illuſtriſſimi domini Alphonſi, ſub ſpe-
cie contractus emptionis, & vẽditionis fictitiæ,
cum tantum teſtantur de tractatu & colloquijs
partium, nec vnquàm de tractatu Malateſtæ cũ
d. Illuſtriſſimo domino, ſed cum alijs tantum,
16 † qui tractatus actus perfectionem minime deſi-
gnat, eo quod multa dicantur, quæ non ſint, ita
Bal. in l. cum allegas. 4. oppoſ. nu. 8. cum apoſt.
C. de vſur. at obiectum tollitur.

17 Primò, quia teſtes de pręordinatione firma ac
ſtabili concludunt, non autem de colloquio tan
tum, dum atteſtantur voluiſſe. do. Malateſtam lu
crum decem aureorum pro ſingulis centum, &
cautionem ſuper terris. do. Zapalei. non tamen
cum intentione emendi terras voluiſſe, ut ait Fa-
gnanus in primo examine, & in ſecundo ſuper
interrogatorijs affirmans talia verba lucrãdi de-
cem pro cẽtum pluries ſibi teſti fuiſſe ab empto
re repetita, etiam die celebrati contractus em-
ptionis. idem recenſet Vitalis de Medulis teſtis,
18 cui licet Iudæo in cæteriſque habili, concurren-
tibus alijs in hoc vſurarum iudicio, fides adhi-
beri poſſet, per Crau. conſi. 75. num. 16. ex audi-
tu illudmet inquit, rationem tamen ex ſenſu ad-
ducens quintus teſtis manifeſtè id deponit. D.
Cattabenus enarrans tractatum concluſionem
& celebrationem inſtrumenti. ſufficitque proba
19 ri ex coniecturis animum ab initio emendi &
vendendi abfuiſſe, & ſi id teſtes minime depo-
nant, vt in propoſito conſiderat Gabr. conſi. 74.
per totum.

Secundò, præordinatio facta fuit formata, ac
executioni demandata, quia conſtat ex affictus
inſtrumento decem pro ſingulis centum lucra-
ri, quolibet anno, nec emptorem aliquid, ægiſſe
cũ perſona Illuſtriſſimi. do. Alfonſi. dicta enim
20 exequuta fuerunt, iuxta doctr. Bald. in d. l. cum
21 allegas. nume. 8. C. de vſur. cum penſio affictus
magis pretio tradito cõmenſuretur, quàm æſti-
mationi ſeu valori rei venditæ, ex tradit. ab An-
car. conſi. 257. in fin. & in propoſito per Rol. a
Valle conſi. 40. num. 27. uol. 2.

22 Tertio, hoc totum, videlicet quem eſſe vſura-
rium, ſimulatos contractus, fictitiam emptionẽ,
& conductionem celebratã fore. Rurſus, quod
præordinatio ſit firmata, pendet ex iudicum ar-
bitrio, Bal. d. numero 6. & in conſilio 311. nume
ro 12. & per totum uol. 5. poſt Crau. Soci. Cor.
Dida. Barbat. & cæteros collectos a Menoch. de
arbitr. iud. caſu. 247. per totum. Verum ex omni
bus præcipuè infradicendis, apparebit, contra-
ctus hos fæneraticios præſumi, ita ut arbitran-
dum quoque & præordinationem contractuũ
firmatam & concluſam eſſe.

Quarto loco, dici poſſet, vltimum teſtem, qui
negocio interfuit, ſuſpectum reddi, ob commo
23 dum proprium, licet in conſequentia veniret, re
ſultans ex eo, quod ipſe antea vẽdere libere pro
curaſſet quaſdam terras, & illas ferè uendidiſſet.
d. Malateſtæ, quas demum ob præſentem con-
tractum fæneraticium, emere noluit, Crau. con-
ſilio 6. num. 102. uerum, quod commodum prin
cipaliter, vel in conſequentiam huic teſti proue-
niat prorſus ignoro, quod venditio terrarũ ſua-
rum nullum habuit effectum, nec ex hoc, quod
iſti cõtractus ſint fictitij, utilitas aliqua ſpectabit
ad teſtem, qua propter illius atteſtatio erit pror
24 ſus legitima & valida, cum & alioquin, commo
dum in conſequentiam ſentienti, in fide, nõ de-
trahatur, ut in teſte pro uniuerſitate deponente
concludunt, Alexand. conſi. 78. num. 2. uolu. 1.
conſi. 172. num. 7. cum Apoſtil. vol. 2. Natta con
ſilio 537. num. 49. uolum. 3. Didac. Couar. prac.
25 99. cap. 8. Et licet teſtis deponat ſe contractum
fictitium cum vſurario inijſſe, probat tamen ad
fauorem tertiæ perſonæ, maxime in ciuilibus,
ex mente Crauet. d. conſ. 6. num. 102. teſtis ergo
Cattabenus in propoſito mentem deprauatam
26 contrahentium a fortiori oſtendit, cum ex iſta
cauſa nullum commodum, incommodum, lau-
dem que uel vituperium conſequatur, ad not. in
c. per tuas, de teſtibus. firmis itaque manentibus
teſtium depoſitionibus, & prima vſurarij con-
tractus probatio ſubſiſtet.

Quæ ſecundario deducitur, & ex ualida pro-
27 pemodum coniectura corroboratur. Etenim
Malateſta nunquam uidit terras emptas, nec illa
rum vllam cognitionem habuit. cumque a com
muniter contingentibus non ſoleant implicari
1500. aurei numi in prædio, quin prius, uidea-
tur, ac illius plenę informationes ſuſcipiantur,
arguitur præſumptio ſimulationis & vſurariæ
prauitatis, ac pignorandi potius, quam emendi
animus, vt in terminis iſtis conſiderabant Cæ-
pol. de ſimulat. contract. 9. præſumpt. 18. nume.
64. Natta conſilio 198. num. 9. uolu. 1. Afflict. de-
ciſ. 40. numero 19. in fin. Pariſ. conſilio 82. num.
38. uolum. tertio. Roland. d. conſilio 40. nu. 39.
vol. 2.

28 Tertia additur,quia venditor cõtinuo,† poſt
venditionem, ſeu illius conductoris remãſerũt
in poſſeſſionem terrarum alienatarum,quod cõ
cludunt indubie omnes teſtes pro reo & con-
ductore examinari,ſuper prima capitulorũ for-
ma,affirmantes.d.Arcangelum de Sauijs cõdu-
ctorem nunquam poſſediſſe, vel habuiſſe terras
in loco Medularum, & minus eas de quibus in
emptione.d.Malateſtæ, ſed eaſdemmet ſemper
in bonis illorum de Zapaleis fuiſſe, & ab eis vti
veris dominis & conductoribus ſuis omni tem
pore retẽtas & poſſeſſas.qua propter manifeſtæ
ſimulationis & fictitij contractus præſumptio
reſultat,ex doctr.ann.cõſ.58.quã ſequitur Cra-
uet.conſi.136.num.18.Pariſ.conſi.54.num.76.
vol.1.Cępol.de ſimul.contra.præſumpt.24.nu.
76.& Roland.a Valle.d.conſ.40.num.31.volu.
2.Natta.d.conſi.198.num.10.& 11.& num.23.
29 vol.1.ſubdens in † propoſito,non obeſſe,quod
inſtrumentum locationis ſit ex interuallo cele-
bratum, poſt venditionem,nec pręſumi animũ
emendi,nec in Zapaleo vendendi,vt hic,cũ lo-
catio terrarum valoris ſcutorum quatuor mille,
& vltra,vt aiunt teſtes, non fuiſſet facta tam vili
precio,ſed longe maiori,attenta.d. Prædij æſti
matione,redditu,ac ualore uero.

30 Accedat quarta coniectura,† quia terræ iſtæ
fuerunt ſemper in æſtimo,ac ſuppoſitæ functio
nib. ſub nomine.dd.de Zapaleis,qui rurſus om-
nia onera pro dd. terris ſubierunt, vnde alia in-
ducetur fictitij contractus præſumptio, ſecũdũ
Bald.conſi.222.volu.3.Pariſ.conſi.55.num.54.
volum. 1. Corn. conſil.135. Roland.vbi ſupra.
numero 36.

Quinta reſultat coniectura,ex penſione & af
fictu,ſtatuto,ſoluendo per conductorem.qui af
fictus correſpondet precio cõſiderato capitali,
in ratione decem,pro centum. Natta, conſilio
198.numero 13.& D.Hier.Gabr.conſil.77.per
31 totum,† determinans ſemper vſurarium dici cõ
tractum, cum locans tempore fructibus & red-
ditibus ſit certus.

32 Sextam, conſidero,† quia in pacto retroemẽ
di adeſt tempus ſemper annorum præfixum ꝙ
quidem plus operatur,quam fęnerandi conſue-
tudo,Rui.conſi.16.num.2.volum.4. ac ut faten
tur omnes vrgentiſſimam & validam coniectu-
ram inducere ſolet,Abb.in c.ad noſtram, num.
11.de vſur.Bald.conſi.483.volu.1. Cæpol.de ſi
mulat.cõtract.tertio caſu præſumptio 20.& 11.
præſumpt.num.51.multa Gabr.conſi.74. num.
5.cum ſeq.

Septimo, omnes coniecturæ confirmantur
ex modicitate & vilitate, nõ dicam deceptione
precij terrarum probata, longe vltra dimidiam
veri valoris per omnes reorum teſtes,cum terra
æſtimationis ſexaginta aureorũ pro viginti tan
33 tum fuerit acquiſita,†quæ modicitas ſola ſeu vi
litas,ſecundum aliquos, adiuncta pacto retrouẽ
dendi, ſimulatum, & fictitium cõtractũ demon-
ſtrat,vt,ne alios recenſeam,de communi,com-
muniori ** ac magis vera atteſtantur Caſſad.de
ciſ.1.de vſur.Mendoſ.ad Roman.conſi.423. Mi
ch.Graſſ.commun.opi.lib.1.cap.13.q.8. Eman.
Soarez recept.ſent.verbo venditionis.num.20.
Capra ſuis regul.cap.87.nu.165.& 173. Cagn.
in l.2.nu.50.de pact.inter empt.& uend.quibus
addo Nattam conſi. 198.vol.1.& conſil.40.nu.
2.& 42.volum.2. Roland a Valle conſil.40.nu.
21.volu.2.Ant.Gomez. varia reſolut.lib.2.cap.
2.num.27.cum Apoſtil.Soarez.Hier.Gabr.con
ſil.74.in pri.num.3.hanc magis communem ca
noniſtarum nuncupans. Et licet contrarium
34 † de iure uerius ac receptius,maxime in foro iu-
diciali,& praxi exiſtimẽ,ad ea,quæ ſcripſi aliàs
conſi.17.nume. 12.lib. 1.quibus addo Bero.
conſilio 169.num.18.vbi de communi volu.1.
Nec ex duabus iſtis coniecturis, vllum contra-
ctum vſurariũ iudicauerim ego, vel iudicari vn-
quam viderim, ſtante præcipue patriæ & loco-
rum conſuetudine. Attamen quia in præſenti
multæ aliæ,& quamplurimæ probationes & cõ
iecturæ concurrunt,ex illis,etiam quod nõ pro-
betur emptorem ſolitum fœnori dare, uel alia
modicitas precij,arbitrio tamen iudicis ſimula-
tio, & contractus pignoratus tantum iudicabi-
tur.c.illos vos.de pign.Caſtr.conſilio 74.col.3.
Cæpol.d.tract.in quarto caſu,vt & in pręſump.
10.poſt Bald.conſi.322.col.fi.vol.3. Barbat.cõ-
35 ſil.8.col.6.volu.4.cum ſim.Eo præcipue† quod
hæc utilitas precii, videlicet emptio terræ ualo-
ris 4500.aureorum pro 1500.nõ ignota.d. Em-
ptori,ut innuunt actricis teſtes, maximam frau
dis ſuſpitionem arguat, tollatque precii dece-
ptionem,in precio,ex tex.ſingulari in c.1.verſi.
quis enim dubitat,qualiter olim feud.alien.po-
ter.quem citat Barbat.d.conſil.8.colum.6.verſ.
in ſecundo interuenit,uolum.4. nec in conſide-
randa.d. vilitate, ſeu immoderata precii iniuſti-
tia, pars aliqua pro onere. d. pacti deducatur
uel detrahatur, ut in propoſito dicebat Gabr.d.
conſ.74.nu.21.

Octauam ſubiicio coniecturã ſeu probatio-
nem,nam affirmant teſtes,ſecundo loco exami
nati pro reo,ex diuerſis rationibus.d. Malateſtã
non contraxiſſe animo emendi vel acquirendi,
nec d.Arcangelo locaſſe terras animo locandi,
etiam quod in locatione ſit reſtauri pactum ap
poſitum, ſed tantum animo percipiendi vtilita-
tem decem pro ſingulis centum, ex pecuniis ſo
lutis,unde ex hoc ſimulatio contractum oſten-
36 ditur,†cum ſufficiat undecumque appareat con
trahentes non habuiſſe animum emendi, uen-
dendi, ſeu locandi, etiam quod emptor non ſit
ſolitus fænori præſtare.no.in d. c. ad noſtrã. de
empt.& uendi.Anan.in capit.coueſtus.de uſur.
Gabr.d.conſilio 74.numero 5.7.& 9.dicens,ex
37 mente omnium,†ſufficere pactum retrouenden
di cum modicitate, circa uel prope dimidiam
iuſti precii,& cum alio pacto, ꝙ poſt certum tẽ-
pus

pus redimatur. quæ in caſu noſtro concurrunt,
& à fortiori, cum non adſit modicitas ſola, ſed
vtilitas precij, vltra etiam dimidiam & duas par
tes veri valoris terrarum. propterea omnino
fraus ſimulatio & contractuum fictio arguātur.
Conjecturaque non emendi ſeu vendendi deſu-
mitur ex tractatu de mutuando pecunias Illu-
ſtriſſimo do. Alfonſo, prout tandem eidem tra-
ditæ fuerunt, vt inſtrumento publico conſtat. ad
not. per Cæpol. de ſimul. contract. præſumpt. 1.
num. 16.

Nonò, hæc ſuffragatur ſolitum ipſius. do. Fe-
derici Malateſtæ probatum per teſtes Caſtioni
examinatos. deponentes ipſum uoluiſſe, ſub ſpe
cie medicati coloris, contractus emptionis, mu-
tuo dare, & attuliſſe mille aureos numos Illu-
ſtriſſimo. do. Ferrando cum lucro in ratione de-
cem pro centum. cum utilitate unius æqui vltra
vſuram, ſed contractum effectum non eſſe ſorti-
tum, ob clauſulas inſolitas, quas mutuans in in-
38 ſtrumēto apponi curabat, † qua pp ſuſpitio hęc
ex natura, ac conſuetudine emptoris reſultans,
vrgentiſſima eſt, & ualde ampla ad ſimulationē
demonſtrandam, tradit Cæpol. eod. tract. de ſi-
mul. contrac. præſump. 22. & 23. nu. 70. & 73. &
39 licet id uerificare debet, † ſaltem in bina vice, per
Iaſ. conſi. 153. nu. 2. uolu. 4. Cagn. in l. 2. nu. 57. C.
de pact. inter empt. & uend. dixi alias conſi. 117.
num. 17. quando vt conſuetus quis iudicatur, re-
quirantur duo actus, cum curſu decennij, ſolitus
vero vnum tantum requirat, per Rode. Soarez.
40 in procem. fori num. 13. pag. 336. † Attamen ne-
gari minime poteſt, quin, vt hic, præſumptioni-
bus cæteris aliquid addat, & quod omnia iudi-
cis arbitrio terminentur ac componantur, per
Menoch. de arbitr. iud. caſu 217. in fi. & 248. iun
ctis not. in caſu. 81. cent. 1. & per Gabr. d. conſi.
74. in 1. nu. 5.

Decimam ſubiungo cōiecturam ex pacto in-
ſtrumenti deſumptam, vult. D. Malateſta in caſu
41 retroemptionis teneri Zapaleum † reficere &
reſtituere omnes expenſas, datia, & cætera per
ipſum emptorem ſoluta, quod aliàs pro præ-
ſumptione contractus ſimulati conſiderari in-
quit, Cæpol. d. tract. de ſimul. contrac. præſump.
6. num. 41.

Vndecima rurſus ſubnectitur ex perſona em
42 ptoris. † nam de terris locatis longe maiorē pē-
ſionem habuiſſet, quàm. d. Arcāgelus pręſtabat,
vt ex dictis teſtium ſuper ualore colligitur, & in
ſpecie pen. teſtis ſecundæ modulæ. ſequitur ita-
que quod fundus non fuit re vera emptus, quia
dicto modico affictu non locaſſet. ſed quia vera
fuit locatio & pignoratio, non curauit maiorē
penſionem percipere, quam computo inito, an
nuos decem ex ſingulis centū, vt conſiderat Cæ
pol. eod. tract. pręſump. 17. numero 60. Ex iſtis
cenſeo, recte Senatum arbitrari poſſe, cōtractus
iſtos eſſe fæneraticios, non obſtantib. ex aduer-
ſo præſumptis ex facie publici inſtrumenti, &
43 per teſtes comprobatis, † quando bona fama,
vita honeſta, conditio laudabilis, dignitas, &
qualitates graues contrahentis, vt ſupra diceba-
tur, tollant quidem, & ſimulationis maculam in
dubio abſtergant, ar. l. cum hi. §. tranſactionem.
ubi Bal. C. de tranſ. & in l. creditores. C. de priuil.
cre. c. ſi quis. diſt. 38. c. abſit. 2. q. 3. inſtrumentūq;
44 publicum licitum & legitimū reputetur, vt poſt
ſcripta per me in conſi. 17. num. 4. tradit Rolan.
a Valle. d. conſi. 40. in 1. uolu. 2. Neuiz. conſi. 87.
45 nu. 4. & ubi adſint contrariæ probationes, præ-
ſumptioneſque & coniecturæ ualidiores ex iſtis
priores illæ debiliores omnino eneruantur. l.
diuus, ubi Barto. ff. de in integr. reſt. cap. per tuas.
46 qui fil. ſint legit. c. quia de præſumpt. At cum ſu-
mus in certis, ferè nullus non datur coniecturis
vel præſumptionibus locus. l. continuus. §. cum
47 ita. ff. de uerb. obli. probatio enim præſumptio-
nes tollit. l. non eſt ueroſimile. in pri. ubi gloſſ. &
Bar. ff. quod metus cauſa, cum vulg. Rol. a Valle
d. conſi. 40. nu. 38. & ſeq. uol. 2. Natta conſi. 198.
nu. 21. uol. 1. Et ita concludo, citra iniuriam cu-
iuſque, & ſaluo iudicio, rectius ſentientis.

Franciſc. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO COMMVNI ET CONSVLIBVS Terræ Bozzuli.

ARGVMENTVM.

Deputati ad Crimina denuncianda, quando puni intur, eo quod teſtes, qui fuere præſentes, nō propalauerint Iudici.

SVMMARIVM.

1 *Damnatur nullus, niſi teſtibus vel confeſſione conuincatur.*

2 *Teſtimonium vnius, non damnat, nec iuſtificat.*

3 *Vulneratì dictum, etiam in articulo mortis, non probat nec ad inquirendum, ex * communi.*

4 *Teſtis non eſt idoneus offenſi coniunctus, illius vindictam procurans.*

5 *Pauper non eſt integer teſtis, nec niſi cum tortura admittitur.*

6 *Teſtis non communicatus, non eſt idoneus.*

7 *Suſpicio cadit in teſte, dante alios in conteſtes, qui id negent.*

8 *Teſtis non examinatus, vel repetitus, parte citata, non probat.*

9 *Citatio partis in omni actu vel ſcripturarū, vel teſtium productione, fieri debet, etiam quod ſola facti veritate procedantur.*

10 *Veroſimilia non deponenti, non creditur.*

Teſtis

11 *Teſtis deponens de nocte, debet dicere ſaltẽ, Luna lucẽte vidi. &c. vel audiui, quia cognoſco.*
12 *Inhabilis multiplici ex capite, omnino refellitur*
* *ex * communi.*
13 *Author rixæ legibus exoſus.*
14 *Aggreſſorẽ aliquẽ fuiſſe, vnico teſte fiſci ꝓbat̃.*
15 *Qualitas inquſitioni adiecta, probari debet,*
* *ex * communi.*
16 *Officiales qui tenentur crimina denũciare, quod ipſis eſt incognitum, non tenentur dicere.*
17 *Dolus ceſſat, nec ibi præſumitur, vbi commodũ, vel lucrum ceſſat.*
18 *Sindici, ad denuncianda crina non obligantur, pro perſonis, contra quas teſtimonium ferre cogi non poſſint.*
19 *Cõſules denũciãtes maleficia, nice teſtiũ fungunt̃*
20 *Teſtibus dignioribus pluribus & deponentib. pro non delicto, magis creditur.*
21 *Denunciator criminum, non tenetur pro calumnia, in denunciando innocentem, ſed tantum ſi ſcienter vel falſo, aliquem denunciauerit.*

CONSILIVM CLIIII.
TRINITAS ADSIT.

QVia temporis anguſtia & caſus propoſiti facilitare ꝑmor, breuibus cenſeo in gratiam dominorum Conſulum terræ Bozuli firmandũ, ipſos male & perperam cõdemnatos fuiſſe, hocq; multipliciter demonſtro.

Primo, ex proceſſu nullibi conſtat, deputatis fuiſſe expoſitum per vulneratum, adfuiſſe teſtes qui viderunt delictum committi, in eius perſo-
1 nam † quomodo ergo fuerint damnati, non video, cum quis, niſi legitimè per teſte, vel eius cofeſſionem conuictus damnetur. l. qui accuſare. vbi. Iaſ. C. edend. l. fi. C. de probat. c. ſciant cũ cti. 8. q. 2. Iaſ. conſ. 188. in fi. volu. 2.

Nec obeſt depoſitio vulnerati, cũ diuerſimode tollatur.

Primo vnicus eſt & ſingulari, cui nõ creditur
2 in præiudiciũ alterius: teſtimoniũ † enim vnius nec iuſtificat, nec condemnat. c. ad monueram, 33. q. 2. c. in nomine domini. de teſtibus Iaſ. in l. ſi quando. num. 11. C. vnde vi. regulam cũ ampliationib. & lim. tradit Gabr. de teſtib. cõclu. j.

Secũdo, eſt offenſus à fratre vnius ex depura
3 tis, vt aſſeritur, cui nec creditur, † tum quia vulnerati dictum, etiã in articulo mortis non probet, maxime ad offenſam. Bart. in l. Lucius. ff. de cõd. & dem õſtr. Feli. in Rubrica de probat. in pri. Boſi. de inquiſit. nu. 48. cum ſe. nec vulnerati aſſertio noceat ad damnandum, nec etiam ad inqui-
* rendum de iure, ex * communi ſententia. licet in practica pro requirẽdo tãtum contrariũ ſeruetur. per Clarum in §. fi. Crimin. q. 21. ver. aſſertio vulnerati. tũ qđ dicatur ferè inimicus deputatorum,
4 & contra fratrem deputati † vindictã procurans, ideo illius dictum reprobetur, ad not. in c. cũ oporteat. de teſt. in l. oĩb. vbi Bald. & Cin. C. đ teſt. nouel. regu. iur. đ teſt. n. 16. 42. 71. 81. Luchi. de curte. cõſ. 63. n. 14. tom. 1. cõſ. Cri.

5 Tertio pauper eſt, parũ vel nihil habẽs in bonis, cui nec in criminalib. fides adhibetur, qñ facile corrũpi queat l. teſtiũ. in pri. ff. de teſtibus. l. ſpadonẽ. §. fi. ff. de excuſa. tut. nec niſi cum tortura admittatur. per Alber. & Spec. allegatos a Cãpeg. de teſtibus reg. 113. verſi. 3. Crot. de teſtib. 3. part. in pri. nu. 7. & ſe. Gramat. conſ. 38. nu. 8. Alex. de neuo, conſ. 97. nu. 18. & 19. Barth. det. in conſ. 160. nu. 8. Tom. 1. conſ. crimin. in fo. vbi etiam Ale. ſtitiat. conſ. 117. nu. 46. Paul. Merend. conſ. 60. nu. 65. tom. 2. conſ. Crimin.

6 Quarto, † non eſt communicatus, & ideo ei multum in fide, arbitrio iudicantis detrahitur, tum de iure communi. per Iacob. nouel. regul. iur. verbo teſtis nu. 2. Soci. iun. conſ. 32. nu. 25. cũ ſe. vol. 2. Plot. in l. ſi. quando. nu. 868. C. vnde vi, tum virtute ordinũ patriæ publicatorũ die. 6. Iunij, anni 1560. quos & ĩ loco Sablonetę ſeruari audio, quibus repertuntur teſtes, qui ſingulis annis ſanctiſſimam non ſumãt Euchariſtiã, iuxta. c. omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſ.

7 Quinto, dat in conteſtes matrem & vincentium Vianinum, qui iuramento interrogati, cõtraria affirmãt, & in ſpecie Vincentius inquiens Blancũ dixiſſe, qđ in redditu, qñ fuit vulneratus, non vidit alios, præterquã delinquentes. ſuſpectiſſima itaque redditur iſtius vulnerati depoſitio, dantis in cõteſtes perſonas, quę id abſolutè abnegẽt. Gram. cõſ. 28. nu. 28. & cõſ. 31. n. 8. Cæphal. cõſ. 233. nu. 24. vt magis conteſtibus & cõſulib. vti dignioribus credatur. Frãc. de Plot. cõſi. 65. nu. 18. Alber. con. 26. nu. 30. tom. 1. conſ. Crim. in fol.

Sextò Franciſcus non fuit examinatos, parte
8 † citata, nec repetitur in termino probatorio citatis. dd. deputatis inquiſitis, vt fieri oportebat, propterea nullã prorſus indicit probationem, nec ipſe, nec alij contra ipſos ſimili modo examinati. l. ſi quando. C. de teſt. copioſe Viui. lib. 1. commun. opin. verbo teſtes non poſſunt examinari. Gramat. vol. 11. nu. 16. Bertaz. conſ. 20. nu. 30. tom. 2. cõſ. Crim. in fol. poſt. Crot. de teſt. part. 7. nu. 23. & 35. quod habet locũ. ẽt qđ procederet̃ ſola facti eritate inſpecta, vel ſine ſtrepitu & figura iudicij, quia ſi teſtib. productis & examinatis, abſq; partis citatione, vel repetitione crederet̃, ex d. reſcripto, vtiq; defenſio iure naturali ꝑmiſſo, tolleret̃, qđ impiũ eſſet Bar. in ꝓpoſito tract. ad reprimen. verbo figura. n. 3. 13. & ſe. Calefact. cõſ. 108. nu. 11. tom. 1. cõſ. Crim. in fol. multa. Octau. Chache. de ciſ. pedem. 1. nu. 17. 30. 33. & ſeq. & nu. 46. & 47. dicẽs. ex mẽte ſcribentium, non obſtante quauis forma Clau-

ſularũ & verborum reſcripti, legis, vel ſtatuti, in
quocunque iudicio, & in criminali, etiam quod
pars non inſtaret, productionem iurium partis
intimandam, decernendumque eſſe alteri parti
9 cum termino ad oponendum, † & fieri parte ci
tata debere, alioquin nullius probationis fore,
nec virtute.d.clauſulæ, ius parti quęſitum de iu-
re ciuili tolli, vel minui, quod confirmat deciſ.
2.num.12.Qua propter, cum teſtes non repetiri
in termino, parte citata, haud probent, ne tolla-
tur inquiſitis conſulibus illorum defenſio, dice-
mus firmiter, etiam, quod ſola facti veritate in-
ſpecta, procederetur, non potuiſſe illos cõdem
nari, nulla repetitione teſtium in termino facta,
quod etiam probaui aliàs.conſil. 20.nu. 65.16.
& cõſil. 34. nu.24.quæl bet enim poteſtas data
intelligit, ordine iuris ſeruato, Luchi. de curti.
conſil.63.num.1.tom.1.conſ.Crimin.
10 † Septimo, minus veriſimilia narrat, ita vt
eidẽ tamquã ſuſpecto minime credẽdũ ſit, iu-
ſte cauſa. Felyn. in ea.auditis, de præſcri. Curt.
iun, conſil.17.& conſil.57.Crau.conſil.134.nu.
37.ait enim, quod alij teſtes, qui diſtabant a lo-
co delicti, per 20.brachia, hora tertia noctis, die
23. Martij, viderunt ipſum vulneribus ſuper ca-
pite affici, nec dicit, quod Luna luceret. unde
11 † teſtificanti de viſu tempore noctis, nec adden-
te, lucente Luna, vel non reddente rationẽ, per
auditum vocis cognitũ, uel uiſionem, minime
credatur, ex communi, de qua per Corn.conſi.
217.uol. 1. Crau. conſi.99.nu.9. Celſus Hugo.
conſil. 120.nu. 62.& conſil. 62.num.5. Gram.
not.21.& 58.Cotta memor.in uerſi.teſtis. Viui.
commun.opin.verbo, teſtis deponens de nocte
12 cumq; tot † defectus in dictis & perſona patia
tur Franc.Blancus, nulla eidem fides adhibetur,
etiam quod aliàs in ſubſidium admitteretur.ex
doctr. Socin. Sen. conſilio 110.volu.1. Barbat.
conſil. 54.volu.1. Siluan.conſi.91.nu.20.& 23,
Roland.a Valle conſil.16.num.20. Rimin.Sen.
* conſil.105.num.10.volu.1.crimin.ex * commu
ni. Laur. Chirco. com.opin. centur.4.concluſ.
40.Soarez.recep. verbo.teſtis, n.216.poſt.Gra.
cõſ. crim. 45. nume. 22.& ſeq. Gabr.commun.
opin.de teſtibus.lib.1.concluſ.7.num.10.

Hæc fortius comprobo, quia teſtes, delicto, vt
aſſeritur, præſentes, non viderunt vulnus infer-
ri, ſed tantum enſes nudatos, & rixam cœptã
per d. Franciſcum audierunt, vt in proceſſu in-
formatiuo, in fi.propterea maior oritur contra
13 vulneratum ſuſpicio, † vti aggreſſorem, vel rixę
authorem, legibus omnino exoſum.l.is qui ag-
greſſorem, cum ibi not.per Bal. Angel.& cęter.
14 C.ad l.Cornel.de Sicar.quod certe † vnico teſte
fiſci.probari poſſe cenſeo.Soci.iun.conſilio 69.
num. 11.uolu.1. Horat. Lutius conſilio 161.nu.
44.& 47.tom.2.conſ.Crimin.in fol.

Secundo principaliter innocentiam inquiſi-
ti deduco, quia ſunt damnati, eo quod tãquàm
deputati ad denuntiationes criminum facien-
das doloſe & ſcienter ſuppreſſerunt nomina te-
ſtium ſibi per vulneratum nominatorum, vt de
lictum remaneret impunitum, pro vt in inquiſi-
15 tione & ſententia legitur, † & tamẽ qualitas hęc
doli & nominum ſuppreſſio doloſa, minime ꝓ
bata fuit.vnde abſolui neceſſario debebant, per
ea, quæ copioſè tradit Socin.iun.conſi.36.vol.
2. Marſ. conſ.96.nu.2.volũ.2.ample Octau.Ca-
cher. deciſ. pedem. 71.nu. 22.cum ſeq.deci.20.
* nu. 9. & deci.88.nu.6.* cõem nuncupat Clar.in
§.fin. crimin. q.66.verſic.ſed quid, ſi pro parte.

16 Tertio † officium horum cõſulum & deputa
torum, qui nuncupantur ſindici, ad denũtiatio-
nes criminum faciendas, in qualibet villa, iuxta
ſtilum communiter ſeruatum per Italiam, eſt, vt
ſumpti ab offenſo, ab alijſque, informationibus
ſuper delicto, totum referant iudici, qui demum
ſuper maleficio inquirat, nec qđ ipſis occultũ
eſt denuntiant, & niſi quod in illorum deuene-
rit notitiam, vt inquit Angel. de malef.verbo,
nec non ad denuntiationem.num.10.cum ad-
dit.Auguſt.no.Corrad.de prætore cap.9.de de
nuntiatione lib. 1.num.11. cum ſeq. Clar.in §.
Crimi.q.7.verſicu.habes igitur.cum ſeq.ſubdẽs
ſenatũ excuſare denũciãtes circa delicta nõ pu-
blicata in actis, qñ percuſſus nõ notificauit rẽ ip
ſam, & dolus ac culpa in eis non arguãtur. Quæ
reducendo ad caſum noſtrũ, cũ Conſules notũ
delictũ; & delinquẽtes fecerint, qđ materiã exa
minandi vulneratũ, & inquirendi cõtra delin-
quẽtes ꝑbuit, iudex maleficij potuit in notitiam
ex dicto offenſi deuenire. dãnũ igit nullũ ex hoc
habuit officiũ, nec dolus, vel culpa ĩ his Cõſulib.
17 cõſideraĩ, vt pęna aliqua digni officiantĩ † dolus
eñ ceſſat.& ibi non ꝑſumit, vbi non eſt cõmodũ
vel lucrum. Corn. conſ.227.in fi.vol.4. Crauc.
conſ. 8. num.4.& 13.conſ.18.num.25.conſ.78.
nu.13.& conſ.319.nu.13. Roland.à valle conſ.
2.nu.57.vol.3.Sluan.conſ7.num.12.

18 Quarto, vbi lex punit † ſindicos, uel cõſules,
non denuntiantes delicta, tunc non cõprehen-
duntur maleficia cõmiſſa per perſonas, contra
quas conſules & deputati, non poſſent cogi ad
teſtificandum, puta, in patre, matre, fratre, filio,
& ſimilibus. ex docttina Bald.in terminis.in l.
lege Iulia. uerſ. nota argumentum, quod ſindi-
cus C.de teſtibus.probat.& ſeq. Plot.in ſuo in-
dice decreti, Rubrica de accuſationibus, nu.2.
Cũ ideo vulnerans, (vt aſſeritur) ſit frater vnius
ex deputatis, ſequitur deputatos, nec fratrem te
neri ex omiſſa denuntiatione maleficij. quanto
igitur minus puniri Poterit, ſi denũciauerit, ſed
ſine teſtium nominatione?

Quinto conſulum innocentia demonſtro
ex depoſitionibus trium teſtium atteſtantium
offenſum in informatione conſulibus tradita,
dixiſſe tempore vulneris illati, non vidiſſe alios.
quid igitur ambigendum, ipſos abſoluẽdos fo-
19 re, omnino, quum præter dictum † Cõſulũ, qui
vice teſtium ferè fungantur, per Sali.in l.ea qui
dem.

dem. C. de accuſ. Bart. in l. diuus. ff. de cuſtod. & exhibi. reorum Aret. conſ. 13. Corrad. vbi ſupra cap. 9. 10. 11. & 12. Franci. de Plot. conſ. 67. nu.
20 quarto. tom. 1. conſ. crimin. in fol. † adſint tot teſtes idem deponentes, quibus uti dignioribus, & numero pluribus fides præſtanda veniat. c. in noſtra de teſtib. Gloſ. in l. ob carmen. ff. eod. & quia melius, ac certius deponant, non patiantur defectus aliquos, vt offenſus, iuriſque pro ſe & nõ delicto præſumptionem habeant, l. merito. ff. pro ſocio. Glo. in c. cleri. 11. diſtinct. Rom. conſ. 441. Marſ. conſi. 2. num. 11. & conſ. 51. nu. 23. & 63. Rimin. conſi. 136. num. 13. tom. 1. conſilio crimin.

21 Sexto & vltimo conſidero, quod † denuntiator criminum nõ tenetur, nec puniri poteſt, ob aliquam præſumptam calumniam, in denuntiãdo innocentem, à qua proprio iuramento expurgari ſolet. Gloſ. & dd. in c. 2. de calumn. ſed tantum punitur, ſi ſcienter ac doloſè aliquem falſo denuntiauerit, ſecundum Angelum, quem ſequitur Auguſt. nu. 24. & 25. d. tract. de maleſ. verſ. nec non ad denuntiationem. Girland. de relaxatione carcer. Rubrica de calumnia. uerſic. quæro num. 6. & 7. quos ſequuntur Corrad. d. c. 9. nu. 11. de demonſtratione Plot. d. conſ. 67. num. 15. tom. 1. conſ. crim. licet itaque hic apparere poſſit (quod tamẽ negatur) de aliqua calumnia, vel tergiuerſatione præſumpta in ſupprimendo nomina teſtium, puniri tamen minime debent, ex quo nec doloſè, nec falsò, id in fraudem fiſci fecerint. Et ex iſtis cenſeo deputatos terræ Bozzuli nõ potuiſſe iure puniri, quin potius abſolui, ſtantibus deductis ut ſupra.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO DOMINIS AVGVSTINO Bonhomo, & Leonardo Smozhauſer ex Caſtro Theulanæ.

Conſilij deciſiui argumentum.

Sententia modalis, ſeu conditionalis, quando ſubſiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium deciſiuum non requirit iurium allegationes.*
2 *Appellatio, ſuſpendit pronunciatum.*
3 *Sententia cõtinens plura capitula, poteſt in parte exequi, ſi pro parte tantum ſit facta appellatio, & impugnetur.*
4 *Ablatiuum abſolutum meram conditionem importat.*
5 *Conditio purificata ad diem ſententiæ retrotrahitur. reſpiciensque præteritum, non uitiat ſententiam. num. 9. in fi.*
6 *Sententia conditionalis, non purificata conditione, nullius eſt momenti.*
7 *Conditione deficiente, diſpoſitio euaneſcit.*
8 *Sententia ſub conditione intrinſeca, quæ futurum negociũ reſpiciat, & ſit in poteſtate partis exequi, nec incontinenti purificetur, pro nõ lata habetur, ex communi.* *
9 *Sententia modalis, modo non impleto, nullius eſt effectus.*
10 *Dictio, nunc, tempus præſens ſine dilatione importat.*
11 *Abſolutio criminalis pro nunc, non eſt abſolutio ſimplex.*
12 *Renunciatio ſententiæ inducitur ex non implemento modi, vel formæ.*
13 *Iudex à quo ſuam primam ſententiam exequitur, ſi ſecundæ ſententiæ renunciatio, uel aliter receſſum ab appellatione appareat.*
14 *Probandi incumbit alleganti onus.*
15 *Sententiæ uerba ſunt propriè intelligenda, ex communi.* *
16 *Depoſitarius poſſidet bona, & quandoque dominium tenet.*
17 *Verba cum effectu intelliguntur.*
18 *Dictiones cum effectu, & realiter, idem important, & quid.*
19 *Dictum ex auditu alieno minimè ualet.*

CONSILIVM CLV.

TRINITAS ADSIT.

IVdicauit alias Anno 1558. in ſecunda inſtantia. D. Locumtenẽs Illuſtr. D. Baronis Vuelchperg. caſtri Theulanę, ex conſ. d. Franciſci Luchini iur. conſul. & conſiliarij Tridentini D. Auguſtinum Bonhomum teneri ad reddẽdum rationem. D. Leonardo Smozhauſer, de geſtis, & adminiſtratis per eum in bonis, & hæreditate quon. Reuerendi Præsbyteri D. Hieronymi Murenæ, ſaluo iure ſucceſſionis. D. Auguſtino pro rata, ſi quod ei competit in dictis bonis, coram competenti iudice cognoſcendo, quę ſententia in hac parte redditionis rationis confirmauit aliã primæ inſtantię latã, à D. Vicario Primerij anno 1557. & in reſiduo illam reformauit, cũ D. Vicarius, ipsũ teneri reddere rationem, intra octo dies iudicauerit. Interpoſitaq; ab utraque parte appellatione à dicta ſentẽtia Theulana, in partibus tamen tantum contra facientibus, cum in cæteris illam acceptauerint. Tandem Excellentiſſimus D. Frãciſcus Alexandrinus Iudex Cæſareus, in hac

appellationis cauſa ſententiam protulit infra-
ſcriptam. Declaramus eo modo, quo factũ fuit,
male eſſe datam executionem, & cõfirmationẽ
factam, & conſequenter bene appellatum, & ag
grauatum. D. Auguſtinum. immo reformando
dicimus, facta per dominum Auguſtinum reali
nominatione, iuxta ſuam oblationẽ, illius, apud
quem bona, de quibus agitur, fuerunt depoſita-
ta, & ſic depoſitarij. ad quod perficiendum eidẽ
Auguſtino terminum dierum quindecim aſſi-
gnamus, ex nunc prout ex tunc declaramus. D.
Auguſtinum nõ teneri ad illam redditionem ra
tionis, donec & uſque quo claries fuit per Leo
nardum liquidatum, cuiius reſeruamus. & ita
prædictum Auguſtinum ab ulteriori, pro nunc,
reddtiione rationis abſoluimus, & partes ab ex
penſis, excepto ſalario & c. præſupponitur mo-
do, hanc ſententiam fuiſſe per ampliſſimum Oe
niponti Senatum cõfirmatam. dictum vero Au
guſtinum non tamen in termino in loco Prima
rij denuntiaſſe cuidam Grapinello, quod bona
dicti Murenæ pręsbyteri olim plebani Venetijs
erant apud Magnificum D. Io. Paulum Manua-
lem, vti adminiſtratorem, ſicuti ipſe intellexit.
& aliud de dictis bonis neſcire. Modo dictus
Leonardus inſtat pro ſententiæ Theluanæ exe-
cutione. appouunt hæredes dicti D. Auguſtini
non eſſe concedendam, uti reciſam & reforma
tam. A me petitur deciſiuum conſiliũ per nobi.
& Magni D. Georgium Caſtelrotum de ſtreg-
1 gio capitaneum Primerij, in qua † controuerſia,
licet deberem abſque iurium rationumque alle-
gationibus procedere, ut docet optimus practi-
cum Specul. in tit. de diſput. & allegat. §. porro.
uerſi. in ſumma Ioan. Andr. & alij communiter
in c. ſicut. de re iudica. Pau. à ſcala tract. de con-
ſil. ſapien. cap. 20. nu. 3. Attamen, ne quis exiſti-
met. me temere, ut infra, cõſuluiſſe, & partes de-
ſinant ſuſpicari, iurium omiſſionem imperitiæ
vel negligentiæ tribuendam fore, ne alius nego
cijs detraham, hęc ſubnectere, pro conſili ratio
ne intellexi.

Viſis itaque omnibus proceſſibus, literis, ſen
tentiis, inſtrumentis, tranſactione, partiumque
allegationibus iuris, ac denique omnibus ſcri-
pturis exhibitis, de quibus in proceſſu ultimo
car. 78. Conſulo partes dicti magnifici Capita-
nei Primerii, eſſe in iudicando, & terminando,
ut infra. Quia iudicamus, ſententiam Theluanã,
latam ex conſilio Do. Franciſci Luchini, ad fa-
uorem. Do. Leonardi Smozhauſer, exequendã
fore, & eſſe, prout illam exequi concedimus, &
mandamus contra & aduerſus. D. Franciſcũ &
Ioannem fratres filios & hæredes quon. do. Au
guſtini Bonhominis, de quibus in cauſa, victoſ-
que victori in expenſis dictę executionis petitę
damnamus, excepto ſalario præſentis conſilii.
ad quod utramque partem pro rata teneri volu
mus, & ita iudicamus, mandamus, atque condẽ
namus, omni meliori modo. Et moueor infra-
ſcriptis rationibus.

2 Primò, quia licet † aliàs appellatio ſuſpenda-
pronuntiatum. l. 1. §. inter. ff. nil nouar. c. 1. ut lit.
pend. l. 1. ff. ad turpil. Bar. in l. ſi expreſſam. nu. 4.
ff. de appel. & relat. in l. illud. la ſecunda. ff. de ap-
pel. in l. 1. ſi aduer. rem iud. ample Hier. Mãfred.
tract. de attent. appel. pendente. in pri. cum ſim.
ſi ſit appellatum in parte, & partibus tantũ, non
3 impeditur, quando † ſententia contineat plura
capitula, quin pro parte impugnetur, & pro alia
ęxequatur. c. Rainutius. & c. Rainaldus. extra de
teſta. gl. in propoſito in c. ex eo verſi. Item licet.
de reg. iur. in 6. Rebuff. in tract. de lit. ciuili. arti-
culo ultimo, glo. unica. num. 9. lib. 1. conſt. regia
rum, & eod. lib. de ſupplicat. in præfat. num. 39.
Proſper Carauita, ritu Neapol. 252. nu. 10. ſequi
tur Io. Bapt. Aſin. in praxi Iudici. §. 31. ampli. 9.
cap. 2. num. 4. & 6. Non inconuenit ergo, quod
Leenardus, qui in parte aliàs dictam ſentẽtiam
impugnauit, in præſenti eiuſdem executionem
petere poſſit.

Secundo ſententia nuncupata Alexandrina,
quæ Theluanam reformat, aut eſt ſub conditio
ne aut ſub modo lata. ſi cõditionalis, eo quia il-
4 lud † abſolutum ablatiuum, ſeu participium, fa-
cta per D. Auguſtinũ, reali nominatione depo-
ſitarii, reſoluatur in conditionem, ſi fuerit facta
realis nominatio depoſitarii, ſicque meram cõ-
ditionem importet. l. a teſtatore. ff. de cond. &
demonſt. l. ſi. ff. de uſur. Doc. in rubrica. ff. ſolut.
5 matr. Crot. conſi. 138. in pri. quæ aliter † purifi-
cata ad diem ſententiæ retrotrahitur. Tiraq. de
vtroque retract. §. 1. glo. 10. nu. 48. cum ſeq. Al-
fan. collect. 296. multa in terminis Octaui. Ca-
cher. deciſ. Pedem. 145. & 146. & tunc, quia cõ-
ditio nõ fuit pũrificata, nec adimpleta, ſequitur
6 † dictam ſententiã nullius fuiſſe roboris vel mo
menti, tum ex regula. l. quoties, & ibi not. ff. de
verb. oblig. & l. cedere diem. ff. de verbo. ſignifi.
7 † deficiente enim conditione diſpoſitio euane-
ſcit, & perinde eſt, ac ſi non fuiſſet facta. l. pecu-
niam quam. ff. ſi cert. pet. l. neceſſario. §. quod ſi
pendente. ff. de peric. & cõmod. re. uend Socin.
iun. conſil. 4. nu. 16. & conſ. 180. nu. 40. vol. 2. Pa
ria enim ſunt, nihil fieri, uel ſub conditione fie-
ri, quæ non purificetur, Ripa reſponſorũ lib. 1.
cap. 2. nu. 23. Crauet. conſi. 15. nu. 3. tum turſus,
quod non iuſtificata incontinenti conditione
intrinſeca appoſita, in ſententia, quæ negotium
tangens futurum reſpiciat, & ſit in poteſtate il-
8 lius, ad cuius commodum apponitur † ſenten-
tia, non ſubſiſtat, & pro nõ lata habeatur. ex do
ctri. Alex. in l. qui Romæ. §. augerius. nu. 6. ff. de
verb. oblig. Caſt. in l. continuus in 1. ff. eod. titu.
Io. And. ad Spec. tit. de ſent. execut. §. iuxta. nu.
17. verbo ſi iudex. & Bald. ad eundem Specul. d.
loco. §. quoniam. verbo ſententia. uerſicu. quan
doque ſententia. numero 17. not. Sebaſt. Vant.
in tract. de nullit. ſentent. ex defectu proceſſ. nu.
211. cum ſeq. fol. 230. Caſtr. conſilio 15. in pri.

in

in antiqu.Felin.in c.quo ad conſultationem.nu.
2. & 4. de ſent.& re.iud.Bal.in l.cum iudex maxime.
nu.9. C.de ſent.& inter.omnium iud.ample
Anton. Gabriel. concluſ.com.lib.2.de ſent.
concluſ. 1.num.17.& 21.& Port.Imol.lib.4.re-
* gul. com. concluſ. 6.* communem & veriorem
poſt alios nuncupat nouiſſime Octa. Cacher.de
ciſ.pedem.146.nu.11.eum,ſeq.conditio.n.ſim-
plex reſpiciens præteritum nō vitat ſententiam,
iuxta authoritates ſupra deductas, & deciſionē
Rotę Romane,per Illuſtriſſimum Paleotum de-
ſcriptam.n.520.Dominus Valeruis.Aut eſt mo
9 dalis † ſententiã Alexandrina quaſi quod ſub-
modo fuerit abſolutus. D.Auguſtinus,ita & tali
ter,quod faceret realem nominationē depoſi-
tarij,ad not.per Bart.in l.1.ff.de cōd.& demōſtr.
& in l.eum qui.§. Iulianus.ff.de cōſt.pecun.am-
ple Boer.deciſ.16.pri.parte, tunc ſimiliter arbi-
tror, non adimpleto modo per Reum abſolutū
in forma ſpecifica legitime,ac in tempore ſentē
tiam illam non cenſeri latam, cum modus ſen-
tētię formam, ac cauſam finalem importet.quo
rum omiſſio renuntiationem ſententiæ indu-
cat. arg.l. non nunquàm.ff.de collat.Doctr.l.eſt
Bal. per illum text.& cæteros ſcribent.in l.cum
eorum. nu. 3. vbi apoſtil.C. de ſenten.& inter.
omn.iud.Bal. ad Speculat.de ſentent.execut.§.
quoniam.;nume. 17. verbo ſententia verſ.ſuper
hoc.ſciendum. Vantus,loco ſupracitato.nume.
117.poſt Felyn. Bal. in l.admonendi col.2.ff.
de iu.iur. Ant.Gabriel.commun.conclu.de ſen-
tent.lib. 2.concluſ.pri.num.5.

Quod tertio comprobatur ex illis clauſulis in
ſententia appoſitis, videlicet, ex nunc prout ex
tunc abſoluimus, & alia, pro nunc abſoluimus,
quaſi quod, iudex velit eſſe tantum abſolutum
illo tempore inſtante,ſi erit facta realis nomina
10 tio.† Cum dictio, nunc,tempus præſens,ſine di
latione.ſignificet.l.ſcimus.§.cum autem.vbi Al-
11 ber.c. de inof. teſta.& eſt omnium † iudicū,qui
criminalia exercēt prax s, vt ſum illis verbis pro
nunc,vel rebus ſtantibus non abſoluant ſimpli-
citer, ſed illo inſtanti tantum, Carr.tit. de ſent.
num. 65. cum ſeq. Vnde in futurum ſimpliciter
& diffinitiue nō cenſetur abſolutus, & ſi Domi-
nus Auguſtinus non adimpleuit modum, nec
formam in ſententia expreſſam, ſequitur dictæ
12 ſententiæ fuiſſe per illum † renunciatum, &
conſequenter aliam prioris Theluanam viribus
ſubſiſtere. not. Speeul. titu. de appellat.nu.188.
cum ſeq.& num.410.cum ſimi.

Hinc quarto loco deducitur, quod ſententia
Theluana cōfirmatur, & valida exiſtit, poteſtq;
à iudice à quo exequi,cum remiſſa appellatione
ex tempore,puta,quia non ſit intra tempus legi
timum decem dierum appellatum, vel non ſit
proſequuta,conſequenter deſerta appareat,ſeu
aliter ex conſenſu partis appellantis,vel illius re
nuntiatione,ſit receſſum ab appellatione,prima
13 ſnĩa cōfirmatur, † & iudex primus, ſeu, vt dr̃, à
quo, ſuã ſnĩam & ipſe executioni demandat,ex
Doctr.Bar.in l.præcipimus.§.officijs.num.2.C.
de appellatio. ſequitur. omnes. in l.eos.C.eod.
tit.Quirin. in c. Romana. §. ſi.in fin.de appel.in
6.l.ſi contra maiorem.l.quoniam nulli.C.de ap
pell.Ioan.Bapt.aſin.in praxi.iud.§.31.cap.7.nu
mer. 2. tradit ample Octaui. Veſtr.in mores cu-
riæ Roma. lib. 8. cap.vlt.nu.9.cum ſeq. Benint.
deciſ. bonon.97. nu. 2. Quod procedere inquit
etiam ſi iudex appellationis aliam primę ſenten
tię infirmatoriam protuliſſet Petr.Anear.quæſt.
famil. 68. per totã lib.1. Quod vero modus ſeu
conditio defecerint,nec ſint verificata,ſatis ma-
nifeſtum redditur, dum ex parte adinplere de-
bentis,nō oſtenditur realem depoſitarij nomi-
nationem factam fuiſſe in termino legitime, &
eo modo, quo verba ſentētiæ exprimunt.non
enim neganti ad factum fuiſſe incumbit probã-
14 di onus, † ſed tantum parti adimplere debenti.
l.1.C.de probat.Crau.conſil.1.num.10.& con-
ſil. 192. multa Hercul.tract.de proband.negat.
num.35.& num.54.eum.ſeq.Quod cum non ef
fecerit,pars ipſa appellatione renuntiaſſe cenſe
15 tur.eoque fortius, cum † verba ſententiæ, quæ
ſunt ſuperius expreſſa & proprie intelligenda,
* atque exaudienda, vt * id cõmune placitũ om-
nium inquit. Curt. iun. conſi.74.dicant realem
depoſitarij nominatione factam,nec ex nomi-
natione adminiſtratoris ſatiſfactum ſit verbis
16 ſententiæ, cũ † depoſitarius poſſideat bona,tot.
tit.ff.Cod.& extra depoſiti,quin & in eum quã-
doque Dominium tranſeat. Bart.in l.rem, quæ
nobis.ff.de acqui.poſſeſſ. Bal.in l.incendium.C.
de cond.cauſ.data.Specul.de petit,& poſſe.§.2.
verſi.nunqud. ſecus adminiſtrator, qui iure alie
na negotia gerit.& voluit. D.Iudex Alexandri-
nus,vt nominaretur depoſitarius bonorum,ad
hoc vt contra eum directo procederet. D. Leo-
nardus,non autem nominaretur adminiſtrator
ſimplex,contra quem non ita facilime experiri
potuiſſet.Præterea,nominatio.d.Ioannis Pauli,
facta per. D. Bonhomum eſt(vt ipſe ait)quia ſic
intellexit, & conſequenter ex auditu alieno,vn-
de nec realis nec propria nec legitima cēſetur
17 †Cum verba nominationis ſemper intelligi de-
beant cum effectu,& quod ad effectum perduca
tur.d.nominatio depoſitarij,arg.l.1.§. hæc ver-
ba.vbi Iaſ.ff.quod quiſque iur.l.2. C.com.de le-
gat. & pręcipue addito illo verbo realis, qđ nō
dēt eſſe ſuperfluū, quin potius verã, atq; certã
nominationē inducere,ac oprare,arg.l.ſi quan
do.ff.de leg.5.l.ſi quando.ff.de inoff.teſta.Bal.in
18 rubrica.C.de contrah.empt.q.9.iſtæ † enim di-
ctiones eũ effectu,ſeu realiter,in idē fere reſidēt.
arg.l.ſi nō mortis.§.ſi.ff.de inoff.teſta.Pariſ.con-
ſil.110.nu.17.vo.1. Rurſus nominat illũ eſſe ad
miniſtratorē, vt intellexit ſic de auditu alieno,
vt hinc,nec nominatio ſimpliciter emiſſa dicaſ,
ſed ſecũdũ quid ac improprie contra.l.1.in pri.
ff.de dona.& l.hoc legatum.vbi Bart.ff.de leg.3.

19 Tertio, nec pro facta reputetur,† quando dictum exauditu alieno minime valeat, vel ſubſiſtat, vt de teſte dicitur. in c. præterea. & c. fraternitatis de teſtib. in l. pri. §. in ſumma. de aqua pluu. arcend. multa Campeg. reg. de teſt. 206. cũ ſeq. Curt. de teſti. conclu. 31. num. 68. ex quibus ſecundum ea quę mihi fuere propoſita, ſatis videtur firmandum, non eſſe adhuc factam nominationem, & conſequenter reos teneri, rõnẽ administratorũ reddere, ſaluo ſemp ſaniori conſi.

Ita, vt ſupra, Conſulo & cẽſeo ego Franciſcus Burſatus iuriſc. Mãtuanus, Eques & Comes Palatinus, & in fidem, manu própria ſubſcripſi, & ſolito Sigillo muniri iuſſi.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRI COMITE CAMILLO Caſtillioneo.

ARGVMENTVM.

Aquæ que Principis dicanť, & pro illius libito alteri concedantur, cum in ſuo naſcuntur uel deriuãt.

Præſeriptio circa vſum aquarum, quomodo probetur & deducatur.

Teſtes in materia ſeruitutis aquarum probanda, qui concludere, & atteſtari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non concedit, id, quod ſit etiã in modicum præiudicium tertij.*
2 *Actus donandi et priuilegiãdi, in ſuprema Principis authoritate reſidet.*
3 *Non entis, nullæ ſunt qualitates.*
4 *Probandi onus allegants incumbit.*
5 *Aquæ tempore æſtiuo naturaliter deficiunt.*
6 *Incluſio vnius rei eſt alterius excluſio.*
7 *Damnum, quod eſt indubio euentu futuro, non conſideratur.*
8 *Gratia continens modicum tertij præiudicium, à Principe conceſſa, valet.*
9 *Aquæductus per alienum, quando dicatur modicum præiudicium tertio afferre.*
10 *Mẽtio expreſſe facta de præiudicio alterius, in priuilegio a Principe conceſſo, comprehendit omne leue præiudicium.*
11 *Gratia conceſſa abſque mentione de damno alterius, extenditur ad modicum præiudicium.*
12 *Donatio eſt Principis actus, et quaſi doni datio num. 13.*
14 *Interpretatio lata, contra Principẽ, in donationibus fieri debet.*
15 *Beneficium per Principem conferi debet potius ciui ſubdito, quàm extraneo.*
16 *Præiudicij tertij mentio facta tantum videtur proprium remiſſum, cum de eo etiã tractetur.*
17 *Peritis in arte, credendum eſt.*
18 *Dãnum ſentiens, cõmodum etiã ſentire debet.*
19 *Aquarum plenitudines patiens debet, & ipſarũ commodum habere.*
20 *Seruitutis aquarũ ſpacio. 40. anno. & facto hominis acquiruntur, vnde alio diuerti non poſſunt, & num. 32.*
21 *Inſtrumentũ manifeſtam, indubitatamq; probationem reddit.*
22 *Aquæ, quæ in territorio, alicuius Principis naſcuntur, ipſius ſunt.*
23 *Aqua per territorium Principis diſcurens, ſtatim ipſius efficitur.*
24 *Aqua alicuius territorium ingreſſa, non poteſt alibi diuerti, abſque ipſius licentia.*
25 *Dominium aquæductus riuulorumque eſſe cẽſetur illius, cuius alias ab initio aqua fuit.*
26 *Princeps poteſt p libito aliò diuertere aquas ex aquæductu, licet eſſent publicæ & omnibus præiudicium afferrent.*
27 *Aquæ riuulorum & aquæductum ſunt priuatæ in bonis fiſcalibus principum, & nõ publicæ.*
28. *Jus ducendi aquas, & commoditas ipſarum, vſuſque præſcribi minime poteſt, & quãdo, num. ſeq.*
30 *Seruitus aquæductus nõ præſcribitur, niſi immemorabili tempore, imo magis videtur iure conceſſa, quàm præſcripta, ex communiter recepta ſententia.**
31 *Seruitus diſcontinua præſcribitur iuncta aliqua iuſta cauſa, cum ſcientia atque patientia aduerſarij, per decem annos, inter abſentes, ex communiori.***
32 *Titulus certus, ad hoc vt ſeruitus per breue temporis ſpatiũ præſcripta dicatur, debet in principio litis allegari, & certitudine, id proponi, à quibus allegans habeat, aliàs non procedit, niſi ex tempore immemorabili.*
33 *Teſti deponens talem poſſediſſe rẽ à 20. & 30 annis citra, ſine copula, & non includit tempus continuum, nam poteſt verificari in vno die tantum, & in vno ſolo actu.*
34 *Teſti deponere debet in poſſeſſorio talem poſſediſſe ab annis decem inchoatis tali tẽpore, & finitis alio tempore certo.*
35 *Teſtis in materia ſeruitutis, ad hoc, ut cõcludat debet deponere quod in alieno iure ſuo & titulo ſeruitutis factum erat.*
36 *Jus ex vſu aquæ, non præſcribitur etiam concurrente.*

rentoſ facto hominis, niſi actus veræ ſeruitutis fiant.

37 *Seruitus probari debet de iure cõmuni, non per iuramentum, ſed per teſtium dicta.*

38 *Seruitutem aquæ præſcriptam eſſe probare volẽtes debent articulare, qui ſcientibus præſentibus & patientibus dominis, ea bona fide vſi ſunt, & num. ſequenti, & num. 44.*

40 *Mala fides præſumitur contra præſcribentẽ ſeruitutem, cum nihil fuerit probatum, vnde poſſit cognoſci illum putaſſe dictam ſeruitutem ſibi eſſe conſtitutam.*

41 *Vſus veræ ſeruitutis neceſſario eſt probandus, cum domini ſcientia, patientia, & vtentis bona fide.*

42 *Tempus immemorabile in præſcriptione ſeruitutis probandi eſt per hominis factum, qui in vſu interuenit.*

43 *Aggeres facti ex conſenſu, & participatione dominorum, prædia vicinia poßidentium, cenſentur facti iure familiaritatis, & præcario.*

44 *Credens rem eſſe vel ſuam vel publicam vel cõmunem & non priuatam, vel Principis, iure ſeruitutis præſcribere non poteſt.*

45 *Seruitus tribus modis ſolummodo acquiritur.*

46 *Quaſi poſſeßio ſola vtendi & fruendi, quæ ex frequentia conſtare debet, non prodeſt agenti ad eum liberandum ab onere probandi.*

47 *Teſtes adponẽtes de alicuius poſſeßione lõga, debent eſſe omni exceptione maiores.*

48 *Aqua alibi diuerti potes, etiam quod efferatur, iniuria circa lucri amiſsionem, vicinis.*

49 *Aqua ex natura ſolita ad loca inferiora diſcurrere, non poteſt impediri facto, & hominum opere quo minus defluat.*

CONSILIVM CLVI.

TRINITAS ADSIT.

ET ſi motiua per Ampliſſimũ Senatum emiſſa contra Illuſtrem Comitem Caſtioneum, ſint & ſubtilia & magiſtralia, facili tamen negotio in propoſito caſu reſolui poſſe cenſeo.

1 Primum namque, quod † Princeps non credatur etiam in modicum præiudicium tertij aliquid cõcedere vulg. l. 2. §. merito. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publi. cum gloſ. in verbo præiudicium in c. eum olim, de conſuet. Addo. Deci. in l. 1. fin. de ſecund. nupt. Natta conſi. 524. numero 27. 636. numero 22. Alciat. tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 11. Menoch. conſil. 43. num. 2. Multipliciter tollitur.

1 Primo qđ hic nulla adhuc eſt formata Principis conceſſio vel priuilegium, ſed tantum agitur, an debeat concedi vel ne dicta aqua ſcolaticia, quod in facultate ſolius Principis, ac ĩ illius ſuprema authoritate reſidet, vti priuilegiandi, vt
2 aiunt, vel † donandi actus per Bal. in ſi. C. quib. res iud. non nocet. Brun. conſil. 1. num. 41. & ſe. Curt. iun. conſil. 1. numero 25. fruſtra ergo dubitatur, quid credendum, ſuper actu Principis, nõ
3 adhuc ad eſſentiam redacto, cuius † nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. ſi. cert. pet. cum vulg.

Secundo negatur aliquid hominum publice comparentium præiudicium extare, tum quia
4 nec illud demonſtret, & † alleganti onus probãdi incumbat. l. ei qui. ff. de prob. ca. cum in iure peritus, de offi. deleg. ca. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Natta conſil. 636. nume. 157. tum rurſus quod dicti homines non abſolute aiunt dictam conceſſionem eis damno cedere, ſed tãtum tẽpore inundationum, Sic hiemali, quinimo aſſentiunt conceſſioni, dummodo eueniente caſu, omnia ipſis reficiantur damna. Ex quibus infertur, primo quod tempore æſtiuo, quo tantũ pro extractione aquarũ Illuſtris Com. Caſtilioneus, gratiã a Principe expoſtulat, & quo aquæ
4 naturaliter deficiunt arg. l. 1. §. perinde. ff. de flumin. nullum iſtis hominibus inferetur damnũ,
6 cum † incluſio inundationum, & limitatio hiemis. ſit reſidui temporis eſcluſio. l. cum prætor. ff. de iud. l. in agris. ff. de poſt lim. reuerſ.

Secundo, damnum & præiudicium non eſt in actu certum & indubitatum, ſed in potentia tantũ ac caſualiter, vel, vt aiunt, occaſionaliter. quia poteſt euenire & non, quo caſu ſimile
7 † præiudicium conſiderari minime ſolet, extraditis, per Cagnol. in l. id quod noſtrum. nu. 19. ff. de reg. iur. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 46. verſ. ſecundo. vbi Deci. nume. 26. verſic. tertius caſus. de conſtit. d. Gabriel. de iure quæſit. non tollendi. lib. 3. commun. concluſ. 1. numero 25.

Tertio, admiſſo dictorum hominum præiudicio, dici poteſt, leuiſſimum & modicum damnum eſſe, non autem graue, & naturale, maxime tẽpore æſtiuo conſiderato, ita vt iure cõmuni inſpecto, non impediatur impetrans
8 obtinere † gratiam à Principe, cõcurrent etiam modico tertij damno. ex glo. in terminis. verbo quod non lædat, in c. reſcripta. 25. q. 2. & in l. reſcripta. C. de præcib. imper. offer. l. 1. in ſi. ff. de riui. Roc. de curt. in c. ſi. circa finem. de conſuet. Felyn. in d. c. quæ in Eccleſiarum numero 45. & Deci. numero. 26. conſtit. Ruin. conſil. 48. numero 13. in ſi. volu. 4. & conſilio 163. nume. 22.
9 volu. primo. Et quod in præſenti caſu ex † aquæductu etiam per alienum modicum inferatur præiudicium, not. Ruin. conſilio. 191. numero 13. volu. 1.

Quibus non obſtat gl. cõtraria in c. cũ olim.
verbo præiudicium. de conſuet. Quando illa
10 procedat, vbi in priuilegio vel † conceſſione ſit
mẽtio expreſſa & reſeruatio pręiuditio alterius,
quia tunc leue & modicum damoum include-
tur at ſecus vbi litteræ vel gratia ſimpliçiter con
11 cedantur, tunc enim ad modicum † præiudiciũ
extendit minime ſolent. Bero. coofilio 144. nu.
23. & 24. volu. 3.

An vero præſumẽdum ſit Priocipẽ, ſibi met
damnum voluiſſe inferre, conſiderato, quod ex
dictarum aquarum conceſſione, Molendinum
Caſtri Ottonis, quod æſtiuo tẽpore maiori quã-
titate aquarum indiget, ſi alio diuertantur, dam
num non modicum ſentiet. Dico in primis, cõ-
ſideratiooem hanc, ſufficienti partium enume-
ratione ceſſare.

Aut enim Princeps non conceſſit adhuc peti
ta, & fruſtra quid voloerit præſumẽdum venit,
12 aut gratiam eſt impartitus. & tunc quia † dona-
tio eſt, & actus Principis, cui dobium quod dam
num & iocommodum ſibi attuliſſe, & quod ſuũ
13 erat abſtuliſſe credatur? † donatio eoim, doni
datio eſt. l. donatio. §. donatio. ff. de donat.
14 cauſ. mort. & contra. † Principem in his lata ſo-
let interpratatio fieri. l. fi. vbi Iaſ. num. 31. ff. de
cooſtit. Natta conſil. 636. oum. 159. Soci. iun. cõ
ſil. 37. num. 18. vol. 1. Gram. coſi. 6. in prin. ma-
15 xime ad fauorem Caſtilionei † ciuis ſubditi. in
quem potius, quam in extraneum, videlicet co-
mitis Gazoldi conferri p Principẽ beneficiũ de
bet, vt ſcribit Cicero primo de amieit. ibi, potio
res inquit nobis ſunt ciues, quàm peregrini. au-
th. de defen. ciuit. §. 1. Siluan. conſil. 1. ou. 121.
cum ſequent.

Secundo quærit tantum princeps ſcire à Se-
natu an poſſit petitam gratiam comiti Caſtilio-
16 neo coocedere, citra tertij iniuriam. † excludit
ergo proprium damoum & præiudicium cum
alterius tantum mẽtem habeat. d. l. cum prætor.
de iud.

Tertio negaiur, damoſi ex hoc ſcolaticiorũ
alio diſcurſu afferri Molendino Cartatoni, ſeu
Ottonis caſtri. nam id in ſpecie explicat peritus
a Sereniſſimo Principe ſuper loco miſſus, in il-
17 lius relatione, cui tãquàm † perito in arte credi
debet. c. quoties. de teſt. Alexan. conſilio 10. nu.
5. in fi. volu. 6. Cępol. tract. de muro numer. 14.
Bero. conſi. 144. num. 52. & ſeq. vol. 3.

Quarto ſentiet commodum Princeps in Mo
lendino ex aquis proprijs dicti Comitis, quę iũ-
ctæ & voitæ cum aquis publice iam petitis de-
ſcendent, ac diſcurent in aquæductum Caſt. Ot-
18 toois, vt in periti relatione legitur. † damnũ er-
go aliquod ſentire debet ex dicta cõceſſione, cũ
id naturæ conueniat, ex l. ſecundnm naturam.
ff. de regul. iur. & ratione conſiderata a iuriſcon
ſulto, in l. hoc iure. §. aqua, quæ ĩ riuo. ff. de aqoa
cot. & æſtiu. Oldrad. & Alber. in l. Rutilia polla.
ff. de contra. cmpt. qua de cauſa rurſus cen-
ſeo, licere dicto Comitti vtilitatem dictorũ ſco-
laticiorũ, & aquæ pereipere in æſtatis tẽpore ſi
19 in hiemali ex eiſdem aquis ſentit, ob † inũdatio
nes & aquarum plenitudinis maximũ damnũ.
vt in ſpecie ſentit Cæpol. de ſeruit. ruſti. præd.
cap. 4. num. 25. ſequitur Menoch. conſ. 43. nu. 9.

Ex his itaque primnm & ſecundum caput
pręiudicium tertij & principis reſpiciens, ſubla-
tum arbitror.

20 Aggredior tertium motioum, † de vſu aqua-
rum, per quadraginta annos, iũcto facto homi-
nis ex latere Comitum Gozaldi, qui aggerinum
conſtroxerunt, propter quod videtur acquiſita
quædam ſeruitus, dictis Comitib. Gozaldi, vt
aliò aqua diuerti oequear, ex mente Bald. in ca.
1. §. ſi quis. de manſo. nu. 14. de contro. inueſt. re
lati, a Cæpol. tract. de ſeruit. tit. de aquæ ductu.
nu. 25. ac Caſtr. Bellã. & cetero. pbatorũ p Cra
uer. de antiquit. temp. 4. part. nume. 255. At pro
reſolutione omnium, quinque conſidero prin-
cipaliter.

Primo, quod aquæ, de quibus controuertitur
ſunt Principis Mantuæ Sereniſſimi. reſpectu nã
que proueniẽtium ex aquæductu, ſeu ſeriola pu
21 blicè nuncupati id inſtrumento † publico oſtẽ-
ditur, quod in dubiam & manifeſtam probatio
nem reddit, reſpectu aquarum, quæ naturaliter
diffluuia, ſiue pluuiales, ſiue quotidianæ exiſtãt,
22 id iure comprobatur, quia ſi naſcuntur in terri-
torio, ſuæ ſunt. l. ſi in meo. ff. de aqua pluuia. ar-
cend. l. aquam. C. de ſeruit. & aqua. idem, ſi
23 per illud † tranſeant, cum ſtatim ſuæ ſunt effectę.
l. 1. §. illod. ff. de aqua quott. & æſtiu. d. l. aquam.
C. de. ſeruit. & aqna. Bart. Iaſ. & Ripa. in 14. q. in
l. quo minus. ff. de flumi. Bald. eonſi. 195. nume.
6. & ſeq. volu. 2. Alex. conſi. 108. volu. 2. Ample
Pariſ. conſil. 112. in princ. & 114. per totum vo-
24 lu. 1. & de † aqua territoriom ingreſſa, Boer. de-
ciſ. 352. num. 4. Bero. conſil. 144. nnm. 12. & 71.
25 volum. 3. Et ſi aquæ ſuæ ſunt † riuli ſimiliter &
aquęductus. Principis eſſe cenſentur, cum ab ini-
tio eiuſdem fuiſſe præſumãtur, ac eius, cuius eſt
aqua. c. qno iure. 8. diſti. l. ex hoc iure. ff. de iuſt.
& iur. oot. io c. 1. quæ. ſint regal. & per totum. C.
de aquæductu. lib. 11. Bero. d. c. conſ. 144. n. 35.

26 Vnde ſequiř, quod † de aqua, riuulis, & aquę
ductu etiã, quod eſſent publica, in omniũ pręiu-
dicio pro voluntatis libito diſponere poteſt, &
alio aquas, vt aqueductum diuertere, not. Bal. d.
conſil. 195. in princ. volu. 2. Boſi. in tit. de aqua,
& flum. num. 34.

27 Secundo, licet aquæ iſte non dicanř † publi-
cæ nec ex fluminibus publicis defluentes, ſed tã
tum priuatæ in bonis fiſcalib. Sereniſſimi Prin-
cipis conſiſtentis, per Cępol. in titu. de flum.
priuat. & in titu. de lacu. Boſi. vbi. ſupra. numero
6. & 7. Bero. conſilio. 144. numero. 92. 93. vol. 3.
Attamen illarũ. ius, ductus, commoditas, vſus,
28 vel ſeruitus † præſcribi non potuit, per Illuſtr.
Comit. Gazoldi, niſi tempore immemora-

bili,

bili,quia ſeruitus hæc irrigandi prata vicina,in-
ducta ex diuerſione, ac aquarum reſtagnatione
pro tempore,medio aggeris conſtructi, per di-
ctos Comites,temporib.æſtiuis, actus diſconti-
29 nuus,† & cãm non continuam requirit, factum
hominis,nempe in ſui vſu continuum, licet di-
uerſo tempore præſtitum,ſucceſſiuum tamẽ, ex
not.per Bar.in l.ſeruitus la 4 ff.de ſeruit. Cæpol.
tract.de ſerui.urba.præd.c.19.num.2.& 3.Bern.
conſi.133.num.13.& 14.vol.3.

Ita,quod nullo niſi immemorabili tempore
30 † præſcribitur.&tunc non tam pręſcripta,quam
conſtituta & conceſſa videtur.ex glo.& ibi.om-
nes.in d.l.ſeruitutis in l. 2. C.de ſeruit. & aqua,
Balb.de præſcrip.in 2.part.4.parte princip.q.1.
in prin.Alex.conſi.108.nu.4.uol.2.& conſi.50.
in fi.uol.3. Ample Paris conſi.112.num.39.ſeq.
volum.primo, communiter * hanc ſententiam
receptam eſſe inquit Vaſq. de controu. Illuſtr.
Cap.84.num.6.Boſi.de aqua & flumin.num.26.
communem affirmãt Iaſ.in l.Imperium. nu.21.
ff.de iur.omnium iud.& in l.1.num.26. vbi Ripa
num.4.ff.de acq.poſſeſſ.Curt.iun.conſi.174.nu.
28.Didac.Couar.reſolut.lib.1.cap.17.num. 15.
poſt Iaſ.in l.1.num.8.ff.de ſeruit.Bern.conſi.20.
num.7.uol.3.

Et licet,vt alias dicebam,ex communiori ſen
31 tentia † ſeruitus quoque diſcontinua,ſtatis tem
poribus præſcribatur, iuncta tituli allegatione,
uel propoſita aliqua iuſta cauſa,quæ cum ſcięn-
tia & patiẽtia aduerſarij,per deçem annos inter
præſentes, & viginti inter abſentes, iuſtificatur,
ex glo.in uerbo.certam.in l.ſeruitutis.ff.de ſerui.
quam communiter * recipi * conſtat ex Bar.ibi
num.4.Fulgoſ.num.3.& cæteros, quos adducit
Vaſq.de contro.Illuſt.c.65.in prin.& 84.in 1.&
nu.40.Suarez.recep.ſententiarum verbo, ſerui-
tutis in prin.Alba.conſi.35.per totum.Fran.Tu-
rizan.commun.opin.nu.61.Viu.commu. opin.
lib.2.regul.253.

32 Debet tamẽ certus † titulus iſte,& cauſa in prin
cip.litis allegari, & certitudinarie proponi, a
quo,uel quibus habeat, ab aduerſario, nempe
vel domino, qui potuit ſeruitutem conſtituere,
non autem a tertio, alioquin nulla præſcriptio
procedit, niſi ex tempore immemorabili, tan-
quam ſine titulo,ſuper cuius allegatione diutur-
næ poſſeſſionis probatio,requiritur. ita Cæpol.
in tractat.ſerui.Vrban.cap.19.num.8.uerſi.& ſit
cautus. ſequitur Riminal. conſi.431.num. 10.&
ſeq.Natta conſi.70.nu.1.in fin.vol.1.Hier.Gab.
conſi.145.

Ex quibus infertur,Comites Gazoldi debuiſ
ſe probare ſe habere ius aquæ ducendæ ad eorũ
prata, per reſtagnationem aquæ medio dicti
Aggeris, vel ex curſu & vſu immemorabili, uel
ſaltem.40.annor.allegato prius titulo a domino
certo,cum bona fide, & comprobato ex diutur
na poſſeſſione, cum ſcientia & patientia Domi.
ni,dictæ aquæ ſeruientis.

Tertio animaduerto, quod vt teſtes conclũ-
denter in fauorem præſcribentes, uel ex uſu ac-
quirentis, ius aquæ ducendæ deponant, multa
per eos alleganda ſunt,& affirmanda.

Primò,quod dicant a tempore,decem,& vi-
ginti annor.& citra,dictam aquam fuiſſe poſſeſ-
ſam,& illa ita uſi dicti Comites,non autem dicãt
33 a 20.& 30.annis citra,uidiſſe vſum aquæ,ſine co
pula, & cum iſto caſu non includant tempus cõ
tinuũ, quod uerificari poſſet in vno actu, & dic
tantum,ita declarat Bar.in l.Celſus.col. pen.uer.
ſed circa.ff.de vſucap.Bald.in l.indicia,circa fin.
C.de rei uend.Hoſt.& Canon. in c. licet cauſam
de probat.Alex.conſi. 108.nu.7.& 12.uol.2.in
propoſito Natta conſi.69.num.2.Rimin.conſi.
276.nu.11.uol.2.

34 Secundo, deponere debent teſtes de annis in-
choatis tali tempore,& finitis alio tempore, ne
dicantur ſingulares,Bar.in d.l.Celſus in fi.quem
ſequendo reaſſumpſit Bal.in l.fi.15.oppoſ.C.de
edict.Diui Adria.Aretin.conſi.121.Natta d.cõſ.
69.nu.3.& conſi.70.nu.1.uol.1.Ioan.de Amicis
conſi.50.num.41.

Tertio,quod Comites Gazoldi id fecerint in
35 alieno † iure ſuo,& titulo ſeruitutis, Alex.conſi.
108.num.9.in fi.uol.2.per tex. & ibi Caſtr.in l.
fi.ff.quemadmodum.ſerui.amit.Fely.c.cum Ec-
cleſia Suterina.ubi Abb.& Inno.de cauſ. poſſeſ.
& propr.Cur.ſen.num.14.Rom.36.Iaſon.num.
21.in l.ſi certis annis.C.de pact.ample Paris cõ-
ſilio 21.nume.31.37.uolum.1.dicens. num.39.
non cenſeri vſum iure ſeruitutis, ſi dominus re-
quiſitus fuerit,& nu.31. & etiam facto hominis
36 † concurrente ius & vſum aquæ non præſcribi,
niſi actus ueræ ſeruitutis fiant, ſequitur idem,in
conſi.111.nu.19.& ſeq.uol.1.Afflict.deci. 388.
Vaſq.de cont.Illuſt.Cap.84.nu.5.Ioan.de Ami-
cis conſil.50.num.8.Rimin.conſi.276.num.29.
uolum.2.Hier.Gabr.conſi.145.nu.4.& 6.Fran.
Marc.deci.591.& 592.prima parte,Crot.conſi.
37 541.& hoc, quod iure ſeruitutis ſit uſus præſcri-
bens,per teſtes de iure communi probatur,non
autem iuramento partis.Bero.conſ.134.nu.24.
uol.3.

38 Quarto,quod pręſentibus ſcientibus & patien
tibus,nec requiſitis dominis dictarum aquarũ,
uel riuuli ſeruitutis, fuerint dictis ſcolatitiis &
aquis uſi bona fide. gloſſ. & Bartol. in l. 2. C.de
ſeruit.& aqua,ſcribent.in l. ſeruitutis la grande,
ff.de ſeruit.Alex.d.conſi.108 num.7.& 9.uol.2.
dicens debere bonam fidem, prout neceſſe eſt,
probari.Paris d.conſi.112.num.46.Natta conſ.
518.num.6.uolu.3.Riminal.conſi.276. num.14.
uol.2.Siluan.conſi.1.num.157.& Ioan.de Ami.
39 d.conſi.50. ſubdens articulandam eſſe † ſcien-
tiam aduerſarij, quod pręſcribens utebaẽ aquis
iure ſeruitutis,& quod nec ui nec clam poſſede-
rit,uel d.actus fecerit,Alex.conſi.108.num. 15.
& conſi.113.num.2.cum apoſtil.uol.1.Pariſ.d.
conſi.112.nu.39.& ſeq.Franc.Marc. deciſ. Del-
fin.

fin.592.prima parte.Hiero.Gabr.conſi.145.nu-
40 mero 4.& 6.ſcribens, † malam fidem hoc caſu
præſumi contra præſcribentem,cum nihil pro-
betur, vnde poſſit perſpici putaſſe illum ſibi di-
ctam ſeruitutem conſtitutam, ad congeſta per
Balb.præſcrip.parte 4.q.1.nu.11.13.& 14.Qua
propter,dũ Illuſt.Comites Gazoldi hæc requi-
ſita,non probauerint per teſtes,quinimo,nec id
in articulis ipſi deduxerint,concludendum arbi
tror, nullum ius ipſis competere, nec impediri
poſſe diuerſionem dictarum aquarum per Sere-
niſſimum Principem alio faciendam. licet ipſi
aggerinum fecerint,quando nihilominus vltra
41 tempus idoneum & certum, † vſus veræ ſeruitu-
tis neceſſario fuerit probãdus,cum domini ſciẽ-
tia, & illorum bona fide,per Paris.d.conſi.112.
42 quinimo tempus † immemorabile probandum
erat,propter d.factum hominis,qui in uſu inter-
uenit,Alex.d.conſi.108.per totum. vol. 2.& Ri-
min.conſi.276.vol. 2.

Nec vllo modo probari poterit, iure ſeruitu-
tis,dictos aggerinos conſtructos,tum quia affir-
43 ment teſtes, ex † conſenſu & participatione do-
minorum prędia ibidem poſſidentium, fuiſſe fa
ctos,quo caſu iure familiaritatis uel precaria cen
ſentur conſtructi,Paris.d.conſi.112.num.37.&
39.vol.1.tum quod credebant aquarum vel ri-
44 uulos † vel ſua vel publica eſſe,& eorum, non au
tem priuata & Principis Mant. vnde præſcribi
iure ſeruitutis minimè potuit, ſi vt alienis non
ſunt uſi,declarat Caſtr.in l.fin.quemadmodum
ſeruit.amit.Gabr.d.conſi.145.nume.7.& 8.cum
ſimil.

45 Quinto & vltimo conſidero, quod † ſeruitus
tribus tantum modis acquiritur. pacto, vlt ma
uoluntate,vel præſcriptione, Spec.de reſt.ſpol.
§.nunc dicamus.3.col.uerſ.ſi mihi competat.gl.
in l.2.§.1.ff.de itin.actuque priua. dd. in l. Alcia.
C.de ſerui.ruſt.præd.cap.4.num.24.Io.de Ami.
d.conſi.50.num.2.Gabriel.d.conſi.145.num.3.
Ceſſant hic pacta, & vltimæ uoluntates,ſed præ-
ſcriptione tantum & longo vſu per teſtes proba
to innituntur Comites Gazoldi,quibus alias nõ
46 proderat ſola † quaſi poſſeſſio ſeruitutis utendi
aquis,& conſtruendi aggerinum, quæ ex actuũ
ſaltem trigiuta frequentia conſtare debet, per
Nattam conſi.69.num.7.in fi.& conſi. 70. nu.6.
uolu.1.proderat inquam ad liberandum illos ab
onere probandi, ex glo. communiter * recepta
in l.ſicuti. §.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.vend. late
Alexan.num.33.& 34.poſt Bar.in l.ſi prius.ff.de
operi.noui nunciat.Gabriel.vbi ſupra nu.3.Ioã.
de Ami.d.conſi.50.nume.3.& 80.in fin. Alciat.
conſi.395.num.3. vnde teſtes debent eſſe omni
47 † exceptione maiores,non autem, ut ex illorum
lectura dignoſcitur,Comitum familiares,dome
ſtici,ſubditi,laboratores, quib. vſus dictæ aquæ
prodeſt,& diuerſio lucrum auferet, ſingulares,
de auditu,ſibi inuicẽ repugnãtes, & ſimiles defe
ctus patientes,quibus in hoc propoſito nulla ſo
let adhiberi fides per Alex.conſi.108.num.8.&
11.uol.2. Rimi.d.conſi.276.num.28.& 29.uol.
2.Paris.d.conſi.112.nu.45.uol.1. Dum ergo ſer-
uitus legitimè probata non eſt per Illuſt. Comi-
tes Gazoldi, licitum iure arbitror Sereniſſimo
Principi,gratiam petitam concedere Illuſt. Co-
miti Caſtilioneo, qui poterit retinere æſtiuo tẽ-
pore dictas aquas ad loca inferiora Gazoldi, ſo
lita decurrere,alucumque mutare, & opus con-
ſtruere,quib.aquę ad illius orizarias deriuent ac
48 defluant,licet ex tali opere iniuria alteri uel Co-
mitibus Gazoldi circa lucri amiſſionem, ob eo-
rum prata ſolita irrigari inferret, per tex.in ter-
minis in l.1.§.ſicut autem.ff.de aqua pluuial. ar-
cend.multa tradit Bero.quamuis in ſuo caſu ob
ſeruitutem contrarium ſentiat,in conſi.139.nu.
67.& ſeq.& nu.9.uol.3.
49 Qui Comites curſum alias ſolitum ad loca in-
feriora,ex natura aquarum, & loci impedire eo
rum facto, & opere non poterunt, per Bero.vt
ſupra nu.21.& ſeq.& conſi.143.uol.3.

In gratiam igitur Caſtilionei referendum cõ-
cludo, ſaluo ſaniori iudicio & prout tãdem per
Ampliſſimum ſenatum relatum fuit ſecundum
ſupradicta ſereniſſimo Principi, & executum de
menſe Aprilis anni 1575.

Franciſc.Burſat.I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICA DOMINA IVLIA de Auanzinis.

ARGVMENTVM.

Filia fœmina quando appellatione filiorum vel liberorum veniat in diſpoſitione teſtamentariæ & fideicommiſſi, & neptis ex filio ſubſtitutũ excludet.

Fideicommiſſum quãdo ex prohibitione reſultet, & an abſolutum.

Identitas terrarum,ex quibus, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dicto generalior attendi debet,non dictũ, quod declaratur,num.61.& ſeq.ex magis ** recepta.*

2 *Fideicommmiſſum nõ inducitur per verba enũtiatiua teſtatoris.*

3 *Fœmina excluditur a ſucceſſione fideicommiſſi, cum adeſt clauſula, quæ bona fideicõmiſſi in familia fideicommittentis conſeruentur,quod incidit,vt in nu.65.ex * communi.*

4 *Fideicommiſſum abſolutum reſultat,ſi verba reſpiciunt tempus præſens, ſecus ſi futurum,*

nam

nam tunc eſt conditionale.

5 *Fideicommittens, dicitur de præſenti diſponere cum dicitur in teſtō, quia vult & intendit.*

6 *Dictum Doct. in l. filius fami. §. diui, de leg. 1. declaratur.*

7 *Locus cum duobus confinibus, eſt exprimendus, ad demonſtrationem veram ipſius.*

8 *Circunſtantiæ duæ non ſufficiunt, ſi plures ſunt expreſſæ.*

9 *Teſtes, vt probent identitatem loci, habent deponere confinia antiqua & moderna.*

10 *Hæres inſtitutus habet intentionem ſuā ſundatam in teſtamento inſtituentis.*

11 *Petens fideicommiſſum, uti proximior defuncto, ſtante morte nominatorum in teſtamento, probare debet, quod ſit proximior, & de teſtantis ac defuncti agnatione.*

12 *Proximitas teſtatoris non perſonæ grauatæ, quo*
* *ad uocatos attenditur, ex * communi quod ta-*
** *men fallit, vt in nu. ſeq. ex communiori.*

14 *Fideicōmiſſum petens, ut proximior probare dēt inſtitutos, & cohæredes, ſine filijs deceſſiſſe.*

15 *Subſtituti & vocati iu fideicommiſſo præſumūtur in dubio viuere.*

16 *Petens fideicōmiſſum, docere tenetur, ſe conſtitutum eſſe infra quartum gradum conſangui*
** *nitatis fideicommit tentis ex ** communi.*

17 *Gradus ulterior in ſucceſſionibus ex fideicommiſſo attenditur.*

18 *Gradu eo quis diſtat à defuncto et omni deſcendente, quo remotior eſt à communi ſtirpe.*

19 *Prohibitio perſonalis non tranſit ad hæredes, nec ultra perſonam extenditur.*

20 *Ratio prohibitionis dicto generalior, facit ipſam prohibitionem ad hæredes hæredum extendi.*
* *ex * recepta.*

21 *Ipſe, ipſa, ipſum. iſtud pronomē pſonaliſſimū eſt.*

22 *Is, ea, id, pronomen eſt relatiuum proximiorum.*

23 *Illatio ex diuerſis, ritè non fit.*

24 *Dictio præterquam, exceptiua eſt, quæ poſita poſt negatiuam orationem, ponit, quod negatū*
* *erat ex * communi.*

25 *Ratio generalior nunquam extendit dictum cōtra mentem & uerba teſtantis.*

26 *Prohibitio alienādi facta reſpectu pſonarū extranearū, nō trahit ad ſui hæredis inſtitutionem*
* *ſeu ad inteſtati ſucceſſionem. de communi.**

27 *Verba uniuerſalia geminata appoſita in fideicōmiſſo, cām teſtati includunt, ut aliquid operē*
** *tur, & quando intelligatur, nu. ſeq. de ** cōi.*

29 *Verba quoquomodo appoſita in prohibitione alienationis, ſuū operanē effectū inter honoratos inſtitutos, et nō inter deſcēdentes non uocatos.*

30 *Verba geminata reſtringi nō inconuenit, in caſibus non expreſſis, in prohibitione hominis.*

31 *Geminatio uerborum uniuerſalium in prohibitione alienationis appoſita, ex ſe non inducit abſolutū fideicōmiſſum, cū ex ſtylo apponatur.*

32 *Clauſula prohibitiua alienare & uendere, nullum fideicommiſſum inducit, niſi in caſu contrauentionis.*

33 *Clauſula, ex nunc, appoſita in prohibitione alienationis, quid operetur.*

34 *Ratio generalis, cum unum includit, aliud excludit.*

35 *Fideicommiſſum abſolutum, non inducitur, ubi ſimpliciter non eſt facta ualida prohibitio alienandi, extra familiam, ex magis ** communi. & nu. ſeq.*

37 *Aliud eſt prohibere alienationem, extra familiā, aliud prohibere ne alienetur in aliquas perſonas, præterquam ſuas.*

38 *Impedimentum tranſmiſſionis bonorū, & extraneos ex prohibitione infertur, ſed non neceſſario uocat illos, qui ſunt de familia.*

39 *Teſtator concedens facultatem hæredib. inſtitutis alienandi bona inter ſe ipſos intelligi debet conceſſa libera, non regulata iuris regulis.*

40 *Fideicommiſſum ſimplex, vocat non ſolum deſcendentes, ſed omnes collaterales, qui ſint de illa familia.*

41 *Fœminæ ueniunt appellatione perſonarum, de domo, parentela & caſata.*

42 *Domus, ſiue caſata, aliquando pro familia & agnatione ponitur.*

43 *Neptis ex filio propriè agnata, non cognata dicitur.*

44 *Mater uidua, uenit appellatione familiæ.*

45 *Filiorum appellatione in fideicōmiſſis, & ſubſtitutionib. ueniunt mares & fœminæ, non obſtāte ſtatuto fœminarum excluſiuo. num ſeq. & præcipue ſi extraneorum fiat ſubſtitutio.*

47 *Extranei, in fideicōmiſſis omnes intelliguntur, præter aſcendentes, & deſcendentes.*

48 *Neptis ex filio excludit extraneum ſubſtitutū, decedente ſine liberis.*

49 *Neptis ex filio maſculo admittitur ad fideicommiſſum, ſi quis de linea maſculina uocatur.*

50 *Succeſſorum appellatione, tam maſculi, quam fæminæ ueniunt.*

51 *Coniunctorum propinquorumq; appellatione legitime deſcendentium ueniunt & fœminæ.*

Fra-

52 *Frater excludit ſororem, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, ſi cum ea concurrat, non autem illa à patruo excluditur, ſi cum ea concurrat.*

53 *Fæmina, ſi à ſtatuto ab inteſtato per ſubſtitutũ non excludatur ad ſucceſſionem illius, de quo*
* *agitur, admittitur, ex * communi doctrina.*

54. *Filia fœmina admittitur ad ſucceſſionẽ patris, agnatis & patruo excluſis, etiam quod adſit prohibitio alienationis, extra familiam, niſi adſint coniecturæ, ex quibus appareat teſtatorem maſculos tantum uocare uoluiſſe.*

55 *Fœminæ non comprehẽduntur appellatione filiorum, cum in ſubſtitutione adeſt ratio agnationis conſeruandæ.*

56 *Agnatus maſculus, in dubio, quando uocatus ẽ proximior in gradu de domo, excludit fœminam.*

55 *Filij inſtituti non ſunt vocati ad fideicommiſſum per verba illa, iſta bona non poſſint alienari præterquam inter ipſos hæredes, ex cre-*
** *briori.***

58 *Grauari non poteſt, qui nec honoratur.*

59 *Prohibitio alienationis, non inducit fideicommiſſum abſolutum niſi inter uocatos & honoratos à teſtatore ſecundam receptam ſenten-*
* *tiam.**

60 *Intellectus clauſ. & eorum ſucceſſoribus in fideicommiſſo poſitæ.*

63 *Prohibitio ſola, cum cauſa additionæ, nõ ſufficit ad inducendum fideicommiſſum abſolutum,*
** *ex ** communiori. & nu. 65.*

64 *Clauſula, uolo bona mea perpetuo ſeruare in filios meos & filios liberorum, per ſe inducit fideicommiſſum.*

66 *Facto proprio, quis contrauenire non poteſt.*

67 *Teſtes deponentes circa identitatem petiæ terræ concludunt eandem eſſe, ſi uetera & noua confinia deducunt, quod ampliatur. numero ſequen.*

69 *Demonſtrationes uel qualitates duæ verificatæ ſufficiunt ad rei identitatem probandam.*
* *communi, licet quatuor ſint expreſſæ, numero 74.*

70 *Nomina qualitateſque rerum, ex tempore, mutantur.*


71 *Res quandoque à loco originali nomen capit.*

72 *Confinia diuerſa ſi adaptari poſſunt ad eandem rem ipſius identitatem demonſtrant.*

73 *Coniecturæ leues in antiquis, in probanda identitate ſufficiunt.*

75 *Probatio plenior debet præferri alteri probationi.*

GENEALOGIA SVBIICITVR OCVLIS, ET FACILIOR OMNIVM deciſio reſultet:



CONSILIVM CLVII.

TRINITAS ADSIT.

LAZARINVS de Auanzinis
anno 1525. teſtando hæredes
inſtituit Ioannem Dominicum
& Alexādrum fratres filios An-
tonij de Auanzinis,eius teſtato-
ris Nepotes pro duab. partib.ex
quatuor, æqualiter; Andream filium Baptiſtæ
Auanzini, Petrum & Antoniū fratres filios Pe-
zoli de Auanzinis fratris Andreæ, pronepotes
teſtatoris in ſtirpes pro vna parte ex quatuor,
Bernardinum & Nicolaum fratres,filios Io.Frā.
de Auanzinis eius pronepotis æqualiter ꝑ alia
quarta parte,ſub his verbis,cum hac lege,& cō-
ditione,quod prædicti oēs hæredes inſtituti,nō
poſſint neq; valcāt quoquo modo alienare, nec
vendere bona immobilia d.teſtatoris alicui per-
ſonæ,exceptis duntaxat ſibi ipſis ad inuicem,eo
quia intendit prædictus d. teſtator d. eius bona
non peruenire ad manus aliquorum,pręterquā
ipſorum de Auanzinis,vel eorum caſata, & pa-
rentela,& nunc prout ex tunc & ecōtra, dixit &
declarauit,oēs contractus & venditiones per ip
ſos fiēdas,eſſe nullas,irritas & annullatas, ac nul
lius valoris roboris & momēti eſſe voluit & mā
dauit, & præter alienationes factas in perſonas
dictorum de Auanzinis, & eorum ſucceſſores,
& illo caſu adueniente, dicta bona vt ſupra alie-
nata perueniant, & peruenire voluit & manda-
uit,ipſo facto,in alios cohæredes & ſucceſſores
eorum de Auanzinis.Franciſcus trinepos ex fra
tre Lazarini bona poſſidens, quæ tamen acqui-
ſiuit ab alijs cōſortibus, & ab eodem Lazarino,
mediante perſona Nicolai patris, teſtamentum
condidit,& filium Nicolaum inſtituit, cui dece-
denti ſine filijs,Iuliam filiam ſubſtituit. Moritur
Nicolaus ſine filijs. Auguſtinus & Andreas ab-
nepotes Lazarini petunt bona fideicōmiſſi poſ-
ſeſſa per Iuliam.quæritur quid iuris.

Super hac controuerſia conſortum de Auan
zinis per ampliſſimū ſenatū de infraſcriptis du-
bitare contingit, quorum petitur reſolutio.

Videtur dici poſſe, actores de Pezzolis iuſti-
tiam fouere. nā teſtator prohibuit alienationē
immobilium,quia intendebat bona ꝑdicta non
deuenire in alias perſonas,pręterquam ad ipſos
de Pezzolis,& eorum caſatam, & quia teſtator
per modum rationis declarauit intentionē qua
1 fecerit prohibitionem,† & rō ſit generalior ver
bis,attendenda eſt ratio,& non dictum Bar. in l.
2 pater.§.fundum.ff.de leg.3.ubi diſtinguit,an ſint
verba enunciatiua, & tunc non inducitur fidei-
commiſſum,aut ſunt per modum rationis,& tūc
inducitur fideicommiſſum,Crot.conſi.13.num.
13.Deci.conſi.23.uerſi.6.moueor, & in conſi.
38.uerſi.nam primo,Paris conſi.17.num.12.in
ſecundo vol.Doctores tenentes hanc opin.con
cludunt,prohibitionem factam eſſe pro conſer
uatione agnationis, cum declarat intentionem
3 ſuam eſſe,vt conſeruentur in familia, ideo fœmi
næ dicuntur excluſæ.Pari.in prædicto conſi.17.
Gozad.conſi.102.num.10.Bero.conſ.88. nu.4.
cum ſeq.in 2.uolu.Soci.iun.conſi.168.num.78.
in 2.uol.Soci.ſen.conſi.13.nu.18.in 3.uolu. late
Grat.conſi.68.nu.14.cum ſeq.in vol. 2. nā mul-
4 tum differt,an verba reſpiciant tꝑs præſens, an
vero futurum. quia in primo caſu reſultat fidei-
commiſſum abſolutum, in ſecundo tantum con
5 ditionale.& dicitur diſponere de præſenti,quan
do dicitur quia vult,aut intendit,Bero. conſ.81.
nu.4.in 2.uol.Cæphal.conſi.153.num.48.& li-
cet doctores in l.filiusfam. §. diui.ff. de lega.pri.
6 dicant prohibitis hæredibus non cenſeri prohi
bitos hæredes hæredis alienare.fallit tamen,qñ
rō adducta ita militat in hærede hæredis, vti in
ipſo hærede.Ripa in d. §. diui.nu.108.Duran.in
tract.de arte.teſtan.in titu. de uarijs teſtam.præ-
cep.ſub nu.3.& tanto magis,quando prohibita
ſit alienatio,quoquomodo.Natta conſ.506.ſub
nu.12.& quādo prohibita ſit alienatio extra fa-
miliam,ea ratione, quia uellet remanere in fami
lia,dicitur fideicommiſſum abſolutum, vt dicit
in deciſ.Pedem.50.in fi.& cum dicatur,vt aliena
re non poſſint alicui perſonæ, exceptis ipſis hæ
redibus inuicem, eo quia intendit bona prædi-
cta non peruenire ad manus aliquorum,præter
quam ipſorum de Auanzinis, & eorum caſata,
eſt,ac ſi dixiſſet,ut non alienarent extra familiā,
ea ratione, quia vult bona prædicta remanere
in familiam de Auanzinis,ſicque fideicōmiſſum
eſt abſolutum ſaltem vſq; ad quartum gradum,
§.nos autem.in auth. de reſti.fideicommiſſ. Nec
ſiat fundamentum,quod Nicolaus emerit unam
petiam terræ ab Andrea de Pezzolis, an. 1532.
vt ex inſtrumento regiſtrato in car.35. ꝓceſſus:
& aliam Lazarinus uendiderit Bernardino Pez-
zolo.anno 1522.ut proceſſu car.33. quia nō cū
ſtat eſſe eaſdem met,de quib. in eā nam reſpectu
petiæ terræ, de qua in inſtrumento anno 1522.
Lazarinus uendidit vnam petiam terræ ſitam in
contrata Chioſij, quæ erat caſamentiua cum
domo, etiam pęnes viam a duobus, & illos de
Prouenzalibus ab alijs. & licet teſtes examinati
pro d.Iulia deponant, ſecundam petiam terræ
nominari el Chioſo,non dicitur probata idēti-
tas,quia multum differūt inter ſe, cum petia ter-
ræ,de qua in prędicto inſtrumento ſit caſamen-
tiua,at ſecunda petia deſcripta in fi.libelli,eſt ara
tiua & vineata. petia terræ in inſtrumento, eſt
poſita in contrata Chioſij:prædicta ſecunda pe
tia terræ poſita eſt in contrata capitis inferioris,
& ſic reſpectu qualitatis & loci differunt, vt Bar.
in l.demonſtrat.ſub nu. 14. ff. de cond.& demō.
7 dixit ad demonſtrationem fundi exprimendū
eſſe locum cum duob. confinib. & quando diſ-
ferunt loco, non eſt ſatisfactum deciſioni Bart.
quia non ſufficit, vt cōueniant tantum in duob.
confi-

confinibus,ſed etiam in loco,ſecundum Bar.&
ſic tres circunſtantiæ verificandæ ſunt Alex.ve-
8 ro,declarat,quod aut quatuor & plures circun
ſtantiæ ſunt expreſſæ,& duo non ſufficiunt.Ale.
9 conſi.73.in 3.volu.& in conſi.38.in quinto,† &
vt teſtes probent identitatem deponere habẽt,
& de antiquis cõfinibus,& de modernis,ut per
Crau.conſi.57.num.7.& cum teſtes tantum de-
ponant illam ſecundam petiam terræ nominari
il Chioſo,non tamen eſt dicendum,ſitam eſſe in
cõtrata nominata il Chioſo,prout in inſtrumẽ-
to dicitur. immo teſtes deponunt nullam aliam
petiam terræ in illo loco nominari il Chioſo,
ſed non ſitam eſſe in contrata Chioſij.

Verum ego cenſeo abſolutè D.Iuliam reã cõ-
uentam iuſtitiam fouere,nullis ex aduerſo obſtã
10 tibus,† habereque intentionem fundatam in te
ſtamento patris,qui illam poſt filium inſtituit,vt
in ſim:li concludit,Paris conſi.90.uolu.2.& Iaſ.
conſi.60.uol.3.

11 Primò,quia petentes fideicommiſſum,uti pro
ximiores defuncto,ſtante morte oĩum nomina
torum in teſtamento, tenebantur probare tria.

Primò,ſe eſſe proximiores,vel de teſtantis ac
defuncti agnatione.§.ita demum.inſt.de hæred.
quæ ab inteſt.§.proximus.inſt.de leg. agnat.ſuc
ſe alienationem, & pacti prioris remiſſionem,
cum factis,& uerbis, uoluntas ſcientia atq; con-
ſenſus intelligatur.l.Paulus.ff.rem ratam haberi.
l.de quib.ff.de legibus.Etenim replicabitur,pri-
6 mo non conſtare de † mandato ſindicorum,ex
illis uerbis enunciatiuis dicti inſtrumenti,ut aſſe-
ruerunt conſtare,&c. etiam, quod notarius di-
xiſſet uidiſſe illud per Bartol.& alios in authen.ſi
quis in aliquo.C. de eden. cum nec ex mille an-
norum curſu præſumatur mandatum, Alexand.
cum Apoſtil.conſilio 191.numero quarto. uo-
lumin.ſexto.Socin.iunior. conſilio 56. nume.5.
uolum.6.amplè Cæphal.pro * communi conſi.
95.num.16.Villabob.verbo mandatum.num.7.
Octau.Cacher.deciſ.Pedem.195.nume.4.Curt.
iun.conſi.212.num.49.Siluan.conſi.35. nume-
ro 51.magis ** communem nuncupat Gra. de-
ciſ.303.num.83. Stephan. Lamber.ſuper ſtatu.
prohib.mulier.contrah. gl. 7.uerbo conſenſus.
num.63.& 68.

7 Secundo, quatenus † mandatum præſumere-
tur,non tamen præſumitur ſufficienter & legiti-
mè per d.communitatem ſcienter factum, dua-
bus nempe vel tribus partibus interuenientibus
in alterius conuocatæ contumaciam, per Curt.
d.conſi.174.num.33.& ſeq.& 312.nu. 67.Deci.
conſi.437.nu.3.vt ſcripſi aliàs in principio eiuſ-
modi cauſę, in articulo validitatis mandati, &
eſt conſi.præcedens.

8 Tertiò † ſcientia contentorum in pacto pri-
mę inueſtituræ,non præſumitur, niſi probetur.
C. non præſumitur. de regul. iur. in ſexto, nec
ideo conſenſus cadit in homines Tongi igno-
rantes.l.mater. C. de inoffic.teſtamen. Bald. in
lege prima. C. de oper. liber. nec dicti ſindici

vel

vel Communitas anno 1435.habuerũt ſcientiã
contentorum in prima cõuentione anni 1382.
quia ſucceſſores ignorant. l.verius.ff.de pact.l.
qui in alterius. ff. de regul.iur.& quia colligitur
ex dicto inſtrumento ignoraſſe ius Cõmunita
tis, ex quo relaxãt quindecim ducatos annuos
Marchioni Illuſtriſſimo, qui tamen quindecim
annis expletis, poſt mortem Marchionis Theo
dori, ad vniuerſitatem redibant, vnde cum ple-
na notitia non interuenerit, vt requirebatur,
nec conſequenter ſcientiam habuiſſe creditur,
argu. gloſſ. in cap.concertatione, vbi Gem.de
appell.in 6.

Quarto, & ſi qualis qualis cõſenſus tacitè col-
9 ligatur, † expreſſus tamen iure medio exigeba-
tur, ob rei magnitudinem, & quia in facto alie-
no verſabantur, ad ea quæ tradit Tiraq.d.ll.cõ-
nubial.gl.5.nu.7.9.13.& ſeq.

10 Quinto, licet cõſenſus † præiudicaſſet homi
nibus Tongi, ſyndicos conſtituẽtibus, vel aſſen
tientibus renuntiæ dicti pacti, non tamẽ ex hoc
cæteris hominibus nondum natis & ſucceſſori
bus, ſeu qui nunc vitam agunt, præiudicium al-
latum fuit, per doctrinam in terminis Caſt.cõſ.
70.num.6.volum.pri.Ferdinand. Vaſq.de con-
trou. Illuſtr.lib.2.cap.82.num.9.videtur itaque
firmum primum argumentum, quod inuitis, &
non conſentientibus vaſallis, caſtrum Tongi a-
lienari nequierit.

Quod ſecundũ principaliter confirmabã, ex
pacto expreſſo in conuentione anni 1382.quo,
promittit Princeps, illos non alienare, ſed re-
tinere ſub illius cuſtodia. Promiſſio enim hæc
ſeruanda eſt c.1.de probation.ibi vt is collige-
ret quid ſibi ſeruari deberet, qui text.eſt mirabi-
lis, per Abb.161.l. 1.vbi.Iaſ.& l.iuriſgẽtium.§.
prætor ait.ff.de pact.c.1.eodem tit.l.j.ff.de cõſt.
princip.late Hipp.Rimin.iun.conſil.13.nu.10.
11 & ſeq. conuenta † Princeps ſeruare tenea-
tur, maximè ex cauſa onerosa, iuxta commu-
* nem *legiſtarum, & canoniſtarum opinionem
de qua Iaſo.in cõſi.pri.num.pri.vol.pri. Rolãd.
12 à Valle conſi.45.nume.8.volum.3.quia † Prin-
ceps obligatur pacto, & cõtractu, ſicut priuatus
cap.pri.vbi omnes, de probation.ca.1.vbi Bal.
& præpoſ.de nat.feud.Natta conſil.512.nume.
14.cum ſeq.dixi alias conſi.78.nume.4.quibus
addo Vrſill.ad Afflict.deciſ.282.num.7.ac Ro-
deric. Soarez, multa in propoſito adducentẽ,
allegat.9.num.pri.& ſeq.Et tanto magis ſeruan
da eſt dicta conuentio, quia concurrit cum pro
hibitione legis, ſic fortius ligãt, gloſſ.in cap.ve-
rum de condit. appoſit. Imol.& cæter.omnes
poſt Crot.& Fernand.in l.filius familias.§.diui
ff.de leg.primo. Roland.à Valle conſi.70.num.
71.cum ſeq.volum.3.& plenè Cæphal.conſil.
133.nume.61.cum ſequent.Menoch.conſi.96.
num.124.Roder.Soarez.vbi ſupra num.7.& al
legat.3.num.7.trad.Bero.quæſt.41.num.6.Ca-
ualcan. de vſufruct. mulier.num.77.in fin.Port.
Imol. conſil.64.num.42.& conſi.pri.nume.32.
Vaſq.de ſucceſſ. par. 1.lib.pri.§.85.dicens, nec
in caſibus aliter à iure permiſſis, fieri alienatio-
nem, Roland.a Valle conſi.70.num.78.volum.
3.Celſus Hugo conſi.46.num.16. Neuiz.conſi.
10.num.13.& fortius, ſi cum Principe fiat, quã
13 do † prohibitio cũ Principe inita, omnino do-
minij translationem impediat.Barba.in c.Ray-
naldus. colum.23. de teſtame. Ambroſ. Opiz.
nume.168.15.limit.& Ferdin. Loarez.nu.175.
in repet.dict.§. diui. Et in indiuiduo caſus no-
ſter pro communitate Caſerij eiuſdem Montiſ-
ferati ſtatus, ponit Curt. Iun. conſi.174.nu.18.
verſic.2.principaliter, nec ſola venditio, & alie-
14 natio prohibita dicatur, † ſed infeudatio quo-
que. Ripa dict. §. diui. nume.120. Nata. conſil.
512.num.23.volu.3.poſt Iaſ.conſil.56.in prin.
volum.pri. Clar.in §. feudum. quęſtio.33. Me-
noch.de arbitr. iudic. caſu.5.num.4.cent.1. vn-
de ſecunda alienatio venit retractanda. quam
quidem alienationem etiam iuratam poſſet ip-
ſemet Princeps alienans reuocare, cum maxi-
mè ſe prius iuraſſet non alienare, Abb. in cap.
intellecto de iur.iur. egregiè.not.Vaſqu.de ſuc-
ceſſ.parte pri.lib.3.§.26.nu.39. & 40.cum ſequ.
& §.18.nu.50.

Tertio, me in hanc ſententiam adducebat;
quòd communitas ipſa, cum pactum illud de
non alienando, obtinuit ab illuſtriſſimo Mar-
chione, ſe eidem ſubmiſit, & factum eiuſdem
ciuitatis reciprocum, in recompenſationem ta
lis Priuilegij, gratiæ, vel pacti, a Principe emiſ-
ſi, interceſſit & præſtitit. vnde ſequitur, illud
15 nequamquam † a Principe, uel illius ſucceſſori-
bus potuiſſe reuocari, quando tranſierit in cõ-
tractum vel quaſi, ſeu innominatum facio, vt
* facias, argumen.doctrin.Bartol.communiter*
receptæ.in l. omnes populi in 4. quęſt. 3.prin-
cip. nume. 29. ff. de iuſt. & iur. Bald.in l. qui ſe
patris. in fin. C. un. liber. tradunt Abba.& Ca-
non. in cap. nouit. de iudic. & cæter. in l. ſicut.
ff. quod cuiuſque vniuer. & in l.ciuitas.ff.ſi cert.
petat. Siluan. conſilio 65.Natt.conſil.164.nu-
16 mero 19.in fi.volum.pri. Principis enim † con
tractus uel quaſi, ſeu priuilegium correſpecti-
uum in contractum tranſiens irreuocabile, ni-
ſi ex cauſa, cenſetur, cum principi leges, non
contractus, Deus ſubiecerit. l. quod ſemel.
ubi Barto. ff.de decret. ab ordin. faciend.Ca-
non.in cap.pri.de probat. Caſtrenſ.in l.digna
uox.ff.de legibus. Alexand.ſeu Barbat.conſ.ul-
timo numero.19.uolum.4.in propoſito caſus
fere noſtri Dec.conſil.286.num.4.uſque ad fin.
& 292. num.7. in fin. Iaſ. conſil. pri.num. pri.
& conſi.56.num.1.& ſecund.uol.1. Alciat.cõſi.
208.nu.3.Natta conſ.122.uol.pri.Anton.Gab.
commun.concluſ.de iure quæſit.non tollen.cõ
cluſ.6. no.pri.ex communi, per alios, Frã.Viui.
commu.opinio.lib.2.reg.235.uerbo Princeps.
Hippo. Rimin.Iuni.conſi.102.nu.31.cum ſeq.

Roland.a Valle conſil.13.num.33.vbi de com-
* muni* volum.3.amplè Neuiz.inter Bruni con-
ſil.12.nu.24.cum innumeris ſeq.dicens.ſecũdũ
* communem* † Principem quoque in dignita-
17 te ſucceſſorem ligari contractu prædeceſſoris,
* Brun. conſi.pri.nu.26.ex communi* Iaſ.con-
ſil.10.num.3. Villabob.commun.opinion.ver-
bo Princeps nu.291.copioſe.Roland.à Valle
conſi.pri.num.40.cum.ſeq.volu.2.& conſil.13.
num.33.cum.ſeq.vol.3.fuſius Anton.Gab.com
mu.concluſ.de iur.quæſ.non tollen.concluſ.5.
per totam & num.1.& 2.ac in propoſito noſtrę
quæſtion.Roder.Soarez.allegat.9.num.4.& al-
legat.10.num.3.

Quarto, pro fiſco conſiderabã, quod inueſti
tura ſeu alienatio in nobiles de Nattis, compre-
hendit omnimodam iuriſdictionem, regalia, &
totum Caſtrum Tongi, cum ſuis pertinẽtijs, ſic
videtur per ſucceſſores in Marchionatu reuoca
bilis, cũ regalia, & caſtra principaliora, (quod
hic probare cõmunitas curauit, videlicet locũ
eſſe de maioribus Marchionatus Mõtisferrati)
18 diſtrahi nequeant, † per Principes in diminutio
nem ſtatus, ac in ſucceſſorum præiudicium. Bal.
in tit.de pace cõſt.quem approbat Felin.in ca.
1.nu.5.vbi Deci.de probat.Ruin.conſil.91.nu.
11.volum.1.Cardin.conſi.138.Boſi.tit.de prin
cip.num.382.& tit de regalijs.num.23.& ſeq.
Natta conſi.636.num.200.in 3.conſi.637.nu.
34.& 638.num.46.Caſſan.in conſuet.Burgun.
Des.Fidez.Rubrica.3.§.8.nu.53.egregie in no-
ſtris terminis Roderic.Soarez.alleg.9.nu.7.An
ton.Gabr.commun.concluſ.de iur.quæſ.nõ tol
len.concluſ.5.num.3.& 4. Cæphal.conſil.155.
num.6.volum.2.Et ſi opponeretur regalia hæc
19 fuiſſe tẽpore longo & immemorabili † præſcri
pta, prout præſcribi poſſunt, cap.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.de verb.ſignific.etiã e tra ſciẽ-
tiam domini, Alexand.conſil.6.volu.pri.vbi de
* communi.Boſ.tit.de regalijs.nu.11.& 41.Ioan.
Bapt.Villabob.commun.opin.verbo, præſcribi
poſſunt.nume.220.cum pluribus ſequent. Co-
uar.cap.poſſeſſor.§.7.cum ſequ.de reg.iut.in 6.
& vt inferius.

Nec obſtat prædictis vnum, in quo videntur
nobiles de Nattis ponere ſtabile fundamẽtum.
Nempe qđ, & ſi hæc vera ſint, & alienatio fuiſ-
ſet, ex dicto pacto & conuentione prohibita, ni
hilominus id ſeruetur, ex quo Marchio in d.Hẽ
tietum tranſtulit Dominium, vulg.l.ea lege.C.
de cond.ob cauſam. Quando id minimè repu-
gnare euidenter oſtenditur.

20 Primo, quia † contractus Principis vim legis
habet.l.Cæſar.ff.de publica.l.penul.C.de.dona.
inter vir.& vxo.& ꝓhibitus alienare a lege, nõ
transfert dominium, & ſi alienet, contractus eſt
nullus. l.non dubium. C. de legib.trad.gloſſ.in
dicta l.ea lege, Innoc.in c.fin.in fi.de accuſ.ſcri-
bens, non ualere alienationẽ, ſi lex mortua pro
hibeat, prout lex viua. Abb.in c.Rainald.colu.
quinta.de teſtam.

Secundo, hic cõcurrunt duæ probibitiones
21 legis & hominis, quo caſu † Dominium ex pa-
cto transferri impeditur. Auth. de non alien.
aut permut.§.ſanctiſſimas.& glo.in d.l.ea lege.
cum qua omnes tranſeunt.

Tertio in d.l.ea lege ſimplex prohibitio alie-
nandi aderat, & donator ſtetit in meris finibus
alienationis, quo caſu non impeditur tranſlatio
Dominij, licet alienans teneatur ad intereſſe, at
22 hic vltra pactum de † non alienando, proceſſũ
fuit & dictum, quod caſtrum remaneret perpe-
tuo ad Camerã, & ſub dominio ſuo, ex quo ma
nifeſtè colligitur vltra prohibitam alienationẽ,
dictum caſtrum eſſe reſtitutioni ſubiectum, &
applicatum perpetuo ſucceſſorib.in Marchio-
natu, & dictæ Cameræ, ita qđ dominij trãſla-
tio impedita fuerit, arg.l.quoties.C.de donat.
quæ ſub.mod.ac in terminis ꝑ Roder.Soarez.
alleg.9.num.16.

Replicari poſſet. Primo, id locũ habere in lõ-
23 giſſima † conſuetudine, non autem præſcriptio
ne, quæ in pluribus differunt.per glo.in cap.fi.
vbi Ioan.And.de conſuetu.Barto.in l.2.nu.11.
C.quæ.ſit longa conſuet.Roch.de Curte, de cõ
ſuetud.cap.vltimo.Balb.de præſcript.1.par.q.
10.latiſſime.Craue.de antiq.temp.4.par.in pri.
Couar.d.c.poſſeſſor.§.3.nu.pri.

24 Secundo hanc † præſcriptionem nõ proba
ri legitimè concludenter, & vt iure fieri oportet
per teſtes.54.annorum, deponentes formaliter
quod ſemper viderunt, & audierunt ita eſſe, nec
vnquam viderunt, & audierunt contrarium, &
quod cõmunis eſt, & fuit ſemper opinio, vox,
& fama, quod ſic fuit, & quod non extat cõtra-
rij memoria, & alia, de quibus in l.ſi arbitrer.in
fin.ff.de probat.Crauet.de antiquit.temp.4.par
te.nu.125.183.184.ac ne alios cõgetã, Octau.
Cacher.in propoſito deciſ.pedem.101.nu.16.
cum.ſeq. Ant.Gabr.com.opin.de pręſcript.cõ-
cluſ.pri.nu.74.adeo quod videtur adhuc quar-
tum argumentum ſubſiſtere.

Quinto, vrgere uidebatur, quod & ſi ceſſaſſet
defectus poteſtatis in concedente, ex alio tamẽ
capite defectus uoluntatis actores obtinerent,
quæ non fuit inueſtiendo dominos de Nattis,
derogare priuilegio, pactis, & conuentionibus,
cum hominibus Tongi initis, quibus dictũ ca-
ſtrũ a Camera Marchionatus in alienabile erat.
nulla enim facta eſt mentio in dictorum nobi-
lium inſtrumento & priuilegio pacti de non a-
lienando, & cæterorum, de quibus in conuen-
tione facta cum hominibus anno 1382.propte
rea nullum eſt, nec præiudicium hominibus
operatur. cum per ſecundum priuilegium gra-
tiam, uel conceſſionem non facientem men-
tionem de prima alteri conceſſa, non induca-
25 tur derogatio prioris. uerba ſunt, text.& gloſſ.
in capit. ueniens. de præſcrip. ibi non exti-
tit.derogatum, cum de ipſis nullam fecerit men
tio-

tionem.l. decurionibus. C.de ſilent. lib.12. qui
ad hoc extollitur, per Bald. pluribus in locis,
text.& gloſſ.in cap. pri. cap. cum ordinem cap.
2. & cap. cæterum. de præſcript. Capra regul.
iur.42. imo probatur in c. veniens. faciendam
eſſe mentionem, non ſolum de primo priuile-
gio, vt ei ſecundum noceat, ſed de priuilegio li-
mitato conceſſo ipſi priuilegiato, quod ibi mi-
rabile reputat, Abb.trad.Bald. in cap. cum olim
de re iud.alioque non apparente magis Illuſtriſ
ſimus Marchio Ioannes præſumetur circumuē-
tus, quam quod variare noluerit, ita vt ſeruan-
26 da † inueſtitura non tollat primam conuentio-
nem. arg.l. 2. §.merito. & §. ſi quis a Principe.
ff. ne quid in loco public. Cardi. conſil. 137. &
147.trad.Roder.dict.allegat.8.num.6.& 7.alle-
gat.9.num.8.alleg.28.num.9.10.& 13.ſed ven-
dicat ſibi locum, etiam ſi ſecunda motu pro-
prio procederet, Ruin.conſi.228.in prim.volu.
pri. Anton. Gab.comm.concluſ. de clauſ. con-
cluſ.2.nume.25.& in priuilegiis ac reſcriptis lo-
quens, nonnulla adducit pro more, Menoch.de
arbitr.iud.lib.2.cent.3. caſu 202.num. 60. cum
ſequ.& caſu 203.num.34.& 35.62.63.& ſequ.
Sexto, non parum ſuffragantur dictæ vniuer
ſitatis & fiſci probationes teſtium, circa odium
inter nobiles de Nattis, & homines dicti lo-
ci, malè geſta condominorum, delicta, banni-
torum tolerantis, iniurias, verbera illata ſine
cauſa in ſubditos, imperitiam illorum quos præ
fecerunt iuriſdictioni Caſtri, eorundem inſo-
lentiam, mores peſſimos, inobſeruantiam ſtatu
torum, rixarum concitationes, ac ſimilia, quæ
non ſolum iuncta ſimul, ſed ſeparata in cauſa
27 ſunt, † vt Dominus Caſtri ſuo directo Domi-
nio, vel directo ſubalterno priuetur, vt puta,
quando quis erga vaſallos & ſubditos ſibi ſe ma
lè habeat, vel eis iuſtitiam non faciat. cap. 1.
§. item quidam. vbi gloſſ. in verbo iuſtitiam,
quę fuit prima cauſa benef. amitt.ſequuntur.
28 dd.per Clar.§. feudum.quæſt.68. vel illos inui-
** tos alienet. ex magis communi. ** per Curti.
conſi.174.num.34.in fin.Clar.§. feudum.quæſ.
28.& fin.ſeu vaſallos dominus malè tractet, vel
nimia ſæuitia contra eos utatur, Bald. in l. uoi-
ea.C.ſi quacunque præd.pollic. Albert.in l. be-
ne a Zenone.6.colum.6.C.de quadr.præſcript.
Bald. in l.ſecund. ff.de his, qui ſunt ſui vel alien.
iur. Caſtr.Auth.qui rem. C.de ſacr.ſanc. Eccleſ.
Aluar. in cap. pri. §.quicunque de pace tenen-
da. Quinti. Mendo. de ingratit.cap.62. verſicu.
73. male tractantes, vel ſi inimicetur, ſubditos
ſuos, Iacob.in ſuo tract.de roydis.colum.3 .Bal.
in auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleri. Me-
noch. in reſponſ. ſecund. cauſæ finarienſ.artic.
3. num. 12. cum ſequ. Rurſus ſi vaſallum atro-
citer in carcerem coniiciat, quia totaliter vaſal-
lus a iuriſdictione illius eximitur, quod exequi-
tur dominus ſuperior vtriuſque, & ſi ſubuaſal-
li non conquerantur, Ioan. Faber.§. fin.vbi An-
gel.& Port.Inſtitu.de his, qui ſunt ſui, vel alien
iur.Guid.Papa deci.62. ſi quis Bero. Grammat
ad deciſ. Afflict.265.ſub num.72.vnde ſi domi-
nus inueſtitus caſtro, vel terra, vt hic, malè tra-
ctat vaſallos, & ſubditos ſuos, Dominus ſupe-
rior inueſtiens, niſi deſiſtat ab inſolito & ini-
29 quo modo, ipſum † feudo priuabit.ut in termi-
nis, notat Bald.in ca.pri.§.publici latrones, vbi
Aluar. nume. 2. de pace tenend.Curt. de feud.
par.6.quęſt.pri.Iacob.Ardizo.tract.de feud.ver
ſicul. dictique vaſalli il pri. 12. cauſa.Grammat.
ad deciſ.Afflict.265.num.72.verſic.addo retro-
ſcriptis. Videtur itaque ex præcedentibus, tum
vniuerſitatem Tongi, tum Principem Excellen
tiſſimum ſuperiorem Dominum poſſe a Nobi-
libus de Nattis, uendicare Caſtrum Tongi, at-
tento prædeceſſorum defectu, poteſtatis & volū
tatis illud alienandi, ac cauſa priuationis legiti-
ma præexiſtente.
Cæterum, re diligentiori ſtudio, ac longè ma
turius omnibus perpenſis, præmiſſis non repu-
gnantibus contrarium verius exiſtimaui. nempe
dictos Illuſtres & nobiles cōſortes de Nattis in-
ueſtitos ius apertum fouere, & in caſu manife-
ſtæ victorię, & abſolutionis, a petitis ex aduerſo
verſari. pro quibus fundando nobilium inten-
tionem adducebam.
Primo regulam, & omnium approbatam do
30 ctrinam, quod ſimplex † prohibitio ſeu pactum
de non alienando, minimè impediat translatio
nem Dominii, in acquirentem, ſequuta aliena-
tione per prohibitum. licet contra alienantem
detur actio ad intereſſe, vulg.l.ea lege.C.de cōd.
ob cauſam.l.ſi ita quis.§.ea lege. vbi communi-
* ter * ſcrib ff.de verb. oblig. doct. in l.filiusfamil.
* §.diui.ubi Ferdin.Loaz.ex * communi.nu. 160.
Opizon.149.ff.de leg.pri.Grat.conſi. 95.in pri.
vol.pri.Celſ.Hugo.conſil.58. num. 14.& conſi
64. num.2.Natta conſi.474.nume. 9. cum ſequ
* ita * communiter teneri inquit, regulam cū am-
pliationibus & limitationibus deſcribens Fer-
nand.Vaſq.tract.de ſucceſ.par.pri.lib. pri. §. 10.
num.82.cum ſeq. Roland. à Valle conſil.62. in
pri.volum.2.Hinc, ut impediatur, docetur cau-
tela, quod in prohibitione addatur, & in caſu a-
lienationis reuertatur dominium, ac alienans,
ſe conſtituat poſſidere. dd.in d.l. ea lege, Natta
conſi.531.num.2.& num.9.uolu.3.Bero.conſi.
162. uol. 1. regulam, cum limitationibus diffuſe
tradit, & quale ſit illud intereſſe, Caſſan. conſue.
Burg.de cenſ.Rubr ca 11.§. 3.nu. 9. cum ſequ.
pag.356.Non obſtāte itaque d.pacto, ſubſtine-
tur iure inueſtitura, & alienatio in nobiles de
Nattis facta, quæ nō ſolum, per ipſummet Prin-
cipem alienantem, ſeruari debuit, uerum & per
omnes in dict. Marchionatu ſucceſſores, & ex
conſequenti per Excellentiſſimum Principem
modernum. cum iſti nobiles ſint inueſtiti in
31 feudum, quod eſt contractu nominatus irre-
uocabilis, per doctrin. Bartol. in leg.iuriſgen,

tium.§.quinimo. numero 19. cum apoſtil. ff. de
pact.Iaſ.in l.1.nume.8.ff.de cond.ex lege, Paris
conſi.11.numero 50.& 51.uolum.primo Soci.
iun.conſi.126.numero 19.uolum.3.Brun.conſ.
114.num.202.cum ſequen.inter feud.1.uolum.
* * communis eſt ſententia,per Curt.de feud.pri-
ma par.princ,quæſtio.9.Clar.§.feudum.q.6.Ca
pici.in inueſtit. feudal. uerbo contractus feuda-
lis,uerſi.contract.feudi.per Iaſo.in l.3.nume.54.
C.de iur.emphyt.Michael.Graſſ.commu. opin.
libro ſecundo cap.ſecundo quæſt.3. uerbo feu-
dum.Rolan.a Valle conſi.3.nume.32. uolum.1.
Cæphal.conſ.23.num.51. Rimin.iun.conſi.63.
numero 31.& 32. Rurſus inueſtiti ſint ex cauſa
remunerationis ſeruitiorum fideliter præſtito-
rum, & propter labores immenſos, damna,ac
pericula,die noctuque ſuſcepta & paſſa pro uti-
litate publica per dicto Henrietum inueſtitum,
ac in,& pro rebus,bonis,ſtatu,hominib.ac per-
ſona dict.Illuſtriſſimi Marchionis, quæ merita
& ſeruitia in omnibus contractui oneroſo,æqui
32 ualent,& æquiparantur,ita ut alienatio, ſeu † cô-
ceſſio feudi,& caſtri,ex cauſa oneroſa, & irreuo
cabiliter,dicatur facta, Bald.in l.ſi cum mihi.de
donation.Socin.conſilio 59.numero nono,uo-
lum.1.Rnin.conſi.217.nume.7.uolum. pri. Ro-
33 man.conſ.436.numero 14.in fio.ſcribens † pri-
uilegium remuneratorium laborum impenſo-
rum pro Republica tranſire in contractum irre-
uocabilem.Sequitur Rebuff.in concord.in præ-
fatio. ad Rubricam, de collation. in fine. & per
alios copioſè Roland. a Valle conſi. 76. nume-
ro 13.uolumin.2.Celſus Hugo conſ.16. num.2.
Natta conſi.122.num.14. uolumin. primo 669.
num.7.& 11.uolum.4.Roderic.Soarez.alleg.7.
num.8.Mend.ad Roman.conſi.298.nu.4.Vaſq.
de controu.Illuſtr. cap.4.in princ.Barbat. dicto
conſi.2.1.arti.in fin.uolum.1.& ſcripſi aliàs con
ſilio 16.num.56.& 57. Addo Menoch. conſi.2.
num.136.& ſeq.& multa in materia aggregan-
tem apoſtillam ad Felin.in capit.nouit.num.12.
de iud. propter quæ ab Excellentiſſimis Princi-
34 pibus uendicari alienata nequeunt, nec per ſuc-
ceſſores in dignitate Marchionali, qui omnes,
conceſſiones, quæ in contractum tranſierunt,
ad unguem ſeruare compellantur, per Socin.
Ruin.Roma.& alios,de quibus ſupra cap. 1. ubi
Canoniſtæ omnes.Abb.not.1.Fely.num.2.De-
ciſ.not.2.in uerbo prædeceſſores ſuos, de prob.
Caſtr.& Bald.in l.digna uox.de legibus, ſubdês
capitula, per Imperatorem facta cum ſubditis,
non eſſe infringenda per ſucceſſores.niſi dolus,
vel fraus,ex parte ſubditorum interuenerit,glo.
* in §.nulla.Authen.de deſenſ.ciuit. ueram & * cô
munem concluſionem vtriuſque iuris cenſuræ
primariorum inquit,Iaſo.conſilio primo nume
ro ſecundo, uolum.primo, & conſi.10. num.1.
& 2.uolum.3.Socin.conſi.119.nume.11.uolu.2.
Socin.iun.conſ.60.num.28.& conſi.62.nume-
ro 127.uolum.3.latè Cæphal.conſ.23.nu.50.&
conſi.155.num.1.uol.1.Rolan.a Valle conſ 66.
num.33.cum ſeq.uolum.2.& conſi.13.num.36.
* & conſi.45.num.13.uol.3. communem * enun-
35 tiat limitans,prout cæteri intelligunt,niſi † alie-
natio prædeceſſoris contineret maximam dimi
nutionem iuriſdictionis,Alba.conſ.67.numero
primo inferens.num.2. cenſeri nomine dignita
tis emiſſa,ſi dicatur in inſtrumento, ut hic,per ſe
& ſucceſſores.idem Bald.conſ.159.nume.4.uo-
lum.3.Alciat.conſ. 208. Natta conſ.122.per to-
tum & in fin.uolum.1.Riminal.iun. in propoſi-
to conſi.63.nume.33.Gabr.commun. opinion.
de Iur.quæſ.non tollen. concluſ.5.num.46.47.
& ſeq. Rub.conſ.146.num. 6. in fine. & num.7.
36 quod procedit, licet Princeps de plenitudine
* poteſtatis procederet, ut aliàs ex * communi
ſcripſi,conſi.16.nume.47.quibus addo Lauren.
Chircou.commun.opin.Centur.3.concluſ.88.
Natta conſi.589.num.20.amplè, Fernan.Vaſq.
* de controu.Illuſtr.capit. 26. ubi de * communi.
num.16.& c.3.lib.1.nu.1.2.& 3.adnotans nu.5.
ex mente ſcribentium, conuentiones ex contra
ctu Principis, tã efficaciter obligare, quod vim
legis habeant, & tanquam leges in iudicio alle-
gentur. tradit in propoſito Roderic. Soarez. d.
alleg.8.in primo nu.4.& ſeq. Vaſq. de controu.
Illuſtr.ca.4.in primo fuſiſſimè,hoc dictum com-
probantes, quod Princeps ſucceſſor teneatur
ſeruare pacta,& contractus prædeceſſoris, colli
guntur,per Mendoſ.ad Roman. uerbo traderet.
conſ.352.nu.24.

Secundo, excludendo penitus intentionem
37 uniuerſitatis & fiſci,conſideratã, illos ſine actio-
ne experiri, propterea repellendos a iudicij li-
mine,vulgar.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff. de negot.
geſt. Bartol.in l.ubi pactum nume.7. C. de tran-
ſact. Alexand.conſi.136.num. 9. uolum.ſecund.
Iaſ.in §.ſupereſt,num.106.inſtit. de actio. Hocq;
demonſtrabam, retorquendo a ſufficienti par-
tium enumeratione, quod validum & neceſſa-
rium reputatur. l. obligationem ferè.§. placer.ff.
de action.& obligation.Euerard.locorum com
munium regul.51. Ioan. de Arno. in locis topi-
cis c.11.

38 Et reſpectu uniuerſitatis, Primo, quia rei uen-
dicationem, ſeu realem actionem, nullam ha-
ber,cum dominium directum, ſeu utile nunquã
habuerit uniuerſitas, nec res eo modo ab aduer
ſario poſſideatur, quæ tamen extrema in dicta
actione requirũtur,l.unica. C. de alien.iud.mut.
cauſa fact.Iaſ.in §.omnium.num.66.& 76.inſt.
de actionib.

Secundo, publicianã minus exercere poteſt,
cum nec titulum, nec poſſeſſionem reſpectu di-
cti Caſtri habuerit, quod tamen neceſſarium in
perſona agentis erat,§.aliæ.ubi Iaſ.nu.55.Inſtit.
de action. cap. Abbate ſanè, de re iud. in 6.cum
vulgari.

Tertio,ſi uoluit agere actione perſonali,ex ſti
pulatu reſultante ex dicto contractu uel pacto
de

de non alienando , ueſtito cohærentia contra-
ctus. ad not. in l. in bonæ fidei.& l.petens. C.de
pact.& l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.eod.titu.vel
actione præſcriptis verbis.facio vt facias.ex l. 1.
ff.de præſcript. verbis. Minus competere poteſt
aduerſus nobiles de Nattis inueſtitos,tum quia,
cum dominis de Nattis non contraxerunt Cõ-
mune , & dict. vniuerſitas, necullus contractus,
ſeu quaſi maleficium interceſſit inter eos,nihil-
que geſtum eſt, & cõſequenter nulla obligatio,
& actio orta, l.licet. §.ea obligatio, & ibi not.ff.
de procur.l.ſi in area.ff.de condit.indebi.l. actio
num.ff.genera.ff.de action.& obligatio.§.in per
ſona. §. omnium, Inſtitut.eodem titu.tum quia
iſtæ actiones non competant aduerſus ſingula-
rem ſucceſſorem, in quem res prohibita aliena-
ri tranſierit,l.pri.§.ſi hæres.ff. ad Trebellian.l.fi.
in fin.ff.de contrahen. emption. & l.cum preci.
bus.C.de rerum permuta. qui text.in indiuiduo
probat, quòd ſi tibi fundum dedi,vt tu mihi da-
res domum , & fundo accepto vendidiſti Titio
illud totum , nec domum tradidiſti , equidem
mihi non competit actio aduerſus Titium pro
fundo,ſed tantum contra te , vel vt reddas fun-
dum , vel vt obſerues promiſſa . ad idem facit.
l.dolus.C.de reſcind.vendit.& tradunt in termi
nis noſtris Socin. ſen.conſil.4. num.2.volum.3.
Natta conſil.589.num.2.Port.Imol.conſi.2.nu
me.64. & 65. nec diſſentit Octau.Cacher.deciſ.
Pedem.40.numero 6.cum ſequen.ſubdens nul-
lum officium Iudicis competere , cum illud de-
ſtitutis tantum actione concedatur.gl.in l.ideo.
§.fi.ff.de cond.fur.

Quarto , ſi cõmune & homines Tõgi, medio
39 † hyppothecariæ vellẽt uti retentione Caſtri &
iurium ſuorum , donec pactum dictæ Vniuerſi-
tati impleretur,iuxta.l. rẽ alienam.ff.de pignor.
action.l.cum res.C.ſi res alien.pignor.dico ſimi
liter iſtud remedium illis non competere.

Primo, quia non fuit in libello petitum , ſed
reſciſſio inueſtituræ dominorum de Nattis tan-
tum , & iudex non petitis non reſpondeat. l.
ut fundus . ff. communi diuidun. capit. licet de
ſimon.

Secundo hyppothecaria hęc non cõpeteret
ad Caſtrum,ſed ad intereſſe tantum,per Princi-
pem debitum dicto communi,propter pactum
inobſeruatum,ut ſupra in primo argumento.

Tertio minus procedit,nõ excuſſo prius prin
cipali, Auth.hoc ſi debitor.C.de pignor.Socin.
dicto conſil.4.num.2.in fi. Natta conſi.531.nu.
5.& dict.conſil.589.num.4.quo loci reſoluit,re
medium quoque æquitatis. l. ſi me & Titium.ff.
ſi cert.pet.ceſſare.vnde ſi nulla actio communi-
tati competit damnabitur in expenſis,uti teme-
re agens.l.cum quem temere.ff. de iudic.l.1.ff.ſi
mens.falſ.mod.dixer. Alexand. conſil.152.nu.
4.5.& uolum.6.

Reſpectu vero Principis Excellentiſſimi con
40 ſiderabam,aut eſt † hæres Marchionum præde-
ceſſorum , & tunc res eſt in dubia. ut formaliter
inquit Alba.dicto conſil.67.num.10.verſic.4.ra
tio eſt notiſsima,quia compellitur ſeruare facta
defuncti, nec contrauenire poteſt,vulg.l.cum a
matre.C.de rei uend.l.1.& 2.C.de hæred.actio.
Socin.ſen.d. conſi.4.num.1.volum.3.quinimo
de euictione promiſſa tenetur. l. 2. & l.quidam
ex parte.C.de euictio. Bertrand.conſil.135.nu.
8.volum.4.& ſi res ipſa euincerentur propter di
ctum pactum cum Communitate initum, & Ca
ſtrum ab eodem Principe vendicaretur , nulla
exiſtẽte inueſtitura dominorum de Nattis. cum
non inconuenit , quem teneri vti hæredem, de
euictione,licet alienatum nulliter reuocet,l.fina.
C.de euiction.Deci. conſi. 185.nume. 29.circa
fin.poſt Alexand.conſi.109.nume.4. uolum.4.
Bald.conſi.82.uolu.primo. Videmus enim, pro
41 feudo alienato,euictioni locum non eſſe,nec ad
precium , ſi tamen emptor rei qualitatem ſcie-
bat ſecus, Cardin. in clemen. 1.quæſtion.25.de
rebus Eccleſ.non alien.Alciat. conſi.133.nu.5.
Curt.de feud.par. 4. quæſtio. 28.hanc commu-
nem aſſerit ex illorum mente Caballin. tract.de
euict.§.4.num.50.& §.5.num.34.& ſequẽ. uel ſi
42 ſciens rem alienam,vel feudum emens prouidit
ſibi pacto expreſſo de euictione,per l. ſi fundum
C.de euict. Bartol. in l. quemadmodum.nume-
ro 10.C.de agri.& cenſ.lib. 10. Tiraquel. de re-
tract.§.12.gloſſ.1.nume. 1. Aymo conſi.64.nu-
mero 4.Alciat.conſi.133.num. 5. ſeu id ex con-
iecturis colligatur, cum utroque caſu competat
euictio Deci.conſil.79.& 297.Alciat.conſ.138.
Caballin.de euictio.§.5.nume. 31.& 35. deduxi
àliàs latè in caſa Nobilium de Balneo & Piperar-
riæ,& eſt conſi.173.in lib. ſecund. cumque do-
minus Henrietus Natta uel ignorauerit pactum
Communitatis, uel ſciens prouiderit expreſſe
de euictione,nemini dubium fore cenſeo, quin
Excellentiſſimus Princeps , ſi hæres eſt , de cui.
43 ctione teneatur , vt in præſenti agentem tanto
magis repellat exceptio.l.vendicantem, de eui-
ction.Rom.conſi.457. ſub nume.2.Dec. conſil.
86.ſub num.4.Curt. ſen. conſi.63.nu.4. Bellon.
conſi.24.num.13.Rimin. conſ. 39.num.37.pro
regula.cum limitat.tradit Caballinus ubi ſupra.
§.5.num.2.

At ſi perſona Excellentiſſimi Ducis Mantuæ
Marchionis Montisferrati conſideratur,uti ſuc-
ceſſor in dignitate tantum Marchionali , tunc
Primo loco dico , ipſum cogi omnino ſeruare
alienationes,conuentiones,& cõtractus præde-
ceſſorum ſuorum, ad ſuperius notata in fine pri
mi argu.ac ne dentur occaſio (vt inquiũt ſcribẽ
tes) qđ oĩum eſſet exul,cũ ſit oĩum præſul.uidẽ-
tes enim priuati homines contractus Principũ
44 uiolari, abſtinerent a negotijs, ipſiq; Principes
impediti contrahere, commerciave inire,eſſent
deterioris conditionis hominibus priuatis, Pa-
riſ.d.conſi.1.num.1.Socin. iun. conſilio 94.nu-
mero 2.uol.2.Rom. qui hac ſpeciali ratione vti-

tur, conſi. 352. num. 24. vbi amplè Mendoſ. in
apoſtil. Carerer. Socin. inn. conſ. 94. num. 2. vol.
2. Roland. a Valle conſi. 45. nume. 10. & conſi.
13. num. 37. volum. 3. Crotus conſil. 156. nu. 41.
lib. 2. Roderic. Soarez. allegar. nu. 2. & pro qua
adducitur illud egregium Ariſtotelis, O Alexan
der ſerua pacta, & conuenta, alias malus tibi ſe-
quetur exitus. de quo per Iaſ. Roma. & Mendo-
ſium, vbi ſupra, & Gomez. in c. 1. nume. 141. de
conſt. in 6.

Secundo conſidero, eſto quod non ſit hæres
Marchionis Io. Iacobi alienãtis, ſed tantum ſuc-
ceſſor in dignitate, quemadmodum negat com
munitas ipſum aſtringi ſeruare inueſtituram do
minorum de Nattis, ita nec tenebitur pactum
cum dicta vniuerſitate initum exequi, arguẽdo
a generalitate, quæ infert in quamlibet ſpeciem
& generaliter operatur. l. emptor. §. Lucius. de
pact. Bald. in l. conuenticulam. nu. 3. in fi. C. de
epiſc. & cleric.

Tertio, Nobiles de Nattis inueſtiti ſunt ab ex
cellentiſſimo nunc Duce Mantuæ & Marchio-
ne, eiſdem modis, forma, & pacto, ſicut & prout
antea erant antiquitus inueſtiti domini de Nat-
tis, vt clare conſtat inter alias in inueſtitura do-
mini Hectoris anno 1560. Februarij confecta.
45 Cumque † relatum ſit in referente, vulg. l. aſſe
tot. ff. de hæredi. inſtitut. Bartol. in l. 1. ff. de re-
cept. Paris conſil. 16. num. 5. uolum. 2. & conſil.
5. nume. 6. volum. 1. Bald. conſil. 331. volu. 5. &
in feudo loquentes. Alexand. conſ. 30. volu. pri.
Brun. conſi. 78. nume. 8. Bero. conſi. 140. nu. 35.
volum. 2. Octau. Cacher. deciſ Pedem. 23. num.
41. Gram. deciſ. 59. nume. 22. Menoch. conſilio
pri. nume. 64. Celſus Hugo. conſil. 113. nume. 9.
Curt. iun. conſi. 131. num. 35. & ſeq. volu. 3. Ri-
min. iun. conſil. 1. num. 52. & conſi. 5. nume. 43.
apparet Principem ex propria perſona teneri,
ac ſi ipſe dictum feudum, in Nattas alienaſſet,
quod conſiderat Iaſ. conſil. 1. num. 2. in fine ſe-
cundi dubij, volum. pri. Bald. conſi. 159. ſub nu-
me. 5. volum. 3. & Cæphal. conſi. 155. num. 4. vo
lum. ſecund. ex quibus collectis, nullam actio-
nem dictæ Communitati & fiſco cõpetere, cer-
to dignoſcitur.

Tertio principaliter moueor, nam & ſi actio
competeret, pactumque Domini trãſlationem
impediſſet, videntur tamen omnia ſublata ex
expreſſa renuntia, conſenſu, & voluntate, dicti
Communis, & hominum, qui in inſtrumento
trãſactionis vltimo celebrato die 3. Maij 1435.
renuntiant Poteſtariæ Tõgi officium, cum emo
lumentis, ac quindecim ducatos annuatim exi-
gendos à Marchionibus, vel ab eis tenentibus
& poſſidentibus tunc Caſtrum Tongi, Renun-
tiantque ſimiliter cõuentiones, & pacta, de qui-
bus in primo inſtrumento cũ Marchione Theo
doro cõfecto, cuius plenam notitiã habere pro
feſſi ſunt, cum ideo expreſſe per tranſactionem
illam acceptãdo furnos cũ illorum emolumen-
tis, comprobauerũt alienationes factas in alios,
per dictos Marchiones. ſæpius enim in dicto in
ſtrumento ſtipulatur nomine illorum, qui tunc
tenebat & poſſidebant dict. Caſtrum, & eiſdem
fit renuntia & ceſſio, quod eſſe nequit, niſi per
alienationes à Marchionibus factas, argu. à con
ceſſione antecedentis. l. qui procuratorem. ff. de
procurat. Euerar. locorum commu. à conceſſio
ne reg. 94. & 95. vnde cum pacta a priori, de nõ
alienando, quorum ſcientiam profitentur, renũ
tiarint, apparet ipſos omni iure excluſos, cũ re-
mittenti ius ſuum non detur regreſſus, l. quæri-
tur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. Quoties enim
46 † quis ratificat alienationem, perdit ius & do-
minium ſuum, quod acquiritur emptori. l. qui.
dam. ff. de euict. l. pri. & ſecund. C. de reb. alien.
non alien. cap. prim. §. ſi autem aliquis de in-
ueſt. inter domin. & vaſall. l. pri. C. ſi aduerſ. do-
na. cum vulgar. nec approbatum ſemel amplius
improbetur regul. quod ſemel placuit. de regul.
iur. l. Pomponius. ff. de negot. geſt. Gozad. con-
ſilio 3. num. 19. Socin. iun. conſilio 33. nume. 7.
volum. prim.

Et ſi opponeretur Communitatem ſeu Vni-
uerſitatem Tongi, ignorãtem id non feciſſe ex-
preſſe, ſed tantũ quoſdam particulares, vti Syn
dicos, & procuratores Communis, quibus nõ
eſt credendum pro mandato, cum nec mille an
nis præſumatur, & ipſis tantum non ſucceſſori-
bus naſcituris præiudiciũ attulerint, ut ſuperius
in primo argumento dixi, pro Communitate.

Reſpõdetur namq; Syndicos electos ab Vni
uerſitate, illi præiudicaſſe, & cum Domino po-
tuiſſe tranſigere. l. Præſes. C. de tranſact. Aleiat.
** reſponſ. 167. nume. 7. rurſus, ex ** communiori,
veriori, & uſu ſeruata opinione, in antiquis
47 † mandatum legitimumque præſumi, ſi enun-
tietur inter partes præſentes, uel ſi à fide digno,
vel in his, quæ uero ſimiliter quis facturus, ſine
mandato non fuiſſet, Gozadin. conſil. 96. colu.
fin. conſi. 11. num. 11. Deci. conſi. 36. Viui. com-
mun. opinion. verbo mandatum. Crauet. de an
tiq. tempor. 2. par. 34. & ſeq. Soarez. recept. ſen-
ten. uerbo mandatum. num. 31. quod aliàs ſe-
quutum eſt Rotæ Romanæ Auditoriũ per Caſ
ſad. deciſ. 3. de procur. Puteum in collectis ſuis
de procur. deciſ. 4. Achill. de fid. inſtrum. ubi de
commun. deciſ. 3. ſcripſi aliàs. conſ. 24. num. 21.
quibus addo Stephanum Lambertengum, ſu-
per ſtatuto prohi. mulier. cõtrahe. ſine conſenſ.
gloſ. 7. verbo conſenſus. nume. 68. in caſu feudi
Status Montisferrati, Hyppolit. Rimin. conſi. 6.
** num. 117. & 118. & nouiſſimè dicens ab hac **
communiori in iudicando, non eſſe recedendũ
Simon de Pretis conſi. 79. nume. 29. qui in caſu
alienationis factæ per Syndicos uniuerſitatis
Scapezanæ conſuluit.

Secundo, in d. inſtrumento fit atteſtatio per
D. Antonium de Rippis notarium dict. Syndi-
corum mandatum plenum ſpeciale habuiſſe,

& ibi

& ibi fuiſſe receptum exibitumque in publicam
formam & ſcriptum per Dominum Iacobũ va
lutariam notarium Tongi, die.29. Aprilis 1435.
& proteſtatum, ſolẽniter omnia facta & valida-
ta fuiſſe, ac ſcientia plenam contentorum in
prima conuentione habuiſſe, ut hinc duo infe-
rantur. Primum, quod ipſi notario & cancella-
43 rio dicti Illuſtriſſimi Dom. Marchionis, ut † viro
graui & fidedigno credatur, argumento glo. in
l. Titio fund. vbi Barto. ff. de condi. & demonſt.
Iaſ. in l. iubemus colum. fin. C. de iudic. in nota-
rio loquens Neuiz. conſi. 34. num. 49. Alba. cõſ.
51. nume. 2. Rimi. iun. conſi. 6. num. 114. alte-
49 rum, quod † atteſtatio notarii circa hæc inter
partes fidem faciat, Deci. in auth. ſi quis in ali-
quo num. 39. C. de edend. Port. Imol. conſil. 32.
num. 16. & ſi ei creditur, tum mandatum, tum
ſolemnitatem, tum ſcientiam probatam affir-
mabimus.

Quod tertio ratione demonſtro, nam à dicta
tranſactione citra, fluxerunt 135. anni. ſic anti-
50 quiſſimum † & immemorabile tempus, quod ſi
ue in præſcriptione, ſiue in conſuetudine conſi-
deratum, vere ad omnia neceſſaria, nempe con-
ceſſionem, mandatum, ac ſcientiam interueniſ-
ſe operatur; cum ſi ad effectum talem, mille re-
rum, & qualitatum concurſus ac interuentus fo
rẽt neceſſarij, omnes interfuiſſe præſumeretur.
per l. 2. in pri. ff. aqua pluu. arcen. d. l. ſi. C. vnde
vi. c. 1. vbi Canon. de præſcript. in 6. not. Craue.
de antiqu. tempor. 4. part. nume. 127. 220. 227.
cum ſeq. Natta in propoſito conſi. 589. num. 8.
in 3. Vaſqu. de controu. Illuſtr. cap. 61. num. 12.
25. & ſequ. ac cap. 81. lib. 2. num. 17. ac extrinſe-
51 ca † ſolemnitas in dubio ex diuturno tempore
30. annorum prę́ſumitur, Tiraquel. ubi ſupra,
in gloſſ. 7. num. 39. & 40. Rom. cum apoſt. Men-
doſ. conſi. 252. num. 3. verbo, diuturnitas, & ver
bo temporis. & in vniuerſitate loquens Simon
de Pretis conſil. 79. à num. 12. ad num. 29. & cõ
ſil. 75. num. 6. ac cæteros de veriori & commu-
** niori ** atteſtantes refert Stephan. Lambertẽg.
ſuper ſtatu. prohib. mulier. contrah. ſine certa
ſolemnitate. num. 7. verbo. conſenſus. num. 61.
quanto fortius id erit ex ſpacio 135. annorum,
quo Rotæ Romanæ Auditorium, iudicaſſe con-
ſenſum ſuperioris & ſolennitatis interueniſſe
præſumi, ait Fabius Peregrin. de præſcrip. de-
ciſ. 22. ſequitur Siluan. conſi. 97. nume. 6. cum
ſequ. & ita operatur, ut contra prę́ſumptionem
iuris & de iure nulla in contrarium admittatur
52 † probatio, poſt curſum temporis immemorabi
lis. Paris conſi. 27. nume. 82. volu. pri. Curt. iun.
conſi. 20. nu. 6. cum ſeq. Anton. Gabr. commun.
* conclu. de præſcrip. nu. 50. omnes * id tenere in
quit Vaſqui. de contro. Illuſtr. cap. 84. num. 12.
Natta conſi. 524. nu. 17.

Quarto colligitur rurſus omnis ſpontaneus
ac expreſſus conſenſus ex ſequela facti, dum cõ
manitas legitimè congregata, anno. 1436. 20.
Octobris, recognouerit dominum Henricum
in dominum, eiuſque Caſtellanum in Iudicem,
licentiam obtinuerit conſtruẽdi molendinum,
promiſerit d. Henricto & hæredibus tradere
tertiam partem molituræ, vt in dicto inſtrumen
to; quod & nunc ſeruatur prout furnos poſſe-
dit ad hæc vſque tempora, dictos nobiles in do-
minos recognouit, ſoluitque quindecim duca-
tos annos, pro officio Poteſtariæ, vt proba-
tum eſt concludenter, per innumeros teſtes, de
inſitentia concludentes, ex qua immobilium
53 † poſſeſſio iuxta communem probatur, teſte
Menoch. de recupera. poſſeſſ. remed. 3. nu. 561.
ad quæ omnia, partes per illud inſtrumentum
obligantur, & qui conſenſus ex illis reſultans,
ſatis dicitur expreſſus, per ea, quæ tradit Soci.
ſen. conſil. 112. num. 8. volum. pri. vbi deducens
54 tres modos agnoſcendi expreſſum † cõſenſum,
ait quod primo verbis exprimitur. puta ego cõ-
ſentio. ſecundo ſi ſignis exterioribus, vt hic de-
monſtretur. tertio, cum ex generalitate verbo-
rum loquentis colligitur tacita mens contrahen
tis. refert & ſequitur Celſus Hugo conſilio 60.
num. 28. idque comprobo, quia ſolutio quinde-
55 cim ducatorum, † poſſeſſio furnorum continge
re ſaltem præſumptionem iuris nequit niſi vir-
tute & in exequutione dictæ tranſactionis & re
nuntiæ præambulæ, l. 2. vbi Bartol. C. de acquir.
poſſeſſ. l. quædam mulier. ff. de rei vendicatio-
ne Socin. ſen. ſen. conſil. 15. nu. 7. volum. 4. Bar-
bat. conſil. 11. num. 22. volum. 2. Alba. conſi. 64.
nume. 32. Alciat. tract. præſumpt. reg. 2. cap. 23.
quod procedit, etiam ſi cauſa vel titulus præceſ-
ſiſſet ex interuallo, l. triticum, vbi gloſſ. Bartol. &
DD. ff. de verbo. obligat. Natta conſil. 506. num.
31. & ſequ. volum. 3. & vbi in aliquo caſu con-
currunt cauſa voluntaria, & cauſa neceſſaria,
in dubio præſumitur actus factus, ob cauſam
neceſſariam, non autem voluntariam. l. fin. vbi
Barto. ff. de alimen. pupill. præſt. Bald. conſi. 351.
colum. 9. uolum. 5. Crauet. conſi. 135. nume. 11.
dicens. inueſtituram Marchionis factam, cenſe-
ri neceſſario in exequutione cuiuſdam decreti
Marchionalis præambuli. & ſecundum illud in-
telligi debere, ſic in præſenti præſumetur neceſ-
ſario homines ſoluiſſe intuitu dictæ tranſactio-
nis, & expreſſe approbaſſe, & ratificaſſe renun-
tiam priorum pactorum, cum facti vere detur
voluntas intelligi. l. Paulus. ff. rem rat. habe. l. de
quibus. ff. de legib. Natta dicto conſil. 589. num.
6. volum. 3.

Quinto, & fortius reſpondeo, quod, & ſi con
ſenſus tantum tacitus & actus ſubſequens in-
terueniſſet, ſufficeret, cum Communitatis con-
ſenſus requiratur, pro ſui præiudicij intereſ-
ſe tantum, non ad ualidandum actum, nec pro
56 ſolemnitate, uel forma aliqua, ideo † & taci-
tus præſumptus, ac ſubſequens, ſatis erit, Areti.
& cæteri in l. 2. §. uoluntatem. ff. ſolut. matrimo.
Tiraq. pro more, de legibus connubial. gloſ. 7.

nume.14.15.49.& ſeq.& gloſſ.6.nume.37.Ste-
phan. Lamberteg. ſuper ſtatu. probib. mulier.
contra. ſine cert.ſolemnit. 7.verbo conſenſus,
in pri.& num.23.Quod in terminis Communi
tatis, & hominum Caſtri conſentientium alie-
nationi iam probibite voluit,Crau.conſ.54.nu-
me.4. Iaſ. conſi.56.num.3.vol.1. Vaſp.de con-
trou. Illuſtr.cap.4.nume.5. Alciat.reſponſ.167.
2. dubio.num.8.& ſeq.ex reſponſo.451 nume.
16. Simon. de Pretis conſilio. 79.numero 14.
cum ſeq.

Sexto, pro reſponſione animaduertebam,d.
hominum paciſcentiam conſenſum,non præiu
dicaſſe ſibi ipſis tantum, ſed & poſteris ſuis,ac
omnibus in futurum, dictam communiratẽ re-
præſentantibus, quando Populus,Communi-
57 tas Reſpublica,† ſeu Vniuerſitas, de qua in præ
ſenti ſemper duret, & ſit eadem,mortuis etiã cõ
ſentientibus, per alios ſibi ſubrogatos, & actus
per illam geſti, puta contractus,compromiſſũ,
& ſimilia, durent perpetuo vltra centum annos,
etiam extinctis illis, qui in actu vere interuene-
runt, quando nunquam moriatur, & eadem ſit
ſubſtantia, licet accidens mutetur, per text.in l.
proponebatur.in fin.vbi Bald. Caſtr.& Angel.
ff. de iud.l.1.§.fi.ff.ſi quis iuſdicen.non obtẽper.
l.ſi gregi.ff.de legib. Dec.conſi.61.num.3.egre-
gie ſcribit. Calderin.conſil.21.Bald.conſil.159.
num.3.& ſeq.volum.3.in propoſito Natta con-
ſil.589.num.15.cum ſeq.volum.3.ac nouiſſimè
Hipp. Rimin.iun.conſi.6.num.103.104.& ſeq.
lib.pri.Quibus non reſragatur doctr.Caſtr.cõſi.
70.num.6.volum.pri.cum ipſe, & iura per eum
allegata loquãtur in perſonis ſingularibus, quæ
moriuntur, & habent ſanguinis & generis ſuc-
ceſſores, quibus per factum defunctorum in ac-
quiſitis ex pacto,induſtria & beneficio maiorũ,
nullum paratur præiudicium, vt in feudo ex pa
cto & prouidentia concludunt feudiſtæ, in c.1.
an agnat. vel fil.cap.1.§.ſimiliter in fi. de capita.
qui cur. vend. cap. 1.§.hoc quoque de ſucceſſ.
feud. not. Tom. Marin. de feud.ex pact.& pro-
uident. nu.25,cum ſeq. At diuerſum in Vniuer-
ſitate & communitate hominum, quæ nunquã
58 moritur,ſed ſemper viuit & durat.† Contractuſ
que per illam geſti perpetuo omnino cenſean-
tur, ad not.in d.l.proponebatur.ff.de iud.& ita
reſpõdebat Natta d. conſi. 589. nu. 15.nec diſ-
ſentit virtualiter Aleiat.conſi.167.num.9. Hinc
bannum cõtra Vniuerſitatem latum,poteſt exe
qui, mortuis etiam omnibus,qui erant de Vni-
uerſitate tempore banni, contra ſucceſſores &
alios ſi dicta Communitas & collegiũ ſemper
perſeuerauit per ſubſtitutos, & ſubrogatos.
Nellus tract.de bannit.in fi.d.tract.num.16. Mi-
nus obſtabunt ſcripta per Vaſquiũ de cõtrou.
Illuſtr. cap.82.num.9.quin.& in propoſito ſer-
uiat, dum ſubdit.in fi.hoc minime procedere,
ſi per tempus immemorabile (quod hic interue
nit) homines fuerint ſub ditione aliena, cum ne
mini tunc reuocatio,vel ſubductio permittatur,
per quæ rurſus ſublatum primum fundamen-
tum pro vniuerſitate Tongi factum cenſeo.

Quarto, Ius Nobilium Reorum omiſſis alijs,
& illorum inueſtitura deducebam,ex poſſeſſio-
ne temporis immemorabilis d. Caſtri, hominũ
iuriſdictionis etiam criminalis, & regalium Tõ-
gi, ac dd. hominum, ſeu vallorum aſſenſu, &
recognitione dominorũ de Nattis,pro tempo-
re in dominos, quod manifeſtè cõcludunt quã
plurimi, & 18. teſtes interrogati ſuper pri.2.&
3. capitulo primi examinis, ad inſtanriam nob.
de Nattis producti,iuxta ordinẽ proceſſus,pro-
pterea ex tot iuriũ quaſi poſſeſſione, ſeu cõſue-
59 tudine † temporis immemorabilis, vel centum
annorum,quod idem eſt, per Socin.iun.conſil.
6.num. 10.volum.3. Curt.iun.conſil.90.nume.
* 12. vbi de * communi & cæteros adductus per
Stephan. Lamberteng. ſuper ſtatut.prohi. mu-
lier. contrah. ſine conſenſu duorum gloſſ.prim.
verſicul.in alienationibus.numero 307.Simon.
de Pretis conſil.75.num.3.cenſeantur dicti No-
biles,vti domini, ius in homines Tongi,vti va-
ſallos habere.

Primo ex cõceſſione legitima, & Priuilegio
60 Principis, quæ dictum tempus † immemorabi-
le inducunt. cap. ſuper quibuſdam.§.præterea.
vbi gloſſ.verbo non extat.de verbo.ſignifi. Ale
xand. conſil. 6. volum. pri. Rip. in l.quominus.
num.4.ff.de flumin.poſt. Abb.Hoſtien.Butr.do
min.Anna.Bald.Iſern.Cinum,Salic.Caſtr.Cra-
uet. Cepol.Caſſan.Gozad.Marſil.Oldr.Ancha.
Fulgoſ. Iaſ. Felin. Cuman. Corn. Socin. Rom.
Aret.deci. Affli. Balbũ,Card.Francũ,Iacobinũ,
Balba.Curt.Paris.Gramat.Lofred.Grat.ac pro-
* pè innumeros doctores,quos ex * communi &
probata regula recenſet Anton. Gabriel.com-
mu. concluſ.de præſcript.concluſ.1.num.1.qui
bus addo Balbũ de præſcrip.2.par.3.par.prin-
cip.quæſt.6.Siluan.conſi.1.num.115.conſi.59.
num.10. Natta conſ.485.num.15.Neuiz.conſi.
11. nu.8. Vaſq.de controu. Illuſt.cap.84.nu.10.
cum ſeq.Thob.Non conſi.47.num.3.Menoch.
de arbitr. iudic.cent.1.caſu 43. Cæphal.conſil.
102.num.41.volum.2. Hieronim. Gabriel.con-
ſil. 164. num. 13.& 163.nume. 16.vbi declarat,
61 † Quod dictum ad regalia extendit ſolet,quæ ex
dicto longiſſimo, ſeu tempore centum anno-
rum ſic immemorabili acquiruntur,Ioann.Gal-
licum conſil. 2. nume. 91.volum.2.conſil.feud.
Gabr. vbi ſupra nume.3.& per alios Siluan.in
cauſa dicti Marchionatus loquens, conſi.97.nu
* me. 4.vbi de communi, * Stephan. Lambertẽg.
d.ſtatut. prohib. mulier. contrah.ſine conſenſu
gloſſ.prim.verbo, in alienationibus.nume.309.
qui ex mente dd.dictum illud commune ſimili
ter procedere inquiunt, etiam quod de ſcientia
Principis vel officialium non conſtaret.Rurſus
62 † & ad ſpirituali extendi copioſè refert Port.
Imol. conſil.28.num.22.cum ſeq.& 97.num.3.

Alba.

Alba.conſi.62.nu.14.Vaſq.de ſucceſſ.par.1.§.2.num.25.lib.3.Natta conſi.446.nu.12.cum ſeq.&456.nu.10.

63 Secũdo, † ab ipſo Principe uel Imperatore immediate prouenire idem ius cõfirmabam, cum tantum tempus immemorabile poſſit, quantum Princeps ipſe, Iſern.in c.1.§.flumina quæ ſint regalia, Gozad.conſi.8.num.37.Roland. a Valle, conſi.51.num.14.uolu.3.& conſ.66.per totum uol.2.Ant.Gabr.ubi ſup.nu.7.& num.67.Natta conſi.283.in 1.& 145.nu.5.& 6.Menoch.conſ.90.num.80.

64 Tertiò, a lege quando vim legis conſuetudo tãti temporis obtineat, glo.in d.§.præterea.Card.conſi.118.num.14.Gabr.d.concluſ.1.nu.65.ponens.13.effect.d.temporis immemorabilis, qui omnes ferè rectè caſui præſenti adaptantur, vt puta, quod uim conſtituti, inſtrumenti publici, pacti ueritatis, tituliſque ſortiatur, & ex illo dominium directum acquiratur, etiam quod ſcientia aduerſantium abeſſet, ut hęc omnia poſt citatos ſuperius admittũt, Vaſqui.de controu.Illuſt.c.84.nu.10.cap.81.nu.3.Rolan.d.conſ.66.Celſus Hugo.conſi.12.num.13.Bero.conſ.113.nu.7.115.num.24.& ſeq.ac conſi.84.nu.30.& 31.uol.1.Caſſan.conſuetu.Burgund.Rub.1.§.2.pagin.26.nu.8.& ſeq.& Rubrica.11.§.2.pag.350.num.6.& 7.Aleiat.conſulens pro communitate Caſerij conſi.208.in 1.ample Stephan.Lamberteng.ubi ſupra num.308.Simon de Prætis conſilio 75.num.6.& per totum.Omni ergo iure, ex dicto tempore reos conuentos, iuſtitiam fouere arbitror.Quibus non obeſt, quod teſtes concludenter non probent tempus, cuius initij nõ extat memoria in contrarium.

Primo enim dicitur, imo per quamplurimos id formiter probari, ſi illorum dicta recto ſenſu conſiderentur ſuper 1.2.& 3.primi examinis.

Secundo conſtat ex confeſſione partis in illius precibus, de quaſi poſſeſſione longiſſimi tẽporis, qua nulla maior & validior probatio redditur.l.cum præcum.ff.de liber.cauſ.ubi Bald.& Salyc.Dec.conſi.354.uolum.2.Afflict.deciſ.71.Gabr.de confeſſio.concluſ.4.

Tertio, immemorabilis temporis poſſeſſio oſtẽditur ex diuerſis ſcripturis præcipue electionibus notariorum, condemnationibus criminalibus, exequutionibus, capturis malefactorum, deputatione Caſtellanorum, & ſimilibus exhibitis in actis, & præcipuè ex quadam ſententia diffinitiua aliàs lata anno 1440.inter D. Henrietũ Nattam, & uti inueſtitum de Caſtro & omnimoda iuriſdictione ex una, & Commu. & homines Tongi ex altera, in gratiam.d.Nobilium, ſuper oneribus imponendis, & exigendis, quo ad terras acquiſitas & acquirendas per ipſum.d.Nattam, & illius ſucceſſores, in qua enunciatur, per dictos iudices præſentibus partibus, inueſtiturã domini Henrieti fuiſſe productam, & viſam, ſyndicos, & procuratores legitimus dictæ Cõmunitatis præſentaſſe, & per iudices viſum fuiſſe dictum inſtrumentum conuentionum cum Marchione Theodoro initarum, rogatum per Guliélmum de Grazano anno 1382.die 11.Octobris, de quo ſupra, & multa earundem partium iura.Ex qua ſententia publicata, partib.præſentib.tempore antiquiſſimò, infraſcripta deduco.

65 Primo, † poſſeſſionem Caſtri Tõgi, & iuriſdictionis.dd.de Nattis, & hominum dictæ terræ ſubiectionem, & vaſallagium, cum omnia ibidẽ narrantur.poſſeſſio namque ex inſtrumentis ꝓbatur inter partes.l.prædia.ff.de acquiren.hęre.Rota in antiquis deciſ.87.Felyn.in c.inter dilectos.num.8.de fide inſtrum.poſt Bal.in l.fi.8.q.C.de edict.diui Adrian.tollen.& ex inſtrumentis antiquis, etiam in præiudicium tertij poſſeſſio (prout facti eſt, iuſtificatur, Soc.ſen.conſilio 187.num.3.vol.2.Oldrad.conſilio 199.colum.2.Crauet.conſil.54.num.11.Afflict.deciſ.324.nu.13.Dec.conſilio 26.in propoſito multa congerit.Alba.conſi.64.num.11.16.& 17.& num.5.dicens ex nominatione vaſallorum; ut hic, in
66 ſententiæ de antiquo lata poſſeſſionem † iuriſdictionis probari, atque dominium iuriſdictionis per antiquas ſcripturas, & per eundem.nu.23.ſequitur Menoch.de retinend.poſſeſſ.remed.3.num.571.& 574.

Secundo, ex illa ſententia colligitur ſcientia, & conſenſus dictæ Communitatis inueſtituræ dicti domini Henrieti, ſub anno 1435.quę dicto communi, & hominibus Tongi tranſmiſſa fuit, & in dicto proceſſu producta, rurſus & ſciẽtia conuentionum factarum anno 1382.cum Illuſtriſſimo Comite Theodoro, ſic pacti, de non alienando, cum enunciata in inſtrumento ſententia, vel ſcriptura, de antiquo, maxime annorum 100.probent etiam in tertij præiudicium, l.cum quis, vbi Bal.Alber.Salyc.Iaſ.& Caſtr.& Ale.C.de iure deliber.Dec.conſil.13.Vaſq.de contro.Illuſtr.cap.63.num.13.Qua propter, viſa inueſtitura domini Henrieti, & quaſi poſſeſſione iuriſdictionis dicti Caſtri, uti infeudati, de co non debebant aſſentire homines, ſed cõtradicere, ac reclamare, ne uoluntarie crederentur alienati, & ſibi ac ſucceſſoribus præiudicium illatu, per Iaſ.d.conſil.1.& 56.uolu.pri.Natta conſilio 589.num.6.Barbat.conſi.11.in pri.nu.22.uolumine ſecundo.

Tertio, infero, cum fuerit iudicatũ, ac cognitum, ſaltem incidenter ſuper dictis conuentionibus hominum Tongi, & pacto de non alienãdo, ac ſuper inueſtitura prima nobilium de Nattis productis, in illo iudicio anni 1440.Sententiaque trãſierit in iudicatum, quod amplius rei aduerſari nequeant, male enim feciſſent iudices abſoluendo dominos de Nattis, a petitis per dictam communitatem, ſi pactũ repugnaſſet, quia abſolui non potuerunt, niſi eo quod eſſent inueſtiti legitime de Caſtro, ſic pro terris ab illis poſſeſſis non tenerentur ad onera. Et ſi uidiſſent ex

pacto

Digitized by Google

pacto & conuentione præambula productis,nõ
potuiſſe inueſtiri,id declaraſſent, & contra nobi
67 les iudicaſſent.vnde † ſententia hæc inter partes
lata,non ſolum probat expreſſa in ea,ſed omne
neceſſarium antecedens. l. quod in diem. ff. de
compenſ.l.duobus.ff.de except. rei iud. l. 1.& 2.
C.ſi ex fal.inſtru.Alciat.in ſimili conſi. 10.nu.9.
cum ſeq.

Quarto, inſuper quaſi poſſeſſio dictæ iuriſdi-
ctionis iurium, per dictum tempus immemora-
bile, deducitur ex literis dictorum Nobilium de
Nattis,ſcriptis Caſtellano,anno 1495.23.Apri-
lis, ſuper Cuſtodia Turris Tongi, ex relatione
aduocati fiſcalis Excellentiſſimi Marchionis, ac
literis d.Marchionis.d.confirmationem confir-
mantibus ſub anno 1502. & ſententia Senatus
contra familiam de Gabianis, data anno 1521.
23.Septembris, & ex pluribus alijs electionibus
& deputationibus iuſdicentium in dicto loco fa
68 ctis per dictos Nobiles,de quibus in actis.† quæ
omnia iuriſdictionem, & ſuperioritatem deno-
tant,ut tradit Socin. conſi. 187.uolu.2.Roman.
conſi.70.num.13.Alba.d.conſi.64.num.8.cum
ſequen.& num.34.cum ſeq.Menoch. tractat.de
retinen.poſſeſſ.remed.3.nu.135. Conſtito itaq;
de hac temporis immemorabilis poſſeſſione
vel quaſi,ſequitur dictos Nobiles rite & recte cẽ
ſeri inueſtitos,& in ipſos Caſtrum Tongi, cum
iuriſdictione tranſlatum.

Iſtis minime repugnat, ſi per Communitatẽ,
quæ probauit ſua intereſſe,magis ſub Marchio-
nis,quàm inueſtitorum dominio eſſe,& inde dã
69 num pati,peteretur reſtitutio in integrum,ex ca
pite iuſtæ ignorantiæ pactorum antiquorum,
prout peti poſſet,etiam,quod Communitas per
* ſuos adminiſtratores regatur,ex cõmuni de qua
per Rom.conſi.223.uerſi.2.Celſus Hugo. conſ.
48.num.5.Gabr.commun. opin. verbo reſtitu-
tio.in prin.uel,quod tacite,vel expreſſe conſen-
ſiſſet in dictos Nobiles uti dominos,prout in ter
minis decidit Alciat.reſpo. 167. maxime, quod
pupillo æquipararetur per.l.Reſpublica.C.ex qui-
* bus cauſ. maior. * commune dictum atteſtatur
Soci.ſen.conſi.66.in 1.uolu.4. in propoſito late
Roland.a Valle conſi.68.num.20.& 21.uolu. 3.
Menoch.conſi.2.num.135. rurſus etiam Eccle-
ſiæ ipſi tantum gl.in c.quid ergo.25.q.4.Iodoc.
Burgenſ.in ſuo Enchiridio parium,verbo Eccle
ſia & Reſpublica,quæ ſemper reſtituuntur ex ca
pite.d.ignorantiæ,Vallam.d.conſi.68. num. 21.
& ſeq.in 3.

70 Quando reſtitutio in integrum aduerſum qua-
dragenariam præſcriptionem nõ competat,ſe-
* cundum vnam probatam & * communem opi-
nionem,in illo arduo articulo,qui deciſione Cę
ſarea indigeret,vt(prohdolor)omnes fere pri-
marij legum,ſibi ipſis,non tantum alijs, parum
conſtantes,atque contrarij legantur, de qua la-
tiſſime per Tiraq.de retract.lignai.§. 35.gloſſ.4.
num.37.Alexand.conſi.97.ac Socin.ſen.& iun.
Dec.Gozad. Rub. Aret. Alex.Curt.ſen.Barbat.
dilectum Gomez. Alci.& cæteros adductos per
Vaſq.de controu.Illuſtr.c.75.uerſi.contrarium,
& de ſucceſſ.par.2.§.26.num. 132. quem ſequi-
* tur poſt multos, qui de* communi atteſtantur
ibi relatos,Ioannes Fede.ad concluſ. commun.
Villabob.in uerbo reſtitutio,ſub num.46.in im-
preſſ.commun.opi. in fol. idem Arius Pinellus.
in auth.niſi tricenalis.num.59.C.de bon. mater.
per Rolan.a Valle con.68.num.9.& 19.licet vti
** **communiorem per totum conſi.teneat, vol.
3.hanc magis communem recenſet Bero.conſ.
56.num.42.& 44.uolum.3.admittit Port. Imol.
conſi.64.num.18.Simon de Prætis,conſilio 74.
num.14.Et licet multi contrariam vti veriorem,
** ac magis ** communem admittant,videlicet da
71 ritum aduerſus † præſcriptionem triginta anno
rum, quæ eſt ſine dubio omnium communis,
* tum aduerſum illam quadraginta annorum,
quod ita eſſe in utroque atteſtantur, Gozad. cõſ.
56.num.11.poſt Alex.citatum per Gribal. com.
opin.verbo reſtitutio.in fi.Petr.Benintend.deci.
Bonon.69.in prin.& 71.in pri. Octau. Cacher.
deciſ.69.num.16.ſecundum quam ſententiam,
ita cenſuit Senatus Pedemontium. Borgni. Ca-
ualc.de tutor.nu.142.& multi eam communem
atteſtantur,videlicet Ruy.Fel.Balb.Boer.& Cra-
uet.relati a Vaſq.d.cap.75.nu. 1. in pri.& fuſius
per Arium Pinel.in auth.niſi tricenalis.num.58.
C.de bon.mater.Mend.ad Ro. conſi. 123.nu.5.
verbo clauſula, dicentem, ita Regni conſilium
Neapol.& ſacrum Rotæ Auditorium iudicaſſe,
teſte Fabio Peregrin.deciſ.42.Villab. commun.
opin.verbo reſtitutio.nume.40.Thob. noni.lo-
quens de triginta annis conſi. 39. nu. 13. quam
affirmatiuam tutiorem inquit, Boui. de ſtat.ur-
bis præſcrip.gloſſ.19.nu.11.& 12.& quod hæc
** ſit magis ** cõmunis etiam quadragenaria præ
ſcriptione,tenet nouiſſime Rol.a Valle conſ.68.
per totum uol.3.Hipp. Rimin. iun.conſi.37.nu.
66. & in terminis propoſiti noſtri, Alciat. qui
** hanc magis ** communem admittit, pro vni-
uerſitate.d.reſponſ.167.

Attamen,qui hanc opinionem affirmatiuam
nempe compe tere recipiunt, dicunt procedere
72 ſolum,ubi ſit iuſta † ignorantiæ cauſa, at ſecus,ſi
aliqua veriſimilis ſcientia concurrat,ut hic,quia
* tunc omnis reſtitutio ceſſabit,ex * communi de
qua Benint.deciſ.Bonon.69.num.2.& 71.nu.2.
Alba.conſ.18.in primo Veruntamen cum non
ſolum triginta annorũ,ſed & quadraginta præ-
ſcriptio cum titulo adſit,probabiliſque præſum
pta ſcientia,ex ſolutionibus obedientia, ſententia,
& tot alia ſupra conſiderata,nemini dubium
ſit,quin a reſtitutione excludi debeat. Et tanto
fortius,cum adſit temporis immemorabilis cõ-
73 ſuetudo, contra quam nulla † reſtitutio nec ex
capite ignorantiæ cuiuſuis detur Salyc.Iaſ. Bar-
bat.& cæteri adducti a Socin.iun.conſ.54. nu.4.
& 12.uolu.1.Anton.Gabriel. lib. 5. de præſcri-

pti.

** pti.concluſ.2.nu.64. & hanc magis ** commu-
nem recenſet Arius Pinel.in auth.niſi tricenna-
lis.num.58.C.de bon.mater.Iaſ.conſi.9.num.2.
vol. 2.Crauet.conſil.201.num.37.in fine. Ruin.
conſi.103.num.6.& 20.uolu.5.Stephan.Lãber-
teng.ſuper ſtat.prohib.mulier.contrah.ſine cer-
ta ſolemnitate gloſſ. 1. uerbo in alienationibus.
nu.312.Vaſq.de ſucceſſ.pri.par.lib.3.§.26.num.
74 132.Datur enim † reſtitutio ex capite ignoran
tiæ Eccleſiæ,pauperibus,vel alijs, quibus currit
præſcriptio centum annorum intra quadrien-
nium tantum,poſt quadraginta annos. non au-
tem poſt centum, reiecta opinione Crauet. &
* Rubei,quam ex vera * communi ſequitur,Simõ
de Prætis conſi.75.num.28.iuxta receptam ſen
tentiam,ita nuncupatam per Bello.conſ.46.nu.
15.ſequitur Villabob.comm.opi. uerbo reſtitu-
tio.nu.38.Eman. Soarez. recept. ſenten.verbo.
reſtitutio.num.65.probat Rotæ Romanæ audi-
torium, ex ſcriptis per Fabium peregrin.deciſ.
46. coram Fabio. &c. ſeu intra quadriennium a
die præſumptæ ſcientiæ læſionis, probata tamẽ
læſione, & iuſta cauſa, propter quam reſtitutio
petitur. ex l.fi.ff.ex quib. cauſ. maior.Socin.iun.
conſi.70.num.20.uol. pri. Bero.conſi. 56.num.
48.uol.3. Menoch. conſi.100. num.307.uol.1.
& in uniuerſitate petente ſimilem reſtitutionẽ,
nouiſſime Simon de Prætis conſi. 79. num. 45.
cum ſeq.& num.50.& conſi.74.nu.18.cum plu
rib.ſequẽ.inquiens.num. 28. Vniuerſitatem,ſeu
fiſcum,vel illorum procuratorem ſpecialiter ad
hoc deputatum,eo minus admittendam, ſi non
offerat, & realiter deponat in hac petitione ne-
ceſſaria & recuperatoria,datorum, pecunias ſo-
lutas, & omnia melioramenta in re ipſa per. d.
nobiles facta,per.l.intra utiles.§.fin.ff.de minor.
Quod factum uel probatum minime fuit ex late
re.d.uniuerſitatis, nec propterea eidem vlla re-
ſtitutio dabitur.

Quintò, non parum ſuffragantur dominis in
ueſtitis verba,clauſula, & narrata in dicto Inſtru
mẽto inueſtituræ.Quæ omnia,propter maxima
merita,obſequia,& ſeruitia præſtita per do.Hen
rictum.d.Marchioni & illius Marchiæ periclitã-
ti alienationem factam inferunt.Vnde licet aliàs
75 † pacto,prohibita fuiſſet, ex cauſa tamen remu-
nerationis legitime fieri potuit,cum & feuda,&
cætera diſtrahi,vetita,in hũc caſum alienari per-
mittantur. Alex. conſi. 216.volu.2.Iaſ. & alij in
l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. copioſe Socin.ſen.
conſil.84.num.12.uolum. 3. Dec.conſi.232. &
297.num.7.Pariſ.conſi.11.num.44.& ſeq.uolu.
primo Roland. a Valle conſi.76.a nu.13.ad nu.
23.uolum. 2.poſt Barbat.conſi.11.col. 3. in pri.
76 uolu. 2. † Hinc donatio prohibita inter patrem
& filium,virum & vxorem,& ſimiles, ſi fiat cau-
ſa remunerationis,ſubſiſtit, ſecundum commu-
* nem,de qua, per Iaſ.in d.l. ex hoc iure.num.55.
Clarum.in §.donatio.q.3. & 8. Anch.quæſt.fa-
mil.12.Viui.com.opin.lib.2.num.85.uerbo.do-
* natio, ſubdẽtes aliud ex * communi opinione,
77 nullam uidelicet requiri meritorum probatio-
nem,ſi fiat inter perſonas,vt hic,nõ prohibitas,
a lege,tradit Neuiz.conſi.8.Natta.conſi. 122.nu
mero 6.& 7.uol. 1.& Cæph.conſi.155.num.23.
78 uolu. 2. † Vaſalli enim inuiti alienantur ex cauſa
remunerationis,Natta conſi.367.num.14.volu.
79 ſecundo.curſus † regalia.Iaſ.conſi.10. uolum.3.
Natta.dicto conſi.122.numero 6. & ſequent.ex
mente Terracon.Vaſqui.de controu.Illuſtr.c.5.
num.2.Cæphal.conſ.155.num.22.& 23.& 26.
uolum. 2. Virtute igitur illius remunerationis,
potuit. d. Caſtrum non multum precioſum di-
ſtrahi,præcipuè cum videatur dicti Marchiona-
tus deterioratio læſio ve modica, ſtante præci-
puè ſuperioritatis reſeruatione, in quibus caſi-
bus licita eſt uaſallorum Caſtrorum, iuriſdictio-
nis & regaliorum etiam in præiuditium ſucceſ-
80 ſorum † alienatio, ex ** communiori diſtinctio
** ne,ne cæteros tranſcribam,Alex.conſ.1.nu.19.
vbi Dec.conſi.191.in princip.Crauet.conſi. 54.
Ruin.conſi.93.num.3.uolum. 1.Natta conſilio
122.num.2.& 12.volum. primo Siluan. cõſ.96.
num.16.Boſ.tit.de princip.num.384.& titul. de
regal.num.32.cum ſeq.Vaſq.de controu.Illuſtr.
cap.4.in primo ubi ample, & cap.5. nu.3.Alba.
conſ.64.num.37.Socin.iun. conſi.60.uolu 3.&
conſilio 17.num.2.uolum.4.Franc.Marc. deciſ.
Delfinat.87.num.9.prima parte,Cæphal conſ.
155.num.28.& 34.uol.2. poſt Gabr. commun.
concluſ.de iur.quæſtion.concluſ.quinta.nume-
ro 41.

Sexto & vltimo,rem hanc claram pro Illuſt.
dominis Nattis reddit.D.Marchionum Montiſ-
ferrati conſuetudo antiquiſſima,infeudandi Ca
ſtra Marchiæ,ac in ſpecie Caſtrum Tongi, libe-
rè, purè, & citra aſſenſum ſubditorum. nam li-
cet unicus actus cũ curſu quadraginta annorũ,
conſuetudinem infeudandi inducat, per Iſern.
in c.1.colu.3.qui feud.dar.poſſ. & ubi duo actus
reperiuntur, nemo dubitet de probata conſuetu
81 dine, † ſecundum Iaſ. in l. de quibus colum. 11.
de legibus.quod probatur ex antiquiſſima inue
ſtitura emiſſa ſuper dicto Caſtro, ann.1357.per
dominum Marchionem domino Oliuerio Tur-
co,ac ex alio inſtrumento ann.1350.celebrato,
quo quidam Bonifacius de Mõteferrato habẽs
in d. Caſtro merum & mixtum imperium a d.
Marchione, inueſt. priuatũ de certis terris, quæ
82 † ſolitum infeudandi probant,per Afflict. deciſ.
305.num.10.& ſeq.Alba.conſi.64. numero 21.
cum ſeq. tum rurſus ex quamplurimis teſtibus
ſecundi examinis, qui rectè de hac conſuetudi-
83 ne & ſolito concludunt. † Vnde ſi ſolitum eſt id
fieri per.d.Marchiones, & ſimiliter irreuocabili
ter in d.Nattas transferre.d. Caſtrum potuerũt,
nullo obſtãte,& citra vaſallorum aſſenſum, arg.
not.per Iſern.in c.1.ubi Card.num.12.& 13.&
his,qui feud.dar.poſſ.c.1.& 2.de feud.c.1.Epiſ.
vel Abba.Afflict.deci.305.num.10.ubi Vrſil.in

termi-

terminis noſtris.Soc. ſen. conſi.4.nu.10. & ſeq.
& num.17.volu.3.in fendo Marchiæ Montisfer
rati,& in conſuctudine, Pariſ.conſil. 22.nu.75.
cum in numeris ſeq.uol.1.Rolan.à Valle, conſil.
primo num.92.cum ſeq.uolu.pri.Hipp. Rimin.
iun.conſi.6.num.110.lib.1.Curt.de feud. 2.par,
quæſtio.1.& 2.& quæſtion. 5. num. 5.& 6.Cæ-
phal.conſ.155.num.29.cum ſeq.uol. 2. ſubdẽs,
ſufficere ſemel,bona fuiſſe infeudata,& in ciuita
te,tradit Hieronym. Lucenſis eruditiſſimus vir
ac aliàs Senator Mantuæ meritiſſimus, in conſ.
1.num.68.& 69.inter conſi.ſtatus Montisferra-
84 ti.reddunt enim rationem, † quare res ſolita in
feudari,vel concedi emphiteuſim,reuerſa etiam
per Eccleſiam,uel minorem, ſine alia ſolemnita
te concedatur,eo quod res de facili ad ſui natu-
ram reuertitur.Butr.in capitul.ut ſuper.de rebus
Eccleſ.non alien.uel quia non cenſeatur aliena-
tio,ſed exequutio,primæ conceſſionis, & con-
ſuetudinis obſeruantia, gl.& dd.in c.2. de feud.
Cal.conſi.11.de feud.Reodan. tractat. de rebus
Eccleſ.non alien.Rubriea de caſibus, in quibus
pag.37.& 367.Bero.conſ.116.nu.2.uol. 1.Rim.
conſ.16.num.16.Villabob.commu.opin.verbo
Emphyteuta.nu. 553. & ſcripſi aliàs conſ. 127.
num.118.cum ſeq.vol.2. quæ in propoſito con
ſiderata efficiunt,ut Caſtrum Tõgi, iure optimo
non obſtante dicto pacto Nobil.de Nattis,con-
ceſſum per inueſtiturã appareat, & id magis cla-
rum patebit,confutatis argumẽtationibus,quæ
per me,& validius, ac vberius, quam fieri con-
ſueuit,obiecta fuerunt.

Non obſtat igitur primum,quod etſi ſublatũ
ſit ex præcedentibus, tollitur tamen omnia ſin-
gulariter ponderando.

Primo,quia hic de conſenſu expreſſa vaſallo
rum conſtat,deducto ex dictis teſtium inſtrumẽ
to renuntiæ,& ſententia,ut ſupra, cõſideratis in
3.fundamento. & in 4. uerſi.3. immemorabilis.

Secundo,apparet de tacito ſaltem conſenſu,
per ſequelam facti,& approbationem contento
rum in dictæ renuntiæ inſtrumento,videlicet ſo
lutionem deducatorum quindecim,poſſeſſionẽ
furnorum,& ſimilia, ut ſcilicet in tertio argumen
to,verſi.4.colligitur.

Tertio,quod tempus immemorabile conſen
ſum præſumi facit, vt in quarta ratione princi-
pali demonſtraui.

Quarto,conſenſus non fuit neceſſarius, ſtan-
te conſuetudine infeudandi, citra aſſenſum, vt
firmaui ſexto loco.

Quinto, reſeruata eſt ſuperioritas Domini
Marchionis, & ius illius directum in inueſtitura
85 d.Henricto facta, unde non iudicabitur † aliena
tio,per Oldra.conſi.159.quem & Alex. ac alios
citat.Dec.conſ.488.nu.12.& 598.nu.14.Caſtal.
de optimo Imperatore. q. 104. Corn. conſ.79.
volu.2.refert(licet contrarium ſentiat) Vaſq.de
controu.Illuſtr.c.4.nu.9.& c.5.nu.3.

1. Tollitur & ſecundum contrariũ.Primo,quic-
quid egerint Communitas, & Illuſtriſſimi tunc
Marchiones in inueſtitura anni 1382. minime
nocuit dominis Nattis tertijs poſſeſſorib.contra
quos,ex dicto inſtrumento pactoue, nulla actio
nec Communitati nec Principi competit de iu-
re,vt latius ſcripſi ſupra, in ſecundo argum. pro
Nobilibus conſiderato.

Secundo,negari poſſet pactum dici,cũ videa
86 tur ferè quædã ſimplex † pollicitatio Principis,
ſine cauſa, ex mera gratia emiſſa, quæ nullam
actionem uel obligationem producit,l.pactum.
ff.de pollicitat.glo.in verbo duorum, in l.1.ff.de
pact.cum ſimil.per Iaſ.in Rub. ff. de verb.oblig.
num.6.

Tertiò,admiſſo,quod ſit pactum vt in præſenti
factum,per Pariſ.conſi.89.nu.28.31. & ſequen.
uolu.3.erit tamen gratuitum,ex mera liberalita-
te & dono Principis proueniens,quod demon-
ſtrant illa uerba ſępius repetita, ibi de ſpeciali
gratia,&c.motus ad pietatem erga dictos homi
nes,&c.gerens amorem, &c. Item de ampliori
gratia dignitatis ſuæ,qui promiſit retinere, &c.
quæ, clara, & manifeſta, nulla interpretatione
uel intellectu indigeant. l. ille. aut ille. §. cum in
verbis.ff.de lega.3.l.continuus. §. cum quis.ff.de
verb.obl.l.voluntatis.C.de fideicom.potuit ita-
67 que recte dictum pactum gratuitum actu vnico
irretractabili minime perfectum, ſeu priuilegiũ
per Principẽ reuocari,pro tempore futuro,ſua-
dẽte maxime cauſa legitima,puta remuneratio-
nis vaſalli,de Republica benemeriti cle.dudum.
de ſepul.l.quod ſemel.ff. de decret.ab ordin. fa-
cien.per glo.fi.in cap.decet.de reg.iur. in 6. non
nulla Mayner. ne cæteros tranſcribam in l. ne-
mo mutari.num. 116.uſque ad fi.ff.de reg.iur.tra
dunt Canon.in c.nouit. vbi Deci. num. 13.cum
ſeq.Fely.num. 10.de iud.Alex.conſ.218.nu.18.
uol.2.Gabriel de iur. quæſt. non tollen.concluſ.
1.num. 16.conſtituentes regulam, quod priuile-
88 gium ſubdito conceſſum, reuocatur per Princi-
pem concedentem, & eo magis per ſucceſſorẽ,
ac etiam ſic in contractum trãſijſſet, dummodo
(vt hic) cauſa reuocandi adſit, quod per plura
refert & ſequitur Gabr.loco ſupra citato,concl.
6.num. 19. Rurſus non ſubdito datum reuocari
ex cauſa quandoque,per Alex.Dec.& ubi ſupra
Vaſq.de controu.Illuſt.c.31.nu.24. & cum hæc
ſit regula,illi tenaciter inhærendum venit,gloſſ.
Ioan.Andr.&c.in rub.de reg.iur.lib.6.Curt. ſen.
conſ.73.in 1.Benintend.deciſ.Bonon.65.nu.8.
cum ſeq.

Quartò reſpondetur, nec pactum impedire
tranſlationem dominij,præcipuè utilis,gloſſ.in
d.l.ca.lege.C. de cond.ob cauſ. & dixi ſupra, in
primo huius partis argumento, nec Principem
legem,ſucceſſori imponere,a qua non liceat di-
ſcedere,Afflict.deciſ.292.nume.16.quibus non
obſtat concurſus duplicis prohibitionis, quan-
do hic adſit conſenſus hoium, ut ſupra ſic defi-
ciat legis prohibitio, rurſus & altera hoĩs ceſſet.

Quod

Quod ſeruit pro quinta reſponſione, quia nõ prohibetur ex dicto pacto regaliorũ, ac iuriſdictionis alienatio, ſed loci & Caſtri Tõgi in alios, quàm cameram Marchionalem trãslatio. Quod obſeruatum fuit, quia adhuc. d. locus, & Caſtrũ, quod ex hominibus conſtat, dicitur, Principis, ſeu ipſi homines non cenſentur in alium translati, cum iurent Excellentiſſimo Principi rantum fidelitarem, tributum ſoluant, oneraque militiæ & collectarum Principis ſupportent, ex quibus uera, & propria ſubiectio, &, ut ita dicam, retentio hominum & Caſtri, in dictam Cameram, demonſtratur. trad. in cap. 2. de cenſibus. Afflict. in conſtitut. feud. literar. in fi. num. 3. Alb. conſ. 64. num. 8. cum ſeq. Soci. iun. conſ. 38. num. 7. uol. 1. & ſuper. d. Marchionatu. Pariſ. conſi. 23. nu. 288. uol. 1.

Sextò, negatur abſolutè per illa verba pacti. d. Caſtrum fore reſtitutioni ſubiectum, aliud. n. eſt retinere ad Cameram Caſtrum, & non alienare illud: Aliud, quod perpetuo Caſtrum ſit in dominio Principis, uel ſucceſſorum ſuorũ. cum ſecundo caſu videatur quodammodo grauatus reſtituere ſucceſſoribus, per ea. quæ ponit. d. Roderic. alleg. q. num. 15.

Septimo, quo ad Conſilium Curtij iun. 174. in ſimili caſu deſcriptum, vnico uerbo reſpõdetur, nec illud in terminis noſtris loqui, cum ibi ceſſaret poſſeſſio, temporis immemorabilis, ſubditorumque conſenſus, qui hic concurrunt, nec veritatem fateri, quando aduerſus conſiliũ illud fuerit iudicatum, obtentum, & in facto ſeruatũ, vſque in tempus præſens, eo quod locus Caſurtij ſit adhuc, (vt alias) ad manus Nobil. de Zabaldanis de Altauilla Marchionalium vaſallorum, vt omnibus notum eſt.

Quartum principale fundamentum ſoluitur.

Primo, quia ueritas eſt poſſe Reges, & Principes, Caſtra, Oppida, & villas (etiam non reſeruata iuriſdictione) alienare, & in alios transferre, dummodo non id cedat in magnam patrimoniorum Principis diminutionem, ut dixi ex ** communiori, in fine quinti argumenti, & eo fortius, ſi conſenſus illorum interueniat, vt ſupra.

Secundo, tempus immemorabile præſumit titulum conceſſionemque, ac omnia licite, rite, & legitime facta, & potuiſſe fieri, ut dicebam ſupra. Non ergo oberit, quod regalia per Principem diſtrahi nequierint.

Minus quintum repugnat, eo quod voluntas Principis alienantis, & inueſtientis Nob. de Nattis colligatur expreſſe ex alienatione, propter merita ex promiſſione euictionis, & ex denegata audientia cuicumque. d. Nattas moleſtare volenti. in inueſtitura quorum non requirebatur aliqua mentio primi pacti, uel dictæ gratiæ hominib. Tongi conceſſæ, cũ ſecunda eſſet alienatio remuneratoria, ex cã onероſa, quæ ipſo iure gratiã & priuilegiũ merũ contractũ irreuocabile facit, abſq; alia expreſſione contentorũ in eo,

89 Requiritur enim † in priuilegijs mentio primi obtenti, & fit reuocatio, ſi pars ſciat aliud fuiſſe obtentum, arg. text. in cap. cæterum de reſcript. & quando ſecundum eſt merum priuilegium, per tex. in d. l. 3. C. de ſilentia. lib. 12. Iaſ. in l. poſtquam liti. nu. 16. C. de pact. Rebuf. in concord. tom. 2. de reſcrip. in præſcrip. in præfat. nu. 105. at ſecus, ſi ſecundus ſit contractus uel alienatio, ut hic, quia omnia contraria cenſentur ſublata, & Princeps Priuileginm primum quodammodo reuocaſſe, ſufficitque quod uero ſimiliter de mente conſtet, Dec. in cap. cæterum. nu. 8. in fi. de reſcrip. præter quod, ſecundum ſpeciale tum reſcriptum, tum priuilegium, primum generale tollat, Felyn. in d. cap. cæterum. num. 8. de reſcr. Menoch. de arbitr. iud. caſu. 202. numero 74. quod caſui præſenti adaptatur. & multum inter ſe differunt priuilegium reuocabile, & cõtractus Principis irreuocabilis. Natta conſi. 122. nu. 12. & 13. uolum. 1. Rolan. a Valle. d. conſ. 66. nu. 53. uol. 2.

Sextum argumentum, malos (ut inquiũt) mores, Vitam, regimen, dd. Nobilium reſpiciẽs, pro vt præſuppoſitum in illo vanum, erroneum, improbumq; eſt. ita conſequentia & illatio ex eodem reſultans falſa, ſubtiliſque argumentatio, & omiſſis multis exceptionib. teſtes ipſos ſuper hoc examinatos, repellentibus.

Primo tollitur, negando per. d. Commune & uniuerſitatem probatum aliquid legitime, cum teſtes omnes ſint de eadem uniuerſitate, cũ qualis vertitur, & multi deſcripti in mandato procu
90 ræ Sindicatus, † cuius homines prohibentur teſtificari. vbi omnes, ex victoria cauſæ commodum ſingulare, & ſinguli ex. d. iure cõtrouerſo, utile ſentirent, ut hic, uel aliter tractetur pro honore & iure. d. Caſtri, & Communitatis quo caſu etiam, quod admitterentur in teſtes, minima tamen eiſdem adhiberetur fides. quod pro communi notarunt; Couar. uariar. reſolut. c. 18. nu. 5. Pariſ. conſi. 103. nu. 135. uol. 1. Afflic. deciſ. 400. Deci. conſi. 342. nu. 4. Viuiu. commun. opi. uerbo teſtis, de collegio. nu. 11. ſcribens, ex * communi, hos teſtes repellendos, quia in facto proprio deponere uidentur. pulchre Menoch. de arbitr. iudic. caſu. 106. numero primo. 13. & 15. Nouel. in regul. iur. verbo teſtis. numero 65. Ioã. Mar. Monticel. repertor. de teſtibus. uerſi. uniuerſitatis teſtes.

Secundo, propria confeſſione ſe ipſos confodiunt, dum contendunt, maximum odium, & inimicitias inter. dd. Nobiles & Communitatẽ extare, exceptis quibuſdam familijs, inter quas ſe teſtes connumerant, & tamen ipſi ſunt de vniuerſitate. quibus ideo non eſt credendum. Alex. conſi. 99. in 1. uol. 1. Innoc. in c. cum oporteat & c. debeat. de accuſ. Gramat. uot. 2. nume. 17. Nouell. de reg. iur. uerbo iſtis. nu. 30. & 58. Campeg. de teſt. 23. cum ſeq. Crot. de teſt. tertia part. nu. 110. cum ſeq.

Tertio.

Tertiò, etſi vera capitulata eſſent, cum reſpiciant particulares aliquos Nobiles de Nattis tãtum iam defunctos, nempe.D.Thomam, Vbertinum, Petrum, Franciſcum, Henricum, & Ferrãdum, non videntur cæteri cõſortes de Nattis ius ex prædicta inueſtitura habentes, priuandi, vel ex aliorum geſtis inquietandi, cum contra illos Communitas, iure ſuo tũc vti debuerit, & quod
91 pęnis debitis affligerentur. curare. Non.n.† multi conſortes, vel de vno collegio ſimul, delinquere dicuntur, niſi maior pars communicato conſilio, & re deliberata delinquat.l.ſemper.l. ſecunda.ff.quod vi aut clam Bar.in l.facta. §. fin.tit.de poen. vel quia omnes delicto ſponte acquieuerint.l.1.ubi Saly c.C.de ſedit.not.Ale.conſ.208. num.6.& 7.Anch.ample deciſ.39.nu.3.& deciſ. 30.per totam Rola.a Valle, conſi.66. nu.32.64. & 66.uol.2.Octau. Cacher. ample deciſ. 39.numero 3.& deciſ.138.per totam. Et iniquũ eſſet, ut quis de domo aliqua pro illius conſorte teneretur, inquit Bal.in l.Sancimus.C.de pæn.quem ſeq.Calcan.conſi.1.& conſi. 66. in pri.maxime nulla illorum culpa interueniente.Cacher.deci. Pedem.88.nu.2.& 25. quicquid igitur nonnulli commiſerint, cæteris minime eſt in pœnã aſcribendum.

Quartò, etſi omnes tunc deliquiſſent, in iuſtitia denegata, & alijs, quæ in omittendo conſi-
92 ſtunt, tenebantur homines Tongi ſubuaſalli querelæ medio recurrere ad Illuſtriſſimũ Marchionem, primum dominum, ſuperiorem, qui moneret Nattas inueſtitos, ſub comminatione priuationis feudi, quod ſubditos, pro debito, bene tractaret, iuxta conſi.Baldi.num.2. in ca.1.§.publici latrones, vbi Aluar.in §.quicumque. nu.2. de pace tenend.& in l.2.ff.de his, qui ſunt ſui, vel al en.iur.Curt.de feud.6.part.num.2.Socin.ſen. conſilio 272.num.9.uol.2.Iacobin.de feu.uerſi. dictique uaſalli il primo colu.12.& alibi per Ant. Capic.in inueſt. feud. uerbo feuda amittuntur, uerſi.47.Alciat.reſponſ.167.numero 12.& 13. Franc.Zoanet.in l.ut uim.numero 163.ff.de iuſt. & iur.

Quintò, quicquid ex aduerſo dicatur, probata eſt nomine. dd.Nobiliũ, per quamplurimos teſtes ſecundi examinis, (quorum dicta minime recenſeo) bona illorum, & anteceſſorum fama, bene geſta, iuſtitia adminiſtrata, hominib.Tongi, & alijs locis iuriſdictioni ſuppoſitis, pax & quies ſubditorum procurata, & tandem falſitas contentorum in capitulis contrarijs hominum
93 Tongi † ita vt potius iſtis numero pluribus, ac omni exceptione maioribus deponentibus, pro non delicto, & bona vita, moribus, ac fama credatur, quàm cæteris. Aymo conſilio 6. Cæpol. conſil.ciuil.60.Anton.Gabr.comm. concluſ.de teſt.concluſ.4.num.2.24.& ſequẽ. ac per totam lib.primo Accedant duo teſtes uniuerſitatis. 11. & 27. in ordine idem iuramento affirmantes, quib.maximopere creditur.cum & vnico de auditu partis contrariæ credatur.Socin.iun.conſi. 69.nu.11.uol.1.Cæphal.conſi.65.nu. 55.Gabr. ubi ſupra concluſ.1.nume. 14. Concludo ergo, nihil obeſſe iuribus.dd.Nobilium, quin abſolui debeant, a petitis per uniuerſitatem & fiſcum excellentiſſimi Principis, & pars in expenſis dãnari. Qui tandem annuente deo abſoluti fuerunt per Illuſtrem Senatum Mantuæ, die 17.Maij, anno Chriſti 1575.

Franciſc.Burſat.I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICA COMMVNITAte Bozuli.

A R G V M E N T V M.

Exemptio ex nu. 12 liberorum, ad quæ extendatur, & an maior ſit exemptione principis.

Exemptus quilibet, ad quæ onera pro mercedibus impoſita teneatur, ſicut princeps.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet habens duodecim liberos excuſatur ab oneribus quantuncumq; patrimonialibus, quã uis non ſit decurio, ex ** communiori dicto.*

2 *Filij tres in prouincijs Romæ, in Italia vero quatuor tantum, a muneribus perſonalibus excuſant.*

3 *Priuilegium conceſſum patri habẽti. 12 liberos, durat, etiam quod poſt illorum natiuitatem vnus, vel plures ex eis decedant.*

4 *Priuilegium, etiã de quo ſupra, trahitur ad omnes fratres, ſecum in vnione habitantes, licet ad onera imponenda poſt patris mortem, vel filiorum, & poſt tempus, quo pater. 12. filios habebat, non extendatur.*

1 *Menſuræ duæ frumenti, pro quolibet ſacco perſoluuntur pro mercede molitorum, & pro reparatione molendini.*

6 *Immunis, a præmio, ſiue mercede ſeruientium non excuſatur.*

7 *Vtilitas, quæ ex re præcipitur, principaliter in onerum ſolutione conſideratur.*

8 *Collegiati, & curiales a ſolutione ſcripturarum ægidiana conſtitutione liberantur.*

9 *Clericus, ſi vult vendere carnes ad minutum, tenetur ſoluere idem, quod laicus.*

10 *Molituræ promiſſum differt ab oneribus, angarijs, collectis, vel impoſitionibus.*

11 *Eccleſia, & clerici, licet latiſſima gaudeãt immunitate, tenentur tamen ad impoſita, ratione*

vti-

vtilitatis publicæ, & ad ea, quæ tam ſuam, quàm laicorum reſpiciunt vtilitatem, vt ad refectionem pontium, viarum, uel murorum.

12 *Argumentum de magis priuilegiato, ad minus priuilegiatum, negatiuè valet.*

13 *Præmium molituræ, tã à clericis, quàm ab alijs priuilegiatis, vbique perſoluitur.*

14 *Exemptus per longum tempus, dicitur habere titulum, & priuilegium.*

Exẽptus, tenetᷓ ad refectionẽ putei manutentionẽ aquarum, fluminis reparationem, & ſimilia.

15 *Nobiles Gonzagiachi, & alij exempti, pro molitura, ſoluunt duas menſuras.*

16 *Nemo in ſtatu alicuius Principis maiori exẽptione, ſiue priuilegio uti valet, etiam quod ſit Eccleſia.*

17 *Collectæ, ſiue onera Ciuitatis, nũquàm extendũtur ad bona Principis, etiam inferioris.*

18 *Princeps, concedendo immunitatem, non præſumitur propria maiorem dare.*

19 *Conſuetudo exactionis, licet dicatur onus, debet obſeruari.*

20 *Cõſuetudo, antiquata, ad uicinos locus trahitur.*

21 *In dubio ſemper contra exemptos, licet fauorabiles, ſit interpretatio.*

22 *Exẽptione magis potitur, exẽptiue à lege, quã à priuilegio, ea tamen uti non poteſt in præiudicium cæterorum communitatis hominum.*

23 *Princeps præſumitur velle, quod verba priuilegij ſemper aliquid operentur.*

24 *Clauſulæ amplæ, & prægnãtes, vt ex certa ſciẽtia, non animo bene deliberato, & de plenitudine poteſtatis, quid operentur.*

25 *Clauſulæ geminatæ, & coniunctæ tollunt Ius tertij, & ſi notabile.*

26 *Conſuetudo loci vicini alteri priuilegiato non præiudicat.*

27 *Clauſula (non obſtantibus) conſuetudinem contrariam tollit.*

28 *Extractio, licet dicatur fieri ex cauſa oneroſa, cũ onerib. ex illis ſatisfiat, tamen ſi aliæ extorſiones maiores fieri ſolent, iſta minor magis procedere dicitur, ex cauſa lucratiua, quam oneroſa.*

29 *Exemptus tenetur ad ſolutionem plurium mẽſurarum bladi macinati, cum vna exigatur pro mercede molitorum. altera pro reparatione molendinorum.*

30 *Præmium molitoris, et expenſæ reparationis rei deſtructæ, æqua lance procedunt.*

31 *Ratio vbi eadem viget, ibi idẽ ius ſtatui debet, præcipue ſi ad unicam vtilitatem tendat.*

32 *Expenſæ reficiendæ per exemptos non conſiſtunt in ſola mercede bona cuſtodientis, ſed in refectione rei deſtructæ, quæ hominum mercedẽ compræhendunt.*

33 *Eccleſia, et cæteri priuilegiati, ac exẽpti tenentur contribuere pro reformatione putei, & Via ad publicam vtilitatem facienda, vbi de communi.*

34 *Commodum ſentiens, & incommodum habere debet.*

35 *Laudemium, & aliud onus priuatũ ex actu geſto debitum, pro aſſenſu ſuper re obnoxia noxia obtento a quocumque exempto, etiam ex. num. 12. liberorum ſoluitur.*

36 *Exemptus ob nu. 12. liberorum tenetur contribuere, etiam quòd res geſta ſit propter vtilitatem priuati tanti tantum.*

37 *Princeps immunitatem in tertij præiudiciũ concedere non poteſt, etiam exempto ob num. 12. filiorum.*

38 *Gabellæ vectigalia, & cætera grauamina inducuntur, exiguntur que per locum dominos ſolo iuriſdictionis ſupremæ intuitu, cum ex regalibus principum ſint.*

39 *Vectigalia, & alia onera à ſupremis principib. vel ab eis authoritatem habentibus imponuntur.*

40 *Eccleſia, clerique, & iure diuino immunes, tenentur ad Gabellas, cauſa iuriſdictionis impoſitas, ſi in publicam vtilitatem cedant.*

41 *Eccleſia, & quauis dignitate ornatus, compellitur ad refectionem putei neceſſarij ad vſum hominum.*

42 *Ratio ſingulorum vtilitatis, à lege conſiderata, vbicunque viget, idem ius conſtituit in refectione ſolutionis expenſarum.*

43 *Oneris alicuius impoſitio, reſpiciẽs neceſſitatem, vtilitatemque communem operatur, vt omnes conferant, non obſtante cuiuſque dignitatis prærogatiua.*

44 *Vectigal ſpectans ornatum, etiam lucrum principis non comprehendit eos, qui à lege, & ab hominibus conſeruantur indemnes.*

45 *Leges non permittunt fieri ea, quæ in graue præiudicium, atque damnum libertatis a iure cõmuni vnicuique conceſſa recaſura ſunt, ex communi.*

46 *Immunis poteſt cogi ad deferẽdum triticum ad molendina domini, vel communitatis molendum, & ad ſolutionem debitæ portionis, etiã*

in

in præiudicium Eccleſiæ, ne Ciuitas Annonæ penuria grauetur.

47 *Triticum, quod pro molitura præſtatur, ſoluitur intuitu expenſarum, & onerum, quæ in triturando quotidie occurrunt.*

48 *Verba verificari in vna parte ſatis eſt, ne ſint fruſtratoria.*

49 *Verba, dummodo aliquid operentur, etiã ad parandam actionẽ, ſufficit, ne ſint fruſtratoria.*

50 *Ius tertij, ne nimium lædatur, uerba quantum vis generalia, reſtringi debent.*

51 *Priuilegium Principis ſtrictè intelligitur, citra tertij præiudicium.*

52 *Verba nobis ſeruire de vento potius debent, quã quis indebite damnum patiatur.*

53 *Verba, & ſillabæ debent ſemper aliquid operari, quod intelligitur ſecundum naturam contractus, & rei in eis deducta.*

54 *Conceſſio Principis ſemper iuxta ſolita, & conſueta intelligitur.*

55 *Exemptionum natura, non eſt, vt quis a mercede debita immunis reddatur.*

56 *Clauſulæ prægnãtes, & geminatæ tollũt ius tertio quaſitũ, ſi agitur de leui, & modico præiudicio, ſecus ſi de maximo, vel non paruo.*

57 *Ius tertio quæſitum de iure ciuili, ſed non de iure naturali, vel gentium, tollitur ex clauſulis prægnantibus.*

58 *Præiudicium ex clauſulis prægnantibus tertio non infertur, etiam ſubſiſtente iuſta cauſa, niſi expreſſe in priuilegio dicatur Principem voluiſſe ius tertij auferre.*

59 *Conſuetudo diutina Ciuitatis principalis ſeruari dẽt, ẽt in locis, & Caſtris ſubiectis, ſeu annexis ipſius, quod intelligitur in nume. ſeq. 60.*

61 *Solitus ſtilus, & conſuetudo attendi debet.*

62 *Cõſuetudo, primo loci, deinde diæceſis, tertio prouinciæ, quarto Regni, quinto ciuitatis Romæ, ſeruatur.*

63 *Conſuetudo ad loca vicina extenditur, quando ius non reſiſtit.*

64 *Clauſula, non obſtante, tollit conſuetudinem, ſi in genere id expreſſe dicatur, ſecus ſi per verba generalia id exprimatur.*

65 *Clauſula, non obſtantib. limitationem iuris recipit, & ſecũdum mentem loquentis reſtringitˀ.*

66 *Conſuetudo, quæ iuri cõformis eſt, per obſtantiã generalem non videtur ſublata, niſi ſpecifice dicatur non obſtante tali conſuetudine particulari.*

67 *Verba exequutiua, gratiam non augent.*

CONSILIVM CLXI.

TRINITAS ADSIT.

DVm Magnificus Dominus, Ioannes Franciſcus Marcheſius, ex loco Rotingi, procreandis liberis operam daret, vt præmia Imperatorum, ac iuris his cõſtituta cõſequeretur. 14. filios ſuſcepit. Decretumq; immunitatis ab Illuſtriſſimo Principe, & domino. d. terræ obtinet, Inter cætera ſub his verbis conceptum, &c. ab omnib. & ſingulis oneribus, &c. quibuſcunque, &c. realibus, mixtis, & perſonalib. &c. Communis ſocietatum, & hominum totius dominij noſtri tã præſentibus, quàm futuris, &c. impoſitionibus quoque, ſolutionibus, taleis, gabellis, quãtum ſit pro fructib. bonorum ſuorum propriorũ, pedagijs, macenaticis, puntaticis, angarijſque alijs quibuſcunque, &c. tam ratione ipſius Ioannis Franciſci perſonæ, quàm natorum ſuorum, ac eius rerum, & recollectuum, &c. Poſt hęc dũ immunitatibus iuris, & dicti decreti gauderet, ipſe ſoluit per aliquot annos occaſione frumẽti molendi ſuper molendinis Communitatis Bozuli, duas paruas menſuras frumenti pro ſingulo culeo, ſeu ſacco frumenti, & id genus bladorum, quas Vulgus appellas Bozznle, ò ſecpclature, quarum vna quęque ad tertiam ferè partẽ vnius quartarij aſcendit, & ſolię ſunt, vt præſupponitur, ſolui pro molitura, & cauſa reparationis, renouationis, conſeruationiſque. dd. Molendinorum, ac pro expenſis, quæ circa priſtina quotidie in fluminibus exiſtentia occurrunt.

Negat tamen nunc velle dictas menſuras ſoluere tamquàm ab illis immunis. contendit Cõmunitas Bozuli, quod iuxta ſolitum in dicto loco, & terris circumuicinis dicta menſura vt moliture precium ſoluatur ab ipſo, licet cauſa quatuordecim filiorum exempto, & ſuper iuribus vtriuſque partis cõpilato proceſſu, ac iudicato in prima inſtantia ad fauorem domini Marcheſij actoris. A me quæſitum fuit, vt quid iuris eſſet reſponderem.

Breuiter, quia proceſſus appellationis iã eſt inſtructus, & deueniendum ad ſententiam diffinitiuam, Chriſto Ieſu Saluatore inuocato, Cenſeo primam ſententiam ſaltem ex denuo deductis reformandam eſſe, & pronunciandũ male fuiſſe iudicatum, & bene appellatum per dictam Communitatem Bozuli. Quod demonſtratur. Namque licet hodie ſit deciſa illa ardua, & difficilis diſputatio, an diſpoſitio. ll. ſiquis decurio. la ſecunda. C. de decur. lib. 10. procedat tam in decurione, quàm in alia quacumq; priuata per-
1 ſona, quę. 12. liberos ſuſceperit, † cum ex ** cõ-
** muniori ſententia, ac vbique ſeruata, Quilibet.

12.

12.liberorum tantum parens,licet is decurio nõ
ſit, nec 16.filios habeat, excuſetur ab omnibus
onerib. quantumuis patrimonialib. iuxta Bart.
opinionem,de qua in l.ſi quis decurio.ubi ẽt Lu
cas de Peona.Ang.Io.Platea,& alij,Bar.in l.ſem
per.§.1.ff.de iur.immunit.Ancar.in cap.licet.de
Cenſibus.Anan.con.ult.num. 105. cum addit.
Bologni.nu.6.Ange.Arct.in principio inſtit.de
excuſat.tut. nu. 4. ubi id in pratica obtinuiſſe re-
cenſet,Guid.Pap.q.401.Soc.ſen.conſi.84. in 1.
uol.3.commune nuncupat,Io.Maurit. in repet.
l.unicæ.C.mul.quo loco mun.ſubeat, ſecundum
impreſſion.Lugdunenſem pag. 140.uerſi.Anne
ẽtur medico.Didac.Couuar. relection. Epito-
2 me.2.par.c.8.in prin.† Quo loco refert alioquin
tres filios io ꝓuincijs Romæ;In Italia vero qua-
tuor tantum a muneribus perſonalibus, quæ ad
priuatam utilitatem ſpectant,excuſare per l.1.c.
qui.mun.liber.excuſ.Io.Plot.in ſuo indice , ver-
bo decretum Mediolani,de immunit.12. libero
rum.Fran.Viuius ex magis communi poſt alios
refert lib.1.commu.opi.226. uerb. pater habẽs.
3 † Vbi hoc dictum ampliat ſecũdum aliam com-
munem,etiam quod vnus, vel aliqui filij decede
rent poſt natiuitatem. 12. cum nihilominus im-
munitatis priuilegium duret. Alba.id l.inter Ca-
ſtellianum.nu.3.ff.de arbit.Iaſ.in l.ſciendum.§.fi.
ff.qui ſat.ſd.cogantur.Alc.in tract. de præſump.
pri.regul.præſumpt.36.nu. 2. & relatij per Caſ-
ſan.ut infra.

Dictum principale ſequitur Natta,vti de beni
gniori opinione conſ.539.tanquam cõiorẽ, ac
de iure ueriorẽ hanc ſnĩam amplectit̃,Nicolaus
Feſtaſius tract.de æſtim.& collect.4.par.q.6.nu.
71.& ſeq.Io.de Imola cõſi.77.tertio dubio, idẽ
ex conſuetudine ſeruari ait Caſſan.cõſuet.Burg.
Rubrica.1.§.4.uerſi.quid autem. nume. 55.cum
ſeq.Boſius tt.de prin.& priuileg.eius.nu.154.&
155.Parpal.in l.Placet.num.82.C.de ſacroſanct.
Eccleſ.Aegid.Thom.tract.de collect.pagi.391.
4 nu.16.Et † quæ immunitas rurſus ad omnes ſe-
cum habitantes uidelicet fratres in vnione vni-
uerſali trahitur,vt reſoluit Natta conſi.590. in fi.
tradit Stefan. Lamber. licet aliqualiter dubitet,
ſuper ſtatuta Mediol.prohib.mulie. contra. ſiue
certa ſolemnitate.in fi.nu.238. & 245. quamuis
ad onera imponenda mortuo patre,vel filijs,&
poſt tempus,quo pater.12.filios habebat,extẽ-
di minime dixerint Anguſ.conſ.21.nu. 2.uol.7.
Attamen dico in præſenti,hoc commodo gau-
dere non poſſe.

Primo,quia ex oĩb.teſtib.examinatis, per di-
ctã Cõitatem,ſuper additione capitulorũ,ac rur
ſus,ad inſtantiã eiuſdẽ actoris apparet,has duas
menſuras bladorũ,ſeu duas Bozzolas vulgo,ex-
5 trahi pro mẽſura,è ſingulo ſacco,† eã & effectu,
vt conſeruent̃ molẽdina, ac reparent̃ quottidie,
& ob expenſas quæ cõtinuo circa piſtrina fiũt,
vt puta, ꝓ rotis,cattilo,molis,inſtrũs ad id depu-
tatis frumentarijs , cribris , hoĩb.ſeruientib.pro
molitorib.ac id generis reparationib.& impen-
ſis magnis, ſine quib. alias dicta Cõitas molere,
contundereue blada non poſſet.Vnde,& ab illa
d.Actor non cenſetur immunis, cum hoc dicat̃
magis præmium,& ſatisfactio moliturę, quam
6 onus ſeu collecta aliqua. Nec immunes unquã,
a præmijs mercedeue ſeruientium excuſentur,
dignus.n. eſt iure ẽt diuino quilibet operarius
mercede ſua.c.1.ubi gl.de ſepul.clement.1.§. ve
rum eodem tit.& naturæ conſonum eſt,illos nõ
recuſare onera, qui rerum commoda comple-
ctuntur clem.1.de cenſibus.Ancar.c.non minus
de immunit.Eccleſ.ſeruit.illud , Commoda qui
ſentis iungas onus emolumenti.l.1.§. pro ſecun
do.C.de caduc.tollen.ca.qui ſentit. de regul.iur.
io 6. l. ſecundum naturam.ff. de regul.iur. Vide-
mus enim in ſimili perſonas maiori priuilegio
potientes,videlicet Clericos,& eccleſiam tene-
ri contribuere pro dictis ſtipendijs & mercede
hominum,puta cuſtodientium bona,ac anima-
lia ipſorum,cum ſint onera fructuum.l.ſi a domi
no.§.fi.ff.de pet.hæred.l.fundus poſt pri. ff. fam.
herci.per Caſtren.conſilio 423.num.2.uerſicul.
7 breuiter.uol.2.Natta conſi.32 .nu.4. Vtilitas.n.
quæ percipitur ex re,pro qua ſoluitur, conſide-
ratur principaliter in onerum ſolutione , etiam
per eccleſiam,& exemptos facienda , notat Ri-
8 min.conſi.31.num.38.uolum.1. Rurſus ſpeciali
conſtitutione egidiana ſtatutum fuit,vt collegia
ti,& curiales ſint exempti a ſolutione mercedis
ſcripturarum, & ſigillorum , a quibus alias iure
communi non eſſent immunes , ut not.Caballi.
ſuper eodem conſtitut.lib.2.cap.24.in pri. ideo,
& exemptus a lege,uel a Principe,ob numerum
liberorum , grauabitur in dictis duab. menſuris,
quæ ſoluuntur pro molitura , cũ ſi ipſe velit ſua
molere blada,non quidem gratis , ſed mercede
præſtita molitoribus , & dominis molendino-
rum,molere habeat, præcipue quia ipſe aliunde
valeat ſibi prouidere,& blada molere in alijs pi-
ſtrinis Illuſtriſſimi Principis,adeo quod ſi com-
moditate molendinorum Cõmunitatis vti vult
cũ ſua eã onere,ac præmio ſolito uti debet, qñ
præmium ſoluẽdum in neceſſitatis & reparatio-
nis.d.molendinorum eroget̃, ut multa in ꝓpoſi
to dicebat Caſtr.d.conſ.423.num.3. de clerico,
9 qui dum vult uti beneficio vendendi carnes ad
minutum,pro quo quid certũ ſoluitur in neceſſi
tates publicas conuertendũ , teneat̃ ſoluere idẽ
quod laicus , cũ ipſe poſſit abſtinere , & aliunde
10 ſuæ indigentiæ,& voluntati conſulere. Differũt
enim ſolutio huius molituræ ab onerib. anga-
rijs,collectiſve impoſitis; cum molitura præmij
cã ſoluatur,alia vero ex diuerſis cauſis,quare im
munis ab illis non cenſebit̃ a præmio molituræ
liber,ut de laudemio, a quo quãtumuis exẽptus
nõ excuſat̃,ſcripſit Soc.iun.cõſ.70.nu.29.uol.3.
11 Secundo, Eccleſia & clerici,qui iure etiam di-
uino pontificio,cæſareoq; immunitates habẽt,
vt legitur num.ca.3.8.regum.3.c.8. Exodis. 18.

Geneſ.46.Eſdren. t.cap.17.per Io.Lupum tract.
de liberta.Eccleſ.q.2.Couuar.libro 2.reſolutio.
var.c.5.in pri.Natta.conſi.203.per totum uol.1.
& 280.num.5.uol.2.Sott.de iuſt. & iur. li.9.q.4.
Alfon.Aluarez Theſaur.Chriſt.relig.c.35.nu.1.
7.23.& ſeq.cum ſimil.Tenentur ad onera impo
ſita occaſione communis & publicæ vtilitatis,
ac tam clericorum quàm laicorum rerumq; ſua
rum reſpicientia; puta refectionis putei,viarum,
fouearum,murorum,ac ſimilium , quãdo id qđ
exigitur,vt in præſenti caſu noſtro , conuertitur
in refectionem dictarum rerum,quibus utuntur
tam clerici,quàm laici,Innoc.Card.& alij in ca.
non minus.de immunitate Eccleſ. per tex. in C.
ad inſtructionem (qui non reperitur de iure ca-
nohico correctus)C.de Sacroſ.Eccleſ.ubi Cyn.
Bartol.Alberic.Bald.& alij.Cardin.in clem.1.q.
17.de vita & honeſtate cler.cæteros accumulãt,
Parpal.in l. placet.numero 106.C. de ſacroſan.
Eccleſ.Bartol.tract.de gabellis.7.parte pri.q.7.
numero 3. Marcus.deciſ.Delfin.460. num.26.
Siluan.conſi.30.Duen.regul.iuriſ.in verbo cleri-
cus,Barbat.conſi.29.uolum.4.ex communi tra-
dunt Vaſq. de ſucceſ.lib. 3.limi.7.numero 180.
prima part.Nicol.Feſtaſi.tract.de æſtim.4.parte
de collect.q.1.num.15.& num.33.Moder.Pariſ.
conſi.11.& 12.Viui.commun. opin.lib.2.opin.
42.Soarez.commun.opin.uerbo clericis. num.
135.Natta.conſi. 280. numero 6.& conſi.311.
volum.2.Cacher.deciſ.Pedem.68.num.3. Ben-
int.tracta.de paupe.q.9.ſpecial.6.num.3. Alfan.
collect.iure.111. Capra regul.iur. 96.nu.69. Ri-
pa reſponſotum libro 1.numero 5. & 6. Aegid.
Thomas.tract.de collect. uerſic. exact.in primo
numero 53.pagin.99. Itaque & exemptus ſim-
pliciter à lege ciuili ex numero duodecim libe-
rorum,admiſſo pro nunc ſufficere.12.filios tan-
tum,in uon decurione, tenebitur, ad onera im-
poſita ſuper rebus. quas deſtruunt tam clerici &
exempti,quàm laici nõ exempti, maxime, cum
ſolutum in refectionem,reparationem & ædifi-
cationem rei deſtructæ per exempros conuerta
12 tur.† Valet enim argumentum de magis priuile
giato, ad minus negatiue ; ut ſi non conceditur
priori,& minore priuilegio potienti denegetur.
c.ſi ergo.8.q.1.c.ſi Paulus ubi glo. 32.q.5.gl.Io.
And.ac Panor.in c.cum in cunctis. de elect.quo
argumento utitur gloſſ.in l.2. C. quibus cauſ.in
integr.reſtitut.notat Euerar.locorum com.66.à
maiore,& in propoſito noſtro ita arguit. Aegi.
Thom.tract.de collect.uerſi.medici. nu.16.pag.
394.prima col.
13 Tertio , concludunt teſtes ubique examinati
menſuras bladorum pro molitura ſolui a perſo
nis eccleſiaſticis,ab exemptis,ab his qui ſunt ex
genere nobiliſſimo domus Gonzagiachæ , nec
non vnam menſuram ſolui continuo ab eodem
Illuſt.Principe, & domino dicti loci & terrarũ.
Quid ergo ambigẽdum , quod iſte exemptus
ex numero liberorũ,teneaſ molituram ſoluere?

Primo,quia ſi cæteri exempti ſoluunt, & ipſe
ſoluere debet, niſi oſtendat in hoc ampliori fa-
cultate gaudere,& maiorem in ipſis rationem vi
gere,quam in alijs,arguendo a paribus , quorũ
eadẽ eſt natura,periculum,& potentia.l. ſi ſocer
a genero in primo.ubi gl.ff.ſolut.matr.l.de quib.
ubi Ang.nu.6.ff.de leg.l.ſi de eo.ubi gl.Caſt.&c.
ff.de acq.poſſeſſ.cum ſimil.

Secundo , ſi Eccleſia ſoluit, & ipſe eo fortius
ſoluet, vt dixi ſuperius,per Bero.conſi. 153.nu.
10.uol.3.vbi ex hac ratione concludit exẽpros,
14 virtute temporis immemorabilis.† Quod titulũ
& priuilegium conſtituit,teneri ad refectionem
putei,fontis,manutẽtionem aquarum , fluminis
reparationem,& ſimilia onera, prout Eccleſia
tenetur,cum vtilitas omnium communis ſit,per
Spec.titu.de cenſ.§. nunc dicendum. verſi. item
pone.Salyc.& Bald.in l.ad inſtructionem. C. de
ſacroſ.Eccleſ.
15 Tertio,† nobiles Gonzagiachi ſoluunt moli-
turam prout alij exempti, duas videlicet menſu-
ras,ideo & iſte,licet numero filiorum immunis,
ſoluet,cum notorium ſit, hoc familiæ genus po
tiri ampliſſimis priuilegijs, exemptionibuſque
perpetuis,ac certe amplioribus, quam Marche-
ſius cognomento potiatur, arguendo a fortiori
Autb.multo magis.C. de ſacroſ.Eccle.c.cum in
cunctis.vbi.dd.de elec.l. pen. in fi. ff.ſi quis caut.
prẹter quod & dici ſecundum aliquos poſſit,ip-
ſos nobiles,dicto priuilegio gaudere de iure cõi
per Guid.Papam deci.384.& 385.Caſſan.conſ.
64.nu.6.& in conſuet.vbi ſupra.nu.60. licet con
trarium ſubſtineat,Feſtaſ. vbi ſupra de immunit.
nobilium.4.par.fol.107.

Quarto, ſi Princeps Excellentiſſimus ſoluit
molitorib. mercedẽ triturationis , vt teſtes aiũt,
quo colore excuſabitur ſubditus de Marcheſijs,
16 † cum in ſtatu territorioq; ſuo, nemo nec Eccle
ſia ipſo Principe maiori priuilegio,ac exemptio
ne fruatur,l.ſi.ubi gl. & per totum.C.de priuile.
17 do.Auguſt.lib.10.cum ſim.† Nec collectæ one-
rave maxime Communitatis,vnquam extendã
tur ad bona Principum,etiam inferiorum,tanto
minus ſuperiorum loci,qui ea imponunt,Corn.
conſi.194.in fine.vol.4.Feſtaſius dicto tracta.de
18 æſtim.4.parte,de immunit.nobil.num.16.†Nec
Princeps concedendo immunitatem maiorem
propria ipſius elargiri dicatur . c.dudnm. §. nos
igitur.de præb.in 6.Afflict.in c.1.§.item 3.quib.
mod.feud.amit.exempla deducit Natta. conſil.
497.nu.24.uol.2.

Quarto,principaliter ſuadeĩ hæc opinio, quia
probatum fuit tpibus retroactis , non ſulũ in di
cto loco Bozuli,uerum& in alijs circumuicinis,
exemptos a lege ob numerum duodecim filio-
rum,ac pro tpe, eũdem actorem de Marcheſijs
ſoluiſſe.d.ut vulgo aiũt Bozolas,pro ſingulo ſac
co,ob molituram,quod etiam Cremonæ,Man-
tuæ & terris confinantibus oppido Bozuli ſer-
19 uatur , vt teſtes deponunt. † Vnde conſuetudo
hæc

hæc circa dictam exactionem,(etiam quod ap-
pellaretur collecta uel onus)ſeruari debet, cũ ſit
optima legum interpres.l.minime. l. ſi de inter-
prætatione.ff.de leg bus. in propoſito ſolutio-
nis faciendæ per exemptum,tradit Natta conſi
20 lio 311.nu.4.in fin.uol. 2.† antiquata namque
conſuetudo ad vicinos locos extenditur, Curt.
tract.de conſuet.numero 341.& 347. Boer. de-
ciſ.263.nu.9.

21 Quinto & † ultimo dico, cũ ſemper in dubiis
cõtra exemptionem & ſi fauorabilem interpre-
tatio fiat. l. 1.in fi.ff.de iur.immun.l.1.C.de im-
mun. nem. conced. lib.10.Alexan.conſi.2.nu.
12.uolu.1.Dec. conſi.468.num.31.cum ſimil.
in præſenti iudicauimus precium molituræ ſol
22 uendum eſſe, per exemprum à lege.† Qui licet
alias magis quàm ex priuilegio exemptus, ſua
immunitate potiatur, per Butr. in cap. olim ti-
bi.in fi.de verbo.ſignific.& Natta conſil.66. nu.
1.5.& 6.volu.primo.non tamen ea vti debet in
præiudicium cæterorum hominum Cõmunita
tis,maximè ſi ſoluatur quid pro ſingula re, vel
ſingulo ſacco vel capite. argumẽto quod dicũt
ſcribẽtes,ſi aliquis in forma eximatur per Prin-
cipem, vel legem,illud onus non accreſcit alijs
ciuibus de uniuerſitate,vel vniuerſitati,ſed Prin
cipi eximenti tantum, Felyn. in c. accedentes.
num.8.vbi Pariſ.num.33.de præſcript. Plot.vbi
ſupra in verbo decretum.de immunitate. 12.li-
berorum,Roland.à Valle conſilio 76.numer.5.
6.volum.2.Barbat.conſilio 13.volu.2.Conclu-
ditur ergo ex ſupradictis omnibus, ſtantibus de
ductis in cauſa appellationis,primam ſententiã
reformandam eſſe.

Audio tamen ex infraſcriptis contra Magni
ficã Cõmunitatem Bozuli dubitari, quod exi-
gere nequeat duas menſuras bladorum, ſeu uni
cam tantum, cum hæc pro mercede molitorũ
extrahatur,& occaſione illius tantum cõducto-
res molendinorum communitati affictum ſol-
uant.quam & Illuſtriſſimus Princeps molitori-
bus præſtat. Cæterę uerò ratione iuriſdictionis
& dominii molendinorum,vti quoddam datiũ
& ex cauſa lucratiua prouenientes debeantur,
pro ſingulo ſacco.pro quibus nec Princeps,nec
exempti aſtringi ſolent. idque ex cauſa iuriſdi-
ctionis ſic lucratiua procedere colligitur; quia
nullus priuatus de Bozulo põt. impunè ad alia
molendina ſe conferre.vnde eo minus. d. Mar-
cheſius pro duabus menſuris tenebitur, cum
priuilegium ſatis manifeſtum habeat,includens
extra omnia alia onera immunitatem à macina
ticis,quæ niſi ad has menſuras adaptari poteſt,
dum in loco Bozuli aliud genus macinatici nõ
adſit, quàm quod ex bladis triturandis colli-
23 gitur; † & Princeps ſemper cẽſeatur velle priui-
legij verba operari aliquid.arg.l.pri. circa med.
ff.ad muni.c.in his.de priuileg. in 6.Bald.in Ru-
brica.C.de contrah.empt.q.9.Soci.Sen.conſil.
2.numero 8.uolu.pri.Soc. iun. conſilio 89.nu-
mero 15.volum.3.Pariſ.conſ.39.numero 23.&
conſilio 106.numero 51.volu.pri. ſeruit ſuper
ferè ſimili priuilegio Soci.Sen.conſilio 84.uol.
tertio. Nec refragatur, quod Princeps noluerit
iuri dictæ communitatis pręiudicare, nec con-
ſequẽter ab hoc,(ut aiunt) macinatico commu
24 nitatis,quem immunem redderet† Quando clau
ſulæ priuilegij prægnãtes,& multum amplæ, ui
delicet ex certa ſcientia,&c. animo bene delibe
rato,&c.de plenitudine poteſtatis,&c.& nõ ob
ſtantibus, obiectum tollant, ad ea quæ ponunt
Deci.conſilio 109.numero 9.& 10. & conſilio
391.num.3.ad uumerum. 8. conſilio 373.num.
7.& ſequent.conſilio 99.numer.25.& ſequent.
Soc.Sen.conſil. 69. numero 9. uolum.3. Pariſ.
conſilio 96.numero 70.uolum.pri.& conſil. 3.
numero 46.74.& ſequent. ubi ample uolum. 4.
& conſi.56.nu.48.uol.3.& ego addo,ſtante pręe
25 cipue † clauſularũ geminatione, ſeu coniunctio
ne,ex quib.ius tertij quamtumuis notabile tol-
li dicitur,ex communi per Ruin.conſilio 86.nu
mero 8.uolum. quinto.& conſilio 22.num.24.
uolum.3.Anton.Gabriel tract. com.concluſ.de
clauſ.lib.6.concluſ.1.num.10.

26 Minus † obſtat cõſuetudo locorum circumui
cinium, cum quæ foris ſunt, nihil ad nos,tum
quia eorum priuilegia eſſent uidenda,an ſint cũ
27 hoc conformia, & rurſus † quia clauſula nõ ob
ſtantibus conſuetudinem contrariam tollat Pa-
riſ.conſil.10.numero 8.& conſilio 23.num.15.
28 volum.4. † Et licet extractio duarum menſu-
rarum fieri dicatur, ex cauſa onéroſa, cum ex il
lis oneribus Communitatis ſatisfiat: attamen
quia, & alias pecuniarum ſummas, ac redditus
nõ modicos Communitas percipit,medio qua
rum facillimè grauamina perſoluit, dicendum
videtur iſtas menſuras bladorum, magis ex lu-
cratiua,quàm oneroſa cauſa cenſeri. Hæc ſunt
quæ conſtituebant negocium dubium pœnes
clariſſimum Iur. conſ. D. Vicarium generalem
Sablonetæ,Iudicem in cauſa appellationis.

Verum nec iſtis obſtantibus,iſto caſu,in quo
paucis meam intentionem explicabo, cum, a
doctiſſimo uiro res decidi debeat,pro conſtant
adhuc teneo, dominum Marcheſium quantum
uis exemptum,pro duabus menſuris bladorum
eſſe grauandum.

Primo,quia negare nemo audebit, has mẽſu
29 ras ſolui,ac extrahi tam † pro mercede molito
rum, quam cauſa reparationis, & conſeruatio-
nis molendinorum,quod teſtes vno ore cõfir-
mant. itaque ſi unica pro mercede molitoris
ſolui debet per Marcheſium exemptum, ut in
motiuo admittitur,& aliæ quoque debitæ ꝓ re
paratione,& conſeruatione molendini ſoluen-
30 tur; † cum a pari æquauè lance contra exẽptos
procedant molitoris pręmiũ, & expẽſę q̃ in re-
paratione rei deſtructæ fiunt, quod in exem-
plo reparationis uiorum & pontium, ac præ-
mij ſaltuarij, & ſeruientium per Eccleſiam

debitorum demõſtratum ſuperius arbitror per
Caſtr.conſi.423. numero 2.vol.2. Natta conſil.
321.nu.4.Parpal.in l.Placet.nu.85.C.de Sacro-
ſanct.Eccleſ.& de cuſtode Leonard. conſi. 117.
numero 217. Eadem enim ratio vbique uiget,
31 †tam in molitoris ſalario, & mercede aliarum
perſonarum, ac officialium, quam in precio in-
ſtrumentorum ad molas frumentarias deputa-
torum, ſic idem ius ſtatui debet vulg.l.illud ad l.
Aquiliam.l.à titio.ff.de verbo. obligat. cum ſi-
mil.congeſt.per Nicol. Euerard.locorũ comm.
regula. 13.loco à ſimili poſt not.p doct.in l. de
quibus.ff.de leg.præcipuè, cum omnia tendant
ad vtilitatem, commodumve publicum com-
munitatis,& exemptorum Bozuli.
32 Secundo,† expenſę reficiendæ per exemptos,
non conſiſtunt in ſola mercede molitoris, ſeu
cuſtodientis bona, uerum etiam in ſumptibus,
rerum ac inſtrumẽtorum,quæ neceſſario requi
runtur pro re deſtructa ab exemptis reforman-
da,atque in ſtatim integrum reſtituenda, argu-
mẽto eorum,quę in ſimili de expenſis meliora-
tionum reſtituendis,quæ ſumptus rerum, & la-
borem, ſeu mercedem hominum comprehen-
dunt,notant.Abb.per illum tex.in c.1. numero
3.de reſtitut.in integr.Bero.conſilio 79. nume-
33 ro 61.volum. ſecundo. itaque dum † ſcribentes
affirmant Eccleſiam, clericos, & quantumuis
exemptum,ac priuilegiatum cõtribuere pro in-
ſtructione, reformatione, ac noua ędificatione
putei,pontium,itinerumve ad publicam vtilita-
tem facienda,cum tam currus & plauſtrum Ec-
cleſiarum, quàm laicorum illos deſtruant, per
text.in l.vlt.C. quibus mun.nem.ſe excuſ.lic. c.
peruenit.de immunit.Eccle.Lucas de penna,in
l.ſi diuina. C. de exact. trib. lib.11.Doctores in
l.ab inſtructiones.C. de Sacroſan. Eccleſ. Deci:
in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ. in fin. de conſtit.
Barbat.conſilio 29.per totum.vbi de communi
volum.4.Alciat.in l.placet.in gln.pen.C. de Sa-
croſ.Eccleſ.Ripa de reſcript.reſponſ.20.cũ duo
bus ſequent.nec includant mercedem operario
rum tantum, ſed ſumptus omnes materiæ & rę
rum; quę pro dicta inſtructione, reparatione,
ac ædificatione vię,& pontis perficienda inter-
uenire ſolent,vt in ſimilibus expenſis deducen-
dis ex decimis prędialibus,not.in propoſito Ge
minian. conſi. 85. nume.9. ſic exemptorum ex
numero liberorum, blada trituranda, cum de-
ſtruant molendina,ſicuti blada aliorum, qui nõ
ſunt exempti,iure grauabuntur,pro duab.men
ſuris in ſingulos ſaccos,eo quod ad hunc finem
indiſtincte per omnes ſoluantur, conueniensq;
34 ſit,† vt vbi commodum,ibi onus adſit,clem.pr.
de cenſibus,cum vulg.& qui cum alijs vitam vti
litatemque communem ſuſcipiunt, ſimilem in
legibus & oneribus ſentiant diſciplinam.cap.re
colentes.de ſtat.monac.
35 Tertio videmus,quod onus priuatum, ſeu ex
natura contractus,& actus geſti debitum, vt pu

ta onus decimæ,ſeu laudemij,quod pro aſſenſu
ſuper re obnoxia obtento ſoluitur, debetur ab
exempto ex numero duodecim liberorum,nec
36 quoquo pacto immunis † redditur, eo quod ſit
onus debitum, propter rem geſtam in vtilitatẽ
priuati tantum, ut declarat Alexan. conſil. 123.
2.dubio.volum.5.probat per alios Natta conſi.
508.num. 15.volu.3. Quinimo,nec Princeps id
37 † taliter exempto immunitatem in tertij præiu-
ditium concedere poſſet,vt ait Alexan.in fin. d.
conſil. 123.ergo nec in præſenti à dicta molitu
ra excuſabitur,cum ſit onus debitum priuato,&
dictæ communitati, ex natura triturationis bla-
dorum, vt nec etiam Princeps in illius damnũ,
conceſſiſſe credatur.
Nec repugnat, quod ex ſimplici cauſa lucrati
ua, ſeu iuriſdictionis duæ menſuræ extrahan-
tur, & ideo Princeps ab illis, quem licite exi-
mat.
38 Reſpondetur,primo †quod onera,vectigalia,
grauamina collectæ,gabellæ,pedagiavè,& ſimi
lia, perſonis & rebus indicuntur & exiguntur
ab illis per Principes vel locorum vniuerſitates,
ſolo iuriſdictionis & dominii ſupremi intuitu,
39 cum hęc ex regalibus cenſeantur,† nec niſi a ſũ-
mis principibus,& authoritate eorumdem fun
gentib.imponantur atque conſtituant. l. depre-
catio.ff.ad l.Rodi.de iact.l.C.de vectigalib. vecti
gal.& com.Bal.cõſ.410.vol.5.Bertach.de Gab.
in pri.& vlt.parte.Ioan.Bapt.Ferret.tract.de Ga-
bel.numero 84.cum ſequent.& numero 203.&
40 204.† Attamen & ad iſta ex cauſa iuriſdictionia
impoſita, Eccleſia,& clerici,& cæteri iure diui-
no immunes tenentur,ſi tamẽ quod pro onere
gabellavè ſoluitur,in publicam omnium vtilita-
tem,& neceſſitatem cedat, ſeu in refectionem
viarum,pontium, puteorum, & rerum, quæ ita
per exemptos & clericos ſeu eorum bona, &
paluſtra,ſicuti per laicos,& illorũ bona, & cur-
rus deſtruuntur, vt notab.tradit Butrig. in l. ad
inſtructionem. C. de ſacroſan.Eccleſ.ubi etiam
Bald.verſi.ſed an Eccleſ. Specul.in tit. de cenſi-
bus.§.non dicendum.verſi.item pone quidam.
41 numero 10.dum concludit Eccleſiam,& conſti
tutum in quauis dignitate, compelli ad refectio
nem putei neceſſarii ad vſum hominum villæ,
ea ratione,quod inde & ipſi vtilitatem ſentiant,
per l.ſecunda. §. uicinitas,uerſicu.refectio. ff. ne
quid in loco publico.tract.Barbat.conſilio 29.
42 colum. 3.uolum. ſecundo. † & ubicunque ratio
hęc cõmunis,& ſingulorum utilitatis a lege con
ſiderata uiget,ibi,& idẽ ius in refectione & ex
penſarum ſolutionis aderit; cum ex ratione in
iure expreſſa arguatur etiã in correctoriis, Bar-
tol.& omnes poſt Iaſ.in auth. quas actiones. C.
de Sacroſ.Eccleſ.non ergo erit mirum, ſi & duę
menſuræ, licet impoſitæ ex cauſa lucratiua, &
propter iuriſdictionũ,exigantur ab exẽpto. Cũ
dicti oneris impoſitio a mera iuriſdictione depẽ
deat. quę tamen nõ impedit,quin & exemptus
exi-

exiſtente pari cauſa,& iure teneatur.
Solutio vero, ſeu cã, & occaſio propter quã
ſoluit quandoque a ſimplici Principis uolunta-
te,& iuſſu deriuet, nonnunquam pro ornatu &
& commodo fiat,aliquando vero pendeat,a ſo-
la cã neceſſitatis,& vtilitatis publicæ, ac interdũ
vti rei deſtructæ,& in communi vſu poſitæ, pre-
43 cium ac præmium cõſideretur.† Vt hinc, ſi finis
dicti oneris impoſiti præmium neceſſitatem, &
vtiliratem communem reſpiciat, omnes,nõ ob-
ſtante cuiuſque dignitatis prærogatiua, confe-
44 rant.d.§.refectio,& Spec.ubi ſupra.† ſi uerò ſpe
ctet ad ornatum, lucrum, Principiſue commo-
dum,uel honorem tãtum immunes a lege & ab
hominibus conſeruentur indemnes ad ea, quæ
tradunt ſuper ſtatuti validitate, prohibentis de-
ferri triticum molẽdum ad alia molendina, quã
domini loci.Bal.conſi.410.in fi.uol.5. Iac. de S.
Georgio tract.de Feud.uerſ.& cum molendinis.
q.2.Aymo de antiquit.tempor.4.part. ca. circa
præmiſſa.nu.4.
Secundo negatur, menſuras has extrahi ex
cauſa lucri,vel iuriſdictionis tantum,tum quia id
teſtes abneganr, atteſtantes pro conſeruatione
molẽdinorum ſolui,& per communitatem per-
cipi,& quia ſi unica pro molitore tantum extra
hitur, vel ipſi pro mercede ſoluitur, vr ait teſt:s
pagin.15.& alia pro deſtructione inſtrumento-
rum molendinorum poterit extrahi, tum rurſus
quod ſi in his lucrum tantum, & iuriſdictio ſim-
plex conſiderarentur, vtique nec lex, nec ſtatu-
tum, nec cõſuetudo, quę cogeret ſubditos defer
re ſub pœna triticum molendum ad ſola com-
munitatis, vel Illuſtriſſimi Principis molendina
45 (vt in motiuis aſſeritur) iure ſubſiſterent, cum
nulla lege permittatur ſimilis violẽtia domino,
nec id fieri poſſit in graue ſubditorum præiudi-
cium,ac in damnum libertatis illius,quæ iure cõ
muni cuique conceſſa reperitur. quam ſenten-
tiam,in propoſito noſtro probarunt Soci.ſen.
conſ.272.uolumin.ſecundo.Signor. inter Bald.
conſilio 56.& Bald.conſilio 57.uolumin.tertio
Ripa reſponſorum lib.primo.cap.primo. Boer.
decif.125.numero 5.ubi de communi. & hanc,
receptam firmauit docte Didac.Couuar. relect.
ſecunda parte.§.4. numero 7.& 8.licet forte id,
conſuetudine introduci poſſit. Natta conſilio
431.numero 16.ample Caballin. ſuper conſtit.
Egidia.lib.ſecundo.cap.23.incipit ſtatuta.neceſ
ſe eſt igitur,ut præter lucrum, & vtilitatem, cõ-
munitatis, de qua ſupra, adſit legittima cauſa,
propter quam dicta lex & ordo ſubſiſtant.puta,
46 ne Reſpublica Annonæ penuria grauetur. nec
triticum dictę ciuitatis,& loci ad exteros defera
tur,per Franciſcum Marcum deciſ. Delfin. 155.
pri.part.& deciſ.618. & 162. numero 11.in ſe-
cunda parte,tunc cogi poterit quilibet exẽptus,
etiam in eccleſiæ præiudicium,non ſolũ deferre
triticum ipſius molendum, ad molendina do-
mini vel Communitatis etiam ad præſtationẽ
illius partis tritici,quæ molendi ratione.ſeu pro
molitura dari ſoler, uel alirer in ipſius ciuitatis
exitu portarum cuſtodibus ſolui, ut ſuper ſimili
ſtatuto determinarunt Bald. inter conſil. Anch.
12.& Calderin.titu.de conſtitut.conſi.21.quos
refert,& ſequitur Couuar.loco ſupracitato. nu-
47 mero nono.uerſi.hinc denique infero. Quibus
in locis admittunt rurſus,partem tritici,quę pro
molitura præſtatur, non intuitu iuriſdictionis,
vel lucri rantum ſolui,ſed propter onera,expen
ſas,& operas,quæ in triturando quotidie occur
runt,ut Bald.dicto conſilio duodecimo num.5.
uerſi.amplius duodecima,collegiũ Bonon.ibid.
conſilio 13.inter conſilia Ancharan. in prin. ac
Couuar.ubi ſupra.numero ſexto. qui hanc par-
tem tritici ſoluendam mercedem ordinariam
nuncupare uidetur. Vnde, ſi mercedis uice fun-
gitur quilibet exemptus & Eccleſia ipſa contri-
buere renebuntur. Opponebatur uerba illa pri-
uilegij a macinaticis, ne fruſtratoria cenſeantur
intelligenda,de iſtis menſuris, cum alium de ve-
rificari nequeant.
48 At reſpondetur primo illa uerba ſatis verifica-
ri in una menſura, quæ ab alijs non exemptis
ſoluitur. iſti enim binas tantum,illi uero tres mẽ
ſuras præſtant. & ſic ſatis videntur operari ali-
quid,licet quandoque voluerinr Bart.in repetit.
l.prima. uerſicu. non obſtar hęc lex. ff. de offic.
proc.Cæſar.vbi etiam Alber. conſiderationem
hanc eſſe debilem, cum procedere uoluerit in
vltimis voluntatibus tantum, & non in contra-
ctibus.
49 Addo, quod dummodo verba aliquid ope-
rentur, etiam ad parandam actionem, ſufficit,
per Dec.in cap.cauſam.num.7.de reſcrip.Iaſ.in
50 l.iuſſit.§.fi.ff.de iuſtit. & iur. ne alias ius tertij ni-
mium lædatur. dum verba quamtumuis genera
lia reſtringantur,vt quis indebite damnum non
ſentiat,ſecundum gloſſ.Bart.& cæt.in l.fina.§.in
computatione.C.de iur.deliber.Dec.conſ.374.
num.7.
Secundo, priuilegij verba poſſunt adaptari
macinarico dicti Illuſtriſſimi Domini,qui & ip-
ſe molendina poſſidet, ſic ad alia molendina nõ
51 extendentur, quãdo conceſſio Principis ſtrictè
intelligatur,citra præiudicium tertij.l.2.§. meri-
to.§.ſi quis a Principe.ff.ne quid in loco publ.cũ
vulga.Soci.iun.conſilio 95. numero 11.uolu.3.
Nec capiat illum intellectum, quem caperet ex
eorum lato ſignificatu,vt tertij præiudicium eui
tetur.c.ſupra eo.vbi Abb. in ſecundo. notab.de
offic.deleg.Crot.conſi.72.num.69.& 78.nu.15.
& 18.vol.1.
52 Tertio, † cum verba potius ſuperflua reputen-
tur,& de vento ſeruiant, quam quod tertius ali-
quis,damnum patiatur, ac quod non eſt veriſi-
milius præſumatur.l.vt Cornelius.ff.de ſer. inſti
lege, quæ dubitationes. ff. de regul. iur. Rapha.
conſi.4.in fine.Matte.tractat.de extenſ. titu.quæ
fuer.cauſ.inter extenſ.nu.129. priuilegium non

oberit, etiam quod verba aliunde ſenſum habe-
re,vel quidquam operari non poſſent. cum veri
ſimilior ſit intellectus, quod Illuſtriſſimus Prin-
ceps nequaquam a molitura,quæ pro mercede
ſoluitur,& pro reparatione molendinorũ,Mar-
cheſiũ eximere uoluerit, ſi nec alios ſibi affines,
ab eadem eximat.
53 Quarto,† quod dicitur verba, & ſyllabas ſem-
per debere aliquid operari,nec ſuperflua cenſe-
ri,iuxta.d.Bal.q.9.in Rubrica.de contrah.empt.
intelligi conuenit,ſecundum naturã contractus,
priuilegij,ſeu rei deductæ in eis. l. ſi ſtipulatus.ff.
de verb.oblig.Imol.in c.ex literis,de iur.patron.
ſequitur Socin.ſen.conſ.47.nu.6.uol.1. Calcan.
conſi.25.num.1.Pariſ.conſi.5.nu.44.& conſilio
166.num.20.uol.4.
54 Quinto,† conceſſio Principis intelligitur ſem-
per iuxta ſolita,& conſueta.Abb.in c.certificari
de ſepul.Iaſ.l.ut liberis.num.1.& ſeq.ac in l.cert.
ſi condict.§.ſi numos.ff.ſi cert.pet.Roma.conſil.
59.num.3.ubi Mendoſ. vnde molitura præſtari
ſolita a non exemptis tantum, comprehendẽ,
non autem ab exemptis ſolui conſueta,maxime
55 † quod natura exemptionum non ſit, vt quis a
mercede debita immunis reddatur, vt in exem-
plis ſupra poſitis.
Et, ſi replicaretur Principem Communitati
præiudicare uoluiſſe, & ius illius tollere propter
clauſulas prægnantes & geminatas, vt ſupra,
56 † Tollitur id primo,quis ius tertij per dictas clau
ſulas,abrogatum,præſumitur in priuilegio,priu
cipi ſuę conceſſione,ſi agatur de modico & leui
præiudicio tertij:at ſecus,ſi de maximo vel non
paruo,ut in præſenti, quia tunc nec clauſula ex
certa ſcientia operatur in tollendo ius alteri quę
ſitum, ita concordando opiniones in hoc pro-
poſito contrarias,adnotabat Ruin.conſ.12.nu.
24.uolu.3.Soci.iun.qui cæteros refert conſ.77.
num.126.uol.1.
57 Secundo, ex dd. clauſulis ius tertio quæſitum
de iure ciuili tollitur, at ſecus, ſi de iure naturali
uel gentium.Dec.conſi.588.num.13.poſt Bald.
Ang.& Caſtr.ibidem allegatos, Octau.Cacher.
deciſ.Pedemon.102.num.7.
58 Tertio,præiudicium ex. dd. clauſulis tertio in-
ferri non præſumitur,etiam ſubſiſtente cauſa iu-
ſta,niſi id expreſſe in priuilegio dicatur, & clare
conſtet, quod Princeps ius tertij auferre volue-
rit,ſecundum Nellum in tract. bannit. 3. part. 1.
temp.q.11.Ruin.conſi.29.nu.2.& ſeq. & conſi.
126.num.20.uolu.1.& conſi.12.num.25.uol.3.
Ant.Gabr.ſuo tract.com.concluſ. de iure quæſi.
non tollendo,lib.3.conclu.2.numero 29. Ideo,
cum molendina hæc ſint propria Communita-
tis, ac mediante pecunia ſic titulo oneroſo ac-
quiſita,quod teſtibus & documentis per me vi-
ſis demonſtratur, nec in ſpecie de eis fiat in pri-
uilegio mentio,dubio procul.d.Marcheſius cu-
piens ibi illius blada molere, dum alibi ad libitũ
molere queat,ut ſuper ſeptima, & 8.ca.conclu-
dunt:Tenebitur duas menſuras contribuere ex
ſingulo ſacco,cum nec ab illis exẽptus immuniſ
ue ex lege, vel ex priuilegio Principis indicetur.
Ad id, quod vltimo loco pro dubio adduce-
batur,locorum cõuicinium conſuetudinẽ haud
attendendam,cum ſint fori alieni;nec obſtat il-
los tali Principis immunitate gaudere, præter
quod clauſula non obſtante, omnem conſuetu-
dinem tollat.
Replicatur,primo terra Bozuli,licet nunc ſe-
paratim poſſideatur ab Excellentiſſimo Domi-
no Veſpaſiano Gonzaga domino, & patrono
meo colendiſſimo, Principe ac Marchione de-
ſcendente à primis dominis inueſtitis de Mar-
chionatu Mantuæ:attamen, dici & cenſeri põt,
ad hunc effectum annexa Ciuitati Mantuæ prin
cipali,cum in inueſtituris antiquis, ac erectionis
Marchionatus anno uidelicet 1433. tpe Sigiſ-
mundi Imperatoris ac Ioan.Franciſci Gonzagę
primi Marchionis, Caſtrum Bozuli cum perti-
nentijs,erat vnitum,annexum,& adiunctum Ci
uitati Mantuæ, quod notorium eſt, & publicis
59 inſtrumentis demonſtrari poſſet.itaque conſue-
tudo longæua ſeruata in patria principali, & in
terris ac caſtris adiacentibus ſeu annexis, ſeruan
da videtur,argumento doctr.Bar.in l.2.q.37.C.
quæ ſit long.conſue.Bald.in l.3.§. ſed & quid.ff.
de negoc.geſt.Ang.per illum text.in l. ſed ſi plu-
res.§.filio.ubi Iaſ.in pri.ff.de vulg. & pup. multa
in propoſito Crauet.tract.de antiqui.tempor.4.
part.num.23.cum ſeq.Alciat.conſi.688.num.5.
Corn.conſi.314.in fine.uolu. 3. Roch.de Curt.
tract.de conſuetud.num.341.uerſi. quinto limi-
60 tatur. ſubdens dictam conſuetudinem ſeruan-
dam,niſi locus propriam diuerſam teneret, per
But.in c.fin.ubi etiam Barb. extra de conſuetud.
Calcan. conſilio 2.numero 4. Boer. deciſ. 263.
num.9.
Quanto igitur fortius hic ſeruabitur, vbi ne-
dum diuerſa ratio adeſt, ſed ſimilis ferè proba-
ta,per teſtes,qui dicunt Marcheſiũ & alios exẽ-
ptos numero liberorum,dictas menſuras ſoluiſ-
61 ſe ſemper,adeoque,& iſte ſolitus attendatur per
ea,quæ not.Roland.a Valle conſilio 79. nume-
ro 80.cum ſequent.uolum.3. ſitque iuri commu
ni conformis,ne exemptus, a mercedibus præ-
mijſque perſonarum, ac refectionibus rerum,
quibus utuntur, ſicut alij reddatur immunis, &
tunc facilius conſuetudo ad vicina loca, etiam
non ſubiecta extendatur, particulari ceſſante,
per.l.de quibus.ubi not.ff.de leg.Card.in c.fina.
q.50.extra de conſuetu. Rochus de Curte, vbi
ſup.num.540.
Accedat, quod & probatum fuit in diœceſi
Cremoneñſi,id per exemptos ex numero filio
rum ſeruari ceſſante loci Bozuli particulari con
62 ſuetudine, & hæc diœceſis ſuæ attendetur. cum
primo loci,demum diœceſis,tertio Prouinciæ,
quarto Regni,vel uicinarum prouinciarũ,quin-
to vero Romæ cõmunis patriæ ſolitus mos ob-
ſeruetur,

ſeruetur Barto. vbi ſupra Ioan. Andr. & Anan. in Rub.extra de cenſ.Rochus.d.num.540. cum ſimil.

Secundo reſpondetur, ſiue verba priuilegii eorum,qui alibi ſic exempti,ſint cōformia huic
53 de Marcheſius,ſiue non,† conſuetudinem tamē ſemper ad vicina loca extendi, cum ſatis ſit ipſos à lege,& iure cōmuni exemptos dici, & vbi ius non reſiſtat,vt hic, ibi loci ſolitus ad vicinos trahatur.

64 Tertio,licet † clauſula non obſtantibus, &c. tollat conſuetudinem,& legem,attamen id procedit,ſi expreſſe ſaltem in genere id dicatur, nō obſtante puta aliqua lege vel conſuetudine. ſecus vero per verba generalia,cum illo caſu, nec lex nec conſuetudo particularis tollantur, Bart. in tract.ad reprim. verbo non obſtantib. Ioan. Andr.in cap.primo.de exceſ.prælato.in 6. Anchar.in ca.ſi propter tua debita de reſcript.in 6. Curt. Sen.conſi. 36.num.36.in fin.Rota Romanæ Curię in deciſ.in antiquis ſub num.632.incipit.nota quod ſtatutum, Guliel.à Perna tract.de regul. num. 14.Cæſar Lambertin. tract. de iure patron.lib.2.part. 3.9. quæſt.pri.artic. 10.fol. 241.numero ſecundo. & ſequent.Iaſ.conſi.75.
65 volum.primo.& 165.volu.4.† Hæc enim clauſula recipit iuris limitationem, reſtringitur ſecundum mentē loquētis,nec niſi quo ad expreſſa operatur, ut in legitimatione dixit Calder.in ſua diſputat.incipit Dominus Papa. late Celſus Hugo.conſilio 63.numero 55.& conſi. 88. nu. 32.& 33.Natta conſil.52.num.13.

66 Quarto, eo minus conſuetudo hęc, quę eſt iuri conformis,videtur ſublata per obſtantiam generalem,niſi ſpecifice dicatur,non obſtante tali conſuetudine particulari, cum per dictam clauſulam iure communi derogatum, haud cenſeatur.Nicol. mil.in ſuo indice, in verbo clauſula, Felyn.ample in c.nonnulli.numero 24.extra de reſcript.Natta conſilio.504.num.3.ſubdens. numero 25.verſicu.11.concluſ. minime operari,ſi plura obſtantia concurrant.Natta conſilio 504. numero.3.& Celſus Hugo,vbi ſupra, pręcipue,
67 † cum in verbis exequutiuis fuerit ſuppoſita, quę gratiā non augent Clem.2.de pręb.not.Hugo,vbi ſupra,& Natta conſil. 209.in fi. quod in pręſenti euenire credo, cum conſuetudo aliorū quaſi Communitatis ſolita exactio, ius ipſum, & alia de quibus ſupra obſtarent.

Vltimum quoque tollitur, quia ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue onероſa menſuræ extrahātur,(vt hæc veritas eſt per teſtes affirmata) qui ſuper additione capitulorum Communitatis concludunt, nec affictus ſeu redditus molendinorum ſufficere pro expenſis in dictorum molendinorum reparatione concurrētibus, ſatis eſt, quod per exemptos omnes, ſolui debent. ſic igitur non refragantibus, quæ ex aduerſo deducuntur, affirmandum eſt, primam ſententiam reformandam fore, prout ita in ſecunda inſtantia fuit confirmata in Communitatis gratiam.

Franciſcus Burſatus.I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICA COMMVNITATE Bozuli.

ARGVMENTVM.

In materia conſilij præcedentis dubiorum diſſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Humanæ diſpoſitiones a tribus regulantur,poteſtate,volūtate,ac modo,ſeu iuſta cā,ut n. 10.*
2 *Princeps poteſt in præiudicium ſubditorum exēptionem concedere,& num.12.*
3 *Pater duodecim liberorum,iure cōmuni eſt exēptus à muneribus perſonalibus, & patrimonialibus, etiam ſi non ſit decurio, ex communiori.*
4 *Genitiuus caſus,denotat dominium.*
5 *Priuilegium intelligitur etiā in tertij præiudicium,vt aliquid operetur.*
6 *Citatio non requiritur, cum Princeps tertio præiudicat.*
7 *Clauſulæ,quibus apparet Principem velle iuri tertij derogare.*
8 *Princeps ſine cauſa actionem aufert,et denegat.*
9 *Priuilegium,per non uſum, amittitur ſpacio triginta annorum.*
10 *Actus humani recte conſiſtunt,poteſtate, voluntate,& iuſta cauſa.*
11 *Princeps quilibet, vt Imperator in orbe,in ſuo facere quicquid vult poteſt,ex communi.*
12 *Princeps quæ mali,& peccati ſunt, non poteſt.*
13 *Peccat princeps,non vtendo poteſtate regulata, ſed abſoluta tantum.*
14 *Naturale ius Princeps non tollit.*
15 *Principis priuilegium contra ius naturale vetitum.*
16 *Priuilegium Principis in publicæ vtilitatis præiudicium non ſubſiſtit,& contra commoda rei priuatæ num ſeq.*
17 *Temporis vetuſtas priuilegia contra commoda rei priuatæ conualidat.*
18 *Immunitas à patrimonialib. non conceditur per Principem.*
19 *Exēpto aliquo per Principem, non grauantur cæteri, ſed ipſe tantominus exigit portionis, quàm ab omnibus conſequebatur.*
20 *Clauſula,ex certa ſciētia, non operatur in tertij præiudicium.*

21 *Praiudicium tertij non tollitur ex quauis verborum formula reſcriptorum, & priuilegij.*

22 *Clauſula non obſtante conceſſione alteri facta, intelligitur de inualida.*

23 *Princeps in dubio nõ credit derogaſſe iuri tertij*

24 *Derogatio tertij non præſumitur, & cum cauſa niſi expreſſe dicatur.*

25 *Dominiũ iure ciuili, licèt ratione naturali munitum, tollere Princeps non creditur, niſi ex*
* *maxima cauſa, & communi.* *

26 *Verba cõceſſionis Principis, ſtrictè interp̃tant.*

27 *Interpretatio ſtricta contra tertium, lata cõtra Principem.*

28 *Reſcriptũ potius nil operatur, quàm quod intelligatur contra ius.*

29 *Gratia, quod collatione non obſtante, &c. intelligitur de collatione inualida.*

30 *Cauſæ cognitio, & citatio requiruntur, vbi ius*
* *tertij tollitur per Principem, ex communi.* *

31 *Obſeruantia priuilegiorum, etiam non longi temporis, eſt fida interpres.*

32 *Repetitio ceſſat, ubi in ſequenti de alia qualitate eſt prouiſum, & vbi reſultaret abſurdum, vel fieret contra ius commune repetitio.*

33 *Extenſio non fit in gratijs Principum, ſtricte interpretandis.*

34 *Præcedentiũ non fit repetitio, vbi ſine ea mens diſponẽtis, in quolibet diſtributiue verificat̃.*

35 *Priuilegium ſufficit, vt in aliqua parte operetur.*

36 *Præiudicium tertio, ut fiat, & Principis conceſſione, id neceſſario ex verbis debet inferri.*

37 *Iudicamus in dubio, pro tertio, contra immunitatem.*

38 *Princeps, quando dicatur expreſſe derogare velle tertio, ex communi.*
*

39 *Præiudicij mentio in dubio de inualido, vel paruo intelligitur.*

40 *Clauſulæ quantumuis prægnantes, nunquàm*
* *ad incogitata trahuntur, ex communi.* *

41 *Immunitas, tribus concurrentibus conceditur.*

42 *Clauſulæ non demonſtrant iuſtitiæ cauſam, ſed maiorem Principis voluntatem.*

43 *Cauſa iuſta in Principe præſumitur ex vna cõmuniori,* ** *licet contra alij.*

44 *Emptio, vt iuſta dicatur, tria requirit.*

45 *Princeps, non tollit etiam ex abſoluta poteſtate*
** *actionem iure gentium quæſitam, ex* ** *communiori.*

46 *Immunitas ex priuilegio amittitur, ex annua*
* *ſolutione, ex communi.* *

CONSILIVM CLXII.

TRINITAS ADSIT.

1 QVoniam tria ſunt, à quibus † humanæ diſpoſitiones regulantur, poteſtas, volũtas, & modus qui eſt, vt quis eo modo quid diſponat, q. in eo actu, vel in ea diſpoſitione requiritur, vt pulchre tradit Socin.iun. conſil.72.nume.12.cum aliq.ſeq.lib.primo.per Barbat.inter conſi.Alex. conſi. 123.in princ. lib.5. propterea videndum eſt, an hęc omnia in præsẽti caſu interuenerint.

Et quò ad poteſtatem, dubium non eſt, quòd Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus no
2 ſter, q. habet iura † Principis, & ſic poteſt, vt Imperator, potuerit concedere, hanc immunitatẽ Domino Ioanni Frãciſco de Marcheſijs, etiam in præiudicium ſubditorum, ut in terminis videri poterit, additio ſatis copioſa in materia ad capell.Toloſ.q.348.col.3.verſic. & ſic concluditur, & col.4. verſi. & hoc intellige in Ciuitate.

Quod tanto magis procedit, quia etiam de iu
3 re communi † habens duodecim liberos excuſatur a muneribus nedum perſonalibus, ſed etiã patrimonialibus.l.ſi quis decurio la.2.C.de decur.lib.10.per Ruin.conſil. 127. lib.4. & quòd
** magis ** communiter receptum eſt, etiam in eo, qui non ſit decurio, nec ſexbecim filios habeat, vt ampliſſime cumulauit Excellentiſſimus Dominus Burſatus in ſuis primis allegationibus, & indiſtinctè, quòd iſti ſupremi Principes poſſint cõcedere huiuſmodi exemptiones, & immunitates latiſſimè Pariſ.loquens in cauſa Mantuana conſi.69.lib.pri.

Quod aũt volueris ſatis patere, vr̃ ex verbis priuilegij, dum dicunt exẽptum facimus, & immunem ab omnib. & ſingulis brighi, oneribus &c.Communis, ſocietatũ, & hominũ totius Domini noſtri, & ſubdit poſtea pedagijs, macenaticis, &c.ecce enim, ꝙ dicit Cõmunis, ſocietatũ, & hõinum totius Dominij noſtri, & ſic denotat, de quib.intelligit, ex quo genitiuus caſus de-
4 notat Dñium, vt ꝑ Alex.conſi.54.nu.2.lib.5.igit̃ in claris nõ eſt opus coniecturis, iuxta vulgaria. Neq; obſtat, ꝙ oĩs conceſſio Principis intelligẽda ſit, ſine præiuditio tertij, iuxta.l.prætor ait.§. merito.ff.nequid in loco pub.cũ ſim.q͂a reſpondetur, ꝙ in fortiorib.terminis, ẽtſi in priuilegio dictũ fuiſſet, ſine alicuius p̃iudicio, tñ, vt gratia
5 † & priuilegiũ aliquid operent̃, intelligendum eſſet, ẽt cũ præiudicio prædictorum Communis, & hõinum, ne illa verba, macenaticis totius Dominij noſtri, & Cõmunis ſocietatũ, & hoĩum eſſent ſuperflua, vt ꝑ plura ꝓbat Pariſ.conſi. 70. lib.1.maxime.nu. 9. vbi, ꝙ cõceſſo, priuilegio, ꝙ q͂s recipiatur in Monacũ intelligitur, vt aliquid operetur, quòd Monachis non liceat, cũ voluntariè repellere, etiam intra annum, licet in priui-

Digitized by Google

priuilegio intell:gatur illa clauſula, ſaluo iure
anni cõceſſi ad approbationem, & n.16.quòd
ſi alicui conceſſum ſit, ne teneatur ſoluere deci-
mas, intelligitur conceſſum in præiudicium ter-
tij, cui de iure communi decimæ debentur, &
quod non requiritur derogatio talis iuris, & q
prædictæ procedunt, etiam ſi præiudiciũ eſſet
magnum, quando apparet per verba in priuile-
gio appoſita, cõcedentem voluiſſe præiudicare
tertio, prout videtur in caſu noſtro, dũ dicit ma
cenaticis Communitatis, ſocietatis, & hominũ
totius Dominij noſtri. & non fuit neceſſaria in
6 hoc † citatio per ea quæ tradit Roma.cõſ.369.
num.29.

Et quod ex huiuſmodi clauſulis cẽſeatur vo
luiſſe præiudicare tertio, videndus eſt Socin.cõ
ſi.63.nu.12.cum aliq.ſeq.lib.3.

Quò ad tertium, videlicet modum, videtur ta
lem etiam fuiſſe in priuilegio obſeruatũ, vt Prin
7 ceps præiudicauerit tertio propter † clauſulas,
omni meliori modo, ex certa noſtra ſciẽtia, ani
mo bene deliberato, de plenitudine poteſtatis
noſtræ, aliquibus in contrarium faciẽtibus, nõ
obſtantibus, de quibus clauſulis per Corn.con-
ſil.278.ſub.num.16.verſi.& ſi illa fuit mens Pa-
pæ, vbi quod tunc abſoluta poteſtas non ſubia-
cet legibus, & per Paul.de Caſtr.conſil.178.nu.
2.verſi.circa primum lib.primo, vbi quod pro-
pter clauſulam ex certa ſcientia, dicitur appare-
re Principẽ voluiſſe præiudicare tertio, & latiſ-
ſimè Alciat.in tract.præſump.reg.3.præſumpt.
11.nu.13.vſq; in fi.& ibi adden.& quod poſſit
8 † Princeps, etiam ſine cauſa auferr actionem,
& denegare, etiã ſi agaẽ de magno præiudicio,
ſi modo faciat ex certa ſciẽtia, & cũ clauſula, nõ
obſtantib. Et quando mandat officialib. quòd
ita obſeruent, & obſeruari faciant. Rui.conſ.21.
nu.15.lib.primo & facit conſi.98.num.9.lib.4.
& conſi.229.num.2.lib.1.& 230.nu.11.eo.lib.
9 Nec dici poteſt, amiſſum eſſe † priuilegiũ p
nõ vſum, & per ſolutiones hactenus factas, quia
requiruntur triginta anni. Alex.conſil.113.nu.
11.lib.2. Iaſ.conſ.25.lib.3.& idem Alex.conſil.
33.lib.5.Siluan. conſil. 66. in fin.præiudicauit
enim ſibi tantum in preteritis, & ſolutis hacte-
nus, non in futurum ſoluendis, per Grat.reſpõſ.
61.nu.45.lib.1.per Boſi.in tit.de Principe.nu.
166.& 167.remiſſiuè.

Doctiſſimè ad modum, & magiſtraliter ex ſu
praſcriptis dubitatur contra Magnificã Com-
munitatem Bozuli, in fauorem Domini Ioan-
nis franciſci Marcheſii, per Excellentiſſimum,
& conſummatiſſimum virum Dominiũ Frãciſ-
cum Toninam Auditorem, & conſiliarum Ex-
celentiſſimi Principis terræ Sablonetę iudicem
in cauſa, & mei valde colendiſſimum.

Sed, quia pleraq; vera sũt, & quæ nullo nego
cio ex ſeipſis diſſoluuntur, DEI Omnipotẽtis
auxilio implorato, operæ prætiũ mihi viſũ nõ
fuit, de illis verba facere: at circa ea tãtũ inſiſte-
re, quæ maiorem difficultatem habere videntur
10 ſuppoſito inquã ex tribus, † actus humanos re-
cte confici, & conſiſtere, nẽpe conficiẽtis pote
ſtate, eiuſdẽ voluntate, ac tertio ex cauſa iuſta, &
honeſta, vel lata demonſtrat Bal.cõſ.326.vol.1.
poſt cęteros Neuiz.conſ.12.nu.1.inter.cõſ.Bru
ni. Soci.iun.conſi.95.nun.4.vol.3.& conſi.72.
num.12.cum ſeq.vol.1.Ioan.Bolognet.conſ.3.
num.5.cum ſeq.Iacob. Aemilia.conſi.111.n.6.

Admitto primum caput, videlicet poteſtatẽ
abſolutam concedendi immunitatẽ, fuiſſe in d.
11 Excelentiſſimo Domino, qui iura † Principis
tenet, & vt Imperator in toto orbe, ſic ipſe in
ſuo dominio, quæ uelit ad ſui libitũ facere, tolle
* re, atq; cõcedere valeat, quod alias ex cõi * com
probaui, conſil.16.nu.54.lib.1, quibus addo in
Principibus Mantuæ, Mõtisferrati, Ferrariæ, &
Vrbini, Siluan.conſ.66.nu.10.Menoch.cõſ.92.
nu.32.conſi.34.nu.53.conſi.1.nu.159.& cõſil.
2.nu.63.in dominio Venetorum, Afflict.deciſ.
305.nu.7.Menoch.conſi.75.n.36.cõem inquit
Eman.Soarez.recep.ſent.verbo duces.nu.376.
in Comite Mirandulano, Aemil.conſi.39.n.15
in Duce Vrbini, Hier.Gabr.conſ.163.nu.18.in
Duce Sabaudię, Octa.Cacher.deci.Pedem.88.
n.17.Nicol.Feſtas.tract.de æſtimo part.4.q.17.
n.16.cum plurib.ſeq. ſacrilegium enim eſſet ho
die de Principum ſimilium authoritate diſputa
re, vel dubitare. l. diſputare. C. de crim.ſacrileg.
Vaſqui.de contro.Illuſtr.cap.15.nu.3.

Nec mẽtis meæ eſt aliquid fari, quæ ſint ad-
uerſus horum Principum, & Dominorum ſu-
premam poteſtatem, ac authoritatem.

Dicam tamen ordinatam, & regulatã pote-
ſtatem, iuxta æquitatẽ, & iuſtitiã non adeſſe, qui
ſermo nemini diſplicebit, cum nec omnipotẽs
12 Deus ea poſſit, quę † peccati, & mali ſunt. c.vlti
mo de pęnit.diſtin.2.& peccatũ ſine Deo factũ
dicãt Scholę Theologorũ ex illis verbis Ioãnis.
cap.1.ſine eo factũ eſt nihil: quia Deus peccare
nequit. Card. Zabar.conſ.142.in primo.nõ.n.
potẽtię eſt defectus, nolle, & nõ poſſe facere ini
qua, ac iniuſta, Crauer.conſi.241.num.20.quia
Principes huius ſeculi, cum iuſtitiã adminiſtrẽt,
Dei loco sũt, auth.de armis, in primo, & cũ vtũ
tur poteſtate, ratione non regulata, crudelis tẽ-
peſtas, magis quã poteſtas nũcupaẽ, quę in pec
cando poſita non eſt. c.1.40.diſtinct.c.ſunt qui
dam. 25.q.1. Abb.in c.cum teneamur, de præ-
ben.Feſtas.de collect.pag.143.nu.10.cum.ſeq.
13 prout idem dicunt de † Principe, abſoluta pote
ſtate vtente, quẽ grauiter peccare agnouit Bal.
& cęteri, quos citat Capici.deciſ.66.num.12.Pi
nel.in Rubrica.C.de reſcind.vend.c.2.part.pri
ma.nu.25.ponit.Celſ.Hugo.conſ.26.nu.73.Ve
re tamen hic non dr̃ defectus poteſtatis, ſed vo
lũtatis, ſeu legitimè ptãtis, & ideo videamus,
an vbi foret exemptio contra Communitatem
conceſſa, iniuſtum, & malum fuiſſet, uereque id
cenſeo iniuſtum, ſi comprehẽderetur immuni-
tas

tas a molitura, in priuilegio Marcheſii.
Primo, quia non cenſetur præſtatio dictarũ
menſurarum onus, ſeu impoſitio magis, quam
præmium, & pro labore, mercedeque ſolutum,
vt in primo conſilio deduxi, quod iure Diuino,
& naturali cuilibet debitum admittunt, ex l. ſe-
cundum naturam. ff. de regul. iur. propterea il-
14 lud infringere nullo modo † Princeps poteſt,
ita omnes in c. quæ in Eccleſiarũ, de cõſti.
Alex. conſi. 123. num. 4. & ſeq. vol. 5.
Secundo Communitas Bozuli, ex cõſuetudi
ne immemorabili, vel per ſua priuilegia, & a di
cto Principe confirmata, tenet ius conſequẽdi
a priuatis molentibus duas mẽſuras, pro ſingu-
lo ſacco, ad dictæ Comunitatis commodum
tantum: propterea contra fidem datam, & pa-
cta, ac priuilegia dictæ Cõmunitatis, quæ ex iu
re naturali ſunt ſeruanda. l. ex hoc iure. ff. de
iuſt. & iur. non eſt dicendum Principem in dã-
num Communitatis omnino Marcheſium exi-
mere voluiſſe.
15 Tertio, † principis priuilegium cõtra ius na-
turale vetitum eſt, nec iure ſubſiſtit. Glo. Bal. Al-
ber. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. public. l. om-
nes. C. de fund. patrim. & ratio naturalis dictat
neminem locupletari cum aliena iactura. l. iure
naturæ. ff. de reg. iur. quod eueniret, ſi Marche-
ſius eximeretur ab onere menſuræ pro molitu-
ræ laboribus, & conſeruatione molendini debi
tæ, vt alias latè deduxi, & illud cæteri homines
vniuerſitatis ſubſtinerent contra l. actores, vbi
Bartol. C. de exact. tribut.
16 Quarto, Principis priuilegium in publicæ
vtilitatis præiudicium, non ſubſiſtit. l. ambitio-
ſa. ff. de decret. ab ordin. facien. nec ei contra pu
blicam vtilitatem ſtatuere permittitur, cuius eſt
indemnitati ſubditorum conſulere, nõ etiam
illorum iura auferre. l. Imperialis. C. de nup. tan
tum enim permittitur ius tertij auferre, ſuaden
te publica vtilitate, not. glo. in d. l. fi. C. ſi contra
ius, vel vtil. & in l. fin. ff. de natal. reſtit. Alex. con
ſil. 124. uolu. 4. multo igitur minus res proprias
vniuerſitati auferret, concedendo Marcheſio
immunitatem, cum eſſet in perniciem negocij
publici, ſi talis immunitas auferet menſuras,
quibus diuerſa onera, munera, factiones, expen
ſæ, & alia per Communitatem indicta, ſuſtinen
tur, quod in propoſito conſiderabat Aegid. To
mas. de collect. pag. 340. num. 39. in fi. cum ſeq.
vbi multa adducit, quæ ſeruiunt, terminando
Principem non poſſe, immunitatem contra vni
uerſitatem, & aduerſus publicam vtilitatem cõ
cedere, quę rurſus a Principe cõceſſa, ex aliqua
cauſa eo moderamine, intelligeretur in præiudi
cium Communitatis, ac iuris, ratione publicæ
vel priuatæ vtilitatis, ſibi quæſiti cõceſſa; quate-
nus prius per ipſum Principem fieret recompẽ
ſatio æquiualente Communiti dato, ex l. 2. C.
quib. ex cauſ. Crot. cõſ. 103. ample Bolognet.
d. conſi. 3. nu. 16.

Quinto, contra cõmoda rei priuatæ, omnia
priuilegia tacent, ſuper contractu extinguendi
canonẽ, licet fuerit annotatio, vel diuina prag-
17 matica, ſolum vetuſtatis auxilio poteſt corro-
borari. l. fi. C. de fund. rei priui. Cęlarique prohi
betur, immunitatem in alterius iniuriam conce
dere. l. nec accuſ. C. de emanci. liber. l. ex facto. ff.
de vulg. ſi in priuato ceſſat priuilegium, quãto
fortius aduerſus publicum commodum vniuer
ſitatis, quæ nec vetuſtatis tempore, nec aliter lę
duntur. l. cõperit. ff. de præſcrip. 30. vel 40. ann.
c. placuit. §. iubemus. 16. q. 3. pariter hic Prin-
ceps nõ debet vti plenitudine poteſtatis, in prę-
iudicium ſubditorum Bald. in l. 1. §. cum autem.
C. de cadu. tollen. vbi inquit communem utilita
tem præferri fiſco, & Cæſari.
Sexto, hæc comprobantur, quia ſicut i Prin
18 ceps aliquis † immunitatem a patrimonialibus
muneribus concedere nequit, obſtãte cauſa cõ
munis utilitatis, publici boni, iuris naturalis, cõ
modi publici, & ſimilia, de quibus amplè per d.
Aegid. Tomas. tract. de collect. uerſi. nobilitas,
per totum, pag. 555. ita nec in pręſenti à menſu
ris moliture quem exemptum reddet, aduer-
ſus Communitatẽ, repugnante omni iure natu
ræ, publico commodo, bono, & utilitate cõmu
ni, præcipue quòd communitas ſit minor, fa-
uore cuius nunquam credatur Principem iura
ipſius ordinarie tollere uelle, uel poſſe, Bolo-
gnet. d. conſi. 3. nu. 23. & 24.
Septimo, & ultimo, ſi a Communitate alicu
ius loci certum quid annuum percipiatur, ut in
præſenti Vniuerſitatẽ Bozuli pręſtare d. Excel
19 lẽtiſſimo Domino arbitror, & ipſe unũ eximat
non præiudicat cęteris, ut teneantur inſolidum
pro rata exẽpti, ſed ipſe Dñs tãto minus capiet
deducta ſumma exẽpti, de qua p Bal. in l. etiã. C.
de exec. rei iud. & latius per Aegid. ubi ſup. pag.
358. n. 12. cũ ſeq. vbi hãc cõcluſionẽ multifariã
cõprobat fuſius Nicol. Feſtas. tract. de collect. &
æſtim. part. 4. de immunit. Eccleſię n. 82. cũ ſeq.
dicẽs, hoc pcedere in ſupremo Principe, licet
in priuilegio clauſulæ ius tertij reſpicientes, fuiſ
ſent additę, quibus nõ obſtat ualidũ fore immu
nitatis priuilegiũ, expreſſum cũ clauſula, nõ ob
20 ſtante, nã idẽ importat, qđ † clauſula certa ſciẽ
tia, quę in pręiudiciũ tertij nõ operaẽ. Dec. cõſ.
554. 292. nu. 5. & 689. nu. 16. p l. oĩs. C. de aquę
duct. lib. 11. in ſup, ſiue adſit clauſula illa, ex cer-
ta ſciã, uel ne, illud eſt probatiſſimũ, authoritatẽ
reſcripti, ſeu priuilegij, ſub quauis formula ver-
21 borũ nõ pcedere in tertij piudiciũ. l. nec auus.
C. de emãci. lib. l. quoties, vbi Iaſ. n. 4. l. reſcripta
C. de pci. imper. offer. Gozad. cõſ. 14. n. 19. &
20. cũ nõ pſumaẽ Principẽ niti aduerſus iuſtitiã
& ius tertij. c. 1. de cõſt. in 6. Butr. c. cũ cauſã re-
ſcrip. Bolognet. d. cõſ. 3. n. 17. & ideo cõceſſio fa
22 cta alteri cũ † clauſula, nõ obſtante &c. intelligi-
tur de inualida, ne interpretetur contra tertium
Alex. conſi. 35. volu. 4. & ſi per talem clauſulã
Cæſa-

Cæſari, vel Principi, foret tributa poteſtas ius
tertij auferēdi cōtractus eū, ipſo initi nō eſſent
ex poſt facto neceſſitatis, cōtra.l. ſicut ab initio.
C.de act.& licèt tolerandum ſit iugum, quod à
Principe,& ſede Romana imponitur. ca.in me-
moria 19.diſtinct.illud eſt pro fide, non vt aufe-
rant ius priuatorum, ita abſolutè contra Domi-
ni pręceptum, Nec rem cupies alienam; item &,
diſputare de Principis poteſtate ſic ſacrilegium.
l.ſacrilegium.C. de crim. ſacri. licet ille text. lo-
quatur in electione facta ab eo, qui ē Dominus
munerum ciuilium, merito de re ſua diſponit
ad libitum, & eligit, non autem de iure tertij. l.
reſcripta,& vbi ſupra. Ex quibus videtur firmā-
dum, ex legitima poteſtate non potuiſſe Illuſtriſ
ſimum Dominum, aduerſus Commune Bozu-
li, Marcheſium a dictis molituris eximere.

Secundo loco dicendum eſt de volūtate Prin
cipis, & verè opinor noluiſſe, nec voluntate ex-
preſſa, quia hoc pręcisè nō legitur in priuilegio
nec ex tacita, quæ ex coniecturis elicitur.

Primo ex vulgata, notabili tamē, admiſſaque
23 ab omnibus regula, quòd in dubio † Principem
derogaſſe iuri tertij nō creditur. l.prætor.§. me
rito.l.ſiquis a Principe. ff.nequid in loco publi.
l.ex facto.ff. de vulg. & pupil. copiosè Dec. in l.
1.C.de ſecund. nupt. Alciar.regul.3.præſumpt.
cap.11.Crauet.de antiq.tempor. prima part.n.
13.Aemil.late d.conſi.111.nu.18.cum ſeq.

Secundo, nec ēt iuſta cauſa ſubſiſtente præ-
24 ſumetur voluiſſe † ius tertij tollere, niſi id expreſ
sè dixerit. Ruin.conſi. 29. num.21.in fi.& 167.
num.21.volum.1.& conſi.12.num. 21. volu. 3.
Paris conſi. 101.num.62.volu.1. ſequitur Gabr.
de iure quæſito non tollend.lib.3.con cluſ.2. nu
me.29. ſpecialis enim, & indiuidua mentio re-
quiritur.Bald.in l.fi.num.6.C.de fruct.& lit. ex-
penſ. Caſtr. in l.Titius.ff.de lib.& poſthum. So-
cin. conſil. 79.nume.62.volum. 1. Aemilia. vbi
ſupra.

25 Tertio, minus ius, ſeu † Dominium acquiſitū,
etiam iure ciuili, ratione naturali munito velle
auferre creditur. Abb.in c. per tuas. num. 20. de
arbitr. Ripa reſponſorum lib. 2.cap.19.nec niſi
* ex maxima cauſa rationabili, ex cōmuni * Abb.
in cap. quæ in Eccleſiarum.nu. 2. de conſt. quæ
& exprimi debet, dum tollitur præcipuè ius iu-
re gentium, vt hic quęſitum. Crauet.conſil. 135.
amplè Feſtas.vbi ſupra 4.parte.quęſt.15. nume.
14.cum ſeq.

26 Quarto, † verba prolata in conceſſione Prin-
cipis ſtrictè intelliguntur, nec capiunt intelle-
ctum, quem poſſent capere ex lato eorū ſignifi-
catu, vt euitetur p̄iudicium tertii, quod probat
text.in c.ſuper eo, vbi Abb.not.2.de offi.deleg.
quinimo intelliguntur impropriando verba, ut
non faciant præiudicium tertio. Oldrad. conſil.
268.Rimin.conſi.73.num. 19. Ancar. quæſt.fa
mil.6.nu.14.ſecunda parte.

27 Quinto, ſtricta fit † interpretatio, contra ter-
tium,& lata contra Principem. l.fi.cum ibi not.
ff.de conſt.prin. Rui. conſi.29.num.12.volu. 1.
Feſtas.de æſtim.4.par.q.20.nu. 48. Deci.conſil.
453.468.num.31.Cæpol.conſi.66.nume.9.Sil-
uan.conſi.66.nu.12.& conſi.73.num.3. & con-
ſil.4.num. 15.Bero.conſil.148.num.47.vol.2.&
tam ſtricta, quòd ſecundum Doctores toleratur
28 † reſcriptum Principis nil operari, potiuſquàm
quòd intelligatur contra ius, Ancar.conſil.353.
Alex.conſi.34.volum.7.& dixit Bald.in l. 2. col.
5.C.de ſerui.& aq.ꝙ ſi Pontifex cōcedat caſtrū
cuiuſdam Nobilis Titio, credens eſſe Eccleſiæ,
non valebit cōceſſio, quò ad proprietatem, ſed
tantum ad ius præſcribendi, ne Princeps iuſtitię
plenus præſumatur, ius ſuum velle alteri aufer-
re, allegat.l.generaliter. ff. de noxa.idem Bald.
in l.1.in primo.ff.de conſti.prin.cuius ſunt hęc
verba: omnia mandata, & reſcripta Principum,
cum iuſtitia intelligi debēt, ideo ſi quid det, uel
confirmet, intelligitur ſaluo iure alterius.l. me-
minerint.C.vnde vi.

Sexto, adducuntur notata per Compoſtel.Io.
And.Butr.Imol.Felin.uer.non obſtante, & cęte
ri Canon.in c.cauſam, quę, de reſcript. dum in-
29 quit, verba gratiæ Pontificis, qua mandat † be-
neficium alicui conferri, non obſtante collatio-
ne alteri facta, intelligi de collatione inualida
tantum, ne alteri præiudicet, ſequitur Alex. cō-
ſil.125.uolum.4.Crot.conſi.88.num.18.remiſ-
ſio namque Principis, non ſe extendit ad ius ter
tii, ſed quantum ſuæ curiæ competit. l. ſi docue-
ris.C.de falſ.l.ſi pro fure.ff.de cōd.furt. quinim-
mo peccaret mortaliter, ſi remitteret, etiam de
Dominica poteſtate, quod partis intereſt, ſine il
lius voluntate, Andr. de Iſern.in tit. quæ ſint re-
gal.uerbo committentium, & titul. de cap.qui
cur. uend. Fab. Montel. in praxi arbitr.5.parte
amplia.4.nu.31.

Septimo, negari minimè poteſt immunitatē
hanc prætenſam ex priuilegio tollere,& lædere
ius dictæ Vniuerſitatis, nec in modica ſumma,
nec ad tempus, ſed perpetuo, ac in notabili dā-
no, propterea non debebat cōcedi, niſi magna
cum cauſæ cognitione, quæ a iure naturę depē
det.Bald.in l.Iudex.C.comin.& epiſt.c.ſine cul-
pa de reg.iur.in 6.& ita monito,& citato aduer
ſario, ac omnibus rectè penſatis, de quibus per
Menoch.de arbitr.iud.lib.1.quæſt.18.quæ cum
non interuenerint, præſumendum eſt noluiſſe
30 ius † tertii Principem lædere, ex communi * de-
* claratione, de modico præiudicio data, ad Glo.
in d.§.ſiquis a Principe, de qua per Dec. in cap.
quæ in Eccleſiarum.num.26.verſi.4. de conſtit.
Arius Pincl.in Rubrica. C.de reſcind. vend.pri-
ma part.cap.2.nume.8.& hoc licèt in Principis
conceſſione vltima, quæ ius alteri quęſitum tol
lit, adiecta eſſet clauſula de plenitudine, vel quæ
* libet alia, ex communi * omnium ſententia rela-
ta per Bolognet.d.conſi.3.nu.95.

31 Octauo, priuilegiorum † obſeruantia, etiam

non

non longi temporis,fida,& certa eſt illorum in
terpres,Roma.conſi. 271.nume. 3.Deci.conſil.
156.in fi.poſt Arct.conſil.11.Socin.ſen.conſil.
111.in fin.volum.1.Siluan.conſil.66.nume. 24.
& 25.At hic Marcheſius poſt priuilegium,ſol-
uit moliturae menſuras, ſoluerunt,& alij exem-
pti numero duodecim liberorum,ideo & pręſu
metur immunitatem minimè dicto priuilegio
comprehendi.

Nono,voluntatem reuocãdi in Principe, nõ
fuiſſe oſtenditur,ex ſupradicto ordinatæ,ſeu re-
gulatæ poteſtatis,defectu,vt ait Dec.conſi.600.
num.3.ea enim,quæ nõ decet Principem, ſecun
dum ius æquum facere, illa noluiſſe concedere
iudicandum eſt, quàmuis verba ſuarum litera-
rũ apertè contrarium demõſtrent, cum id iuris
ratio,& ęquitas ſuadeant.l.Lucius.§.pen.ff.ad
* municip.Doct.communiter * in regula, eius eſt
nolle.qui poteſt & velle,Socin.iun.conſi.74.nu
me.4.vol.1.& quę indecentia ſunt,impoſſibilia
reputantur in Principe, vt affirmat Socin.iun.
conſi.80.nume.45.volum.3.Mainer.in l.nemo
poteſt.nu.87.ff.de regul.iur.in propoſito Ioan.
Bolognet.conſi.3.nume.260.Multa poſſent ad-
duci,quę pręterco deuenient ad contrariorum
diſſolutionem.

Non obſtat primum, quòd verba ſint clara,
ibi,macenaticis &c.Communitatis &c.& in cla
ris verbis immunitatis, fruſtra de interpretatio-
ne diſputatur.Grat.conſi.61.vol.1.

Primo,quia genitiuus Communitatis,& ho-
minum,non habet relatum,nec dependet ab il-
lo nomine ſubſtantiuo, macenaticis,nec cũ illo
ſtat, ſed alijs verbis adijcitur, videlicet brighis,
oneribus Communitatis,& hominum &c.quæ
verba ſunt poſita in prima clauſula,& parte ora
tionis dictæ immunitatis conceſſæ; non autem
in ſecunda parte,vel clauſula,dum fit mẽtio de
pedagiis,macenaticis,põtaticis,& angariis, qui
bus genitiuus nullus eſt adiectus,vel poſitus;pro
prerea expreſſus in præcedentibus non cẽſetur
in ſubſequentibus repetitus.

32 Primo, quia in ſequenti † prouiſum eſt de a-
lia qualitate,cõditione,vel adiecto,videlicet ma
cenaticis, tam ratione ipſius Ioannis Franciſci,
quàm natorum,ac eius rerum,& recollectuum,
& vbi in ſequenti prouiſio fit de alia qualitate ſe
parata,vt hic,ceſſat quod de receptione agitur.
l.ſub conditione.ff.de hæred.inſtit. Alex.conſil.
158.num.6.vol.6.Angel.conſi.293.Deci.conſi.
353.Curt.iun.conſi.156.num.3.

Secundo reſultaret abſurdum,quia ius tertio
tolleretur, vt ſupra, ideo repetitio ceſſat. Ruin.
conſil.87.num.10.vol.3.Socin.iun. ſeu Mazola
conſi.144.nu.21.uol.3.

Tertio non fit repetitio eorum,quæ ſunt con
tra ius commune,Alex.conſi.42.nu.2.& 3.uol.
3.Socin.iun.conſi.77.nume.32.uol.3.

Quarto in gratiis Principum ſtrictè interpræ
33 tandis,vt eſt noſtra,vt ſupra,nõ fit † extenſio de
vno articulo ad alium, ita Domini de Rota in
deciſ.nou.331.verſi.ſecundum motiuum.

Quinto, ſine repetitione dictæ Communita
tis immunitas a macenaticis, verificabitur in
34 molendinis Principis, † repetitio itaque ceſſa-
bit,quando non fiat, vbi ſine ea mens diſponẽ-
tis, in quolibet etiam diſtributiuè verificari ua-
leat.Alex.conſi.48.in fin.volum.1.Ruin.conſi.
176.nume.12.volu. 2.multa Zanc.in l.hæredes
mei.§.cum ita.nume.1279.ff.ad Trebel. ſi igitur
repetitio ceſſat, & genitiuus Communitatis nõ
eſt poſitus poſt uerba,macenaticis, nec in illa
parte, erroneè dicitur,expreſsè de macenatico
Communitatis priuilegium loqui.

Quod ſecundo reſpondendo obiecto demõ
ſtratur,nam & ſi genitiuus Communitatis adij-
ceretur verbo,macenatis, non tamen deberet
tollere ius Communitatis, hic èt aliàs etiam ver-
ba nihil operarentur, ne dicerentur ſuperflua,
per Pariſ.conſ.70.vol.1.quia potius interpretã-
da ſunt reſcripta fruſtra interpretata, quam vt
indebitè tertium lædant,Bald.in cap. ſuper eo,
ultimo notab.de offic.deleg.Iaſ.conſil.57.lib.3.
Dec.conſi.11.

Tertio negatur, ſuperflua fore, intelligitur e-
nim uel de macenaticis ipſius Principis tantum
in locis Sablonetæ,Comeſſadij,Rotinghi,& ali
bi,quæ probata ſunt eſſe propria dicti illuſtriſſi-
35 mi Domini, ſufficit namque † priuilegium in
aliqua parte operari.Alciat.in reg. 3. pręſumpr.
11.n.8.uel ſi de macenaticis Cõmunitatis fieret
interpretatio,in pręiudicium tantũ ipſius Prin-
cipis,non autem Communitatis,intelligitur, vt
totum inquam,quod Marcheſius ſolueret Com
munitati, Princeps eidem excomputare, dimi-
nuere,vel detrahere habeat,per Alexan.conſil.
136.volum. 2.Iaſ.& cæter. in d.l.auus neptis.nu-
me.9.ff.de pact. Alexand.conſi. 177.uolum.2.
Feſtas.ubi ſupra quarta part. de collect.uerſi. de
immunit.Eccleſi.nu.90.cum ſeq. Octa. Cacher.
deciſ.95.nu.3.

Quarto,eo caſu dicitur Princeps uelle præiu-
36 dicare tertio,quãdo tertii † præiudicium neceſ-
ſario,& apertè,ex ipſius Principis gratia, uel cõ
ceſſione ſequitur,ita quòd nihil prorſus opera-
retur,& uanum eſſet priuilegium,niſi contra ter
tium fieret interpretatio.cap.ſi Papa.§. ſi aut. de
priuileg.in 6.probat.Corn.conſi.83.nume. 16.
uolum.4.quod in præſenti corruit,cum omnes
enumeratæ excẽptiones in aliis molẽdinis ope-
rari ualeant, citra Communitatis præiudicium.

37 Quinto, ubi † ſumus in dubio circa uolunta-
tem concedentis,pro tertio iudicabimus,& cõ-
tra immunitatem.Alex.conſil. 2. num. 12. uolu.
1.Dec. conſ.468.nu.31.

Sexto,non dicitur expreſsè conſtare de men
38 te † Principis,quod uelit tertio pręiudicare, ni-
ſi derogetur in ſpecie.l.uacuatis. C. de decurio.
* lib.10.de communi * Iaſ.conſi.75.uolum. 1.po-
nit Nicol.Feſtas.de collect.de mun. cum clauſu-

la, non

Digitized by Google

la non obſtante pag.141.nume.1.& ſeq.vbi de
communi, & in quarta part.num.84.cum ſeq.
86.91.& 93.pag.104.eod.tract.de æſtim.vel ali
ter id in ſpecie,& expreſsè dicatur, non autē p
verba generalia, etiam quod vteretur Princeps
clauſula,non obſtante &c.ex certa ſcientia &c.
vel de plenitudine poteſtatis, Alex.cōſi.11.nu.
4.volum.6.ex mente Compoſtellani in cap cau
ſamq;,de reſcript.Alex.cōſ.23.verſi.nec adhoc
volum.5.Deci.conſi.293.& conſi.689.nu.16.
Curt.ſen.conſi.66.num.126.ſi enim generali-
ter exprimeretur de inualido, vel paruo tertij
39 † præiudicio intelligeretur.Gozad.cōſi.14.nu-
me.19.& 20.ample Feſtas.loco ſupracitato q.
15.nu.44.cum ſeq.Aegid.Thomas.de collectis
40 vbi ſup.pag.575.non enim iſtæ clauſulæ,& iū-
ctæ ſimul trahuntur vnquam ad incogitata,vel
ad ea, quæ facti ſunt, & quorum Principē noti
tiam, ſaltem in genere habuiſſe non probetur,
amplè ex communi,* Ant.Gabriel.de clauſ.lib.
6.concluſ.1.num.48.licet ex illis voluntas Prin
cipis contra tertium quandoque deſumatur,ve
puta, cum conſtat ex ſciētia voluiſſe præiudica
re, vt loquitur Socin.ſen.conſi.63.num.8.cum
ſequ.Deci.conſi.373.num.13.volum.3.& quia
aliàs ſuper hoc ſcripſi, ad id pro nunc me re-
mitto.

Dum enim expreſſa nō eſt immunitas in prę
iudicium Communitatis, & verba illa operant̄
in præiudicium Principis, nō video quomodo
voluntatem Principis, ad fuiſſe dicatur.

Tertio nunc loco dicendum eſt,de modo,vi
delicet de iuſta, atque honeſta cauſa, ſine qua
immunitas cōcedi nequit, cum tria requirātur
14 ad † immunitatis legitimam conceſſionem, vi
delicet Principis authoritas, iuſta cauſa, & qđ
ad tempus fiat, Lucas de Penna l.vnic. C.de
his,quæ a princi.vacat.immunit.accept.lib.10.
Grat.conſi.61.num.7.Octau. Cacher.deciſ.95.
num.21.& licet in dubijs dicatur videri de mo
do conſtare,propter clauſulas diuerſas,in priui
legio additas, quibus ſolēt Principes tertio prę
iudicare,per Corn.& alios ibi citatos,maximè
quod Princeps ſine cauſa tollat actionem, ordi
nando cum clauſula,ex certa ſcientia,officialib.
ſuis,vt obſeruent priuilegium,per Rui.conſ.21.
num.15.in primo.

Attamen,hāc cauſam,& modū deficere du-
pliciter oſtendo.

42 Primo,quia † clauſulæ non demonſtrant ho
neſtatem, & iuſtitiam adeſſe in immunitatis cō
ceſſione, ſed tantum maiorem ſignificaionem
voluntatis in Principe inducunt, aliosque effe-
ctus circa ſolemnia,in conceſſionibus exprimē
da,per Deci.conſ.341.magiſque terrebūt Iudi
ces ad executionem, quam iuſtificabunt,quod
de ſe iniquum foret,vt inquit formaliter Pinel.
in Rubrica.C.de reſcind.vend.prima part.cap.
2.num.20.iſtæ enim clauſulæ ſubſequentes exe
cutiuæ,nunquàm ampliant principalem diſpo-
ſitionem. Siluan. conſil.4.nume.17.quia licet
geminatæ in præiudicium tertij, operari nō de
bent,vt tradiderunt Deci.conſi.373.nume 13.
in fin.cum ſequ.conſi.606.Par.conſi.2.nu.119.
& conſi.82.volum.4.Rui.conſi.71.num.37.vo
lum. 3. propterea de iuſtitia illius aliunde quæ-
rendum eſt. Et licet præſumatur in Principe iu-
43 ſta cauſa ſecundum vnā magis communem,**
etiam quando aufert Dominium acquiſitū de
iure gentium,remiſſiuè per Ant. Gabriel.com
mun.concluſ.de iure quæſit.non tollend.lib.3.
concluſ. 3.nu.4.tamen & multi contrarium te-
nuerunt, vt per eum ibidem,& amplè per eru-
ditiſſimum virum Arium. Pinel.in Rubrica.C.
de reſcind.vend.prima part.cap.2.num.11.12.
20.24.& ſequ.& fortius.ſi Princeps.non vtatur
clauſulis derogatoris, per Nicol.in concord.
num.474 glo.121.Gabriel.d.concluſ.3.nu.18.
limit.11.ex illis igitur non obſolute iuſta cauſa
deducitur.

44 Secundo,† exemptionis cauſa,vt iuſta,& ho
neſta dicatur, tria requirit,quod ſecundū ęqui-
tatem licita ſit, quòd conueniens ſit ſecundum
honeſtatem; tertio quòd expediens ſit ſecundū
vtilitatem, vt notauit Bald.id tit.de exempt.in
primo.ceſſat hic æquitas, quia dignus eſt quili-
bet operarius mercede ſua c.1.vbi glo.de ſepul.
deficit honeſtas,quia ſecundum naturam,ſi ſen
tit commodum molituræ & in commodū mer
cedis ſentire debet, clem.prima. de cenſ.c.qui
ſentit.de regul.iur.in 6.Abeſt vltimo loco vtili-
tas,quia ſolus Marcheſius commodum ſentiret
alij vero de Communitate grauarētur, & ſic re
dundaret in publicæ vtilitatis detrimentum, cō
tra not.per Lucam de Penna in l.cum neq;,uer
bo domus. C.de Incol.lib.10.in l. Medicos.in
glo.pſonalibus. C.de Med.& profeſſor.& in l.
actores.C.de exact.tributorum lib.10.dum.ita-
que nulla iuſta,& honeſta cauſa id ſuadeat, me-
rito ſi immunitas ad menſuras Communitatis
Bozuli, in præmium molituræ debitas,nō extē
detur,nec verum eſſe cenſeo Principē poſſe tol
lere omnem actionem,etiam ex contractu iuriſ
gentium procedentem,vt in hoc cōtractu loca
tionis operarum priſtinorum,ſeu contractu,do
vt facias.§.1.vbi gloſſ.& Aret.inſtr.locat.l.2.§.
at cū do.ff.de prę ſcri.verb.quamuis actio.ſit iu-
re ciuili introducta,quādo receptiſſimis ſcriben
tium traditionibus, id etiā ex abſoluto poteſta
44 te fieri poſſe per † Principem negetur, Caccia-
lup.tract.de penſ.q.19.nu.25.ita inquit Pinel.
d.c.2.prima.part.rubricæ.C.de reſcind.uend.
num.9.& in propoſito per Alexan.d.cōſi.123.
nume.4.cum.ſeq.uol.5.dixique in ſcriptis aliàs
in hac cauſa, ad q̄ me remitto,præcipuè reſpe
ctu uis & effectus dictarum clauſularū,ex certa
ſcientia,& aliarum de quibus in motiuis.

Vltimum, de priuilegij non amiſſione,ex ſe-
quuta ſolutione,tollitur.

Primo, quia dicit̄ fieri interpretatione priui-
uile-

Digitized by Google

uilegij dub'j ex dicta facti ſequela, quæ eſt fida immunitatis conceſſæ intelligentia, Rom. cōſ. 271. num. 4. cum apoſtil. Mendoſii, ibi uerbo inducit, Siluan. cōſi. 4. num. 12. facto enim magis, quàm uerbis uoluntas declaratur. Roma. conſi. 96. num. 4.

46 Secundo, eo quod ex † ſolutione annua ſine proteſtatione, ut in caſu noſtro, ſibi quiſque faciat præiudicium in immunitate cōceſſa ex priuilegio, illudque immunitatis priuilegium amittat, ut declarat Barto. in l. 1. C. de his, qui ſpōte mun. Alex. conſi. 136. num. 10. uol. 2. Rom. cōſ. 252. in fin. cum Mend. Gozad. conſil. 23. nu. 4. Ancar. conſi. 260. in fin. Barbat. conſi. 41. uol. 1. latè Crot. conſi. 64. nu. 20. cum plurib. ſequ. & ne cæteros tranſcribam pro communi, *notat Ant. Gabr. commu. cōcluſ. lib. 6. de iure immunit. concluſ. 1. num. 14. & ſeq. propterea exiſtis omnibus rectè cenſeo, nō obſtantibus in motiuis deductis in gratiam Vniuerſitatis Bozuli, terminandum eſſe, & ſententiam iam latam in illius gratiam confirmandam.

Franciſcus Burſatus. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICIS HAEREDIBVS. D. Io. Baptiſtæ Baſſani.

ARGVMENTVM.

Feudo vendito cū reſeruatione Dominij directi per venditorem, an ipſo mortuo ſine filijs, deuolutio aliqua fiat, reſpectu Dominij reſeruati.

Electa vna via contractus probatiua, quando ad aliam deuerti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Non entis, nullæ ſunt qualitates.*

2 *Gratia & licentia alienandi, eſt ad fauorē emptoris conceſſa.*

3 *Fauori ſuo, quilibet renuntiare poteſt.*

4 *Jllatio, ex diuerſis non fit.*

5 *Venditori facultas accedendo ad tenutā bonorum, in caſu non ſolutionis pretij, abſque reſeruatione dominij directi, inſtrumento dari poteſt.*

6 *Venditor locata re vendita emptori, cū pretiū non ſoluerit, dicitur adhuc Dominus.*

7 *Pactum ſimplex, de ingrediendo tenutam bonorum actionem ſolummodo ex vendito tribuit, cum ſupponat Dominium in emptorem translatum.*

8 *Conſtitutum precariū concurrens, cū pacto ſimplici facit, vt dominium rei venditæ in alium transferri minimè poſſit.*

9 *Pactum ſimplex, nullū ius perſonale nec reale tribuit, ſed tantum debitoris eſt obligatoriū.*

10 *Poteſtate conceſſa ingrediendi tenutam, non infertur ad hipothecariam, vel obligationem.*

11 *Conſequētia nō tenet, facultas accedendi ad tenutam bonorum reſeruata eſt in inſtrumento, ergo reſeruatum eſt dominium.*

12 *Inſtrumentum, vt reſcindat contractum vēditionis, neceſſe eſt vt concipiatur verbis mere reſciſſiuis.*

13 *Verba obliqua non impediunt dominij traditionem, ſed emptorem onerant, & cautionem venditori inducunt.*

14 *Verba reſeruare vel accedere poſſit, affirmatiue prolata, nullam neceſſitatem importeant.*

15 *Actionē una intentata, alia permittitur, & electa vna via, pro contractus ualiditate, alia ipſius reſciſſiua ceſſat.*

16 *Facultas poſſeſſionem ingrediendi, eſt cōditionalis in poteſtate creditoris ita, ut petita ſolutioni alio modo, quàm iuxta pactum, ipſe expiret.*

17 *Iudicis uia ordinaria electa, fauori ſuo renuntiatur.*

18 *Jnutile per inutile in feudis, non uitiatur.*

19 *Aſſenſus, & gratia domini feudi, licet multa cōprehēdat in parte, tamen per vaſallum acceptari poteſt.*

20 *Pars in totum includitur, & alteri renuntiare poteſt.*

21 *Licentia, per dominum directi conceſſa vaſallo quod alienare poſſit, videtur reſpicere etiā, quod minus eſt ſcilicet pignori dare.*

22 *Obligatur nemo, citra eius aſſenſum.*

23 *Conſenſus regulatur à natura contractus, ſuper quo interponitur.*

24 *Domini voluntas, qui nil aliud intelligit, quam ſequi uoluntatem feudatarij, facit actum irreuocabilem.*

25 *Diuiduo ab alio uitiato, aliud firmum remanet cum ſit expreſſum.*

26 *Vaſallus uaſalli mei non eſt meus uaſallus, cū licentiam uendendi primo uaſallo, dederim.*

27 *Dominus feudi dans licentiam vaſallo uendendi, ſcit ſe habere uaſallum emptorem tantum modo, & non emptorem & uenditorem.*

28 *Vaſallus feudum uendens, in totum deſinit uaſallus eſſe illius feudi.*

29 *Dominium directum uaſalli ſecundi dat ciuilē poſſeſſionem ipſi Domino feudi.*

30 *Vaſallus poteſt feudum alii infeudare, ſine licē-*

tia

tia primi Domini, ſi ſit æqualis conditionis
* *vaſallo, ex communi.*
31 *Subuaſallus non poteſt priuari feudo primo va-*
ſallo mortuo, à Domino feudi, ſi ſit paratus fa-
cere quod primus vaſallus faciebat.
32 *Donatoris iure reſoluto reſoluitur & ius dona-*
tarij. fallit in feudi ſubinfeudatione, etiam
quod culpa primi vaſalli deuolueretur, ex cõ-
* *muni * ſententia.*
33 *Ius ſecundi liuellarij, extincta linea prima a*
quo conſentiente domino directi feudum acce-
perat, non extinguitur.
34 *Vaſalli primi ius, non finitur, licet ſine filijs de-*
cedat, & ius aliquod domino aperiatur, quã-
do pro iure vtilis dominij aliquod ſibi reſerua-
uerit, uel pro liuello annuo.

CONSILIVM LXIII.

TRINITAS ADSIT.

VT ingenue fatear, ignoro, quo Iu
re agentes Illuſtriſſimi Domini
Curiæ Podij, aduerſus hęredes
quondam d.Io.Baptiſtę Baſſani
perant bonorum feudalium d.
Curiæ, alias per d.Io. Baptiſtam
alienatorum tenutam apprehenſam confirma-
ri. veritas eſt in uenditione facta domino Lãzo-
no, licentiam fuiſſe per emptorem obtentam a
Domino Curiæ, vt poſſit reſeruare Dominium
directum, vel utile bonorum alienatorum, do-
nec ſibi integre ſatisfactum eſſet; ita vt non ſol-
uentibus emptoribus, pretium, ſeu liuellos, in ra
tione quinque pro centum pretij taxatos tẽpo-
ribus ſtatutis, poſſit venditor accedere ad tenu-
tam bonorum alienatorum, propria authorita
te, pro ſumma crediti ſeu modo &c. vt cõuenie-
tur in inſtrumento, in cuius tamen ſtipulatio-
ne, per venditorem nullum fuit reſeruatum Do
miniũ, ſed tantum pacto conuentum, quod non
ſoluẽtibus emptoribus, poſſit & valeat Emptor
ac hęredes poſſint & valeãt, authoritate ꝓpria,
abſq; iuris vel Iudicis miniſterio, ſaluis iuribus
Dominorum, & habitis licentijs, vt ſupra, acce-
dere ad tenutam, & corporalem poſſeſſionẽ dd.
terrarum & bonorum alienatorum. Cum ita-
que dict. venditor viuens, nec reſeruauerit Do-
minium aliquod, nec tenutam aliquam ſit ade-
ptus vel petierit, utique nihil deuolutum ar-
bitror.

Primo, quia in hęreditate Baſſani, nullum do
minium reperitur reſeruatum, vt ex inſtrumen-
1 to colligitur: ergo nec illud deuolui potuit, † cũ
non entis nullæ qualitates exiſtant. c. ad diſſol-
uendum. de deſponſ. impub. lib. 6. l. eius qui in
prouincia. ff. ſi cert. pet. & licet in aſſenſu domi-
ni, detur facultas reſeruandi, non tamen fuit in
2 ſtipulatione reſeruatum † gratia enim eſt, licen-
tia domini alienandi ad fauorem emptoris con
ceſſa. Iſern. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lo-
tar. Bald. & cæter. in prælud. feud. Iſern. in c. 1. §.
quid ergo, de Inueſt. de re alien. fact. qua uti nõ
3 cogitur impetrans, † cum qualitate fauori ſuo
renuntiare queat. l. pen. C. de pact. c. ad apoſtoli
ca, de regul. Abb. in c. quæ in Eccleſiarum in fi.
de cõſti. Et licet in inſtrumento ſit reſeruata po-
teſtas accedẽdi ad tenutam corporalem & poſ-
ſeſſionem dd. bonorum: non ſequitur fuiſſe re-
ſeruatum dominium ſubalternum directum va-
4 ſalli vtilis, cum hæc ſint ſeparata penitus, † & ex
vno ad aliud non fiat illatio. l. Papinianus exul.
5 ff. de minor. quis enim ignorat, † quod in inſtru
mento dari poteſt facultas vẽditori accedendi
ad tenutam bonorũ, in caſu non ſolutionis pre-
tij, abſque dominij directi reſeruatione: cũ hæc
reſeruatio dominij operetur rei uẽdicationẽ. l.
qui ea lege. vbi not. C. de pact. inter empt. & uẽ-
6 dit. † admittatque locationem rei venditæ cum
adhuc uenditor ſupponatur dominus, Soc. ſen.
conſi. 130. num. 5. volum. 4. Abb. conſ. 66. Dec.
conſi. 119. num. 4. Alciat. tract. de eo, quod inte-
reſt. verſi. quod ſubſequitur. colum. fi. Fab. tract.
de empt. & vendit. 6. q. princ. circa pri. & in fin.
7 7. part. princip. ſub nume. 15. † At ſecus ſimplex
pactum de ingrediendo, uel accedẽdo ad tenu-
tam bonorum, vt hic, cum illud poſſeſſionẽ ac
dominium translata in emptorem ſupponat. &
ſolam actionẽ ex venditio tribuat, textus eſt for
malis. in d. l. qui ea lege. C. de pact. inter emp. &
uend. & adeo dominium translatum præſuppo
nit, ut emptori liceat illud in alium transferre:
ac etiam rerum uenditarum poſſeſſionem, niſi
8 † cum dicto pacto concurrat conſtitutum preca
rium, & pactum de non alienando ſimul. l. ſi cre
ditor. §. fi. ff. de diſtrac. pig. Bar. in l. 3. q. 4. C. de
pigno. latius Menochius in tract. de adipiſ. poſ-
ſeſſ. remed. 5. nu. 115. 124. & ſeq. Neguſ. de pign.
9 4. par. princip. nu. 32. & 33. dictum † namque pa
ctum ſimplex, nullum ius reale nec perſonale tri
buit, ſed eſt tantum debitoris obligatiuum. l. cre
ditores. ubi Bart. num. 6. & Menoch. num. 124.
10 C. de pigno. & in repet. in pri. cum apoſtil. † qui-
nimmo nec poteſtate conceſſa ingrediendi te-
nutam, infertur, ad aliquam hippothecam, uel
obligationẽ, vt in licentia Domini ſuper feudo
per Alex. conſ. 2. n. 9. verſ. quarto probat. uol. 4.
11 Non ergo fieri debet hæc conſequentia, † datur
in inſtrumento facultas accedendi ad tenutam
bonorum, ergo illorum eſt reſeruatũ dominiũ.
quod eo minus reſeruatum dicitur, ita vt nulla
eſſet neceſſaria translatio dominii, in caſu etiam
non ſolutionis pretij, & liuellorum in termino,
12 quãdo nec licentia, nec † inſtrumẽtum verbis
directis reſolutis & mere reſciſſiuis, contractus
uenditionis concipiatur: vt puta ſit res non em-
pta, ſit reſeruatum Dominium, vel ſimilibus, ſed
vtantur verbis mere obliquis indirectis ac com-
muni-

Digitized by Google

13 munibus.† nempe poſſit reſeruare, accedere ad
tenutam &c. quæ cautionem tantum venditoris
innuunt, emptoremque ſolum onerant, non autem
dominij vel poſſeſſionis traditionem impediunt,
ad ea quæ not. in l. commiſſoriæ. ubi glo.
Bald. & Salic. C. de pact. inter empt. & vend. Ale
14 xan. conſi. 10. num. 6. uol. 1. verbum † enim poſſit
reſeruare, vel accedere, ſiue verbum affirmatiue
prolatum, vt hic, obligationem nullam neceſſitatemve
importat, ſed meram ac liberam volũtatem
& facultatem partis, fauore cuius verbum
potentiæ adijcitur, deſignat. l. ſæpe. ubi Bar. ff. de
offic. præſid. & in d. l. creditores. num. 3. C. de pignor.
Felyn. in c. quanto, in princ. de præſumpt.
not. omnes in l. Gallus. in pri. vbi Garz. num. 55.
cum mult. ſeq. & Soci. num. 30. poſt Iaſ. & cæter.
ff. de liber. & poſt. Dum ergo poterat reſeruare
dominium & non reſeruauit, nihil ei acquiſitum
vel reſeruatum ex dict. aſſenſu cenſetur, cum non
aſtringebatur talem reſeruationem facere.

Secũdò, præſuppoſita dominij reſeruatione,
etiam in inſtrumento de qua in feudo loquens
Rimin. ſen. conſi. 177. per totum volum. 1. & Tiraquel.
de utroque retract. gloſſ. 2. num. 34. dico,
quod cum d. venditor Baſſanus elegerit viã
ſequeſtrorum, contra emptorem, & petierit creditum
ſuum in pecunijs, non in bonis venditis
retro accipiendis, quod illi dominio reſeruatu,
in vita ſua, cenſetur renuntiatum, adeo quod ipſe
non potuiſſet amplius ad tenutam bonorum,
15 uirtute reſeruationis accedere, cum vna via pro
ualiditate contractus electa, ceſſet altera illius reſciſſiua.
text. eſt in l. commiſſoriæ 161. petitionem
pretij ſequi maluit, ubi gloſſ. Bald. Salicet.
& cæter. C. de pact. inter empt. & vend. l. ſi fundus.
§. eleganter. ff. de lege comiſ. l. poſt diem. ff.
de leg. comiſ. Aret. conſi. 150. columna penul. &
16 comprobatur ratione.† quia hæc facultas ingrediendi
poſſeſſionem, eſt conditionalis in poteſtate
creditoris dimiſſa, videlicet, ſi non erit ſolutum,
ita ut facta ſolutione vel petita, alio modo,
quam iuxta pactum. d. facultas ſit nullius præiudicij
vel iuris, not. Salic. in d. l. 3. C. de pignor. &
17 † electa via iudicis ordinaria, proptio fauori ingrediendi
ſua authoritate renuntiatum dicatur
Bald. in l. 2. nume. 29. C. de ſeruit. & aqua. in lege
eadem. num. 13. C. locat. Neguſ. de pigno. 4. part.
nume. 25. Ruin. conſilio 57. nume. 3. uolumin. 4.
Menoch. in d. l. creditores. num. 157. C. de pign.
Quatenus igitur dominium reſeruatum fuiſſet,
in bonis venditoris non erat, cum eidem fuit renuntiatum,
nec ideo deuolui, ob lineam finitam,
potuit.

18 Tertio, in feudis † vtile per inutile non vitiatur.
cap. 1. §. ex eadem lege, de lege Corrad. Curt. in
cap. 1. §. ex eadem lege, de altract. feud. pri. part. in princ. per tex. in c. 1. de al-
tract. feud. pri. part. in princ. per tex. in c. 1. de al-
lod. uerum licentia & inſtrumentum ſubſiſtent,
& effectum operabuntur, licet non ſit reſeruatũ
directum dominium, cum illud caput inutile, nõ
vitiet venditionem vtilem.

19 Quarto, aſſenſus ſeu gratia domini feudi multa
comprehendens, in parte tantum acceptari
poteſt, per vaſallum, hinc data licentia vendendi
prædiũ, illius pars ſola ſecũdos aliquos aliquos
20 alienabitur, quia † pars in toto includitur, & alteri
renuntiari ualet. l. ſi quis cum totum. ff. de except.
rei iud. Iſern. Capici. & cæter. in c. Imperialem,
vbi Andr. in pri. 4. colum. & Aluarot. col. 5.
de prohibit. feud. alien. per Federi. Marin. Freci.
de ſubfeud. lib. ſecundo ſecunda quæſt. num. 3.
cum ſeq. & nonnulla, per Pariſ. de Puteo, de feu.
reintegr. cap. 234. nu. 9. cum ſeq. & 258. num. 2.
21 Curt de feud. 4. part. uerſi. 7. nu. 143. admittens
hoc abſolute poſſit quod minus eſt fieri, vt puta
pignorari & alterum omitti, puta alienare, licet
de venditione partis dubitet, ſimiliter tradit Capici.
in inueſt. feudali, verbo, feudorum aſſenſus,
uerſi. effectus, in fin. ac Frec. eodem loco. num. 6.
dicens ex veriori partem tantum alienari non
poſſe, ne diuidatur feudum, & ratio primi dicti
adducitur, quia gratia hæc non operatur, niſi a
22 parte acceptetur,† nec quis ex illa obligetur, citra
illius aſſenſum. l. conſenſu. ff. de act. & oblig.
licet ergo multa, in licentia comprehendantur,
potuit vaſallus acceptare gratiam, in parte tantum,
aliam minimè, cum ad illius fauorem merum,
23 rum, conceſſa dicatur. & ſemper † dd. aſſenſus a
ſupplicatione, mente impetrantis ac a natura cõtractus,
ſeu actus, ſuper quibus interponitur, re-
24 gulentur. l. fi. C. de pactis. non enim facit actum
irreuocabilem, uoluntas domini, qui nil aliud intelligit,
quàm ſequi volũtatem feudatarij. And.
de Iſern. d. ca. Imperialem, colum. 6. & in c. 1. de
contro. feud. apud Pares. term .ſerui. Socin. ſen.
conſi. 159. num. 33. in fine uolum. 2. Frec. dicto
lib. 2. q. 10. nume. 6. Hinc, ſi duo in aſſenſu comprehendantur,
uel impetretur aſſenſus, ſub duplici
capite primo ſuper contractu, ſecundario ſuper
obligatione, quorum alterum reſpectu contractus
non ſubſiſtat, forte ob obreptionẽ, aliud
vero obligationis iure permittatur, non propterea
aſſenſus ſuper obligatione uitiabitur, eo qđ
aſſenſus ſuper contractu non teneat, quãdo vno
25 vitiato † ſeparabili ab alio, reliquum, quia expreſſum
eſt, remaneat firmum not. in c. ſi eo tempore,
de reſcript. in 6. Abb. in c. cæterum, & in c.
Sedes, de reſcrip. tradit Camer. in cap. Imperialem,
pagin. 49. lit. f, de prohibit. feud. alien. per
Federicum.

Quinto, conſidero, quod, aut uolumus per d.
Baſſanum fuiſſe feudum venditum Lanzono, cũ
aſſenſu domini, prout re vera fuit, & tunc nullũ
26 eſt dubium,† quod Baſſano mortuo ſine hæredibus,
nullum ius domino in feudo competit, cũ
penes. d. uẽditorem, nec dominium poſſeſſiove
remanſerint, nec amplius ipſe feudatarius dicatur,
nnt. l. ſi ut certo. §. ſi duob. vehiculum. ff. cõmud.
& in propoſito Bald. in c. cæterum. nu. 13.
extra de iud. quem referunt, & ſequuntur Felyn.
in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 69. uer ſic. ſexta
decla;

Digitized by Google

declaratio.de conſtit.Ioan. Andr.ad Specul.de
feud.quæſt.8.verſic.nuper.in fin.nume.60.Ca-
pic.in Inueſtit.feud.uerbo.feudorum domina,
verſic. quaſi utile.† Dominus enim dans licen-
27 tiam uendendi, cogitari habere emptorem ua-
ſallum,non autem emprorem & uenditorem ſi
28 mul,ſic duos uaſallos eiuſdem feudi,† cum uen
ditor in totum deſinat eſſe uaſallus,nec in eo re
maneant aliquę feudi reliquiæ,quo ad iura feu
di,perinde,ac ſi nunquam feudatarius extitiſſet
ut declarat Ancar.conſi.64.motiuis iudicis,Ma
rin. Frec. in dict.tract.de ſubfeud.lib.ſecund.q.
6.nume.7.Iaſ.in l.3.num.33. C.de iur.emphy.
in for.ſenat.in cauſ.ſtat. Montisferr.pag.20.uer
29 ſic. quæ rationi.† Dominumque directum re-
ſpectu uaſalli ſecundi,der ciuilem poſſeſſionem
ipſi domino, non autem reſpectu pretij cõſtitu
ti,ex utili uendito.ar.not.per dd.in l.ſciendum
§.ſed & qui ff.ſi quis caut. Paris.conſ.101.num.
37.uolum.pri.Aut uolumus, quod Baſſanns,re-
ſeruando ſibi dominium utile, uſque ad inte-
30 tegram ſatisfactionem,dicatur ferè † alium ſibi
ſubuaſallum conſtituere, ſeu libellarium (pro-
ut quilibet ſaltem durante illius uita poteſt , &
ſine domini primi aſſenſu. cap. pri.in fi.de nat.
feud.per Specul.vbi ſupra.nume.60. Bald.in §.
aut.ſi libellario.in prin.quibus mod.feud.amit.
& in cap. pri. in princ. vbi per Aluarot.not. ſe-
cund.de his qui feud.dare poſſ.communem ſen
tentiam tradit Gozad.conſi.62.nu.5.Curt.Iun.
de feud. 4. par. princ. vlt. cau.priuat.pri. quæſt.
primæ regulæ.& in feudo Eccleſiæ & curiæ Po
dij Mantuani loquens.Soci.ſen.conſil.66. poſt
num.3.vol.3.Zaſ.de feud.9.parte.nume.15.Ca-
pi.in inueſtit.feud.verbo, feuda alienantur, li-
mit.18.& in uerbo,feudo.dans verſi.infeudans
ibi. quandoque & tertio pagin.153.amplè Pa-
ris.§.35.quæſt.5.nun.16.& ſequ.communes.in
quit per aliòs Michael Graſ.commun.opin.lib.
ſecund.cap.ſecund.quæſt.20.)& tunc ſimiliter
affirmo, mortuo ſine filiis feudatario ſub infeu-
31 dante, non,† poſſe dominum primum directũ,
rem ipſam auocare, vel vti deuolutam vendica-
re, ſi ſecundus ſubuaſallus paratus ſit inueſtitu-
ram accipere, & ſeruire, prout alienans,vel ſub
infeudãs primo loco faciebat,ex æquitate text.
in terminis. in cap.prim.§.neceſſitate.ubi Alua-
rot.qualiter.olim feud.alien.poter.ibi nõ amit-
tebat, ſi priori domino ſeruire, & ab eo reco-
gnoſcere volebat. idem firmat Bald.in cap.pri.
§. rurſus. ſi fidelis.nu.4.quibus mod.feud.amit.
& per Aluar.in cap.prim. §.rurſus.1.not.de cõ
tro.inueſt.qui Bald.in qualibet conceſſione lo-
32 quitur. licet enim † reſoluto iure donatoris ius
acceptoris reſoluatur : attamen id fallit in feu-
di ſubinfeudatione, cum ex æquitate ſpetiali.
dict.cap.prim.rigor dict.regulæ iuris tempere-
tur, refert Bald. in dict. §.rurſus, nec dominus
alium vaſallum, quam velit, habeat, cum ſub-
infeudatio fiat eiſdẽ modo & forma, prout pri

mus vaſallus habebat, nec eo modo interſit do
mini, plus vnam, quàm alterũ habere,ita Curt.
dict. nu.85.4.parte tract.de feud.id intelligens,
etiam, quod ex culpe vaſalli deuolueret, in pro
poſito comprobat dictũ principale Clar.in §.
feudum quæſt.32.verſic.ſed circa,poſt curt.qui
* dicit, ita * omnes teneri in tract.de feud.4.par-
te,verſic.aggredior,prima regula,ſexta declara
tione, num. 85. Capic. in inueſtit. feud. verbo,
feudum dans.verſicul.ſcilicet aduertendum, in
fin. pagi.154.tradunt multa declarando hoc di
ctum Moder. Pariſien. in conſuet. feud. §. 35.
quęſt. 5. num. 20. cum ſequ.& §.30.num.83.in
fin. communem recenſet Beneuentan. in cap.
Imperialem. in pri.pagin.7.litera.f, cum ſequ.
de prohibit.feud.alien.per Federicum.Vnde di
cimus in præſenti caſu, ſiue facta ſit reſeruatio,ſi
ue non, vel ſit alienatio, vel ſubinfeudatio,ſtã-
te maxime licentia domini, & inueſtitura Lan-
zoni, non poſſe aliquid per Dominum Curiæ
Podij prætendi.

Sexto & vltimo, me in hanc ſententiam tra-
hit, conſil. Socin.ſen.256.per totum volum.ſe-
cund.quo loco, duo principaliter determinat.
33 primum,quod † finita linea primi vaſalli,vel li-
uellarij non dicitur extinctum ius ſecundi, qui
à primo id tenet, domino directo aſſentiẽte,&
ſecundum in vaſallum acceptante, ſiue in ſecun
dum omne ius primi ſit tranſlatum, ſiue pars tã
tum: ex conſenſu enim domini, vt hic ſecundus
acquirens illius perpetuus vaſallus conſtitui-
tur, vt linea primi finita, nullus ſit deuolutio-
ni locus, quod ibi ex doctrin. Bald. Ancar.&
aliorum comprobat. Ancar.inquam conſi.193.
nu. prim. in fi. Sigiſ. con. feud. 3.nu.39.idem
in terminis ſequitur Socin.ſen.conſil.261.per
totum volu.2.

Secundo concludit, nec ius primi vaſalli,ſi-
ue liuelli finiri, licet ſine prole decedat, vt ius
aliquod domino aperiatur, quando pro iure
vtilis dominij tãtum quod primus in feudo vel
emphiteoſi habeat, primus liuellum annuum
ſibi creauerit, vel ſtatuto pretio cenſus annuus
vt quotidie fit, in ratione quinque pro centum,
conſtituatur, ſciente, aſſentiente, & acceptan-
te domino directo :cum iſtis caſibus nullus de
tur locus caducitati vel deuolutioni alicui, ſed
cenſus vel pretium tempore ſuo debita ad hære
des primi vaſalli tranſeant. prout ex multis ra-
tionibus latè hoc dictũ comprobat Socin.ſen.
dict.conſ.256.2.articulo volum.2.& conſ.261,
eod.volum.2.

Vnde, exiſtis rationibus authoritatibuſque
ſimul iunctis, rem prorſus indubiam, & in gra
tiam Domini Baſſani pronuntiandum cenſeo.

Franciſcus Burſatus.I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICA DOMINA MARgarita Bonicia.

ARGVMENTVM.

Mater, an poſſit plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi.

Statutũ prohibens filios ſecundi matrimonij habere plus, quàm filios primi, ſeu diſponens, quod dotes æqualiter in filios diuidantur, quando in diſpoſitione vltima mulieris viduæ, locum ſibi vendicet.

An ſtatutum loquens in vxore, ad viduã trahatur.

SUMMARIUM.

1 *Filij, non ex lege tãtum, ſed etiam iure hæreditario dotes maternas conſequuntur, cum ſtatutum illas æqualiter diuidi ab inteſtato iu-*
** *bet, ex communiori.***

2 *Aes alienum, ante omnia detrahitur.*

3 *Verbum, non poſſit, neceſſitatem regulariter importat.*

4 *Compenſatione dotis, creditum tollitur.*

5 *Statutum de liberis loquens, etiam ex ſe na-*
** *tis, ad nepotes extenditur, ex communiori.***

6 *Reſtitutio in integrum, ex capite ignorantiæ ſe-*
** *cundum vnam communiorem, ** non datur aduerſus ſtatutoriam præſcriptionem.*

7 *Reſtitutio in integrũ, à die ſcientiæ tantum, intra quadriennium competit.*

8 *Statuti vna pars, aliam declarat.*

9 *Extenſio in ſtatutis exorbitantibus, & correctorijs, non fit.*

10 *Interpratatio ſtatutorũ fit, vt minus iuri communi deroget.*

11 *Rubrica perfectam orationem habens, ad cauſarum deciſionem allegatur.*

12 *Statutum de vxore loquens, non trahitur ad ſpõ-*
** *ſam ex vna communiori, ** licet communior*
** *ſit in contrarium ſi quidem trahi.***

13 *Copulæ & natura eſt præcedentia ſequentibus iungere.*

14 *Relationis eſt natura præcedentis qualitatis repetere.*

15 *Statutorum plurimi intellectus, qui obſeruẽtur.*

16 *Intellectus iuri communi conformis attenditur.*

17 *Arguere nõ licet a ſtatuto multiplices ĩtellectus*

18 *Senatus in dubio pro fauorabiliori intellectu iudicat.*

19 *Ratio ſtatuti operatur illius intentionem, limitationem, & ampliationem.*

20 *Statuta, quæ prohibent nihil plus ſecundi, quã primi matrimonij filijs relinqui, quatuor ra-*
* *tionibus nituntur, communisque * eſt, vt æqualitas inter filios ſeruetur.*

21 *Aequalitas inter filios ſeruanda.*

22 *Stat uti Mutinenſis diſponẽtis dotes æqualiter*
* *diuidi, communi ratio.**

23 *Mater prohibita relinquere plus filijs ſecundi viri non cenſetur prohibita relinquere plus filijs primi.*

24 *Statutum Mantuæ de lucro dotis potiſſimum aditum in gratiam maritorum, quod nec immo ad uiduam trahitur. & nu. 28.*

25 *Mulier fragilitate ſexus adducta quandoque filios priuat aliquo ſuggerente.*

26 *Dilectio maior in filijs primi quam ſecundi matrimonij conſideratur.*

27 *Vxor ſeducta à viro, quandoque plus filijs ſecundi quàm primi mariti relinquit.*

28 *Statutũ prohibẽs p vxorẽ relinquit plus filijs ſecundi, quam primi, non trahitur ad uiduã.*

29 *Statutum aliàs fauorabile tollens facultatẽ teſtandi, odioſum dicitur.*

CONSILIVM CLXIIII.

TRINITAS ADSIT.

EX Domino Theodoro filio Alexãdri ſenioris de Reggio primi mariti Dñæ Doroteæ a Serra, nati sũt Alexãder Iunior, & Ludouicus fratres, & nepotes reſpectiuè: & ex D. Iacobo de Barbobus, ſecundo viro, ſuſcept. dicta met Dorotea filium D. Georgiũ, cuius ſe hrẽdẽ facit Domina Margarita de Bonicijs rea conuenta in iudicio a d. Dño Alexãdro, & fratre, qui petunt dimidiã dotis dictæ auiæ, q̃ fuit ducatorũ octingentorũ (nõ obſtante teſtamẽto Doroteæ poſt mortẽ vtriuſq; viri, legãtis nepotib. ex primo viro, legitimã tantũ ſibi debitã in bonis Teodori filii p̃defuncti, & in bonis ſuis hæredẽ inſtituentis D. Georgiũ de Barbob. ex ſecundo matrimonio filiũ (ea inquã rõne, q̃ inter eos, & Do. Georgiũ, vel eius hæredẽ, dos ſit æquis portionib. diuidẽda, iuxta ſenſũ ſtatuti Mãtuę, ſub. Rubri. de dote p maritũ lucrãda, vxore p̃defuncta ſine liberis in matrimonio, verſi. quarto ita diſponẽte, extãtib. vero filiis ex vtroq; matrimonio, maritus nil lucret̃, ſed dos ipſa ſit cõis filiorum vtriuſq; matrimonii, & inter eos ab inteſtato diuidat̃ cõiter, & teſtari debeat, ipſa mulier, & poſſit, ac valeat, prout ſibi a iure conceditur, dum tamen de ipſa dote, & alijs eius bonis non poſſit, ipſa mulier plus liberis ſecundi matrimonij relinquere, vel de eis, & inter

viuos quouis modo diſponere, quàm relinquat,
& diſponat, ſeu dederit in primi matrimonij li-
beros, in præiudicium vero liberorũ prædicto
rum in perſonas extraneas diſponere nõ poſſit.
eo caſu, quo liberi extarent, niſi de ipſorum con
ſcientia, & voluntate legitima. Et quia cõtrouer
ſia hæc ob ſtatuti interpretationem, & varias
ſcribentium opiniones, in ſimilique caſu non
modicam dubitationem deferebat, conſultus
ſuper cauſæ proceſſu, vt quid iuris eſſet ſcribe-
rem.

Diuino ſanctiſſimæ Trinitatis præſidio im-
plorato, in gratiam hæredis de Barbobus, pro
illius abſolutione ex infraſcriptis reſpondendũ
cenſui.

Primo namque ex dicto ſtatuto ſub Rubrica.
de dote per maritum lucranda. uerſic. Extanti-
bus vero &c. defertur filijs ex primo, & ſecundo
matrimonio, ęqualiter dos materna, & inter eos
ab inteſtato communiter diuiditur. ita ꝙ (ſecun-
dum literam negatiuam) plus liberis ſecundi,
quam primi matrimonij relinquere, ſic ex ſtatu-
1 ti verbis infertur, dictos † filios, dotes, & bona
materna conſequi, non ex legis lucro tantum,
ſed iure etiam hæreditario, & tãquam hæredes
matris, ita quod lucrum, & partẽ bonorum obti
nere videntur cum qualitate hæreditaria, vt de-
clarat Angel. cum cæteris ſubſcribentibus con-
ſilio 81.82. & ſeq. Socin. ſen. conſi. 93. num. 7. in
** fi. uolum. 1. quod magis communiter ** recipi
inquit Siluan. conſilio 49. numero 88. propte-
rea vti hæredes, facto matris contrauenire ne-
queunt.

Secundo, ſtatutum, quo ad dotem, & bona di
ſponit plus filiis ſecundi matrimonij non dari,
quam filijs primi. At in præſenti non conſequi-
tur plus Georgius Barbotus, quam Theodorus
de Reggio, uel illius filij: quia, ut teſtamentũ Do
roteæ docet, bona Georgij fuerant per illã con
ſumpta, & ei tanquam æs alienum relinquit il-
lud plus de bonis ſuis, quam in illas de Reggio,
diſputatur, quod conſiderari oportet, cum ante
2 omnia † æs alienũ detrahatur. l. fi. §. licet. §. ſi ve-
ro creditores. C. de iur. deliber. l. Papinianus. §. 4.
ff. de inoff. teſt. & cum non contrauenerit ſtatuto
Dorotea, diſpoſitio eiuſdem teſtamentaria ſub-
ſiſtet. arg. regulæ. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff.
de leg. 3. ut in ſimili caſu, ac ſtatuto reſpondebat
Siluan. conſilio 49. num. 83. Additur, ꝙ licet ſta-
3 tutum vtatur verbo, non poſſit, regulariter præ-
ciſam neceſſitatem importantem, attamen vide
retur hic contrarium tollerari poſſe, eo ſuaden-
te, quòd quis de ſuis bonis ad libitum diſponat,
vel quia ſtatutum id velit in illis verbis, poſſit te-
ſtari, prout ſibi a iure conceditur, iuxta diſtin-
ctionem Socin. iun. in l. 1. in primo. num. 8. ff. de
verb. oblig. & in l. Gallus in primo. num. 29. ff. de
lib. & poſt.

Tertiò, Aduerſantes de Reggio probarunt ſe
eſſe filios, hęredes, & poſſeſſores bonorũ Theo-
dori illorũ patris, ac filij Doroteæ, in cuius Theo
dorij hæreditate ſine dubio matri ſuperſtiti legi
tima ab inteſtato ſpectabat, virtute alterius ſta-
tuti, ſub Rubrica de ſucceſſione ab inteſtato, in
primo: quæ legitimæ portio tranſcendit utique
quantitatem quadringentorum ducatorum do-
tis Theodori patris, vnde vel † compenſatione
4 ſublatum eſt dotis creditum, cum ſit facta ſolu-
tio. l. ſi debitor. ff. qui pot. in pignor. habe. Deci.
in cap. cum inter. de except. vel eiſdem exceptio
compenſationis obſtat, cuius effectus legis be-
neficio inductus videtur, & iudici neceſſitas ad
compenſandum impoſita. §. in bonæfidei inſtit.
de act. Bartol. in l. verum. ff. de compenſ. & ita in
exceptione compenſationis oppoſita inſtru-
mento dotali, determinauit Sacrum Conſilium
Neapolitanum, teſte Afflicto. deciſi. 121. primo
articul. Port. conſilio quadrageſimo ſeptimo nu
mero octauo.

Nec vim facio in verbis ſtatuti, ibi, liberis ex
matrimonio &c. quaſi quòd filij mediate tãtum
ueniant. per Bartol. in lege eo tempore. ff. de pe-
cul. & in l. liber. ff. de uerbor. ſignificat. Quando
** communiori ** calculo receptum ſit, quicquid
5 nonnulli contra ſenſerint, † ſtatutum hoc de lu-
cro dotis &c. vel ſimile loquens de filijs, addito
etiam ex ſe natis &c. vel alia ſimili qualitate, non
ſolum liberos, ſed etiam nepotes omnes ex ſe
comprehendere, & in illis locum habere, vt pro
bat Fanutius. de lucro dotis. gloſſ. 5. in uerbo, ſi-
ne liberis a num. 18. ad num. 31. Curt. iun. decla-
rans, in authen. præterea. nume. 28. C. unde uir.
uxo. poſt Roman. cum add. Mendoſij. conſi-
lio 129.

Quarto, addo præſcriptionis ius acquiſitum
reæ conuentæ ex ſtatuto Mantuæ, ſub Rubrica.
Quanta, & qualis obſtet præſcriptio debitum
6 non petentibus. cui non repugnat † reſtitutio
in integrum, ex capite ignorantiæ petita per
** Actores. Quando ex una magis communi **
ſententia non concedatur, etiam ignorantibus
contra ſtatutariam præſcriptionem, quæ ſucce-
dit loco pręſcriptionis triginta, vel quadragin-
ta annorum. Alexand. conſi. 163. num. 7. uolum.
ſecundo, & ne cęteros tranſcribam, uideatur Ru
beus Alexand. conſi. 97. cum ſeq. Curt. iun. con-
ſilio penultimo. Deci. conſi. 29. num. 3. & 375.
cum apoſtil. Moder. Pariſ. ad Alexand. conſilio
151. uolum. ſecundo Soci. iun. conſ. 115. nu. 44.
& conſi. 6. num. 17. uolum. 2. & conſ. 54. uolum.
primo. Vaſqui. de contro. Illuſt. cap. 75. Et quia
7 quatenus concedenda, iam ſit elapſum † qua-
driennium a die ſcientiæ, intra quod tantum di-
cta reſtitutio petitur. l. fina. C. de tempo. in inte-
grum reſtitut. cap. 1. de reſtit. in integrum, ſtatu-
tumque noſtrum utitur uerbo, non audiatur,
nec ius reddatur, propter quæ verba proceſſus
redditur nullus, & omnis reſtitutio in integrum
ſublata creditur. Hipp. Rimin. conſi. 74. num. 28.
& 75.

Digitized by Google

Quinto,& vltimo,eo fundamento principa-
li mouebar,quòd ſopracitatum ſtatutum, de lu-
cro dotis, quicquid hactenus obſeruatum fue-
rit, non procedat in vidua, ſed tantum in mu-
liere nupta,& viuo ſecundo viro, cui ob mari-
ti ſuſpicionem tantum diſpoſitio bonorum,&
dotis filijs ſecundi matrimonij prohibeatur;
non autem viduæ, cui relinqui debet libera do
tis,ac bonorum ſuorum, & inter filios admini-
ſtratio. Et ad firmandam hanc concluſionem
adducebar.

Primo,quia ſtatutum illud in dict.verſic.& te
ſtari loquitur tantum in nupta, & in caſu, quo
maritus viuens nil lucratur, vt patet ex Rubrica
nigro. ac omnibus verſi.præcedentibus,& ſub-
ſequentibus,& infra explicabitur, vnde cũ una
8 pars † ſtatuti per aliam declaretur Caſtr. in l.
vtrum.ff.de petit.hæred.Socin.ſen.conſi.46. co
lum. 3. volum. 4. præſertim, ſi pars declaranda
ſit obſcura.Angel.conſi.280.colum. fin.& vt in
9 fra,ad mulierem viduam non † extenditur,cum
in ſtatutis exorbitantibus, & correctorijs,vt eſt
præſens, quod lucrum dotis deferatur marito,
contra ius commune. cap.1.de donat. inter vi-
rum.per Abb.in conſil.1.uolum.1.nulla fiat ex-
tenſio,& in caſu ſuo tantum, quatenus uerbo-
rum limites patiuntur, nec vltra intelligatur,
atque trahatur Alber.in prima part. ſtat. quæſt.
9. Curt. iun.conſil. 105. in primo. & latè ſuper
hoc ſtatuto conſiderat Pariſ.conſ.34. num.4. 8.
14. cum ſequ. volum.3.Socin.iun.conſi.27.nu.
10.uolum.primo.Grat.conſi.42.num.16.uolu.
10 primo† interpretatio namque fieri debet,vt mi
nus corrigat ius cõmune, quàm ſit poſſibile, vt
in ſimili ſtatuto inquit Abb.conſi. prim. lib.pri.
& 79.volum.ſecund.Dec.conſi.353. Iaſ.conſil.
58.volum.prim.Pariſ.conſil.127.nume.20. vo-
lum.primo.

Quod vero ſtatutum in verbis de muliere tan
tum nupta, excluſa vidua, neceſſario intelligat.
demonſtro.

11 Primo,ex † Rubrica perfectam orationẽ ha-
bente, quæ fines,& limites nigri deſignat, & ad
cauſarum deciſionem adducitur tradunt ex cõ-
muni Deci. nume.9. Curt. iun.nu.15.& omnes
in l.1.ff.ſi cer.pet.hæc enim rubrica non loqui-
tur de dote mulieris tantum,ſed de vxoris dote,
ſic de nupta,& nõ de dote lucranda ſimpliciter,
ſed vxore præmoriente in matrimonio,non de
dote,habito reſpectu ad filios,ſed ad maritũ, ſic
marito viuo, cum illius cauſa principaliter ſit
æditum:& quia relatio ſit ad maritum,uxorem
& matrimonium,dum loquitur de dote,non in
telligitur impropriè de dote, quæ quandoque
ſoluto matrimonio dicitur, reſpiciendo futurũ
matrimonium, obligationem reſtitutionis, uel
res in dotem dandas,per Ripam in Rubrica ſo-
lut.matrim.num.72. ſed tantum ſecundum na-
turã præpoſitæ materiæ,loquitur de dote, quæ
muliere defuncta in matrimonio per virum,uel

12 filios lucrari debeat,ſeruit,quia†ſtatutũ de uxo-
** re loquens,ex communiori**ſententia ſecundũ
aliquos non trahitur ad ſponſum per Pariſ.cõ-
ſil.62.num.11.cum ſeq. volum.4.Roland.a Val-
le de lucro dotis.quæſt.106.maximè nume. 33.
Tob. Noni. nouiſſ. conſi.51.num.11.licet,& ſe-
** cundum alios communiori** affirmatiua creda
tur, vt inquit vltra Roland. ubi ſupra nume.13.
Stefan.Lamberteng.ſuper ſtatut.prohib.mulie.
contrah.gl.8.in verbo mariti.nu.13.

Secundo,verſiculi primus, ſecundus, & ter-
tius nigri dicti ſtatuti loquuntur tãtum de mu-
liere nupta decedente,viro uiuo, & ipſa præmo
riẽte in matrimonio, diſponuntq; primò caſu,
non extantibus filijs maritum lucrari totam do
tem, ſecundo caſu extantibus filijs communib.
nil lucrari, ſed filiorum eſſe, inter quos mulier
ipſa teſtari de dote,& diſponere cõcedit. tertio
caſu,extantibus filijs primi matrimonij tantum
lucrari maritũ quantum vnus ex filijs primi ma
trimonij habeat. verſiculus ergo quartus ſubſe-
quens,& cõtinuans,ibi,& teſtari debeat,ſimili-
ter ꝓcedet,& intelligetur retẽto caſu,& thema-
te præcedente in nupta tantum, non autem vi-
13 dua,tum ob † copulã,& cuius eſt natura ſequẽ-
tia cum præcedentibus iungere. l. triplici. ff. de
verb.ſignifi.l.textores.§.nihil.ff.de leg.1.& qua-
litates antecedẽtes repetere. Lauia. in primo cũ
glo.ff.de condit.& demonſtr.l.Seiæ.§.Gaio.ubi
Barto.ff.de fund.inſtr.l. ac ne coniunctorum di-
uerſa ratio,& diſpoſitio reſultet,ſeu in cõtinua-
to ſermone alia perſona,de qua præcedentia nõ
loquuntur, ſubintelligatur, vt cõſiderat in caſu
viduæ ſuper alio ſtatuto,Nat.conſi.514. ſub nu
mero 3.

Tum vt minus,quàm fieri poſſit ius commu-
ne lędatur.ad no.in l.fin. §. in computatione.ff.
de iure deliber.Abb.conſil. 1. volu. pri.veraque
relatio fiat ad præcedentia in ſubſequenti clau-
ſula,ibi poſſit ipſa mulier &c. & de ipſa dote,ac
cum repetitione præcedentium qualitatum iux
14 ta†relationis propriam naturam,per ea quę po
nit Deci.conſi.11.num.18.conſi.47. nu.2.Soc.
iun. conſi. 133.num. 2. vol.pri.nec una pars ad
aliam correſpectiuam difformiter intelligatur,
per Nat.d.conſi.514.ſub nu.3.uol.3.

Secũdo principaliter moueor, & ſi verba ni-
gri in illa parte ſtatuti non eſſent adeo clarè cõ-
cepta,vt ſoli nuptæ conuenirent, ſed potius ge-
neralia,ſeu ęquiuocè dicerentur poſita, præuale
re tamen debet intellectus ſuprapoſitus de nu-
15 pta tantum,quãdo legis,uel † ſtatuti noſtri plu-
res ſenſus habentis iſte verior exiſtimetur. pri-
mo,quia rubricæ ſit magis cõformis,& eius ma
teriæ cõgruat gl.& Abb.in c.bonæ de cõfir.vtil.
uel inutil. gl. in c. cum Monaſterium. ubi Ioan.
And.Imol. Abb.& alii de elect.Bal. poſt gl.in l.
vnica.c.ne liceat tertio prouo.Socin.conſil.55.
num.5.vol. 1.Curt.iun.nu.26.Deci.nu.3. in l.1.
ff.ſi cert.pet.per Rubric. enim nigrum obſcurũ
decla-

delaratur. Alexand.num.9. Deci.num.3.in d.
l. i Caſtr. in l. actione.C.de tranſ. Abb.in cap.
inter alia in fin.de immunit.Eccleſiarum,ponit
Scin.conſi.30.colum.8. Corn.conſi.133.vol.
ſecund.prout in ſimili ſtatuto, hac motus ratio-
ne reſpondebat Alba.conſi.88.nu.4.

16 Secundo, quia in multiplici ſtatutorũ intel-
lectu, ille ſeruetur, qui iuri communi magis ac-
cedat.cap.cum dilectus de conſuet.l.ſi ſer. C.de
noxal. Doct. in l.fin. §.in computatione.C.de
iur.deliber.& magis iſte pro nupta iure commu
r derogabit,ne libera voluntas teſtandi de bo
rs ſuis viduæ auferatur, contra l.pri.C.de ſacr.
ſnct. Eccleſ.l.3.ff.de.adim.leg.l.ſi fratres.§.idẽ
r'pondet.ff.pro ſocio,tradit Crauet.in l.ex fa-
cto.in primo.ff.de vulgar. & pupill. Iaſo.in l.ſti-
pulatio hoc modo.in primo.ff.de verb.obliga.
& in l.non idcirco. C.de codicil.quæ rurſus in-
æqualiter ſalua legitima inter filios diſponere
ulet.§.pen.auth.de nupt.Bal.in l.hac edicta.nu.
s.C.de ſecund.nupt.

17 Tertio eo quòd in multiplici, & vario ſtatu-
ti intellectu non liceat arguere, nec ad deciſio-
nem cauſæ mereatur adduci, niſi alium de intẽ-
tione ſtatuentium probetur, quod in fauorẽ vi-
duæ ſuper ſtatuto excludente matrem ſecundo
nubentem,a ſucceſſione filiorum, conſiderabat
Natta dict.conſi.514.num.9.minuſque fiat ex-
tenſio, vbi bona ſtatuti ratio non adit, ita Bald.
in l.3.C.de iure dot.& in l.prima.C.quæ ſit lon
ga conſuet.

Quarto, quia vna pars ſtatuti clara, aliam
declarat, vt in principio dixi. Deci. conſilio
19. & ſequitur Alba. dicto conſilio 88. nu. 9.

Quinto, dum fauorabilior pro vidua eſt hic
intellectus, ob libertatem ſupremi iudicij, ſu-
18 ſtinebitur per † ſenatum in dubio, pro eoque iu
dicabitur, Roland.à Valle conſi. 68.num.15.cũ
ſeq.volu.tertio.in ſenſu itaque vario intellectus
pro vidua attendetur, tanquam iuri, legibus,
& interpretationi verbum dicti ſtatuti magis
conueniens.

Tertio loco conſidero, quæ nam ſit vera ra-
tio prohibitionis præſenti ſtatuti, in verſic.&
teſtari &c. à qua tandem huius articuli reſolu-
19 tio pendet, cum a † ratione ſtatuti probabili,
ſeu quæ vnica reddi poſſit, vel expreſſa ſit illius
diſpoſitio explicetur, amplietur, limitetur, &
extendatur, vt latè comprobat Tiraquel. tract.
a ceſſant.cauſ.prima parte num.138.cum ſequ.
20 Euerard. locorum commun. regul. 35. † in
ſtatutis vero prohibentibus nihil plus filijs ſe-
cundi, quã primi matrimonij a matre relinqui,
quatuor afferri rationes perſcribẽtes agnoſco.

Prima fuit ab omnibus probata, ſuper ſtatu-
to Mutinenſi, vt inter filios vtriuſque matrimo
21 nij † æqualitas ſeruaretur, quæ ratio eſt natu-
ræ, & legi conformis.l.illud, in fin. C.de col-
* lat. admittunt omnes, *per Iaſo.in l.prim.nu-
me. 19. & Deci.verſicul.3. C.vnde vir.& vx.&
Moder.omnes, vbi Socin.iun.num.74.& ſequ.
Iaſ. num.19. Nicon.num.43. Annib.nume.56.
Vincent.nume. 119.Ioan.Bolognet. num.154.
cum ſequ.in dict.rubrica.ff.ſolut.matrim.quod
apertiſſimè dictum ſtatutum Mutinẽſe,ad æqua
litatis rationẽ arguẽdam, oſtendit in illis ver-
bis. Et ſi plura contraxerit matrimonia pro vi-
rilibus, inter filios dos diuidatur & cæter.qua
moti ratione paſſim viduam comprehendi in
quouis alio ſtatuto diſponerent, vt dos æqua-
liter diuidatur, ſeu quod mulier non teſtetur
de dote, vltra, quartam partem bonorum, in
præiudicium filiorum vtriuſque matrimonij,
admiſſerunt omnes, etiam ſuper ſtatuto Sena-
rum, vt Bald.Salicet.& Caſtr.in dict.l.prim.C.
vnde uir & ux. Caſtr.in dict.Rubrica.ſolut.ma-
trim.num. ſecund.Roman.Fulgoſ.& cæteri rela-
ti a Iaſo. in dict. l.prima.num.6. Alexand.con-
ſil. 15.alias. 155. lib.primo.& conſi.101.uolu.
3.Campeg.tract.de dote part.1.quæſt.3.nu.2.
* & in primo. in 8.quæſt.& hunc eſſe cõmunẽ *
22 ſenſum dicti † ſtatuti Mutinenſis, refert.Iaſo.&
Bologn. num.150.in dict. Rubrica.ff.ſolut.ma-
trim. Fely. in prohemio decretalium.in fi.tert.
colum.Iaſ.in l.poſt.dotem.colum.penul.ff.ſolu.
matrim.ac cæteri,de quibus ſupra in d.Rubric.
ſolut.matrim.

Verum, hanc rationem caſui præſenti ſtatu-
ti accomodari minime poſſe duplici de cau-
ſa arbitror.

Primo quia inter Mantuæ ſtatutum, & Muti-
nenſe, ſi uerba utriuſque perpendamus, longa
eſt differentia:non enim patriæ noſtræ ſtatu-
tum uult, quod extantibus filijs utriuſque matri
monij, dos inter eos æqualiter diuidatur, ſeu ꝑ
virilibus portionibus, prout expreſſe dictat Mu
tinenſe, minuſque vtitur illa phraſi loquendi
ne mater relinquat plus filijs vnius matrimonij
quam alterius.ſed ſpecifice prohibet filijs ſecũ-
di matrimonij relinqui, non autem filijs primi,
ſicque directo prohibitionem concipit in ſecũ
dis filiis, non addendo, vt æqualiter diuidatur,
prout omnes ſcribentes ſuper ſtatuto Mutinen-
ſi, & aliis ſupponunt, in dict.l.pri. C.vnde vir.
& vx.& in Rubric.ff.ſolut.matr.ex quo reſultat
differentiæ vis, quoniam mater ſimpliciter pro
hibita, vt in caſu noſtro, nõ cenſetur vice verſa
23 prohibita relinquere filiis † primi matrimonii,
cuius in cõtrarium firmabimus, additis illis ver
bis, vt inter eos æqualiter diuidatur, quod egre
gie conſiderat Bolognet.in d.Rubrica.nu.155.
poſt.Aret. Allegatum per eũ.& Socin.iun.poſt
ſeniorem, ibidem.num.77.in fi.ea ratione, quia
vbi ſpecialis prohibitio, ſequiẽ generalem pro-
miſſionem, quod nõ excipit prohibitio, ponit
promiſſio.vulgata.l.quæ tum.§.idem reſpõdit.
ff. de fund.inſtr. ſtatutum prohibet diſponi in
filios ſecundi viri tantum, ergo filiis primi relin
qui poterit, iuxta præcedentem promiſſionẽ, vt
ſibi a iure conceditur per Bald.num.7.in l.hac

edictali.C.de ſecund.nupt.qui tex.etiam in pro
poſito ſeruit:cũ ibi maritus prohibeatur habe-
re, pluſquam habeat vnus ex filiis primi matri-
monij, cui minus ſit relictum,& tamẽ vice ver-
ſa non prohibetur mulier plus filijs , quã mari
to relinquere. dũ ergo poteſt filijs primi matri
monij plus relinqui,non obſtante ſtatuto,vt ſu
pra quis non videt rationem æqualitatis ſeruã-
dæ inter filios communiter ſuper ſtatuto Muti-
nenſi conſideratam omnino ceſſare?

Secundo,Mutinenſe in fauorem filiorũ mē-
rè, & principaliter eſt introductũ,ac pro æqua
24 litate inter eos ſeruanda , † ſtatutum vero Man-
tuæ potiſſimum ingratiam maritorum editum
fuit,vt onera, quæ ſuſtinent mariti ob nuptias,
& matrimonium,vxore præcedente cum lucro
dotis compenſentur, atque contribuãtur,quod
demonſtrant clarè illa verba ſtatuti &c.maritus
in compenſationem expenſarum,& onerũ ma
trimonij &c. quæ ſtatuti finalem cauſam,& ra-
tionem continent per Bero. ſuper hoc ſtatuto
in conſi.40.volum.pri.hinc.in caſibus omnib.
à ſtatuto propoſitis , in quibus lucrum dotis ei-
dem contra ius commune defertur, vbi de filijs
agitur , ius commune intactum relinquit, præ-
terquam in caſu , quo extarent filij ex vtroque
matrimonio , quod factum ea ratione credo,
quia principalis intentio ſtatuti non erat altera
re iura communia in filijs,niſi quatenus reſpe-
ctus, & occaſio perſonæ mariti,de quo agitur,
id ſuaderet , vt inferius demonſtrabitur: Ex il-
lo etenim ſtatuto , ſeu illius ratione communi-
ter,& per ſcribentes paſſim comprobata,nõ ar
guetur ad noſtrum , cum diuerſa omnino ra-
tio vigeat.

25 Secunda redditur ratio,ne † mulier fragilita
te ſexus adducta,fil.os aliquo ſuggerẽte ſua do
te , vel bonis priuet.quam rationem Senenſes.
cõſiderarunt, teſte Maria. Soci.in dict.Rubrica
ſub num 74.& ſequ.poſt.Socin. ſen.ibi.quæ re
fert Ripa num.71.& Aret.conſi.1.Soci.ſen.cõ
ſil. 4 . lib.4.ſed quia ſtatutum Mutinenſe , vt ſu-
pra , valdè à noſtro differt , nec verba conue-
niunt, hanc ad noſtrũ accommodari minimè
aſſentio,cum nec a Doctoribus ſuper Mutinen-
ſi,vel Senenſi admittatur.

Tertia adducitur , ne mater ſeducatur a filijs
26 ſecundi matrimonij , veriſimiliter † prædilecti
ob diuturniorem amorem , atque memoriam
in ipſis conſeruandam.l.liberorum.ff.de verbo.
ſignifi.tangit Iaſ.in dict.l.pri.num.9.in fin.verſ.
ſic.nec dicas,quo tamen loci eandẽ prorſus re-
fellit, cum veriſimilius ſuſpicio ſeductionis ca-
dat in filijs primi viri ætate,& ingenio perſpica
cioribus, ac prouectioribus,quam in filijs ſecũ
di minoribus,& inexpertis,& in ſtatuto noſtro
nõ procedat, eo quod etiã extraneis relinquĩ
in verſi.ſequenti , ſtatutũ prohibeat,ac in filijs
tantum amor, cõcurrat,at in viri ſeductione,vt
infra,amor,& timor conſiderentur.

Quarto, & vltima aſſignatur ratio,verè cſili
27 ſtatutoque patriæ conueniens, † ne mulier ſe-
cratim ſeducta à ſecundo uiro inducatur illus
ſuggeſtione , blanditijs,ac inſtantia,plus relin-
quere,& fauere filijs ex ipſo ſecundo viro geni
tis,quàm ex primo matrimonio procreatis;&
retulit Iaſ.in dict. l.1.nu.9.verſi.Tu pro opino
ne.C.vnde.vir , & uxor;qua inſpecta,ſtatutum
in uidua ceſſabit, cum uiro mortuo impedimẽ
tum abſit. Hancque rationem deſumo ex ipſi-
28 met † ſtatuto.cum enim in ultima parte dicti ur
ſiculi extantibus &c.ſtatuat maritum nil lucr-
ri filijs utriuſque matrimonii ſuperextantibu,
ſed dotem inter filios æqualiter ab inteſtato é
uidendam prçcauens, facile futurum, ut ſecun
dus uir à lucro dotis excluſus induceret uxoẽ
teſtandi cupidã amore , timore uè plus filiis e
ſe genitis,quam priorib. auxilio paterno deſti
tutis relinquere, reportaretque per indirectum
in fraudem ſtatuti ob uſumfructũ ipſius,& pro
prietatem filiorum, commodum maximum i
perniciem filiorum primi uiri; animaduetẽsq
id ex uoto ſucceſſurũ,propter mulieris fragili
tatem, ſexum,atque naturam, quę,filiorum ca
ritate ſpreta,non nunquam facultates ſuas in ſe
cundos uiros effundunt,ut inquit Imperator in
l.lex.quę tutores. C.de adminiſtr.tut.huic ſedu
ctioni, & fragilitati occurrens diſponit in dict
§.& teſtari , uiro excluſo a lucro dotis, mulierẽ
poſſe teſtari , prout ſibi a iure cõmuni conced
tur in perſonis filiorum primi matrimonij , in
quibus ceſſat omnis ſuſpicio,& ſeductionis ra
tio;uerum prohibet tantum plus relinqui filiis
ſecundi matrimonij,quàm primi,ut in dicto iu
re fraus,& ſeductio excludatur,ſi forte per indi
rectum ex perſona genitorum ab ipſo cõtende
ret lucrari, quod directe cõſequi nequit.ſenſuſ-
que iſte cõprobatur,ex ſubſequenti uerſi.in prę
iudicium uero liberorum, in quo non cõtenti
ſtatuentes odio ſecundi mariti prohibuiſſe reli
ctum filijs ſuis id extendunt,etiam ad extranei
perſonã , in quam diſponi in filiorum præiudi
cium prohibet,ne forte præuia mariti colluſio
ne,ſeu cõuentione cũ extraneo ſeduceretur,in
duceretur ue uxor a dicto ſecũdo marito ad re
linquendũ , excepta legitima,reſiduũ bonorũ,
& dotis dicto extraneo.ſic quod ſibi in filijs nõ
haberet in perſona extranei fraudolenter cõſe
queretur. quod remediũ deſumptum video ab
Imperatore in l.hac edictali , ubi Bal.in 1.C.de
ſecũd.nupt.& ſi rõ ſtatuti nr̃i prohibitiua a pſo
na mariti tantũ.deriuat , ne indirecte habeat, q
directe ei ſtatutum nõ permittit:ſequitur illud
non uendicare locum in uidua, cũ mortuo ma-
rito impedimentum ceſſet.ar.l.& ſi contra.ubi
Bald.& Salic.C.de nupt.prout uidemus in ſimi
li opinionem,ſeu conſuetudinem matrimonio
ſoluto uxoris morte remaneat penes maritũ ,
pro filijs attinẽtis,excluſo patre,nõ procedere
in vidua , quæ deceſſit filijs relictus , cum hoc
caſu

caſu dos patri reſtituat, nec pœnes filios rema neat, quia ſit contra iuris diſpoſitionem, per Barto. in l. poſt dotem. num. 35. ff. ſolut. matri. Aret. in §. fuerat. num. 22. inſtit. de actio. ita noſtrum ſtatutum de nupta loquens non extende tur ad viduam, vt euitetur correctio, inquantũ fieri poteſt. & quia ſi matri non aufertur libertas diſponendi inter filios eiuſdem matrimonij inæqualiter in verſi. 3. nõ erit ratio ſtatuti ęqualitati ſeruanda inter filios vtriuſq; matrimonij cum inæqualitas inter filios vnius thori, ſit magis odioſa, quam in filijs diuerſi, ſed viua erit ratio ſuſpitionis, & ſeductionis mariti conſideratæ, vt ſupra. tanquam fortius, cum vbi alia ratio quam dictę æqualitatis ſeruandæ, veriſimile adducatur illa cõmunis opinio, & ratio ſupra ſtatuto Mutinenſi admiſſa locum minimè habeat, per Aret. Parpal. & Socin. iun. in d. Rubrica ſub nume. 77. ff. ſolut. mart. Et minus vbi dicta ratio æqualitatis ſeruandæ, nõ fuerit expreſſa, quod omiſſum in propoſito noſtro apparet, p Alex. conſi. 101. nume. 12. volum. 3. Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 17. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Cũ itaq; ratio ſeductionis viri verè noſtro caſui conueniat, nec in vidua verificetur, firmabo ſtatuti diſpoſitionem; in nupta tantum procedere.

26 Quod vltimo cõfirmo, nã & ſi † ſtatutũ eſſet fauorabile, pro filijs, quia tamen tollit liberam diſponendi facultatem, de bonis ſuis, mulieri contra naturalem, & eiuſdem æquitatem, cenſetur illius reſpectu odioſum, Soc. conſ. 48. colu. prima, & ſecũda vol. pri. itaque ceſſante ęquitate, ceſſabit extenſio de nupta ad viduã, per Bal. & Afflict. in c. ad hoc de pace iuramẽto firmãd. nec tunc fit de ſimilibus ad ſimilia extenſio, vt ait Bald. in c. 1. an marit. ſucced. in bon. vxor. ſuæ, quãdo omnia debeamus amplecti, vt teſtamentis faueamus, etiam ad filiorũ excluſionẽ. Dec. conſi. 11. colum. fi. cum ſimil.

Ex quibus in vnũ collectis, reſoluo teſtamẽtum Dominæ Doroteæ, viribus ſubſiſtere, actoreſque cauſam iniuſtam fouere, & ream abſoluendam fore, prout tandem ſenatus ampliſſimus, ſtatutum in vidua non procedere admittens, die 9. Iulij. 1575. ream à petitis abſoluit.

Franciſc. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO ANnibale, & fratre de Zuechis.

ARGVMENTVM.

Contractus in morte initus per vaſſallum, quando in fraudem agnatorum dicatur factus & ſimulatus.

Quibus fraus probetur.

Licentia alienandi num à primo, vel ſecundo Domino directi requiratur in alienatione à ſubinueſtito facta.

Et quando iura inueſtiendi, deuolutionum, & laudemij ab vno Domino contra alium acquiratur, vel præſcribatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Mantuæ notoria alienãdi feuda in præiudicium agnatorum adhibita ſola Domini licentia, & ibi ratio.*

2 *Fraus in perſona venditoris, & Emptoris probanda eſt, vt noceat.*

3 *Alleganti fraudem, onus probandi incumbit.*

4 *Infirmitas ſola non eſt habilis coniectura, ad*
* *fraudem, ex communi.**

5 *Matrimonium poteſt fieri in articulo mortis, in præiudicium ſubſtituti.*

6 *Odium, quomodo per teſtes probetur.*

7 *Minæ non nocent, niſi probetur ſolitum eſſe minas exequi minantem.*

8 *Poſibile honeſtum præſumitur, potiuſquã impoſſibile honeſtum.*

9 *Præſumptio excluſiua fratris, attenditur.*

10 *Attenditur, quod principaliter agitur.*

11 *Fraus in confitente, non præſumitur.*

12 *Præſumptio, quod opus faciat, vt ſibi proſit.*

13 *Fraus ab omni diſpoſitione excepta dicitur.*

14 *Simulatio, in ſpecie deduci debet.*

15 *Actus fraudolenter factus ipſo iure valet, ſed reuocari debet.*

16 *Probatur difficilimo fraus.*

17 *Præſumptionibus, & conjecturis legis, & hominis fraus, & ſimulatio detegitur.*

18 * *Dolus, & metus coniecturis probatur, ex cõi.**

19 *Coniecturæ per Iudicẽ arbitrantur, in dolo probando.*

20 *Venditio coniuncto facta, ſuſpicione ſimulationis non caret, iunctis alijs.*

21 *Poſſeſſio perſeuerata in inuenditore, inducit ſimulationis contractus ſuſpicionem, iunctis*
* *alijs præſumptionibus, ex communi.**

22 *Tempus continuatæ poſſeſſionis ad præſumendum contra contractum, Iudicis arbitrio terminatur.*

23 *Infirmitas letalis arguit fraudem in cõtractu tunc inito.*

24 *Mortis articulus tantum, non præſumitur actũ*
* *fraudolenter geſtum, ex communi.**

25 *Inimicitia alienantis feudum cum agnatis pſumit contractum in odium factum.*

26 *Inſolita pacta, & conuentiones fraudẽ in contractu præſumunt.*

27 *Fraus præſumitᷓ in magna bonorũ diſtractione.*

28 *Pacta contractus, pretium rei.*

29 *Præſumitur contra, venditionem factum provili pretio, licet ſecus ex modico tantum pretio, ex communi.**

30 *Incontinenti geſta, ſeu contractus eodem tempore facti, dant præſumptionem fraudoloſi* * *actus, ex communi.**

31 *Correſpectiuus actus dicitur, cum incontinenti vnus poſt alium gerit.*

32 *Alienatio fraudoloſa, ex teſtibus probatur.*

33 *Fraudem in alienatione feudorum, non concomitatur lex ipſa.*

34 *Hæres contra factũ defuncti fraudulosum uenit*

35 *Fraus in vtroque contrahente ſaltem præſũptiuè requiritur, vt actus reſcindatur, præſumiturque fraus ex coniecturis, vt ſupra ex* * *communi.**

36 *Feudum in fraudem alienatum reuocatur, etiã quod in parte recipientis non probetᷓ fraus.*

37 *Dominus in feudo paterno vaſallus liberto æquiparatur.*

38 *Contractus ſine ſolemnitate initus præſumitur ex parte utriusque fraudolentus.*

39 *Duæ tantum coniecturæ, vel præſumptiones fraudem demonſtrant.*

40 *Præſumptiones plures iunctæ cum inimicitia, cõtractum fraudolentum probant.*

41 *Moriens quilibet non cenſetur ſanctus Ioãnes Baptiſta.*

42 *Odioſa, etiam ſuſcipiẽti Euchariſtiam ſanctum non creditur.*

43 *Actus, quando ex vtilitate principali ſuſtineatur, licet in alium vertatur odium.*

44 *Bonum publicum ſecundarium ex familiarum conſeruatione præfertur priuato principali.*

45 *Feuda antiqua, & alienata ſine domini licentia, non ad dominum, ſed ad agnatos deuoluũ* ** *. tur ex communiori.***

46 *Alienatio facta adhibito aſſenſu domini, redditur* * *nulla deficiente aſſenſu.**

47 *Aſſenſus ſuper feudi alienatione, nõ poteſt obtineri, mortuo alienante.*

48 *Dominiũ directũ probatur ex cenſus ſolutione.*

49 *Conſenſus mariti illius, cui certum quid ex reſoluitur.*

50 *Saluis iuribus apponitur, ne alienãdo cadat vaſallus.*

51 *Feudum indebitè alienatum, ad dominiũ directum immediatum reuertitur.*

52 *Bona libera præſumuntur etiam ſine ſeruitute niſi probetur contrarium.*

53 *Scientia alienandi a domino mediato feudi, re-* * *quiritur, ex communi* & nu. 58.*

54 *Aſſẽſus à dominis directis, requiritur ob illorũ præiudicium.*

55 *vſufructuarij feudi aſſenſus requiritᷓ, & eidẽ laudemium debetur.*

56 *Domino fit iniuria, ſi res obnoxia ſine illius aſſenſus alienetur.*

57 *Aſſẽſus Regis, & Baronis in feudi quaternati alienatione in Regno requiritur.*

58 *Laudemij ex actio, & deuolutio a pari procedunt & quando.*

59 *Inueſtitura poteſt ab vno fieri, cætera tamẽ cõmoda feudi ad alium pertineant.*

60 *Domini primi immediatè inueſtiti à Principe non Principis requiritur aſſenſus in alienatione rei recognitæ à vaſallo Principis.*

61 *Conſuetudo in aſſenſu præſtando in deuolutionibus, & laudemijs exigendis, præualet.*

62 *Laudemia ad illũ, qui aſſenſũ pſtat, pertinẽt.*

63 *Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorũ in feudis ſcientibus dominis, procedit, ex* * *communi**

64 *Præſcriptio quadraginta annorũ, licet pleniſſimam ſecuritatem pariat, non tamen ignorantes afficit.*

0 5 *Domino feudi vt fiat præiudicium, tria requiruntur, tempus, ſcientia, & iuramentum, ex* * *communi.**

66 *Actus in præſcriptione feudi, vel illius iurium debent fieri a dominis, vel alijs, ad id ſpecialiter deputatis.*

CONSILIVM CLXV.

TRINITAS ADSIT.

QVAMVIS in cauſa Dominorum Annibalus, & Cęſaris fratrum de Zucca, cõtra dominũ Hieronymũ Auerariam, ac ſuper dubijs magiſtraliter emiſſis cõtra eos, fuerit eruditè per Dominum cauſæ compatronum mihi vt fratrẽ honorandum, & ita lucidè corũ iuſtitia fundata, qd' aliquid ferè addi nequeat, decreuiſſemque minimè ſcribere contra Magnificũ Dominum Antonium Guarinum maritum hæredis inſtitutæ mihi amicitia non mediocri coniunctum, quã vſque ad aras ſeruari debere, Socrates inqt: attamẽ vt veritas ſæpius exagitata ma

gis

Digitized by Google

gis ſplendeſcat, & vt eidem Domino Antonio,
ac alteri intimo amico, Dominoque meo colen
diſſimo ſatisfaciam, pauca hæc pro cõtrariorũ
diſſolutione addere intellexi. Ex aduerſo enim
per Dominum Commiſſarium curię Podij in-
fraſcripta proponuntur.

Conſidero, quòd Dominus Iulius Zucra ven
ditionem fecit de bonis ſuis, de quibus in cauſa
1 dicto Domino Hieronymo.† & conſuetudo eſt
notoria in hoc dominio, quòd feuda poſſunt
alienari in pręiudicium agnatorum, dummodo
accedat licentia Domini. quæ conſuetudo, vti
notoria, non indiget aliqua probatione, (vt di-
cunt in terminis Pariſ.conſil. 13. in prima part.
Curt.iun.conſilio 121.prima colum.Dec.conſ.
886.) & pluries ſuper ea iudicatum fuit, & hæc
conſuetudo, quæ inducit Vaſallum poſſe aliena
re feudum antiquum in præiudicium agnati, eo
que inuito, fundata videtur eſſe in libera volun-
tate alienantis, & per eam redacta cenſentur feu
da ad iuſta allodialium. ideo cum hoc totum de
pendeat à libera voluntate alienantis, non curã-
dum eſſe videtur de fraude, & ſic, quòd licèt Do
minus Iulius fecerit alienationem, de qua in cã,
ob fraudandum patruos, id non ſit curandum
quia id poterat facere ex vi talis conſuetudinis.

Secundo, & ſi dicta conſuetudo nõ procede
ret vbi contigiſſet fraus in contractu venditio-
nis. tamen, ad hoc, ut infringere poſſent contra-
ctum pręedictum actores, neceſſe fuiſſet probare
2 fraudem non ſolum in perſona Venditoris, ſed
etiam Emptoris, qui etiam de fraude partici-
paſſet. Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem. num.27.
inſtitut. de actio. quod etiam fuit ponderatum
per nunquàm ſatis laudatum Excellentiſſimum
Dominum Nicolaum Aliprandum in eius ſen-
tentia, qua abſoluit Magnificum Dominum Lu
douicũ Catabenum conuentum in ſimili cauſa
per Magnificum Dominum Antonium Gon-
zagam.

3 Tertio, qui allegat † fraudem, eam probare
debet Ancar.in conſilio 251.Alex. conſilio 43.
pri.volu.& licèt etiam videatur probari fraus
per coniecturas. Gloſ. in l.dolum.C.de dolo, &
habetur in l. poſt contractum.ff.de donat.tamẽ
iſtę coniecturę debent eſſe indubitatę, ita quòd
animum Iudicis reddant certum, Specul.in tit.
de expenſis.§.ſi.verſic.tu autem, & per Felyn.in
c.ſi autem de reſcriptis.& ideo, quàmuis exiſte-
rent præſumptiones probabiles fraudis aduer-
ſus aliquem, & ſint præſumptiones contrariæ,
in fauorem illius actus, ſine dubio animus Iu-
dices non eſt amplius certus, quia vna præſum-
tio tollit aliam, vulgata.l.diuus.ff.de in integr.re-
ſtitut.in cap.accedens.de crimine falſi, & ibi Gl.
cap.tua.de ſponſalibus, Bal.conſi.302.proponi
tur.ante finem.2.vo.

Si modo conſideretur pro coniectura, ꝙ erat
infirmus tempore venditionis, reſpondetur, ꝙ
quilibet poteſt contractum facere, vſque ad vlti-
mum vitæ ſpiritum, dummodo non habet læ-
ſam memoriam. l. ſeia. §. fin.in verſi.in extremo
vitæ conſtitutus.ff.de donationibus, quem text.
dixit ſingularem Bald.in c.quoniam frequẽter,
4 vt lite non conteſtata, nec ſola † infirmitas eſt
concludens coniectura contra fraudem, Abb.
poſt antiquos, in c.in pręſentia de probat. Ale-
xand.in l.ſi quis poſthumos col. prima. ff.de li-
ber. & poſthum. & in l. ſi filio. §. ſi vir in quin-
quennium, col.3.ff.ſoluto matrimonio, vbi di-
* cit hanc eſſe communem. * Socin. & Iaſ.in l. ſed
ſi quæſitum.ff.de liber.& poſthum.& Deci.in d.
c.in pręſentia, vbi Felyn.dicit, ſe vidiſſe conſul-
tum pro contraria parte, ſed credit, ꝙ non obti-
nebitur, & dicitur illud eſſe non ſine ſcrupulo,
quia imminentia mortis arguit potius deſide-
rium ſalutis, quàm fraudem, de qua fraude exi-
ſtentes in eo ſtatu cogitare non videntur l. fin.
C.ad legem Iuliam repetundarum, cap. ſanum.
prima q. 7. c.literas, & ibi Glo.de præſumpt. &
5 ideo Doctores tenẽt, quòd † matrimonium poſ
ſit fieri in articulo mortis, in pręiudicium ſub-
ſtituti, & venientium ab inteſtato; & ad hoc fa-
cit præpoſitus in c.tanta, qui filii ſint legitimi, &
extat ad hoc propoſitum conſi.Bal.incipiẽs, ma
trimonium.319.in quarta parte.

6 Si autem adducatur † odiũ dicti Domini Iulij
aduerſus patruos, videndum erit, primo an ſit
probatum, maxime caſu, quo reconciliatio ſit
ſequuta, vt pręetenditur ex aduerſo, conſidderan
do, quòd ſi teſtes deponerent iudicio ſuo, non
probarent. Alexan.conſil.74.primo volu.conſ.
147.2.volum.nec ſufficeret etiam, quòd teſtes
ſimpliciter dicerent extitiſſe odium, quia non
probarẽt, niſi reddant rationem, Bal. & alij in l.
ſolum ca. de teſtib. & ſubditur etiam, quòd & ſi
probatum, eſſet odium, non videtur ſufficere ad
probandam fraudem per ea, quæ habentur per
Imol.& alios in c.ſecundo.de renuntiatione. &
per Doct.in l.filiæ.ff.ſoluto matrim. & in l. poſt
contractum.ff.de donationibus.

Vbi autem põderetur, quòd Dominus Iulius
comminatus fuerit ſe nolle, quòd patrui habue
rent de aliquibus ſuis bonis; aduertendum erit,
an iſta comminatio ſit probata cõcludenter. &
etiam comminatio nõ videtur facere probabi-
lem coniecturam, ubi non ſit verificatum, quòd
7 ille, qui † minatus fuit, erat talis, qui ueriſimili-
ter ſolebat mandare executioni minas, notat
Bal.& Imol.in l.fin.ff.de hæredib.inſtituend. Bu
trius in c.olim de reſtitutione ſpoliatorum, pe-
nul. col. accedat Bart. in l.3. ff. ex quibus cauſis
maiores.& in l.metus.ff.quod metus cauſa, & fa
ciunt contra fraudem multa cõſiderata per De-
ci.conſilio 886.& Pariſ.d.conſ.13.ubi loquitur
de habita fide de precio.

Quarto, vbi eſſent aliquę coniecturę fraudis,
cum extare videantur aliæ contra fraudem una
confundit aliam, vt ſupra dictum fuit, & una ui-
deretur eſſe cõiectura, ſi conſtaret, quòd Domi-
nus

Digitized by Google

nus Iulius prius habuiſſet animum uendendi,
propter inimicitiam, quã habebat in territorio
M randulæ, ſatis vicino prædijs venditis dicto
Domino Verariæ. & caſu quo iſta voluntas ac-
ceſſerit ante venditionem,& ante infirmitatem,
non videtur fuiſſe facta ob ipſam infirmitatem,
nec propter odium,ſed potius,quia non pote-
rat habere cauſam prędiorum ſuorum,ob dictã
8 inimicitiam,& potius præſumitur poſſibile ho
neſtum, quàm impoſſibile honeſtum. Andr. ſi-
cul.conſil.17.ſecunda colum.pri.volum.allegã-
do Bal. in l. filiũ.ff.de hijs, qui ſunt ſui, vel alieni
9 iuris,&†pręſumptio excluſiua fraudis debet ma
gis attendi.l.merito.ff.pro ſocio,vbi bene Alba
nus ad Bartol.facit Cæpol.in conſil.26. Magni
fice & generoſe Prętor. quarta colum.circa fin.
vbi dicit ex mente Rofredi,quòd ſi creditor ali
cuius occultè accepit de bonis ſui debitoris,po
tius pręſumitur,feciſſe animo ſibi ſatisfaciendi,
quàm animo furãdi.& multã ſimilia poſſent ad-
duci,ſed ſatis erit addere,quòd iniuſtæ,& teme-
rariæ cauſæ admittantur ad excuſandum aliquẽ
à præſumptione doli,& fraudis,Angel.& aliĩ in
l.prima. in fin. ſi quis Iuſdicenti non obtempe-
rauerit,cum aliis adductis per Socin. conſil. 59.
7.colum.3.parte,& dixit Deci.in d.cap.in præ-
ſentia.numero 61.quòd ſi aliquis fuerit commi
natus alicui, & poſt comminationem ingre-
diatur Monaſterium, præſumitur, quòd motus
fuerit bono zelo ad ingrediendum religionem,
non autem, quòd propter comminationem ad
hoc induceretur.

Et hic cadit alia conſideratio, ſeu coniectura
contra fraudem, videlicet amor quo proſeque
batur ſororem nubilem,& etiam aliam ſororẽ,
quã habebat,& ſic veriſimiliter motus fuit, vel
moueri potuit,vt benefaceret ſororibus.non au
tem vt fraudaret patruos.& credendum eſſet, ꝙ
iſta fuiſſet principalis intẽtio.attendimus enim
10 id,quod † principaliter agitur.l.ſi quis nec cau-
ſam, vbi late Doct.ff.ſi cer.pet.concorda.l. pri-
ma.in princ.ff.de authoritate tutorum,& l.abſti
nendi. ff. de in integrum reſtitutione,& capi. ad
quæſtiones de rerum permutatione.not.Barto.
in l. Ariſto. §.fin.ff. de donat. & id, quod non
poſſumus,principaliter,poſſumus in conſequẽ-
tia, Socin. in conſilio 226. in fin. colu.ſecunda
parte.

Poteſt forte cõſiderari cõtra fraudem, quod
11 eſſet confeſſus,& communicatus,ex quo ſequi-
tur, quòd non habuerit animum committendi
fraudem. Hoſtien. in cap.olim.de iniuriis, facit
Gloſ.in §.fin.inſtit.eod.& ibi Doct.

Vltimo dicitur,quòd & ſi poſſet deprædẽdi,
quòd Dominus Iulius odio proſequeretur pa-
truos,& uollet eos habere de bonis ſuis,non ta-
men poteſt negari,quod ea venditio non redũ-
dauerit ad commodum ipſius Domini Iulij, qua
medio eius prouidit, ut poſſit eius ſoror(quam
inſtituit hæredẽ, & quę erat magis propinqua
quàm erant patrui) habere commodum bono-
rum,de quibus in cauſa.& cum relinquerit eam
nubilem,videtur maturo conſilio proceſſiſſe,cu
rando vt illa haberet maiorem facultatem, cum
qua poſſet nubere. & licèt ipſe nõ deueniſſet ad
hanc alienationem propter amorem, & bene-
ficium ſororis,niſi etiam concurreret odiũ prę-
dictum, tamen adhuc actus ſubſtinetur per no-
tabilem deciſ. Bald. in capit.cum Eccleſia Vul-
terana,de electione, præmittendo,quod Bar.in
l.quominus.ff.fluminibus.nu.2.quęrit, an ſi ha-
beo molendinũ in flumine in parte inferiori,&
alius facit molendinum in parte ſuperiori, ita
quòd me impediat, an hoc facere poſſit, diſtin
guit,quòd ſi flumen priuatum utriuſque,qui ſe-
cundo facit molendinum, poteſt licitè facere,ſi
hoc principaliter facit,vt ſibi proſit,& in dubio
12 præſumitur,quod faciat ut ſibi proſit,ut no.Gl.
in l.fluminum.§.fin.& ibi Bartol.ff.de damn. in-
fect.quam Gloſ.allegat Iaſ.in d.l. quominus, in
ſeptima colum.ad hoc propoſitum. In talib.ter
minis mouet quęſtionem Bal.in d.cap.cum.Ec-
cleſia fin. colum. quid ſi ædificans molẽdinum
in parte ſuperiori, facit mixta conſideratione
ut noceat,& proſit,aliàs non facturus niſi nocẽ
di animum haberet: reſpondet eum facere poſ
ſe,quia non ex affectu, ſed ex effectu iudicandũ
eſt,nec dicitur fraudare conſilio, qui non dici-
tur fraudare re. Vincitur quidem hic animus a
iuris licentia. hoc dictum ſequutus eſt Iaſ. in d.
l.quominus in d.colum.ſeptima. quod dicit eſ-
ſe admodum notabile.ſic igitur in propoſito vi
detur dicendum,quod cum conſuetudo præ di
cta operetur,ut feuda vẽdi poſſint,vt de precio
faciat uenditor,qđ ſibi libuerit,& voluerit Do-
minus Iulius venditor utilitatem dicti precij ce-
dere beneficio ſororis,quãuis principaliter con
curreret odium contra patruos, & aliter factu-
rus non eſſet, niſi vt excluderet eos à ſuceſſione
feudi: tamen dicta venditio videtur valere,quia
in effectu ad ſunt cõmodum, & vtilitas ſororis,
quæ fuit inſtituta in precio, nec omittitur text.
in l.ſi mihi, & titio. ff.de lega. primo. per quem
text decidit notabilem caſum,Alexan.in conſil.
113.primo volu.nu.132. ſexto volu. & licet in
venditione prædicta Domini Antonij facta Do
mino Ludouico Catabeno, & in alia facta per
quondam de Baſſanis Domino Tarabucio eius
ſororio,fuiſſet poſitus longiſſimus terminis ad
ſoluendum precium, ac venditor in primo caſu
inſtituiſſet filias, in ſecundo caſu ſororem, &
quælibet pars contendens enixa fuiſſet probare
odium, & pleraque alia, & vellet recuperare
feuda antiqua uti alienata in fraudem agnato-
rum,tamen pro Emptore in prima cauſa iudica
uit dictus Dominus Nicolaus, & in altera præ-
clariſſimus Dominus Carolus Malateſta.& vltra
que fuit confirmata per Excelentiſſimum Se-
natum, & propterea dubitatiuè loquendo,
iura dictorum Dominorum Annibalis, & Cæ-
ſaris

Digitized by Google

ſaris, non videntur carere probabili difficul-
tate.

Verum ego poſt diuinum imploratum auxi-
lium in præſenti cauſa, conſidero totius rei ſum
mam.

Primum eſt, quo ad terras immediate Domi-
no Curię Podij ſuppoſitas, an per agnatos reuo
cari valeant, ſtante aſſenſu adhibito per dictum
Illuſtriſſimum Dominum directum, in inſtru-
mento appoſito.

Secundum eſt, reſpectu terrarum obnoxiarũ
diuerſis nobilibus perſonis, videlicèt quatuor
petiarum terræ, de quibus in libello, à qui-
bus Dominus aſſenſus alienandi nunquam ab
agnato mortuo, nec ab Emptore obtentus
fuit.

Et, quo ad primũ caput, rurſus quo ad om-
nes terras, ſuppoſito pro nũc, aſſenſu Domino
rum pro omnibus terris, videtur concludi poſſe
reuocationi locum fore.

Ea potiſſimũ ratione, quod bona hæc antiqui
feudi fuerint per defunctum alienata, in frau-
dem agnatorum vocatorum ex prouidẽtia Do
minorum, & qui alias de iure ſucceſſiſſent, quæ
fraus illius obeſſe non debet, nec uenditori pa-
trocinari, cum ab omni iuſta diſpoſitione, con
3 ſuetudine, lege, & actu continuo † fraus excepta
intelligatur. l. in fraudẽ. ff. de iur. fiſci. l. ſi pater.
vbi Angel. ff. de his q̃ in frau. ca. cũ qui. de p̃b. in
6. l. ſi legatarius. C. de dolo. Bal. in l. eum ita. ff. de
leg. 2. c. ſedes apoſtolica de reſcript. c. ad noſtrã.
de empt. & vend. Laud. conſil. 121. numero 16.
volum. primo. conſi. feud. Port. conſi. 21. nu. 58.
Mant. conſ. 118. numero 20. volu. 1. poni. Plot.
in l. ſi quãdo. nu. 276. C. vnde ui. Affl ct. in l. ſan-
cimus in §. quarto. in princip. de iur. protom.

Malitijs enim hominum, & fraudibus, quan-
tum fieri poteſt, eſt occurrendum, probat. cap.
quanto. de diuor. cap. deteſtanda. de conceſſ.
præbend. & l. in fundo in fin. ff. de rei vend. l. cũ
ij. §. ſi cum his. ff. de tranſ. & vbi aliquid fictè, &
fraudolenter agitur, nihil exiſtat, proſit, noceat,
vel iuuet, cum ſimulatio omnes actus nullos red
dat. l. 3. C. plus valer. quod agitur, quam quod
concip. omnes in l. nemo poteſt, ubi Ripa. num.
65. cum ſequent. ff. de leg. primo. Patiſ. conſilio
54. & 55. volum. 1. Marſi. ſing. 474. cum ſimili-
bus, quæ conſulto prætereo, nec ex illis transfe
ratur dominium, vel poſſeſſio, Bartol. in l. em-
ptor. ff. de aqua pluu. arcend. Socin. Sen. conſi-
lio 264. lib. ſecundo. maximè, cum † ſimulatio ſit
de iure improbata, ac quæ in ſpecie, vt in præſẽ
ti adducitur, ſit facta in præiudicium agnato-
rum tantum, ut de precio in eos (ad quos feu-
dum non ſpectabat) diſponeret contrahens no.
Bartol. in conſilio 65. numero ſecundo. cum
ſequent. volum. pri. & cæteri per Albam. conſi-
lio 95. numero 24. cum ſequent. Bartol. & Mod.
in d. l. poſt contractum. ff. de donat. & cum iſte
ictus venditionis verè † fraudolenter, non au-
tem ſimulatè conceptus dicatur, cum verè in-
ter partes agatur, ſed gratia fraudandi tertiũ, ip-
ſo iure valet, licèt ab agnato, in cuius fraudem
eſt geſtus, reuocetur, & reſcindatur, nulla habi-
ta conſideratione caſus alicuius ſimulationis
alias permiſſæ, vel prohibitæ de iure in ſpecie
deducendæ, atque probandæ, ſecundum conſi.
Bartol. 65. & trad. ab Alciat. lib. 3. Parerg. capit.
11. in princip. Bartol. numero quarto. cum apo-
ſtil. Ioann. Annib. numero 149. & Picus, nume-
ro 54. in l. poſt contractum. ff. de donat. Iaſ. in l.
non dubium in principio. C. de legi. & in §. ſi
quis. numero 42. Inſtitut. de act. Caſſan. ut in-
fra.

16 Frandemque (licèt ſit † difficilis probationis
per Crauet. conſilio 143. numero 12. Alexan.
de Neuo conſi. 30. numero ſecundo, & proban-
da per allegantem Alexan. conſilio 45. uolum.
primo, Anch. conſilio 251. Emil. conſilio 141.
numero quarto, ſimulatioque teſtibus, & literis
* demonſtretur; ex * communi per Boer. conſilio
12. numero 9. Soarez. recep. ſei t uerbo ſimula-
tio. numero 122.) in præſenti contractu ad fuiſ-
17. ſe demõſtro, ex plurib. coniecturis, † ac præſum
ptionibus ex iure reſultantibus, quibus cum di-
rectè non probetur fraus, ſimulatio actus dere-
gi ſolet, Glo. in l. apud Celſum in prin. ff. de ex-
cept. doli. cap. ſecundo. in princip. de renunc. in
6. Modern. ubi Picus. numero 19. in l. poſt con-
tractum. ff. de donat. Crauet. conſilio 100. num.
3. & 143. numero 12. & conſilio 153. numero
11. cum Mod. Pariſien. conſilio 544. numer. 13.
Ioan. de Ami. conſil. 106. in prin. & conſilio pri.
numero 72. & ſequen. Port. conſilio 22. numer.
26. Neuiz. conſilio 34. numero 28. & ſequen. Pa
riſ. conſilio 86. numero 29. uolum. 3. Cæphal.
conſil. 198. numero 16. uolum. ſecundo. Simon
de Præt. conſil. 92. in principio. præſumptioni-
buſque non ſolum legis, ſed & hominis oſtendi
tur ſimulatio. Octau Cacher. deciſ. pedem. 42.
18 numero ſecundo. prout † de dolo, & metu ſcri-
pſit Plot. in l. ſi quando. numero 76. C. unde ui.
Corn. conſilio 140. numero 8. uolu. ſecundo. &
* dixi alias ex * communi. conſilio 72. nume. 13.
& de uſuris Proſper Carauit. ritu Neap. 199. cũ
19 apoſtil. de quibus tamen † coniecturis ſtatur ar-
bitrio Iudicis. Corn. conſilio 4. numero 4. uolu.
1. Afflict. deciſ. 40. numero 19. Crauet. conſilio
116. numero 14. & ad fraudem, ac ſimulationẽ
detegendam plures coniecturas perpendi legi-
ſlator decreuit. c. ad noſtram, de empt. & uendi.
c. iſto nos, de pigno. l. per diuerſas. l. ab Anaſtaſ.
l. Fulgoſ. & Ang. ff. mand. Bartol. Alexan. & Iaſ.
in l. cum te. C. de tranſlat. ſcribentes in l. poſt
contractum. ff. de donat. Cæpol. diffusè in ſuo
tract. de ſimul. contract. maximè in ſi. præſumpt.
26. Rota Romana. deci. 11. de donat. in no-
uis.

20 Prima eſt præſumptio, quia † uenditio facta
fuit perſonæ cõiunctæ, reſpectu quarum ſimu-
latio,

lario; & frans argui ſolet. l. data. C. de donat.
Din & Bartol.num.3.cum apoſtil. in l.poſt con
tractum.ff.de donat. Alber. in l.omnes.§.lucius.
numero 9.ff.quæ in fraud.cred. Iaſ. in §. item ſi
quis in fraudem.numero 41.Inſt.de act.qui con
cludunt,non hanc præſumptionem ſolam, ſed
cum alijs iunctam ſufficere ad ſimulationem de
monſtrandam, Roman. conſil.o 246.in princi.
Crauet.conſi.83. numero quinto. Natta conſil.
443.numero 10.volum.ſecundo.poſt Pariſ.con
ſilio 53.numero 17.volum. 1.Piccus in repet. l.
poſt contractum.numero 45.& 46. ff.de donat.
Caſſan.conſuet. Burgun. deſdroict. Rubrica. 4.
§.3.pag 138.numero 3.latè Boſius tit. de publi-
cat.bonorum.num.46.

Secunda, quia Venditor viuens pro tempo-
re;ac hæredes venditoris, rem detinuerunt, &
21 adhuc ſtant in † poſſeſſione rei venditæ,quę poſ
ſeſſio indubitanter pœnes omnes,etiam cauſidi
cos,cõtractum ſimulatum probat,vt inquit Bal.
conſil. 268. volu. quinto. per.l.ſicut.§. ſuperua-
cuum.ff.quibus modis pign. vel hypoteca. Cu-
man. conſilio 155.Alber. in l. omnes. §.lucius.
numero 4.ff.quæ in fraud.credit. Felyn.in cap.
ſi cautio.numer.67. de fid.inſtru.apoſt. ad Bart.
nume.3.& 5.in d.l. poſt contractum,verbo, ſed
an venditor,& uerſic.3.præſumitur,ubi Piccus.
nume. 47. & 48. de communi * omnium atte-
ſtatur,ac Ioan.Annib.numero 119.& ſequ.Cæ-
pol.tract.de ſimul. contract.præſumpt. 24. poſt
Alexan.conſil. 28. numero 11. volum. 2.& 57.
numero 3.vbi Iaſ.in d.§.item ſi quis. numer. 41.
concurrentibus maximè alijs coniecturis, ac ẽt
ſi in inſtrumento precarium interueniſſet,vt cõ-
cludit Roma.conſil. 246. in prin. vbi Mendoſ.
in additione , de communi atteſtans in uer-
bo præſumatur, cæteros allegat Emil.conſilio
22 141.numero 3.† Quodque tempus continuatæ
poſſeſſionis attendatur , id totũ Iudicis arbitrio
remittitur,ut per doctè tradit Menoch. de arbi-
tr.iud.cent. lib.ſecundo.caſu.39. Caſſan. con-
ſuet. Burgund. Deſdroict.Rubrica.4.§.4.3.in fi.
in tex.des hæreditates.numer. 3. fol. 138. quod
maximè præcedere arbitror , vbi adhuc preciũ
ſolutum non fuit.Roma.conſilio 304.nu.3.Bo-
ſi.ubi ſupra.nu.48.

23 Tertia, Zucca uenditor tempore contractus
erat infirmus, & lethali morbo grauatus, ex iu-
dicio Medicorum,quod etiam confirmãt teſtes
Medicus,& Chirurgus examinati,quibus maxi
mopere creditur.l.ſi ſemel.C.de reb.mil.lib.10.
Bart.l.fi.ff.ad l.Corn.de Sicar.Soc.Sen.conſilio
178.per totum uolum. ſecund. Alexan. de Ne-
uo,conſil.87 numero 5.pri.uolum. conſi.crim.
Ioan.Bapti.Aſin.conſil.112.numero 12.tom.2.
conſil.crim.in fol.ſtatimque, ac die ſub ſequen-
ti ex illa infirmitate deceſſit,quòd aliàs fraudem
arguere ſolet,argumento ca.2.de renunt. in 6.l.
filiæ meæ emancipatæ,ubi Alber. Imol. & Ale.
ff.ſolut.matr. l.alumnæ. §. fin. ff. de adim.legat.
Alber.in l.omnes.§. lucius. nu.4.ff. de his, quæ
in fraud. credit.dicens id præſumi ſiuè decedat
alienans , uel uerisimiliter mori ſperetur. Ioan.
de Anna.conſilio 23.ubi Bolognin.Anchar.cõ
ſilio 430. Crauet. conſilio 82.numero 3. & 84.
ſub numero 7.verſicu. etſi dicatur. Tiraq. in l. ſi
vnquàm,verbo ſuſceperit. numero 74.C.de re-
uo.donat.Menoch.conſilio.39.nume.44.prout
dici ſolet Clericis in Italia in infirmitate conſti-
tutis,vel Epiſcopis in Hiſpania,quibus licita eſt
inter viuos donatio, non aũt teſtamenti factio,
nõ licere in morte alicui,(excepta cauſa pia)do
nare etiam inter viuos, cum totum in fraudem
fieri cenſeatur, not. doctè Franc. ſermi.tract.de
redd.Eccleſ. 4. parte cap.4.numero 5. Et licèt
hæc ſola præſumptio haud legitima,& ualida p
24 ſe conſiderata reputetur, cum ſolus † mortis ar-
ticulus actum fraudolẽter geſtum, ſeu fictitium
minimè ſupponat per Iaſ.ex communi * nume-
ro 4.& 10.poſt Socin.& Aret.in l.ſed eſt quæſi-
tum. ff. de liber. & poſthu.Pariſ.conſilio 13.nu.
68.& 145.numero 35.uolu.primo.& dixi aliàs
in conſilio meo.40.a numero 64.ad numer.75.
lib. 1.Attamen,cum hic multæ aliæ coniecturæ
probabiles,& legitimæ cõcurrant, non dubita-
bimus , & hanc alijs vim, & robur ad fraudem
demonſtrandam addere.

Quartam addo cõiecturam,& veram ſimula-
tionis,fraudiſque cauſam, & fundamentum pe
25 rexiſtens,uidelicet † in inimicitiam, & odiũ uen
ditoris aduerſus agnatos excluſos pròbata in
ſpecie per quindecim teſtes, ac per quandam
partium reconciliationem,quæ inimicitia frau-
dis cauſa principalis adducitur in firmandis cõ-
tractuũ ſimulationib.ſeu illarũ præſumptionib.
ita ut quælibet alia præſumptio præcedente o-
dio,alienationem ſubſequutã in fraudẽ factam
probet,ex doctr.Bar.in d.l.poſt contractum.nu
mero ſecundo.vbi Piccus.numero 35.46. in fi.
& numero 55.& Ioan.Annib.numero 65. ff. de
donat.an in terminis noſtris Socin.iun.conſ. 4.
num.29.& ſeq.uol.4.

Quinta , quia uendidit nulla neceſſitate coa-
ctus,quod deponunt teſtes, ita Socin. d.conſil.
4.ſub numero 31.fructus enim,& alia bona poſ
ſidebat illo tempore , ſine precii interuentu , &
habita fide de precio.cum termino viginti anno
rum,quod omni iure,conſuetudine , & praxi to
tius mundi , maxime in uenditionis contractu
inſolitum dicitur , qua propter ex hac inſolita
26 † conuentione , & termino arguitur fraudolo-
ſus,& ficticius contractus ex doctrina Gloſ.in l.
ſi quis ſub conditione.ff.de condit.Inſtit. Bal.&
Angel. in l.3. C. plus valer. quod agitur. Ioan.
Annib.in d.l.poſt contractum. numero 138. &
ſequent.Felyn.in d.cap.ſi cautio.nume. 70. Cæ
pol.de ſimulat.contra præſumpt.9.poſt Iaſ.in l.
2.§.his videtur.ff. ſi quis Iuſdicent. nõ obtemp.
de clauſulis inſolitis remiſſiuè , Octau. Cacher.
deciſ.42. numero 3. pactum enim ut ſoluatur
pre-

Digitized by Google

precium tempore quo venditor non eſt veriſi-
militer victurus, præſumptionem fraudis, indu-
cit, ita Socin.iun.d.conſilio quarto.numero 34.
volum. 4. quod vero fortius fraus in contractu
ex mera volũtate, magis, quàm ex aliqua neceſ-
ſitate conſideretur, colligitur ex notat.per Goz.
in conſilio 90. numero 15. Tiraq. de retract. in
pręfa.ſecundo. numero 29. Deci. conſilio 235.
& præcipuè, ubi pecunia non interuenit. Caſtr.
conſilio 58.numero quarto.uolum.ſecundo, &
ſubſiſtente cauſa.Mant.conſ. 256.num.7.& 26.
vol. 1.

Sexta, alienauit bonam partem ſuæ ſubſtan-
tiæ, uel legitur in inſtrumento, vnde ex hac ma-
27 gna † diſtractione fraus præſumetur. l. omnes.
§.Lucius, vbi ſcribentes. ff. de his quæ in fraud.
cred.per Bald.in l.fraus.ff.de legib. Alexa.conſi.
55.num.5.uolum.1. Corn.conſi.140. nu.8.uol.
ſecundo.Caſſan.loco præcitato Rubrica. 4. §.3.
numero 7.& 8.Iaſ.in d. §. item ſi quis. num.36.
Ioan.Annibal.in dict.l.poſt contractum. nume-
ro 90.Octau.Cacher.deciſ.Pedem. 108. nume.
15.& 180. num. ſeptimo. Cotta in memoriab.
verbo fraus.

Septimam addo, quia terminus viginti anno
rum appoſitus ſolutioni, nec non alia pacta cõ-
modum emptoris reſpicientia multum precio
& valori vero detrahunt, cum hæc rei venditæ
28 quantitates latentes, & † pacta in taxando iuſtã
æſtimationem conſiderentur, argumento not.
per Bartol.Socin.ſen.Rip.& alios in l. 1.§.ſi hæ-
res.ff.ad Treb.Cagnol.in l.2.num.233.C. de re-
ſcind.uend. Roland.a Valle conſi. 96. num. 34.
uolum.ſecundo. aggrauantque plura pacta mi-
nuta ſimul collecta, quantum grauat vnicũ gran
de, & amplum.per tex.in capit.tres ſunt. prima
diſtinctione.l.ſi plures.§.cumulum.ff. de pacto.l.
nec non.§.ſi quis ſæpius.ff. ex quibus cauſis ma-
ior. cum ideo precium rei valde ex hac dilatio-
ne, commodo, & pacti diminuatur, dixeritque
teſtis ſeptimus, quòd ſi uoluiſſet vendere alteri
perſonæ precio conuenienti, inueniſſet tertiam
partem de pluri ex precio conuento cum Aue-
raria, inferri poteſt ad aliam præſumptionem,
quam Doctor.eliciunt, non ex ſola modicitate
precij rei venditæ, ſed cum venditur res pro val-
29 de † minori precio, quã valeat, vt declarat Imol.
Roman. & Barbat. ad Bartol. in l. poſt contra-
ctum, quo loco Ioan.Annibal.hanc declaratio-
nem communem nuncupat. Iaſ. in d. §.item ſi
quis.numero 35.ſeruiunt not. per Cæpol.de ſi-
mul.contract.præſumpt.17.Roma.conſ.304.in
prin.cum apoſtil.

Octaua ſit & ultima præſumptio, quia Domi
nus Iulius Zucca intelligens in gratiam ſororis
diſponere de precio rei feudalis, quam non po-
terat eidem relinquere, dictam rem vendidit, in-
continentique de precio teſtatus fuit, quo caſu,
cum filios ipſe non habuerit, vt conſiderat Iſer.
in c.1.§.ſed & res.numero quinto. per quos fiat
30 inueſt. ex iſtis † actibus incontinenti geſtis, &
ſubſequutis, fraus præſumi ſolet.l.ſi ventre.§.co-
rum, ubi Barto.Ripa latè.ff.de priuil.cred.& in l.
poſt contractum.num.8.in 5. præſumptio.cum
apoſtil.& Ioan.Annibal.nu. 163. 166.cum ſeq.
ac Piccus nu.56. qui communiter dictam præ-
ſumptionem teneri ait.ff de donat.Deci.in l.pe-
tens ſecundo notab.in fin.C.de pact.Pariſ. con-
ſilio 55.numero 4.uolum. 1. Crauet. conſi.156.
numero 11.amplè Tiraq.de retract. conuent.§.
1.gloſſ.7. numero 75. Ioan. de Amicis conſilio
primo.numero 70.Mant.conſilio 158. numero
ſeptimo.& 8.uol.1.Corn.conſilio 61. uolum.3.
Fuſius Anto.Gabriel.ſuis concluſ.lib. 1. de præ-
ſumpt.concluſ.13.numero 7.cum ſeq. Cæphal.
conſi.198.numero 21.Deci.conſi. 245.num.5.
ſubdens in propoſito. numero 6. fraudem eo
fortius præſumi, quo ex dicto actu alius, qui de
iure admittebatur ad ſucceſſionem, excludatur,
nonnulla adducit Octaui.Cacher.deciſ.Pedem.
189.num.7.& 8. & Caſtr. loquens de ſorore in-
ſtituta a gerente actum in fraudem illorum, qui
ſuccederent ſibi, conſilio 339.uolum.2. ac Soci.
in ſimili noſtro caſu.d.conſilio 4.uolum.4. Vide
turque contractus venditionis teſtamento ineſ-
ſe, quia contemplatione dictæ diſpoſitionis ce-
lebratur, arg.not.per Barto. in l. fina.ff.de ſolut.
31 uel † ſaltem correſpectiuus ad illud, cum incon-
tinenti poſt duas horas vnus pręceſſerit alterũ,
vt in cauſa Mantuana ſcripſerunt Gozad. conſi-
lio 90.numero 13.in fin. Deci. conſilio 336.nu-
mero 7.ac 280.num.5.Curt.ſen.conſi.55.num.
8.& 10.

Quod ultimo loco probari dicitur ex duode-
cim teſtibus concorditer iuramento affirmanti-
bus, ac cum multiplici cauſarum venditione, vi-
delicet actus in periculo mortis, odij uẽditoris,
termini nimis longi, nullius neceſſitatis imminẽ
tis, verborum per venditorem prolatorum con-
tra agnatos, modicitatis precij, & ſimilium.de-
ponentibus inquam contractum hunc, & uen-
ditionem emiſſam fuiſſe in fraudem tantũ agna
torum, ſeu patronorum venditoris, quos odio
proſequebatur, & ut illos ab hæreditate, & bo-
nis ſuis ſecluderet, non autem ob cauſam inimi-
citiæ, uel neceſſitatis ex aduerſo allegatam, vn-
32 de ex teſtibus iſtis plenè fraudolentia † aliena-
tio probata dicitur, cum & teſtibus probetur
fraus.Crauet.conſi. 142.numero 13.Boer.con-
ſilio 12.in fin.& fortius tali numero, nempè.12.
& vltra, qui teſtes notoriam, probationemque
manifeſtam inducunt, etiam quòd formiter nõ
deponerent, ex doctrina Bartol. in l.de minore.
§.plurimum numero 21.ff.de quęſt.Alba. conſi.
72.numero 4.cumque fraus in hac feudi aliena-
tione deducatur ex parte alienantis nihil cen-
ſetur actum, licet Domini aſſenſus interuenerit,
33 lex enim minimè cõcomitatur fraudem in † feu
dorum alienatione loquens, Bald.& Aluar. in c.
primo.§.donare.nume.4. qual.olim feud.alien.

poterit

Digitized by Google

poterit Iſern.in cap.primo.§.ſed ſi res. per quos
fiat inueſtit.& in c. Titius, ſi de feud.fuer.con-
tro.Abb.conſilio 82.numero 10.in fin. volum.
1.hinc & ſi aliàs nemo in hæreditario feudo cō
34 tra factum defuncti veniat,tamen ſi fiat in † frau
dem,poterit contrauenire,per Barto. & alios in
l.defuncto. C. ſi in fraud.patr.multaque in pro-
poſito tradit Beneue.in cap.imperialem in 1.in
Textu ibi ſub colore pagin. 6. lit. S. de prohib.
feud. alien. per Federi. Quare & ex hac iunctis
alijs videtur firmandum dictum cōtractum præ
ſumi in fraudem, & præiudicium agnatorum
initum,vt merito reſcindi debeat.

His veris manentibus, contraria non ob-
ſtant.

Primum, quod conſuetudo alienandi feuda
notoria introducta, vt quis libere de ſuis bonis
diſponat,procedat etiam fraude interueniente,
etenim hoc ſuppoſitū eſt contra tex. expreſſum
in l. in fraudem. ff. de iure fiſci. vbique enim in
omnibus fraus ponitur. c.ſedes apoſtolica, in fi.
ibi,quia fraus nemini patrocinatur, de reſcript.
& ſuperius dixi,ac contra poſita per Socin. iun.
conſi.4.num. 21. & ſeq. ac per totum uolum.4.
exempla deducēs in ſimili,ꝙ licet actus alias ſub
ſiſtere, ubi tamen fraus, & præſumpta interue-
niant,reſcindatur.

Secundum tollitur.

35 Primo,quia etſi † fraus in utroque contrahen-
te requiratur ad actus,vel contractus oneroſi re-
ſciſſionem,per Iaſ.in §.item ſi quis.nu.27.Inſtit.
de act.Alex.conſi.55.uolum.1.& dixi aliàs con-
ſilio meo.40.in fine.attamen id procedit quoq;
ſi uerè,vel præſumptiuè fraus in emente probe-
tur.dicuntq; præſumi fraudem ex parte empto-
ris,ſi fuerit perſona coniuncta,& aliæ coniectu-
ræ,ut hic,concurrant,per Barto.in d.l.poſt con-
* tractum,quem communiter * Doctor. ſequi ait
Piccus.nume.46.ff.de donat. Boſi.titu.de publi-
cat.bonorum. nu.47.

36 Secundo, in reuocatione feudi alienati per
Vaſallum, non requiritur ex parte recipientis
fraus aliqua, vel mala fides, ſed ſufficit alienan-
tis dolus,eſt text.in capit.imperialem.§.calidis.
vbi Gloſ.in verbo reuertatur. de prohib. feud.
alien.per Federicum, ſentit Curt.iun.tracta.de
feud.4.parte.q.29. nec id inconuenit,cum in pa
trono,& liberto illud met ſeruari videmus quan-
do per libertum alienata reuocantur ab acqui-
rente,etiam in bona fide exiſtente,vt docet Iaſ.
37 in d. §. item ſi quis. numero 33.& Dominus in
feudis patrono, vaſallus vero liberto ęquiparen
tur. Iaſ. in prælud. feud. numero 20. Siluan. de
feud.q.14.Thom.Marin.de feud.titul. ſecundo.
lib.1.num.50.vnde arguendo de caſu ad caſum
videretur reuocationem procedere etiam quòd
ceſſaret fraus emptoris.verum quia hęc reſpon-
ſio poſſet pati difficultatem.

Tertio,& melius,dico ſatis pręſumi,& proba
ri in vtroque fraudem, cum contraxerint non
adhibitis licentijs ab omnibus Dominis dire-
ctis,vt infra,ſicque minime adimpleuerūt quod
debebant, ita vt fraudis quilibet eorū particeps
38 credatur ex venditione facta non ſeruatis ſer-
nandis,arg.l.1. vbi Gloſ.& Doctor.C.de fid.in-
ſtru.& iure haſtæ.lib.10.c.qui contract.de regul.
iur.in ſexto. Calcan. conſilio vigeſimoquinto,
numero 13.in fin.Octau.Cacher. deciſ.180.nu-
mero 10.

Tertium minus obeſt,cum fraus ex octo præ-
ſumptionibus, & coniecturis ſuperius conſide-
ratis de iure citra teſtium atteſtationes probe-
39 tur manifeſtè, licet alias duæ tantum ſufficiant
per Bart.& Moder. ubi Piccus. numero quarto.
in d.l.poſt contractum.ff.de donat.plures.n.prę
ſumptiones pręualeant paucioribus.c. in noſtra
de teſtib.l.prima. C.de patr.poteſt.Bero. in cap.
tertio.numero 32. de probat.Crauet.conſi.145.
numero 11. ac iunguntur ſimul ad plenam, &
integram probationem conſtituendam.l. inſtru
menta cum gloſſ.C.de probat. Barbat.amplè in
Rubrica.de probat.Roma.conſilio tertio.nume
ro tertio.vbi latiſſimè Mendoſ. in uerbo induci-
tur.Gabr. d. loco de probat.concluſ. prima. nu-
mero 60.ſubdens.numero 61.facilius coniungi
præſumptiones plures, quam plures probatio-
nes ad plenam probationem faciendam, ex
mente Calder.& Butrij in c.veniens il pri. in fin.
de teſtibus,& in terminis per Socin.iun. d.conſ.
4.uol.4.

Et licèt omnis actus geſtus in quauis infirmi-
tate ualidus reputetur, quod iure verum prorſus
exiſtimo, nec ex illa tātum præſumptione pro-
bari in fraudem,vt ſupra, enim vero ſecus arbi-
tror pluribus ſimul concurrentibus coniecturis,
quę haud interuenire in caſu conſilij mei. 40. li-
bro primo.

Rurſus,reconciliatio inimicitiæ, & odij do-
mini Iulij venditoris erga agnatos, minus refra-
gari poſſe videtur,cum teſtes probent odiū poſt
reconciliationem duraſſe, ipſoſque ſe inuicem
poſt reconciliationem nunquam ſalutauiſſe. cul
pa tamen venditoris per gloſſ. in c. cum Adria-
nus 63.diſtin.& Dominum Iulium minatū agna
tis fuiſſe,ſecundum gloſſ.& Bald. in l.ſed ff.de ar
bitr.quibus modis,& alijs probantur inimicitiæ
ad congeſta per Cror.in tracta.de teſta. 3. parte.
numero 170. & ſequent. Campeg. de teſtibus
regul.409.quæ inimicitia præcedēs addita alijs
40 præſumptionibus,† inducit uehementem ſuſpi-
cionem contra alienantem,quod fraude, & do-
lo tantum, ac cauſa excludendi inimicum con-
tractum inierit,ut tradunt omnes poſt Barto. in
d.l.poſt contractum,ubi Ioan.Annibal.nu.64.ff.
de donat.

Quartum tollitur, cum non conſtat adhuc,
quod venditor fuiſſet antea intentionis uenden
di dicta bona ob inimicitias contractas in di-
tione Mirandulenſi,quæ omnia per allegantem
erant probanda, tum quia licèt nonnullæ pro

con-

contractu adeſſent coniecturæ, attamen quia nu
mero plures in contrarium exiſtunt, hæ præua-
leant in l. diuus. ff. de in integ. reſti. ca. in noſtra,
de teſtib. Alciat. in tract. 3. regul. præſumpt. 37.
nume. 9. & licèt venditor fuiſſet tempore con-
tractus peccata ſua ſacerdoti cōfeſſus (quod ta-
men negatur) non ex hoc abſolutæ fraudis ſu-
41 ſpicio tolleretur, cum non omnis † moriens præ
ſumatur ſanctus Ioannes Baptiſta, vt verbis utar
Bald. in titu. de pace conſtant. in verbo, Vaſalli
noſtri ex l. verba. C. de teſtam. Gloſ. literas il ſe-
cundo. de præſumpt. Oldr. conſilio 192. Marſil.
in §. diligenter. numero 11. cum ſequent. & apo
ſtil. ibi Boſi. titu. de ind. ante torturam. numero
185. cum ſequent. Menoch. conſilio 139. nume
42 ro 68. & 70. nec etiā † odioſo credatur, licèt ſan
ctiſſimum corpus Chriſti ſuſceperit. Argum. l. ſi
quis in graue. §. primo. ff. ad Silan. quinimmo
multa prohibentur conſtituto in articulo mor-
tis, cum deficiente corporē deficiat intellectus,
& animi conſilium, de quibus latè per Barba. in
cap. Rainutius in prima & ſecunda colu. extra
de teſtibus.

43 Vltimum minus refragatur, quod † actus ſuſti
neatur ex utilitate dicti contractus, licèt alias
principaliter in odium agnatorum factus dice-
retur, ex doctri. Bald. in c. cum Eccleſia vultera-
na, de elect. & Iaſ. in l. quominus. numero 34.
ubi Rip. declarat. numero 29. de flumi. Nam,
cum nulla adſit utilitas, reſpectu perſonæ Do-
mini Iulii uenditoris, ſed ſororis ſuæ tantum,
uel tertii, quod minimè curandum cenſeo,
ceſſat doctrina Bald. cum actus in præiudi-
cium tertii non ſubſiſtat, ſi gerens nullum
commodum conſequatur, & alteri noceat. l.
prima. §. denique. ff. de aqua pluuial. arcend.
conſiderabilis enim non eſt utilitas, uel reſpe-
ctus tertiæ perſonæ, uel ementis, aliàs nun-
quàm contractus aliquis fraude notaretur, cum
ſemper poſſet allegari gerentem feciſſe, ut ſi-
bi prodeſſet, gratificando tertium, magiſ-
que in odium alterius, uel ſi ex mixta con-
ſideratione, quod effectus attendi deberet, ut
ex multis exemplis colligi poteſt accummu-
latis per Rip. & Iaſ. in d. l. quominus, præ-
cipuè cum dicunt fratrem non poſſe Caſtrum,
vel rem communem in præiudicium alterius
fratris alienare, ſi ſibi non proſit. l. quicun-
que Caſtellonum. C. de fund. limit. libro 11.
vtilitaſque, & animus diſponendi in ſororem,
magiſque in agnatos, iure improbari ſolet,
cum quilibet teſtando, & diſponendo magis
inniti debeat, ſi ipſi reipublicæ communiuti-
litati, nomini ſuo, agnationi, & familiæ
propriæ, quàm cœteris, quod euenit inſti-
tuendo patruos, ac agnatos de familia, non
etiam fœminas, & ſorores, ex quarum ſuc-
ceſſione quamplurima mala euenire ſolent,
familiæ ſpoliantur, earumque facultates, &
ornamenta in extraneas domos transferun-
44 tur, † vt hinc priuatum principaliter detri
mentum oriatur, & publicum ſecundario bo-
num, quod quidem alteri priuato principali
mulierum commodo antefertur. Bartol. in l. pri
ma. §. huius ſtudij. numero primo. ff. de iuſt. &
iur. multaque ad hanc materiam adducit Fran-
ciſcus Piſci. in diſput. an ſtatutum excluſ. fœmi-
extra territ. exten. numero 40. 46. 77. cum ſe-
quent.

Vnde non eſt ita abſolutè dicendum, quod
occaſio inſtituendi ſororem fratri proſit, quin
potius ſibi, ſuæque familiæ, & nomini maximi
detrimenti exiſtat. Argum. l. prima. §. ſed etſi ſer
uus. ff. de ventr. inſpici. Pariſ. conſilio 26. nu-
mero 12. & ſequent. & 73. volum. ſecundo. ſu-
blatiſque contrariis videtur in hoc primo capi-
te concludendum, locum eſſe reuocationi, tot
concurrentibus præſumptionibus, quas mini-
me probatas, nec deductas in ſpecie arbitror,
in cauſa Domini Catabeni, & de Zarabutijs,
vt merito contra agnatos iure iudicatum fue-
rit.

Aggredior ſecundum caput terrarum obno
xiarum, quibuſdam nobilibus huius patriæ, pro
quibus aſſenſus Dominorum directi adhuc ob-
tentus minimè fuit, & reſpectu harum indubi-
tanter credo ius agnatos ſouere.

45 Primo, quia † feuda hęc antiqua ſunt & auita,
quæ mortuo Vaſallo ſine liberis, non ad Domi
num directum, ſed ad proximiores agnatos, uel
in inueſtituris uocatos, deuenire ſolent, qui re-
ſpectu primi acquirentis deſcendentis, reſpectu
uero morientis collaterales nuncupantur. capi-
tulo primo. de nat. ſucceſ. feud. capi. primo. de
feud. frater. Cur. de feud. prima parte feud. 8. q.
nu. 7. Marin. Freccia de feud. ex pact. & prouid.
tit. 2. num. 16. & 17.

Secundo, alienata ſine licentia Domini ſimi
liter deuoluerentur ad agnatos agentes in cau-
ſa, non autem ad Dominos directi, cum hæc
** receptior, ** & æquior, ac pœnes omnes ſit pro
bata cōcluſio, quòd feudo antiquo ſine Domi-
ni licentia alienatio aperiatur, nō Domino, ſed
agnatis uocatis tantum. cap. primo. §. hoc quo-
que, de ſucceſſ. feud. Iſern. in cap. primo. §. deni-
que. Port. numero 8. quæ fuer. prima cauſ. be-
* nef. amittend. nonnullos ex * communi addu-
cit Clar. §. feud. q. 66. uerſic. ſi uero eſt antiquum
Soc. Sen. conſilio quarto. in fin. volum. 3. Curt.
Sen. conſilio 49. numero 75. uolum. primo. latè
Ber. in hæreditario loquens, conſilio 77. nume-
ro 21. & 78. numero 11. uolum. 1. Curt. ex com
muni loquens de ingratitudine commiſſa per
uaſallum, circa contractum, & de alienatione ſi-
ne aſſenſu in tract. de feud. parte. 5. uerſi. quarta.
principalis. numero 11. cum apoſtil. poſt Alex.
diſtinctionem probatam in conſilio 30. numer.
** 15. uolu. 1. amplè ex ueriori ** Thom. de Marin.
tract. de feud. ex pact. & prouid. tit. ſecundo. nu.
86. & ſeq.

Tertio

46 Tertio in contractu uenditionis dicitur,† ſal-
uis iuribus Dominorum,quibus dictæ terræ ſol
uunt,& reddunt decimas,& affictus; ac ab habi
ta licentia quatenus requiratur , & nõ aliter.Ab
iſtis obtenta minime fuit , ergo contractus reſo
lutus , cum dicta conditione deficiente , feudi
alienatio reddatur nulla. l. pecuniam. ff. ſi cert.
pet.l.neceſſ.in fin. prin.ff. de pericul. & cõmod.
rei uend.not. Bal. in cap. pri.§. hoc quoque. de
ſucceſſ.feud.Alber.in l.ſi in fi. C. de iur. emphi.
Pariſ. de Puteo de feud. reinteg. cap. ſi feudum
pag.132. num. 7. Graſſus com.opin.lib.2.ca.2.
* q. 17.vbi de communi * in terminis Curt. Sen.
indign. c. ex eo de regul. iur. in 6. Corn. conſi. 99.
in princ. uol. 1. Bald. ſcribens iſtos non ſeruan-
tes, dici teſtamentum impugnari, conſi. 356. in
fi. uol. 4. Aymo conſi. 1. num. 3. & Curt. iun. cõſi.
188. num. 20. cum ſeq. volu. 3. qui regulam illam
impugnans, teſtamentum ex eo non ſe iuuet de-
clarat.
Nec dubitandum eſt, monaſterium ſubſtitu-
tum probaſſe hæredum inobſeruantiam, tum
ex illorum confeſſione iudiciali, in reſponſione
ad poſitiones, quę probatio certa eſt, ac verita-
tis per Rober. Maran. in l. is poteſt. num. 53. ff. de
acquiren. hęred. Corn. conſi. 108. num. 15. uolu.
primo, tum ex libris venerabilium monialium
ſanctę Paulę, qui explorati demonſtrant apertè,
ſolutionem nequaquam factam, vt dicebat Go-
zad.

Digitized by Google

zad.dicto conſi.34.num. 10.& Crauet.conſi.1.
num.7.

Tertio,omiſſa teſtatoris pœna appoſita con-
trauenienti,cum hoc legatum fuerit,& pium ſit
pro exoneratione conſcientiæ, vt inquit codi-
cillans, diſpoſitum intra annum omnino a die
monitionis iudicialis exequi,& ſolui oportebat,
13 † & cum hæredes in mora, & negligentes exti-
terint, omni commodo hęreditatis priuati ſunt,
& executio dicti legati ad Epiſcopum deuoluta.
§.ſi quis autem non implens, vbi glo.authen.de
hæred.& falcid.glo. in verbo legitimum in cap.
Raynaldus,& c.ſi hæredes,extra de teſtam.Do-
ctor.in auth.hoc amplius. C. de fideicom.& ita
communiter teneri, inquit Capra,ſuis regul.&
tractatibus capit.111.num.22.& 23.poſt Lapũ,
allegat.87.numero 3.cum Apoſt.Mendoſij,ver
bo monitio.Abbat.conſilio 137.in prin. Corn.
conſi.208.colum.penult.uolu.1.Gratus de com
muni conſi.102.num.9.uolum.2.Alban. conſi.
48.per totum, & nu.6.Vaſq.de ſucceſ. creat.de
teſta.lib.1.§.8.nume.14.Monticul. de inuentar.
part.7.num.28.Bero.conſi.49.num.6.uolum.2.
Floria.de Sancto Petro int.conſil. Martian.16.
num.5.& 17.num.6. Nonius d.conſil. 28.nu.3.
Cæphal.conſi.25.num.34.Gozad.conſ. 34.per
totum, concludens pro communi ſententia
hanc monitionem requiri etiam in legatis pijs,
14 licèt ſit adiecta dies ſolutioni, quò ad priuatio-
nem incurrendam,ſecus vero, quò ad moram;
& intereſſe, cum citra monitionem illa commit
tatur,vt per eum Rimin.iun.conſil.67. num.25.
vnicamque monitionem ſufficere videtur, ex
not. per deciſ.Neapol. 205. poſt nu. 5.Mendoſ.
in ſuo opuſcul.annal.caſuum. num. 111.112.&
ſeq.

Quarto, legans centum ſexaginta aureos an-
nuos diſpenſandos per executores proexone-
ratione conſcientiæ,præſentis temporis verbo,
priuat hæredes contrauenientes ſub hac clauſu
la ſi ipſi,uel alter eorum commiſſarij, & omnib.
per eum ordinatis oppoſuerint,eos,vel alterum
eorum ex nũc,prout ex tunc priuauit,& priuat,
priuatoſque eſſe vult,& voluit,&c.Vnde ipſo iu-
re cenſentur hæredes priuati omni commodo
hæreditatis, citra aliquam ſententiam declara-
15 toriam,cum hoc ſuadeant verba † præſentis tẽ-
poris,priuat,vult,&c.& clauſula ex nunc, Saly-
cet.in l.2.col.3.num. 7. vbi Iaſ.num. 103.& ſeq.
C.de iur.emphit.Soc.Iaſ.& Deci.in l.cum poſt-
quam.C.de pact.Felyn.in c.2.in princ.de reſcri.
Cagnol.num.5.& cæter.in auth. caſſa, & irrita.
C.de ſacroſanct. eccleſ. fuſiſſimè pro more, ex
communi Tiraquel. in l. ſi unquam in verbo re-
uertatur.nume. 19.20.cum infinit.ſequen.C.de
reuocan.donat.& ex illis verbis ex nunc priuat,
&c. hæredem ſine miniſterio hominis priuatũ
iudicari ſcribit Pariſ. conſilio 91.numero 65.in
fi.uolu.2.Dec.conſil.613.nume.1.& rurſus ante
aditam hæreditatem ex tempore præſenti, quo
verbo proferuntur, dicitur adepta hęreditas pri
mo,& data monaſterio ſubſtituto in tempus cõ
diti teſtamenti, vt merito iure directo fiat, nec
16 per viam fideicommiſſi † trebellianica aliqua,
ſeu falcidia retineri queat.Socin.ſen.in Rubri.ff.
de his,quæ pœnæ nom.Pariſ.conſi.19.numero
135.uol.2.Rimin.iun. conſi. 54.num.3.& 4. non
igitur dubitandum eſt, quin monaſterium ad-
mittatur, nulla ſequuta ſuper contrauentione,
vel inobſeruantia,ſententia, eo magis ultra ver-
17 ba præſentia ex futuris geminatis, quę † gemina
tio latæ ſententiæ, non autem ferendæ canonẽ
inducit,per Bal.in tit. de pace conſtant. uerſicu,
hoc quòd nos, Roman.ſing.3.Felyn.in ca. ſicut
Romana.num.13.de reſcript.amplè Tiraq.in d.
l.ſi unquam,verbo reuertatur.num.46.ubi in fi.
id ſecundum omnes procedere inquit.C. de re-
uoc.donat.

Quintò conſidero, ꝙ in codicillis adiecta eſt
certa,& terminara dies ſolutioni quantitatis le-
gatæ,tempore inquam, & die, quibus ipſe Do-
minus Ferrandus liuellum ſimilem teſtatori præ
ſtabat.expreſſa quoque pœna eſt priuationis hę
reditatis,ſi ipſe oppoſuerint:quapropter etiam
citra vllam monitionem commiſſariorum, iudi
cum,uel ſubſtitutorum hęredes, re ipſa, die quo
non ſoluerint, incapaces bonorum ſunt effecti,
cum in diſpoſitione,Authen.hoc amplius C.de
fideico.ubi hæc duo dies, & pœna ſunt expreſ-
ſa a teſtatore,nulla monitio requiratur ad incur-
18 rendam † priuationis pœnam, ita Socin.conſi.
133.uol.1.Corn.conſi.250.uolu.4.Crauet.poſt
Caſtr.per eum allegatum, conſi.59.nume.7.&
conſi.193.num.4.Gozad.conſi.34.num.7.uerſ.
non obſtat,Alba.conſi.48.num.14.& minus in
diſpoſitione teſtatoris conditionali, vel moda-
li,per Grat.conſi.102.num.58. in fin. uoumine
ſecundo.

Sexto ſuffragantur, quòd non ſeruare volun
tatem teſtantis expreſſam, & priuantem hære-
19 dęm contrauenientem iure iniquum,& impium
reputatur.l.contra. C. de teſtam.man.l. prima.
C.de ſacroſanct.eccle.& ſi quis non priuaretur,
quem teſtator priuari uoluit, & ei hæreditas in
caſu inobedientiæ adimi,certè hæreditatem cõ
tra uelle defuncti teneret,quod eſſet iniquus, vt
in propoſito dicebat Angel.conſi. 168.num.2.
in fin.& art.3.ſubiungens deſinere eſſe hęredem
de iure ciuili, maximè vbi eſt conditio negati-
20 ua, cum nunquam fuerit hæres, prout † filius,
qui remanet hæres uniuerſalis patris, non poſ-
ſet alteri filio priuato ſuam æqualem portionẽ
tradere,cum id contra uolũtatem patris expreſ-
ſam fieret,ut firmat Dec.conſi.547.num.4. poſt
Socin.ſen.conſi.221.in prin. uol. 1.Caſtr.conſ.
259.in princ.uolum.1.Soci.iun.conſi.113.num.
28.uolu.1.Ruin.conſi.77.uol.2. Simon de Pręt.
conſi.106.num.24.& ſeq.Hinc infero,quòd nõ
ſolum,ſi in totum hæredes contraueniſſent, ſed
etiam ſi in parte tantum, & in modico non ob-
ſeruaſſent

ſeruaſſent patris voluntatem, priuandi eſſent,
quia tanta eſt obedientia voluntati teſtantium,
21 vt in leui, & modico defectu † inobediens amplum patrimonium amittat, dum ſic teſtator iubet. l. eum quidam, in fin. C. de neceſ. hæred. inſt.
Caſtr conſ. 292. num. 6. quæſito. 5. uolu. 2. not.
Socin. & cæter. vbi ſupra, Tiraq. de iud. in rebus
exigui. verſic. 27. pagina 52. Borgn. Caualcan.
tract. de tut. & cura. nume. 228. Simon de Prætis
d. conſi. 106. nu. 27. & præcipuè non adimplens
22 voluntatem defuncti, quoad † pias cauſas, qui ex
minimè partis inobſeruantię totum amittit, per
text. in §. ſi quis pro redemptione Auth. de eccleſiaſtic. titul. c. Siluester. 11. q. 1. Epiſcopus Recanaten. int. conſil. vlt. uolunt. 55. num. 6. filiuſq;
23 monitus non adimplens pia legata, † legitima
naturæ priuetur. Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. 84.
24 85. non enim adimplens omnia, in pœnam cadit, ac ſi nihil adimpleuiſſet. l. ſi is, qui ducenta. §.
cum ita, ubi Socin. poſt alios. ff. de rebus dubijs,
& in l. quamuis. ff. de condit. & demonſtrat. Nec
prædictis repugnant verba illa teſtamenti, ſi ſe
prædictis commiſſarijs, & omnibus ordinatis in
teſtamento, & codicillis oppoſuerint, quæ adeo
videantur copulata, vt ſimul ad pœnæ incurſum
concurrere debeant, per Roman. conſi. 110. numero quarto. Pariſ. conſi. 91. num. 12. uolu. 4. Et
enim dicitur potius illam clauſulam cenſeri diſtributiuam, ex Bald. in l. 2. C. de prob. Rui. conſ.
76. num. 4. in pri. uel magis adiunctam, vt omnia
diſtinguat, ac ſeparatim comprehendat, cum
omnia diſpoſita ſint, & diuerſa, & ſeparata re ipſa ad trad. per Felyn. in c. licet cauſam. num. 85.
de probat. & in ſimili tenuerunt Domini de Rota Romana per Illuſtriſſimum Cardi. Paleot. deciſ. 556. in monitorio. Et quia † teſtator poteſt
25 diſponere de bonis hæredis, ſicut de bonis proprijs. §. ſi res legata, Inſtit. de legat. Barto. in l. nemo. ff. de leg. 1. Iaſ. conſi. 23. in fin. uolu. 1. Aymo
conſi. 133. num. 3. & ſeq. & 174. num. 10. vbi de
* communi * Pariſ. conſi. 33. num. 84. uol. 3. Bero.
conſi. 51. num. 10. & 20. uolum. 2. ex communi
* firmat, Beninten. deciſ. Bonon. ult. ma in fi. quia
& de his, quæ ad fauorem hæredis ſpectant,
Curt. ſen. conſi. 29. ad fin. Aymon. d. conſi. 174.
numero 10. & ſi dictus l uellus fuiſſet proprius
Domini Ferrandi hæredis, vel in eo ius aliquod
habuiſſet (licet id negetur, cum inſtrumenta publica contrarium doceant) debuiſſet tamen iuxta teſtantis diſpoſitionem in eleemoſinas diſpēſari, & Commiſſarijs ſub pœna priuationis tradi, ut in caſu ſuo ſentit Simon. de Pret. d. conſi.
106. num. 18. 23. & ſeq. priuandique ſunt hæredes, quia ſe Commiſſariorum, & iudicum petitionibus oppoſuerunt, nec vnus tantum, ſed ambo, cum omnes contrauenerint, nec vnquam legato pio ſatisfecerint, vt dicebat Bero. conſ. 44.
num. 51. uolum. 2. licet (omiſſis verbis teſtamēti)
attentari quoque poſſet, etiam ex vnius contrauentione, alterum quoque priuari, uti ambo ſint
hæredes inſtituti, cum hoc onere ſoluendi legatum, ut ſupra, ex doctr. Bar. in l. pater famil. teſtament. ff. de hæred. inſtit. Cæphal. conſ. 244. articul. 2.

Firmandum itaque cenſeo priuationi locum
extare, non refragantibus ex aduerſo allegatis.

Primum, q dolus non probetur, ex multis. g.
deducitur, & argumentum tollitur.

Primo, quia hęredes ſcienter omittunt ſoluere,
ad quod obligantur teſtamento, & ſe Commiſſarijs petentibus opponunt, ſic faciunt rem ſibi
25 prohibitam a Teſtatore, vnde † dolus arguitur.
Alexand. conſi. 103. num. 12. uol. 1. & conſ. 84.
num. 3.

Secundo, ſpreuerunt multiplices interpellatio
26 nes, ac † proteſtationes Iudicium, ac Commiſſariorum, & noluerunt ſoluere id, quod tenebantur, propterea præſumuntur in dolo. l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. de his, qui in fraudem.
l. non poteſt dolo carere. ff. de regul. iur. Bar. in l.
qui petitor. ff. de rei uendi.

Tertio, hæreditatem adierunt, & cum legatarijs quaſi contraxerunt. §. hæres. Inſtit. de oblig.
vnde cum id, ad quod tenebantur, non fecerint,
27 in † dolo fuiſſe iudicantur. l. ſi procuratorem. §.
dolo, & l. dolus. ff. de mand. l. 1. §. eſt autem. ff. depoſit. dolus enim cum ſit difficilis probationis.
Boer. deci. 101. nu. 3. & 4. coniecturis probatur,
eo quod ſtatim quis non facit, ad quod tenetur.
Pariſ. conſi. 74. nu. 29. uol. 1.

Quarto, legem teſtatoris expreſſam ius Ciuile,
28 & Canonicum ſunt † tranſgreſſi, ideo in illis dolus arguitur, Bald. conſi. 35. in princ. uolu. 3. hæc,
& alia ſimilia in propoſito adducit Crauet. cōſi.
193. nu. 2. & 3.

29 Quinto, hæres in moram, & pœnam alio non
conſiderato ſtatim incidit, quàm primum volūtatem Teſtatoris poteſt exequi, & non exequitur. Glo. in l. 1. vbi Barto. C. de indign. Bar. in l. in
cognitione, ſecunda col. ff. ad Silan. Abb. in cap.
extirpandæ, vbi Imol. & cæter. §. quia vero, col.
pen. de præben. moraque ex monitionib. præcedentibus incurſa eſt, vt nec illa amplius purgari
queat, tum quia ſit geminata, tum quia minimè
30 incontinenti † purgatio facta fuerit, vt not. oēs
poſt Bar. in l. ſi inſulam, vbi Alex. nu. 9. Crot. nu.
* 71. & cæteri communiter. * ff. de verbo. obligat.
Can. in cap. potuit. ubi Bero. nu. 61. 140. & 142.
extra locat. Iaſo. in l. ſecund. num. 84. C. de iur.
emphy.

Sexto, probatum eſt ſuperius hæredes nō ſoluiſſe, tum ex allegatione legatariorum, quibus
ſufficit oſtendere codicillum, & hæredi onus ſo
31 lutionem probandi incumbit, ut dicitur de † locatore agente ad mercedem, vel pœna caducitatis ob non ſolutionem afflictus, contra conductorem Alex. conſi. 130. 131. num. 2. uol. 4. & conſilio 105. uolum. 3. Bero. conſi. 150. in principio
uolum. 1. tum propter iuſtificationem non ſolutionis factæ in exploratione librorum, locorum

qui-

quibus pecuniæ præſtari debebant, vt ſupra per
Gozad.conſi.34.nu.10.Vnde, & ſi aliquam cau
ſam in facto, vel in iure habuiſſent hæredes non
excuſarentur, quando teſtator pœnam priuatio
nis ipſo iure imponat, ex nũc ſi ſe commiſſarijs,
vel prędictis oppoſuerint, quod operatur ex cir
cųnſtantijs, videlicet, quia ſcriptum eſt legatum
pro eleemoſina, pro exoneratione conſcientię,
in cauſam ſtudiorum, & alimentorum tam piã,
& verbis taliter prægnantibus, vt licet in dubio
32 de † moleſtia tantum facti intelligatur. l. vnica.
C.de nundin. cum ſimil. quælibet oppoſitio in
præſenti caſu, tam iuris, quàm facti, ad pœnam
incurrendam ſufficiat, ex Glo. & Caſtr.ibid.in l.
Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.Bald.in l.vlt.in
fi.C.de act.empt.nou. Couar.in c.Raynaldus.§.
1.num.8.de teſtam.

Septimo, cum hæc pœna debeatur iure actio
nis ex teſtamento, non tantum Iudicis officio,
ipſo iure commiſſa fuit, poſtquam hæredes fue
runt in mora etiam irregulari, ob diem certam,
& tempus certum appoſita, vt ſupra, & declarat
Socio.in l.de diuiſione, in fi.ff.ſoluto matrimon.
Ruin.conſi.198.num.14.volu.2.& quia ſtatim
33 committatur † pęna, cũ id facere potuerint, nec
fecerunt, Deci.in cap.perſonas, in fin.de appel-
lat.Rimin.iun.conſi. 89.& conſi.31.num.133.
& ſequen. Anton. Gomez. var. reſolut.lib.3.de
delict.cap.9.ſub num. 9.Celſ. Hugo conſi. 100.
num.16.

Tollitur & ſecundum de mente codicillantis
alterata, quando hic non appareat quoquo pa-
cto alterata, cum hæc ſit vltima voluntas, & ferè
in extremo vitę diſpoſita, vt in facto, propterea
ceſſat doct. Socin. in d.l.in teſtamento. num.4.
cum ibi poſt legatum, & diſpoſitionem primam
factam ſub pœna, teſtator ultimo loco priorem
voluntatem mutauerit, atque alterauerit, ſob di-
uerſa forma, ſub qua, vt inquit Socin. non uide-
tur illa pœna repetita. non ergo inſerendum eſt
ad caſum noſtrum, cum hoc legatum ſub pœna
ſit vltimum, quo aliud adeptum, & reuocatum
fuit.

Non obſtat tertium de impedimento.

Primo, quia illud probare, non allegare tañ-
tum tenebantur hæredes ſpecifice, eſt enim fa-
cti, quod non præſumitur, & ita dicitur in con-
34 † ductore aſſerente ſe impeditum vti re locata,
Card.Zabar.conſi.40.in 3.dub.Alexand. conſi.
197.in prin.volu.7.& in appellante, ne dicatur
deſerta appellatio, Octau.Cacher.deciſ.Pedem.
28.num.10.15.& ſeq.immo videtur, ꝙ impedi-
menta debuiſſent commiſſarijs intimari, Alex.
conſi.127.nu.6.& 7.uol.5.

Secundo, non conſtat æs alienum aliquod
fuiſſe ſolutum, ex integris fructibus, & liuellis di-
ctorum annorum quindecim, quinimo, vt ſup-
ponitur, calculo inito, & admiſſis omnibus hæ-
redum præteoſionibus, remanent adhuc libra-
rum decem millium debitores, propterea ex ęre
alieno minimè excuſabuntur.

35 Tertio, hæredes erant † debitores, quantitatis
certæ, & annuæ, a quą non potuerunt vlla diffi-
cultate ſoluendi, a mora excuſari, vt ex commu-
niori ſententia loquuntur Deci. Iaſ. numero 33.
Ripa.num.53.Purpur.num.63.in l.quod te.ff.ſi
cert.petat.quos, & Viuium referendo ſequitur,
Emanuel Soarez. recept. ſentent. verbo more,
num.221.

Quartum minus repugnat. Primo, quia con-
tra Bartol.tenent omnes, Bald.Caſtr. & Salicet.
36 in d.auth.hoc amplius, † hæredem priuari non
ſoluendo legatum, nec exequendo ordinata
per defunctum, niſi in ſpecie ſint hæredes pro-
hibi exequi, quod in codicillo noſtro minimè
diſpoſitum fuit, not. Gozad. conſil. 34.num.9.
Ioan.de Imol.conſi.17.in fine.inter conſi. Mar-
tia.Capra ſuis regulis 110. nume. 29. Secundo
grauantur hæredes ſoluere liuellum, nec ſe op-
ponere commiſſarijs, non ſoluerunt, & ſe oppo
ſuerunt, vt ſupra, & in hac parte dati non ſunt
executores certi: non mirum, ſi priuandi ſunt
hæredes, non exequentes, & non adimplentes
diſpoſita, vt reſpondebat Gozad.d.conſ. 34.nu.
9.in fi.

Quintum, & vltimũ ſimiliter eneruatur, quan
do hic nulla ſubſit cauſa, nec etiam (vt inquiũt)
beſtialis, quæ reos a pœna excuſat. Hocque a
ſufficienti partiũ enumeratione demonſtro. Nã
aut uolunt inniti ſuper ſolutione æris alieni. &
tunc non probant totam hæreditatem, vel illos
liuellos in hoc conſumptos fuiſſe, & allegant
onus incumbit probandi.l. verius. ff. de probat.
37 hæreditaſque magis lucroſa, quàm damnoſa iu-
dicetur.l.prima.§.lucratiuas, cum glo. C. de im-
pon.lucr.deſcrip.libro 10.l.hæreditati.ff. mand.
Brun.conſi.15.num.17.

Et ſi allegarent alterum cohæredem Domi-
num Ferrandum fuiſſe coactum ex dicto liuello
annuo legato pro eleemoſina ſoluere ducatos
octuaginta annuos, alteri cohæredi, videlicet
Domino Alexandro vti hæreditatis creditori,
virtute inſtrumenti celebrati inter Dominum
Sigiſmundum teſtatorem, & dominum Tibe-
rium patrem dicti Domini Alexãdri, ſuper poſ-
ſeſſione Villabellæ, dum conueniunt, vt mortuo
Domino Sigiſmundo, dentur per hæredes vel
in liuellis, uel pecunia, vel terris Domino Ti-
berio, uel hæredibus ſuis ducati mille ſexcen-
tum, eo quòd poſſeſſionem a Domino Sigiſmũ
do bono pretio per inueſtituram ad francan-
dum acceperit, vt in actis pagina 40. & 54. re-
ſpondetur.

Primo, hoc comprehendere tantum partem,
ſeu dimidiam liuelli, & quare reſiduum non ſol-
uerint, videre non eſt: hæredes tamen in modi-
co etiam deficientes cadunt, ut ſupra, in ſexta ra
tione, pro monaſterio, & Caſtr.conſi. 292.nu.
6.uol.2.

Secundo, quatenus ſolui debuiſſent, oporte-
bat

bat aſſignari pro cohęredem cum beneficio in
ı.e.ıt.ırij capitale in tot liuellia, terris, vel pecu-
nijs hæreditarijs, vt inſtrumentum docet, quod
minimè factum dignoſcitur ex conuētionibus
initis inter ipſos cohæredes, de quibus pag. 76.
38 & erat neceſſaria † aſſignatio, medio iuris, cita-
tis legatarijs, & creditoribus alijs, & præuia ſe-
paratione bonorum, ſecundum formam tradi-
tam a Bald. in l. debitori verſic. 3. eſt notandum.
vbi Alexand. Curt. nu. 12. Deci. num. 17. C. de
pact. ponit Rol. a Valle de inuentar. in decim.
vtilitate, num. 6. pagina. 132. poſt Ruin. conſi.
57. in fi. vol. 2. Pariſ. conſil. 69. in fi. volu. 2. ſibi
enim ſimpliciter (vt fecit) cohæres ſoluere nō
poteſt, cum creditore ſuccedente debitori, ipſo
iure confundantur actiones d. l. debitori, vbi
omnes. C. de pact.

Tertio, non pro octuaginta ducatis, ſed pro
parte tantum tenebatur Dominus Ferrandus
cohæres, facere aſſignationem ſuper portione
illius alteri cohæredi, videlicet pro ducatis qua
draginta annuis, & ꝑ alijs quadraginta, Domi
nus Alexander, ſuper illius portione, medio iu-
ris ſibi aſſignationem fieri procurare, cō eſſent
39 duo hæredes, & pro † portionibus tantum hæ
reditarijs, ad debita tenerentur l. pro hæredita-
rij. C. de hæreditar. actio cumque nec medio
iuris, nec vi neceſſe erat ſoluerint, nec pro de-
bito abſorbente integrum liuellū eleemoſinis
deſtinatum, merito nō obeſſe monaſterio, con-
cludendum arbitror.

Si vero cohæredes innitantur credito dotis
vxoris defuncti, aduertendum eſt,

Primo, quòd illi prouiſum erat, & ſatisfactū
ferè per teſtatorem in præſentia, & cum conſē-
ſu eiuſdem Magnificæ Dominæ Lauræ vxoris,
in eodem inſtrumento celebrato cū Domino
Triberio, cui ad liuellum tradit poſſeſſionem Vil
labellæ, prætio ducatorum 2400. hac intentio-
ne, vt dotis vxoris ſit cautū, propterea nō erat
ſuper hoc lis agenda, ſed per hæredes ſatisfaciē
dum voluntati, & conuentioni defuncti. vul-
gat. iuribus.

Secundo, ſi expenſas non modicas in dicta li
te factus allegant, hoc non releuat, quia vel iuſtè
fecerunt, & pars. vxor inquam, in expenſis dā-
nanda erat ex forma iuris: ſi vero iniuſtè ſibi
40 ipſis imputent, quia contra ius † litem egerunt,
nec iniuſtè ex hæreditate detrahātur l. at ſi quis
§. æquum. ff. de relig. & ſumpt. Port. conſil. 83.
num. 10. præter quod non credatur hæredi ēt
cum beneficio inuentarij, dicenti, ſe magnam
quantitatem pecuniarum, circa hęreditatem im
pendiſſe, nec illi ex computentur. Bart. in l. qui
ſub conditione, per illum tex. ff. de cond. & de
monſtr. Iaſ. & Caſtr. in l. fin. §. in computatio-
ne. C. de iur. deliber. Roland. à Valle, de inuen-
tar. pagina 114. nume. tertio ſubdens, nec pro
iſtis expenſis legatarios contribuere, ſi hæredi-
tas ſit ſoluendo, prout in caſu noſtro, alio non
apparente, præſupponi debet.

Tertio, deceſſit teſtator anno. 1559. nec
vxor aliquid petiit, niſi anno. 1567. quo tempo
re hæredes cum illa trāſegerunt, per octo itaq;
annos hæredes fructus, & totam hęreditatem
perceperunt quietè, pacificè, ſine vllo impedi-
mento, ac onere, & pro quo non video quomo
do hæredes excuſari valeant.

Nec obſtat, quod in aſſignatione vxori fa-
cta, pro ducatis 4060. Dominus Ferrantes li-
beretur ab altero cohærede, pro integro illo li-
uello annuo, ducatorum centum ſexaginta, vi-
delicet pro ſorte ducatorum 1700. ſolutorū di
ctæ vxori pro parte dotis, & fruſtib. ſibi ſpectā
tibus, & eidem debitis, pro reſiduo vero ſortis
totius liuelli, videlicet pro aliis 1600. aſſignatia
Domino Alexandro filio Domini Tiberij, in
executione promiſſionis Domini Sigiſmundi,
de qua ſupra, etenim quicquid iſti hæredes fece
rint, non attendetur, tum quia citatis legatarijs
vt ſupra expediri aſſignatio, & ſeparatio fieri
debebat d. l. debitori. C. de pact. tū quia non te-
nebatur Dominus Ferrantes ſolus, integrum de
bitum ducatorum 1600. ſoluere, ſed ratam tan-
tū proportione hæreditaria. d. l. pro hæredita-
rijs. C. de hæred. actio. & caſu, quo dederint.
tam amplam ſummam ducatorum 400. vxori
pro intereſſe, & fructibus dotis cum ſors ipſa
eſſet de ducatis 2400. tantum vt ſupra, ipſis eſt
imputandum, quia fructus dotis perceperunt,
nec voluntatem teſtantis impleuerunt, hoc
enim redire in incommodum legatoriorum nō
debet, nec hæreditatis, ſed propriè ipſorum
hæredum, qui ob id omni reſpectu contraue-
niſſe creduntur, & in pœnam priuationis inci-
diſſe, cum moniti in longo tempore annorum
nouem, nihil vnquam, nec legatarijs, nec vxo-
ri ſoluerint, dicto §. ſi quis autem non implens.
Authen. de hæredit. & falcid. & vt ſuperius
adduxi.

Dum vero hæredes allegant ſolutionem ſcu-
torum centūquinquaginta alteri cohæredi Do
mino Ferranti retaxatorum, ex liuello debito
per eum annis MDLXI. & MDLXII. eo ꝙ
ipſe per viginti annos errore ſoluerit centum-
ſexaginta ducatos teſtatori, cum tantum debi-
tor eſſet centumquiuquaginta, hæc allegatio; &
ſolutio nulllus eſt valoris, tum quia de errore
non conſtat, nec hæres ſibi ſoluere poteſt, ut ſu
pra, niſi præuia ſeparatione, immo ex inſtrumē
to denuo in appellatione per eoſdem hæredes
producto, apparet clarè debitum eſſe aureorū
centumſexaginta annuorum, iuxta conuentio-
nem dicti teſtatoris, cum eius fratre, ſub die
23. Decembris. MDXLVII. tum rurſus quòd
Dominus Alexāder cohæres, relaxat dictos au
reos cētūquinquaginta Domino Ferrāti (quos
tamen in eleemoſinas erogare tenebatur) nō ex
cauſa erroris tantum, ſed ex aliis, inquiunt in il-
lorum tranſactioni pagina 77. cauſis, & rationi
bus

Digitized by Google

bus illorum animum mouentibus quę rationes
ſingi, & per hæredes imaginari nequeũt, in prę
iudicium legatariorum, & incommodum lega
ti pij, pro exoneratione conſcientiæ emiſſi, vt
tradunt omnes in d.l.debitori. C.de pact.ar.l.
cum falſa, C.de iur.& fact.ignor.prout dicitur
42 hæredem ponẽtem rem in inuentario per † er-
rorem.non poſſe illum propria authoritate tol-
lere, ſed tm̃ citatis creditoribus, & legatarijs,
Bald.in auth.ſed cum teſtator, in fi.C.ad l.falci.
Porcel. de inuen.cap.2.num. 12. Roland.de in
uent.pagin.90.num. 1.verſi.ſi hæres.

Aut, & vltimo falcidię detractionẽ hęredes
opponere intendunt.

Et reſpondeo, primo loco falcidię detractio
nem ſupponere legati ſolutionẽ, ſed pro quar-
ta parte tantum retentionem, tot.tit. Inſtit. ff.
C.ad l.falci.

43 Secundo, † falcidiæ hic ceſſare locũ quan-
do hæredes plura, & diuerſa legata integrè ſol
uerint, nulla detractione facta, & regula cõmu-
* nis* eſt hodierno iure hæredem ſoluendo vnũ
integrũ legatum, ſibi nõ oĩbus alijs p̃iudicari, in
quibus oĩs falcidia ceſſat, Auth.ſed cũ teſtator
C.ad l.falci.Roland.vbi ſupra, pag. 101.verſ.ſtã
* te igitur, vbi de communi* inquit.
44 Tertio, ceſſat falcidiæ detractio, vbi † hęres in
reſiduo non implet, & piam teſtantis voluntatẽ
Tiraquel. de priuileg. pię cauſ. priuileg. 26.ſe-
cunda limit.

Quarto, ſimiliter ceſſat, quia hoc relictum ꝓ
exoneratione cõſcientiæ, non dicitur legatum,
45 ſed † æris alieni ſatisfactio, propter quod etiam
filiorum legitima minuitur, nec in eo diſpoſita
iu cæteris legatis locum ſibi vendicant, Socin.
ſen. in l.cum auus.num.46.& ſeq.ff.de cond.&
demonſtr.propterea, nec ex illo falcidia aliqua
detrahetur, & ſi non poſſunt iuſtè ſe excuſare,
ex ære alieno cum & admiſſis omnibus rema-
nerẽt quoque hæredes in tio calculo deb tores
ex fructibus, pro annis præteritis, in libris no-
uemmillibus in circa, firmandum eſt ipſos con
trauenisſe, & in pœnã incidiſſe, non obſtãt cã
allegata per eos, ad excuſationẽ doli, & culpæ.

Quæ tollitur ſecundo loco principaliter, cũ
46 † cauſa quælibet excuſat a dolo vero, ſecus à p̃-
ſumptio, vt hic, in quo excuſatio non admitti-
tur, Bald. in l.qui contra.C.de inceſt.nupt. Ti-
raq.de pœn.caſu.43.num. 13.

Tertio, nõ excuſat cauſa quem à dolo, vel cul
pa commiſſa in iudicio.l.qui non probaſſe, vbi
Bal. 2.not.C. de calumn. Tiraq.vbi ſupra.num.
11. Menoch. d.remed.5.de recuper.poſſeſ.nu.
64.at in ꝓpoſito oppoſuerũt ſe calumnioſe in
iudicio, & executoribus, & Reuerẽdiſſimo Ep̃o
nihil pœnitus ſoluẽdo ꝓ dicto legata pio, pro
pterea venia indigni creduntur.

47 Quarto, quælibet, † cauſa non exuſata lata
culpa, Bar.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ.
vbi. Iaſ. Tiraquel. loco ſupra allegata.nu. 14.dũ
ergo adeundo hæredes cẽſentur cum legatarijs
contrahere, nõ ſoluendo, efficiuntur morosi, &
culpoſi, ex qua culpa, præuia monitione, in pœ
nam inciderunt, ob contemtum præcepti teſta-
toris, Gozad.d.conſi.34. Crauc.d.conſi. 193.in
prin. & not.in l.1.C.de his, quæ pœn.& ſtatim,
ꝙ apparuit illos non potuiſſe amplius in tempo
re, ordinata a teſtatore exequi, Bart.in l.cum ſti
pulatus.num.4.ff.de verb.oblig.

Concludo itaque, non obſtantibus ex aduer
ſo deductis, hæredes iuxta petita damnãdos fo
re, quemadmodum in prima inſtantia damnati
fuere, pendeatque adhuc iudicium, in appella-
tione coram ſenatu.

Franciſcus Burſatus.I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO LVCIO Madio Bononienſe.

ARGVMENTVM.

*Confeßio eccleſiæ facta, de certo numero terrarũ, ex-
preſſo intra tales confines, cum clauſula, quantũ-
cunque ſit, & ad corpus, non ad menſuram, ſi nu-
merus poſtea reperiatᷣ maior exp̃ſſo, cuius dãno
cedat augumentum, vel diminutio.*

*Et, an dicta conceßio per eccleſiam reſcindi, vel anul
lari queat, vel contra eam reſtitui in integrũ, &
quibus probatis*

SVMMARIVM.

1 *Dictio, circa, non verificatur in numero exceſ-
ſiuo ſed in medico.*
2 *Contractus nullus iudicatur, quando eccleſia
enormiter eſt læſa.*
3 *Vtile per inutile in emphiteoſi, ab eccleſia conceſ
ſa vitiatur.*
4 *Contractus enormiter eccleſiam lædens, nullus
redditur per reſtitutionem in integrum.*
5 *Venditio facta per uerba incipientia a corpore
certo, non a menſura, non alteratur, ſi men-
ſura uberior ſit reperta, quàm fuerit aſſertũ,
* ſed ad ratã pretium augetur, ex* communi.*
6 *Canonis ſolutio vnica pro, tota terra in emphi-
teoſim conceſſa integrũ prædium, a quo uerba
contractus incipiunt in emphiteoſim, genera
liter conceſſum demonſtrat.*
7 *Numerus bubulcarum excedens, demonſtratũ
in inſtrumento, etiam in 150 perticis, nõ ui-
tiat contractum.*
8 *Conceßio ad corpus, totum quod eſt intra fines
deſignatos in conceßione includit, etiã quod
longe*

Digitized by Google

*longe in m iori numero expreſſorum reperiantur, ex * communi. num. 10.*

9 *Menſuræ adiectio ſungitur loco demonſtrationis, in conceſſione ad corpus, quæ licet ſalſa ſit, actum non minuit.*

10 *Terræ alienatæ integritas, in ſuo corpore conſiſtit, & non in menſura.*

11 *Pretium nõ augetur, etiam quod rei quantitas ſit maior, quod emptori emolumento venit.*

12 *Incrementum, augumentumque omne acquirenti cedit in conceſſione ab eccleſia ad corpus facta, ſi vnicum ſit ſtatutum pretium.*

13 *Augumentum cedit beneficio ſoluentis, ſi pro toto prædio vnicus Canon ſoluitur, quod * communiter in rebus eccleſiaſtic. procedit, nu. ſeq.*

15 *Numerus menſuræ attẽditur, & pretium augetur, vel minuitur, vt quantitas eſt in donatione tantum, non autem in alienatione oneroſa, quod tamen declaratur. num. ſeq.*

17 *Limitatio ad d. Imol. in c. p tuas, de donationib.*

18 *Numerus demonſtratus, nihil proficit, ſed cedit damno & commodo acquirentis, quando contractus eſt confectus, per verba corpus reſpicientia, & non menſuram.*

19 *Pretium pro augumẽto ab inueſtito ſuppleri debet, iuxta menſuræ modum, quando eccleſia eſt enormiter læſa, licet contractus ad corpus ſit celebratus, quod dictum non eſt ſimpliciter verum, ex communi. num. ſeq.*

21 *Bona ſtabilia, vt ad culturam redigantur, & fiant fertilia, per eccleſiam, nulla ſolutione canonis adhibita, alienantur.*

22 *Terra ſterilis ad culturam reddita, alteri, quã extirpanti & eam fructuoſam reducenti concedi non poteſt, ſiue promiſſa fuerit, ſiue non, dum fiat cum conſenſu eccleſiæ.*

23 *Laboribus proprijs quis fraudari non debet, nec propriam diligentiam lugere, ex * communi.*

24 *Incrementum magnum dicitur reſpectu rei, cui accedit, ſi excedat ipſius valorem.*

25 *Eccleſia uel alius alienans pro ſupplemento, non auditur quando minimum eſt augumentum, ſi res legitimè fuerit diſtracta.*

26 *Dictionum, tam, & quàm, natura eſt omnia, ſed diuerſa includere.*

27 *Verba narratiua in fine poſita, ad proxima præcedentia referuntur.*

28 *Remedium nullitatis contractus non competit, cum omnia ſolemnia a pri in eo interuenerint, maximè ſi emphiteuſis, cum iuſta cognitione cauſæ fuerit conceſſa.*

29 *Contractus præſumitur in vtilitatem eccleſiæ celebratus, pp ſolẽnia, quæ in eo ſuerunt ſeruata.*

30 *Reſtitutionis in integrũ, remedium intentans tenetur ante omnia probare ſpecifice læſionẽ.*

31 *Reſtitutio in integrum, non datur eccleſiæ propter prauam læſionem, ex magis ** recepta.*

32 *Læſio 6. partis canonis non conſideratur, cum emphiteota ſubijt periculũ caſuũ fortuitorum.*

33 *Eccleſia, enormem læſionem probare debet, ad hoc, vt in integrum reſtitui poſſit.*

34 *Tempus primæ inueſtituræ, & cõceſſionis in læſione reſpicitur, & per agentem deduci debet vt probatio & articulus concludat.*

35 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur enormis læſio, ex veriori ** crebriorique opinione.*

36 *Reſtitutio in integrum eccleſiæ non competit, elapſo quadriennio a die celebrati contractus damnoſi.*

37 *Reſtitutio in integrum non cõpetit, quãdo adeſt præſumptio damni ſcientia.*

38 *Ignorantia iuſta atque probabilis, in petente reſtitutionem, requiritur.*

39 *Remedium reſtitutionis in integrum competit, etiam poſt elapſum quadriennium, ob enormiſſimam læſionem, uel iuſtam cauſam, ex cõmuni, quæ cõis declaratur. num. ſeq.*

41 *Contractus reſcinditur, quando læſio excedit dimidiam, * ex communi.*

42 *Eccleſia, etiam enormiſſimè læſa, per lapſum quadraginta annorum, excluditur, maxime concurrente titulo legitimo allienationis.*

43 *Eccleſia debet reſpicere omnes expenſas, & meliorationes, in re quam petit factas, cum intentat remedium reſtitutionis in integrum, propter enormiſſimam læſionem, & inueſtito pro eis licita eſt rei retento.*

CONSILIVM CLXVIII.

TRINITAS ADSIT.

PRofanata fuit alias eccleſia Sancti Silueſtri de Roncalio diœceſis Bonon. & ex illius materia cõſtructum Altare in parochiali eccleſia S. Sabini de Cortiſcela eiuſdem Diœceſis, non diſtãte ab alia per iactum ſagittæ, in cuius eccleſiæ venuſtatem, ac vtilitatem euidentem, tam ſolum ipſum, cum cimiterio profanato, quàm certa petia terræ eiuſdem eccleſiæ S. Silueſtri, & circum eam exiſtens, partim aratiua arborata, & partim pratiua nemoraſta, paluſtris, ad nullã ferè culturã redacta, tornaturarum decem, uel circa,

circa, cuius fructus & valor annuus ob eius ſte-
rilitatem quatuor ducatorũ de camera, ad ſum
mã non excedebat, vt tunc expoſitũ Sũmo Pon
tifici fuit in emphiteoſim ad tempus & terminũ
29. annorum, &c. fuerunt conceſſa pro Cano-
ne annuo lib. 15. Bonon. Cuidam Nobili Bono.
anno 1537. vigore literarum Apoſtolicarũ, in
forma breuis, & ſententiæ diffinitiuæ, ſuper his
emiſſæ, cauſa cognita per tunc Reuerendũ Cu-
riæ epiſcopalis Bonon. Vicarium generalẽ, &
in hac parte commiſſarium Apoſtolicum, cuius
denique altaris & Eccleſię rector, prima vice lo
cauit, &c. ſub his verbis, &c. Vnam petiam ter-
ræ partim aratiuæ, & arboratæ, & partim prati-
uæ nemoroſæ, & paluſtris tornaturarũ decẽ vel
circa. ſuper qua extat quidam viculus, iuxta viã
publicam, iuxta Comitem Georgium de Man-
zolis, de ſuper, & d. Paulum Poetam de ſubtus,
iuxta canale Rheni, iuxta illos de Maluetijs, &
alios confines, &c. & pro affictu ſoluere d. Re-
ctori lib. 15. Bonon. monetæ currentis, in feſto
S. Michaelis de mẽſe Septemb. cuiuſlibet anni:
In renouatione vero d. inueſtituræ, expreſſum
ita fuit, dedit, conceſſit, &c. vnum prædiolum
terræ, aliàs partim aratoriæ & arboratæ, & par-
tim pratiuæ nemoroſæ, ſilueſtris & paluſtria, &
pro certa parte parum fructuoſæ ad culturam
redactæ decem tornaturarum vel circa poſitum
in guardia Bonon. &c.

Quia modo d. Prædiolum & terra, repe-
riuntur in maiori quantitate, & tornaturarum
decem, cum aſcendat ad 18. tornaturas dubitatur
tur per Reuerendum D. Commiſſarium ſuper
reuocatione bonorum eccleſię, malè & nulliter
alienatorum deputatum, quod conceſſio hęc vi
tio nullitatis, ſeu reſciſſionis ſubiacet, motus ar-
bitror, Quod, cum inueſtitura dicat decem tor-
2 naturarũ, vel circa, illa dictio non poſſit, niſi cir-
ca modicum verificari, nõ autem in tam exceſ-
ſiuo numero. c. continebatur. de deſponſ. im-
pub. c. atteſtationes. & c. ſi. eo. tit. Bar. l. ſi quis in
ſuo. C. de inoſ. teſtam. Alex. conſi. vltimo. nu. 7.
vol. 7. Goz. ad. cõſ. 55. nu. 7. Bero. conſi. 85. nu. 4.
2 vol. 1. Vnde, cum ſit tam enormiter eccleſia læ-
ſa, contractus iudicetur nullus, vti in damnum
euidens eccleſię celebratus, iuxta diſpoſitionem
extrauagantis Pauli ſecundi, q̃ incipit Ambitio-
ſę, aliarumque conſtitutionum ſuper reuocatio
ne bonorum eccleſiæ, male alienatorum, Pauli
4. Pij 4. ac Pij 5. maximorum Pontificũ, quæ nõ
tantum pro exceſſu illarum tornat. 8. alienatio-
nem irritant, ſed etiam pro parte illa, uidelicet
decem, q̃ iure ſubſiſtere poſſet, prout ſcribentes
dicunt, de emphiteoſi cõceſſa per eccleſiam, vl-
tra tempus a canone permiſſum, cum non ſolũ
pro prohibito, verum etiam in ea parte, quæ le-
3 gitimè fieri poterat, annulletur, † ac vtile per inu-
tile vitietur, per text. in auth. de nõ alien. §. ſi ve-
ro etiam Ruin. conſ. 86. num. 6. uol. 1. multa ex
veriori opinione accumulat Didac. Couat. var.
reſolut. lib. 2. cap. 16. nume. 4. & ſequen. Vel ſi
nequeat appellari nullus, ob ſolemnitatem ab
4 initio conuentionis adhibitam, † ſaltem reme-
dio in integrum reſtitutionis reſcindi valeat, c.
1. ubi glo. & Abb. de reſt. in integr. Imol. & cæte
ri in c. ad noſtrum, de rebus eccleſiæ non alien.
& eſt glo. in c. ſine exceptione 12. q. 2. Neuiz. cõ
ſil. 85. in prin.

Verum, requiſitus a multum Nobili D. Lucio
Madio intimo amico meo, mihique multis no-
minibus præcipuè ob inſignes illius animi &
corporis dotes cariſſimo, & quẽ uti fratrem car
nalem merito obſeruo, vt quid iuris cenſeam ſu
per hac difficultate breuiter exponã, Ieſu Chri-
ſti Saluatoris præſidio inuocato, dico abſolute
nõ poſſe ipſum ab eccleſia inueſtitum, quoquo
pacto iure moleſtari.

5 Primo, quia locatio † & cõceſſio facta fuit ad
corpus, non autem ad menſuram: ea ratione po
tiſſimum, quod verba incipiant a corpore certo
ac a re ipſa, non autem a menſura rei: cuius mẽ-
ſuræ licet addita quantitas ſit, vel poſita in eadẽ
oratione, intra corpus certum & limites, ſeu cõ-
fines d. corporis, non alterat tamen contractus
naturam, quin ad corpus certum dicatur ini-
tus, ut in hac ſpecie expreſsè aſſeruerunt, Caſtr.
in l. 2. in fi. C. de pericul. & commod. rei uend.
Ancar. & Imol. in cap per tuas. de donat. Alex.
conſi. 133. num. 6. uol. 1. Socin. conſil. ult. uol. 3.
probat amplè Paris conſ. 64. num. 55. uolum. 1.
* Socin. iun. eam * communem atteſtans, in conſ.
42. nu. 6. & 11. & conſi. 43. uol. 2. Carol. Ruin.
conſ. 83. uol. 1. poſt cæteros (quicquid Abb. Ca
p. c. Curt. Cagn. Deci. Alex. Boer. Pinel. & nun-
nulli in contrarium ſenſerint, qui tamen loquũ
tur contra communem, vt ſupra, & ubi pretium
erat diſtinctũ in partes) eandẽ cõprobat Dida.
Couar pract. quæſt. cap. 3. nu. 3. verſ. quarta ſpe
cies non diſſentit. Alex. conſi. 159. nu. 7. uolu. 5.
Moder. Pariſ. ad Alex. conſi. 120. nu. 9. uol. 2. ad
conſi. 159. uol. 5. & conſ. 8. uol. 4. Rimi. cõſ. 103.
nu. 3. qui in his terminis loquitur uol. 1. Vrſil. in
annot. ad deciſ. Afflict. 68. nu. 1. vbi id probat,
etiam ex mente Decij, & aliorum, ſi poſt menſu
ram apponantur fines: ſecus vero, ſi nulli confi-
nes addantur, niſi in clauſula ad habẽdum, &c.
6 Et hoc fortius in præſenti affirmabo, † quando
vnicus canon iunctim ſit pro tota terra in em-
phiteoſim conceſſa conſtitutus, non autem diui
ſim, ſingulis tornaturis aſſignatus, quo caſu du-
bitãtes de priori opinione, & ſi communiter, re
cepta, illam approbarunt ſimpliciter, hac conie
ctura concurrente, quod pro uno pretio tantũ,
ſeu canone tota terra, & prædium a quo uerba
contractus incipiunt, generaliter uendatur, ſeu
in emphitheoſi concedatur, Specul. in titu. de
empt. & uend. §. ſciendum, uerſi. circa prin. Bar.
in l. Iulianus. §. ſi titius. ubi Alex. in Apoſt. ff. de
act. empt. Bal. l. ſicut. nu. 4. C. de act. empt. Fabia.
in tract. de empt. & uend. 6. q. 9. quæſt. princip.
col.

Digitized by Google

colum. 6.uerſicu. item attendas,ita ſingulariter
decidit Salicet.in l.prima.C. de contro. empto.
Caſtr.in l.ſi ſeruum,§.1.ff.de act.emp.in emphi-
7 teoſi,Eccleſiæ loquẽs,etiam quod numerus ex-
cederet demonſtratum in inſtrumento in 150.
perticis,tradit formaliter,Iaſ.conſilio 55.nume.
4.& per totum volu.pri.ſequitur Neuiz. conſil.
38.in principio,Benintend.deciſ.Bonon.30.in
fi.Strach.tract.de merca. titu.de nauibus. num.
9.Arius Pinellus ſubtilis,in repet.l.2.part.3.cap.
2.nu.4.vbi Cagnol.nu.186.C.de reſcind.vend.
Rimin. conſilio 103. num. 3.volum.1.ac Vrſill.
in annot.ad Afflict.d.deciſ.68.

Hinc ſequitur,quod ſi.d.conceſſio eſt ad cor
pus, cum a nominibus ſpeciem ſignificantibus
8 ſit cæptum,totum † quod eſt intra fines deſigna
tos in inueſtitura, ac in locatione veniet,& ſub
dicto canone erit comprehenſum, etiam quod
longe maioti numero expreſſorum in inſtru-
mento, reperirentur. d. bona ſeu numerus tor-
naturarum & quantitates terræ.l.fines.ubi Bald.
9 C.de eui.Illa enim menſuræ † adiectio tornatura
rum decem vel circa, in conceſſione ad corpus,
loco demonſtrationis fungitur,quæ, licet falſa
nec id cui adijcitur minuit, vel auget, minus ui-
tiat actum; ſi ſeruus legatus. §.quicunque.ff.leg.
3.l.demonſtratio falſa.ff.de cond. & demonſtr.
totum ergo illud,quod limitibus expreſſis in in
ueſtitura,terminatur, in conceſſione includitur.
& ſi multo plus demonſtrato eſſet,abſque eo, quod
10 preciũ vel canon augeatur,vel ſuppleatur,† cum
integritas terræ alienatæ cõſiſtat in ſe ipſa, & in
corpore deſignato,nõ in menſura vel numero.
fuit hæc originalis doctr. Oldrad. conſilio 166.
incidit in conceſſione, qui ita determinatũ af-
firmat,quam eius diſcipulus Ioan. Andr. ſequi-
tur in add.ad Specul.in titu.de empt. & vend.§.
ſciendum,ad finem,idem Bald.in rubrica. de cõ
tr.emp.12.q.numero 12.Anchar.Imol.Abb.&
Barbat. late notab.3.in c.per tuas.de donat.ean
* dem * communiter probare ait,Felyn.in c.ſigni
ficanti,col.pen.de reſcript.Anto.Burg.in c.cum
cauſam.numero 50.de emp.& vend.tam in ſcri
bendo,quàm in conſulẽdo,omnes Doctores id
tenere recenſet: Bertrand.conſilio 30. numero
ſecundo 3.uolu.3.Fabian.tract.de empt. & uẽd.
6.q.1.numero 20.Deci. conſil. 347. in prin. Ri-
min.conſilio 151.numero 14.uolu.1.Quodque
omnes. d. ſententiam Oldrad. admittant,fuſius
videre eſt,per Modero.Pariſ.ad Alexan.conſil.
120. nume 9. volu. 2. & conſilio 159.nume.6.
vol.5.Neuiz.d.conſil.38. In prio. ubi quotas ad-
ducit Couar.d.cap.3.Strach.vbi ſupra. numero
6. ſecundum quam opinionem rurſus regium
conſilium vota tradidit,teſte Afflict.deciſ.67.in
fin.Socin.iun. conſilio 42. numero 19. uolum.
2.& Pinel. d. l. 2.part.3.cap.1.5.& ſeq. vbi om-
nes in hoc concordare ait.C.de reſcind. vend.
ſubdens.numero 7. doctores non variare circa
effectum venditionis ad corpus cum in illa om-
11 nes vel ex profeſſo, vel ſecure ſentiant,precium
augeri,etiam ſi rei quantitas maior appareat;&
hoc eſſe receptiſſimum in fauorem emptoris
12 in † propoſito conceſſionis Eccleſiæ ad corpus
factæ,quod nempe omne incremẽtum & augu
mentum acquirenti cedat, ſi vnicum ſit ſtatutũ
precium, nouiſſime recenſet, Guliel. Reodan.
ſuo tract.de rebus Eccleſiæ non alien.qõ.12.de
augumento rei alienatæ, cui reddat. numero 7.
& 20.quod nonnulli rurſus voluerunt procede
re,licet precium eſſet taxatum in ſingulas torna
tures,vel partes terræ,ut Rimin.conſil.366.nu-
mero 8.volu.2.Nos tamen ſumus extra omnes
13 amaritudines,† cũ vnicus canon pro toto præ-
diolo ſoluatur, vt dicebat Burges. ubi ſupra, &
Barbat.in d. c.per tuas. not. 3.de donat. Afflict.
d. deciſ.67.cum annot. Vrſil. Nec verendum,
has doctrinas cõmuni calculo receptas, in reb.
bonis, contractib. locationibuſue Eccleſię pro-
cedere,cum id ſine dubio paſſim ſcribant admit
14 tantque † omnes,& in terminis emphiteoſis Ec
cleſiaſticæ Mediolanenſis ita concludat Iaſ. d.
conſilio 55.volu.primo.in emphiteoſi eccleſia-
ſtica Mantuana Alexan.d.conſilio 159.uolum.
7.in emphiteoſi Eccleſiaſtica Bonon.Bero. cõ-
ſilio 83.volum.1.ac generaliter in bonorum Ec
cleſiæ alienatione, Guliel. Reodan. d.q.12. per
totam.Dum igitur totum intra fines comprehẽ
ſum ſit, & dicatur iuris ipſius inueſtiti, procul-
dubio abſque alio canonis augumento totum
poſſidebit & retinebit emphiteota, & ſi eſſent.
18.vel 20.tornat.terræ.

15 Nec obijciatur dictum Oldradi † procedere
in donatione tantum at diuerſum in alienatio-
ne onoroſa,ſeu cõtractu locationis,ut hic, cum
ibi numerus menſuræ attendatur, & precium
augeat, vel diminuat pro vt maioris uel mino-
ris quantitas ſequuta menſura reperiatur præ-
dium, vt videtur ſenſiſſe Ioan. Andr.ad Specu.
vbi ſupra,quem refert & ſequitur Iaſ.in l.ſi fun-
dum,ſub conditione.§. ſi libertus,in fi.ff.de le.1.
Imol.in c.per tuas,de donat.Dec.cõſ. 347. in fi.

Etenim pro reſponſione dico, in primis,hãc
16 † intelligentiam a vero aberrare, cum multi
ex citatis. dd. ſupra & fere omnes loquantur in
contractibus merè oneroſis,& indiſtincte. Rur-
17 ſus addo præſuppoſita pro vera,† non procede
re dictum Imol.ubi vnicum tãtum precium,ca-
18 nonice pro integra re alienata ſtatuitur,† quia
tunc numeros demonſtratus nihil proficiat, ſed
totũ cõmodo, & damno acquirentis cedat, ut
recte declarat Barbar.in d. ca.per tuas.3.not. de
donat.ſentit Burges.in eodẽ.c.cum tuas.nu. 20.
in fin.de donat.idem Iaſ.conſi.55.nu.4.uolu. 1.
Soci. conſi. 32.nu.1.uol.4.& egregie declaran-
do Pinel.ubi ſupra.nu.4.verſi.quod autem.

Poſſet inſup p Eccleſiã opponi,qđ cũ exceſſus
torturarũ octo ĩ nu. decẽ vel circa conceſſarũ,
19 ſit notabiliter magnus, † nimiaque lęſio & dãnũ
Eccleſiæ reſultent,cõtractus iſte,licet ad corpus

celebratus,ad ęqualitatem reduci debeat,& pre
cium pro augumento,ab inueſtito ſuppleri,iux-
ta menſuræ modum;ad ea,quæ not. Caſt.in l.2.
in fin.C.de peric.& commod. rei uend. ubi vult
debere emptorem ad corpus ſupplere precium,
ſi res maior reperiatur,ſicuti minueretur, ſi quã-
titas rei minor appareat,quod ſequitur Dec. cõ
ſilio 500.ſub nu.12.Neuiz.d.conſi.38.num.3.&
4.ſubtiliter pro more Arius Pinellus.d.c.2.nu.9.
& 10.ſeruitque Reodan.d.tract.de rebus Eccle.
non alien.q.16.in fi. Verumtamen hoc obiectũ
dupliciter tollitur.

20 Primo,negando illud † dictum eſſe ſimpliciter
verum in noſtris terminis, quin potius contra
ſententiam omnium ſcribentium, dum volunt
totũ,licet exceſſus eſſet valde magnus, ac in ma-
xima quantitate in alienatione ad corpus cõpre
hendi, nec precium per acquirentem augeri, vt
Iaſ.Rimin.Alc.Bertrand.ac omnes id admittũt,
doctrinam Oldradi comprobantes, idemq; ui-
* detur ſentire ex * communi Pinel.ubi ſupra,licet
ipſe dolendo varietatem ſcribentium, cum do-
ctrina Caſtr.& Decij tranſeat.

Secundo reſpondetur, quod in pręſenti caſu
augumentum octo tornaturarum minimum rei
augumentum cenſebitur.

Primo, quia terra hæc conceſſa in emphiteu-
ſim tempore alienationis redacta ferè ad nullã
culturam,ſterilisque effecta erat,ac nemoroſa,vt
apparet ex ſupplicatione, conceſſione apoſtoli-
ca, ſententia ac inueſtituris ſupra memoratis.
itaque nullius conſiderationis vel utilitatis erat,
21 † cum talia bona ſterilia, vt ad culturam redigan
tur,& fertilia fiant,etiam nulla adhibita canonis
ſolemnitate,alienentur per Eccleſiam,glo.Bald.
& alij in l.Marcellus. §.res.quæ. ff. ad ſena.conſ.
Trebell.Deci. conſi. 142.nu.5. pro limitatione.
d. extrauagantis Pauli ſecundi, ponit Bene. de
Caſtro.ſuper.d.extrauaganti Fallent. 26. pagin.
22 19. † Hinc ſterilia ac ad culturam reddita alteri
quam extirpanti, & ei qui reduxit terram incul-
tam fructuoſam,concedi nequeunt,ſiue promiſ
ſio ab initio interuenerit, ſiue non, dummodo
ex conſenſu Eccleſiæ fiat,cum hoc ſit priuilegiũ
23 ſpeciale colentium fundos ſteriles Eccleſiæ,† ne
laboribus ſumptibuſve proprijs defraudentur,
ne ue eorum diligentiam defleant. text.eſt in ca.
ad aures.ubi not.omnes,maxime Abb. & Hoſt.
de rebus Eccleſ.non alien.Card.Zabar.& Imol.
in c.1.de ijs,quæ fiunt a Prælat. Ancar. conſi.4.
Ruin.conſilio 157.numero 14.& 16.uolum.1.
Marzar.conſilio 15.colu.fina.ubi de communi.
Guliel.Reodan. tract. de rebus.Eccleſ. non alie.
verſic.non adhibetur pag.264.& ſi modicæ vti-
litatis cenſentur,modicum quoque augumentũ
24 adeſſe arbitror, † cum magnum dicatur incre-
mentum reſpectu rei cui accedit,videlicet, ſi ex-
cedat vires,ac valorem eius,l.ex annuo in pri. ff.
de donat.inter uir. & uxor. Andr.de Iſern.in ca.
primo.§.ſi quis de manſo uerſicu. nec refert. de
contro.inueſt.Reodan.ubi ſupra q. 16. in fin.Et
25 † vbi minimum ſit rei augumentum, nunquam
audiatur Eccleſia, vel alienans pro ſupplemen-
to,quando res legitime diſtracta fuit, ex doctri-
na.l.C.in l.res bona fide.ff.de contr.emp.l.ſcio.
ff.de in integr. reſt. formaliter Pinel. ubi ſupra.
num.9.in fi.

Secundo,conſiderari rurſus modicum augu
mentum poteſt,cum in d. ſententia & conceſſio
ne apoſtolica numerus menſuræ nõ refertur ad
totum prædiolum terræ, ſed tantum ad petiam
terræ aratiuæ,prariuæ,arboratæ,nemoroſæ,ac
paluſtris, excluſo ſolo ipſo,ubi aderat Eccleſia
26 & cimiterium,tum propter illas † dictiones, tã,
& quam, quarum natura eſt omnia, ſed diuerſa
includere;ſicut dicitur, tam ego, quam tu.&c.l.
non ſolum.§.ſi mãdato, in pri.ff.de iniur. Arch.
in c.quomodo.de conſecr.diſt.4.Alber. in indi-
27 ce,verbo,quam; tum † quia verba illa tornatura
rum decem vel circa,in fine poſita, referantur tã
tum ad proxime præcedentia,iux.glo.& ibi.dd.
omnes in l.ſi idem cum eodem.§.fi.ff. de iur.om
nium iud. Vnde infertur, quod nec maximum
augumentum,in damnum Eccleſiæ adfuit,quã-
do in Canone pro toto prædiolo conſtituto cõ
prehenſum ſit, etiam ſolum Eccleſiæ & cimite-
rium prufanatum,quia potuerũt fortaſſe ad. dd.
octo tornaturas aſcendere, quicquid tamen ſit,
totum intra illos fines expreſſos incluſam, cõceſ
ſum videtur,ac per Eccleſiam legitime alienatũ
ad corpus, qua de re Eccleſia ſuppletionem ali-
cuius canonis nec petere nec iure conſequi ua-
28 let.Nun enim per remedium nullitatis † contra-
ctus,cum omnia ſolemnia ab initio interuene-
rũt,& conceſſio in emphyteuſim cum cauſę co
gnitione ac iuſta emiſſa fuerit,not.in c. 1. ubi gl.
de reſt. in integr.Abb.in c.ad noſtram, in glo.2.
de rebus Eccleſię non alien.Archidiac.& Gem.
in cap.1.de reſt.in integr.in 6.Beroi.d. conſi.85.
num.5.uolum. 1. in terminis Guliel. Reodan.d.
tractat.de rebus Eccleſ.non alien.uerſicu. ſed in
29 caſu male.num.1.pagin.482. † propter quæ ſo-
lemnia rurſus præſumitur in Eccleſię utilitatem
contractus celebratus, Bald.in cap.primo.in 1.
qui feud.dare poſſunt. quem refert Iaſ. conſilio
55.in primo uolum. 1. Minus per uiam reſtitu-
tionis in integrum aduerſus læſionem enormẽ,
admittetur Eccleſia, cum nec iſta in propoſito
competat.

Primo,non conſtat de vlla læſione,quę in pri
30 mis & ante omnia ab allegante probari ſpecifi-
ce debeat,multa Pariſ. conſilio 96. numero 66.
cum ſequent.& per totum uolum. primũ. Guid.
Pap.deciſ.142.Ioan.Ludou.deciſi.Peruſi.18.nu-
31 mero 59. nec probanda ſit parua lęſio, pro
qua non datur Eccleſię reſtitutio in integrum,
Corn.conſilio 179.numero 10.uol.4.Ruin.con
** ſilio 119.nu.13.uol.5.magis ** communẽ poſt
alios nuncupat,Anton.Gabr.ſuis concluſ.lib.2.
32 de reſtit.in integr.concluſ.prima. & minus ſi in

6 parte

Digitized by Google

6.parte tantum debiti canonis reperiretur læſa
cum id non attendatur, vbi emphiteota caſuũ
fortuitorum periculum ſubit, Alciat. conſ. 110.
nume.4.per §.quia vero Leonis. authen.de nõ
alienãdo.Iaſ.conſil.54.nu.5.vol.1.Sed proban
33 da eſſet † enormis læſio ad hoc, ut Eccleſia in
integrum reſtitui poſſet, Soci.iun.conſil.84.nu.
34 42.cum.ſeq. uolu. 2. † inſpecto tamen tempo-
re d.alienationis conceſſionis & inueſtiture pri
mæ, quod deducere oportet agens, ut articulus
& probatio concludat, cap. cũ delicti.de emp.
& uend. dd. in l.precia rerum. ff.ad l.falcidiam,
copioſe Crauet.cõſilio.11.numero 7.Natta cõ-
ſil.353. Ari. Pinel.in l.2.in fi.nume.15.C.de re-
35 ſcind.uend.licet.† quæ læſio enormis in propo
ſito dicatur totum ab arbitrio iudicantis pen-
deat, Deci.conſil.39.num.7.Soci.inn.conſi.84.
nume.43.volu.2. Pariſ.conſil.12.nu.84.uolu.1.
& p ea, quæ nouiſſime congerit, Menoch.ex ue
** rioti ** & crebriori opin. tract. de arbitr. iud.
cent.1.lib.2.caſu.34.cum ſeq.

36 Secundo, ceſſat reſtitutio in integrum, dum
denegetur Eccleſiæ, lapſo quadriennio a die ce
lebrati contractus damnoſi.cap.pri.& 2.de reſt.
in integr.in 6.glo.& dd.in c.1.& c.auditis eod.
tit.l.ſuperuacuum, ubi Bart.& omnes.C.de tem
po.in integr.reſtit. Alexan.conſilio.116.uol.5.
37 † ubi adeſt præſumpta ſcientia damni, Bellon.
38 conſil.46.num.15.uel iuſta † & probabilis igno
rantia in petente reſtitui, ut hic, ceſſaret, Deci.
conſil.267.in fi.& conſil.564. Mandel de alba.
conſ.18. Villabob. com.opin.uerbo abſens.nu
39 me.6. Et quàmuis poſt quadriennium compe-
Principaliter reſpondeo, non tractari hic de
ſimplici ſucceſſione & hæreditate teſtaotis, niſi
reſpectu diſpoſitionis, ac ordinationis tantum,
ſed de hr̄ditate capiēda ex manus, & poſt mor-
tem grauati, per ſubſtitutos a teſtatore uocatos,
nec conſequenter de ſucceſſione aui uel patrui
tantum controuertitur, ſed conſobrini, ad cuius
ſucceſſionē proximiores in gradu, reſpectu gra
uati, tantummodo admittuntur. vt ſuperius di-
xi in prima & 2. ratione, per d. l. cum ita. §. in fi-
45 deicommiſſo. † & ex * communi intelligentia. l.
hæredes mei. §. cum ita, vbi Zanc. nu. 118. ff. ad
Trebel. & Rub. d. conſi. 36. cum mult. ſeq. qua re
ſponſione rurſus vtuntur, Rui. conſil. 161. num.
12. volum. 2. Soci. iun. conſi. 126. num. 49. & 50.
volum. primo, & conſi. 140. volum. 3. nume. 11.
Curt. iun. conſi. 125. in fi.

46 Secundo, † licet tractaretur de ſucceſſione te-
ſtantis in fideicommiſſo, hæreditas tamen non
eſt immediate aui vel patrui, ſed vel mediate,
vel vlterioris in gradu quo caſu filius haud po-
titur priuilegio ſubintrandi locum patris, Bero.
dict. conſil. 68. num. 27. & 33. volum. pri. Natta
conſi. 682. nume. 22. & 27. volum. 4. Rimin. Iun.
conſi. 75. nu. 18.

Tertio, quatenus d. filij locū patris ingrediā-
tur, tanquam in hęreditatem aui, ex quo tēpore
mortis teſtantis non erant iſti pronepotes con-
cepti, ſeu mortuus nepos ex filia, non poſſunt
vna cum patruis, ſeu potius conſobrinis, patris
eorum ſuccedere, ad not. per Zancum in d. §. cū
ita. num. 850. & dixi ſuperius, in tertio fundamē
to per Tob. Non. conſi. 34. num. 3.

47 Quarto, † Nepotes cum patruo admittuntur,
vbi ſucceditur titulo hęreditario, vel ad ſimilitu
dinem, ut dicebat Natta conſi. 127. in fi. uolu. 1.
Tob. Non. conſil. 4. nume. 8. Verum hic ſuccedi-
tur, iuxta diſpoſitionem teſtatoris, qui primo lo-
co uocat filios filiarum, & filios Comitis Hercu
lis, ante illorum ſubſtitutorum filios, donec er-
go ſuperſint ex vocatis in primo gradu, in ſecū-
do comprehenſi admitti nequeūt. Soci. iun. d.
conſi. 140. num. 11. Dec. conſi. 465. nu. 8. & 9. &
dixi ſuperius, in primo argumento.

Secundo, de clauſula in ſtirpes, & non capi
ta, dupliciter tollitur.

48 Primo, quod uerba operantur, ut in fideicom
miſſis nepos cum patruo ſuccedat, in caſu, quo
de iure alias admitteretur, puta in ſucceſſione
** aui, patrui, uel marterteræ, quod ex cōmuniori
alias firmaui d. conſi. 67. num. 22. At ſecus in di-
uerſis terminis, vt hic, uel in ſucceſſione vlterio-
ris gradus, ſeu conſobrini, quia tunc filius locū
patris minimè ſubintrat, nec d. clauſula opera-
tur, niſi ſuppoſita paritate gradus, uel data impa
ritate, vbi tantum patruus, cū nepote ex fratre,
concurrat. in propoſito, Paris d. conſi. 40. num.
31. & 32. volum. 2. ſubiungens, hanc clauſulam
minus operari, ſi in teſtamento additum ſit, qđ
ordine ſucceſſiuo ſubſtituti ſuccedant, quia tūc
pronepotes, cum nepotibus non cōcurrant, ſed
ordo iuris tātum, ac proximitatis, & gradus ſuc
cedendi obſeruetur. idem Soc. iun. conſi. 135.
num. 7. uolum. 1. & conſi. 149. num. 8. uolum. 2.
Curt. iun. conſi. 22. num. 16. & conſi. 128. num.
3. & conſi. 161. num. 7. Capra. d. conſi. 123. in fi.
quos citat & probat Marza. d. conſi. 3. in fin. pri
mi quæſiti. Tob. Non. d. conſi. 34. nu. 5.

49 Secundo, † reſpōdetur, quod aliæ clauſulæ, vi-
delicet ordine ſucceſſiuo, & ſalua gradus præro
gatiua tollunt ſcrupulum iſtius clauſulæ in ſtir-
pes & non in capita. cum propter illas, nunquā
nepos cum patruo admittatur, nec vnus locum
alterius ingrediatur. Paris d. conſil. 40. num. 31.
vol. 2. dixi ſupra in 7. fundamento.

Non obſtat, de mēte pręſumpta. primo, quia
ex præcedentibus, ſatis liquet, tum ex uerbis, tū
ex iuris præſumptione ac clauſulis ordine ſuc-
ceſſiuo, & ſalua gradus prærogatiua, ac de gra-
du in gradū, teſtatorē noluiſſe, ut aliquis locum
alterius in ſuccedendo alteri intraret, ſed pro-
ximior tantum in gradu primo ſubſtitutus, ac
magis ab eodē teſtatore dilectus admitteretur,
50 † quia quos primo loco dilexit, & illos eodē lo-
co in ſubſtitutione reciproca prædilexiſſe cre-
datur, arg. l. Titia. §. Seia. & l. Imperator. ff. de leg.
1. Bal. Bartol. Angel. Caſtr. & Imol. in l. cum ita.
§. in fideicommiſſo. ff. de leg. 1. l. fi. ff. ad Trebel.
donec enim aliquis ex primo gradu ſubſtitutio
nis exiſtat, excluduntur cæteri, Celſus Hugo d.
conſi. 49. nu. 24.

Secundo colligitur, ceſſare mentem præſum-
ptā, quod ita reſpondiſſet interrogatus, quia cō
trarium ex teſtamento reperiatur ordinatum,
51 † & vbi mens adeſt ac uerba, ibi coniecturæ ceſ
ſent. l. in conditionibus. ff. de cond. & demonſt.
l. 3. C. de liber. præter. not. in d. §. cum ita. & in
l. continuus. & l. ita ſtipulatus. ff. de uerbo. oblig.
52 † Quinimo præualet coniectura, quæ ex uerbis
uel mente teſtatoris elicitur, alteri quæ ueriſimi-
liter a lege interpretatur. ad not. per Bart. in l. 2.
in

in pri.num.38.ff.de vulg. & pupill. iuncta. l. fin.
C. de inſt.& ſubſtit. Crauet. inter conſi. Mar.7.
pag.6.nec amor æqualis cōſideratur inter poſi-
tos in 2.ſubſtitutione, ſeu inter vocatos poſt fi-
lios filiarum,& filios Comitis Herculis & Octa
53 uiani,cum comprehenſis in pri.† Quando prius
honorati,maiori prærogatiua amoris potiãtur
ac magis dilecti,& præferendi cenſeantur. d. §.
in fideicommiſſo.l.fi.C.de verbo.ſignifi.l.ſiquis
ſeruo.§.ſi inter duos.ff.de leg.2.l.ſi fuerit.ff.de re
bus dub.cum ſim.tradit Celſ.d.conſi.49. nume.
24.& alibi.dd.ſæpe.

Tollitur & quartum, facili reſpōſione.primo
namque illa tacita ſeu expreſſa confeſsio,admiſ
ſione pronepotū,ad partem hereditatis vltimo
loco defuncti,haud nocere pōt alijs,quibus tã-
tum de iure vti primo ſubſtitutis & vocatis de-
54 betur hæreditas.† Tum erronea veritatem non
immutent. & veritas quandocunque cognita,
ſemper obſeruetur, ac aſſertioni cuilibet falſæ,
ſeu ex errore emiſſæ,prçualeat. l.fi. ff. de prob. l.
55 cum falſa,vbi dd.C.de iur.& fact. igno. † nec e-
nim confeſsio erronea in fideicommiſsis nocet
confitenti,quin & iam admiſſos,qui de iure ad-
mitti minimè debebant, excludat Corn.conſil.
186. num.6.& conſi.199.num.6.uolum.3.Soc.
iun.conſi.180.num.83.& ſeq.uolum.2.& conſ.
112.num.1.uolum.1.Curt. iun.conſi.92. num.
4.& 8.& conſi.96.num.6.Mant. Benauid.conſ.
115.num.28.& 275.num.6.uol.2.

56 Secundo,vbi diuiduntur bona fideicommiſ-
ſi,uti communia inter patruum & nepotem,ſed
erronee,quia tantum ad patruum ſpectent,talis
diuiſio non obeſt, quin repetatur per patruum
indebitè traditum,etiam ex ignorantia iuris. l.
quæ fideicommiſſum.ff.de leg.2.not. Barto.in l.
Clodius.ff. de acquir. hæredi.in terminis Deci.
conſi.408.per totam ſecundam concluſionem,
Deci.conſi.180.num.2.in fi.& conſi.351.num.
7.cum apoſt.latè uerbo iudicio,Barbat.cōſi.55.
colum.pen.volum.2.Craue.conſi.26.in fin.So-
cin.iun.conſi.48.per totum uol.1.& quod con-
feſsio & diuiſio erronea fideicōmiſsi haud no-
ceant,tradunt Rui.conſi.167.num.19.cum ſeq.
vol.2.& conſil.127.num.9.& 13.uolum.3. Ga-
liaul. in l. Gallus.§.quidam recte.nume.65.ff.de
liber.& poſthum.Marz.conſil.3.in fi.cum ſimi.
per Ancar.q.famil.56.num.5.in prim.parte,Si-
mon de Pret.conſi.203.nu.14.21.& ſeq. in cō-
ſil.3.nume.7.& 8.licet ergo fuerint diuiſa bona
poſt mortem Domini Alexandri Lupari, inter
eius conſobrinos, & filios Comitis Herculis ex
vna parte,& filius d.Guidi Antonij alterios cō-
ſobrini ex altera in ſtirpes, tamē diuiſio hæc vti
erronea retractabitur,cum omnia bona ad vo-
catos tantum in prima ſubſtitutione, ſecundum
graduum prærogatiuam pertineant.

Non obſtat quintum & vltimum, quia ſumus
in claris,& ſic ceſſant obiecta, in dubio pro ne-
57 potibus iudicandum. l. ab eo.C.de fidei.† & di-
ſpoſitio teſtantis in unum caſum concepta, ad
alium non porrigatur. ut ex regula, ponit Paris
conſi.87.num.50.volum.2.præterea & ſi res eſ
ſet dubia ſeu obſcura,pro patruis tamen, ſeu pri
mo loco uocatis,adhuc iudicandum videretur,
58 ea ratione,ne† hæreditas,in tot minutas partes
diuideretur, & patrimonium fideicommitten-
tis ſcinderetur,quod ſemper ex coniecturali mē
te vnitum remanere debet, ne plures hæredes
pauperiores efficiantur.ar.l.2.C. quomodo, &
quarta pars.lib.10.Soci.ſen.conſi. 152.num. 3.
volum.1.Grat.conſi.120.num.23.& ſequ. uol.
2.Brun. in feudis loquens conſi. 76. in fin. Gu-
liel.de Benedi.in c. Raynutius. uerbo in eodem
teſtamento.il 1.num.174.de teſta.Mar.d. conſi.
3. in fin. Atque ita in gratiam tantum filiorum
Comitis Herculis, ac filiorum filiarum teſtato-
ris concludo,ſaluo ſaniori iudicio.

Franc.Burſ. I.C.Mantuanus.

PRO ILLVSTR. ET REVERENDISSImo D.Boldrino Epiſcopo Mantuæ.

ARGVMENTVM.

Deuolutio rei obnoxiæ Epiſcopatui, an fiat cum onere hipotheca ſuper dicta re, cum aſſenſu Epiſcopi contracta: An vero libera,etiam ſi in aſſenſu de obligando adſit clauſula, ſaluo iure Domini &c. Clauſula, ſaluis iuribus domini, quid operetur in aſſenſu domini.

SVMMARIVM.

1 *Dominus,qui hipothecari conſenſerit,reuerſo feudo, ob lineam finitam in nihilo, tenetur, & adeſt clauſula in aſſenſu, ſaluis iuribus &c. cuius contrarium tenet auctor. num. ſeq.*

3 *Clauſula, ſaluis iuribus, non operatur ſuper eo, ſuper quo principaliter fuit diſpoſitum per præſtantem aſſenſum:ſed ad alia refertur. & num.ſequenti.quod declaratur nu. 37.*

5 *Vxor priuari non debet cautione in ſubſidium ſibi conceſſa, cum ſuper alijs bonis, dotē ſuam habere non poſſit.*

6 *Extenſio lata in expreſſis conceſſionibus, ſuper feudis fieri poteſt.*

7 *Clauſula illa, ſaluis iuribus &c. non operatur quod in expreſſis per concedentem ſibi perpetuo praiudicatum videatur, in his, quæ dictæ reſeruationi contraria ſint.*

8 *Clauſula,ſaluis iuribus, ad dominium directum non ad vtile refertur,quod num. 38.declaratur.& nu. 41.& 42.*

Aſſen-

Digitized by Google

9 *Aſſenſus obligandi feudum indiſtincte præſtitus, vbi bona allodialia non ſupereſſet, omnes caſus comprehendit, excepto illo, & enucleatur num. 44*

10 *Domino qui tenetur obligationi conſentire prodeſt clauſula ſaluo &c. in caſu deuolutionis, & quomodo, num. 48.*

11 *Conſuetudo notoria in feudis, quàm maxime ualet, etiam ſi iuri ſcripto contradicat.*

12 *Dominus tenetur præſtare aſſenſum vaſallo uolente obligare rem feudalem, ex conſuetudine Mantuana, & etiam ex iure municipali, & qualiter num. 50*

13 *Feuda ſunt redacta inſtar allodialium; quando dominus tenetur conſentire alienationi faciendæ per vaſallum, nec clauſula, ſaluis iuribus, operatur effectum ſuum.*

14 *Iudex in dubio tenetur pro dote, iudicare etiam in feudis.*

15 *Dotis cauſa pia, fauorabilis, præcipuaque eſt.*

16 *Conſenſus creditoris, in alienatione pignoris, ſaluo iure, ſibi non præiudicat, quin eueniente caſu in pignore ſatisfieri queat, ex quo infertur idem eſſe in feudo, & qualiter intelligatur. num. 17.*

17 *Limitatur regula, quod conſenſus in alienatione rei in qua quis ius habet, ſibi præiudicet.*

18 *Clauſula, ſaluo iure, de ſui natura modificat, limitat, atque reſeruat.*

19 *Aſſenſus alienandi in dubio intelligitur, ſuper dominio vtili.*

20 *Intelligit clauſula, ſaluo iure, in materia feudali*

21 *Remiſſio, ſeu conceſſio, vel renuntiatio actus intelligitur ſemper, rebus ſic ſtantibus, niſi expreſſe aliud caueatur.*

22 *Aſſenſus, ſuper feudi alienatione, intelligitur omni tpe, reb. manentib. in eodem ſtatu.*

23 *Renuntians admittitur ad id, quod ex cauſa ſuperueniente, & legis diſpoſitione, vel ex culpa, poſt renuntiationem occurſam capitur.*

24 *Conſenſus ad incogitata non trahitur.*

25 *Licentia domini ſuper feudo, non trahitur ad obligationem, ad quam trahi non deberet.*

26 *Licentia ſuper feudo, in non expreſſis, ſtricte & ad literam intelligitur.*

27 *Aſſentiens ſimpliciter alienationi rei, quæ in futurum ad eum peruenire poteſt, ſibi non præiudicat, quin eueniente caſu, illam vendicare queat.*

28 *Seruitutes & onera impoſita per vaſallū, ſuper feudo reſoluuntur iure imponentis reſoluto.*

29 *Dominus feudi, non tenetur ad onera per vaſallum impoſita, ſi feudum deuolutione ad ipſum redeat, ex * communi.*

30 *Feudum nec hypothecari nec pignorari pōt, ſine conſenſu domini, ex communi * ſententia.*

31 *Hipotheca, ſeruituſque in præiudicium domini perpetuo conſtituitur, niſi tamen ſuo aſſenſu adſit clauſula, ſaluo iure &c.*

32 *Clauſula, ſaluo iure, cum ſit generalis, reſtringit aſſenſum, iuxta materiam ſubiectam, ſuper qua interponitur.*

33 *Clauſula, ſaluo iure, in inueſtitura appoſita, operatur, vt ex quauis leui culpa vaſallus cadat.*

34 *Dominus non grauatur pro pignore vel hipotheca, ob clauſulam, ſaluo iure, ſi feudum fuerit cū aſſenſu ſuo, interueniente dicta clauſula, pignoratum.*

35 *Aſſenſus domini, vaſallo præſtitus ſuper venditione feudi aperti, domino non nocet; ſi adſit clauſula, ſaluo &c.*

36 *Conſenſus ſimpliciter præſtitus, per dominum, ſuper alienatione feudi, ſibi nocet, ſi feudum aperiatur.*

39 *Dominium vtile, cum directo, in caſu deuolutionis feudi conſolidatur.*

40 *Clauſula ſaluo iure, refertur ad dominiū, ſuper quo vaſallus contrahit, & non ad aliud.*

43 *Exceptio, debet eſſe de eo, de quo regula loquitur.*

45 *Ex ſeparatis, non infertur.*

46 *Tacitum ſub expreſſo in aſſenſu obligandi feudum, comprehenditur.*

47 *Incluſio vnius, nō eſt alterius excluſio, in feudis*

49 *Dominus feudi non cogitur aſſentire vaſalli alienationi, ſicut pater filio peculium alienanti.*

50 *Alleganti conſuetudinem, quæ facti eſt, eam probare debet.*

51 *Arguere licet a contraria conſuetudine.*

52 *Statutum Mantuæ, ſub Rubrica de modo & forma procedendi in bonis &c. non aſtringit dominos feudi, niſi ad inueſtiendum creditores per diffinitiuam ſententiam vaſallorum, ſoluto laudemio ſibi debito.*

53 *Creditores, qui aſſenſum hypothecæ obtinent, præferuntur alijs, qui nullum habent aſſenſum.*

54 *Feuda Epiſcopatus Mantuæ ſunt tanquam bona allodialia, quod enucleatur nu. ſeq.*

56 *Domini aſtringi poſſunt ad concedendam licentiam alienandi feudum, propter commercium*

com-

commune bonorum, dum ſolitæ ſint hos aſſen-
ſus ſuper contractibus præſtare, quod in pigno
re & hipotheca ceſſat.
58 *Feudi quæuis diſpoſitio, vel ſit pro dote uel pro*
* *anima, nullo modo valet, ex recepta * ſen-*
tentia.

CONSILIVM CLXXI.

TRINITAS ADSIT.

DVbitatur, quod feudum D. Hie-
ronymi Peltri, eius morte aper
tum Reuerendiſſimo Domino
alijs bonis allodialibus non ex
tantibus tranſierit ad Epiſco-
patum, cum onere hipothecæ
dotalis, virtute aſſenſus præſtiti pro cautione
dotis, Dominæ Cynthiæ eius vxoris, non obſtã
te clauſula, ſaluis iuribus Epiſcopatus, inſerta in
aſſenſu, & hoc demonſtratur.
1 Primo, quia † & ſi ſenſerint nonnulli, virtute
huius clauſulæ Dominum, qui hipothecanti cõ
ſenſerit, reuerſo feudo, ob lineam finitam in ni-
hilo teneri, ut tradit Zaſ. in tract. de feud. 6. par.
num. 27. & par. 9. num. 8. & 35. quem cum aliis
citaui in conſil. 80. num. 25. & num. 32. poſt Al-
2 ban. conſi. 28. num. 9. † Tamen æquius & verius
videtur, dotalem hipothecam, aperto feudo nõ
diſſolui, ex quo dominus conſentiendo, ius ſuũ
remiſiſſe cenſetur, cum facile cogitare potuerit,
3 ab initio futurum, vt feudũ deuolueret. † Nec ꝓ-
deſt clauſula, ſaluis iuribus, quæ non operatur
ſuper eo, ſuper quo principaliter fuit diſpoſitũ,
per præſtationẽ aſſenſus, ſed ad alia refertur, ut
firmat Iſern. in §. quid ergo. uer. alii putant ue-
rius, in tit. de inueſt. de re alie. facta. & in tit. qui
ſucc. ten. colum. 3. uerſi. ex præmiſsis apparet re
latus, & ſequutus a Freccia de feud. lib. 2. auth.
29. ſub num. 8. poſt Ioannem Blaſium, quẽ ibi-
dem adducit, quod rurſus in terminis probant
Anton. Capic. in inueſt. feudal. cap. feudorum
deuolutio, ver. hipotheca non extinguitur. pag.
159. & cap. feudorũ execut. ver. Dominus inor
tuo. pagin. 197. Beneuen. in c. Imperialem, pag.
61. litera M. N. & R. pag. 43. lit. C. pag. 60. lit. P.
ac expreſsius. pag. 50. ubi Iſerniam comprobat
lit. L. & pag. ſeq. lit. H. de prohib. feud. alien. per
Feder. Paris de Puteo, de feud. reintegr. pagin.
141. colu. 1. num. 12. uerſi. pone, quod vaſallus
Propterea dicunt Oldrad. Gomes. & Pariſ. ſecu
ti a Menoch. in conſil. 2. ſub nume. 57. uerſi. Re-
4 ſponderi, † Clauſulam hanc intelligi, ſi ius ali-
quod, alia ex cauſa, quam ex expreſsis in conceſ
ſione, competeret. ad id ergo nõ refertur, ſuper
quo potiſsimum diſponitur, & ideirco non tol-
lit ius hipotecæ, quod antea fuerat ꝑ aſſenſum
5 acquiſitum, ne vxor quæ † non poteſt conſequi
dotem, ſuper alis bonis, cautione in ſubſidium
ſibi conceſſa, priuetur contra uim principalis
6 cõceſsionis. & quia † in expreſsis gratiæ ſiue aſ
* ſenſus dominorum, ſuper feudo lata fiat inter-
pretatio & extenſio, Iſern. in c. Imperialem col.
3. ubi Camera. pag. 62. lit. H. de prohibit. feud.
7 alien. per Feder. Nec enim per † illam clauſulam
iuribus noſtris, & alienis, ſemper ſaluis, datur in
tellectus, quod in expreſſis per dominum, quæ
forte dictæ reſeruationi contraria ſunt, ſibi nõ
videatur perpetuo præiudicatum, not. Caſtr. cõ
ſil. 162. 3. quæſtio in antiq. Gram. deci. 66. n. 54.
ſequitur Vrſil. ad Afflictum decis. 112. nume. 9.
decis. 355. num. 7. Moder. Paris. in cõſuet. feud.
§. 30. nume. 119. & §. 44. nu. 27. Natta conſi. 403.
nume. 7. uolu. 2. & cæteris per Thom. de Marin.
tract. de feud. lib. 1. tit. 19. nu. 15.
8 Secundo, quia clauſula, † ſaluis iuribus, refer
tur ad dominium directum, non ad vtile, & cũ
hẽt ſenſum, ut eueniente caſu aſſignationis feu-
di pro dote, iura directi dominij ſint ſalua, nec
ob aſſenſum obligationi præſtitum diſſoluan-
tur, ſed creditores facta aſſignatione dominum
recognoſcere teneantur, ad inſtar & ſimilitudi-
nem debitoris, ita Zaſ. d. tract. de feudi. part. 9.
num. 35. qui ſic ubique eſt intelligendus, ſecun-
dum quem ſenſum adhuc durat hipotheca do-
talis, licet feudũ ad dominum fuerit reuerſum.
Tertio, ubi clauſula prędicta intelligi poſſet,
etiam quo ad utile dominium in caſum deuolu
tionis feudi, ut in contrarijs, tamen hic intelle-
ctus ceſſaret in propoſito, ſtante tenore licentię
9 in † qua aſſenſus fuit præſtitus indiſtinctè, ubi
bona allodialia non ſupereſſent. quare exceptio
ſolo caſu, quãdo extarent allodialia, cenſentur
cæteri caſus in licentia comprehenſi, ex reg.
vulg. & ſi aliud dominus ſenſit, ſibi imputet, qui
apertius legem non dixit, ſecundum not. in l. ue
teribus. ff. de pact.
10 Quarto, qui ſentiunt † clauſulam hanc prodeſ-
ſe domino in caſu deuolutionis, id limitant, ubi
alias dominus tenebatur obligationi conſenti-
re, Bart. in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff.
ſolut. matr. Afflict. in tit. qui ſucceſſ. ten. nu. 40.
11 verſ. vt iſta concluſio, † at ex cõſuetudinę Man-
tuæ notoriaq; maxime valet in feudis Cuman.
conſi. 163. etiam ſi iuri ſcripto contradicat. Pa-
riſ. conſi. 13. nu. 27. in pri. Curt. iun. conſil. 171.
colum. 3. Deci. conſil. 108. num. 9. introductum
12 eſt, ut † dominus teneatur pręſtare aſſenſum va-
ſallo volenti obligare vel alienare, rem feudalẽ:
quod etiam cautũ eſt ſtatuto, ſub Rub. de mod.
& form. proced. in bon. abſent. & contu. Igitur
13 † hoc caſu nõ operabitur hæc clauſula, id quod
alias ſecundũ eos operaretur. ſunt enim ex his
redacta feudalia, ad inſtar allodialium, Roland.
conſi. 2, num. 4. & conſi. a 3. lib. primo. Ideo non
poteſt dominus liberam alienandi uel obligan-
di facultatem auferre vaſallo.
Vltimo, quatenus pręmiſſa non ſufficiant, ad
14 tuendam hanc opinionem, † tamen cum ex his
ſaltem

ſaltem appareat, præſenté articulũ eſſe dubium,
iudicis partes eſſe vñr, in dubio pro dote reſpõ-
dere, ex regula communi, de qua in l. 1. ff. ſolut.
15 matr. cum † cauſa dotis ſit pia, fauorabilis, & præ
cipua, pro qua licet a regula feudali recedere, vt
animaduertit Barth. de cap. quem ſequitur Fre-
ci. de feud. lib. 2. quæſt. 3. idemque ſit in dona-
tione, propter nuptias, ſecũdum Iſerniam & Lo
fred. ibi citatos per eundem Freci.

Verum, hac re diligentius ac maturius conſi-
derata, in hanc ſententiam deueni, quod feudo
ex linea ſimpliciter deuoluto non autem ex va-
ſalli culpa ad dominum Reuerendiſſimũ, feu-
dum abſque onere hipothecæ tranſeat, niſi in li
centia ſit in caſu deuolutionis expreſſe prouiſũ,
multiſque adducor.

Primo, ex text. formali, in l. 4. §. ſi in venditio-
ne. ff. quibus mod. pign. vel hipothe. ſoluat. ubi
16 conſenſus creditoris † in alienatione pignoris,
ſaluo iure ſuo, ibi non præiudicat, quin eueniē-
te caſu in pignore ſatisfieri queat, ſic conſen-
ſus domini directi in hipothecæ conſtitutione,
ſaluo iure ſuo, non oberit, quin reuoluta, domi-
nus ius ſuum, & rem obnoxiam, ſine onere con
ſequatur, & hunc citarunt Roman. conſi. 94. nu
mero 7. Deci. in l. creditor verſic. ſecundo. ff. de
regn. iur. Socin. ſen. conſi. 46. num. 18. uolum. 4.
Neguſ. 3. memb. 9. parte. numero 37. Ioan. Du-
ran. de arte teſta. titu. pri. caut. 2. numero 6. Ste-
fan. Lambert. ſuper ſtatuto prohib. mul. con-
tra. gloſſ. 11. verſic. agenti. numero 46. elicientes
17 regulam, quod, † conſenſus in alienatione rei,
in qua quis ius habet, præiudicet, limitari, niſi
fiat generalis iuris ſui reſeruatio, quem in pro-
poſito noſtro adduxerunt Afflict. in conſtit. Si-
cil. lib. 3. Rubr. 14. mulier, quæ dotarium nu-
mero 28. Vrſill. ad Afflict. dict. deciſ. 112. nu-
mero 9. Modern. Pariſ. dicto §. 44. nu. 27. Octa-
ui. Cacher. deciſ. pedem. 164. nume. 7. & ſeq.
18 Secundo, † clauſula hæc ſaluo iure &c. modi
ficat, limitat, atque reſeruat. gloſſ. eſt celebris in
l. item labeo. §. 1. ff. famil. herciſcun. Angel. con-
ſil. 21. multa Curſet. ſing. verbo, ſaluo iure, not.
Bald. in l. terminato in fin. C. de fruct. & liti. ex-
penſ. Alex. conſi. 193. num. 4. & 5. ubi ample ad-
ditionarij. uolu. 6. Bero. conſi. 146. num. 66. vo-
lum. 3. Dec. conſi. 284. num. 2. in fin. Alciat. re-
ſponſ. 101. num. 11. Menoch. conſi. 61. num. 17.
at modificatio non poteſt effectum ſortiri ſuper
directo dominio tantum, quia & ſine dicta clau
ſula ex conſenſu ſimplici dominus non amitte-
19 ret ius ſuum, in caſum deuolutionis, † cum aſſen-
ſus in dubio intelligatur ſuper dominio utili.
Iſern. & Aluarot. in dict. cap. Imperialem. Bald.
& Laud. in ca. 1. quo temp. mil. Aluar. in cap. 2.
apud quem vel quos. ample Ant. Capici. in in-
ueſti. feud. verbo effectus aſſenſus, verſi. præiudi
cium. pagin. 82. ergo neceſſario intelligetur mo
dificatio, ac limitatio; reſpectu vtilis in futu-
20 rum, vt pro tempore † quo res ſit deuoluenda
intelligatur ius ſuum reſeruatum, ante tantum
conceſſum aſſenſum, ita quod in re obnoxia,
ſi caſus euenerit ante deuolutionem, ſatisfie-
ri poſſit.
21 Quod tertio comprobatur, † quia quælibet re
miſſio, actus conceſſio, & renuntiatio intelligi-
tur ſemper. niſi aliud expreſſe caueatur, rebus
ſic ſtantibus, ad l. fin. in pri. ff. ad municip. l. cum
quis. ff. ſolut. matrim. l. quod ſeruus. ff. de con-
dit. ob cauſ. l. fina. ubi Salicet. & Bald. C. de non
numerat. pecun. cum congeſtis per Tiraquel. in
l. ſi unquam, in pri. numero 161. C. de reuocat.
donat. poſt Marſ. in Rubri. de fideiuſſ. Thob.
Non. conſil. 48. numero 29. & 111. numero 31.
22 quinimo † & aſſenſus, ſuper feudi alienatio-
ne, ſubintelligit omni tempore clauſulam re-
bus manentibus in eodem ſtatu, ita vt conceſ-
ſo alcui, qui ſtatim efficiatur rebellis, benefi-
cium amittat aſſenſus, Paris de Puteo, de feud.
reintegr. cap. 275. pagin. 147. numero 4. poſt
Bartol. & Lucam de Penna, citatos per Afflict.
in titul. qui ſucceſſ. l. teneant il primo. nume-
23 ro 32. † Inſuper renuntians admittitur ad id,
quod ex caſu ſuperuenienti, ex legis diſpoſitio
ne, vel ex culpa poſt renuntiationem occur-
ſam capitur, Bald. in auth. hoc amplius. C.
de fidei. Guid. Papa. Dec. 228. Ancar. quæſtio.
famil. 17. numero 9. parte ſecund. Siluan. con-
24 ſil. 50. numero 31. & ſequen. Nec † rurſus ad in-
cogitata trahitur aſſenſus. ar. l. cum Aquiliana.
de tranſ. Andr. in cap. prim. qui ſucceſſ. tenean-
tur. Paris de Pute. de feud. reintegr. cap. 266. nu-
mero 6. Iſern. in cap. primo, numero 6. qui ſuc-
25 ceſſ. teneant. † Minus trahitur aſſenſus. & li-
centia domini, ſuper feudo ad obligationem,
ad quam non deberet trahi. l. cum non ſolum.
§. neceſſitatem. C. de boniſque liber. Bald. in l.
prima. C. quod cum eo. Paris de Pute. de feud.
reintegr. pagin. 141. verſic. pone quod vaſallus.
numero 3. Dum igitur dominus non cogita-
uit ius futurum deuolutionis, quo caſu ex pro-
uiſione legis feudum ad ſe reuertitur, nec res
ſeu feudum manet in primo ſtatu, quo erat
tempore conceſſi aſſenſus, penes inquàm vaſal-
lum, vel eius filios & hęredes. dubio procul. dd.
aſſenſus præcipuè cum dicta clauſula, ſaluo iu-
re, non præiudicabit iuribus domini, deuolu-
to feudo.
26 Quarto. † licentia ſuper feudo in non expreſ
ſis, ſtrictè & ad literam intelligi, ac interpre-
tari ſolet, Sigiſ. conſilio 7. numero 33. & ſequ.
& conſilio 9. numero 18. Beneuent. in dicto c.
Imperialem. pag. 44. & 63. de prohib. feud. alie.
per Feder. Verũ, quod dominus feudo deuolu-
to iure proprio teneatur ad onera impoſita per
uaſallum, etiã cum aſſenſu domini, ſuper feudo
adiuncta, tamē Clauſula ſaluo iure domini &c.
nõ eſt nec expreſſum nec forte cogitatũ tẽpore
cõceſſę licẽtiæ, non mirũ ſi & ad hũc caſum mi-
nimè extendetur. Afflict. dicto titul. qui ſucceſſ.

27 teneant.num.26.cum ſeq.eoque † minus, quod
aſſentiens ſimpliciter alienationi rei, quæ in
futurum, ad ipſum poſſit deuenire, non ſibi
præiudicet, quin deueniente caſu; illa uendica-
re ualeat, quando caſum de futuro cõtingentẽ
conſideraſſe non dicatur, ex doctrina Bartol. in
l.ſi feudum, per fideicommiſſum. ff. de leg. pri.
Alexand.conſi.40.num.10.cum apoſt. uolu.4.
fuſius Pet.Ancar.quæſt.famil.17.per totam par
tem ſecundam.

28 Quinto, certum eſt † omnia onera, ſeruitutes
ac hipothecas, impoſita per uaſallum ſuper feu
do, reſolui iure imponentis reſolute.c.1.§. quid
ergo. ubi Aluar. num.3.de inue. de re alie.fact.
29 nec dominum feudi ad illa † pro his occaſione
ipſorum teneri, ſi feudum redeat ad dominum
iure & poteſtate feudali: puta deuolutione uel
virtute prælationis.quod ſecus, ſi ad patronum
non tanquam dominum, ſed uti priuatum uel
uti emptorẽ, donatarium, legatarium, vel ex a-
lia cauſa uoluntaria perueniret, quia tunc ſerui-
tutes & hypothecę in ſuo robore ſtarent, & do
minus ab hipothecariis cõueniretur, ſicut quis
• extraneus poſſeſſor ex communi* diſtinctione,
de qua per Guid.Pap.quia ita iudicatum atteſta
tur.Deciſ.Delfi.575.Iacobi.de Sancto Georgio
in inueſt.feud.verbo. qui quidem inueſtiti. co-
lum.7.verſi.item quæro.Cur.de feud. 4.part.q.
14.Bertr.conſi.3.in fi.vol.3.poſt cæteros, quos
allegant Mod.Pariſ.in conſuet.feud.§.13.gloſ.
5.num.26.Cacher.vbi ita Senatum Pedemon-
tium iudicaſſe inquit, Deciſ.156.nume.6.& 14.
At aſſenſus ſimpliciter præſtitus ſuper hipothe
ca, adiecta clauſula, ſaluo iure, cum poſſit in-
telligi.

30 Primò, vt † effectum habeat viuente vaſallo,
pro validitate hipothecę, quæ aliter nõ teneret,
per d.cap.Imperialem, & Curt.de feud. 4. part.
quæſt.6.num.95.ex commu.Clar.in §. feudum.
quæſt.35.Bero.conſil.65.num.15.& ſeq. vol.1.
• communem* hanc nuncupat Michael Graſſ.cõ
mun.opin.lib.2.cap.2.q.15.

Secũdo, vt vaſallo mortuo, penes filios & hæ
redes ſuos ſubſiſtat hipotheca, ſeu in omnẽ ca-
ſum excepta deuolutione feudi ad dominũ ex
vi & poteſtate feudali, & ideo non cõprehendit
deuolutionis caput, ne verba illa, ſaluo iure, uel
nihil operentur (quod eſſe nequit.l.ſi quãdo. ff.
de leg.1.) cum ſine illis, per aſſenſum præſtitum
31 ſimpliciter a domino † hipotheca & ſeruitus p-
petuo in præiudicium domini conſtituerentur.
arg.l.1.ff.de aqua pluu. arcen. Guid. Pap. deciſ.
575.in pri.Curt.vbi ſupra, Cap.c. in inueſt. feu.
verbo, feudorum deuolutio, pagin.159.& verſ.
dominus, mortuo, pag.197.cum ſimil. vt ſupra,
32 vel alias d.clauſula generalis † reſtringat & mo-
dificet aſſenſum, iuxta materiam ſubiectam ca-
ſus ſuper quo interponitur, per glo. in d.l. item
labeo, & tex. in d.l.ſi debitor. ff. quib. mod. pi-
gnus vel hipothec.ſoluatur.& dum ad diuerſos
caſus referi poſſit d.clauſula & reſeruatio, vt hic
videlicet quo ad validitatem, ac ad vitam & hæ
redes vaſalli, & quo ad domini præiudicium, ſe
quuta deuolutione, ne inducatur actus alicuius
vitium, ſuperfluitas, vel nullitas, ita relatio fiet,
vt reſeruatio & aſſenſus, in ſe ſubſiſtant, ac ope-
rentur, ex l.codicillis. §. inſulam.ff.de leg.3. quẽ
citat Roman.conſi.93.num.7.not. Afflict. titul.
qui ſucceſſ.tenea.num. 15.cum ſeq. prout aliter
33 operari ſolet, † vt poſita in inueſtitura vaſallus
ex qualibet leui culpa, cadat, Pariſ.conſi.21.nu.
55.volum.1.Afflict.in conſt. Sicil. incipit domi
ni a vaſallis lib.3.Rubr.15.not.6.Caſſan. conſu.
Bur.Des Fied.Rub.3.§.3.nu.17.& de qua clau-
ſula per Aluar.conſi.58.nu.9.

Sexto, hæc omnia comprobo auctoritate Zaſ.
de feud.6.par.num. 27. & par.9.nu.8.& nu.35.
34 dicentis expreſſe, † quod ſi ſit feudum impigno
ratum, cum aſſenſu domini, ſaluo tamen iure do
mini, ſi aperiatur ob dictam clauſulam, non gra-
uabit dominus pro pignore uel hipotheca; idẽ
ſentit Pariſ.de puteo, de feud.reinteg. cap. 258.
pag.141.num.3.& cap.44.num.10.pag.30. dũ
35 vult aſſenſum domini uaſallo præſtitum ſuper
vẽditione feudi aperti, uel deuoluti, ſibi nõ præ
iudicare, dum adſit illa clauſula, ſaluis iuribus
curiæ noſtræ & cæt.ſequitur in terminis noſtris
præpoſit.in cap.1.§. quid ergo. nu.2.de inueſti.
36 de re alien.fact.affirmans † per aſſenſum ſimpli-
citer impignorationi per dominum præſtitum,
aperto feudo, domino præiudicari, & ideo de-
bere eſſe cautos dominos, in addẽdo clauſulã il
lam, in aſſenſu hipothecæ, ſaluo iure noſtro & c.
ex qua poſtea dominus ad debitum vaſalli ſu-
per feudo pignorato, cum ſimili aſſenſu, mini-
mè tenetur, ſequitur in propoſito Martin.Laud.
in eod.§.quid ergo. uerſ.ſint ergo cauti domini
qui conſentiunt &c.& Afflict. poſt Andr. ibi in
cap.2.num.15.21.26.30.& ſequ.qui ſucceſſ.te-
nea.merito inquam firmabo, tum ratione, tum
auctoritate, deuoluto feudo, non iure priuato,
ſed vi, & poteſtate iuris dominij directi, domi-
num ad debitum vaſalli non teneri, licet pigno
ri aſſenſerit, ſaluo iure ſuo &c. quod comproba
ri audio, ex ſolita patriæ conſuetudine, quæ in
ſimilibus cauſis ſeruata fuit, nec vnquam per
dominos directos ſoluta fueruut debita vaſallo
rum, dum aſſenſus, ſaluo iure dominorum fue-
runt præſtiti, ac rurſus ex ſententia clariſſimi
Triumuiratus Rotæ Mantuanæ, quæ aliàs con-
tra Dominam Iuſtinam vxorem Domini Iaco-
bi de Gazio defuncti ſine prole, petentem ſu-
per bonis feudalibus dotes ſuas, iudicauit in
gratiam Illuſtriſſimi domini Maximiliani Gon-
zagæ, Domini directi dictorum bonorum. His
non repugnant in motiuis adducta.

Et primũ, quod clauſula, ſaluo iure, non ope-
retur in eo, ſuper quo principaliter diſponitur,
ſed ſuper iure, quod ex alia, quam expreſſa cau-
ſa prouenit, iuxta doctrinas ibi citatus. Nam-
que

que reſpondetur, clauſulam operari quidem pi-
37 gnoris & hipothecę validitatē, † ſic in expreſſis
principaliter, quę alias fieri nō poterat, vt ſupra,
ſine aſſenſu domini, ita vt debitor vel hæredes
nunquam contradicere valeāt, ſimiliterque cre-
ditor, & hęres ,ppter aſſenſum domini, ſint cau-
ti ſuper feudo in caſib. tantum expreſſis, duran-
te tamen feudo penes vaſallos, uel in omni caſu
excepto deuolutionis, quando ad dominiū re-
uertatur, cum propter d. clauſulam intelligat do
minus validare pignus, & hipothecam, non ta-
men in præiudicium iuris ſui, de futuro, prout
ſummi feudiſtæ, Præpoſ. Laud. & cæte. poſt Zaſ.
declarant, ac Afflict. in titul. qui ſucceſſ. tene. nu-
me. 30. Nec Iſernia Capicius, & nonnulli alij
loquuntur in aſſenſu, ſuper pignore, cum dict.
clauſula, præſtito, ſed in ſimpliciter conceſſo,
quo caſu ſibi abſolute dominus præiudicat, nō
vtēdo cautione dictę clauſulæ, de qua ſuperius.

Tollitur ſecundū, quod clauſula, ſaluis iuri-
38 bus, referatur † ad dominium directum tantum,
non autem vtile, per Zaſ. de feud. part. 9. nu. 35.
Etenim, licet ad dominium directum relatio fie
39 ret tantum, quod vt ſupra falſum † eſt, videtur ta
men, ſequuta deuolutione, & in d. caſu, utile quo
que comprehēdere, cum eo tempore vtriuſque
fiat conſolidatio, dominiumque vnicum, ſeu
vtriuſque dominii vnitas ad not. in l. 1. ff. ager.
vect. l. debitor. l. ex aſſe. ff. ad Trebell. Alex. in l. 1.
ff. de publi. Verum dico, clauſulam, ſaluo iu-
40 re & cæter. nunquam † referri ad dominium di-
rectum, ſed tantum, cum conſenſus domini
præſtitus credatur, ſuper dominio vtili vaſalli, ſu
per quo in dubio ſemper vaſallus contrahit, &
conſenſum requirit, per Iſern. & Aluarot. in d.
cap. Imperialem. Bald. & Laud. in cap. pri. quo
tēp. mil. & ita Zaſ. explicat & intelligit d. nume-
41 ro 35. vnde, dum in aſſenſu domini † reſeruat iu-
ra ſua, maxime abſque expreſſione directi domi
nij, non intelligitur reſeruare dominium dire-
ctum tantum, quod tempore reſeruatum credi-
tur, ſed ſi ꝗ alia iura, quæ pōt omni reſpectu ha-
bere, alia de cauſa in utili dominio, de quo con-
trahitur, vel ſaltem occaſione ſui directi domi-
nij, rebus ſic ſe non habentibus, quæ ſunt ut de-
uoluto feudo, utile cum directo conſolidetur,
Afflict. in titul. qui ſucceſſ. teneant. nume. 36. &
42 ſeq. clauſula † namque ſaluo iure &c. quæ eſt ex
ceptio ad regulam, vel reſeruatio circa cōceſſa,
referri nequaquam poterit ad dominium dire-
ctum tantum, quod pigneratum non fuit, nec
pro illo aſſenſus petitus, ſed ſuper utili vaſalli,
quod in hipotheca & diſtractione & aſſenſu cō
43 prehenditur, † quia exceptio debet eſſe de regu-
la, & de quo loquatur regula, declarat. l. nam
quod liquidæ. ff. de penu. legata. Deci. num. 22.
& Barto. in l. prim. ff. de regul. iur. & in l. in his.
ff. de legibus cum ſimil. per Crauet. locorum cō
mun. ab exceptione ad regulam cap. 3.

Tertium, minus obeſt, quod cum caſus, ubi
non extarēt allodialia, excipiatur tantum, cæte-
44 ri omnes includātur, † ſic etiam re deuoluta ad
dominium. Nam omnes quidem caſus includū-
tur rebus ſic ſtantibus, & penes vaſallum, vel hę
redes exiſtēte feudo, propter conſenſum pręſti
tum, & ſecus deuolutione ſequuta, cum iſte nō
dicatur incluſus vel excluſus, ob excluſionem
vel incluſionem illius, vbi non extent allodia-
45 lia, quia ſunt ſeparati penitus, & ab vno ad a-
liud inferri nequeat. l. Papin. exul. ff. de minor.
nec ſequitur arguendo a contrario ſenſu, non
vult, feudum pro pignore accipi, ubi allodialia
adſint, ergo in cæteris caſibus, ſic re deuoluta,
46 id admittet ſemper, maxime † quod illud expreſ
ſum, tacitè etiam ſubintelligebatur in aſſenſu
domini, videlicet illud præſtari in ſubſidium al
lodialium tantum, per Barto. & cæter. in l. com-
modis. ff. de re iud. Alexand. num. 18. in l. ſi fini-
ta. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect. Neuiz.
conſil. 10. num. 10. Octau. Cacher. deciſ. pedem.
174. num. 4. & ſcripſi alias ex declaratione Illu-
ſtriſſ. Card Herculis, Fel. Mem. Epiſcopi Mātuæ,
ſemper clauſulam hanc in ſubſidium ſubintelli-
gi, etiam quod in aſſenſu omittatur, conſi. 89. nu
47 me. 27. nec ideo † regula excluſionis vnius ad in
cluſionem alterius procederet, per Ruin. conſi.
157. num. 18. & 19. vol. 1. Cæpha. conſ. 257. nu.
26. volum. 2.

Quod quarto loco opponebatur, de medio
tollitur.

48 Primo, † negando limitationem illam, ita in-
diſtinctè in feudo ,pcedere, ſed pater, qui cogi-
tur aſſentire obligationi filij, quatenus eſt in pe
culio filij obligetur, per Bart. in d. ct. §. tranſgre-
diamur. nu. 7. & Afflict. qui ſucceſſ. tene. nume-
49 ro 60. nunquam † enim dominus feudi cogitur
aſſentire, ſicut pater pro filio, cum aſſenſus iſte
ſit gratia mera, quæ in arbitrio cōcedentis con-
ſiſtit, Iſern. in cap. 1. de prohib. feud. Alexand.
per Lotar. & in caſibus illis, quibus dominus te-
neatur præſtare aſſenſum, nequeat cogi præci-
sè, licet de congruo teneatur, ut in ſpecie de-
clarat Camerar. in cap. Imperialem. pagin. 14.
lit. E. & ſequ. de prohib. feud. alien. per Feder.

50 Secundo, negatur conſuetudo † notoria ciui
tatis, quod domini tenecātur præciſe aſſenſus in
debitorum hipothecis præſtare, alleganti enim
illam, quæ facti eſt, incumbit formiter probādi
onus. l. de quibus. ff. de leg. l. fin. de conſue. Bald.
in l. conſentaneū. 5. oppoſ. C. quomodo, & quā
do iud. Alex. conſ. 132. ad fi. pri. dubi. uol. 1. So-
cin. iun. conſ. 60. nu. 9. & ſeq. vol. 2. Pet. Bon. de-
ciſ. Bonon. 65. num. 13. cum ſimil. Præterea vidi
51 multoties † in praxi, per dominos feudorum re-
rumq; obnoxiarum, ſimiles abnegari aſſenſus,
& quandoque concedi ad tēpus limitatum triū
vel quinque annorum, raroque licentias obligā
di perpetuo feudalia concedi, unde arguendo
ab iſta contraria conſuetudine, per Deci. dicto
conſil. 208. nu. 91. limitatio deſtruetur prorſus.

52 Nec ſtatutum † Mantuæ, ſub Rubr. de mod. &
form. ꝓced. in bon. &c. aſtringit dominos ad ꝑ
ſtandum d. aſſenſus, ſed ſolum ad inueſtiendos
ſoluto ſibi laudemio per creditores, quibus per
ſententiam ſecundi decreti, & dationem inſolu
tum neceſſariam, fuerint bona obnoxia adiudi
cata, quod iuri conforme dicitur, not. Dec. con
ſil. 160. num. 3. Afflict. deciſ. 191. Dioniſ. Põtan.
conſil. Bleſens. art. 81. Roland. a Valle conſi. 80.
num. 35. & 48. uolum. 1. dixi in conſi. 44. nu. 29.
& ſequ. Amplius videmus creditores, qui aſſen-
53 ſus hipothecæ † obtinuerũt, præferri cæteris, q
nullum impetrarunt, ut alias coram Senatu Mã
tuano obtinui, & deduxi in ſupracitato conſil.
meo 44. in fi. & ſequ. cui addo Vrſillum ad dec.
Afflict. 186. ac Afflict. in conſt. diu. memor. lib.
3. Rub. 5. num. 45. cum ſequ. & ſi domini coge-
rentur, licentias concedere, omnes creditores il
las obtinerent, quod nunquam ego pro tempo
54 re 25. annorum ſeruari uidi, & licet † feuda hæc
inſtar allodialium cenſeantur, per Rolãd. a Val-
le d. conſi. 2. nume. 4. & 23. lib. 1. & dixi in con-
55 ſil. 49. num. 24. id † intelligitur, quo ad agnatos
minimè requirendos, non autem reſpectu aſſen
ſus domini, q̃ omnino requiri & haberi debet,
56 licet in alienatione † ordinaria citra fraudem
crederem, propter commercium commune bo
norum, & laudemia, quæ dominis exſoluuntur
dominos ferè aſtringi poſſe ad concedẽdum li
centiam alienandi, & diſponendi inter uiuos
de bonis feudalibus, dum ſoliti ſint hos aſſen
ſus contractib. præſtare, ut alias conſului in con
ſil. 56. nu. 22. & ſeq. quæ in hipotheca & pigno
re ceſſant, cum id a mera dominorum uolunta
te pendeat, ſæpius per ipſos denegentur aſſen-
ſus, nec laudemium tunc aliquod ſoluatur.
57 Vltimum eneruatur, † quia articulus non ui-
deatur dubius, tũ quod licet dos dicatur etiã ſo
* luto matrimonio, ex communi, * per Ripã. nu-
me. 70. in Rub. ff. ſolut. matr. ac Viui. 2. part. cõ-
mun. opin. uerbo, dos propriè. num. 97. in ſpe-
tie tamen conſuetudinum feudalium, priuile-
58 giata minime appareat, quia † potius ab omni
priuilegio ſit excluſa, cũ nulla pro dote, anima-
vè diſpoſitio ſuper feudo teneat, nec in dotem
dari ualeat, per patrem. cap. pri. §. donare. qual.
* olim feud. alien. poter. & eſt commune * dictum
per Zaſ. de feud. 9. part. nu. 40. Brun. conſil. 114.
nume. 86. Aimo conſ. 24. nu. 11. nec pro dote
feudalia alienentur. Octau. Cacher. deciſ. pe-
dem. 165. num. 2. & 167. num. 21. Clar. dict. §.
feudum quæſt. 36. Ex iſtis itaque, motiua diſſo-
luta cenſeo, & iudicandum uigore dict. clauſulæ
d. Reuerendiſſ. Epiſcopum, non teneri feudo
deuoluto, debitum vaſalli, etiam pro dote exol-
uere, prout tandẽ ad vota Reuerendiſſimi Epi-
ſcopi, executioni demandatum extit.

Franciſ. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRISSIMO DOMINO
Alfonſo Marchione Vaſti.

ARGVMENTVM.

Ratum habens contractum rei ſuo nomine geſtæ, tacite, vel expreſſe an petat pretium dictæ rei, & ad quæ teneatur, & obligetur.
Ratificatio, ex quibus colligatur.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio rei alienatæ verbis, vel factis reſultans, valet.*
2 *Contractus inexpugnabilis redditur dum petitur pretium rei nomine proprio alienatæ, vel eius pretij annui fructus.*
3 *Ratificatio introducitur ex eo, quod quis ſciens rem communem alteri venditam, non recuperat.*
4 *Minor comprobat contractum rei ſuæ diſtractæ in minoritate, ſi maior effectus exigit pretiũ, vel redditus annuos illius.*
5 *Frater, viuens in communi cum alijs fratribus, dummodo non ſit tutor aliorum, acquirens ex communi pecunia rem proprio nomine, acquirit ſibi, non alij, nec alijs ius competit, niſi negotiorum geſtorum actio, ex communi diſtinctione, * & habet locum in feudis, nu. 7.*
6 *Solutio, qualiter præſumatur facta ex communi pecunia.*
8 *Actio negotiorum geſtorum, & ex iudicio diuiſorio competit ei, qui venditionem rei propriæ nomine ſuo factam, ratã habet ad conſequendum pretiũ, in vtilitatẽ vendentis cõuerſum.*
9 *Venditionem ratam habens, non agit ad iuſtum pretium, ſi fuerit res uendita uiliori pretio, citra culpam venditoris.*
10 *Pretium, quod contrahentibus placet, in dubio iuſtum, & condignum præſumitur.*
11 *Socij poſſunt tantum condicere iuſtum pretium rei communis venditæ longe maiori pretio, quãm iuſto, aut ex induſtria, & cauſa venditoris, aut ex ſtultitia emptoris.*
12 *Ratihabitio, ut ſubſiſtat inſtrumentum actus geſti, legi, & palam fieri ratificanti debet.*
13 *Ratificatio non trahitur ad incognita.*
14 *Contractus ab initio fingitur a lege celebratus,*
* *per ratificantem, ex communi. **
15 *Ratihabitio, mandato comparatus.*
16 *Ratificans agit ad pretium ex actione antiqua, non ex noua, & ratihabitione reſultante.*

Rati-

17 *Reſtitutio præſumitur facta cum omnib. qualitatibus adiectis contractui ratificato.*

18 *Actus principalis ratificari non poteſt, ſi onus actui annexum, & conditio reijciatur, dummodo vitium, & dolus gerentis abſit.*

19 *Ratum habens contractum, non ſolum à ſe, verum etiam ab alio geſtum, tenetur illum cum ſuis qualitatibus ratum habere.*

20 *Ratihabitio pro parte fieri non poteſt, ſed in totum approbari debet, vel reprobari, cum de præiudicio tertij tractatur.*

21 *Cõtractus unico ictu, & abſolutione perficitur.*

22 *Pacta contractum reſpiciẽtia, dicuntur partes contractus.*

23 *Scripturæ in parte approbari, & in parte reprobari poßunt.*

24 *Ratihabitio partis contractus, valet.*

25 *Contractus venditionis ratificatur cum modo, ut ratificans pretium rei recipiat.*

26 *In inſeparabilibus pretium non ſuccedit loco rei.*

27 *Ratam habens ſimpliciter venditionem vnius rei per alium uenditæ, agit ſolum ad pretium illius, & non ad rem ex illo emptam.*

28 *Conuentiones cum venditore poſt ratihabitionẽ factæ omnino ſeruari debent.*

29 *Proteſtatio in his, quæ dependent à noſtra voluntate, actum reſtringit, ſecundum omnes.*

39 *Proteſtatio ei nocet, cui fit, ſi accipit ſcripturam non contradicens.*

31 *Literæ per aliquem ſubſcriptæ, & alicui præſentatæ, uel p ipſum lectæ, ſubſcribentẽ obligant.*

32 *Ratã habens venditionem rei propriæ, & nõie ſuo uẽditæ, pretium rei ad ſumm ãrepetere põt*

33 *Pretium caſtri, vel domus, non æſtimatur ex ualore, & ſumptib. ædificiorum, ſed ex redditib. annuis, ſecundum qualitatem fructuum.*

34 *Domus pretioſæ, & caſtra ſunt ſteriles, & eorum redditus nunquam æquipollent pretio.*

31 *Pretium iuſtum fundi eſt quãtum capiunt eius redditus in viginti annis, ex communi.*

36 *Ratam habens venditionem rei ſuæ, ſe inſcio factam, pretium ipſius petere poteſt.*

37 *Ratificatio non impleta conditione, euaneſcit.*

38 *Ratihabitio conditionalis, illius eſt naturæ, vt prius impleatũ, quã emolumentum percipiatur.*

39 *Ratificans, non adimpleta uenditionis conditione rei nomine ſuo factæ, poteſt rem ſuam ab emptore uendicare, niſi a venditore fuerit acceptata dicta ratihabitio conditionalis.*

40 *Dominus tenetur de euictione rei vendita nomine ſuo, cum ratificauerit uenditionem.*

41 *Dominus rei venditæ tenetur, ſi uenditionem ratificauerit, reſtituere uenditori id, quod pro euictione illius rei ſoluit emptori, etiam quod pactum adeßet, quod non tenetur de euictione.*

42 *Ratificatio, ad quas qualitates de ſui natura extendatur.*

43 *Pacta cenſentur partes pretij, & ſui natura pretium minuunt.*

CONSILIVM CLXXII.

TRINITAS ADSIT.

COLLIGITVR ex ſcriptura exhibita, quod alias Fel. record. Illuſtriſſimus D. Ferrantes Franciſcus Marchio Vaſti, ex nõie ꝓprio & Illuſtriſ. eius fratrũ DD. Cęſaris, Ioãnis Caroli, & Iuniei nunc Cardinalis ampliſſimi, pro quibus de rato promiſit &c. vendidit Illuſtri. D. Thomæ Marino feudum paternum Caſtri noui, cõmune cũ fratribus, annui redditus duc. 1482. pretio ſcutorum ſeptuaginta duorum miliium, quorũ ſexaginta millia intelligerentur implicati in terra Caſalis maioris, quam d. Excellentiſ. Marchio loco Regiæ camerę ſolus redemit ab eodẽ Marino ex facultate ſibi a maieſtate Catholica attributa: duodecim vero millia inueſtirẽtur in una proprietate idonea, in Mediolanenſi ſtatu, ac integrum pretium; occurrente caſu, quod d. terra, vel redimeretur, vel alienaretur: omnia hęc pro perpetua d. Marini emptoris cautione.

Euenit, quod fratres d. cõtractum ratificarũt ſimpliciter, excepto Illuſtriſſimo Domino Cæſare, qui prima vice, videlicet anno 1568. approbauit alienationẽ, ſub cõditione tamen conſequendi ex eadem uenditione terrę Caſtri noui, ſine ſcrupulo & difficultate aliqua, quintam partem eidem exinde legitimè competentem: altera autem vice. anno ſcilicet 1569. ſub conditione recipiendi ad libitum ſuum, ſine ſcrupulo & difficultate, ab Illuſtriſ. D. Venditore quintam partem pretij, ſeu denariorũ ſibi Domino Cæſari prædictę venditionis legitimę pertinentem Duo fratres videlicet Illuſtriſ. Domi. Carolus, & Domi. Iunicus Cardinalis interim alienant Excellentiſſimo Venditori quintam partem, ſic portionem ipſis ſpectantem in omnibus redditibus paternis communibusque inter eos exiſtentibus in partibus Lombardiæ, in qua ſimiliter aderat pars d. Caſtri noui, ſtatuto pretio cuilibet portioni ſcutorũ 23500. vt ratione inita, redditus d. feudi alienati annuus quinque aureorum pro pretio centum aureorum diſtrahatur, ac viginti pro vno ſingulo præſtentur. Alter vero Illuſtriſ. Dom. Ioannes propria epiſtola ſcripturaque cõſentit, quod pro portione ſua redditus

Caſtri noui venditi, aſſignentur per fratrem tot
alij redditus, ſuper regni introitibus, prout an-
tea nemine contradicent, a die venditionis ci-
tra ſeruatum fuerat, & ſoluta ſuper redditibus
bonorum Lombardiæ, eiſdem fratribus quan-
titas eadem numero ſingula portione ex reddi-
tibus Caſtri noui percipiebant, ſeu quod eidem
pretium omnium reddituum exoluatur, prout
cum duobus fratribus ſuis conuentum fuerat.
Mortuo Excellentiſſimo venditore, petunt Illu-
ſtriſſimi D. Cæſar, & Ioãnes, quintam partẽ pre-
tij d. Caſtri noui, in pecunia numerata, videli-
cet ſcuta 14400. vna cum liuellis, in ratione de-
cem pro centum, a die venditionis citra. Excel-
lentiſſimus verò D. Alfonſus filius & hæres ven
ditoris, pretium in pecunia tradere recuſat, ſed
offert ſe tot redditus annuos in numero & quã-
titate aſſignaturum, quot ipſi ex redditibus feu-
di alienati percipiebant, ſeu (conſiderata portio
ne reddituum dicti feudi) capitale quod calculo
inito redditibus viginti annorum æquetur.
Quæritur quid iuris.

In præſenti cauſa, vt clarior reddatur omniũ
reſolutio poſt implor. tum diuinum auxilium,
nonnullas veras & cõmunes ſentẽtias ſubiiciam
ex quibus, quid reſponderi poſsit, deducetur.

1 Prima ſit cõcluſio † rei noſtrę nomine noſtro
alienatæ, ratihabitio expreſſa ſubſequi poteſt,
tam ex verbis, quam ex factis reſultans, l. 1. & 2.
C. ſi maior fact. ratũ. l. 2. vbi Sal. cet. C. ſi maior
fact. alien. l. non ſolum. l. paulus. ff. rem rat. ha-
ber. l. de quibus. ff. de legi. gloſſ. in l. prim. verbo
ratum. C. ſi maior fact. Paris. conſi. 33. num. 6. &
30. volum. pri. Port. conſ. 157. nu. 5. & alibi mi-
2 lies. Vnde, ſi quis pretium rei ſuæ † & nomine
ſuo venditæ petat vel accipiat, ſeu fructus an-
nuos pretij, alienationẽ prorſus ratificat, ita vt
vendicationem rei amittat, contractuſque effi-
cax & inexpugnabilis reddatur. l. mater. vbi Al-
ber. & cæter. C. de rei vend. Azo. in ſumma eo-
dem titul. in propoſito fratris petentis pretium
rei communis per alterum fratrem venditæ,
3 Calcan. conſi. 22. num. 6. & ſeq. † qui rurſus rati-
ficationem deduxit, ex eo, quod ſciens rem cõ-
munem alteri venditam, non recuperat, Cra-
uet. conſi. 159. num. 5. Brun. conſ. 51. num. 4. Me
noch. conſi. 48. num. 43. Celſus Hugo. conſ. 22.
nume. 28. Bero. conſ. 187. nu. 3. uolum. pri. poſt
Ruin. conſi. 39. nume 4. volum. 4. Roland. a Val-
le. conſil. 6, num. 41. volum. 2. Siluan. conſil. 57.
4 nume. 30. † Quod in minore ſimiliter firmatur.
qui factus maior ſi petat vel exigat pretium, red
ditusve accipiat rei ſuæ nulliter diſtractæ, cõtra-
ctum approbat, & illum omnino ratum habet,
Alexan. conſi. 17. nu. 2. vol. 5. Deci. conſi. 232.
num. 3. in fi. Paris conſi. 49. num. 17. & ſeq. uol.
1. Bero. conſil. 153. nu. 17. Cæphal. conſi. 51. nu-
me. 15. cæteros accumulat Menoch. de recupe-
rand. poſſeſſ. remed. 15. numero 120. & ſequ.
Octau. Cacher. decil. pedem. 58. num. 10. & 11.

5 Secũdo, † frater, licet in communione bono-
rum, dummodo non vniuerſali, nec ſit aliorum
tutor, cum alijs fratribus viuat, ſi ex communi
pecunia rem proprio nomine acquirat, ſibi ſo-
li acquirit, & eius eſt compendium rei, nec tene
tur illam aliis communicare, quibus in ea nul-
lum ius dominiumve aliquod acquiritur, ſed
tantum actio negotiorum geſtorum ad repeten
dam ratam pretii, quod commune erat, contra
fratrem acquirentem competit. l. prim. C. ſi quis
alteri, uel ſibi, ubi Bald. & Salic. l. ſi patruus, &
ibi Bald. nume. 3. cum apoſt. & Bartol. ac Salic.
* qui ita communiter * diſtinguunt. C. commun.
vtriuſque iud. Bartol. in l. Titius. §. altera. nume.
3. ff. de admin. tut. l. ſi ex ea. C. de rei vẽdicat. l. ſi
vnus ex ſociis. §. ſi quis. ff. pro ſocio. Rom. con-
ſil. 3. in princ. ubi apoſt. Mendoſ. conſi. 291. nu-
me. 6. & conſi. 313. Alexand. conſi. 49. num. 11.
volum. 1. & conſil. 152. nume. 4. uolum. 7. Petr.
de Bezuſ. tract. de ſociet. par. 5. quæſt. 1. Ancar.
conſi. 149. num. 4. Dec. conſi. 255. in fin. Socin.
ſen. conſil. 162. & 192. volum. ſecund. Crauet.
conſi. 131. nu. 12. Socin. iun. conſil. 24. per to-
tum uolum. ſecund. Ancar. quæſt. famil. 74. nu-
me. 4. & ſeq. pri. par. quotas ample pro more ad
ducit Tiraqu. de retract. ligna. §. 32. gloſſ. 1. nu.
17. Roland. a Valle. conſ. 90. num. 21. uolum. 2.
Menoch. cõſ. 80. in pri. vol. 1. ac in materia ſocie
tatis vniuerſalis Port. Imol. conſi. 69. nu. 21. &
6 ſequ. & quando † ex pecunia communi, uel fra-
tris tantum præſumatur ſolutio facta, Natta cõ-
7 ſil. 358. uolum. ſecund. quam concluſionem, † &
in feudo empto, procedere dixit Bal. per illum
tex. in c. 1. §. ſi duo fratres. de duobus fratribus.
de feud. non inueſt.

Tertio, ratam habens venditionem rei pro-
8 priæ nomine ſuo factam, † agit tantum ad pre-
tium perceptum, & in utilitatem uendentis cõ-
uerſum, act. negot. geſtorum, uel ex iudicio di-
uiſorio, l. ſi uero. C. de negot. geſt. l. ſi fundum,
qui per fideicommiſſum. ubi Bartol. nume. pri.
ff. de leg. prim. in familiæ herciſcundæ. ubi
gloſſ. in uerbo petenda. in fin. cap. famil. her-
ciſcund. l. ſi cum ſeruum. ubi Angel. Caſtr. &
Alexand. nume. 4. & ſequ. ff. ſi cert. peta. Ruin.
9 conſil. 57. num. 6. & 7. uolum. 5 non autem † agit
ad uerum, ac iuſtum pretium, ſi rem viliori
forte pretio, citra culpam uendiderit, gloſſ. eſt
in l. mater tua. ubi Butrigar. Cin. 8. quæſt. Bar-
tol. nu. 6. & Bal. ibi declarat. nu. 12. Salic. nu. 16.
Alber. in pri. uerſ. forma tertiã. C. de rei uend. ea
inquiunt ratione, quod ratificatio ad cõtractũ,
ſic formiter geſtum referatur, & quia vel bene
uel male geſſerit alienans, totum approbat Do-
minus, ſimpliciter ratificando, tradit Caſtr. in
10 dict. l. ſi eum ſeruum. num. 2. & 3. † licet in du-
bio pretium, quod contrahentibus placuit, iu-
ſtum & condignum præſumatur, Bald. in l. per
diuerſas. q. 4. nu. 8. ubi & Salic. eod. nu. c. mand.
Natta cõſ. 650. nu. 8. Pariſ. cõſ. 19. n. 55. uol. 3. &

Anguſ.

Anguſ.lib.2.conſi.feudal.conſi. 1.nu. 17.& 18.
11 At † ſi res communis diſtrahatur longe maiori
pretio quam iuſto, vel ex venditoris tantum pro
uidentia, induſtria, cauſa, & fauore, ſeu emptoris
ſtultitia, ac inordinato appetitu, fratres ſeu ſocij
condicere potuerunt pretium tantum iuſtum &
commune, non earum ſingulare quæſitum arg.
l.ſi hæredes, vbi Bar. Gofr.& cæt.ff.ad l.Falcidiã,
not.Bald.in d.l.mater.numero 12. in primo ubi
tamen ait in dubio commune præſumi.C.de rei
vend.
12 Quarto, † ratihabitio, ut ſubſiſtat totus contra
ctus ſeu inſtrumentum actus geſti, legi, publica-
13 ri, & palam fieri ratificanti debet, cum aliter † ra-
tificatio ad incognita non trahatur, l.fin.C.plus
valere quod agitur l.2.de rebus alien.non alien.
gloſſ.in l.Gaius.ff.de pign.actio.Caſt.conſ.465.
num.5.& conſi.216.num.3.uol.1.& in conſ.12.
num.8.ubi ample.nu.15.Quinti.in apoſtilla, ver
bo ratificatio, vol.3. Paris conſi.47.nume.97.&
98.uol.1.Rui.conſi.127.nu.4.uol.1.& conſ.63.
nu.24.uol.1.Simon de Pretis conſ.71.nu.37.Sil-
uan.conſi.93.nu.12.poſt Iaſ.in l. nec is.§. hæres
nu.9.ff.de acquir.hæred.Anguſ.conſi. 7.num.3.
14 lib.5.Natta cõſi.636.nu.194.uol.3.† Hinc fingitur
a lege, contractum fuiſſe ob initio ab ipſo ratifi-
15 cante celebratum, cum ratihabitio mandato cõ-
paretur.l.fin C.ad Maced. c.ratihabitione.de re-
gul.iur.in 6.not.gl.in verbo, probauero.l. Pom-
ponius ubi Bart.nu.20.ff.de neg.geſt.gl. in l.1.&
2.C.ſi maio.fact.rem rat. haber. Aret. cõſ.127.
Bald.in l.mater tua num.6.uerſi.modo.C. de rei
uend.Bart.in l.ſi pecuniam, in fi.uerſi.aduerte.C.
de negot. geſt. ubi concludit, ex ratihabitione
negotium attribui ratum habenti, ac ſi ab eo fue
rit geſtum, latè Deci.conſi.281.nume.2. & 3.&
* conſ.58.in prim. commune * dictum nuncupat
16 Bero.conſ.73.nu.25.uol. 1.& ex antiqua actio-
ne agitur ad pretium, non autem noua, ex ratiha
bitione reſultante, Thom. Gram.conſi.ciuil.10.
17 in prin. Rurſus † cenſetur facta ratihabitio cum
omnibus qualitatibus adiectis contractui ratifi-
cato, Bald.in l.multum.nu.5.C. ſi quis alteri, vel
ſibi.Socin.ſen.conſi.127.num.10.in fin.uolu.3.
18 Alciat.conſi.117.num.21.non enim poſſet rati-
ficari actus principalis, onus vero actui annexũ,
& conditio reijci, multa Socin.ſen.conſil.125.
num.2.3.& 4.uolum.3.Balb.conſi.55.num.3.&
num.26.uol.2.cum feud. & hoc dummodo ge-
rentis abſit vitium, culpa uel dolus.l.cum interdi
ctæ.C.arbitr.tutel.declarat Bald.in l. obſeruare.
§.pen.num.6.uerſi.quinto quæro.ff. de offi.pro-
19 conſ.& lega.acceptans enim contractum, non
modo a ſe geſtum, uerum etiam ab alio celebra
tum, tenetur illum acceptare, cum ſuis qualitati-
bus.l.Gaius.ff.de manu.Bald. in l.contro.iuris.§.
fina.cum l.ſeq.ff.de pact.Alexand.in l. cum fun-
dus.§.ſeruum.4.not.ff. ſi cert.peta. Natta.conſil.
20 636.nu.195.nec enim ubi tertij uel nomine alie
no contrahentis præiuditium vertitur, fit rei ge-
ſtæ pro parte tantum ratihabitio, ſed in totum
approbatur vel reprobatur.l.cum quæritur, vbi
Bartol.ff.de admin. tut. & in l. cum debitore. ff.
ret.rat.haber.Crauet.conſi.21.num.6. inter con
ſilio feud.ſecundæ editionis, loquor ego in inſe
parabilibus ſeu connexis, ac indiuiduis ex diſpo
21 ſitione hominis vel legis (puta, in contractu, qui
vnico ictu & momento perficitur ſola abſolutio
ne,) vnicuſque reputatur, licet in eo plura deſcri
bantur pacta.l.ſi falſis. vbi dd.C. de tranſ.Bal.in
l.contractus.num.12.C.de fid.inſtr.& in l. ſi vo-
luntate, per illum textum.C.de reſcind.uend.pa
22 cta enim maxime reſpicientia rem ipſam, pars
contractus & pretium rei diſtractæ cenſentur.l.
fundi partem. ff. de contra.empt.dd. in l. in bo-
næfidei.ff.de pact.Bal.in rub.de rebus alien.non
alien.num.3.multa Alciat. conſilio 124. nume-
ro 14.& conſi.149.per totum Bero.conſi. 169.
num.16.uolum.1.& conſi.153.num.70.uolum.
1.latè Tiraq.de retract.conſan.§.1.glo.18.num.
38.& de retract.conuent.in præfat.nume.20.&
22.Didac.Var.reſol.lib.3.capi.10.num.1.Soc.
iun.conſilio 94.numero 24.uolum. 3.Menoch.
conſi.primo num.449.& 471.uolu.1.Mod.Pa-
riſ.conſi.feudal.§.13.gloſſ.5.num.39.docte Hie.
Gabriel.conſ.168.quæſt.1.in reſpectiua uideri,
cum in eodem contractu, interueniant, Ber.cõſi.
212.nu.6.uol.3.Soci.iun.conſi.45.nu.6.& cõſi.
46.num.41.uol.4.& conſ.94.num.24. & ſequẽ.
23 uol.3.Non autem loquor in alijs rebus ſeparabi
libus, vel ſcripturis, quæ pro parte poſſunt ap-
probari, pro parte uero improbari, per doctrin.
Bar.in l.publia.§.fina.depoſ. Alexand. conſi.71.
nu.5.uolum.3.Belon.conſ.40.nume.12.cum in
24 iſtis ratificatio partis procedere valeat, quod re
cenſet Borgn.Caualcan.de tutor.& curat. num.
76.prout idem dicitur in delictis & ſimilibus, cũ
quandoque factum probetur. non tamen facti
qualitas, ponit Octau.Cacher.dec.ſ.138.nu.17.
idem in ijs ſeruatur, quæ ex natura actus ratifica-
ti proueniunt, & contra gerentem actum com-
petunt, quando & in iſtis caſibus procedat rati-
habitio limitata, ſeu cum iurium ſuorum reſerua
tione. exemplum in conditione conſequendi
pretium a uenditore, qui rem communem vel
25 alienam diſtraxit; nam contractus ratificatur,
ſed ſub modo, ut pretium rei recipiat. lege, pri-
ma.C.de rebus alien. non alien. lege mater. vbi
Bartol.Bal.& Salic.ample.C. de rei uendit. cum
ſimil.

His ueluti pro fundamento iactis, facile de-
monſtratur.

Primo, quod dicti Illuſtriſſimi D.fratres, nul-
lum ius in terra Caſalis maioris acquiſita nomi-
ne Excellentiſſimi Marchionis tantum habent,
licet in ea pretium rei communis implicatum
26 fuerit: non enim ſuccedit hæc res loco pretij, &
minus pretium loco rei alienatæ, in his particula
ribus, ut ſup.& per Tiraq. de retract.§.33. glo.1.
nu.20.Bero.conſi.87.in 1.uol.2.

Secundo, quod Illuſtriſſimi Domini, qui ſim-
pliciter ratam habuerunt vēditionem feudi Ca-
27 ſtri noui factam eorum nomine,† nec cōtra ter-
ram nec emptorem actionē aliquam habebūt,
ſed tantum ad pretium rei perceptum, vel pretij
portionem ad ſe ipſos ſpectantem, contra ven-
d.torem agent, quod pretium ſibi exoluetur, vel
28 iuxta cōuentiones † factas poſt ratihabitionem
cum venditore, quæ pœnitus ſunt obſeruandæ.
l.1.l.iurisgentium.§.prætor.ff.de pact.ca.1.& 3.
extra de pact.Bal.Nouel.de dote.7.par. prin.pri
uil.11.cū vulg.& maxime a principibus, vt hic,
initæ.1.ubi Abb. Bal.Fel.& Dec.de prob.Bal.&
alij, in c.1.de natur.feud.uel ſecundū tenorē, ſeu
reſeruationem ratificationum factarum, vt ſup.
29 in quarta concluſione, & ea rurſus ratione, quia
proteſtatio ſeu reſeruatio in his, quæ dependēt
a noſtra voluntate, actnm reſtringant, atque de-
clarant.gloſſ.in verbo ſalua in l.ſi debitor.§.1.ff.
quibus mod.pign.uel hipp.Guid. Papæ.q.364.
* not.omnes * in l.non ſolum.§.morte.ff.de oper.
30 noui.† præiudicentque ac noceant ei, cui fit pro
teſtatio, ſi ſcripturam accipiendo non contradi-
cat, Felyn.in cap.cum M.num.33.& Dec.nu.22.
de conſtit.Ioan. de Amic. conſi.110.nu.5. cum
ſimil.

31 Hinc infero tertio loco, † virture epiſtolarum
manu propria Illuſtriſſimi do. Ioānis ſubſcripta
rum, quæ recognitæ, ſeu præſentatæ Excellentiſ
ſimo fratri, vel per eum lectæ ſubſcribētem obli-
garunt.§.1.in prin.inſt. de obligat. ex conſenſ.l.
quædam mulier.ff.de rei vend.l.publia.§.fratres
l.Quintus.ff. de poſit. ample materiam deſcribit
Rebuf. in conſtit. Regis tom.1.tract. de cedul.
recognit.in præfat.nu. 18. 25. & mult. ſeq.Cæ-
phal.conſi.272.num.85.cum ſeq.uolum. 2.Te-
neri Illuſtriſſimum dominum vel relaxare, & vē
dere Excellētiſſimi fratris ſui hæredibus, omnes
redditus ſuos Lombardiæ, pro pretio ſcutorum
23500.pro vt alij duo fratres fecerunt, vel pro
parte pretij ad ſe ſpectante pro feudo alienato,
acceptare tot alios redditus, ſeu penſiones dicti
Excellentiſſimi Marchionis in partibus Regni,
numero & quantitate, quot ipſe Illuſtriſſimus
do.Ioannes percipiebat pro eorum rata, ex red
ditibus d. Caſtri noui alienati. Quod rurſus iuri
32 conſonum cenſeo. † nam ratam habens vendi-
tionem rei propriæ, ac nomine ſuo uel etiam
alieno factam, ad ſummum pretium iuſtum rei
repetere poteſt, at iuſtum pretium feudi Caſtri
noui, prout & de Turri, Caſtro, Ciuitateque dici
33 tur, † non æſtimabitur ex ualore ædificiorum,
vel ex ſumptibus, ſed ex redditibus annuis, quā-
titate fructuum, & vtilitate perceptibili tantum,
Ioan. Plat. in l.2.C.de præd.& omnibus rebus
naui.l.qui bonis.ubi Barto. ff. de ceſſion. Iaſo.§.
ſed & ſi quis.num.11.Inſtit.de act.& in l. ſi con-
ſtante.num.150.ff.eodem, Boer.deciſ.19.nu.6.
Afflict.deciſ.58.num.6.Arius Pinel.in l.2.3.par.
cap.4. numero 28. C. de reſcind.uend.Domus
34 † etenim, iſtę prætioſæ Caſtra ve ſunt quodamo
do ſteriles, quorum redditus nūquam æquipol-
lent pretio.Bald.in l.fina.§.ſin autem legata. per
illum text.c.de bon. quæ liber.Iaſ. Boer.Pin.vbi
ſupra, Natta conſilio 332.num.4.in 2.licet dicat
æſtimationem fieri, ſecundum formam & mate
riam, Menoch. de arbitr. iud.cent.2.caſu.183.
nu.24 cum ſequen.Ideo, ſi d.Illuſtriſſimus Do-
min.Ioannes, vice pretij ſibi debiti, quod nunc,
ſtante dict.uenditione, ſupponitur eſſe aureorū
nummorum 14400. habebit inſolutum eundē
redditum annuum, quem percipiebant ex feu-
do alienatio, vel pēſionem, quæ in ſpacio vigin
ti annorum integrale pretium conficiat, ſeu vi-
ginti aureos pro uno quoque ex redditu; vtiq;
& quantitatem pretij iuſti recepiſſe iudicabitur,
cum penſio, in ratione quinque pro ſingulis cē-
tum (conſiderata, quoque cum alijs Illuſtriſſimis
35 fratribus,) in annis viginti, æquetur ſorti, & re-
gulariter integrale pretium rei immobilis, & ſi-
mili annui redditus perpetui æſtimentur, ex quā
titate reddituum uiginti annorum, ſeu quod an-
norum viginti fructus, deductis expenſis confi-
ciant, per tex.cum gloſſ.in authen.de non alien.
reb.eccleſ.§ ſi uero, gloſſ.Salic.& alij in authen.
præterea.C.de ſacro ſanct.Eccleſ. receptum, tra
dit Iaſ.in l. ſi fundum, per fideicommiſſum. nu-
mero quinto. ff. de leg.1. in redditibus loquens
* ample ex communi Couar.lib. 3.Var.reſol. c.9.
num.5.poſt Tiraquel.de retract. lign.§.1.glo.6.
num.19.& cæteros, quos adducit Pinel. loco ſu
pra allegato.numero 29. Non poterit itaque d.
Illuſtriſſimus dominus Ioannes, ſi id literæ ſuæ,
vt ſupponitur in facto cōtineant, renuere, quin
totum pretium omnium reddituum Lombar-
diæ accipiat, iuxta cōuenta cum alijs fratribus,
vel pro pretio Caſtri noui in ſolutū habeat tot
penſiones Excellentiſſimi venditoris, quot ipſe
ex feudo communi alienato ad ratam ſuam exi
gebat.

Quarto proinde loco deduco, Illuſtriſſimum
do.Cæſarem, quo cum nulla adeſt conuentio, le
gitime poſſe quintam partem pretij rei uenditæ
36 ſic ſcutorum 14400.conſequi, tum quia iure id
cuilibet ratam habenti uēditionem rei propriæ
per alium factam cōcedatur, d.l.mater, vbi Bal.
& Salic.C.de rei uend.l. ſi feudum qui per fidei-
commiſſum.ff.de leg.1.l.ſi eum.ff.ſi cert.pet.& l.
1.C.de rebus alien.non alien.& dixi ſuperius in
tertia concluſione, tum rurſus, quod ipſe ra-
tum habuerit contractum ſub conditione re-
cipiendi ſine ſcrupulo & difficultate quintam
partem ſibi legitime competentem, vt in pri-
ma ratificatione legitur, vel quintam partem
pretij ſeu denariorum eidem ratione dict. uen-
ditionis pertinentem, vt in ſecunda ratificatio-
37 ne exprimitur. † Vnde non impleta conditio-
ne, ratificatio euaneſcit, vulgata. lege, pecu-
niam, quam. ff. ſi cert. petat.& lege, neceſſario.
§.quod ſi pendente. de pericul.& commod. rei
vend.

Digitized by Google

vendit.Socin.iun.conſilio 4.numero 16.conſi-
38 lio 180.num.40.volu.ſecundo.† cum illius natura ſit vt prius impleatur, quàm emolumentũ quæratur. l. Thais ancila. §.ſticus de fideico.liber.Ruin.conſilio 101.nume.2.volu.1.Crauct.conſil.15.numero 3.Ripa reſponſorum lib.1.c.2.num.23. Poterit itaque.d.Illuſtriſſimis.D.Cę-
39 ſar † non purificata conditione vendicare ab emptore partem Caſtri noui, niſi tamen fuerit a venditore acceptata.d.ratihabitio cõditionalis, vel cum illa reſeruatione precij,ſeu quod eidem conſenſerit,pront in præſenti ex tranſmiſſione.d.ratificationis eueniſſe credo,per Felyn. in c.cum.M.numero 33.de conſtit.quia tunc poterit idem Illuſtriſſimus. D. Cæſar,ad preciũ ſimpliciter actione negociorum geſtorũ ex periri contra uenditorem, vel præſcriptis verbis, quaſi ratum habẽs fecerit, vt daret vẽditor.per doctr.Salic.in propoſito in d.l.mater.nu.12.in fi.C.de rei vend.

Quinto rurſus concludo,quod ſtantib. rati-
40 ficationibus totius † & integri contractus,ſiue ſoluatur precium, vel aſſignentur penſiones,vt ſupra,obligati erunt.d.Illuſtriſſimi domini Ioãnes & Cæſar, non ſolum de euictione pro rata portionis ad eos,vti dominos ſpectantis in feudo uendito, Bal.in l.fi.numer.13.C.de ædilitia actio. & in l.procurator qui de euictione.C.de procur.Caſtr.in l.habebat.§.fi.ff.de inſt.act.Soci.Sen.conſilio 200.numero.2.in fin.volum.2. & conſilio 16.uolum.4.in propoſito Deci.cõſ. 281.numero.1.& 2.Ruin.ample in conſilio.94. per totum uolum.pri. Roncagal.in l.eandẽ. in
41 pri.num.45.& ſeq.ff.de duobus reis.† ac ad reſtituendum uenditori,ſi quid ipſe.d.rei communis euictionis ſoluerit,ut not.Bart.Imol.& Angel.in d.l.reos.ff.de duobus reis, Corn.conſilio 124.colum. 2.uolum.1.per tex.in l.uir.uxori.§.fi.ff.ad Vellcian. Natta conſilio 650.num.4.uel ſaltem precium acceptum, etiam quod pactũ ad eſſet,quod non tenerentur de euictione,Alc. conſilio 125.numero 2. Caballin. in tractat.de
42 euictio.§.2.numero 23. & ſequ.† Verum etiam aſtricte ſunt obſeruare ea omnia,quæ promiſſit d.Illuſtriſſimus Dominus, vendens illorum nomine, & conſequenter quod pretium implicetur in proprietatib. pro cautione.d.Marini emptoris.Nam ſi ab initio ratum habens iudicatur contrahere,nec emptor feudum Caſtri noui cõparaſſet, niſi cũ pactis promiſsionibus & oneribus, de quibus in inſtrumento,ſine dubio debebunt ſubrogare,loco rei uẽditæ,pẽſiones,quas uice precij obtinebunt, uel precium inueſtire, uel ſaltem eorum bona obligare pro conſeruatione integræ indemnitatis.d. Excellentiſsimi Domini Marchionis,quantum ſit pro illorum portionibus, cũ ratihabitio facta ad has qualitates,& onera extendatur,nec non pacta cẽſeã-
43 tur† partes precii,ut ſupra in quarto ſuppoſito ſuique natura precium minuant Abb. in c.in aliquibus.2.not.de deci.Bero.conſilio 169.numero.16.volu.pri.ita ut ipſi conſequendo commodum integri precij, & onus pactorũ, ſubire cogantur. vulg.l.ſecundum naturam.de regul.iur.Et ex his quæſito propoſito ſatisfactum,& ita eſſe iuris cenſeo, ſalno ſaniori iudicio.

Franciſcus Burſatus.I.C.Mantuanns.

PRO NOB. DOMINA LIVIA Piperaria.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſi portio per diuerſionẽ alienata, quãdo per diuidentes vendicetur,Et uni tantum obuẽta in portionem pro euictione contra alios agatur. Et quid,ſit pars euincatur tãtum,vel ex natura rei. An bona obnoxia poſſint per dote hyppothecari.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis dicitur eſſe realis, quando verba ſunt in rem concepta.*

2 *Alienationis probibitio dicitur realis, licet verba ſint directa ad perſonam,quando adeſt ratio, vt bona remaneant in totum in familia.*

3 *Fideicommiſſi portio alienata in caſu permiſſo, ad extraneos poſtea tranſire non poteſt, quod ampliatur vt ibi, ſed intellige ut infra nu. 53.cum ſeq.*

4 *Fideicommiſſi portio in extraneos alienata, ſtatim per proximiores vendicari poteſt,& ibi de hoc ratio, ſed vide infra.nu.53.cum ſeq.*

5 *Fideicommiſſum cenſetur inductum ex probibitione alienandi bona extra familiam.*

6 *Probibita alienatione per verba in rem concepta veniunt in reſtitutione fideicommiſſi acquiſita per extraneos, vide infra.nume.53.ſeq.& 55.*

7 *Creditoribus inſolutum dare nõ poſſunt ea,quæ ſunt tranſitoria ad extraneos.*

8 *Alienatione patris feudi vel emphiteoſi Eccleſiæ ſequuta in aliquem ex conſortibus, totum feudum vel emphiteoſis eo mortuo reuertitur ad cohæredes, quod procedit vt infra.numero 51.*

9 *Argumentum de feudo ad fideicõmiſſum recte poteſt ſumi.*

10 *Scienter accipiens rem effectũ oneribus,nõ poteſt de hoc amplius excuſari.*

11 *Bona fideicommiſſo tacite ſubiecta, ſi alienentur in extraneos poſſunt per eos poſſideri, ſecus tamen in bonis expreſſe probibitis alienari.*

Verba

12 *Verba non cenſentur poſita ocioſè.*

13 *Verba dubia interpretantur contra ſe fundantem in illis.*

14 *Proteſtatio inficit actum ſubſecutum, vt in aliquo non ſit præiudicatum.*

15 *Actus ex defectu poteſtatis efficit ipſo iure nullus, adeo ut poſſit impugnari ab eo, q illũ fecit.*

16 *Diuiſio bonorum, quæ fit a fratribus, vicem permutationis obtinet.*

17 *Permutatio obtinet vim emptionis.*

18 *Res libera permutata ſuppoſita fideicõmiſſo, efficitur mere fideicommiſſaria.*

19 *Diuiſione inter fratres ſequuta, ſi vtique ipſorum pars bonorum obnoxiorum obueniat, nulla actio inter eos competit de euictione, & de hoc redditur ratio, at ſecus quando vni libera deueniunt, alij obnoxia.*

20 *Euictionis actio ceſſat, quando res obnoxia euincitur facto authoris, ita vt hæres fratris præmortui habentis ſcientiam fideicommiſſi, non habeat regreſſum contra fratrem ſuperſtitem de euictione, ex* communi, quod intelligitur procedere vt ibi.*

21 *Euictionis actio competit cõtra eum, qui in diuiſione ſcienter bona fideicommiſſi acceptat in indiuiduo, in caſũ euictionis, ex* communi, quod ampliatur vt ibi.*

22 *Verba geminato, claram voluntatem oſtendũt.*

23 *Verba, hominũ voluntatem patefaciunt, cũ ſint veræ paſſionum notæ.*

24 *Tantum quis cenſetur velle, quantum verbis exprimit.*

25 *Verba vbi ſunt clara, ad coniecturas non eſt recurrendum.*

26 *Superflua, vt ſint verba, interpretatio non eſt facienda.*

27 *Verba ſine effectu operãdi ſtare nequeunt, etiã in materia ſtricta & odioſa, ſed ſemper cum effectu intelliguntur.*

28 *Mens ex verbis colligitur.*

29 *Verba conuentionis & qualitas, oſtendunt tenorem diſpoſitionis.*

30 *Clauſula non aliter nec alio modo, eſt præciſæ cõditionis, ac formam ſignificat.*

31 *Euictionis actio, non competit contra eum, qui ſcienter diuidens, in caſu reſtitutionis fideicommiſſi ſibi prouidit. de euictione vt ſupra, verum etiam quando id ex coniecturis colligitur, quarum octo enumerantur, vt à num. ſeq. videlicet 32. vſque ad numerum. 45.*

33 *Aequalitas inter fratres eſt ſeruãda, pro vt ad hoc lex hortatur patres, ac cæteros omnes.*

34 *Fideicõmiſſo reciproca ex ſimplici diuiſione, cẽſetur renunciatum.*

35 *Diuiſio inter fratres ad æquari debet, addẽdo rem vnam alteri portioni ad hoc, vt ſeruetur æqualitas, etiã quod verba diuiſionis nõ ſint expreſſa.*

36 *Præſumi non debet fratrem vnum, alterũ decipere uelle in diuiſione.*

37 *Vtilitas præſens, cũ futuri euentus periculo, eſt compenſanda.*

38 *Creditores minime ſunt fraudandi.*

39 *Bona obnoxia in diuiſionibus, non diuiduntur æqualiter, ſed vni tantum aſſignantur, attamen poſtea æqualitas, omnium inducitur.*

40 *Frater potius permittit extraneum aliquid cõſequi de bonis patris, quam quod frater plus eo habeat unum iota.*

41 *Conſenſus arguitur ex longi temporis patientia*

42 *Promittens quem conſeruare indemnem ab omni lite & moleſtia, quæ inferri poſſet in re per eum tradita, tenetur de euictione, etiã quod res de ſui natura ſit euictioni ſubiecta.*

43 *Præſumi non debet quis tam fatuus, ut in diuiſione voluerit totum fideicommiſſum in ſuam portionem admittere.*

44 *Diuidens hæreditatem non præſumitur, quod plus appetat ſua portione.*

45 *Fideicõmiſſum cenſetur remiſſum ex poteſtate alienandi conceſſa.*

46 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio.*

47 *Prohibitio de non alienando in perpetuum, in rẽ facta operatur, quod prohibitus nõ poteſt alienare nec partem ſuam, nec cohæredis grauati ex iudicio teſtatoris, ſecus ſi ſit perſonalis, & ibi habetur cõciliatio opinionũ, ac ampliatio. quod intellige ut nu. 49.*

48 *Reſtitutioni fideicõmiſſi ſubijciũt omnia, quæ quis per ius accreſcendi, vel alio modo immediate à teſtatore acquirit, ſed vide, nu. 49.*

49 *Reſtitutioni fideicommiſſi nõ ſubiacent ea, quæ ex iudicio teſtatoris mediate uel immediate relinquuntur, ſed ex titulo oneroſo, & recompenſatiuo tantum.*

50 *In fideicommiſſi reſtitutione nõ ueniũt, quæ extra iudicium teſtantis uniuerſale capiuntur.*

51 *Bona obuenta hæredi grauato & contractu defuncti nõ ueniũt in reſtitutioni fideicommiſſi.*

52 *Contrauenient teſtamento, non debet gaudere eius beneficio.*

Digitized by Google

53 *Probibita res alienari realiter in extraneũ,ſtatim per vocatum reuocaturẽt, quod illi de familia emere recuſent, quod intellige, vt ibi.*

54 *Fideicommiſſarius non agit contra bona fideicõmiſſi, nec illorum emptorem ſi praeceſſerit acquiſitio ignoranter. vel bona fide, ſed contra precium illius rei & bona alienantis.*

55 *Precio acquiſita non veniunt, in reſtitutione fideicommiſſi.*

56 *Onus rei non perſonæ cenſetur impoſitum, quando quid prohibetur alienari a teſtatore, adhoc vt perpetuo remaneat deſcendentibus, nec de dictis deſcendentibus exeat.*

57 *Feudi vel Emphiteoſis portio alienata in agnatum uel cõſortem, quomodo acquiratur per alienātẽ eueniente caſu mortis, vel deuolutionis.*

58 *Euicta portione ſeu Emphiteoſis uel fideicommiſſa alicui obuenta, quando competat actio pro euictione.*

59 *Contra factum proprium vel ſui prædeceſſoris, nemini venire conceditur.*

60 *Turpitudinem propriam allegare non licet, ad reuocandum a ſe factum.*

61 *Subſtitutus alienans portionem fideicommiſſi, nunquàm illam poteſt reuocare, ex mẽte * omnium ſcribentium.*

*

62 *Conſentiens alienationi rei ſubiectæ fideicommiſſo, etiam quod alienatio eſſet ipſo iure nulla, at tamen ſibi præiudicat.*

63 *Fideicommiſſarij ſi ſint plures in eodem contractu alienationis, nemo eorum, nec ſuam, nec alterius portionem redimere poteſt, & ibi ratio.*

64 *Filius, poſt mortẽ patris uocatus, patre ſuperſtite, non admittitur ad petendum, & ſi erit hæres patris eius factum improbare non poterit.*

65 *Renuntiantib. iura ſua, amplius ad ea non datur regreſſus.*

66 *Remiſſio iurium, eſt uera donatio.*

67 *Reuocatio renuntiatæ fieri non poteſt, quando interim ius eſt quæſitum tertio, vel re vel ſpe.*

68 *Donatio fundi, cũ pacto, qđ poſt certũ tẽpus ad aliũ deuenit, non põt reuocare, in præiudicium tertij, cui ius erat quæſitũ ſpe, ex communi. **

*

69 *Donatio ſui natura irreuocabilis eſt, atque perpetua.*

70 *Donatio facta abſenti, tenet irreuocabiliter, etiã ante ratificationem, quando notarius abſenti ſtipulatus fuit, ex magis ** communi.*

**

71 *Mulier non debet ſua dote priuari.*

72 *Succeſſiones debent eſſe reciprocæ, videlicet, qđ prout tu ſuccedis mihi, ita ego tibi, quod procedit etiam in feudis. & vide infra. num. 74.*

73 *Verba in potiori ſignificatu ſunt accipienda.*

74 *Fideicommiſſum eſt onus, et ideo nemo in dubio præſumitur illud imponere uelle in bonis ſuis.*

76 *Succeſſio inter fratres diuidentes, actiue et paſſiue eſt intelligenda.*

77 *Accidentale dicitur, quod poteſt adeſſe, & abeſſe, citra ſubiecti corruptionem.*

68 *Clauſula, an & quãdo cẽſeantur appoſitæ per notarium de uoluntate partium, in contractib. ex magis ** communi.*

**

79 *Clauſula codicillaris, magis ex uoluntate teſtatoris, quã ex ſtilo notarij poſita cenſetur in teſtamento, ex magis ** communi.*

**

80 *Interpretatio, quõ faciẽda ſit, et quæ ſit euitãda.*

81 *Alienatio feudi ſine aſſenſu domini corruit, ipſo Domino ſic declarante, ex * communi.*

*

82 *Alienans feudum, numquàm contra alienationẽ uenire poteſt.*

83 *Exceptio illa, quo ad nos liberas ædes habeo, eſt exceptio litis finita.*

84 *Aſſenſus Domini ſuper alienatione feudi accedere poteſt, etiam poſt concluſum contractum, ex magis ** communi.*

**

85 *Partibus non licet recedere a contractu, nec pendente venditione eum reuocare.*

86 *Bona emphiteotica, vel feudalia poſſunt pro dote hippotecari abſque aſſenſu domini ex * cõi.*

*

CONSILIVM CLXXIII.

TRINITAS ADSIT.

APparet ex inſtrumẽto diuiſionis bonorum patris, matriſq. & patrui celebrato inter nob. et patricios Mãtuanos Dominos Fabritiũ, Marcum Antonium, Camillum, & Ferrandum fratres de Balneis integram curiam nũcupatam Vadi pro dimidia fideicommiſſo patrui obnoxiam, obueniſſe in partem ſuam Domino Fabricio tãtum, cum onere pro diuiſionis æqualitate ſoluendi in ſingulos annos Domino Ferrando fratri ſcuta. 390. domino Camillo S[illegible]ta. 150. ita quod ad libitũ poſſet Dominus Ferrandus alienare. 1000. aureos numos eidem ſoluendos ex capitale d. liuelli per. d. Fabricium in ratione quinque pro centum, ſeu eo non ſoluente, pecunias alienare tot ex terris Vadi, quæ ad dictam quantitatem, iuxta æſtimationem faciendam aſcenderent. Alteri vero fratri Domino Marco Antonio aſſignantur Curia campitelli feudalis Epiſcopatus Mantuæ, cum grauamine dandi Domino Camillo

millo quotānis ſcuta.90.cæteris fratribus adiu-
dicat.ius exigendi ſupradictos liuellos annuos
his verbis ac clauſula in qualibet parte dictis fra
tribus aſſignata inſertis, videlicet, citra tamen
derogationē fideicommiſſi. d. patrui & nō ali-
ter, nec alio modo ꝑ parte, & portione ipſorū
communium bonorum nunc modo quo ſupra
diuiſorum eiuſdem.d.Ferrandi, Camilli, & Mar
ci Antonij, cum grauamine.d.fideicommiſſi, re
ſpectu quātitatis eidem fideicōmiſſo ſuppoſitę.

Euenit, quod Dominus Fabricius multa con
traxit debita, pręcipuè cum nob.Domina Liuia
Piperaria eius vxore, pro dotibus a ſocero rece
ptis, qui deceſſit ſine liberis ita, ut fideicommiſſo
patrui locus exiſtat.petit vxor in Curia Vadi ſa-
tisfactionem pro dotalibus creditis.opponunt
ſorori fideicōmiſſum patrui, inſtantes declara
ri integram.d.Curiam, ad ipſos vti ſubſtitutos
ſpectare.

Dubitat contra vxorem Perilluſtris Mantuæ
Senatus, ex infraſcriptis.

1 Primo, verba prohibitionis ſunt iſta, qđ te-
ſtator non vult bona ſua alienari poſſe, & ſic sūt
concepta in rem, ergo dicitur eſſe realis.l. pero.
2 §.fratre.de leg.2.Imo etiam, quando † verba eſ-
ſent directo ad perſonam, ſtante ratione, quam
ſubiunxit teſtator, quia vult bona remanere in
totum, in familia, ſeu inter inſtitutos, & ſubſtitu
tos in teſtamēto, virtus prohibitionis ab illa ra-
tione ampliaretur, & efficeretur realis.Iaſ.in cō
ſilio. 23. volum. 3. & repet. l. filius fam. §.diui.
numer. 189.de leg.primo.& ibi etiam Crot.nu.
42.Hoc ſtante infertur, quod portiones aliena-
3 tę ab aliquibus ex hæredibus inſtitutis, Domi-
no Fabritio vni ex inſtitutis, & ſic in caſu per-
miſſo, non poſſunt ad extraneos tranſire, ſeu ad
creditores acquirentis, Crot.dicto.§.diui.num.
43.verſicu.quarta.& vltima concluſio.adeo qđ
nec in uita Domini Fabritij, etiam quod fratres
& alij de familia emere recuſaſſent, ipſe non po
tuiſſet alienare extraneo.Bart.& alij in l.qui Ro
mæ.§.cohæredis.de verbo.oblig.Crot.d.§.diui
4 numeto 23.Et ſtatim potuiſſent † proximiores
bona alienata vendicare, non expectata morte.
d. Fubricij. Crot.ibi.nu.32.& Ferdin.Loazzes.
numero 112.quia, nec momento poſſunt ſtare
apud extraneos, vt per Ana.conſil.47.& Crot.
5 d.conſilio 48.igitur veniunt in reſtitutione † fi-
deicōmic. inducti ex dicta prohibitione. Dec.
conſilio 23.præſertim num.5.& probat ex cō-
iunctione.d.l.peto.§.fratre, & l.pater.§.quinde-
cim.de leg.3.cum ibi notatis per glo.& Bar.dū
opponis de his legibus, quæ ad inuicem videbā
tur pugnare. Nam in §.quindecim.dicit, quod
pars acquiſita ab vno ex collibertis, qui fuerūt
prohibiti alienari extra familia, poteſt ab ac-
quirente alienari in extraneum.& in §.fratre.
dicitur, quod omnes de familia admittuntur or
dine ſucceſſiuo, ſed inquit Bart.hic. prohibitio
fuit realis, in §.quindecim, fuit perſonalis, & ſic
pro virili.

6 Secūdo, quod portiones acquiſitę, veniāt in
reſtitutione, eſt in terminis conſi.Pau.de Caſtr.
447.in pri. quod quia in caſu ſuo prohibitio
erat perſonalis, & nō realis, frater qui emerat, à
duobus alijs fratribus bona, quæ erant prohibi
ta alienare, veniente caſu mortis acquirentis, il-
læ portiones non veniant in reſtitutione, ſed tā
tum portio ſua, quam habuerat iure hæredita-
rio, & dicit, propterea nō obſtare diſpoſitionē.
l.peto.§.frater, quia ibi prohibitio erat realis.
ſentiens, qđ ſi fuiſſet talis, bene ueniſſet in reſti-
tutione, quia cum bona ſint non trāſitorio, ad
extraneas perſonas extra familiā, iudicio teſta
toris ad illa vocātur proximiores ordine ſucceſ
ſiuo.d.§.fratre.Crot.conſilio 48.& conſequen-
ter nec a creditorib. poſſunt capi, quia ea, quæ
7 † non ſunt tranſitoria ad extraneos, nō poſſunt
creditoribus in ſolutum dari, per docto.in l.ſi fi
nita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infecto.

Tertio, confirmantur hæc ex ſimili, quod ha
8 betur in † feudo & emphiteoſi eccleſiaſtica, in q
bus etiam, qđ quis a cōſortibus acquirat portio
nes ſuas, vt quia totū feudum, aut emphiteoſis
obueniat in parte vni tantum tamen eo decedē
te, ne dum virilis portio, ſed etiam quæ habuit
a cohæredibus ad illos reddunt glo.& Bal.nu.
5. in c.ſi quis in tit.de vaſall.qui contra conſtit.
Lothar.& in c.1.§.fi.ſi de feudo ſit contro.inter
9 Do.& Agna.& doctores paſſim arguūt † de feu
do ad fideicommiſſum, vt habetur in repet.di-
cti.§. diui.ergo & in caſu noſtro idem eſt dicen
dum, pro vt admittit in terminis diuiſionū So-
ci. iun. conſilio 116. num. 39. & iunctis, quæ
dicit, numero 77.uolu.1.

Quarto, ſi ſic eſt ut creditores petere nō poſ-
ſint ſatisfactionem in iſtis bonis patrui, fruſtra
eſt quęrendum ad quas ea debeant deuenire,
quamuis non deſint uocati, licet ipſimet fratres
alienarint, quia non dicuntur contrauenire fa-
cto ſuo, nō qđ in inſtrumento ſeu capitulis di-
uiſionis reſeruarunt ſibi ius fideicommiſsi pa-
10 trui, tum quia, cum Dominus Fabricius † id per
fecte ſciret, tamen optauit hāc partem, quā nō
ignorabat, eſſe affectā iſto onere, ex natura rei,
ſic ac fratres redibit, Aret.in l.qui Romæ.§.duo
fratres col.7.uerſic.ea gloſ.ibi.niſi fuerim.ff.de
verb.oblig.facit.l.ſi tibi.& ibi gloſ.C.de euictio
Simon de Præt.conſilio.54.nu.82.& 83.cum
ſeq.& quando ipſi alienantes ad propriam por
tionem non poſſent uenire, uenirent ad portio-
nem alterius, & etiam alius frater Dominus Ca
millus, qui non alienauit, & reſpectu Domini
Ferrandi, potius dicitur conſolidatio directi,
quod habebat, pro quo ſoluebatur eidē annua
penſio, cum utili in fratrē Dominum Fabritiū
traſlate.& quicquid ſit, ſatis eſt, quod vt ſupra,
creditores, ex quorū iure iudicium eſt menſurā
dum, non poſſunt ad talia bona aſpirare, quia li
11 cet † ex prohibitione tacita durante uita alienā
tis,

tis,bona ſubiecta fideicõmiſſo poſſint ab extra-
neis poſſideri.l. ſtatius florus.§. Cornelio felici.
ff.de iure fiſci.tamen in bonis expreſſe prohibi-
ris alienari nequaquam, Ana.d.conſi.47.quod
ſi id non licuiſſet in vita domini Fabritij, multo
minus licere debet poſt mortem.

Quinto,non dicatur,quod in inſtrumento di
uiſionum,iſti fratres inter ſeſe, conuenerunt, vt
ſuper eorum portione aſſignata ſingulis mutuũ
onus fideicommiſſi patrui reciperẽt,& ſic reſpe
ctu domini Marci Antonij dicendum ſit, fuiſſe
tranſlatum in terris & bonis Curiæ Campitelli,
eidem obuentæ,& reſpectu domini Ferrandi in
illo directo dominio,pro quo ſoluebatur pẽſio,
quia in primis nullum verbum extat in diuiſio-
nis inſtrumento,hoc expreſſe dicens aut ſignifi
cans.& licet in capitulo aſſignationis vnicuique
ex fratribus factę in corpore inſtrumenti latino
ſermone conſcriptæ ponantur hæc verba (cum
grauamine fideicommiſſi, reſpectu quantitatis
ſeu portionis ipſi fideicommiſſo ſuppoſitæ)quę
ubi non intelligantur,vt onus quod ante diuiſio
nes extabat in Curia Vadi, pro virili portione
domini Marci Antonij, nunc intelligatur tran-
12 ſlatum ſuper Curia Campitelli, † eſſent omnino
ocioſa,contra.cap.ſi Papa,de priuileg.in 6.ideo
etiam,quod ex uerbis aperte non poſſit colligi,
tamen ex coniectura mens elicitur. Reſponde-
tur, quod ſatis operarentur ad commodum ſu-
perſtitum;puta, ſi dominus Ferrandus deceſſiſ-
ſet ſine liberis,alij fratres uocati, hoc eſt domi-
nus Fabritius,& dominus Marcus Antonius, &
dominus Camillus,erant admittendi in portio-
nem ſuam, & ſimiliter decedente domino Mar-
co Antonio.Dominus Fabritius retinuiſſet viri-
lem,& dominus Ferrandus & dominus Camil-
lus fuiſſent admiſſi in alijs duabus partibus por-
tionis, quæ prius fuerunt domini Marci Anto-
nij, quia fideicommiſſo patrui prædicti fratres
noluerunt derogare,vt patet in eodem inſtrumẽ
to,& ſingulas,aſſignatione,dum dicitur, cum re
ſeruatione fideicommiſſi, &c.Et ſubnectitur re-
ſpectu portionis, ſeu quantitatis fideicommiſſo
ſuppoſitæ,quæ dicunt ad differentiam bonorũ
paternorum & maternorum, quæ pariter inter
fratres diuidebãtur.niſi dicamus,quod iſta clau-
ſula, &c. ſit continuatiua alterius præcedentis
clauſulæ,cum reſeruatione fideicommiſſi.&c.&
ſic pro vt ſunt verba dictæ clauſulæ, cum graua-
mine prolata imperſonaliter, etiam imperſona-
liter ſint intelligenda, ſcilicet, ut bona ſubiecta
fideicommiſſo,cuius ſupra erat facta reſeruatio,
remaneant cum ſuo grauamine. Item dicta uer-
ba cum grauamine operabuntur, reſpectu alio-
rum vocatorum, præter ipſos fratres diuidẽtes
bona patrui. Nam extabat dominus Camillus,
qui licet ab inſtitutione fuerit excluſus per pa-
truum,tamen in ſubſtitutione comprehenditur,
ut patet in uerſi.poſito ante prohibitionem, &
omni in caſu, quia uerba ſunt dubia, debent in-
terpretari contra ſe fundantem in illis.l. vete-
ribus.ff. de pact.

13 Secundo,& verius,reſpondetur, illam clauſu
lam cum grauamine,&c.fuiſſe poſitam ex capi-
te notarij,qui ſuperfluo deſcripſit aſſignationes
& obuentiones bonorum, cum ſatis luculenter
in ſcriptura vulgari ſermone confecta,de qua in
fine inſtrumenti partes unicuique fratri fuerant
aſſignatæ,& ſic dici poteſt de hac clauſula,vt di-
citur de clauſula codicillari, quæ multoties ap-
ponitur ſine cõſenſu teſtatoris, licet in illa(quia
ex conſuetudine fieri ſolet) aliquid operetur,
quod in caſu noſtro non eſt cõcedendum, cum
in ſcriptura vulgari, in fine adſit proteſtatio fra-
trum, quod non obſtante quacunque clauſula,
quæ apponatur in inſtrumento diuiſionis faciẽ
dæ, ſemper intelligatur reſeruatum fideicom-
miſſum patrui,quod in ſuo robore,dictis clauſu-
14 lis non obſtantibus, remanere intendunt, † quę
proteſtatio inficit actum ſubſecutũ, ut in aliquo
non ſit præiudicatum.l.ſi quis in prin.de lega.3.
Bartol.& alij in l.non ſolum. §. morte. de oper.
noui.nunci.In materia proteſtationis declarato
riæ.Felyn.in cap.cum. M.de conſtitu. Et quod
clauſula illa cum grauamine, fuerit appoſita ab-
ſque conſenſu fratrum,ſed ex capite notarij, vl-
tra dictam proteſtationem, colligitur, quia fuit
etiam poſita in portione domini Camilli,quem
certum eſt a primo gradu ſucceſſionis patrui,
fuiſſe excluſum.

Tertio,reſpondetur, quod cum bona aſſigna-
ta domino Marco Antonio, ſint feudalia Epi-
ſcopatus Mantuæ, aſſerta ſubrogatio fieri non
potuit:Ita vt onus, quod erat in tertia virili Do-
mini Marci Antonij, cenſeretur tranſlatum ſu-
per bonis Campitelli, abſque ſaltem licentia do
mini,de cuius præiudicio tractatur in caſu deuo
lutionum, vel ob finitam lineam, uel feloniã in-
ueſtiti.Imò etiam, nec accedente conſenſu do-
mini,quia iſti fratres non potuiſſent authoritate
propria transferre dictum onus a bonis patrui,
ita ex eius diſpoſitione affecta ad alia bona, ſine
decreto Principis,qui bene põt derogare volun
15 tati defuncti.Quare † ex defectu poteſtatis,actus
fuiſſet ipſo iure nullus, & conſequenter poſſet
impugnari,etiam ab eo,qui illũ fecit.l.poſt mor
tem.ff.de adop.& ibi Doctor.& Abb.in c.noſti.
nu.5.de elect.ſed non occurrit ingredi hanc dif
ficultatem, ſtante, quod in ipſo inſtrumento di-
uiſionũ,eſt expreſſa proteſtatio,quod quatenus
licentia a Domino haberi non poſſit, faciendi
diuiſiones,modo quo fiebant,reſpectu bonorũ
feudalium, & obnoxiorũ contractus diuiſionũ,
eſſet ipſo iure nullus & inualidus, nulliuſque ro-
boris,& efficaciæ ſeu momẽti.perinde ac,ſi nũ-
quam fuiſſet celebratus.Cum igitr̃ nullibi cõſtet,
licentiam fuiſſe conceſſam, faciendi dictam ſu-
brogationem oneris fideicommiſſi,reſpectu do
mini Marci Antonij,ſuper bonis ei obuẽtis,quę
ſunt feudalia, de neceſſitate videtur dicendum,
illum

Digitized by Google

illum in hac parte tantum,pro non facto , & ſic
firmum ſtare onus fideicommiſſi , ſuper bonis
patrui,& ea poſſe vendicari,ſalua manēte actio-
ne creditoribus ex bonis Capitelli pro ea quar
ta parte , quam poſſidebat Dominus Fabritius
ante diuiſiones.Hæc ſunt,quæ dubitationem fa
ciebant.

Verum ego,omnibus diligentiſſime examina-
tis,licet non careret difficultate probabili , hæc
mihi propoſita dubiorum reſolutio,inſpectis ta
men verbis diuiſionis,mēte fratrum,ac iuris cla-
ra diſpoſitione,Diuino fretus auxilio, exiſtima-
ui in gratiam uxoris eſſe terminandum.

16 Primo, quia † diuiſio bonorum communium,
quæ fit a fratribus, vicē permutationis obtinet.
l.communi diuidundo.§.ſi debitor.ff.com.diui.
17 l.1. C. commun. utriuſque iudi.† & permutatio
emptionis.l.ſciendum.§.emptorē.ff.de edil.edi.
Bal.in l.ſi familia.num.3.C.famil.hereiſ.Ang.in
l.qui cum tutoribus.numero quarto. ff. de tranſ.
dumque alter bona obnoxia recipit pro liberis
traditis alteri fratri in diuiſione, oritur quædam
commutatio,& cambium,vt ita dicam,bonorū,
quia iſte videtur partem liberorum , quæ ad ip-
ſum ſpectaret,cum obnoxijs , & obnoxia debi-
ta,cæteris fratribus, cum liberis eiſdem traditis,
permutare:vnde ſequitur , qđ liuelli debiti nob.
fratribus.d.Ferrando , & Camillo, de quibus in
diuiſione , nec non Curia Campitelli obuenta
Domino Marco Antonio, tamquam permuta-
ta cum terris Vadi obnoxijs fideicommiſſo, lo-
co illarum cenſentur, & pro illa portione bono
18 rum patrui.d. oneri fideicōmiſſi ſubrogata. Res
enim, cum eſt ſuppoſita fideicommiſſo permu-
tata,efficitur iure fideicommiſſaria,ut reſpondit
Iaſ.conſi.231.num.1.uol.2.per tex. in l. ſi rem.§.
precium.ff.de petit.hæred.l.Imperator.§.ſi.cum
l.ſeq.ff.de lega.2.Menoch. conſilio 70. numero
8.quod videtur multum in propoſito decidere,
Caſtren.conſilio 77.numero 2.uolum.2.Craue.
conſi.24.numero 3. Tob.Non. conſilio 28.nu-
mero 23.

19 Secundo , diuiſis bonis communibus alienis
ſeu fideicommiſſo obnoxijs inter fratres cohæ-
redeſve , ſi pars obnoxiorum utrique parti , vel
æqua lance fratribus obtingat,quia quilibet pe-
riculum partis ſuæ in ſe ſuſcipiat , nulla actio de
euictione,nec exceptio pro retentione alteri fra
tri,uel illius hæredibus competit,pro parte eui-
cta. Tum quia ex natura rei res euincitur : Tum
quod ſcientia rei obnoxiæ euictionis, ius tollat.
At ſecus ſi uni tantum bona aliena obtingant,&
alteri libera,quæ ſui natura euinci nequeāt,quia
tunc (data etiam ſcientia) ſequuta partis obno-
xiæ euictione , ſaltem per uiam exceptionis hæ-
redibus grauati , uel fratris , cui bona obnoxia
obuenerunt, competit actio , uel ad preciū por-
tionis obnoxiæ ſpectantis ad alterum fratrem,
vel ad rem liberam cū dicta parte obnoxia per-
mutatam,ea ratione, quod tunc ceſſet ratio mu-
tui periculi , & conſequenter euictio , uel ius ad
partis precium,vel conditio ob cauſam,ad repe
tendum quod vice mutua datum eſt,ſalua rema-
neant.ar.l.ſi.§.ſi.C.com.de leg.gl.in l.ſi familiæ,
ubi Caſtr.in prin.& Angel. qui eam ſingularem
nuncupat,poſt Bal.num.3.& 4.C.fam. herciſ.&
eſt doctrina Guid.de Suzar.ubi Alexan. nu.34.
in ſi.poſt Angel.in ſi.& Alciat.nume.36.in l.qui
Romæ.§.duo fratres.ff. de verb. oblig.quam ſe-
quuntur in propoſito noſtro Alciat. conſi.135.
numero 5.& 138.numero 3. in fin. Ripa in d.§.
duo fratres.numero 90.& 100.Crot.num. 136.
& nouiſſime Menoch. conſilio 87. num. 85. &
ſeq.uol.1.

20 Tertio regulariter † euictio, etiā in genere pro
miſſa , ſeu actio ad intereſſe vel precium ceſſat, ſi
res obnoxia reſtitutioni in diuiſione uni obuen
ta,ex ſui propria natura , puta in feudo , vel ex
diſpoſitione ex facto authorum diuidētium bo-
na,ut puta in fideicommiſſo euincatur , l. ſi quis
domum.§.pen.ff.locat.l.ſi ſeruum. l. fundū meū.
ff.de euict.glo.ult ma , in ſi.ubi Bald.& cæteri,in
l.ſi familiæ. C.fam.herciſ. Alexan. conſi. 21.vo-
lu.quinto.tradunt omnes in l.qui Romæ. §. duo
fratres,ubi Bar.in 1 t.q.& in fin. Ripa. num. 39.
* 43.& 90.qui de * commune atteſtatur, & Alcia.
num.36.ff.de uerbo.oblig. Alciat.conſilio 133.
num.5.& 138.Caballin.tracta.de euict. §.5.nu-
mero 33.poſt Ruin.conſilio 146. num. 3.uol.1.
Quod intelligi ſolet,data ſcientia fideicommiſſi.
vel rei obnoxiæ alteri : ſecus vero ſi id partes
ignorent,quia tunc euictionis iudicio locus eſt.
ita ſcribentes in d. l. ſi familiæ, Roman.conſilio
503.ultimo dubio,Cum.conſilio 33.Ruin.con-
ſilio 42.num. 19.& conſi.146.num.3.uolum. 1.
Crauet.conſilio 24.& conſi.211. non nulla Bor
21 gnin.Caualca.de uſufr.muli.nume.100.† pro vt
euictio competit , uel iure exceptionis excludi-
tur actor fideicommiſſum petens, ſi diuidens ac
bona fideicommiſſi ſcienter acceptans , ſibi in
indiuiduo pro euictione,vel in caſu reſtitutionis
fideicommiſſi prouideat, quod ex facto reſpon
didit Alex.conſilio 21.uolu.5.Gozad. conſ.58.
numero 6.& 23.Corn.conſi.339.uol. 1.Ancar.
q.famil.56. numero 8.Alban. conſi.74.tradunt
* communiter * doctores in d.§.duo fratres, teſte
Alciat.conſilio 133.num.5.qui in §.duo fratres.
numero 36.ſubdit,non ſolum id procedere,re-
ſpectu eius partis, quā iure cohæredis quis poſ-
ſideret:ſed eius quoque quam frater, vel cohæ-
res iure proprio detineret.idem reprobata Azo
nis ſententia,tradit Bartol. ibidem in prima qō.
& Alberi.late. Cum itaque, in ſingula parte bo-
norum aſſignatorum vnicuique ex.d. fratribus,
& præcipue domino Marco Antonio , Ferran-
do & Camillo , quibus non bona patrui obue-
nerunt , ſed paterna tantū expreſſe dicatur citra
derogationem eiuſmodi fideicommiſſi, & non
aliter,&c.pro portione ipſius magnifici domi-
ni Marci Antonij,ſeu dom.Ferrandi,&c.corun-
dem

Digitized by Google

dē bonorū cōium nūc diuiſorū,cū grauamine.
d.fideicōmiſſi,reſpectu quantitatiseidē fideicō-
miſſo ſuppoſitæ. Quid clarius manifeſtiuſq;in-
ter.dd.fratres ꝓ cautione & euictione fideicom
miſſi conueniri potuit.quando ex d.clauſula &
22 verbis geminatis,† quæ operantur clara volun-
tatem , vulgata.l. Baliſta. ff.ad Trebel. Marſil.in
l.1.in prin.ff.de quæſt. Roland.a Valle conſilio
55.volum.2.intelligant fratres diuidentes vnū-
quemque ex dd. fratribus in portione , etiā in
bonis liberis ſibi aſſignata , teneri ſubire onus,
& grauamen fideicommiſſi patrui , ac.d.oneri
pro rata portionum eiuſdem ſubeſſe, non autē
23 vnicam.d.Fabricij partem?† verba enim homi-
num voluntatem patefaciunt,cum illa ſint veræ
paſsionum notæ. l. labeo.§.idem Tubero.ff.de
24 ſupellect. legat. nec credimus † illum velle, niſi
quod uerbis exprimit.l.liberto.§.peu.ff.de aun.
legat. Corſet.in ſingul.verbo,prorogatio.† & a
25 † verbis claris (vt hic(non eſt recedendum, nec
ad coniecturas conuolandum.l.non aliter.ff.de
leg. 3.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.l.
continuus. §.cum ita.ff.de verbo.oblig.infertur
enim ex illis verbis, vt onus fideicommiſsi. qđ
ante erat ſuper curia Vadi,pro virili portione,
per diuiſionem ſuper parte alijs aſſignata tran-
26 sferatur.† Alioquin. d.verba ocioſa ac ſupfluа-
redderentur contra.c.ſi.Papa.de priuileg.in 6.l.
ſi quando.ff.de leg.1.Bal.in Rubrica:de contr.
27 empt. q.9.† Quæ ſine effectu operandi ſtare ne-
queunt,etiam in materia ſtricta & odioſa. Cra.
conſilio 272.num.7.& conſilio.292.nu.2.ſcri-
bunt Canoniſtæ.deci.num.6.Ripa.nume.42.&
Felyn. num. 4.in c.pri.de reſcrip.ſed ſemper cū
effectu intelliguntur.l.3.§.hæc verba , vbi Deci.
28 in pri.ff. quod quiſque iur. Cumque † verbis cō
trahentium, ac paciſcentium mens & voluntas
declarentur. l. in conuentionibus.ff.de verbo.ſi
gni. text. eſt not. l.in tercti. bi quantum lectio
29 probat. ff. de ſolut. † diſpoſitioniſque tenorem
oſtendant qualitas,& conuentinnis verba,Soc.
ſen.conſilio 88.in pri.vol.1.Deci.conſilio 552.
numero 1.Ripa tract.de peſte.tit.de priuileg.cō
tract.nume. 47.vbi Caſtr.& alios allegat , mihi
30 certe ſuadetur , † & fortius ex illa clauſula in d.
declaratiōe emiſſa,nō aliter,nec alio modo,&c.
quæ eſt præciſſe conditionis,Bal.in auth.ingreſ
ſi.colum.4.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Iaſ.conſ.86.
in fi.volu.1.& 162.numer.2 .volu.2. Boer.deci.
243.nume. 11.ac formam ſignificat gloſ.& ibi
dd.in l.ſi quidem. C.de except.Paris.conſil.19.
num. 12.volu.2. Quod partes diuidere nolint,
niſi ſub hac præciſa forma & conditione , qđ
quælibet portio aſsignata,grauamen fideicom-
miſsi patrui pro rata ſubeat , nec altera tantum
videlicet Domini Fabricij fideicōmiſſo ſuppo-
ſita remanear.

31 Quarto maxime cōfert , quod euicta re,ſecū
dum propriam ſui naturā,vel ex iudicio autho-
rum fratrum diuidentiū bona , agunt hæredes
vnius,cui tota res obnoxia obuenit ad precium
& intereſſe , ſeu ad portionem ſubrogatā, loco
obnoxiæ aduerſus alterum cohæredem diuidē
tem,uel fratrem, cui libera bona fuerūt aſsigna
ta , non tantum ſi expreſſe ſibi diuidens cauerit
de euictione in caſu reſtitutionis fideicommiſ-
ſi , ut ſuperius dictum fuit; ſed etiam ſi id ex cō-
iecturis colligatur,quod per alios docuit,Deci.
conſilio 79.& conſilio 267. Alciat.in d.§.duo
fratres.nume.37.poſt.Guid.de Suzar:.& Alex.
ibidem. numero 34.Caballin. de euict. §.5.nu.
35. Alciat. d. conſilio 133.numero 5.& cōſilio
138. numer.3.in fin. Coniecturaſque apparere
aiunt.

32 Primo , ſi ceſſet ratio mutui periculi(vt hic)
quia una pars tantum bona obnoxia habuerit,
Guid. de Suzar.ac Alexan.in d.§.duo fratres.

33 Secundo † ex æqualitate inter fratres ſeruan-
da.l.ut liberis. C.de collat.l.cum oportet.C.de
bon. quæ liber. §. illud.auth.de trient.& ſemis.
ad quam ſeruandam lex,vt plurimum,patres ac
omnes hortatur. §.illud quoque auth.de nupt.
Deci. conſilio 59.nume.3. Aſcan. Clemenr.de
patria poteſt. ca.6.effect.16.nume.17.in æqua
litas etenim maxima ac læſio manifeſta reſulta-
ret,ſi alter frater.d.Fabricius omnia ad incom-
modum proprium fideicōmiſsi bona teneret,
nec de eis teſtari poſsit;rurſus eſſet ſine ſpe cer-
ta ſuccedendi in portione aliorum.cæteriuero
fratres libera bona haberent,de quibus ad libi-
tum diſponerenr , certi quoque ſucceſsionis in
portione alterius fratris. Nec inæqualitatē iſtā
34 admittendam vllo modo cenſeo , † quando &
alias propter.dd.æqualitatem ſeruandam,ex di
uiſione ſimplici fideicommiſſo,cum eſt recipro
cū , & coæquum renunt:atum ſcripſerint, poſt
Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.2. q.in fi.ff.de
verbo.oblig. Arer.conſil.o.6. Alexan.cōſi.175.
numero 6.volu.6.conſilio 26.& 77.numero.6.
volu.4.Bero.conſilio 70.numero 48.& 93. nu.
33.uolu.1.& 132.num 2.uolum.2. Natta conſi
35 lio 474.numero 32. Rurſus etiam † citra verba
expreſſa diuiſionis , vna re , alteri portioni ad-
datur ad effectū, vt portiones fratrū diuidentiū
ad æqualitatem reducātur. Alex.conſilio 25.in
fi.uolu.4. Soci.Iun.conſ.76.nume.8.& 9.uol.2.

36 Tertia,eſt coniectura. † Ne credatur fratrem
unū alterum decepiſſe. l.tres fratres.ff.de pact.
reſultaretque deceptio , ſi ſub uerbis diuiſionis
generalibus acceptans iuſto precio terras ſubie
ctas fideicommiſſo,non autem pro viliori æſti-
37 matione,compenſando utilitatem præſentem,
cum futuri euentus periculo,arg.l. de fideicom-
38 miſſo.C.de tranſact. † ipſe illiuſque creditores
omnino a d.bonis & terris excluderentur , per
alios fratres,qui tot libera bona æquiualētia cō
ſecuti fuerint, per Alexan.d.§.duo fratres,ubi
39 Alciat. numero 37. † In diuiſionibus enim , vt
plurimum bona obnoxia alicui oneri non diui
duntur , æqualiter, ſed uni tantum aſsignantur,
debet

debet enim ęqualitas omnium iuduci,vt in ſimi
li dicebat Corn.conſil.220.numero 14.in fi.vo
40 lu.4.† Et fratre æquiori animo fert extraneum
ac ſibi inimicũ,habere aliquid de bonis patris,
quam qđ frater plus eo habeat vnum Iota.l.cũ
oportet.C.de boniſq;liber.Ang.conſ.286.quẽ
refert Soci.Iun.conſil.172.num.22.vol.2.& cõ
ſilio 55.num.6.volum.1.

41 Quarta,† quia ſciebant cæteri fratres,decen-
nio elapſo. D.Fabriciũ,bona hæc obligaſſe,&,
vt ita dicã,ferè alienaſſe, pro reſtitutione dotis
Dominæ Liuiæ.Vnde oritur alia ex dicto lõgio
ri tempore coniectura, quod voluerint dictam
obligationem firmam, & ſtabilem cẽſeri.arg.l.
pen.vbi gloſ.C.communi diuid.Alciat.d.conſ.
138.in fi.§.duo fratres.num.37.

42 Quinta reſultat coniectura * ex promiſſione
conſeruandi indemnem fratrem ab omni lite,
& moleſtia ſupradictis bonis fideicommiſſi,vel
alienis inferenda, quæ alias tradẽtem tenere fa
cit pro re, ſui etiã natura euictioni ſubiecta,De-
ci.conſ.323.nu.3.Caballin.d.§.5.nu.34.

43 Sextam addo, † quia nõ eſt veriſimile,quod
dominus Fabricius, qui iam vxorẽ duxerat,cũ
ſpe procreandi filios,voluerit hanc portionem
tã oneroſam,ac fideicõmiſſo grauatã acceptare
ue in futurũ, ipſe, nec eius filij de dicta bonorũ
parte diſponerent: fatuus enim iudicari poſſet,
ſi totum fideicõmiſſum in portionem ſuam ad-
miſiſſet.cumque eſſet vir prudens,& in reb.agẽ
dis ſatis cautus, non eſt quid tale præſumendũ,
vt hanc præſumptionem multum in ſimili con
ſiderant, poſt glo.dd.in l.1.& l.cum proponas.
C.de pact.l.de fideicommiſſo. C.de tranſ. Bart.
d.§.duo fratres.Bero.d.conſil.132.nu.2.vol.2.

44 Septimam ſubijcio, † quia non eſt credendũ
minime poſſe fieri, quia mens contrahentium,
tum ex natura, tum ex partium obligatione re-
pugnent.

36 Septimo, adducitur, quòd vbi † ſunt rei plu-
res facti in aliquo contractu, & agatur de diſtra-
ctione, pari paſſu ad diſtractum, illi cenſentur
rei, Bald. & Cæpol. not. 6. in l. quod ſi nolit. §. vē
ditori. ff. de edilit. edict. not. dd. in l. ab emptio-
ne. C. de pact. Soc. Sen. conſilio 16. numero 57.
volum. quarto. Roncagal. vbi ſupra. nume. 296.
At in contrahendo, in compromiſſo, in ſenten-
tia, laudo, & in concordio, ſemper fratres de Te
doldis, fuerunt pro vna parte collectiue uocati,
poſitique, & duo ferè rei conſtituti, & in illorum
diſtractione interuenient ambo, & unus tantum
pro parte acceptabit concordium; alius vero
contradicet; quibus in ſimili ſuffragatur doctr.
Bart. in l. ſi quis aliam. numero 3. ff. de ſolut. di-
37 ſtinguentis caſum, vbi prima † actio in totum
extinguitur, quia tunc euicta parte, non agitur
ad totum, ab alio caſu ſi adhuc viua remaneat,
quia tunc ad totum agatur. nec pars illa conſide
retur, ſic in præſenti, cum per reſeruationem
prima actio nō ſit extincta, & reuiuiſcat, ex inob
ſeruantia concordij, approbatio totius contra-
ctus per ambas partes fiet, non pro dimidia, vel
pro parte præcipuè ne eueniente caſu reddatur
inanis actio. Specul. de accuſ. §. ſequitur uidere,
verſi. ſed quid a pauper.

38 Octauo † acceptilatione unius ex pluribus
perſonis coniunctis, reſpectu eiuſdem cauſæ,
ſicut ex ſolutione liberantur omnes ea ratione,
quod ad perſonam unius tantum reſtringi ne-
queat, cum non ſit obligatio limitata. l. tertia.
§. de effectu. ff. de liber. legat. Aret. poſt Bartol.
in l. ex duobus. in ſecunda quæſtion. ff. de
duobus

duobus reis.Bar.& Deci.numero.9.in l. 1.C. de tranſaction. nec rurſus in caſu noſtro admittetur liberatio,ſeu ſolutio per vnum ex dd. coniũctis,& obligatis reſpectu eiuſdem ſummæ: quin & admiſſa intelligatur, ſeu per alterum ſolutio fiat,præſertim,quod hic ex coaceruatione rerũ, & perſonarum reſultet fauor,commodum & iuriſdictionis conſeruatio, quæ coaceruatio fieri ſolet arguendo de rebus ad perſonas. l.qui plures.la.2.ff.de vulg.& pupill.licet ſecus, vbi iuriſdictio impediretur,ex.l.ſi idem. ff. de iur.omniũ iud.Alexan.conſilio 97.numero 2. uol. 6.Dec. conſilio 344.nume.3. declarat Proſpe. Carauit.

39 ritu.Neapol.246.in fi.quibus locis,aiunt, † ſententiã, pro vna quantitate latam, vnicam tantũ cenſeri; plures vero ſi plura copulata exiſtant, valereque in vno capitulo,in alio nõ, quod hic euenire non contingit,cum ſit datio pro vna tãtum ſumma & credito, nec plura capita, ſeu copulata,quo ad finem conſtituendum, hinc cenſeantur.

40 Nono addo,quod ſententia regulariter eſt indiuidua.l.in hoc iudicio.ff.famil. herciſ. nec fieri poteſt, vt res iudicata in parte tantum valeat,

41 & exequatur; hinc dixerunt,† ſententiam excedentem duas vncias,etiam in modico,non poſſe in duabus vncijs, uigore ſtatuti id permittentis exequi,Rebuf.in conſtit.reg.li.2.de ſent.execut.art. 16.glo.5.Carauit.rit.Neapol. 257. num. 7. Afinius, vbi ſupra, limitatione. 20. in fin. nec in caſu noſtro fiet diuiſio liberationũ, nec ſententia pro parte exequatur, pro altera vero reprobetur.

Decimo, ſi fratres de Thedoldis laudo fuiſſẽt damnati exponere finem per dictionem copula

42 tiuam,puta Antonius † & Benedictis, nemo dubitat, quòd ambo ſimul tenerentur exequi laudum,nec vnus poſſet altero inuito tantum contradicere ex natura copulatiuæ.l.ſi hæredi plures.ff.de cõd. inſtit.l.ſi ſtipulatus fuerit. ff. de uerbo.oblig.Iaſ.in l. 1.ff.de iuſt. & iur. Felyn. in c.2. de reſcrip.facilius itaque hoc admittitur in præſenti caſu,in quo damnantur ambo, per dictiones collectiuas,cum maior ſit vis ac robur collectiuę,quàm copulæ,Bart.in l.re coniunctim.numero 20.ff.de leg.1.Ruin.conſilio 16.in fin. uol. 1.Dec.conſilio 420.nume.4.

His iure firmatis, non repugnant duo in oppoſitum adducta, ꝙ cenſeantur ob diuerſas res

43 capita perſonaſque,diuerſa lauda,& ſententiæ, licet omnia vnica ſcriptura contineantur,ex doctr. gloſ. in l. etiam. §. ex cauſa.ff. de min. quam comprobat Bart.Iaſ.& cæteri allegati per Pariſ. conſi.66.nu.3.vol.3.vol.1.& hinc vnus altero ẽt improbante, ſententiam acceptare valeat, quia

44 non eſt locus pœna † compromiſſi per cõtrauẽtionem alterius,ex compromittentibus,ſi vnus obſeruare contendat.Caſtr.Imol. Alex.& Bart. in l.§.fin. ff.de verbo.oblig.Specul.tit. de arbitr. §.fin.numero 40.tradit nouiſſime Robert. Lancil.de attent. capit. 12. limit. 2.nume. 13. cum ſequent.

Ad primum etenim dicitur,ex iuris interpretatione, natura cõtractus, menteque ueriſimili paciſcentium non cenſeri plura & diuerſa capita & ſententias, ſed unum tantum,cum ſit con-

45 tractus † & tranſactio indiuidua ſui natura. l. 1. C.ſi aduer. tranſact.& licet quandoq. quot ſint. res contractus,tot cenſeantur ſtipulationes: fallit tamen,ubi vnico precio,uel unica datione in ſolutum contineantur, uel ſi contrahens partẽ non acquiſiuiſſet ſine toto.l.cũ eiſdem,ubi omnes,& Cæpol. ff.de edili.edict. Soci. Sen.conſi. 125.num. 1.uol. 1.& conſil.26.nume. 56. uol.4. & conſilio 200.num.2.uol. 2.Natta.conſi. 449. nu.5.& ſe.vol.2. Egregie declarat. Tiraq. tract. de vtroque retract.§.23.glo. 1.nu. 2.& ſequent. nume.22.& ſequen. Roncagal. in d.l. eandẽ. ff. de duobus reis.nu.63.& ſeq.87.91.& ſeq. poſt. Deci. conſi.421. nu.4. qui dum conſiderat propter illa uerba contractus,partes fecerunt quendam mercatum, &c. ſeu dabunt, quod debent, &c.cenſeri vnicũ contractum, non plures,licet plura in illo comprehendantur.ſeruit in propoſito noſtro,cum inſtrumentum dicat, fecerunt, concordium & tranſactionem, approbauerunt laudum,promiſerunt obſeruare omnia promiſſa,&c.ſic non plura, ſed vnicam tantum pactionem fuiſſe initam credatur, idem Iaſ. in d.l.ſcire debemus.num. 10.in fin.ff.de verb.oblig.

Secundo,reſpondetur,quod & ſi plura capita & ſententiæ iudicarentur, non tamen cum uno tantum componeretur finis, tum quia reſpectu finis mutui agendi viciſſim caput ſit vnicum ut ſupra,tum quia & ſi poſſet ſeparari, id non admitteretur,ratione mixturæ, & adiuncti alterius fratris contrauenientis, & ob intereſſe & dãnũ contingens ex dicto fine,ob inobſeruãtiam alterius, propter quod indiuiduus actus conſtituitur,cum tantam utilitatem in parte non afferat, reſpectu partis,quantam totũ reſpectu totius,vt ſupra in ſexto argumento. Videmus enim ratio

46 ne perſonæ adiunctę denegari, quæ alias concederentur, exemplum. non currit præſcriptio in re communi Epiſcopi & capituli, ſede vacante, contra Capitulum,ratione cõmunionis, cũ Epiſcopo,licet aliter contra illud procederet, Abb. in c. 1.de præſcript.non confert legatus de latere beneficium Eccleſiaſticum iuriſpatronatus Eccleſiæ & laici ſimul,rõne.d.mixturæ,dũ alias iuriſpatronatus Eccleſię tñ cõferret,ca. cũ dilectus.de iur.patr.Abb.in c.fin.eo.tit feudum commune indiuiſibile non amittitur ex unius felonia tantũ,ſeu negligentia,ſi alter dominiũ requiſitus,in Caſtris viriliter defendat. Bald. in ca. 1. qb.modis feud.amitt.ſimilia adducit Barba. cõſi. 36.col.7.n.5.& ſe.uol.2. Nec itaq; licebit dño Antonio ſinẽ cõſeq.,ob mixturã fraternæ inobſeruãtię,ac cõionis, de qua in capitib. cõcordij.

47 Tertio reſpõdetur, uerũ eſſe, quod † appellatio

ab vno tantum capite ſententiæ ab alijs ſepara-
to (quod caput altera ſententia cenſetur) nō pro
deſt, quo ad alias partes ſententiæ; & ratio eſt,
quia cauſa limitata, effectum producit limitatũ,
vulg. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. & ita lo
quitur Bart. Iaſ. & Pariſ. d. conſilio 66. Hinc, licet
appellatio ſit communis, tamen, ſi appellans vti
tur verbis, quatenus contra ſe eſt, vel in partib.
contrafacientibus, ex quo appellatio cēſetur re
ſtricta, appellatio minime ꝓdeſt, Abb. in c. ſigni
ficauerunt. numero 8. de except. in c. cum Ioan-
nes. numero 7. de fid. inſtr. Butri. Abb. & Deci.
nume. 8. in c. ſi duobus. de appell. multa refert
Mendoſ. in form. conceſ. appel. 17. uerſi. in par-
te, pagin. 89. Octau. Cacher. deciſ. pedem. 142.
num. 27. & ita Rotæ ſacrę auditoriũ, in vna Ve-
netiarum monaſterij die 24. Februarij 1548. eē
fuiſſe refert Pute. deciſ. 14. ſub titu. de appellat.
ac nouiſſime Robertus Lancelot. tract. de atten-
tat. ſecunda parte. cap. 12. limit. 44. numero 1.
& 2. At in præſenti non geritur actus aliquis li-
mitatus in concordio, reſpectu finis, nec obligā
tur partes finem emittere ſeparatim, vel vnius al
teri; ſed partes tantum inuicem & ſimul ſic con
prehenſis omnibus fratribus hincinde nomina
tis. unde retorqueudo argumentum dř, qđ cum
vniuerſaliter & generaliter, fiat promiſſio finis,
intelligetur, quo ad omnes perſonas & capita
comprehenſa in concordio, nō autem limitate,
quo ad vnum tantum, vt ſe ipſum declarat Pa-
riſ. d. conſilio 66. numero 6. & 10. vol. ſecundo.

Secundum dubium tollitur, quia licet vno ex
49 promittentibus contraueniente, † inſolidum
pæna non committatur contra obſeruantem,
vt inquit Caſtr. d. l. 5. §. fin. numero 3. ex com-
* muni, quam ita eſſe atteſtatur Alexan. in l. 4. §.
Cato numero. 46. Verum dictum limitatum, ex
tex. d. §. fin. qui incipit, ſi ſortem. ubi gloſ. vltima
50 in prin. niſi plures perſonæ pro † vna reputen-
tur; puta, quod ſcriptum ſit, ſi non ſolueris
ſortem, pœnam præſtes. & ſic promiſſio ſit
condictionalis, tunc enim pœna inſulidum,
committitur ex vnius inobſeruantia, & vnius fa-
ctum alteri nocet. declarat in propoſito ex. l. cui
fundus. in fi. ibi pro ſingulari ꝑſona eſt habēdus
ff. de cond. & demonſt. Specul. tit. de arbitr. §. fi.
numero 40. in fin. Caſtr. d. l. 5. §. fi. numero 2. &
Bart. numero tertio. & omnes, in d. §. Cato. ubi
Soc. nume. 182. & ſequent.

Secũdo id intelligunt, non procedere in præ
51 ſtatione, † ſeu dandi obligatione promiſſa corā
arbitrio electo de partium cōſenſu; eo namque
caſu, ſtipulatio pęnæ in totum committitur, nec
diuidi poteſt, Alexand. d. §. Cato. nume. 48. Har-
man. detuſ. nu. 356. cum ſeq.

Tertio in indiuiduis fallit, quia vnius factum
32 † correo vel alteri coniuncto nocet, omnes in
d. §. Cato. in 6. Bartol. oppoſ. ubi Lan cil. uu. 61.
verſamur nos in pœna compromiſſi, per ſtipula
tionem promiſſa, & ſuper re, quæ conſiſtit in dā
do, ac indiuidua, ideo in totum committitur.

Abſoluto primo articulo, deuenio ad ſecun-
dum, An pœnam compromiſſi partes ſint incur
ſæ; Et certe ex actis affirmatiuam probo, præſup
poſito.

Primo, ꝙ ſi vnus tantum contraueniſſet, ſolus
53 contrafaciens teneretur † ad pœnam inſolidũ,
non autem ad ratam, eo quòd ſit ſuper re indiui-
dua ſtipulatio emiſſa, ac factum ſit indiuiduum,
propter quod non dicitur impletum, uno inter
ueniente, cum omnes inſolidum obſeruare te-
neantur, & non poſſit, niſi inſolidum peccare,
ex mente Imol. Rafael. Alexan. Soci. Sen. Ruin.
ſuper. 2. q. Bar. & ſuper. 6. qō. 2. concluſ. & Buti-
gel. in d. §. Cato. nu. 162. ac Hartim. detuſ. num.
** 271. Soc. Inn. de communiori ** atteſtans. nu-
mero 150. poſt Angel. de perigl. numero 18. Al
ciat. numero 56. & 112. Ruin. numero 56. idem
54 eſt, §. ſi ſtipulatio ſit diuidua, puta ſi agetur, ſi ob-
ſeruabitur, &c. ſic ſub conditione, quia tunc ex
contrauentione principalis in parte, in totum
committitur pęna vt ſupra. & Crot. d. §. Cato. nu
mero 27. pro vt ſuper facto diuiduo poſita, puta
promiſit non contrauenire, vt hic includit non
ſolum totum ſed partem. cumque in promitten
tis facultate ſit totum obſeruare, ſibi imputet ſi
non obſeruat, ac merito pœna inſolidum incur
ratur. l. 2. §. incertam. ff. de prætor. ſtipul. eſt text.
in d. §. Cato. ibi, quamuis ipſe dominus. vbi etiā,
Harmanot. detuſ. num. 126. & ſeq. Soci. iun. nu-
me. 60. Idem ſeruatur ſi plura facta, uel vnicum
factũ per vnum tantum voluntarie & extraiudi-
55 cialiter vt hic † promittatur, quia ex modica ēt
inobſeruatione vel non adimplemento partis
committitur ſtipulatio efficiatur ad integram
pœnam, probat text. d. §. Cato. iuncta. l. ſi is, qui
ducenta. §. cum ita. ff. de rebus dubijs. Sequũtur
Imol. Alexan. poſt Bart. Angel. & cæteros. vt in-
quit Harmanot. detus. in d. §. Cato. numer. 391.
cum ſeq. & Soc. iun. num. 118. & 193. & 194. cũ
ſeq. & conſilio 26. num. 7. uolu. pri. Benedi. Ca-
pra. in reg. tract. concluſ. 70. numer. 19. Tiraq.
de utroque retract. conuent. §. 4. gl. 6. n. 26. & ſe.

56 Secundo prę ſuppono † pœnam adiectā con
promiſſo ex cōtrauentione deberi, etiam quod
non interſit parti obſeruanti, cum vt contēptus
puniatur, apponi ſoleat. l. cũ pœna. ff. de arbitr.
l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. Franc.
Sermicat. ſelectar. interpret. lib. 3. cap. 6. nume.
10. not. omnes in d. §. Caro. ubi Alciat. nume. 52.
& Soc. iun. nu. 24. & 25. dicens ſemper pro con
temptu præſumi appoſitam, ſi adſit clauſula (vt
hic) rato manente pacto, &c. quæ rurſus opera
tur, vt ad obſeruantiam laudi agatur. Capra ubi
ſupra concluſ. 71. num. 9. & tanto magis deberi
cenſeo, cum nec conſiderato intereſſe duplum
verę ſortis excedat, per Menoch. tract. de arbitr.
iud. cent. 3. caſu. 260. in prin. & n. 26. Soarez. re-
cep. ſent. verb. pęna. n. 134. nec difficultas oppo
ſita in obſeruādo repugnet, qñ illa đ iure ciuili
pęna

pęna minime excuſaſſet,Hoſtien.Imol.& Ioan.
And.in cap. dilecti filij de arbitr. Capr.tract. de
regul.concluſ.80. numero 17. Quæ cum in præ-
ſenti concurrant,non negabimus pœnam om-
nes fratres de Thedoldis inſolidum incuriſſe il-
lamque deberi,adimplentib.etiam quòd non in
tereſſet illorum.
57 Tertio,† pœna compromiſſi non petitur uia
accuſationis vel inquiſitionis, ſed euictionis tã-
tum orientis ex contractu & conuentione ſtipu
lata.l.licet.§.ca obligatio.ff.de procur. inſtitu.de
publi. iud. in princ.cum aliis per Bero. conſilio
206.numero 24.& ſequent.uolum. tertio.a qua
58 conuentionali pœna in † compromiſſo addita
nemo excuſatur,etiam quod iuſtam contrauen-
tionis allegaret cãm, Bal. in l.eos. §.cautione in
princ.C.de appell.Alexan.conſilio 119.nume-
ro 18.cum apoſt.uolum.ſecundo.Marſil.in l.pa
tre uel marito,numero 22.ff.de quæſt.licet ſim-
59 pliciter loquendo quis a pœna † conuentionali
* excuſetur,iuxta communem * de qua per Iaſ. in
l.Iulian.num.22.ff.de cond. indebit. Tob. Non.
in conſilio 111.num.30.
Quarto ſubijcio,ſtatim,quod petitur reductio
vel contra laudum iudicium mouetur pœna ip-
60 ſo † iure committitur,& ius ad illam parti & Ec-
cleſiæ ex notari ſtipulatione acquiritur. l. illud.
ubi not.C.de ſacroſan.Eccleſ.l.quoties.c. de do
nat.quæ ſub mod.Alciat.conſilio 367.in princ.
& quamuis ex cauſa puta enormi læſione ad ſex
tam partem aſcendentem contrauenire poſſe,&
ceſſare pœnam receptum ſit ;vt ample deſcribi-
* tur per Alciatum.vt ſupra,& ex* communi Sil-
uan.conſ.71.numero ſecundo.ceſſabunt hæc in
pñti cũ cauſis & iuſtis enormiq; & enormiſſime
61 læſioni pacto ſit expreſſe † renunciatum, ut de-
clarat.Siluan.d.conſilio 71.numero ſexto. in fi.
ac pro magis communi ne cæteros recenſeam,
Anton.Gabriel.commun.regul. lib.ſecundo de
arbitr.concluſ.3.nu.29.& ſeq.
62 Quinto & vltimo ſubdo † pœnam conuẽtio-
nalem nunquam peti vel exigi,niſi petens ex ſui
parte prius omnia perfecte adimpleuiſſe oſten-
dat Alexand.conſilio 66. numero quarto. uolu.
ſexto. Natta conſilio 451.numero 37. Roland.
a Valle,conſilio 57. numero 17.uolum. primo.
* ex * commun.Laurent. Chirco. commu. opin.
cent.1.conclu.9.Cagnol.in authen.qui rem. nu
mero 50.C.de ſacroſan.Eccleſ. Rimin. conſilio
147.numero 15.& 16.uolu.pri. quare credito-
res,qui omnia perfecte adimpleuerunt iure pœ
nam obtinebunt : aduerſarij vero qui expreſſe
contrauenerunt, a petitis reijcientur. Nec rer
pugnat,quod uelit dominus Antonius ſuper pe
titionibus tantũ de quibus in compromiſſo fi-
nem componere,eo quod cæteris non compre
63 henſis in cõpromiſſo,† laudum dicatur nullum.
l.ſi cum dies.§.plenum.ff.de arbitr. Abb.conſil.
18.uolum.2.Roman.conſi.115.in fi.& 175.nu
me.2.& 3.ubi Mendoſ.Rimin.conſi.196.nume.
10.volu.1.Siluan.conſi.71.num.12. Tob. Non.
conſi.9.num.13.& 14. Etenim ubi extra petita
aliquid in laudo contineretur,quod nec vti lau-
dum poſſet ratificari, attamen per ſtipulationẽ
64 & † pactum comprobari & validari potuit, not.
omnes ex text.l.2.C.commun. vtr.iud. Deci.in
c.examinata not. 1.de iud. Roman. cum apoſt.
Mend.verbo parti conſilio 175.nu.4. Siluan.cõ
ſilio 75.num.17.tanto magis ſtante clauſula iu-
ramenti in inſtrumento addita,Riminald.d.con
ſilio 196.& quia clauſula inſtrumenti.quod lau-
dum ſubſiſtat etiam quod non fuiſſet ſuper iudi
cato compromiſſum,nec appareret vnde origi-
nem traheret,ex mandato proprio domini An
tonij & fratris in dicto inſtrumento addita fuit,
vt pars non diffitetur, nunc ergo contradicere
obſtantibus cõuentione,pacto,& iurata fide ne
** quit,&c. ex magis ** communi,de qua per Gab.
d.concluſ.3.nu.39.& ſeq.
Quod vero Antonius & Benedictus cõtraue-
nerint,ſint in mora,ac promiſſa non obſeruaue
rint, multipliciter demõſtrarẽ in pſona Antonij.
Primo quia finem generalem obtulit tantum
ac petijt ternis vicibus ſub his verbis ut iuris eſt,
& de iure erit tantum, circa prætenſiones &
petitiones, nec vult iuxta conuenta & pro
miſſa in inſtrumento finem exponere, cum in-
cluſio petitionum & prætenſionum compro-
miſſi,ſit laudi lati & cõcordii excluſio,vulg.l.cũ
65 prætor.ff.de iud.& quia † clauſula illa prout iu-
ris eſt & erit,referat ſe ad ius futurum declaran-
dum, ſic contra ſententiã quæ omnia declarauit
& operetur idem ac ſi oblatio non fuiſſet facta,
arguendo ab eo quod dicitur de ſtipulatione pa
tris in reſtituenda dote filiæ, prout de iure, uel
cui de iure,quando ſtipulatio propter dictã clau
ſulã, non cenſeatur in inſtrumẽto adhibita, ſed
ordo iuris tantum ſeruetur,Alexan. conſil. 139.
num. 3.uolu.2.Ancar.conſi. 365. Hier.Gabriel.
conſi.58.num.16.
Secũdo petiit bona ſua aliàs ſequeſtrata loco
pignoris per Burſattos relaxari,iuxta tenorẽ lau
di.laudum vero non comprehendit niſi quæ ad
illorum manus re ipſa peruenerunt,quod & ip-
ſe admittit,dum ſecunda vice ſequeſtra tantũ re
laxari inſtat,pro qua relaxatione nec virtute ſen
tentiæ, uel concordij cogi poſſunt, cum in illa
nullum de hoc uerbum legatur, & ſatis eſt dice-
re de illo ſententia non loquitur. l. Paulus. ff. de
re iud. l.prima. c. ſi plur. vna ſent.l.1. de ordin.
iudi.
Tertio proteſtatur iura,& actiones Benedicti
fratris ſalua eſſe,quibus non intendit præiudica
re.vult ergo fratrem ſuũ poſſe agere & ſic nõ te-
neri finem facere iuxta promiſſa,& cõuenta, &
tamen voluerunt partes & ipſe dominus Anto-
nius,quod ab omnibus nominatis, & omnium
litium & controuerſiarum finis componeretur,
impoſſibile enim eſt,ut per Burſattos ſententia
approbetur cũ fratre tãtũ altero recuſante, &

66 addo ſupradictis, quod † ſententia in correū la-
ta non exequitur cōtra alterum ea ratione, quia
ſi creditori a condemnato non ſatisfit, illi inte-
græ actiones ſeruantur, quibus totum quod ſibi
debetur, conſequitur. Lex duobus reis. ubi Bart.
in quarta quæſt. quem Ang. Imol. Aret. & cæte-
* ri communiter * ſequuntur ex Roncagallo. ibi
numero 29. ff. de duobus rei. Ioan. Baptiſta Aſi.
praxi. iod. §. 31. limit. 26. ca. ſecundo. Donec igi-
tur Dominus Benedictus reus principalis inte
gre ſatisfaciat, nō liberabitur frater, ut aduerſus
illum iura & actiones pro crediti executione cō
ſeruentur.

Quarto rurſus contrauenit, nec adimpleuit
dominus Antonius, quia non promiſit nec ob-
tulit terras datas Burſatis inſolutum conſerua-
re & manutenere ad formam pacti & cōcordij,
nec ideo ipſe vt fecit ad pœnam agere ualet, ſed
in pœnam incurriſſe pronunciandum eſt, maxi
me qđ pluries requiſitus id recuſauerit, in mo-
ramque geminatam; & triplicatam, inciderit,
67 quæ nec amplius † purgari potuit Deci. conſil.
451. num. 13. & ſe. Afflict. deci. 174. & poſui alias
conſil. 84. num. 6.

Reſpectu vero perſonę domini Benedicti am
bigendum non eſt, cum ille manifeſte clariſque
verbis contrauenerit, ſeque dicto concordio vt
iniquo ac irrito oppoſuerit, quod legitur in actis
Scazani. Rurſus nec ambos adimpleuiſſe quis
dubitat, eo quod vt apparet ex ſcriptura trāſmiſ
ſa, remaneant adhuc Burſati creditores in & de
Scutis 149. Sold. 104. vltra terras iam inſolutū
habitas. Quando quantitas terrarum iuxta æſti-
mationem & veram menſurationem in actis re
latam aſcendat tantum ad Scutos 2176. §. credi
tum vero ſentētię ad Scutos 2326. ita vt adhuc
debitores Thedoldi remaneant pro dictis Scu-
tis 149. Sold. 104. Nec obſtat confeſſio emiſſa in
calculo coram Senatu, & oblatio conſortum de
Burſatis de reſtituendo poſt cōcordium, partē
68 terrarum Thedoldis, namque vti confeſſio † fal-
ſa ac erronea eſt retractanda, quia veritas in cō-
trariorū oſtenditur per Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionē
numero tertio. C. de iure & fact. nec veritati no-
cet etiam quod ſępe ac ſępius, vicibuſque gemi
natis fuiſſet confeſſio uel ratio calculi inita. l.
unica ibi ueritatem non afferre, ibi ſæpe compu
tatis. ubi omnes, & Dec. numero ſecundo. ex cō
muni. C. de erro. calcul. Bart. in l. inſtar. C. de
iur. fiſci lib. 10. Alex. conſilio 145. num. 7. uolu.
primo. Pariſ. conſilio ult. numero 26. & 27. vol.
primo. quod receptiſſimum ait, Soarez. recept.
ſententiarum verbo error computationum. nu.
158. & 159. concludo itaq; ante omnia p vtrāq;
partem debere ſatisfieri iuxta cōuenta, nec Bur
ſatos cogi finē exonere, niſi iuxta formam &
verba concordii.

Franc. Burſat. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO Liuio Furga.

ARGVMENTVM.

Remiſſio delicti per Principem facta, quando ex uerbis, & perſona impetrantis, temporeque gratia, cōceſſa extendatur, & ampliatur.

Gratia Principis, ſuper uno delicto, quando non ſubſiſtat, ob non factam mentionem primi, vel alterius delicti.

Saluiconductus vis, & quando expiret morte concedentis, & differat a gratia ſimplici.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio pœna homicidij cōceſſa a Principe, qui poteſtatem habet, reo opitulatur.*

2 *Principis reſtitutio facta alicui tantum ei reſtituit, quantum ex condemnatione fuerat ablatum.*

3 *Gratia, & Principis indulgētia ſemper, & ubique ſeruari debet, etiam quòd verba poſſint vario modo interpretari.*

4 *Principem non decet aliquem ſub fide ſua decipere.*

5 *Princeps dicitur de re informatus, cum ſe remittit ad eos, qui huius rei notitiā habent.*

6 *Relatum in referente exiſtit.*

7 *Subreptionis vitium ceſſat ex gratiæ geminatione.*

8 *Geminatio idem operatur, quod & clauſula motus proprij.*

9 *Clauſula motus proprij, tollit uitiū ſubreptionis.*

10 *Princeps petitioni alicuius annuens, cum cognitione cauſæ gratiam iam conceſſam executioni demandat.*

11 *Commiſſio per Principem, cum cauſæ cognitione conceſſa, operatur, ut licet in ueritate non ſit fundata per ſurreptionem, impediri tamen nō poſſit.*

12 *Princeps magna concedens, cenſetur & etiam minora concedere.*

13 *Cognitio, quando taciturnitatis uitiet gratiā alicuius rei, deprehenditur ex ſtilo, & concedentis ſolito.*

14 *Conſuetudo concedentis refertur ad probabiles cōiecturas, ut ipſius animus cognoſcatur, aliàs minime dignoſceretur.*

15 *Gratia conceſſa a Principe in feſto Natiuitatis, vel reſurrectionis Domini noſtri Jeſus Chriſti, cenſetur motu proprio conceſſa, & omne*

vitium

vitium obreptionis per eam ſublatum.

16 *Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, nihil operatur.*

17 *Falſitas in ſuperfluis non nocet, nec vitium aliquod in eis conſideratur.*

18 *Inferior in ſuperiorem, ius non dicit, nec illi ex ſua ſententia, vel lege praiudicat.*

19 *Remiſſio pœnæ abſque partis offenſæ, vel hæredum pace, eſt in manu Principis, etiam in foro conſcientiæ, licet ex ſolito Italiæ contrarium ſeruetur.*

20 *Saluuſcõductus operatur, vt de delicto nulla mentio fieri debeat.*

21 *Princeps facile concedit gratiam delinquenti, ſi aſſerit, quod pœna fuit per ipſius anteceſſores ſuſpenſa.*

22 *Gratia vnius delicti impetrari poteſt, non habita mentione alterius delicti, quando habent diuerſas pœnas.*

23 *Gratia homicidij non tenet, niſi in precibus ſit facta mentio de indulgentia alterius primi homicidij, hoc procedit tribus concurrentib. nu. 24. 25. 26.*

27 *Fides Principis non eſt violanda, & illa pendẽte nihil eſt innouandum.*

28 *Dignitati Principis conuenit eius ſaluoſconductos conceſſos etiam hoſtibus ſeruare.*

29 *Tutor aliquid concedens tutorio nomine, perinde eſt, ac ſi vere minor concederet.*

30 *Tutor loco Domini exiſtit, & ipſi omnes acquiruntur actiones.*

31 *Saluus conductus datus ad beneplacitum, morte vel declaratione contraria illius, qui conceſſit, expirat.*

32 *Saluus conductus, per verba voluntatis poſitiue conceſſus, morte concedentis, non expirat, niſi* * *reuocatione expreſſa ſequuta, ex communi* doctrina, vel officio concedentis finito.*

33 *Paria ſunt aliquid ad beneplacitum concedere, & in perpetuum.*

34 *Facta per tutorem tutorio nomine perpetuo durant, ſi legitime fuerint facta.*

35 *Tutelæ officium pubertate expirat, nec tutores poſtea aliquid agunt, niſi perficiendo cauſas iam captas, ante finitam tutelam.*

36 *Contractus, vel quaſi per tutorem celebrati, pubertate non euaneſcunt, nec expirant.*

37 *Saluus conductus in quaſi contractũ cũ Principe tranſit, & ſub fide ſua obligatus remanet.*

38 *Tutores Principum, ſunt maioris authoritatis, quam tutores priuatorum.*

39 *Principi nil decentius, quàm recta fides.*

40 *Conceſſio ſaluiconductus, pertinet ad ſolum Principem.*

41 *Saluus conductus conceſſus ſeruari debet, etiam quod concedi non debuiſſet.*

42 *Securitas Principis, non eſt violanda.*

43 *Vis ſaluiconductus tanti eſt, vt de eo dubitans, crimen ſacrilegij incurrat.*

44 *Bannitus toleratus manere in ciuitate, à qua fuit bannitus, pro non bannito habetur.*

45 *Bannitus conuerſans in ciuitate, ſuper plateis, cum alijs ciuibus, cenſetur de banno cancellatus.*

46 *Tolerentia ſuperioris fungitur vice ſecuritatis, & diſpenſationis.*

CONSILIVM CLXXVII.

TRINITAS ADSIT.

PROFECTO Dominus Liuius
Furga iure detineri nequit, ob
delicta aliàs per ipſum perpe-
trata, homicidiũ nempe in per
ſonã Domini Capilupi, & vul
nera illata in perſonã Domini
Maſtini, cũ pro primo gratiam, & remiſſionem
habeat, & pro ſecundo fidem publicam. Gratiã
1 nanque, & remiſſionẽ † pœnæ homicidij liberã
obtinet ex mandato Excellentiſſimi Principis
ſub die 30. Decembris MDLVII, quod ei opi-
tulabitur, cum a Principe, qui potuit, ſit cõceſſa.
Abb. in c. ſicut dignum. nume. 12. & in c. ad au-
dientiam. nu. 4. extra. de hom. l. vbi relegati, vbi
Barto. ff. de pœn. l. ſi ita vulneratum, vbi Angel.
ff. de rei vendic. Salic. in l. cum indulgentia in
principio. C. de ſent. paſſ. not. omnes in l. reſcri-
2 pta. C. de prec. Imper. offer. & cuius † Princi-
pis reſtitutio omnia in primum ſtatum reponit,
tantumque reſtituit, quantum ex condemnatio
ne allatũ erat, arg. l. quod ſi minor. §. reſtitutio.
ff. de minor l. ſi quis filio. §. ſed & ſi pater. ff. in-
iuſt. rup. teſta. Barto. in l. fin. C. de ſent. paſſ. Boſſ.
titu. de remed. ex ſola clem. Princip. contra ſent.
in primo. & num. 12. Crau. conſi. 168. in princi-
pio. Tiraq. de vtroque retract. §. 32. glo. 1. n. 96.
3 tum quod † gratia, & indulgentia Principis ſem
per, & vbique obſeruari debeat, etiam quod ver
ba poſſent variò modo interpretari, cum nõ de
4 ceat † aliquem decipi, ſub fide Principis, hocque
multum illius honori, & amplitudini conducat,
vt in l. 1. C. de his qui ven. ętat. not. Bald. conſi.
490. in fin. volum. primo. Magalotus tract. de ſal
uoconductu ſecunda parte in principio. & Bo-
ſſ. tit. de remed. ex ſola clem. num. 69. Nec obeſt
aliqua ſubreptionis oppoſitio, non inquam nar
raſſet vulnus illatum Maſtino, ac clauſulam in
condemnatione poſitam, quod nõ poſſit exire-

de

de banno,etiam quod pacē al› offenſo habeat,
5 † Etenim dicitur,primo † Principem de omuib.
dici informatum,ex quo in mandato ad acta of
ficij Maſſarolæ ſe refert , vbi omnia ad vnguem
ſunt deſcripta,& ann otata,& in mandato viden
tur contenta in dicto officio comprehenſa,cum
6 † relatum in referente exiſtat.
7 Secundo,dicitur † ſubreptionis vitium ceſſa-
re ex gratiæ geminatione,cum bis fuerit remiſ-
ſus ad patriam , primo per Illuſtriſſimos Tuto-
res , ſecundo per Excellentiſſimum Ducem , vt
narratur in precibus firmatis verbo,fiat, mandā
8 te Excellentiſſimo Domino & cæt.† Geminatio
enim operatur idem,quod clauſula motus pro-
prij, ſecundum Fulgoſ. poſt Bald.in l. nec dam-
noſa,& l.reſcripta.C.de precib.Imper.offer. Ro
man.in l.ſi vero.§.de viro ſall.31.ff. ſolut. matri.
9 quæ † clauſula vitium obreptionis,& ſubreptio-
nis tollit, declarat Iaſ.in l.nec damnoſa,ſecunda
colum.C.de precib.Imper.offer. Alexan.in l.ter
tia.in principio.ff.quod quiſque iur.Socin.con-
ſil.164.num.6.volum.2.amplè Deci.conſi.407.
num.19.& fuſius in terminis gratiæ ſuper homi
cidio conceſſę ab Excellentiſſimis Marchionib.
Montisferrati,Siluan.conſi.50.num.21. cum in
numeris ſequentibus.
10 Tertio, † Princeps habita relatione a Magni-
fico Fiſcali,& cognito gratiam alias per Illuſtriſ
ſimos Tutores conceſſam fuiſſe petitioni Furgæ
annu t, ſc ferè cum cauſę cognitione iam cōceſ
ſam executioni demandat,quod operatur,vt cō
11 miſſio † (licet in veritate non fundetur)non poſ
ſit tamē per exceptionem ſubreptionis impedi-
ri,vt ſentit Bal.in l.præſcriptione.C.ſi cōtra ius,
vel vtil.public.Socin.ſen.conſil.169.numero 6.
volum.ſecundo.
Quarto,nemo dubitat,quod etiam illis narra
tis , Princeps in dicto feſto Natiuitatis eandem
feciſſet gratiam,per ea,quę in propoſito noſtro
tradit Crauet.conſil.2.num.14. dicens , pro ſua
opinione in fauorem ſimilis gratię obreptitiæ
iudicatum;& quia cum ſit ſolitus ſimilia, & val-
12 de † maiora dictis temporibus concedere Ex-
cellentiſſimus Princeps,ſubreptio aliqua oppo-
13 ni nequeat,quando ad † cognoſcendum , quod
taciturnitas alicuius rei vitiet gratiam , inſpici-
tur tantum conſuetudo , ſtylus , & ſolitum dicti
Princ pis concedentis,ſeu curiæ,& illius cancel
14 lariæ , quia aliter † nunquam ſciri poſſet , an id
vel non conceſſiſſet ſuperior Princeps , & ideo
hoc eſt referendum ad probabilem coniecturā,
vel communem aliarum gratiarum vſum,& ſoli
tum , Felin. in cap. ſuper literis poſt nu.8.prima
reg.vbi Deci.poſt num.9.de reſcript. Afflict. de
ciſ.116.num.4.amplè Barbat.conſ.46.num.17.
cum ſeq.vol.2.Socin.ſen.conſi.270.colum.3.&
273.poſt nume.12.& 169.num.10.vol.2.multa
in propoſito Lap.alleg.89.num.10.cum apoſtil.
Mendoſ.verbo,quod intelligatur,& verbo , cui
reſignaui.

15 Quinto,conceditur † hæc gratia in feſto Nati
uitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti , ſic ob illius
Aduentum Sanctum,& illius diei religionē , cu-
ius ſunt multa , & innumerabilia merita , & di-
gna,vt maiorem gratiam, & ampliorem ab Ex-
cellētiſſimo Principe obtineret orator.quapro-
pter cenſetur motu proprio conceſſa , & omne
obreptionis vitium ſublatum , per Alexan. in l.
3.ff.quod quiſque iur.Butrig. & Bald. in l. quod
fauori.C. de leg. & in terminis per Magalotum
tract. de ſaluoconduct.3.part.verſi.quinto, fallit
poſt Crauet.d.conſi.2.nu.14. itaque ſine dubio
gratiam ſubſiſtere arbitror.
Nec illa verba ſententiæ , nōn poſſit exire de
banno,etiam habita pace ab offenſo in precib.
non appoſita , reddidiſſent Principem difficilio
rem,eo,quod pro non appoſitis cenſeantur,nā
ſi vult id intelligere ſine Principis gratia , id erat
certum,& ſubintellectum,etiam quod nō expri
16 meretur,& ideo † expreſſio illius nihil operatur.
l.3.ff.de leg 1.l. quæ dubitationis.ff. de reg. iur.
cū ſimil.per Cephal.qui ampliat cōſi.158.nume
17 ro 38.nec in ſuperfluis † falſitas, ſeu vitium con
ſideratur,vel nocere ſolet,Paris.conſi.4. nu. 33.
vol.4.aut voluit intelligere,cum Principis man-
dato,& id per Iudicem in ſententia dici, nō po-
18 tuit,deficiente authoritate,& poteſtate;cum † in
ferior in ſuperiorem ius nō dicat, nec illi ex ſua
ſententia,vel lege pręiudicet.c. cum inferior. de
maior.& obed. Felin. in c.cum acceſſiſſet. num.
5.de conſtit.vbi Abb.quarto notab.Deci.conſ.
17.nume.2.ſcrib.in l.omnes populi.ff.de iuſt. &
19 iur.eo maximè,quod omnis pœnarum † remiſ-
ſio,etiam abſque partis offenſæ,vel hæredū pa-
ce,ac in foro conſcientiæ,ſit in poteſtate Princi
pis,Boſſ.de remed.ex ſola.prin.clem.nume.23.
vbi multa allegat,licet ex ſolito totius Italiæ,niſi
obtenta pace offenſorum , gratiam fieri aſſerat,
Ioan.Bapt.de Plot. conſi.73.num.55.& 58.&
tom.2.conſi.crim.in fol.cum ſimil.
Nec refragatur mentionem de vlnere factam
non fuiſſe.
20 Primo namque,cum fuerit ſuſpenſa per † ſal
uumconductum Principis , de illo mentio fieri
non debebat,Ancar.conſi.16.in principio.
Secundo, quia narrando ipſum habuiſſe ſal-
uumconductum pro dictis delictis ad benepla-
21 citum , facilius motus fuiſſet † Princeps ad gra-
tiam concedendam, videns Illuſtriſſimos Tuto
res pœnam ſuſpendiſſe , & illum in ciuitate ad-
miſiſſe,Ruin.conſi.156.numero 5.& 26. volum.
1.vt ſcribit Crauet.d.conſi.2.nu.18.
Tertio,ſunt delicta ſeparāta,& quę pœnas di
22 uerſas habēt,nec capitales,vnde impetrari † gra
tia vnius omiſſa alterius mentione potuit. Qui-
bus non obeſt,doctr.Bal.poſt.Guliel.de Cun.in
23 l.3.C.de Epiſc. audient. dicentis , † gratiam ſu-
per homicidio non teneri , niſi in precibus de
indulgentia alterius primi homicidij ſit facta,
cum reiterantibus delictum , non ſit parcēdum,

Ete.

Etenim non procedir,niſi tribus concurrentib.
24 Primo,† quod ſit illud idem delictum, nempe
homicidium,vel ſimile delictum pro quo gratia
25 obtinetur, Ac ſecundo, † quod pro illo ſit facta
gratia,vt in effectu uoluit Caſtr.in d.l.3.col.fina.
uerſi.not.etiam,& ſentiunt ſcrib.dictum Bal. re-
ferentes, Carrer.in ſua pract. crimin.§. 7.circa.
num.107.Ioan.de Arno. ſingul. 11. Gram.vot.
17.colum.fina. & in terminis Siluan. conſi. 50.
26 num.1.& num.12.Tertio,† quod pœna ſit capi
talis,prour ſecunda,pro qua gratia ultimo obti-
netur,& ab eodem Principe nõ diuerſo ſint gra
tię conceſſæ,vt inquit Siluan.d.conſi.50.ſub nu-
mero 12.Quaptopter,cum pro vulnere tantum
non ſit pœna capitalis impoſita,nec ſit homici-
dium,nec gratia conceſſa, ſed tantum ſaluuſcon
ductus,de obreprione, vel ſubreptione dici ne-
quit,& hoc certè indubitatum redditur, in fauo-
rem Domini Liuij,vt a carceribus liberetur.

Secundum caput aggrediot ſalui conductus,
reſpectu delicti vulneris illati in perſonam Do-
mini Maſtini,& dico nec poſſe Furgã illius præ.
textu,vllo pacto moleſtari.
27 Primo,† qnia fides Principis, ſeu ſaluuſcondu-
ctus ab illo conceſſus violandus non eſt, & illo
pendente nihil contra reum innouandum; gra-
ue enim eſt, fidem fallere,l.1.l. iuriſgentium. §.
prętor ait.ff.de pac.l.1.ff.depoſit.l. 1. ff.de conſt.
pecu.& dicebat Bald.allegatus per Magalotum,
ſæpe citato tract.de ſaluocond.2.par.in pri.mul
tum honori, ac dignitati Principis conducere,
quod eius ſaluuſconductus, etiam hoſtibus,vel
criminoſis conceſſus ſeruetur, cum non deceat
quemque ſub fide publica Principis decipi.l. 1.
C.de his qui ueniam ætat.

Nec obeſt, q ſaluumconductus dicatur mor-
te,uel officio finito cõcedentium expiraſſe, hoc
etenim tollitur.
29 Primo,quia ſaluuſconductus per † Tutores le-
gitimos Excellentiſſimi Principis,ac tutorio no
mine conceditur, vt in principio decreti, ergo
eſt, ac ſi per Excellentiſſimum Principem verè,
& propriè fuiſſet conceſſus, quando actus per
tutorem tutorio nomine geſtus,a minore repu-
30 tetur celebratus, quia † Tutor loco Domini exi
ſtat.l.interdum. §. qui tutelam. ibi loco Domini
habetur.ff.de fur.l.ſequitur. §. ſi pupillo, vbi glo.
in verbo.ſi tutor.ff.de vſucap.not.in l.ſi ex lega-
ti.ff.de uerbor.oblig.per Bar. in l. qui duos.ff.de
reb.dub.& ipſi actiones omnes utiles actiuæ, &
paſſiuæ quærantur.l.2.C. quando ex facto Tut.
l.eum qui.§.ſi actori. ff. de conſt.pecun. Gloſſ.&
Doctor.in l.ſolutum. §. per liberam, nbi Bartol.
ff.de pignor. action. & de Gubernatore Regis
minoris,ponit Guliel.de Bened.in cap.Raynu-
tius uerbo,& uxorem nomine Adeſilaam.num.
1036.de teſtam.

Cumque nondum deceſſerit Princeps Man-
tuæ Excellentiſſimus,quem diu incolumen con
ſeruet Omnipotens Deus, ſaluumconductum
31 dutare arbitror, eo quod † datus ad beneplaci-
tum tantum cum verbis, quæ perſeuerantiam
actus uoluntatis deſignant, ut hic ad beneplaci-
tum morte ſola concedentis ſic Principis expi-
ret,not.in cap.gratioſe.ubi Ioan. And. de reſcri.
in ſexto.in l.4.ff.locat. Angel. in ſaluoconductu
loquens conſilio 217.numero 9.uerſic.ad quar-
tum.Corn.conſilio 235. ſub numero 5. uolum.
2.Hercul.tractat.de caut.non offend.capitu. 37.
numero 22.Magalot.de ſaluoconduct.4. par.in
prin.
32 Datus uero per uerba poſitiua uoluntatis, vt
puta donec reuocauero,mutabo, vel quid ſimi-
le,nec morte concedentis expiret, niſi reuoca-
tione expreſſa ſequuta, ex doctrina communi,
* * & diſtinctione probata,per Barto.& alios in l.
centeſimis,in fi.ff.de uerb.oblig.Soci.ſen.conſi.
78.Deci.conſi.108.num.2.Gozad.conſ.22. nu.
10.& ſeq.Couar.lib.uariar.reſolut.3.c.15. nu.1.
2.3.Socin.iun.conſ.63.num.12.uolu.2.Menoc.
de arbitr.iud.q.69.num.5.& 6.uel officio conce
dentis finito,Barto.& Alexan. in l. ſi centeſimis.
§.ſi ita ſtipulatus in fi.ff.de uerb. oblig. Magalot.
ubi ſupra.
33 Pariaque ſinr ad beneplacitum concedere, vel
in perpetuum.l.iuriſperitos in principio.ff.de ex
cuſ.tut.l.ſufficit.ff.de condi.indeb. Cyn. Bald.&
Saly.in l.quiſquis.C.ſi cert.peta. Alexan.conſil.
213.num.8.uolnm.6.& 216.num. 5. in fi.uol.5.
Monach.& Prob.in d.c.ſi gratioſe.nu.11.in fin.
de reſcrip.in ſexto.Hercul. de caut. non offend.
c.37.nu.21.
34 Nec ueritas eſt,finito tutelæ officio,finire geſta
per Tutorem,vel tutorio nomine facta,cum per
petuo durent, ſi legitimè ſint facta, & omnia in
perſonis illorum Dominorum, qui ſunt effecti
maiores, radicata conſiſtant,uti illorum nomi-
35 ne geſta.d.§.qui tutelam,& §.qui pupillo, puber
tate quidem,expirat officium rutelæ. Inſtit. qui-
bus mod.tut.offi.fi.l.Seia.ff. de tut. & curat.dato
ab his.l.Tutores. ff. de admin. tut. nec ideo poſt
pubertatem tutores agunt,niſi perficiendo cau-
ſas iam cęptas,ante finitã tutelam.l.1.C. vt cauſ.
poſt puber.per Franciſcum Marcum,deciſ.Del-
fin.99.& 515.part.2.Caualcan.de tutor. & cura
tor.num.330.non tamen pubertate expirãt,vel
36 euaneſcunt † contractus, uel quaſi per Tutores
37 celebrati,unde ſaluuſconductus,qui in quaſi cõ-
tractum cum Principe geſtum tranſit, non ex-
pirabit finito officio tutelæ, cum Princeps obli-
gatus exiſtat ex fide data, ſecundum doctr.Bal.
in l.Princeps.ff.de leg. in l. priuilegia.C.de ſacr.
ſanct.Eccleſ.Magal.d.tract.de ſaluocond. quar-
ta par.in prin.
38 Accedat, quod Tutores Principum maiore
funguntur authoritate,& poteſtate, quàm tuto-
res priuatorum,cum iſti donenr, quod alijs pro
hibitum dicitur,Glo.in c. grandi de ſuppl.negl.
prelat.Alex.Iaſ.& Curt.in l. pactum curatores.
C.de pact.Neuizan.conſi. 10. num.3.Roland.a
Valle

Valle conſi.20.num.57.cum ſeq. uolu.2. itaque
ſeruabitur ſecuritas domino Liuio Furgæ, cum
nullibi de reuocatione cõſtet,nec aliquid magis
39 in † Principe perfulgeat,quam recta fides.l.inter
claras.C.de ſum.Trinit.cuius proprium eſt, fal-
40 uumconductum † dare.l.relegati,in fi.ff. de pœ.
Sali.in l.cum indulgentia.C.ſent.paſſ.l.1.in fi.ff.
de quæſt.Roland.a Valle conſ.68.num.9.uol.2.
Horar.Luc.conſi.167.nu.11.tom.1.conſi.crim.
41 † illumque obſeruari facere, etiam quod fidan-
tia concedi non debuiſſet. Cin. in l. præſenti. C.
de his qui ueniam ætat.Menoc.de arbitr.iud.ca
ſu 336.num.33.& 337.num.4.cuiuſve Principis
42 † ſecuritas minime eſt violanda.l.1.ad l.Iul.Ma-
ieſt.Caſtr.conſi.423.num.36.uolumin.1.Nicol.
Moron.de fide,pace,& tregua. part. 2.°quæſt.4.
43 uerſic.3.ampliatur. Quin potius de illius † validi
tate dubitans, crimen ſacrilegij incurrat.l.2.C.
de crim.ſacrileg.Deci. conſilio 64. num.3. & 7.
& Cabalin. ſuper Aegidian. conſtit.lib. 2.capit.
42.num.3.Clement.de patria poteſt. ca. ultimo.
num.44.

44 Secundo, Dominus Liuius Furga, continuo
per decem ſeptem annos toleratus publicè, &
ad miſſus in Ciuitate fuit,ſcientibus, patientib.
& non contradicentibus Principibus,illorumq;
officialibus, ideo nec in præſenti moleſtabitur,
45 quando toleratus pro non † bannito habeatur,
Salic.in l.nulli.C.de iud.Ioan.de Anan.in capit.
ſicut.ubi ita ſeruatum Bononiæ inquit,& ibi Fe-
lin.de iudic.Alex.conſi.749.in fin.uolu. 2.Dec.
conſi.328.Marſ.conſi.9.nume.75.26. & ſingul.
77.& 340. Crauet. conſi.168.num.4. Magalot.
de ſaluoconduct.2.par.declarat.11.Menoch.de
arbitr.iud.q.90.nume.56. & 57.Conuerſanſque
publicè per ciuitatem,plateas, & vicos, cũ alijs
ciuibus,uti de banno cancellatus,habeatur, pro
rite, & iure cancellato, ac rebannito.ita Angel.
poſt Imol.in l.ſi duo ſunt hæredes. ff. de acquir.
hæred.probat Angel. de Gambellio. conſi. 70.
num.30.cum ſeq.& Iul.Scarlat.conſi.113.num.
22.tom.1.conſi. crim. concludens contra pue-
rum,qui ſtetit per ſexdecim annos tolleratus in
ciuitate,non poſſe bannum aliquid operari, &
pro re bannito haberi. ſequitur Nell. tractat. de
bann.3.par.2.temp.quæſtio.84.Baptiſta Nellus
46 conſi.57.numero 15.† Tolerantia enim ſuperio
ris,uice ſecuritatis, & diſpenſationis fungitur,
Alexand.conſilio primo.in fine.cum apoſtil. &
107.uolum.ſecundo declarat Bero.conſil. 182.
numero 15. conſilio 183. numero 4. & 25. &
conſilio 196.numero 3. & 33.uolumi.3.itaque
ſtante tolerantia, & ſaluoconductu, nec conſti-
to de Principis reuocatione, Dominus Lucius
Furga puniri quoquo pacto haud potuit, prout
è carceribus relaxatus, & liberatus fuit anno
1574.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO REVERENDISSIMO
Domino Præpoſito.

ARGVMENTVM.

Licentia teſtandi, a Pontifice, prælato conceſſa, quando expiret.

Quæ includat, & de quibus bonis vigore illius diſponatur.

Fructus loco penſionum reſeruati, quando ad hæredes tranſeant, vel ſucceſſores in beneficio.

Penſio & beneficium, ſeu penſio in titulum beneficij quomodo differant.

SVMMARIVM.

1 *Facultas teſtandi de bonis Eccleſiæ, robur ſortitur, etiam, quod teſtamentum fiat mortuo concedente.*

2 *Papa concedit licentiam teſtandi, de bonis quæſitis ex redditibus Eccleſiæ, etiam ſine cauſa,*
* *ex communi.**

3 *Teſtandi aſſenſus, religioſis hodie non conceditur.*

4 *Pontifex reddit monacum habilem ad teſtandũ*

5 *Clerici teſtant de redditibus Eccleſiæ, ſi in loco*
* *conſuetudo adſit ſecundum omnes* vel tot Eccleſiæ de patrimonio relinquat nu. 6.*

6 *Teſtatur clericus de bonis Eccleſiæ, ſi in proprijs tot alia relinquat.*

7 *Votum paupertatis & continentiæ Pontifex di*
** *ſpenſat, ex communiori.***

8 *Penſio, cuius dies ſolutionis aduenit, comprehenditur teſtamento clerici, ſi licentiam teſtandi a Pontifice tenet.*

9 *Officiales nonnulli in curia tenent facultatem teſtandi, ex natura officij.*

10 *Teſtamentum clerici tenet virtute licentiæ Põtificiæ: licet nullum verbum in dicto teſtamẽto dicatur de licentia.*

11 *Creditores prius ſatisfieri debent, antequam hæres clerici conſequatur bona, virtute licentiæ Pontificiæ.*

12 *Meliorationes, ſuper bonis Eccleſiæ factæ, non veniunt in teſtamento prælati, & cum licentia Pontificis.*

13 *Licentia teſtandi de bonis &c. intelligitur de ſeparatis a menſa.*

14 *Bona acquiſita a prælato, etiam ex redditibus beneficij, non tranſeunt in hæredes, niſi cum licentia Pontificis.*

15 *Licentia teſtandi ſtricte interpretatur, & ſub num. 19. & 25.*

Edi-

16 *Aedificium cedit ſolo Eccleſiæ, & ſolum ædificio conſtructo ex bonis Eccleſiæ.*

17 *Penſio, cuius dies ſolutionis tempore mortis non aduenit, tranſit in hæredes clerici, cum occaſione fructuum preceptorum, ante mortem clerici debeantur.*

18 *Fructus ſeparati a ſolo, Vel affictus debiti pro eis ſucceſſori in beneficio debentur, niſi virtute indulti, de illis diſponatur.*

19 *Prælatus in vita vſufructuario: in morte vſuario comparatur.*

20 *Priuilegium teſtandi ſtricte interpretatur, & num. 25. & 15.*

21 *Mobilia & ſupellectilia vſui terrarum menſæ deſtinata non veniunt in indulto teſtandi, clerico conceſſo.*

22 *Debita clerici contracta pro ſuſtentatione, vel contemplatione Eccleſiæ, de fructibus beneficiorum ſatisfiunt, alia vero de bonis proprijs clerici exſoluuntur.*

23 *Eccleſiæ bona veniunt ſẽper in ſubſidiũ tantũ.*

24 *Licentia obligandi feuda, intelligitur in ſubſidium tantum.*

25 *Fructus feudi & beneficiorum, æquiparantur.*

26 *Licentia alienandi, non extenditur ad teſtamentum.*

27 *Fructus reſeruati loco penſionum, illius naturam ſortiuntur.*

28 *Penſio, eſt quid temporale & capacem laicum ſeptem annorum reddit, niſi detur in titulum beneficij, vel eſſentialia beneficij habeat.*

29 *Beneficium & fructus beneficij, differunt.*

30 *Hæres clerici penſiones præteritas non ſolutas exigit.*

31 *Fructus reſeruati, quando loco beneficij cenſeantur.*

32 *Penſionarij, vt decentius viuant, non cenſentur loco beneficiati.*

33 *Penſionarius quilibet, largo modo dicitur beneficiatus.*

34 *Ius ad beneficium, & ius in beneficio differunt.*

35 *Patrimonium clerici, loco beneficij aſſignatum, ad ſuos hæredes tranſit.*

36 *Beneficium vacat, morte tantum titulati, non habentis ius ex regreſſu.*

37 *Adminiſtratio beneficij penes vnum, & beneficium penes alium eſſe poteſt.*

38 *Penſio ſuper beneficio iuris patronatus laicorũ conſtituit, habita tamen mentione iuris patronatus: quod fallit in Pontifice.*

39 *Patroni aſſenſus vel mentio, vbi illius præiuditium vertitur, requiritur.*

40 *Scientia patroni in beneficio ſui iuris tacendo, ſibi præiudicat.*

51 *Clauſula motus proprij &c & non obſtantibus &c. ius patronatus laicorum comprehendit.*

43 *Fructus omni caſu, etiam facto teſtamento authoritate Pontificis detrahuntur, fauore ſucceſſoris neceſſarij, pro oneribus, vſque ad nouos fructus.*

43 *Diſpoſitio §. porro. c. præſenti, de off. ordin. in 6. non habet locum in teſtamento clerici, cum indulto Pontificis.*

44 *Clauſulla quæ omnes conſtitutiones contrarias tollant.*

45 *Pontifex, in beneficialibus dominus eſt abſolutus, & ſine cauſa auſert & tollis ius tertij.*

CONSILIVM CLXXVIII.

TRINITAS ADSIT.

IVLIVS tertius Pontifex maximus anno 1558. conceſſit licentiã Reuerẽdiſſimo domino Præpoſito, quod teſtari poſſit, vt in Breui ſuperinde confecto cõtinetur. quam conceſſionem confirmauit ſanctiſſimus Pius quartus modernus Pontifex anno
1 1562. quæ ſanè Iulij † conceſſio, robur ſuum ſortita fuiſſet, etiam quod à Pio non fuiſſet confirmata, eo ipſo, quod non eſſet reuocata: licet dominus Præpoſitus poſt mortem Iulij concedentis teſtatus fuerit. c. ſi ſuper gratia. & c. ſi. de off. deleg. lib. 6. habetur in ca. ſi gratioſè. & in ca. vltimo, de reſcript. eod. lib. 6. vbi Philippus Francus inquit gratiam, cuius exitus eſt incertus, eſſe perpetuam, vti incertum eſt, quando teſtamentum cuiuſlibet effectum ſortiri debeat, cum voluntas incerta teſtatoris morte infirmetur. cap. cum Martha. de celebra. miſſarum. ita de licentia, vel gratia, quod duret poſt mortem concedentis, ſi non reuocetur, tradit Abb. in cap. pen. de cleri. non reſident. & plenè in deciſ. Regni. 128. cum concord. quæ latè alias deduxi in conſi. meo. 29. & 30. lib. 1.

2 Et, quamuis multi teneant † Papam non poſſe concedere licentiam teſtandi Prælato de bonis quæſitis ex rebus, vel redditibus Eccleſiæ, niſi aliqua iuſta cauſa, vtili, vel neceſſaria ſuadente, inter quos fuit Abb. Panor. in c. cum eſſes. in quarta q. de teſtam. & multi, de quibus per Philippum Frãcum in rubrica de teſtamen. in 6. in ſexta & 15. q. ac Nicolaum de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in vlt. part. & Præſertim non ſubſiſtat facultas teſtandi a Papa emiſſa, ſi prælatus inſtituat perſonam extraneam, vt concludit

Andr.

Andr. Sicul. Barbatius nuncupatus in tracta. de præſtan. Cardinalium in 4. q. primæ part. princ.
* attamen in contrarium cõmuniter tenent multi Iureconſulti, & non paruæ authoritatis viri, relati per Iaſ. in auth. ingreſsi. colum. ſecund. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. qui eos ſequitur, conſil. 15. volum. 1. Ioan. Bapt. Caccialup. formans qu. in gratia cõceſſa per Sixtum Quartum Pontificem Illuſtriſsimo, & Reuerẽdiſsimo fe. re. Franciſco Gonzagæ Cardinali Mantuano, in tract. ſuo de penſionibus in ſi. 19. q. 75. & 76. idem tenet Nicolaus de Vbaldis in loco præallegato, dicens, ſe de hoc abundè ſcripſiſſe in c. fin. de teſtam. in 6. Neuiz. conſi. 93. num. 16. in fi. Sigiſ. conſi. 40. in
* primo. ex communi * Deci. conſi. 157. in princ. 512. num. 3. Clar. §. teſtamentum. q. 27. verſi. ſed quæro. & aliquid tetigit Lud. Comeſius in trac. breuium inſerto poſt ſuam lecturam rubricæ de
3 reſcript. nume. 16. quod ad † religioſos extendi alias ſolebat, licet magis limitate concederetur, per Bellamer. deciſ. 24. frat. min. ac addita clauſula, & de licentia ſuperioris, per text. in cap. ad monaſterium. de ſtat. regul. concedique poſſe p ſummum Pontificem profeſſo ordinis cuiuſuis, optimis argumentis demonſtrat. Socin. cõſi. 13. nume. pri. & hoc vetuſtiſsimo vſu corroboratũ ſcribit, Illuſtriſsimus Card. Alban. conſil. 24. in primo & per totum, licet hodie hę licentiæ minimè concedantur, (& perperam ſcripſerint nõ nulli, nec Pontificem, Monacum habilem ad te
4 ſtandum reddere poſſe, vt Arn. Ferron. conſil. Burd. titul. 5. de teſtam. §. 15. colu. 3.) ſcripſi alias conſ. 75. num. 23. & addo Mart. Nauar. de redd.
5 Eccleſiæ. 3. par. num. 23. quinimmo & ſine † licẽtia quandoque teſtantur clerici de bonis & redditibus Eccleſiæ acquiſitis, ſi in loco conſuetu-
* do hæc vigeat, ſecundum omnes, * & Gemm. in c. ſi. de off. ordin. Bellon. qui de communi atteſtatur. conſi. 3. num. 11. & ſeq. Viui. commu. opin. lib. 1. verbo, Clericus ſeu prælatus, in fi. Bertrãd. conſil. 296. num. 3. amplè in materia Franciſcus Serment. in tract. de redd. eccleſ. 2. part. cap. 3. cum ſeq. & cap. 8. & Martin. Nauar. eod. tract. 3. q. verſi. 16. beneficiarium.

6 Vel rurſus, † ſi teſtando relinquant tot bona ex redditibus Eccleſie, loco bonorum, quæ defunctus clericus ex ſuis proprijs bonis in pauperes impendidit, iuxta Concili Agatenſis decretum, de quo in c. ſi Epiſcopus 12. q. 5. Frãcus in d. rubr. de teſtam. colum. 3. Abb. in cap. 1. de rerum permu. & in repetitione c. cũ eſſes. nu. 13. de teſtam. Nauar. d. tract. de reddi. eccleſ. q. 3. nume. 6. 7. & 12.

Nec enim pars affirmatiua non tantum ęquitati congruit, & Reipublicę Chriſtianę commodo, ne ea, quę paſsim fiunt, & conceduntur, euertantur omnino, verum iuri, ac veritati conuenit, cum ſummus Pontifex in his ſupremam pote-
7 ſtatem, & authoritatem teneat, ac prout † uotum continentiæ, ita, & paupertatis votum diſpenſet, quod pœnes omnes compertum cenſeo, ex Iaſ. Bald. Caſtr. Barbat. Staffil. Corn. Duran. Turrecremat. Cardin. Gaietano, & cæteris, qui hãc
** magis communem ** nuncupant, aggregatis per Didacum Coaruuiam. in cap. 2. num. 10. cũ ſeq. extra de teſtam. Zabar. conſi. 110. quos ſequitur nouiſsimè Ferrand. Vaſqu. de controuer. Illuſtr. cap. 102. in pri. Alban. Card. ampliſſ. tract. Cardin. q. 48. & in conſ. 24. dixi alias ex commu
* ni * conſi. 29. num. 3. lib. 1. poſt Bellon. conſil. 3. per totum, & Viui. commu. opin. li. 1. verbo clericus benef. Franc. Serment. d. tract. de redd. eccleſ. part. 2. cap. 8. num. 3. & part. 4. cap. 3. nu. 4. Bartho. Caſſan. conſuet. Burg. de ſucceſſ. ab inteſt. rubrica 9. §. 3. num. 63. vt hinc ſimili facul-
8 te conceſſa poſsit clericus teſtari de † penſionib. quoque, quarum ſoluendarum dies adueniſſet, not. Petr. Andr. Gamar. de offic. & poteſt. lega. a latere lib. 6. de penſionibus. nume. 583. & ſequ. ac de quotidianis diſtributionibus Hier. Gigas. conſi. 35. per totum, ac Cardin. Alban. conſ. 25.

Inſuper & conſuetudo ita probata eſt circa has teſtandi licentias Pontificis, vt fortaſſe hiſce tẽporibus non parum ſuſpectus redderetur, qui cõtrarium auderet ſeruare. ſcimus enim & mul-
9 tos † officiales in curia, tenere hanc facultatem teſtandi, de redditibus Eccleſiæ, ex natura, & ratione illorum officij. prout ſunt milites ſancti Petri, ſcriptores apoſtolici, & nõnulli alij, quorum meminit Quintilianus Mẽdoſ. in ſignat. gratiæ, Rubrica. licentia teſtandi. verſi. ſi bona ſint per Eccleſiam. quas licentias (niſi aliud expreſsè dicatur) intelligi, dummodo non relinquantur in vſus profanos, voluit nouiſsimè Martin. Nauar. vbi ſupra quæſtio. 3. numero 20. cum ſequ. ſuper quo tamen dubio, nunc diſſerere non arbitror.

Quapropter, hac cõcluſione vera ſuppoſita,
10 & quod procedat, licet in † teſtamento nulla ſit habita dictæ licentiæ, vel indulti mentio, cũ ſufficiat, quod teſtamentum aliquo iure, vel cõmuni, vel generali ſubſiſtat, licet id Teſtator non exprimat, vt in indiuiduo tradit Franc. Serm. de reddit. eccleſ. part. 4. cap. 4. nu. 1.

Breuiter videndum eſt, quid poſuerint Illuſtriſsimi Domini Nepotes prępoſiti, ab illo inſtituti, conſequi.

Et quidem primo cõſequi poſſunt bona mobilia & immobilia, iura, & actiones tũ patrimonialia tum ex redditibus Eccleſię quæſita, quæ
11 ſatisfactis creditoribus † hęreditarijs, remanebũt in hęreditate prælati teſtatoris, Francus in gloſ. de teſtam. q. 20. Neuiz. conſil. 93. nume. 17. poſt Coaruui. & alios, vbi ſupra, dum tamen non ſint meliorationes factę ſuper terris & locis menſæ Præpoſituræ antedictæ.

12 Quandoquidem † melioramenta cenſentur facta, virtute obligationis, qua quilibet Prælatus Eccleſię, tenetur expendere tertiam partem redditum pro locis Eccleſię reparandis, vel melio-

randis

randis,iux.§.ex diuerſo.Inſti.de rerum diui. iun-
cto cap.conceſſo.& cap.quatuor,cum ſeq.12.q.
ſecunda,& tradita per Francum Serm.de redd.
Eccleſiæ ſecunda parte cap.primo.& 3.parte c.
3.ac Nauar.eod.tract.par 4.cap.primo. in fi. &
q.1.num.17.& q.2.num.14.Verba enim.licen-
tię,quod teſtari poſſit de acquiſitis vel acquiren
dis ratione Prępoſituræ,vel aliorum quorũcũq;
beneficiorum obtinendorum ,vel aliter quali-
tercunque, licitè acquiſitis, intelliguntur de ſe-
paratim acquiſitis ab his,quæ cedunt reparatio
ni vel meliorationi Præpoſituræ prædictæ ,vt
quia acquiſiuerit ſuppellectilia,vineolam,equũ,
13 vel prædium ſeparatum a locis dictæ menſæ, vt
ſentit Abb.in c.relatum il ſecũdo,in ſecõdo no.
de teſta.& in repet.d.cum eſſes.q.2.numero.22.
eod.titu.quoniam de dictis bonis ſeparatis a mẽ
ſa teſtari potuit, iuxta auc. licentiam.C. de Epi-
ſco.& cleri.Et hoc quidem ob conſenſum Pon
14 tificis,ſine quo,& de taliter † quæſitis,vt potè trã
ſlatis in dominium Eccleſiæ iure Canonum,mi
nimè teſtari valuiſſet.C.apoſtolicos.12.q. ſecun
da.c.placuit 2.q.3.& vtrobique not.cap.primo
de teſta.cap.inquirendum.& cap. fi. vbi Barbat.
de pecul.cleri.cum concord.Cardin.conſi.110.
Bald.conſi.80.volum.3.communem ſcr.bit Bel
lo.conſi.3.nume.2.Viui.communem opin. pri-
mo libro.verbo clericus ſeu prælatus.Franc.Ser
mien.ex communi de redd. Eccleſiæ, ſecunda
part.cap.primo.cum ſequ.& c.2.vbi inquit,em-
pta ex redditibus beneficij,ipſo iure eccleſiæ ac
quiri,& eo fortius fructus & redditus,ex quibus
d.bona acquiruntur,Mart. Nauar. eodem tract.
part.4.cap.3.in fi.Vaſq.de contro.Illuſtrib.cap.
105.num.12.cum ſeq.nec ob dictam licentiam
teſtari potuit de meliorationibus prędictis, quæ
ante teſtamentum dictæ Eccleſiæ quæſita ſunt;
vt proximè dixi,quia nõ eſt veriſimile,quod Pa
pa,vno verbo voluerit ita Eccleſiam lędere,faue
15 reque extraneis inſtituendis, & ideo illa † licen-
tia ſtrictè interpretanda venit, arg. l.ſi ſerui ve-
ſtri.C.de noxa.tradit Barbat.punctaliter loquẽs
in licentia teſtãdi conceſſa Cardinali, id d. 4. q.
num.7.Deci.conſi.512.Naua. de reddit. Eccle-
ſię.q.3.nume.22.Serm.eod. tract. part.4. cap. 4.
ſub num.1.& quod Bald.& Salic.tradunt in l. ſi
qoando.in prin.C.de inofic.teſtamen.regulare
16 enim eſt,quod ędificium † ſuper feudo Eccleſię
conſtructum,cedit ſolo,& ad Eccleſiam ſpectat.
l.2.ff.de rei vendic.l.labeo.§.ex diuerſo.ff. de ac-
quir.rer.domi.Alex.conſi.44.num.6. volum. 3.
nec ideo de illis meliorationibus Prælatus , vel
clericus vllo modo teſtatur,per Abb.in cap. fin.
num.2.de pecul.cleri. ſequitur Reodan. de reb.
eccleſ.non alien.pagin. 400. num.6.& adeo eſt
hoc fauorabile,quod ædificiũ cedat ſolo Eccle-
ſiæ,& illius efficiatur;vt è contra,ſi ex rebus Ec-
cleſiæ ædificetur in ſolo proprio ipſius clerici,
vel in alieno.tunc ſolum cedit ędificio, fauore
Eccleſię,contra regulam d.§.ex diuerſo, ita deci
dit Glo.ſing.in d.cap.apoſtolicos,quam Cano-
niſtæ comprobant,& ſequitur Abb. conſil. 94.
num.1.volu.2.Barba.in d.tract.de præſtan.Car.
din.in tertia q.primæ part. nume. 29. & ſeq. vel
ſaltem efficitur vtriuſque,& Domini ſoli,& Do-
mini ędificij,ne Eccleſia locupletetur cum alie-
na iactura,ſecundum Ioan.And.in add.ad Spe-
cul.& in c.qui prior in mercurialibus; quem vi-
detur ſequi Dominicus in d.ca.apoſtolicos. 12.
quæſt.2.& Alex.poſt Roma.num.5.cum quadã
tamen limitatione, ſi Eccleſia ædificaretur fun-
data,in cap.quæſti.17.q.vltima.in l.1.§. nunc vi
deamus in tertia fallen. num. 5. cum apoſtilla.ff.
de operi.nou.nunt.

Conſequentur pariter ſecundo loco dicti hæ
redes inſtituti,ſatisfactis venditoribus,ſiqui fru-
ctus rerum eccleſiaſticarum ſuperſunt ex rebus
collectis anno 1562.& ſi dies ſolutionis, puta aſ
fictuum,vel liuellorum,veniret poſt mortẽ Do-
mini Teſtatoris, cum tales liuelli debeantur oc-
17 caſione † fructuum,ante eius mortem percepto
rum, vel ſeparatorum à ſolo , namque obijt de
menſe Martij anni 1563.l.ſi defuncta.ff. de vſu-
fruct. vbi Alberi. Bartol. Salicet. & Caſtr. in
l.Iulianus. §. ſi fructibus. ff.de actio.empt. Bar-
tol.in l.fin.§.fin.ff.de iure fiſci,cum collectis per
Couaruuiam,variar.reſolut.lib.1. cap. 15. nu.3.
& nu.12.uerſi.ſic etiam.Paul. de Roma de penſ.
q.8.num.3.verſi.primo.Gigas de penſ.q.52.nu-
me.2.Caccialup.in d.tract.de penſionib. q. 25.
cum alijs per eum adductis.

18 Et ratione, quod licet † fructus ſeparati à ſolo,
& affictus debiti pro eis,& bona ex illis acquiſi-
ta ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio.c.præſẽ
ti,vbi omnes de off.ordin.in 7. cap. cum in offi-
cijs in fi.de teſtam.dixique ſupra,& adeo,quod
19 † Prælatus adminiſtrationem habens , dũ uiuit,
uſufructuario , ita ut de fructibus diſponere ua-
leat:in morte uero uſuario,ita comparetur, ut de
illis minimè teſtari liceat, Glo.& Abb.in d. cap.
cum olim.de rer.permut.& in c.fin.ubi Abb. de
pigno.latè Iaſ.conſi.75.uolum.3.Probus ad Mo
nacum in d.c.præſenti,ubi adducit Bertr. conſi.
258.uolum.2.Barb.de pręſtant. Card.3.q. Baſi-
lic.prima part.nu.48.Franc. Serm. Nauar. &cę.
ubi ſupra.Attamen,cum indultum Pontificium
ſit clarum,& per hæc uerba tribuat facultatem,
nec non de fructibus quibuſuis ſibi loco penſio
num authoritate apoſtolica reſeruatis,uel in fu
turum reſeruandis tempore obitus a ſolo ſepara
tis,etiam ſi eorum dies ſolutionis non uenerit,
cuiuſcunque ualoris, & quantitatis exiſtant, in
fauorem conſanguineorum,& aliorum penitus
extraneorum,& incapacium,infantium,locorũ
plorum,& non piorum,& omnes fructus,& bo
na in illos relinquere libere ualeat &c. dubium
non eſt tenorem expreſſum indulti,& ipſum in
dultum attendi debere,arg.l.ſancimus. C. de fi-
deic.c.ex tenore.de teſtam.cum uulgarib.prout
dicitur in feudo tenorem inueſtituræ in primis
obſer-

obſeruandum fore, Bald. conſi. 398. in prin. Af-
flict. deciſ. 265. Curt. ſen. conſi. 48. num. 38. Caſ-
ſan. conſuet. Burgund. Rubrica 3. §. 7. gl. 2. verſi.
dic quod plures. Thom. Marin. de feudis. titul.
14. num. 5.

Eadem vero prima facultas, quod teſtari poſ
ſit de fructibus, redditibus, ac prouentibus Præ-
poſituræ pro ſatisfactione debitorum, quæ vi-
uens contraxerit, ac pro expenſis funeris, ſi alia
pinguior non adeſſet licentia, de qua infra, intel
ligeretur de fructibus prædictis a ſolo ſeparatis
tempore mortis ſuæ, non autem de pręcipiẽdis
in annis futuris, quia (vt dixi) talis licentia ſtri-
ctè interpretatur, per ea, quę Caccialup. ponit in
d. 25. q. & Doct. in cap. præſenti, de offic. ordin.
lib. 6. & in terminis ponunt Ancar. in c. præſen-
ti. nume. 2. & ibi Geminian. ex mente Ioan. Mo-
na. in §. porro de offic. ordin. in 6. eo quod ſimi-
20 le † priuilegium. quia tendit ad illicita, venit ſtri-
ctè intelligendum, Barto. in l. ſi quando, vbi Bal.
& Caſtr. in ſummar. C. de inoff. teſtam. dicentes
non eſſe credendum Principem in ſimili licen-
tia voluiſſe alteri pręiudicari, & ait Salicet. in d.
l. ſi quando, quod priuilegium teſtandi dicitur
conceſſum, ſine alterius iniuria, nec in illo ue-
niunt, quę Pontifex ueriſimiliter non fuiſſet cõ-
ceſſurus, idẽ inquit Fulg. ibi, ſubdens dictam li-
centiam, licet principis uideatur beneficiũ, qua-
tenus tamen pręiudicium concernat reſtringen
dam, eo quod in uim priuilegij reſoluatur, ſecun
dum Bald. in prælud. feud. poſt Ioan. Andr. in c.
olim. de uerbo. ſignific. nec priuilegia extendan
tur. l. 1. ff. de conſtit. princip. exempla in licen-
tia teſtãdi ſuper feudo, remiſsiuè deſcribit Ant.
Capici. in inueſtit. feudal. uerſicul. feudorum aſ-
ſenſus.

21 Minus compręhenderet † mobilia, quæ ſunt
in opera, & uſu curiarum, uel agrorum dictę Prę
poſituræ, quia tunc ſunt effecta fere de menſa, &
dominio Eccleſiæ, ut uaſa uinaria, & ſimilia re-
perta ſuper prędijs tempore mortis prędicti do-
mini teſtatoris, Salic. Bald. & alij in l. tertia, quæ
incipit, & ſi nudum. C. de fur. & feruit quod di-
xi ſuperius de meliorationibus, ſuper ſolo exi-
ſtentibus.

Sed alia adeſt licentia a Pio Quarto conceſſa
anno 1562. ꝙ Dominus Prępoſitus poſsit aren
dare, uel obligare fructus, prouentus, ac iura om
nia dictę Prępoſiturę, etiam per anticipatam ſo-
lutionem per biennium a die arendationis hu-
iuſmodi infra ſex menſes a data præſentium
computandos, deſuper faciendæ inchoandum,
ipſo Domino Prępoſito cõcedente, durãte biẽ-
nio, prout deceſſit.

Quaptopter, tertio loco dico ad fauorem hę
redis, quod fructus annorum 1562. & 1563. po-
tuit obligare, teſtator, uigore dictæ licentiæ for-
maliter ſupra relatæ. Arbitroque diſtinguendũ
22 circa † debita, quia ſi ſint contracta contempla-
tione Eccleſiæ, uel pro ſuſtentatione prælati, de
bet ſatisfieri de redditibus Eccleſiæ, etiã ceſſan-
te licentia, & ſi fuiſſet eis ſatisfactum de bonis
proprijs ipſius prælati, eius hęredes repeterent
ab Illuſtriſſimo Domino in Præpoſitura ſucceſ-
ſore, creditores enim ſatisfieri poſſunt in reddi-
tibus beneficiorum. cap. peruenit. de fideiuſ. no.
In c. Odoard. de ſolutio. cum ſimul. ſi vero aliter
debita cõtracta forent, deberent ſolui de bonis
proprijs prælati, non autem Eccleſiæ, vt per Ab-
ba. in c. pri. de ſolutio. in c. pri. de pecul. cleri. &
In repeti. d. cum eſſes. in 4. q. Doct. in c. præſen-
ti. de off. ordi. lib. 6. Nicolaus de Vbaldis, in d. vl-
tima parte ſua tractatus. Et ſi non adeſſent bona
ꝓpria prælati debitoris, actio creditorũ eſſet ina
nis, quoniã ſucceſſor in beneficio, vel ꝑlatra ad
perſoluendũ talia debita aliter cõtracta, quã cõ-
tẽplatione Eccleſię, vel ſuſtentatione prælati, mi
nimè teneretur, vt cõcludũt Doctor. pręallegati.

Horum itaque reſpectu operatur licẽtia ſupra
dicta obligandi bona Eccleſię ad bienniũ, etiã
per anticipatã ſolutionem, quã tamen intelligo
in quantum bona libera prælati creditorib. non
ſufficiant, nam tũc in ſubſidium poteſt poni ma
23 nus ad fructus † Prępoſiturę infra dictum bien-
nium percipiendos, vt bene decidit Socin. in cõ
ſil. 13. col. pen. & fi. iuncto themate dicti conſilij,
vbi videri poteſt, quod vltra eum confirmatur.
nam ſi detur licentia obligãdi feudalia, quæ abſ-
24 que † licentia non ſolent in obligatione veni-
re. cap. pri. §. in generali. vbi Doctor. ſi de feud.
fuerit contro. inter domin. & agna. talis licentia
intelligetur in ſubſidium, ac dummodo allodia-
lia non ſufficiant, vt poſt Imol. & Roma. tradit
Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. mihi
colum. 13. verſi. item iuxta prędicta. ff. de damn.
infect. Alber. Brunus. conſil. 37. quod in indiui-
duo voluit Alexand. poſt Imolam. in l. commo-
dis. ff. de re iud. per Gloſſ. & Doctor. in l. ſtipẽdia
C. de except. rei iud. facit Alexand. conſi. 164. in
fin. Afflict. in conſtit. contumace. num. 8. & in c.
1. §. quid ergo. colum. 3. de inueſt. de re alien. fa-
cta, & in cap. 1. de alien. feud. in fin. princip. latè
Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 7. nu. 45. ſcri-
pſi alias conſi. 44. num. 39. lib. 1. & licet deciſio-
nes nonnullæ loquantur de feudo, tamẽ fit ęqui
25 paratio † de fructibus feudi, & de fructibus bene-
ficij, per Alex. poſt Imol. in d. l. commodis, ſimi-
lique iure, & ſi pro dote quandoque feudum fi-
lię aſsignetur, pręcipuè ſi pater plura habeat, id
tamen ſolet intelligi in ſubſidium, dummodo al
lodialia deficiant, not. Gloſ. Napodan. in cõſtit.
Neapol. in quibus rebus habet locum. uerſic. de
quarta. pagin. 309. lit. G. igitur cum fructus Ec-
cleſię percepti poſt mortem prælati non ſoleant
uenire in obligatione creditorum, de quibus lo
quimur, procul dubio dicta licentia ad bienniũ
obligandi intelligetur, in quantum bona prę la-
ti non ſufficiant.

Satisfactis autem dictis creditoribus in ſubſi-
dium, vt ſupra, ſi aliqui fructus dicti biennij ſu-
pereſ.

pereſsent,utique ſpectarent Illuſtriſſimo domino ſucceſſori,nõ autem hæredib.quoniam d. licentia obligandi loquitur de debitis per dominum Præpoſitum contrahendis, & de fructib. per eum obligandis creditoribus,non autem de fructibus relictis per viam teſtamenti hæredi, vel legatariis,quæ a creditoribus differũt,de quibus in teſtamento relinquendis,iſta licentia obligandi non loquitur, dum ſtrictè intelligatur, quia contra ius commune.cap.porro de priuileg.l.ſi quando,vbi Bal.Caſt.& Salic.C.de inoffic.teſtamen. habetur in cap.dilecti.de donat.Alexand.in l.filiusfamilias.§.diui, column. 9.ff.de legat.primo. & per alia, de quibus ſupra

Prior autem teſtandi licentia,quo ad fructus percipiendos poſt mortem, non inſeruit ut ſupra oſtendi, ergo dictum reſiduum fructuũ prędicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo ſucceſſori remanebit.Et videmus in ſimili, ſecundum ali-
26 quos,quod conceſſa † licentia alienandi feuda, per actum inter viuos,non extenditur ad alienationem,quę fieret per viam teſtamenti, uel ultimæ voluntatis,ſecundum Bald.in cap.Imperialem colum.6.vbi Beneuenta.pagin.45. litera E, & pagin.46.de prohibit. feud.alien. per Feder. Socin. conſilio 19.colum.vltima & ſeptima. & Curt. iun. qui eos ſequitur, in tract.de feud. in quarta part.verſicul.nono quęro,car.97.& conſil.171.ſub num.10. & ſequ. vbi de conſuetudine Mantuana loquitur, multa per Frecciam in tract. de ſub feud.li.2.quæſt. 2. pagin. 124. in terminis noſtris Natta conſil.502. numer.37.& 38.dicens de contractu ad teſtamentum nõ fieri licentiæ extenſionem. Et in patria mea vidi opinionem Curtij iun.dicto conſil.171. nume. 10.ſimpliciter admitti (non tamen in iudicio) nempe conſuetudinem alienandi citra aſſenſum agnatorum,non porrigi ad vltimas uoluntates,& ſi de iure contrarium,fortè attenta ratione conſuetudinis, firmari poſſet,per ea quæ annotaui conſil.49.num. 23.Quibus addo in propoſito Rimin.ſen.conſi.18.num.18.& 20.uolu. pri. cum ſubſcriptione Domini Cati. Rimin. iun. in terminis conſi. 9.num.96.cum pluribus ſequ.lib.1.Natta conſil.683.num. 14.uolum. 4. ſed ad caſum noſtrum redeundo ultra Bald. & cæteros in propoſito,eſt doctr.Bart.in l.Ariſto, ad fin.ff.de donat.ubi ſupponit,quod ſi Papa cõcedit Abbati,vt ex aliqua cauſa rem Eccleſię uẽdere poſſit, utique extra illam cauſam minimè alienabit, not. Bartol. in indiuiduo in l, ſicut. §. ſi permiſerit.ff.quibus mod.pign.uel hipo.ſolu. quod ſi Epiſcopus concedit Eccleſiæ, ut immobilia poſſit alienare pro ſatisfaciendis debitis, vtique non valebit alienatio, per quam non ſatisfiat dictæ expreſſæ cauſæ ſatisfactionis debitorum. cum ergo Papa conceſſerit fructus dicti biennij, poſt mortem Domini Teſtatoris poſſe alienari, uel obligari pro ſatisfaciendis creditoribus, vtique hoc non trahetur ad hæredis inſtitutionem,cum inter vnum caſum,& alterum, ſit diuerſa ratio,attento quod creditores tractarunt de damno euitando;hæredes uero inſtituti,de lucro captando, & non eſt par ratio, lucri captandi, & damni euitandi. l. fin.C. de codicil. l. fin. §. licentiam. C. de iur. deliber. cum vulga.

Quarto loco concludo,Teſtatorem potuiſſe, non ſolum de dictis fructibus, & bonis beneficiorum diſponere, ſed etiam de alijs fructibus Abbatiarum ſibi in reſignationibus alias factis, loco penſionum reſeruatis, authoritate apoſtolica teſtari potuiſſe, tum quia id indultum Pontificum expreſsè dicat, tum rurſus,quod ſimiles
27 fructus † reſeruati, & ſubrogati loco penſionis illius naturam imitentur, iuxt. regulam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, penſioque in quota, uel fructibus a Pontifice conſtituatur, Gig.de penſio.quæſt.8. nume.ſecund.& quæſt.9.in princ.& Penſionarius nuncupetur, cui fructus loco annuę penſionis reſeruetur,Petr.Rebuf.in benef.pract.de reſeruat.
28 numero 17.nemoque ambigit † penſionem eſſe quid temporale, ac propterea laicum illius capacem, cum nil ſpiritualitatis habeat,per Gigan.tract.de penſio.qu.21.& 28.ubi hoc dictũ commune oſtendit poſt Felin.in c.ad audientiã il ſecundo.col.3.de reſcrip.omnes namque penſiones,quæ nõ in titulum beneficij eccleſiaſtici conceduntur,uel quæ nõ habent eſſentialia beneficij,puta quãdo ſunt perpetuę pro officio,& & re ſpirituali,ad congeſta, per Rebuffum in cõcord.de pacif.poſseſs.nu.287.Gig.de penſ.q.1. nu.5.temporalitatẽ ſapiunt,Caccialup.de penſ. q.112.nu.3.pueroq; maiori ſeptẽnio aſſignant, nec tenetur officiũ dicere,Gigas.eo.trac.q.13.& 30.fructus enim beneficij,vt ab illo ſunt ſeparati, & ſapiũt tẽporalitatẽ,ita beneficiũ ſpiritualitatẽ cõtinet,nec propterea vnũ ſequit̃ diſpoſitionẽ alterius.c.ſãctorũ.§.quę,ſi ibi,& tã de poſſeſſionib. diſtinct. 70.declarat Oldrad. cõſ. 166. nu.2.verſ.ad ſecũdũ.& diffusè tradit,Alfonſ. Aluarez.ſuo ſpeculo.Rom.Pontif.Imper.ac Regũ
29 c.61.p totũ,ſicut aliud eſt poſſidere † beneficiũ, aliud fructus beneficij.c.ii gratioſè,iuncta Gl.in uerbo beneficia.c.ſi pp,uerſ.fructus, de reſcrip. in 6.propterea de huõi fructib.reſeruatis loco pẽſionis,diſponere teſtator,& ſine licẽtia Pontifi-
30 cia,ac uti de patrimonialib. potuit, † hærediq; competit ad exigendos illos præteritos, & nõ ſolutos,Paul.de Rom 1. d. tract. de penſio. q.8, 3.Hier.Gigas conſil. 36.nu.7. & ſeq.ac in tract. de penſio.q.52. nu. 2. prout de diſtributionib. quotidianis potuiſset per Clar. qui cæteros refert in §.teſtamentum. q.27.in fi. Illuſtriſſimum Card.Alban.conſ.25.& latius Gigam.conſ.35. per totum.

Quatuor tamen principaliter uidentur oppo ni poſse.

31 Primo,† hos fructus, ſeu pēſionem reſeruatā
per reſignantem Abbatias,ne exceſſione huiuſ-
modi nimium diſpendium patiatur,loco bene-
ficij ſubrogari in perſonā reſignantis , ut conſi-
derat Giga.de penſio.q.54.num.4.qui.q.92.nu
me.2.ſubdit illum, qui ſibi penſionem reſerua-
uit,renuntiando beneficium , vbi non ſimus in
pœnalibus beneficiatum cenſeri,& eo magis ſi
vt hie,regreſſum ad beneficium teneat,quia tūc
ius ad benencium habere dicatur,ut per eundē.
quæſt.94.nume.9.& 10.præter quod in huiuſ-
modi non curetur nomen,ſed effectus inſpicia-
tur. ita inquit Caccialup. quæſt. 12. de penſio,
vnde prout nec de beneficio , ita nec de his fru-
ctibus,videretur poſſe diſponi.

Pro ſolutione tamen conſidero.

Primo,quod ex quo fit in præſenti caſu reſer
uatio fructuū,loco penſionis,non ob illam cau-
ſam tantum , ne nimium diſpendium patiatur,
ſed vt commodius quoque,ac decentius ſuſten
tari queat , ſic alimentorum loco,pēſio minimè
32 loco beneficij † ſubrogata dicitur, Giga.de pē-
ſio.quæſt.54.nu.4.in fin. verſic.quando autem
apparet,nec penſionarius beneficiatus cenſebi-
tur,quo ad effectus veri beneficij circa fructus,
& ſimilia in beneficijs requiſita , ut in terminis
not.Caccialup. tract. de penſio. q. 30.nu.10.cū
ſeq.ex mente Hieronymi Barchi.in ſua praxi cā
cel.pag.185.

33 Secundo,penſionarius quilibet largo modo
beneficiatus dicitur;ob actionem beniuolam in
eum collatam , ſic licet certo modo loco benefi
ciati cenſeatur , non tamen nomine beneficiati
venit , Gig. latiſſimè de penſio.q.94.nu.8. Ioan.
Selua.de benef.pri.tract.quæſt.3.num. 3. Vnde
Dominus præpoſitus teſtator non reputabitur,
quoad fructuū diſpoſitionē,beneficiarus,quate
nus etiā habeat propter regreſſum ius ad benefi
cium,quod ius omnes ferè Penſionarij habent,
licet beneficiati non dicantur , vt Gig. d. quæſt.
94.num.9.& 10.& quia ius illud ad beneficium
ſupponat,alium Dominū,& Prælatum propriȩ
beneficiatum, ac titulum poſſidentem.c. ne ca-
ptandæ.c.fin.de conceſſ.præb.in 6.Hinc conſti-
34 ſtituitur differentia inter † ius ad beneficium, &
ius in beneficio,quia habens ius ad beneficium
non habet titulū ſeu prælaturam,nec illius mor
te beneficium vacat,Staff.de litteris gratiæ & ex
pectati.Rubr.de mod.prouiſ.nu.6.& 7.ſecus ve
ro in habente ius in beneficio. Petrus de Bais.
tract.de electio.cap.43.parte 3.nu.9.

Tertio negatur cōſequentia,pēſio eſt loco be
neficij,ergo ad hȩredes non tranſit, cum videa-
35 mus † patrimonium clerici,ad cuius titulum or-
dinatus fuit,loco beneficij cenſeri, & tamen ad
hȩredes tranſire. Abb.in c.tuis.num. 8.cum apo
ſtil.de præb.Ioan.Selua,q.3.part.prima.nu.30.
Gig.de penſi.q.28.nu.3.

Quarto,licet cum fructibus loco pēſionis fue-
rit reſeruata adminiſtratio ſpiritualium , deno-
minatio , ac ſimilia,non infertur tamē dominū
Præpoſitum reſignantem beneficium adhuc,te
nere. cū ex regreſſus reſeruatione , titulus apud
alium neceſſario exiſtat, cuius morte tantum va
36 cat † beneficium reſignatum . Rebuffu . de pu-
37 blic. reſign. gloſſ.3.num. 4.& 5.& quia † titulus
& beneficium poteſt eſſe penes vnum, admini-
ſtratio vero plena penes aliū.latè Paris cōſ. 39.
num.11.& ſeq.volum.4. exemplum ponitur in
uiſitatore,& ſimilibus,qui multa poſſunt,nō ta-
men beneficiati exiſtunt c.15.eui.de præben. in
6.cap.penul.& cap.fin.de ſuppl.negli.prælat.in
6. Concluditur ergo de ſimilibus fructibus &
penſionibus vti de patrimonialibus teſtari po-
tuiſſe.

Secundario , minus ſupra deductis obeſſet,ſi
38 opponeretur conſtitutionem †penſionis fieri ſu
per beneficio iuris patronatus laicorū,citra pa-
troni aſſenſum,illius tamen mentionem fore ha
bendam,per Gigant.de penſi.q.24.nu.4.pro ut
id in curia ſeruatur,nec cenſetur in dubio Papā
voluiſſe comprehendere ius patronatum, ut in
q.7.quia replicatur.

Primo mentionem iurispatronatus laicorū
in conſtitutione penſionis requiri, non tamē in
Pōtificis priuilegio generali circa fructus,ut in
terminis inquit Lambert. tract. de iure patro. 8.
articul.in fin.ſecundæ part.princip.3.lib.& ulti-
ma limitat.2.arti.3.partis,& libr.

Secundo in fructuum beneficii diſpenſatio-
39 ne,ceſſat patroni laici † prȩiudicium,ſic ratio fi-
nalis ne retrahantur a dotatione,& fundatione
ergo ceſſabit aſſenſus neceſſaria impetratio , ꝑ
Felin.in trac.quando literæ apoſtol.noceant pa
tronis.Roccus de curte de iur.patro.q. 3. nu. 4.
prout Epiſcopus diſpenſatus retinere beneficia
iuriſpatronatus retinebit,etiam quod in diſpen
ſatione, nullum ſit factum uerbum; ea ratione,
quia non tractetur de patroni præiudicio,ut ex
hoc multa alia adnotat,Staffi.de liter.gratiæ , &
expect.de modo,& forma impetrandi.§.ſequi-
tur nu. 20.& 22.

40 Tertio,tacuit † patronatus laicus poſt habitā
teſtamenti ſcientiam,& hæredis inſtitutionem,
per octo menſes,nec reclamauit,ideo conſenſiſ
ſe videtur,Pariſ. conſ.128.nu.23.uol.4.Felin.in
d.tract.limit.11.

41 Quarto,in indulto adeſt † clauſula motus pro
prij &c.& non obſtantibus &c.quæ in dubio iu
riſpātronatus laicorum , maximè ex priuilegio
comprȩhendunt,Lambert.de iur.patro.arti.ul-
timo.2.ampliat.poſt Francū in c.1.de prȩbend.
in 6.nu.3.Bero.in c.quoniam.num. 19.in fi. de
iur.patro.Cel.Hugo.tract.clauſular. nu. 63. cir-
ca medium.non igitur dubitandum eſt, quin &
dicti fructus,loco penſionis reſeruati, etiam ſu-
per beneficio iuriſpatronatus laicorum , cōpræ
hendantur in dictis teſtamento,& indulto.

Tertio,adduci in cōtrariū poſſet,qđ caſu quo
42 de † fructib.ꝓpoſitus teſtareī,uirtute Breuis Pōti-
ficij,

ficij,exciperentur tamen duo caſus,videlicet ſo-
lutio debitorum ſi quæ ſunt, & incūbentia one-
ra vſque ad nouos reditus,ſic in præſenti, cū de
debitis non ſit quærendum,pro victu,& pro ſer
uitorib.& miniſtris,ac pro omnibus onerib.Ec-
cleſiæ incunbentibus, detrahendum id ex fru-
ctibus erit,in gratiā ſucceſſoris in beneficio cō-
tra hęredes inſtitutos, quod poſſet expēdi vſq;
ad nouos reditus,per tex.formalem in c.pręſen
ti.§.porro,vbi canon.de offi.ordi.in 6.extrauag.
ſuſcepti,Io.22.Card.Zabar.conſil.110.& conſi
derationem habendam fore ad diſpoſitionē.§.
porro in iſtis facultatibus teſtandi, ne interim
Eccleſię patiantur cenſuit, alias Rotæ Romanæ
Auditorium,coram Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ. Au
guſtino Epiſcodo Illerdenſi in vna cauſa Cluſi-
na fructuum.

Attamen in propoſito dubium hoc tolli poſ
ſe demonſtro.

43 Primo reſpondendo,† diſpoſitionē.§.porro.
& d.extrauag.ſuſcepti;non habere locū in cleri
co teſtante cum Pontificis indulto:dictorū.n.Iu
rium principalis videtur intentio reſtringere cō
ſuetudines, & priuilegia occupandi bona cleri-
corum defunctorū per alios tertios,quod ſuade
tur,quia ibi agitur de actu inter viuos,minus fa-
uorabili vltima voluntate,vulgatis iuribus.

Secundo,verba indulti ampliſſima ſunt, clau-
ſulæ generales,& derogatorię omnium legū,cō
ſtitutionum,ordinationūq; apoſtolicarum, etiā
in Concilijs prouincialibus ęditorum, ac clau-
ſulæ vt non obeſt bona ad ſucceſſorem non ad
teſtamentarios hęredes peruenire debere,quib.
derogari uoluit, etiā ſi ſpecifica mentio requi-
44 reretur,quorū tenores &c.propter quas† clauſu
las omnes conſtitutiones contrarię, limitatiuæ,
& modificatiuæ tolluntur.Bart.tract.ad reprim.
verbo non obſtantibus.Iaſ.conſi.76.vol.1.cum
ſimil.per D. Gabriel. tract. de clauſulis concluſ.
5.& quę non concurrebāt in d.§.porro.& in d.
cauſa Cluſina,ut merito diſpoſitionē ualere ſim
pliciter de dictis fructibus firmandum ſit.

Quarto & ultimo,in medium adduci poſſet,
eiuſdem Iulij 3.conſtitutio,de qua in Bullarum
impreſſarum lib. pagin. 122. diſponens fructus
beneficiatorum tempore obitus inexacti,debe-
ri ſucceſſoribus in beneficijs & non hęredibus
dictorum beneficiorum, etiam quod ſuper illis
teſtandi quaſcunque licentias ſpeciales obtinue
rint,uel iam dies ſolutionum aduenifſet.

Verum pro reſponſione ad dictam conſtitu-
tionem & dictam.§.porro,& extrauagātem Io.
22.ſuſcepti,de quibus ſupra. Dico,quod quic-
quid ſit de iure,adhuc omnia dicūt, ſublata per
Iulium 3.ſummum Pontificem,de cuius poteſta
te dubitare omnino ſacrilegum,& hęreticum cē
ſeo, & cuius facultas ſola pōderanda eſt,pręmit
45 tendo illud uerum,& uulgatiſſimum,quod † Pa-
pa Dominus eſt abſolutus in beneficialibus, &
quod poteſt auferre etiam ſine cauſa, ac tollere
ius:nouas condere conſtitutiones, & veteres an
nullare:cum apud eum ſit plenitudo omnis po-
teſtatis,nec illi dicamus,cur ita facis: etiā ſi per-
peram agat, quando a nemine iudicetur, iura
ſunt vulgatiſſima.Coraſi.de ſacerdot.part.2.c.1.
Illuſtriſſimus Alban.tract.de immun. Eccleſ.nu-
me.65.& conſi.24.nu.4.omniaque iſta ſunt no-
ta,nec indigent allegationibus.pūctus eſt ergo,
46 quod † Pontifex velit.& conſidero.

Primo quod mouetur motu proprio &c.& de
mera liberalitate,& hoc eſt pręcipuè conſiderā-
dum pro amplificatione gratiæ.

Secūdo,conceſſio eſt de reſeruatis,& de reſer-
uandis fructibus a ſolo ſepartis &c. etiam ſi ta-
lia forent,quæ in generali &c.

Tertio,ad quoſuis pios,& nō pios vſus,& quā
tancunque magnam ſummam.

Quarto, vult omnia eſſe valida, & efficaca, ac
plena,perpetua,& inconcuſſa.

Quinto, non vult executores teneri ad aliquā
tertiam partē, & in quo ſuis pios vſus &c. quod
grauiter eſt notandum.

Sexto, ſupplet omnes defectus,etiam ſi ſpeci-
fica mentio &c.

Septimo,clariſſimè dicit, quod non vult exe-
cutores ſuos per quamuis perſonam moleſtari
directè,vel indirectè &c.

Octauo,tollit expreſsè conſtitutiones de fru-
ctibus beneficiorum ad ſucceſſores &c. & hoc
ponit gladium ad radicem &c.

Vltimo, non contentus prædictis,addit clau-
ſulas prægnātes habentes pro expreſſis &c.quę
de neceſſitate ſpecificanda forent &c.

Hæc omnia,quę nolo longioribus doctorum,
& Theologorum authoritatibus cōfouere, cū
ſciam apud quos loquar inducunt me ad firmi-
ter concludendum, quod Illuſtriſſimi hæredes
conſequi valeant,quæ ſupra annotaui,non ob-
ſtante conſtitutione Iulij tertij, & extrauagante
Ioanis 22.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO FABIO Albergato Bononienſe.

ARGVMENTVM.

*Dotis augumentum,& donatio propter nuptias quo-
modo debantur,& differant.*

SVMMARIVM.

1 *Augumentum dotis factum a muliere ante ma
trimonium,vel eum dos conſtituitur,in omni-
bus cum dote regulatur: ſecus vero ſi durante
* matrimonio,ex communi.**

2 *Confeſſio mariti de recepto eſt augumentū dotis,
quod debetur vxori, ſi non reuocetur,& non*

differt a donatione propter nuptias.

3 *Donatio propter nuptias non fit hodie, ſed tantũ mariti augent dotem.*

4 *Augumentum dotis a patre, matreuè ſponſi, uel vxoris factum, ſi non ſit reſtitutum, priuilegia dotis tenet.*

5 *Dos actu ſponſæ propter recompenſationẽ nobilitatis ſuæ, ſemper debetur, & dotis uerè priuilegia tenet, ex communiori* **

9 *Exceptio non numeratæ dotis ceßat aduerſus confeſſionem dotis factam a viro in præmium nobilitatis ſponſæ, ex communi.* *

7 *Bona precioſa nobilibus ſponſis data, non ad uſũ ſed donata præſumuntur: quod ſecus in alijs non nobilibus.*

8 *Donatio propter nuptias, ſeu contra dos fit a uiro vxori, & ſemper pari paſſu cũ dote ambulat.*

9 *Donatio propter nuptias, licet vſu abrogata, ſi fiat, poteſt ſicut dos, a viro augeri.*

10 *Maritus, uel pater alias aſtringebatur donare pp nuptias, quæ tũc vere dicitĩ, cũ cogi poſſunt vel maritus, vel pater nomine filij mariti.*

11 *Donatio ſimplex filio nõ imputatur in legitimã, ſed illa ob cauſam tantum, videlicet donatio propter nuptias, quam pater aſtringebatur facere, vt ita iudicatum fuit.* *

12 *Soceri multa donant ſponſis, non propter nuptias ſed cauſa meritorum, vel alia.*

13 *Donatio vera propter nuptias, non inſinuatur.*

14 *Uxor compellitur a marito, ob non ſolutam dotẽ ſibi ab uxore promißam, ſecus ſi extraneus illam promiſißet.*

15 *Verba pacti diligenter cuſtodienda.*

16 *Voluntas ex poſt facto, declaratur.*

17 *Donatio propter nuptias, fit tantum a marito, vel nomine mariti.*

18 *Augumentum dotis ab extraneo factum, ſeu donatio ſimplex, non imputatur in legitimam.*

19 *Donatio propter nuptias a viro fit, & eidem reſtituitur.*

20 *Verba clara attenduntur, & ſi actus redderetur nullus.*

21 *Statuti diſpoſitio, quamuis dura, obſeruabitur.*

22 *Pactum diuerſum a ſtatuto fieri ſuper lucro dotis dando, per ſtatutum prohiberi poteſt.*

23 *Dotes, uel donata filiæ, & hæredibus, non cõputantur nepti in legitimã in bonis aui, ex cõi.* *

24 *Augumentum a patre viri promißum, non imputatur in legitimam dandam filio.*

25 *Donatum, vel traditum nepotibus ſimpliciter ab auo ex pacto, non imputatur in legitimam in bonis aui, ex communi.* *

26 *Dos data filiæ, vel donatio propter nuptias filio, in legitimam neptis, in bonis aui computatatur, ex communiori,* ** *niſi pacto, Vel ſtipulatione ipſis nepotibus vti hæredibus foret promiſſa, vel illis ex ſtatuo acquireretur irreuocabiliter.*

CONSILIVM CLXXVIII.

TRINITAS ADSIT.

AN ſumma ſcutorum duorũ millium per nobilem Dominũ Mathęum Amorinũ Bononienſem tradita nobili dominę Dianęſpõſę Domini Marciantonij eius filij, de qua in inſtrumento dotali dicatur verè dotis augmentũ, ita quod vti dos, vel æs alienum detrahatur, per nobilem Dominam Lucretiã dictę Dominę Dianæ, nec aliqua excomputatio ſuper eis fiat, ad fauorem hæredum domini Matthęi aui, pro legitima debita ſibi dominæ Lucretiæ nepti, ex dicto filio, in bonis aui. an vero cenſeantur donatio propter nuptias, tanquam a marito, vel patre profecta, quę in legitimam neptis imputaretur. Conſidero variè conſtitui augumentum dotis, & donationem propter nuptias.

1 Augumentum † enim dotis quandoque fit a muliere ipſa, tunc aut ante matrimonium, vel tempore dotis conſtitutę, aut ex interuallo, durante matrimonio.

Primo caſu regulatur ſemper uti dos ipſa, & ęquo iure procedit cum ea, quo ad omnia. not. Bar. & Doct. oẽs in l. ſi marito. §. ſi fundũ. ff. ſolut. matr. in l. Etiã. C. de iur. dot. & in l. ſi conſtante, ubi Bal. C. de don. ant. nupt. Deci. conſi. 141. Fanuc. de lucro dot. glo. 10. nu. 48. Roland. à Valle trac. de luc. dot. q. 100. per totã, & de hoc loquitur Deci. con. 521. nu. 8.

Secundo caſu, ſi durane matrimonio fiat, in immobilib. dotis priuilegia, & iura teneat: ſecus ſi in mobilibus reſpectu prælationis, ſecundum diſtinctionem, de qua in Auth. de ęqualit. dot. §. 1. & 2. in auth. ſed iã neceſſe. C. de don. ant. nup. §. eſt aliud, inſt. de dona. & Caſtren. vbi latà addit de cõi * uerbo, non autẽ in augumento conſ. 37. per totũ uolu. 3. & iſte non eſt caſus noſter, cum mulier nil uiro pro augmento dederit.

Quandoq; dictũ augumentum procedit a marito, qui recipiens uere ducentum, † confiteĩ habuiſſe alia centum, ſic trecentum nomine dotis, & ſi confeſſionem, ſeu donationem nõ reuocauerit, & moriatur durante matrimonio, augumentum dictorum centum uxori debetur. l. 2. & tot. tit. C. de dot. caut. nõ numer. & hoc augumẽtum a marito proueniens, re ipſa non differt a donatione antenuptiali, ſeu propter nuptias, quæ

Digitized by Google

quæ a marito in vxorē fieri ſolet, vt in propoſito dicebat Alba.conſi.22.nume.4.& 5.& quod
3 hodie in vſu dicitur, cum † mariti augeāt, vt plurimum dotem, nec aliter donent, ſeu dicantur donare propter nuptias, Crauet.d.cōſi.185.nu.2. Alba.d.conſi.22.nu.7.& conſi.68.in pri.dixi alias. cōſ. meo.120.nu.6. Bero.deciſ.22.nu.19.& ſequ. Nec ſimiliter iſte caſus in propoſito ſeruit, quando à marito nec donatio, nec cōfeſſio dotis facta reperiatur.

4 Augumētum vero, & tertio loco prouenit a patre, vel matre ſponſi, vel vxoris, de quo in l. etiam cum glo. C.de iur.dot.in l.inter.§.cum inter.ff.de pact.dotali, quod ſi factum verè, nec a marito reſtitutum probaretur, omnia dotis priuilegia, & prælationē haberet, per Caſtr.dicto conſi.38. volum. 3.nec iſte dicitur caſus noſter.

5 Rurſus & quarto, † dos aliquando augetur, ſeu conſtituitur ab extraneo, ſeu conſanguineis partiū, vel vt in caſu noſtro a ſocero ſponſæ, nulla ipſius viri conſideratione habita, & tunc ſi ante matrimonium fiat, vel eo tempore, ſeu etiā ex interuallo, ſi tamē vir plebeius ſit, vel non ita nobilis, ſicut vxor, & ſponſa, & tunc datio dictę dotis, ſeu augumentum ſubſiſtit irreuocabiliter, licet ab ipſo marito fieret, cum in recompenſationem nobilitatis, & honoris vxoris poſſit maritus, vel alius illius nomine dotem vxoris augere, vel conſtituere, viceſque tunc dotis, non autē donationis propter nuptias ſuſtineat, qđ more Hiſpanorū obtinere ſcribūt, Abb.in c.ctii neceſſe.in prin.no.nu.2.vbi Card.Alex.de donat.inter vir.& vxor.allegat Bar.in l.diuortio.ff.ſolut.matri.ſed vult dicere in l.ſi diuortio.nu.4.ff.de verbo.obligat.vbi etiam Alex. Bal.& Glo.ſ.poſt Cin.& Bart.in l.ſi voluntate, C.de dot.promiſſ. qui decedit hanc quęſtionē ex l.1.C.de donat. ant. nupt. Bald.in d.l.1.in fi.ſubdens patrē mulieris nobilis ſubſiſtente alia cauſa, quam donationis, ſi petat augumentum dotis ipſi factū, nō peccate in foro conſcientię, Bart.& Angel.in l. ſi ſtipulatus fuero.§.ſi tibi nupſero.ff.de verbo. oblig. Imol. in rubr.ff.ſolut.matr.& Angel.in l.1.vbi Ioannes Bolognet.nu.250.ff.eo.tit.& hāc
** communem * inquit, etiam quod in dubio eſſemus, an cauſa remunerationis, vel ne, dicta dos eſſet vxori conſtituta. Roderi.Soarez.in l.1.titu. delas aras in titu.2.Todo.home.pagin.437.nu.35.in allegationib.ſuis, cuius etiam dotis in nobilitatis, vel iuuentutis pręmium confeſſio, ex-
6 ceptionem † in gratiam mulieris non admittit. Iaſo.in l.diuortio.num.10.ff.de uerb.oblig.com
* munem *affirmat Curt.iun.conſi.6. numero 20.
* Clar.§.donatio.q.9.cæteros ex cōmuni *interpretum placito, recenſet Eman.Soarez. recepr. ſenten.uerbo uxori.num.122.nec mirum, quod in iſtis mulieribus nobilioribus hæc dos, vel dotis augumentum fiat etiam a marito, cum & bo-
7 na quantumuis precioſa, ac magni valoris tradita illis, non conceſſa ad vſum neceſſariū, ſed donata cenſeanī, quod diuerſum fore in cęteris minimè nobilib. vel ſanguine claris, volunt, Soci.
* iun.conſ.139.volu.2.ex cōi Vrſil. ad Affli.deciſ.315.in pri.articul.Rimin.conſ.384. volu. 3.iſtæ enim donationes ab vno alteri coniugi factæ in recompenſationem nobilitatis ſubſiſtunt, & ſi alias regulariter inter coniuges donationes prohibeantur, quod cōiter recipi atteſtantur, Curt. iun.d.conſ.6.nu.20.& alij, quos enumerant Frā. Viui.li.1.com. opi. uerbo donatio inter vir.& c. limit.5.Petr.Duen.reg.iur.221.limit.11.nu.11. Bologn.ubi ſupra, nouiſſimè ex cōi Franc. Dec.
8 conſi.79.nu.4.cum ſeq.& per totum. † Donatio vero propter nuptias, quæ antiferna, ut inquit Imperator, ſeu contrados uxoris appellatur.l.fi. & ibi gl.C.de don.ant.nup.l. cum multi in prin. §.ſancimus.§.ſi igitur.C.eo.ti. uel alias antifactū in dotis aſſicurationē datum, per Affl. deciſ.37. nu.6.Guid.Pap.q.145.habito reſpectu ad dotē, fit per maritū vxori, ac in quantitate, quæ nō excedat dotem.d.§.ſi igitur, oīaq; dotis priuilegia tenet, & pari paſſu cum ipſa ambulat, Auth.de æqualit.dot.in prin.cū mille ſimil.per me accumulatis, in d.conſi. 120.lib.1.nu.3.cū ſeq. quib. addo, Caualc.trac.de vſufr.mulier.nu.204.& ti. de tutore.nu.160.Anguſ.conſ.11.li.8.Rimi.iun. conſi.29.nu.4. & ſeq. ſubdens dictam donationem pp nuptias non pręſumi, nec conſtitui ipſo iure, niſi expreſſe dicatur, vel maritus cōditione ex lege ad eam faciendā aſtringatur, quod repetitur ab eo, in prin.Iuſt.de don.nu.254.not.Bernardin.Bombin.conſ.61.nu.19. cum apoſtil.& per totum.immo & ſi conferatur tantum in tps mortis mariti, non ex illo tpe, ſed uti dotis exēplo conſtitutæ donationis hipothecā, & obligationem contrahat, vt alias D. de Rota Romana terminarunt, teſte Moedano deciſ.50.in ſuis recollectis.tit.de pign.

9 Quæ † donatio pp nuptias, licet hodie ſit vſu abrogata, per Gl.in auth.æqualitas. C. de pact. conuent.Bar.in l.cum dotē.§.tranſgred.amur.ff. ſolut.matr.ac in iudicijs amplius nō ſeruetur, vt inquit Boer.deciſ.22.nu.20.& 41. Alba. cōſ.22. num.8.facta tamen per maritū augeri, ſicut dos per uxorem pōt.l.ſi cōſtante, ubi Cyn.4. notab. Auth.de æqualit.dot.Rolā.d.q.100.nu.12.& vt dixi, nō cōſtituiī ad lucrū mulieris, niſi ex pacto, ſed ad eius cautionē, vt in dote ſit ſecurior, quia etiam conſentiente muliere nō alienat vir donationem pp nuptias, immo redit ad virū illa mortua, ſicut dos ad vxorē mortuo viro, Auth.ſiue auiæ.C.ad Velleian.Auth.dos data.C.de donat. ant.nup.Auth.de non eligend.§.fi.nec ex illa titulus lucratiuus cauſaī, ſed cōſeruatiuus dotium, cum tantum poſt dotem fiat.Auth.donationes. C.de iur. dot. amplè Neapod.in rubrica de iure quartę, in conſuet.Neap.

10 Donatioq; illa pp nuptias verè dr̄ & conſtituitur, cum fit per maritum uxori in illius fauorem, Aymo.cōſ.85.nu.4.in fi.& per totū, ſeu illa, quę

conſtituitur vxori ſponſę per ſocerum,ſeu patrē
viri,ſed nomine filij,& pro filio ſuo tantum, ad
quam alias pater pro filio aſtringebatur, ita ut
cogi poſſet pro illo donare pp nuptias nurui,
quodq; donatum eo mō in legitimā filij imputa
batur, ſic loquuntur omnes textus in materia.
Primo.l.quoniam nouella.C.de inoffi.teſta.ibi
vel pro filio ante nuptias donationem.
Secundo. l. illud.§.ad hoc. C. de colla.ibi cum
ante nuptias pro filio.
Tertio.l.ut liberis. C. de colla.ibi ante nuptias
dotata pro filio.
Quarto.l.fi.§.ſimili mō.C.de iur.dot.ibi pro alio
ante nuptias donationem nupturæ dederit.
Quinto.l.fi.in prin.C.de dot.promi.ibi ſi pater
pro filia dotem, & pro filio donationem ante
nuptias dederit.
Sexto.l.cum multi,uerſi.quare.C.de don.ant.
nup.ibi in donationib. quas mariti faciunt, vel
11 pro his alij. Non enim † omnis donatio ob cām
(ſimplex enim nunquam imputatur)filio facta,
uel pro filio in eius legitimam imputatur,vt ſi ex
alia cauſa fieret,puta meritorum, ut onera ſuſti-
neret matrimonij,ſeu pp emancipationem, vel
ſimilia,ſed illa tantum donatio ob cauſam, quā
neceſſitate legis pater aſtringitur facere, vel cō.
ſtituere,vt propriè in donatione propter nuptias
exemplificant ſcribentes, quando in quam pa-
ter cogi poterat,quod docet magiſtraliter Caſt.
& Alex.& Deci.in fi.in d.l.vt liberis,ubi Caſt.4.
col.uerſi.certè,primum non placet.C.de collat.
Bar.in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collat.bonorum.
uerſi.quæro quid ſi pater,poſt Cyn. in l. filiæ li-
* cet.C.de collat.& ſecundum hanc ſententiā † iu-
dicatum inquit,Roderi.Soarez.in repet.l.qm in
priorib.declaratione legis Regni.5. quæſito in
fi.nu.10.pag.408.C.de inoff.teſta. ſequit Crau.
d.conſi.85. & 136. multa Franc. Beccius conſi.
20.nu.23.& ferè per totum,Tob.Non.conſ.49.
num.15.& 16.Anton.Cuchus trac.de legitima
Rubr.data inter viuos, nō imputari in legitimā.
nu.8.& ſeq.nu. 15. nu.26. & fere per totum.vbi
regulam cum limitationib.ponit.& ijidem pro-
cedere in donatione ob cām matrimonij facta,
ex affectione naturali,vt filij facilius, & decētius
nubant,voluerit nouiſſimè Rolan. a Valle conſi.
44.ſecundo articulo,& conſi.70.per totum vol.
12 4.Donantur enim quandoque multa per † ſoce-
ros ſponſis filiorū,non ex cā donationis pp nu-
ptias,cum nō noīe filiorum fiat,ſed proprio, &
ex mera liberalitate ipſorum,ſeu nobilitate, vel
conditione nurus,ac ex ſimili cā,de quib. etiam
per Bero.conſ.62.uol.6.Rimi.conſ.384.per to-
tum uol.2.Vrſil.ad Affli.d.deciſ.315.poſt Abb.
conſi.18.uol.1.Gui.Pap.deciſ.146.in ſimili uide
13 mus † donationē pp nuptias a marito,uel patre
pro eo uxori factā,ut ob cām,non eſſe inſinuan
dam fauore uxoris.§.illud quoq;, Auth.ut fratr.
filij,Auth.ut ſponſal.largit in prin.Auth.eo de-
curſum.C.de dona.ant.nup.Bar.in l.fi.C.eod.ti.
Bolognet.conſi.6.nu.49.At ſecus ſi pater donet
filio, uel alius extraneus ipſi marito, uel filio,
quia cum ſit mera donatio,& ad commodū do
natarij,inſinuatio requirit. ex tex. l.fi.§.ſimiliq;
modo.ff.de iur.dot.qui non eſt correctus, hoc ca
ſu,per Sali.&c.d.Auth.eo decurſum.C. de don.
ant.nup.ita Pariſ.conſ.16.nu.27.& 28.uol.2.tra
dit Rimi.in §.1.nu.459.cum ſeq.& nu.494.Inſt.
de dona.Arius Pinel.in l.1.parte 3.illat.31.pag.
457.C.de bon.mater.ita quod in materia differt
an ipſe filius uxori donet,uel promittat,an alius.
Vel ſi per vxorem,an per patrem, uel alium pro
14 mittatur; quod in caſu † dotis non ſolutæ a pa-
tre filiæ, uel extraneo promittente dotes, quia
tunc uxor expelli a marito nequit; ſecus in pro-
miſſa ab ipſa vxore,& non tradita, exemplificat
rurſus,Boer.deciſ.22. in 1.
Iſtis ſic præſuppoſitis,ad caſum noſtrum deue
niēdo: dico duo millia promiſſa per Dominum
Matthæum Amorinum,iure dotis, & augumen
ti prouenientis ab extraneo, ſeu uxore fungi,
non autem vice donationis propter nuptias a
marito factę.
15 Primo,quia * tenor conuentionis,& pacti di
ligenter conſiderari debet.l.ſemper,vbi Mod.ff.
de reg.iur.& ex verbis contrahentiū.mēs decla-
ratur.l.in conuentionib.ff.de verb.ſig.d.l. intereſt,
ibi quantū lectio probat.ff.de ſolut.at verba præ
cedentia in dicto inſtrumento clarè augumentū
eſſe explicant, ibi promittit reſtituere dotē vna
cum augumento infraſcripto.quaſi declarēt cō-
ſtitutionem duorum millium infra dicendā,eſſe
augumentum ſimplex,non autem donationem
propter nuptias; & cum ſint verba contrahētiū
expreſſa,non eſt in cæteris, vel præſumptionib.
immorandum.l.continuus.§.cum ita.ff. de verb.
obl.l.non aliter.l.ille.§.cum in verbis.ff. de leg.3.
qualitas enim verborum demonſtrat, cuius ge-
neris datio,ſeu promiſſio exiſtat. l. ad probatio-
nem.C.ad probationē.l.ſancimus.C. de fideiuſ.
Ripa tract.de peſte, de priuil.contract. num.47.
Socin.ſen.conſi.88.in prin.uolu.1.Dec.conſilio
552.in prin.& in l.ſi paſcenda.nu.10.C. de pac.
præcipuè cum ſæpius,ac non uice geminata, &
tergeminis,ſed vndecim vicibus ſit hoc verbum
repetitum,ut ibi,pro ſupradote,ibi facere augu-
mentum dotale dominæ Dianæ, & augumentū
eidem tradere de proprio domini Matthæi: itē
ibi tradere pro augumento dotali,& hoc augu-
mentum darem in euentum &c.quod augumē-
tum in euentum obitus,& alibi integrum augu-
mentum,ac tempore reſtitutionis dicti augumē
ti,& inferius, reſtitutionis dicti augumenti, nec
aliter domina Diana dictum augumentum, &
ibi ad ſolutionem dicti augumenti, quę repeti-
tio enixam,apertam, & clarā intentionem pro-
mittentis deſignat, ex vulgata,& vera regula.l.
baliſta.ff.ad Trebell.cum ſimil.
Addo,quod ipſe dominus Matthæus in teſta
mento ſuo hoc traditum dñę Dianę augumen-
tum

tum dotis appellat, in perſonam neptis ſuæ, ex
Domino Marco Antonio marito Dominę Dia
næ, ibi ſcutorum duorum millium pro augumē-
to d. dotis, propterea & pro augumento iudica
16 bitur, cum & ex poſt facto † uoluntas declara-
tur, etiam ex actu nullo, Aymo. conſi. 113. nu. 6.
Pariſ. conſi. 7. nu. 35. uol. 3. dixi conſi. 28. num. 1.
addo Sim. de Pret. conſi. 152. nu. 37. & conſ. 53.
nu. 37. in teſtamento loquentem. augumentum
itaque ex uerbis, & mente partium omnino iu-
dicabitur.

Secundo, illud augumentum dotis conſtitui-
tur per dominum Matthæum ſocerū ex pacto,
& conuentione expreſſa partiū, ac nomine ſuo
proprio tantum, non pro filio, qui de ſua pro-
pria ſubſtantia illud tradere tenetur, ut uerba do
17 cumenti publici docent, propterea † donatio
propter nuptias uere dici nequit, cum nec a ma-
rito, nec de bonis mariti, nec illius nomine per
patrem viri fiat, ut dicebam ſuperius ex l. quo-
niam nouella. C. de inoff. teſt. cum quinque alijs
ſimilib. denotantibus donationē fieri uel a filio,
uel a patre nomine filij. aliaſque donationes fie-
ri poſſe ſponſæ, & nurui, quę minimè naturā an-
tenuptialis ſortiantur. ſed irreuocabiles exiſtant
pœnes dictas mulieres, uel ſponſas, ut in ſimili
reſpondebat Bero. d. conſi. 62. num. 22. & ſeq. &
nu. 26. uol. 1.

Tertio, nullo iure cogente tradere promiſit
duo mille aureos, ſed ſponte, & uoluntate pro-
pria, non enim donare pp nuptias aſtringi po-
terat, cum illę ſint vſu abrogatæ, quatenus igitur
illud augumentū dotis, iudicaretur donatio, non
eſſet propter nuptias, vel ob cauſam præciſam
emiſſa, quæ patrem ſponſi ad id alias obligatum
teneret, ſed plura, & ſimplex, uel ob ſponſæ no-
bilitatem, ſeu vt matrimonium facilius ſuſtinere
tur, uel in remunerationem amicitiæ contractæ
cum nobili dom. Diana, & conſanguineis ipſius
facta, cenſeretur ut ſupra diſſerebam, vel alia de
cauſa nobis incognita, & Crau. d. conſi. 85. qua
de re vti æs alienum domini Matthęi, ſeu uti dos
18 propria, vel † augumentum dotis ab extraneo
proueniens iudicabit, ſeu alias donatio ſimplex,
quæ nullo modo conferri, nec in legitimam ne-
ptis ex dicta domina Diana, & filio imputari po
terit, ut dicebam ſupra per Roder. Soarez. d. 5.
quæſito. nu. 10. in l. quoniam in prioribus. C. de
inoffi. teſta. Tobi. Noni. conſi. 49. nu. 16.

Quarto, potuerunt fortaſſe contrahentes, & in
ſpecie Excellentiſſima Duciſſa Ferrariæ Com-
miſſaria teſtamentaria, & protetrix dictę domi-
nę Dianæ de Putis filiæ domini Hippoliti primi
præfecti ſtabuli eius Excellentiæ, ut inquit in-
ſtrumentum, ob qualitates ſponſæ, velle, quod
pater domini Marci Antonij viri in parte dotē
conſtitueret dictæ dominæ Dianę nurui, ſic duo
mille traderet de proprio in dotem, quod iure
fieri permittitur. ex Barbat. Bald. Cyno. Abb. &
cæter. de quibus ſupra in quarto exemplo augu-
menti dotalis, propterea non eſt inferenda do-
natio propter nuptias, cum verba, mens, & natu
ra contrahentium repugnent.

Quinto, ſe obligat dominus Matthęus dotem
cum augumento reſtituere in omnē caſum &c.
tradereque dominę Dianę de ſuo proprio duo
mille aureos eidem acquirēdos irreuocabiliter,
& filijs ſuis, ſic ad fauorem donatariæ tantum,
non donantis promiſſionem facit. propterea
19 † donatio non erit propter nuptias, ſeu ob cau-
ſam præciſam dotis conſtitutę, cum ex iure ſibi
reſtitui debuiſſet, non autem per ipſum vxori, ex
d. Auth. dos data. C. de don. ant. nup. Auth. ſiue
auiæ. C. ad Velle. & ſuperius expoſui. Et ſi obij-
ceretur ad commodum donantis fieri, non do-
natarię, cum mortua ipſa ſine filijs, pacto ad ip-
ſum conſtituentem, uel hæredes augumentum
redire uelit, propterea cenſeāt propter nuptias.
Reſpondetur enim verba repugnare, & alia, ſu-
perius conſiderata, & ideo pręualebit hic ſenſus
pro vero augumēto, quando cum uerbis claris,
mens quoq;, & coniecturæ alię concurrant, l. no
minis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de uerbo. ſi-
gnifi. l. ancillas. ff. de lega. primo. quinimmo & ſi
mens domini Matthæi aliquo modo repugna-
ret verbis, cum non ſit mens omnino expreſſa,
20 conſiderari minimè debet, eo quod † uerba cla-
ra principaliter attendantur, & proprietas illo-
rū, & ſi actus redderetur nullus, Soc. in l. vbi eſt.
not. 5. ff. de cond. & demon. & quod dicitur mē-
tem verbis præferri, proprietatique ſermonis. l.
cum proponeretur. ff. de leg. ſecūdo. & in termi
nis donationis propter nuptias, Aimo. conſ. 85.
num. 5. intelligitur, ſi mens ſit expreſſa, & clara,
quod probatur. d. l. non aliter. ff. de leg. 3. ibi, quā
cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe Teſtatorem,
Socin. in l. ambiguo. numero 9. ff. de rebus dub.
Stefan. de Federi. interpretat. iur. prima par-
te. numero 6. verſi. ſecundo ſequitur Menoc. cōſ.
97. num. 45.

Sexto, adeſt ſtatutū Bononiæ ſub rubrica de
dotis reſtituēdæ. verſi. item dicimus. quod diſpo
nitur dotem, vel augumentum dotis ab extra-
neo mulieri datum, ſibi omnino & irreuocabi-
liter acquiri. etiam quod in contrarium adeſ-
ſet pactum, & dans fuerit ſtipulatus ſibi reddi.
21 dum itaque † ſtatuti diſpoſitio eſt manifeſta, il-
la inuiolabiliter obſeruabitur, quamuis dura,
& rigoroſa, Bald. conſi. 467. volum. 4. Alexand.
conſil. 57. colum. penul. vol. pri. Curt. ſen. conſil.
78. Roland. a Valle, de lucro dotis, q. 1. & 2. & au
gumentum dictæ dominæ Dianæ proprium,
& ſibi irreuocabiliter acquiſitum iudicabitur,
22 cum ſtatutum ſuper dicto lucro, expreſsè fieri
pactum contrarium prohibere valeat. l. quæ cō
tra, vbi Iaſo. C. de pact. l. non dubium. C. de legi-
bus. l. paciſci. C. de pact. Bartol. & Bald. in l. fina.
C. de pact. Rolād. de lucro dotis. qui. 102. in fin.
ſtatutumque de dote ad augumentum trahatur,
vt ſupra, Roland. dict. q. 100. & Fanuc. glo. 10. nu

mero 48.nec eſt dubitandum, quin virtute dicti
ſtatuti,tanquam acquiſitum dominæ Dianæ,æs
alienum dictum argumentum cenſeatur, ad qđ
in dubio,cred tur quoque premittendo ſe do-
minum Matthæum conformem reddidiſſe,not.
in l.hæredes mei.§.cum ita, vbi Bart. nume.4.ff.
ad Treb.cum vulg.

Septimo,dominus Matthęus promiſit in om
nem euentum &c.reſtituere dotem,& augumen
tum dominæ Dianæ,& filijs,ac hæredibus ſuis,
& ſic dominę Lucretię, de qua nunc agitur, un-
de & ſi fuiſſet donatio facta nomine filij,vel do-
mino Marco Antonio filio ſuo,ſeu dos filiæ cō-
ſtituta,ſtante ſtipulatione pro domina Diana,&
hæredibus concepta, cenſentur irreuocabiliter
23 † donati dicti duo mille aurei numi, ita quod in
legitimam neptis nullo modo in bonis, aui cō-
putantur, ex Bartol.in l. poſt dotem in 5.quæſt.
ff.ſolut.matrim.Alexand.& Deci.nume. 16.vbi
* de communi in l.illam. C. de collat. affirmantes
dotem filiæ per auum datam non computari in
legitimam nepotum,cum illam vti hæredes ca-
piunt,vel quia pro eis fuerit ſtipulatum, ſequi-
tur Alexand.conſi.24.volum.1.Corn.cōſi. 190.
volum. ſecun.in propoſito ferè noſtro, obiectis
ex aduerſo, reſpondens ſcribit Modern. Tobi.
Noni.Peruſ.conſil. 49. nume.4. cum ſequ. Hinc
24 ſtante dicta promiſſione † augumentum a patre
viri promiſſum non imputari in legitimam dā-
dam filio, viuente patre, conſuluit Alci. conſi.
317.num.5.

Confirmantur ſupradicta octauo loco, quia
15 dummodo nepotes traditum, ſeu † datū ab auo
pro dote filię,vel filio ex donatione propter nu
ptias, non conſequantur virtute conſuetudinis
Martini tātum,ſed vel ex ſtipulatione,ſeu ex pa-
cto aui, qui in vnum tantum caſum datum ſibi
reddi,fuiſſet ſtipulatus,& per cōſequens in alte-
ro caſu deberi filio, ſeu filiæ, vel hæredibus in-
telligatur, nunquam illud in legitimam impu-
tant, nec cum alijs conferunt, tanquam ipſis
ſit donatum ſimpliciter per Barto num.9.in l. ſi
cum dotem.ff.ſolut.matrim. in l. poſt dotem.4.
quæſt.eodem titul.Imol.conſil.63. Ripa in l. in
quartum.num.143.ff.ad l.Falci. Corn. d. conſil.
190.nu.2.in propoſito, vbi additionarij in ver-
* bo computabunt,hanc communem * aiunt Ro
deri.Soarez.in repet.l.quoniam in prioribus in
declaratione regni.4.limit.nu.11.& 12. pagin.
310.C.de inoffi.teſtam.Tobi.Noni.d. conſi.49.
nu.8.& 9.

26 Nec iſtis repugnant,quod † dos data filię,ſeu
donatio propter nuptias conſtituta filio, in legi
timam ipſorum,& neptis ex illis,in bonis aui ex
computentur, iuxta ſententiam magis commu-
** nem ** relatam per Socin.iun. conſi. 67. nu.60.
volum.ſecund.ſemperque dotes, & donationes
ſimiles,etiam vbi dubium ſit, an traditæ fuerint
cōtemplatione donatarij tantum, uel filii in le-
gitimam imputētur, & traditis ſecundum cōmu
** niorem,** per Alex.conſi.179.nu.3.ubi apoſtil.
Paris.volum.5.Ruin.conſi.138.colum. pen.vo-
lum. ſecund. Nattain cōſi. 362. nu. 6. & 22.uo-
lu.2.Anton.Cuccum tract.de legit. rubrica, da-
ta inter viuos,non imputari &c.nume.26.30.&
ſeq.& num.42.ad fin.Vaſqui.de ſucceſſ. part. 2.
lib.2.§.19.nume.47. Caſſan.conſuet. Burgund.
de ſucceſſ.rubrica 7.§.5.num.8.pagin. 243.cum
ſimil.per Anton.Gabriel.lib.3.regul.de iure do-
tium concluſ.5.per totam,Socin. iun.conſi. 79.
volum.3.Cæphal.conſi.105.per totum volum.
1.Bero.conſi.46.uolum.2.Simon de Pret.conſ.
65.a nu.7.ad fi.lib.1.

Hæc enim omnia procederent in donatione
vera propter nuptias,iure cōmuni inſpecto (ſi
hic ſeruaretur.) Et quādo eſſemus in dubio,qua
mente nepti donata fuiſſent, vel conſtaret filii
tantum contemplatione,ſeu neceſſitate cogēte
tradita,& donata fuiſſe ab auo,per Crauet.con-
ſil.219.Dec. conſil.81.Alexand.num.28.Ripa.
num.204.Bolognet.num. 365.in l.in quartam,
ff.ad l. Falcid. At ſecus in dotis augumento,ſeu
etiā donatione, quatenus eſſet propter nuptias
his temporibus ex libera voluntate emiſſa,& nu
rus contemplatione ſolum, & ſtante ſtipulatio-
ne pro domina Diana,& filiis,ac ſtatuto Bono-
niens., de quibus ſupra, cum iſtis, uel altero eo-
rum caſibus nulla excomputatio fiat tradito-
rum, ſeu donatorum per ſocerum,præcipuè qđ
Magnifica Domina Lucretia neptis duo mille
conſequatur ex ſtipulatione,& promiſſione ſpō
tanea Domini Matthæi,& vti hęres dominę Dia
næ matris, non autem tanquam hęres patris ſui
vel aui, ita quod nihil in legitimam imputabi-
tur,per Ripam,qui Imol.& Corn.allegat in d.l.
in quartam.nu. 103. ff. ad l. Falcid. Cuma. con-
ſil.10.Caſtr.conſi.26.num.5.& conſ.145.uol.1.
Alex.conſ.24.nu.3.& 4.vol.1.Corn.d.cōſ.190.
colu.2.volum.2.Dec.in l. illam colum.fin.c. de
collat.Simon de Pret.conſil.65.nume.18.Tob.
Noni.dict.conſil.49.num.11.cum ſeq. & in fin.
ceſſat enim regula communis,quod data nepti,
vel filio,in legitimam imputētur,ſi ex coniectu-
ris aliqnibus contrarium appareat,uel datū con
templatione honorati tantum,ita Bero.dict.cō-
ſil.46.uolum.2. Ex quibus ſimul collectis, ferè
currenti calamo ſcriptis, ob temporis mihi con
ceſſi penuriam, concludo in fauorem nobilis
Dominæ Lucretiæ iudicandum fore.

Franciſcus Burſatus.I.C.Mantuanus.

PRO NOB. DOMINA MARGARITA Conſtantia.

ARGVMENTVM.

*Bona fideicommiſſi quando pro dotibus alienentur, li-
cet ſint expreſſe prohibita diſtrahi, etiam in cau-
ſam dotis vel piam.*

Auth.

Auth.res quæ.C.de legat.& vnde ſumitur, ample declaratur.

Dotis conſtitutio vel reſtitutio, quando fiat ſuper bonis prohibitis alienari ſimpliciter, etiam ſi poſt iniunctum fideicommiſſum caſus dotis eueniat.

Teſtatoris mens vel præceptum, quãdo legis præcepto præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres olim, grauatus fideicommiſſo non cogebatur reſtituere fideicommiſſum, nec prohibebatur alienare, ſed contra numero 47. ex * communi.*

2 *Alienationes fideicommiſſi iure codicis ſunt prohibitæ.*

3 *Teſtator non poteſt prohibere filio alienationem, ad præiudicium dotis.*

4 *Dotis cauſa nõ comprehenditur in generali prohibitione.*

5 *Ratio expreſſa in lege extenditur, & num. 52. ex * communi.*

6 *Moderator eſt quilibet in re ſua.*

7 *Bona patris à filio iure inſtitutionis habita, ſunt pro dote à filio recepta obligata.*

8 *Prohibitio ſpecialis alienandi, etſi in cauſam dotis, ex * communi, ſed contra vt num. 10. & infra num. 17.*

9 *Prohibitus alienare conſtituit dotes, non tamen pro anima legat.*

10 *Dotis iam prohibita ſpecifice pro dota alienari, alienantur, ex ** communiori.*

11 *Teſtator nulla arte, ſe ab obligatione dotandi liberatur.*

12 *Fideicommiſſarius, etiam conſumpta legitima & trebellianica, pro vxore ducta poſt iniunctum fideicommiſſum, alienat, pro reſtitutione dotis, ex communi.*

13 *Diſpoſitio auth.res quæ C.communi de leg. procedit in reſtitutione dotis, poſt teſtatoris mortẽ habita ex magis ** communi.*

14 *Fideicõmiſſum alienatur pro reſtitutione dotis & quod pia cauſa eſſet reſtituendum, ex * cõmuni, & numero 15. ac licet eſſet iniunctum fideicommiſſum ante dotis obligationem, ex communiori. ***

15 *Alienatio fideicommiſſi pro dotis reſtitutione fit ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem, ex * communi.*

16 *Fideicõmiſſum nõ alienatur pro dotis augumẽto.*

17 *Prohibita expreſſe alienari, diſtrahũtur, pro conſtitutione dotis, ex ** communiori, quod tamẽ procedit in deſcendentibus nume. ſeq. ex cõi.*

18 *Auth.res quæ procedit tantum, in deſcendentibus ex communiori.*

19 *Deſcendentes tantum concepti, tempore fideicõmittentis, non nati poſt alienant fideicommiſſum pro dote, & bona prohibita alienant fideicommiſſum pro dote, & bona prohibita alienare, ex * communi.*

20 *Alienatio fideicommiſſi, fit tantum in ſubſidium aliorum bonorum, ex communi.**

21 *Dotes prius detrahuntur ex legitima & trebellianica, quàm ex fideicommiſſo, ex communi, niſi teſtator filias dotari mandaſſet.*

22 *Alleganti bona adeſſe; ex quibus dos ſolui poteſt extra fideicommiſſum, onus probandi incumbi, ex * communi.*

22 *Bona fideicommiſſi non alienantur pro conſtitutione vel reſtitutione dotis, ubi teſtator etiã cauſam dotis alienari prohibet, ex * communi.*

23 *Diſpoſitio auth.res quæ, procedit omnino, quo ad filios, & pro legitima eiſdem debita, ſecundũ omnes.**

24 *Teſtator pro dotis reſtitutione, & conſtitutione, non cenſetur alienationem prohibere.*

25 *Pater vltra legitimam, poteſt omnia bona in extraneos diſpenſare.*

26 *Fideicommiſſum non alienatur pro dote vbi teſtator prohibendo vtitur verbis uniuerſalib. geminatis, ſine contradictione.**

27 *Prohibitio legis & hominis, vbi concurrunt, ibi ceſſat alienatio, ẽt in caſu a iure permiſſo.*

28 *Dotis cauſa dicitur pia, maxime dos pauperum, ex * communi.*

29 *Augumentatio fit in æquiparatis a lege antiqua.*

30 *Bona fideicommiſſi, vel pro dote, ſic pro pia cauſa alienantur.*

31 *Dictio, etiam, implicat caſum magis dubitabilẽ maiorem expreſſo, iuxta quam tamen diſpoſitio reſtringit & ampliat, ex * communi.*

32 *Fideicõmiſſarius agit contra prioris bona fideicõmiſſi emptoris, cum pro dote illius fideicommiſſum interuertitur.*

33 *Filia, ſi prohibetur dotari in vna re, à patre, eo magis alia perſona.*

34 *Argumentum a maiori negatiua, in materia excluſionis filiæ procedit.*

35 *Neptis in conditione poſita excluditur, ſi filia excludatur, & dotetur tantum, ex magis communi.***

36 *Teſtatoris diſpoſita impleantur.*

37 *Pactum, quo libera facultas teſtandi aufertur, reijcitur.*

fidcicommiſſo,& ſic vocati eo modo deludebā
2 tur. Ideo iure †Codicilis alienationes,& obliga
tiones ſuerunt prohibitæ.l.fin.§.ſed quia.C.cō-
munia de legat.quod ius per auth.de reſt.& ea,
quæ,parit, comprobatum fuit,exceptis dotib.
vt etiam dixit gloſſ.in verbo fideicommiſſi.l.ſed
& ſi,lege.§.quod autem.ff.de petit.hæred.Et cū
lex ſtatuerit, vt cauſa dotis non comprehenda-
tur,in illa ꝓhibitione,ſtat firmū ius antiquum,
reſpectu dotis,vt fideicommiſſum ſit infirmum
& ſicuti de iure antiquo teſtator non putuerat
grauare hæredem,ut inuitus reſtitueret, vt dici-
tur in prædicto prin.inſtit. de fideicom.hæred.
3 ita etiam de iure nouiſſimo †teſtator nō poteſt
prohibere filio alienationem ad pręiudiciū do-
tis,vt habetur in §.quamobrem.in Auth. de re-
ſtitut.& ea,quæ.parit.Et licet multi doct.tenue-
rint,illam legē procedere in prohibitione ſim-
plici:ſecus quando expreſſe,facta ſit prohibitio
etiam in cauſam dotis,ut limitauit Alex. in con
ſilio 56.in 1.volum.Tamen dici poteſt, illam li-
mitationem falſam eſſe, conſiderando rationē
allegatam in prædicta Auth.quę fuit,Ne mulie-
res ignorantes fideicommiſſum, ſuis dotibus
fraudarentur: Ideo imperator voluit corrigere
legē Codicis,in prædicta Auth.§.hæc nos, nec
eſt bona ratio Alex.in prædicto conſilio 56.q.
Auth.res quę.C. communia de legat. procedit
tantum in prohibitione ſimplici, cum ſi prædi-
cta opinio Alexandri ſeruaretur, nullum eſſet
ſpeciale in fideicōmiſſo, quia regula generalis
eſt,vt in diſpoſitione generali,non comprehen
4 datur † cauſa dotis.Salyc.in l.fin. C.de iure do-
tium.Iaſ.in l.1.ff.ſolut.matrim.num.9.Neg.in.
tract.pagin.in 8. parte; pri. memb. in 9. Fallent.
Bal. nouel. in tract. dotium in 6. par. priuil. 47.
nume.47. Sed cum ratio,quia motus ſit Impe-
rator ad corrigendum legem Codicis,expreſſa
fuit, Ne mulieres earum ignorantia dotib. ſuis
fraudentur, eſt generalis, tam ſi ſimpliciter fiat
prohibitio alienationis, quā ſi expreſſe in cām
dotis,& tam procedat hæc ratio,ſi in ꝓhibitio
ne exprimatur cauſa dotis, quàm ſi non ſit ex-
preſſa, ideo idē iusequaliter, in Aquil. l.a titio.
ff.de uerbor.oblig. ſi uero ratio prędicta Auth.
fuiſſet propter ueriſimilem mentem teſtatoris,
volentis.vt filius faceret ea, quę facturus fuiſſet
ipſe teſtator, ut in l.cum ſeruus.ff. de condit. &
demon.procederent dicta Alexan.in d.conſilio
56.quia in claris ceſſant cōiecturę.l. continuus.
ff.de verbo.obliga.illa tamen,non eſt ratio, ſed
hæc ne mulieres ignorantes fidcicommiſſum,
ſuis dotibus fraudentur cum interſit Reipubli-
cæ,ut dotes cōſeruentur propter matrimonia.
5 l.1.ff.ſolut.matr.& cum ratio expreſſa in Auth.
prædicta,ſit generalis comprehēdens quamcū
que & expreſſam cauſam dotis, & ſi uerba non
cōuenirent, licet regulariter diſpoſitio nō pro-
cedat.l.4.§.toties.ff.de damno infecto.tamē uer
ba extenderentur ad rationem,ita vt etiam ver
ba ampliarentur propter rationem expreſſ. ...
Alexand. conſil. 52.numero 10.in 4. uolum. &
conſilio 59.nume.3.in volum.3. Imò, ſi in caſu
ſpeciali diſponerēt,& ratio eſſet generalis.licet
verba non conuenirent,diſpoſitio ampliaretur.
Crauet.in conſil. 135.ſub numer. 32. & in con-
ſilio 227.num. 4.tradit Cor.in conſil. 223. nu-
mero 3.in 4.volu.Tanto magis dicendum præ
dictam Auth.procedere,etiam quādo prohibi-
ta ſit alienatio, in cauſam dotis,quia ratio legis
expreſſa hoc ſuadet,& verba cōueniunt: Et qñ
lex non diſtinguit,nec etiam diſtinguēdum eſt.
l de precio.ff. de public. in rem actio. & quia in
prædicta Auth. §.ſancimus. ſtatutum fuit ex re-
ſtitutione: excipienda eſſe dotalia,quia præpo-
nūtur ea,quę publico iure proſunt,his quę ſpe-
cialiter alicui prodeſſe poſsūt,Nō videtur, quo
iure verba prędictæ Auth.limitanda ſint, in illo
caſu,in quo ſpecialiter prohibita ſit cauſa dotis
cum ſtandum ſit verbis legis,niſi de mente con
traria doctum ſit.l.non aliter.l. ille aut ille. ff. de
leg.3.nam cum in prędict.§.ſancimus, excipiun
tur dotalia a reſt tutione ratione publici fauo-
ris, in vtroque caſu ratio illa militat,nec lex di-
ſtinguit: quo fit,vt generaliter ille text. ſit intel-
6 ligendus:Et licet regula ſit, ut quilibet † ſit mo-
derator, & arbiter in re ſua.l.in re mandata. C.
manda.& diſpoſitio teſtatoris ſeruanda ſit pro
lege.§.diſponat,in auth.de nupt.Tamen illæ re-
gulæ non procedunt,quando lex cōtrarium di-
ſponat,quia ſi indiſtincte illæ regulæ procede-
rent;Pater nō cogeretur obligare bona pro re-
ſtitutione dotis receptæ,quando mulierem ho-
neſtam in vxorē duxit,ut per Bar.in l. ſi cum do
tem.§.tranſgrediamur.ff.ſolut.matrim. & pater
teſtando, nō poteſt priuare filium legitimum,
niſi cum cauſa a iure approbata, unde prædictæ
regule procedunt,ſi lex non reſiſtat,quia diſpo
ſita contra legem, nullius ſunt momenti.l. non
dubium.C.de legib.Et cū diſpoſitione prędictę
ctæ Auth. a reſtitutione excipiantur dotes, pater
non poteſt facere fideicommiſum,prohibēdo
dotis exactionem contra diſpoſita in prędicta
Auth.arg.l.nemo poteſt.ff.de leg.pri. nam licet
diſpoſitio teſtatoris ſeruanda ſit pro lege: tamē
non eſt generalis,(vt dixi)Et ſi trebellianica ꝓ-
hiberi poſſit,& fructus computari in ea,Nihilo-
minus ſi filij primi gradus ſint grauati, fructus
non computantur, licet teſtator expreſſe id mā
dauerit. l. iubemus. C.ad trebell. Et ſi quando
lex excipit aliquem caſum a lege generali, teſta
tor non poteſt diſponere contra legis limitatio
nem: ſic ergo, cum lex prohibuerit alienari, &
hipothecari bona ſubiecta fideicommiſſo.l.fi.
§.ſed quia.C.communia de legat.& ſuperuene-
rit ius nouiſſimū Authenticorum,quo excipiū-
tur dotalia a prędicta lege generali,ut in prædi-
cta Auth.de reſtit.& ea,quę parit,dicendum eſt
patrem non potuiſſe prohibere reſtitutionē do
tis, etiam quod expreſſe prohibuiſſet, ut dixit
Paul.

Paul.de Caſtr.in conſ. 86. in 1. uolum. Et licet
ex aduerſo dici poſſet, ſicuti bona paterna, non
eſſent obligata, ſi tãtum legitimam filio reliquiſ-
ſet, cum filius de patre eo caſu conqueri nõ poſ-
ſit: dicitur in eo caſu ceſſare rationem prædictæ
Auth. quia mulier non eſſet decepta ignorantia
fideicommiſſi, quia non entis, nullæ ſunt partes
l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & cum ipſa
mulier viderit virum habere tantum legitimam,
dici non poteſt tradidiſſe dotem, credens virum
fuiſſe diuitem: & cum diuerſa ſit ratio, de vno ca
ſu ad alium, non eſt arguendum. l. Papinianus. ff.
de minor. Ideo ſi pater inſtituit hęredem vniuer
ſalem filium, ut in caſu noſtro, quia hæres & de-
functus cenſetur vna eademque perſona, vt in
Authen. de iur. iur. a morien. præſt. quando pa-
ter relinquit vniuerſa bona filio, tranſeũt in eum
affecta illo onere, vt ſint obligata pro dotę a fi-
lio recepta, poſt aditam hæreditatẽ, vt per Dec.
in conſi. 376. ſub numero 2. & in conſi. 519. ſub
numero 13. Curt. conſi. 27. ſub numero 13. Cur.
iun. conſi. 59. num. 6. Natta conſi. 61. ſub num. 3.
in primo volum. Ruin. in Rubrica de dona. inter
vir. & vxo. §. 16. ſub num. 14. uerſi. pater. Et ſi ex
aduerſo Alex. in conſilio 56. ſub nu. 3. in primo
volum. diſtinxerit inter prohibitionem aliena-
tionis ſimpliciter factam, & ſpecialẽ, in cauſam
dotis, in primo caſu dixit procedere, opin. vt
Auth. res quæ. C. communia de legat. habeat lo-
cum, non obſtante prohibitione: & ita commu-
nem opinionem procedere: ſecus vero, quando
8 prohibitio † ſit ſpecialis in cauſam dotis: quam
opinionem tenuerunt Iaſ. in l. filiusfamilias. §. di
ui. ff. de lega. pri. ubi etiam Crottus, ſub num. 59.
Cur. iun. in prædicta Auth. res quæ. Curt. ſen. in
conſi. 67. num. 20. Pariſ. conſi. 52. nume. 37. & in
conſilio 63. nume. 38. in 2. uolum. Didac. uariar.
reſolut. lib. 3. cap. 6. Illuſtris Præſes, D. Roland. a
Valle in conſilio 85. num. 23. in pri. uolu. Ruin.
conſilio 123. numero 10. in ſecundo. volumin.
Cæphal. conſilio 50. num. 18. in pri. uolum. qui
alienam a communi opinione, cum Alex. in prę
dicto conſi. num. 56. voluerit, vt dos non ſit pro
hibita in generali prohibitione, & neceſſaria ſit
expreſſa prohibitio, in cauſam dotis, & Ruin. &
Cæphal. loquantur, etiam, quod non fuit facta
expreſſa prohibitio, quando per verba gemina
ta facta ſit prohibitio, & ſic Alexan. in prædicto
conſi. nec Iaſ. & cæteri, exceptis Ruin. & Cæph.
non loquuntur in caſu noſtro, cum expreſſe nõ
fuerit facta probibitio: Nec eſt bona illatio. pro
hibitus fuit etiam alienare in cauſam piam, er-
go etiam pro dote, quia tollitur per doctrinam
Bald. in l. voluntas. numero 6. C. de fideicom. vbi
concludit filium probibitum alienare, poſſe ſibi
conſtituere dotes, & nõ legare pro anima: & ita
dixit Bero. in conſi. 89. ſub num. 7. in 2. volum.
ideo, cum non fuerit expreſſe facta prohibitio,
reſpectu dotiaras, cl eſt concluſio, vt ueniat reſti
tuenda, non obſtãte prohibitione generali alie-
nationis bonorum: ſed & quando expreſſe in
cauſam dotis facta fuiſſet prohibitio, magis cõ-
munis eſt opinio, ut teſtator talẽ prohibitionẽ
facere non potuerit: quam opinionem tenuit
glo. in prædicto. §. quamobrem prædicta Auth.
de reſt. ubi notat mirabilem caſum, in quo filius
habet bona vltra legitimam contra velle patris,
fauore dotis: & ideo Pau. de Caſtro in prædicto
conſi. 80. dixit, ex defectu poteſtatis, patrem nõ
poſſe prohibere dotem. quam opinionem ſequi
tur Ripa in prædicto. §. diui. nume. 73. ubi etiam
Ferdinand. num. 135. & Ambro. de Oppizzon.
ſub num. 137. Iaſ. ſibi contrarius in prædicta Au
then. res quæ; in ultima columna. in 13. limita-
tione, Bal. nouell. in tract. dotium, in 6. parte. 13.
priuileg. Ruin. in prædicta Rubrica. §. 16. Siluan.
conſilio 90. numero 11. Bellon. conſ. 83. num. 6.
Guid. Pap. deciſ. 129. num. 5. & Socin. conſ. 123.
num. 5. in 3. uolum. Et quia (vt dixi) pater poteſt
cogi ad obligandum bona ſua, & ſint affecta ta-
li onere, & derogare non poſſe dixerunt, Curt.
ſen. in prędicto conſilio 27. Curt. iun. conſil. 59.
Decius, in prædictis conſi. 376. & 519. Natta in
prædicto conſilio 61. Et quo ad reſtitutionem
dotis, idem tenuit Dominus Rolandus, in præ-
11 dicto conſilio 85. nume. 36. † & nulla arte teſta-
torem poſſe ſe liberare, ab obligatione dotis, di-
xit Angu. conſilio 75. ſub nume. 19. lib. 6. quam
opinionem declarat procedere, in ſubſidiũ Ma-
ranta in ſua quæſt. 48. uerſi. eſt tamen aduerten-
dum, lib. 2. Et ſic ex iſtis videtur hæc opinio ma-
gis communis.

Ego igitur, implorato ab excelſo diuino nu-
mine, auxilio, dubijs intellectis, quæ diffuſe ſcri-
pta ſunt, & non modicam dubitationem afferũt,
ex veris, & probatis concluſionibus, per quas
rurſus tollentur obiecta, rem decidendam duxi,
ac ſimul iuſtiſſimam eſſe reæ conuentæ cauſam,
oſtendere.

12 Prima ſit concluſio, regulariter grauatus per
fideicommiſſum, ſi uxorem ducat, mortuo etiã
fideicommittente, ac poſt iniunctum fideicom-
miſſum, ratione hippothecę expreſſe hominis,
vel tacite a lege inductæ pro reſtitutione dotis,
tenetur ſoluto matrimonio, dotem receptam re
ſtituere coniungi, ſuper bonis fideicõmiſſo ob-
noxijs, etiam quod tempore nuptiarũ, vel pro-
miſſionis, legitima & trebellianica fuiſſet cõſum
pta: quod in his terminis, ex communi per plu-
ra uoluit Curt. iun. conſilio 59. per totum, poſt
13 Dec. conſil. 519. Diſpoſitio enim auth. res quę.
C. communia de legat. procedit in reſtitutione
dotis conſequutæ etiam poſt teſtatoris mortẽ,
Oldrad. conſi. 107. in fine. Alex. conſi. 67. uol. 4.
hanc magis communem ſententiam nuncupat,
Rub. Alexand. conſilio 78. num. 1. Dec. conſilio
376. Gozadin. conſi. 97. num. 10. Pariſ. conſi. 81.
num. 43. uolu. 2. Rolan. a Valle, ubi de commu-
niori conſilio 85. numero 31. & ſeq. ac per totũ
uolum. 1. Natta conſi. 61. uolum. 1. ueriorem ac-

com-

communiorem ait Didac.Couuar. var.reſolut.
lib. 3.cap.6.nume. 11.cum ſeq.verſic.4. Siluan.
conſi.90.num.11.Mant.in gloſſar.iur.Claſſe.6.
cap.17.Port.Imol.conſil.61.num.36.Villabob.
commuu.opin.verbo alienari. numero 80. late
Marzar.tract.de fideicom.q.48.ver.an vero di-
cta Auth.res quæ.Alphan.collec.iur.167.eſt ve
riori, Anguſ.conſilio 45.lib.6.de communi, Cæ
phal.conſilio 177.nu.9.& 17.conſilio 261.nu-
mero 21.vol.2.ſequitur Rom.& Mendoſ.ad eũ
in verbo habuiſſe, qui hãc veram, & communẽ
inquit, conſi.232.& ad conſil.267.verbo, con-
ſtruendi, vbi loquitur in dote & alimentis, illam
* veriorem &* communem admittit, etiam quod
15 † bona in pios vſus tandem conuerti deberent,
& quod pro dotis reſtitutione promiſſa poſt in
iunctum fideicommiſſum, dicta bona diſtrahan
tur, doctè & fuſius quęſt.pertractans, in hãc ſen
** tentiam, vt magis ** cõmunem reſidet Menoch.
conſil.33.num.23.98.& ſeq.ac per totum, ſub-
dens.nu. 32. illam procedere, etiam quod mu-
lier non ignoraſſet fideicommiſſum, ſeu legiti-
mam & trebellianicam fuiſſe conſumptam, vel
de iuris ſubſtantia nox ſe informaſſet, quod ſe-
quitur Didac.Counar.d.c.6. numero 10.verſic.
4.& Cagnol.in l.qui cum alio.numero 21. ff.de
regul.iur.Curt.iun.d.conſil.59. in fi. idem Me-
noch.conſilio 7.& 8.numero 5.in dote confeſ-
ſata loquens, & ſine fine diuerſum ſenſerit An-
gel.& Ruin.citati ab Hippol. Rimin. conſil. 23.
nume.326.
15 Quæ diſtractio ꝓ dote intelligetur fieri ad per
petuam ſubſtitutorum excluſionem, & ſi dos ad
* grauatum reuerteretur, vt poſt alios ex* commu
ni, not.Phanuc.de lucro dotis glo.10.num. 62.
ac pro alimentis & dote, eſto quod bona pio lo
co reſtitui debẽt.per eundem. d. gloſſ.10. num.
63.Aemilianus conſilio 144.numero 2.& quin
16 to.† licet pro augumẽnto dotis a viro facta ceſ-
ſet.d.fideicommiſſi alienatio, per doct. in d.Au-
then.res quæ.& Menoch.d. conſilio. 33.nume.
22.cum ſimili.

Et hæc bona fideicommiſſi rurſus pro dote
alienantur. iuxta diſpoſitionem Auth. res quæ.
C.communia. de legat. quod expreſſe dicta bo
17 na † fuiſſent ꝓhibita alienari, quod ex magis ue
** riori & ** communi opinione per alios tradit
Didac.Couuar.d.cap.7.numero 10.verſi.2.Ro-
land.a Valle.d.conſil. 85. num.7. & ſeq. uol. 1.
poſt Bertran.conſilio 4.nu.22.volu.2.& conſil.
191.num.10.nolum.1. ſcrib. vbi Crott. nu.44.
de communi Ferdin.Loarez.nume.135. & ſeq.
Soci.iun.nu.149.& 153.ac Ioan. Bolognet.nu-
mero 176.qui diſputando articulum, hanc cõ-
munem enuntiat, in l.filiusfamil.§.diui. ff. de le-
ga.1.communiorem item nuncupat, Marzar.d.
tract.de fideicom.q.48.in pri. Menoch. conſil.
95.num.131.Bero.conſilio 38.num.35.uolum.
1.Laur.Chircou.com.opin.cent.1.concluſ.43.
in pri.vbi de communi, a quibus non diſſentit,
Arrius Pinel.in l.1.3.par.nume.101. C. de bon.
mater. Sigiſm.Neapol.conſilio 52.nume.62.vo
lum.1.conſil.ſeudal.

Sed hęc trahuntur ad certas perſonas tantũ,
cum Auth.res quæ, locum ſibi vẽdicet in deſcẽ-
dentibus, ſeu filiis, uel nepotibus ſolum ex filio:
quos tenetur teſtator dotare, uel pro illis dona
tionem propter nuptias conſtituere, nõ autem
in cæteris, iuxta communem ita atteſtatam per
Soci.Sen.regul.Fallent. 12. penult. limit. Ferdi.
Loarez. in d. §. diui.num. 141.in fine, Soc.iun.
num. 156. Ambr. opizz. numero 57. in fin. qui
** hanc magis ** cõmunem inquit, cum Ioan.Bo-
logneto.num.183. Guliel. mainer.in l. in ambi-
guis.nume.22.ff.de re. iur. Bero.q. 110.nume.5.
in fin.Siluan.conſi.6.nume.13. in fin.Villabob.
com.opin. verbo alienari prohibita. nume. 80.
Cæphal.conſi. 177.nume.3.Pinell.d.3.par. nu.
103.Quod in conſtitutione dotis, nõ autem in
reſtitutione procedere nouiſſime dixit, Meno-
ch.d.conſi.33.nu.5.& ſeq.37.nu.40.Port.Imol.
conſi.61.nu.35.
19 † Et hęc intelligo in filiis tantum, ſeu deſcen-
dentib.conceptis tẽpore mortis teſtatoris: non
autem in conceptis poſt, cum loco extranei ha-
beantur, nec in illis d.Auth.res, quæ, procedere
poſſit, ut docte explicat dicẽs, nõ reperiri in hoc
* contradictorem, * Alciat. conſil. 640. quem ſe-
quitur Menoch.conſi. 95. nume. 132.& ſeruit.
deciſ.Tiraquel.de iure primogenitu.q.61.num.
7.& 8.Marza.d. conſilio primo epit.48.colum.
prima.

Secunda concluſio, ceſſat diſpoſitio. d. Auth.
20 res, quæ. nec bona fideicommiſſi † pro dote alie
nantur, niſi in ſubſidium, & ubi alia bona non
adſint alienanda, quod omnes admittunt.in d.
Auth.res, quæ, Rom.conſi.232.in pri.cũ apoſt.
* Mendoſ.Bellon.conſilio 83.nume.8.ex * com-
muni, Ferdi.Loarez. in d. §. diui. num.138. ubi
Soc.iun nu.155.& Io.Bolognet.nu. 179. Bero.
conſil. 86.num.30.uol.2.& conſi.57. nume. 35.
uolum.3.Port.Imol.conſil.38. nume. 13. & 14.
Capra.conſilio 92.num.12.Marzar.d.q.48. uer
ſic.& quia Menoch.conſilio 88.num.48.& ſeq.
* & conſilio 95. nu. 133.* communem ait Chir-
coui.d.concluſ.93. cent.prima. Capra conſilio
92.num.12.Gratus, conſi.17.numero 31.uolu.
1.Hippol.Rimin. iun. conſi.23. nu. 318. & ſe.
lib.1.Hinc, ſi adſint legittimæ, & trebellianicæ
portiones, ad hęredem grauatũ ſpectantes, nec
21 apparent conſumptæ, ex illis, † Dos ipſa extra-
hetur, non autem ex reſideo bonorum ſubſtitu-
* tis debito: & hoc * communiter teneri ait Cur.
iun. conſilio 59. in princ. & in d. Aut.res quæ,
numero 26 Bellon.conſilio 83.nume. 9.Soc.d.
regul.12.Fallent.1.Rimin.conſi. 337. num. 13.
Ambr.de Opizz.in d.§.diui.nu.57. Aymo con-
ſilio 19.num.19.Rub.Alexan.conſilio 124.nu.
3.cum ſimil.per Marzar.d.conſilio 1. ſuper epi-
tom.q.48.pag.25.Mend.ad Rom.conſ.232.uer

bo

bo ſufficiens.Cæphal.conſilio 105.numero.18.
Simon de Pretis conſil.137.nume.28.& 49. niſi
tamen mandaſſet teſtator filias dotari, cum illo
caſu deberent,nulla dictarum portionum conſi
deratione habita,ex fideicommiſſo dotem con
ſequi,ut uoluit Menoch.d.conſilio 88.num. 51.
cum ſeq.uoln.1.licet contra hoc dictum ultimū
tenuerint Phanu.tract.de lucro dotis, gl. 10. nu-
me.72.& Marzar.d.conſil.1.in Epitom.48. pa-
gin.16.uerſic.quoniam.ſubdens onus proban-
22 di incumbere alleganti bona propria, & alia,
ſufficere,non autem dicenti adeſſe;quod tamen
* dictum de probatione,ex*communi impugnat
Curt.Sen.conſil.27.num.17.Dec.conſil.519.in
fi.Ferd.Loarez.ubi ſupra.numero 135.in fi.

Tertia ſit cōcluſio,ubi teſtator expreſſe,ac no
minatim alienationem prohibet.etiam ob cām
dotis,tunc cōſumpta portione ad grauatum ſpe
ctante,nec pro reſtitutione,nec pro conſtitutio
ne alicuius dotis bona fideicommiſſi.ſeu aliena
ri prohibita,diſtrahi quoquomodo poſſunt, ut
in terminis limitando diſpoſita in auth.res quę,
determinarunt,Alexan.conſilio 56.nume.3. uo
lu.1.& in conſilio 23.uolum.2.Iaſ.in d. Aut. res
quæ.num.24.ubi Curt.iun.num.36. hanc con-
tra caſtrenſem tenendam ſcribit: & eodem lo-
co Bernard.Alfan.collect.iur.167.uerſicu.adde
plures.C.communia de legat.idem Iaſ.in conſi.
157.uol.2.& conſil.66.uolu.1.Modern. in d. §.
diui.l.filiusfamilias.ff.de leg. 1. ubi Ferdi. nume.
141.uerſic.tertia ſit concluſio,hanc in dubitatā,
Ioan.Crot.nume.59.uerſic.2.fallit, probabilio-
rem nuncupat.cādem ſequuntur, ibidem Opiz-
zon.num.57.Ripa.num.73.Alciat.nume. 27.ac
Claud.de Seiſſelo,in 5. col.uerſi. item in 9. dum
limitationem Alexand.in conſilio prędicto 56.
approbat. Rurſus & Ioan. Bolognet. in eodē.§.
diui.numero 181.cum ſeq.& num. 187. hāc uti
communem ueram, & regulam negatiuā gene-
ralem profitetur, non diſſentit Soci.iun.ibidem.
numero 155.& ſeq.hanc probarunt Ruin.conſ.
123.num.10.uolum. 2. Curt. Sen. qui ſæpenu-
mero,pro hac ſententia conſuluiſſe refert,in cō-
ſilio 63. numero 20. Pariſ. conſilio 52. numero
37.& conſilio 63.nume.38.qui uti ueram ſequi
tur uolu.2.Cotta,qui Alex.Socinū que Sen.alle-
gat in memorabili,uerbo Dos,uerſi.2.nota.hāc
communem refert & probat Rolan.a Valle cō-
ſilio 85.num.23.uolu.1.& conſil.81.nume.7. &
24.uol.2.in eandē reſidet,Villabob. com.opin.
uerbo.alienatione.num.86.id communiter ap-
probari inquit,Camerar.in c.Imperialem, pag.
82. liter. O. de prohibit. feud. alien. per Federi.
Didac.conuar.illam ueriorem appellat,libro 3.
uar.reſolut.cap.6.numero 7.uerſic.3. ut quibuſ-
dam hunc caſum non eſſe dubium,& ita conſul-
uiſſe in caſu cuiuſdam magni militis, ubi ſit cau-
ſa dotis prohibitio emiſſa; ſcribit Roder. Soa-
rez. in l. quoniam in prioribus. 2. limit. ad l.re-
gni.num.11.pag.281.C.de inoffi.teſtam.Pallat.

Ruin.in Rubrica de donat.inter uir. & uxor. §.
16. nnme. 12. communem eſſe contra Caſtren.
recenſet Menocb.conſi.95.num.131.& 135.in
fine Laur. Chircoui. d.concluſ.93.in fin.cent.1.
com.opin.hanc eſſe limitationem communiter
receptam inquit,Marzar.ubi de fructibus dotis
cōſtituuntur,ut in propoſito.d.tract. de fideicō.
q.48.uerſic.retenta,ubi ait quendam repetentē,
Padalinum in d.Autb.res quæ, atteſtari hanc li
mitationem communem fore,idem cum tot fru
ctus grauatus perceperit, qui ad reſtitutionem
dotis ſufficiant,tenet Gulicl. Reodan.tract.de re
bus Eccleſ.non alien.pag.117.num. 114. in Ru-
brica,de cauſ.propter quas fiūnt alien. Rurſus,
reprobat Alex.d.conſilio 56.Grat.conſi.17.nu
mero 20.uol.1.licet habere contract. affirmet.
Ab iſtis non diſſentit Fanu.de lucro dotis. gloſ.
19.numero 67.75.& 77.in fin.licet.eo loco di-
23 cat,†in vno tantum caſu,in patre,nēpe ſeu aſcen
dente,qui cogitur dotem filiæ conſtituere, pro-
hibitio nominatim emiſſa fuiſſet:quod & cæte-
* ri * admittunt reſpectu legitimæ omnino filijs
debitę,vt expreſſe inquit,Bolognet.d.num. 187.
in fin. Ari.Pinel.in l. 1.3. part. nume. 102. C. de
bon.mater.

Mouenturque omnes duplici ratione, primo
quia diſpoſitio autb.res quæ.etiam vbi adſit pro
hibitio expreſſa,procedit ex mera iuris interpre
24 tatione,quæ ſic declarat† mentem teſtatoris,ſeu
fideicommittentis,ꝙ pro dote prohibitionē ceſ
ſare voluerit,per text.in auth.de reſtit.& ea quæ
parit.§.quamobrem pręſentem; in fine ibi, per
præſumptionem exceperunt.l.mulier.§.cū pro-
poneretur.ff.ad trebell.ſcrib.omnes in d. Auth.
res quæ.vbi Curt.num.30. Loarez. d.§. diui. nu.
138.quod communiter teneri ait Marzar. cōſil.
1.epitom.48.pag.16.Alciat.conſil.555.num.3.
Phan.vbi ſupra.num.77.Cæphal.conſil.105.nu
me.18.At in claris interpretatio ceſſat,vulg. leg.
continuus.§.cum quis.ff.de verb.oblig. l.ille aut
ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.

25 Secundo, ſi†teſtator vltra legitimam naturæ
filio relictā,poteſt extraneo omnia ſua bona le-
gare,donare,& tradere.gloſ.in l.titia.§.1.ff.de le
gat.2.l.parentibus.C.de inoffic. teſtam. quanto
magis in filium ſuum,ſubſtantiam transfere po-
terit? ſed cum onere,expreſſo quod non alienet
partem illam,nec pro conſtitutione,nec pro re
ſtitutione dotis,arg.l.videamus.§.pen.& l.actio-
nibus.ff.de in litem iuran.vt iure merito ſcriben
tes ſuperius citati,hanc, vti communem verio-
rem indubitatam,ac probabiliorem,amplexi le
gendo & conſulendo fuerint.

Quarta ſubnectitur concluſio, vbi teſtator in
prohibita bonorum ſuorum alienatione, vſus
eſt verbis vniuerſalibus geminatis vel repetitis,
vt puta,quoquomodo non alienentur,& nullo
modo,& vel ſimilibus;tunc ceſſat diſpoſitio au
th.res quæ.& auth.de reſtit.& ea quæ part.nec
26 † pro fideicommiſſis bona diſtrahūtur,per gl.in
verbo,

Digitized by Google

verbo,quoquomodo.l.quidã cum.ff.de fideicõ-
miſſ.liber.quod formaliter in propoſito noſtro
ſequuti ſunt Alciar.in d.§.diui. num. 27. limitat.
5.Ruin.conſilio 97. numer. 11. & conſilio 123.
numero 10.volu.2.Cæphal.conſilio 121. num.
2.volu.1.& 296.num.14.volu.2.nec huic decla-
rationi contradictorem inueni. Et ratione mo-
uẽtur credo,quod duplex & geminata prohibi
tio, pluſquam ſimplex operetur,ne hominis ver
ba ſtent ſine virtute operandi, pro vt dicitur in
27 re † prohibita è lege alienari,cui ſi hominis pro
hibitio accedat, nec diſtrahi poterit in caſibus
etiam,in quibus alias.d.res prohibita, potuiſſet
diſtrahi,ꝑ tex.in §.ſanctiſſimas.in auth. de alien.
& emphit.ibi permittemus alienari, niſi ſub hac
conditione,ſint poſſeſſiones traditæ,vt non alie
nentur.glo.in l.fi.C.de reb. alien. non alien. So-
ci.Sen.conſil.67.& 49.numero 14.volu.1.Aret.
conſil.22.colum,2.Ioan. Franc. de Ripa conſil.
8.num.10.volum.2.conſil.feud.Ruin.conſi. 34.
num.2.volu.1.Roland.a Valle, conſi.7.num.74.
& conſi.70.num.72.volu.3.poſt Cæphal.conſi.
121.num.4.& conſil.133.num.62.

28 Quinto concluditur,† cauſam dotis dici, & cẽ
ſeri piam,ſaltem largo modo,& etiã ſtricte. vbi
tractatur de dote pauperum, per text. in l. cum
his.§.ſi mulier.ff.de cond.indeb. ca. 1.§. donare
qualiter olim.feud.alien.poter.quod * commu-
niter tenere doctores inquit. Bald. nouell. tract.
de dote.5.part.prin.num.2.& per totam,Benin
caſ.tract.de pauper.5.quæſt.nume.4. cum ſequ.
Marin.Freccia de feud.lib.2.quæſt.2. nume. 18.
pag. 121. ſunt enim a lege antiqua æquiparati,
29 ita vt de vno ad aliud,†licita ſit frequens, ac vti-
lis argumentario.Nicol.Euerrard. locorum cõ-
munium.25.Tiraquel.de priuileg. piæ cauſæ,in
præfat.& in priuileg.114. in fi. & 123. Pallatios
Ruin. in Rubrica, de donat. inter vir.& vxor. §.
16.numer. 14.& §.48.in fine. Quinimo fauora-
bilior pia cauſa iudicatur,per eundem Tiraquel.
30 priuileg.147.† & ſicuti bona reſtitutioni ſubie-
cta pro dote alienantur,& ita & pro cauſa pia,ꝑ
Angel.in l.quidam in teſtamen.§.fina.ff.ad Tre-
bell.quem citat Soci.ſi is eſt qui.dd.regulas con
ſcripſit,in regul.12.ampliar.12.ſentit Bal.in ca.
1.§.donare qualit.feud.alien.poter.Tiraquel.de
priuileg.in piæ cauſę priuileg. 101.& in indiui-
duo mihi videtur tex.in §.ſi vero & ipſam,in au-
th.de reſti.vbi Imperator permittit quartam ſer
uandam omnino fideicommiſſario,per grauatũ
reſtituere,quicquid ſupererit.poſſe diminui, &
alienari, cum ob dotem, tum ob piam cauſam,
ſeu pietatis officiũ,ea ratione inquit,quod om-
nium ſibi pretioſior pietas videatur,non diſſen-
tit Ioan.Bolognet.in d.§.diui.nume.181.ex quo
tum propter rationem expreſſam in lege,tũ ob
ęqualem determinationem,videtur inferri, qđ
pia cauſa,& dos ęqua lãce,iure,& pari paſſu am
bulent,& eo modo ꝑmittatur alienatio bonorũ
reſtitutioni obnoxiorũ pro pia cã,ſicuti ꝑ dote
quicquid uoluerit,Bal.in l.uoluntas.nu.6.C.de fi
deicom. quem refert Bero. conſilio 89. num.7.
uol.2.ex quo textu,in uerſic.ſi vero contigerit,
ibi;cum enim ipſe teſtator omnem cautionem
& fideiuſſionem relaxauerit,nos aliter diſpone-
re,non eſt mõrientis conijcere uoluntatẽ. infe-
ro,quod cum ſupra dotẽ & piam cauſam ęqui-
paret,ac inferius cautionem præſtari pro quar-
ta reſtituenda,ſi id teſtator prohibuiſſet,quod re
ſpicit tam caſum dotis, quàm piæ cauſæ deter-
minationem;ſi teſtator ſimiliter in alio caſu mã
dauerit expreſſe,quod bona ſua non alienentur,
etiam in piam cauſam,comprehendet, & dotẽ
31 ipſam præcipuè, quod † dictio etiam ſimplicet
caſum magis dubitabilem, maiorem expreſſo,
& augendo augeat etiam in materia ſtricta.l.etiã
ff.ſolut.matr.Pariſ.conſil.46.num.30.31.uolu.4.
Mod.in l.1.ubi Cagnol.num.32.C.qui admittit.
iuxta quam tãtum diſpoſitio reſtringitur & am
pliatur,ex uera, & communi ſententia; dd.in l.
his ſolis.C.de reuoc.donat.quem ſequitur Vaſ-
qui.de ſucceſſ.lib.ſecundo.§.12.numer.40.part.
prima.

Sexto,& ultimo loco dico,licèt in pręiudiciũ
fideicommiſſarij,bona reſtitutioni ſubiecta, ac
etiam prohibita expreſſe in cauſam dotis aliena
ri pro dotis conſtitutione ſeu reſtitutione,ut ſu-
pra,in gratiam mulierum & dotium diſtrahan-
tur,iuxta auth.res quę.C.communia.de leg. de-
ſumptam ex.§.1.de reſtit.& ea,quæ parit. Atta-
men,ne detur occaſio euertendi penitus fideicõ
32 miſſum, † permiſſum eſt ſucceſſori in fideicom-
miſſo uendicare & recuperare tot alia bona iam
alienata,e manibus emptorum,quor cõſtituant
integram fideicommiſſi debiti portionem,quia
tertij non poterunt opponere de computando
iam pridem alienata,in quartas debitas, cũ ceſ-
ſet hæc oppoſitio,ubi mulier repetit dotes ſuas,
ſed tantum procedat in præiudicium filij graua
ti,uel creditorum eius,quod iudicio meo proba
tur manifeſte,ex uerbis.§.ſi uero cõtigerit quar-
tam.in auth.de reſtit.coll.8. Quo loco Iuſtinia-
nus ſtatuit,quod ſi hæres grauatus reſtituere,qđ
ſupererit ex quarta debita fideicõmiſſario,quic
quam alienauerit,etiam ex promiſſione legis,ſi
ad ſupplementum non habeat alia bona,uel ꝓ-
priam ſubſtantiam,eidem liceat contra empto-
res,aut aliter res fideicommiſſi accipiẽtis agere,
ſibi complere quartam fideicommiſſi ex rerum
uendicatione,unde licet ex dote fideicommiſſi
portio diminuatur, ut in alijs tamen bonis pri-
dem alienatis reintegrabitur: Hoc idẽ animad-
uertit,admirans,quod noſtrates id minime con
ſiderauerint,licet hunc textũ non alleget, Curt.
iun.conſil.58.num.8.ac nouiſſime poſt hæc ſcri
pta uiſus Menoch.conſil.33. num. 29. ſubdens.
numer. 35.§.ſi uero,& ipſam quartam auth.de
reſtit.procedere non ſolum,in conſtituenda,ſed
& in reſtituenda dote.ſeruit Iacob.Emil.conſil.
144.num.7.in fi.

Et iſtis

Ex iſtis ſex concluſionibus pro fundamento
præſentis conſultationis ac veritatis iactis, ad ca
ſum propoſitum; ſex illationes deduco.

Prima, quod ubi adſint alia bona domini Fe-
derici mariti, ſeu conſumpta. adhuc non ſit por
tio legitimæ, & trebellianicæ, in illis tantum ſa-
tisfiet doti, vt ſupra in ſecunda concluſione fir-
maui.

Secundo, infero ex quo expreſſe per teſtato-
rem etiam pro dote filiæ proprię prohibita alie
natio fuit bonorum, cum filiam ex fructibus tan
tum dotari mandauit, quod pro reſtitutione do
tis habitę, nec fideicommiſſi portio diſtrahi, nec
per nurum, a ſubſtituto vendicari poterit, ſtante
communi, & probata cõcluſione, de qua, in ter-
tio præmiſſo, dum enim teſtator prohibet dotẽ
33 † in bonis ſuis conſtitui filiæ proprię, quam ex
legis neceſſitate dotare cogitur, nec ſe à debito
naturali dotandi illam, quę nihil habet, exone-
rare valet, in l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. Caſtr.
cõſil. 80. in antiquis, eum vulg. fortius prohibe-
re cenſetur, nec pro reſtitutione dotis habitæ à
filio, qui legitimam, & trebellianicam conſequi-
tur, bona in gratiam nurus alienari debeãt, pro
qua nũc nec teſtator erat aſtrictus bona ſua obli
gare, cum ex pecunia dotali potuiſſent prædia
comparari, vt notarunt (contra Bart. nume. 6.)
Alber. num. 2. & com. num. 5. in l. cum dotem. §.
transgrediamur. ff. ſolu. matr. quos ſequitur Me-
noch. cõſ. 33. n. 13. poſt Soc. iun. cõſ. 119. nu. 12.
34 vol. 2. † Et hoc arguendo a maiori negatiuæ ſeu
destructiuæ, quod forte vtileque & frequens eſt,
cap. ſi ergo. 8. q. 1. c. ſi Paulus. vbi gloſ. 32. q. 5. gl.
in l. 2. C. quibu. cau. & in materia ſtatuti, exclu-
ſiui filiæ propriæ, ad alios, per Cyn. poſt Nicol.
de matar. l. 1. ante finem. C. quæ ſit long. conſu.
not. Nicol. Euerrar. locorum communium, 66.
poſt Bald. Caſtr. & alios. in l. ſi vero. §. de uiro. ff.
ſolut. matrim. Non enim melioris exiſtit condi-
tionis nurus, neptis, vel alius, quam filia ꝓpria. l.
ſi uiua matre. C. de bonis matern. quod in ſimili
ſcripſerunt multi, in illa ardua quęſtione, an fi-
35 lia excluſa, & tantum dotata in teſtamento a pa
tre, † neptis fœmina in cõditione poſita excluda
tur, & ipſa, a ſucceſſione paterna exiſtentib. ma-
ſculis, ut contra neptem concurrentibus multis
uoluerũt poſt alios, ex magis communi opinio
ne, Gerar. Mazzol. conſil. 5. Roland. a Valle con
ſilio 82. uolum. 3. Crott. conſilio 1. Bero. cõſilio
112. 113. numero 60. & 119. numero 12. uo-
lu. 2. & cęteri. per Marzar. tract. de fideicommi.
quæſt. 21.

Nec obijcitur hæc procedere in cõſtituenda
dote, in qua ex latere patris, ob onus dotandi ei
iniunctum a lege, conſideratur, quod ſi noluit
pro filia dotem conſtitui in dictis bonis, minus
pręſumatur id pro nepte uoluiſſe. At ſecus in re-
ſtitutione dotis, quia cum hanc quiſque qui eã
accepit, reſtituere teneatur ex legis diſpoſitione,
publico fauore ędita, ne ſcilicet mulieres indota-
tæ remaneant, d. §. hæc igitur. §. ſancimus. & ſeq.
in auth. de reſtit. & ea, quæ parit, nulla conſidera
tio fiet, nec de filia, nec filio, nec nuru, uel alijs,
cum pro illius reſtitutione, bona fideicommiſsi
ſemper alienari debeant, quod uidetur ſentire
Menoch. d. conſilio 33. numer. 17. 37. & ſequen.
& num. 41.

Etenim, pro reſpõſione animaduerto, primo
quod ſi hęc conſideratio publici fauoris, ne mu
lieres remaneant indotatę ita indiſtincte proce-
deret, non poſſet teſtator de ſuis rebus libere di
ſponere, nec etiam vltra legitimam filio debitã
bona extraneis vel filio, licet cũ onere, relinque-
re, à quibus ſemper. d. mulier bona vendicaret:
quod quam abſonum ſit, & contra iura, publi-
camque vtilitatem, nemo non videt, dixi ſupra
in fine tertiæ concluſionis, ex text. cum gl. verbo
legis, in §. exhęredatos, Auth. de hęred. & falcid.
36 ibi, vna eſt enim legis intentio, † vt quæ diſpoſi-
ta ſunt. a morientibus impleantur, diſponatque
teſtator, inquit Imperator, & erit lex, in d. §. di-
ſponat auth. de nup. l. 1. ff. ad l. falcid. l. in condi-
tionibus primum locum. ff. de cond. & demon-
37 ſtrat. † Hinc pactum, quo libera facultas teſtan-
di aufertur, tanquam contra bonos mores reij-
citur, ex * communi, de qua per Bart. & dd. in l. ſi
quis pro eo. ff. de leg. 3. in l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verbo. oblig. cõmunem omnium
poſt alios ſcribit, Vaſqu. de ſucceſſ. lib. 3. §. 28. li-
mitat. 32. num. 13. part. prima. l. filium quem ha-
bentem, verbo, ſanciat teſtator. C. famil. hereiſ-
cun. namque & teſtamentum inuentum fuit, vt
poſt mortem cuiuſque res ſuæ, iuxta eius arbi-
trium moderarentur. l. 1. de teſtam. nihilque tã
pium, humanum, hominibuſque tam debitum
eſt, quam vt eius, qui aliud iam velle non poteſt,
ſeu animę iam efflantis ſpiritum, ratum ac libe-
rum ſit arbitrium. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
38 † idque rurſus publicæ vtilitati conuenit, quan-
do homines diligentius congerunt opes, diui-
tiaſque, de quibus poſt mortem diſponere poſ-
ſunt, quàm quęrerent, ſi non poſſent diſponere,
quod Reipublicæ intereſſe uidetur, arg. l. 1. ff. ſo-
lut. matr. l. defunctus. C. arbitr. tutel. Guliel. de
bene. in c. Rainutius par. 2. de teſtam. uerbo te-
ſtamentum, in primo. num. 6. Vaſqu. de ſucceſſ.
crear. lib. 1. in pręfactione. numero 29. pri. part.
Non ergo dicendum eſt, quod ratio hæc, ne mu
lieres remaneant indotatæ, præponderet ita di-
ſpoſitioni teſtanti, in fauore publico fundatę, vt
nequeat teſtator, diſponendo de rebus ſuis, effi-
cere, quod conſumpta legitima & trebbelliani-
ca, nulli diſtractioni bonorum ſuorum amplius,
etiam pro reſtituenda dote, locus exiſtat.

Secũdo, ad hæc conferunt, quod admiſſa. d.
ratione, ne mulieres indotatę remaneant, omni-
no deſtrueretur illa ſententia communis & pro
bata, & in quarta concluſione, ſecundum quã ex
preſſe teſtator poteſt impedire. d. dotis conſtitu
39 tionem & reſtitutionem, & tamen † contra cõ-
munem

mnnẽ ſnĩam nõ eſt iudicandũ, nec diſcernendũ
tũ ipſi legi ęquiparet, & cuius vim ac virtutem
ſortiatur, Galiaua. in l. centurio. n. 291. ff. de vulg.
& pup. Bero. conſi. 91. n. 7. vol. 2. nec non tamq̃
ius ipſum ſeruetur, Gra. conſ. 91. nu. 4. vol. 1. mul
ta Ant. Maria. Corat. tract. de commu. opinio. in
præfat. nu. 30. & ſeq. & tit. 3. num. 4. & ſeq.
Tertio, nõnulli iuriſcõſulti, nõ contẽnendæ au
40 thoritatis, tenuerũt aliàs bona fideicõmiſſi ꝓ cõ
ſtitutiõe dotis tm̃ poſſe alienari, nõ ſic ꝓ reſtitu
tione dotis, cũ pſertim ſit grauatos poſt iniũctũ
fideicõmiſſũ, (vt hic) dos tradita, inter quos fuit
Ange. Iaſ. Soc. iun. Ruin. Pariſ. & Alciat. citati ꝑ
Meno. d. conſ. 33. n. 1. & nõnulli allegati ꝑ ſcrib.
citati in prima cõcluſione. Et ſi maior difficultas
reſidet in diſtractione bonorũ fideicõmiſſi ꝓ do
tis reſtõne, q̃ pro conſtõne, qñ. §. hæc igitur. au-
th. de reſtit. & ea q̃ parit. §. ſi uero ipſam auth. de
reſtit. ac auth. contra rogatus. C. ad Trebell. lo-
quant tm̃ in datione dotis, non ẽt in reſtõne, cui
dubiũ, ꝙ ſi teſtator ꝓhibet filiã dotari ex bonis
ſuis, qđ maius eſt, ſcđm aliquos & contra legis
ordinẽ a fortiori, intendit nolle nurũ reſtõnem
41 dotium, ſuꝑ eiſdẽ bonis conſequi. † ar. a minori
ſeu fortiori cõſtructiue, q̃a ſi id, đ quo minus vr̃
ineſſe in probibitione, ineſt & id de quo magis.
c. cum in cũctis. vbi no. de elect. auth. multo ma-
gis. C. de ſacroſ. Eccleſ. quod argumentũ eſt ne-
ceſſarium, nec vnquam fallit, per Saly. in l. 1. C.
de iure emphit. Nicol. Euer. loco. 65. a minori.
Tertio, principaliter infero, dũ teſtator, in ſpe
cie expſſe ꝓhibet alienationẽ bonorũ ſuorũ, ẽt
ob piã cãm, qđ ſimiliter ob dotis cõſtituẽdę, uel
reſtituendę alienationẽ ꝓhibet, tum ex §. ſi uero
quartã, de reſti. vbi Imperator bona reſtitutioni
fideicõmiſſoue ſubiecta diminui ꝓ dote pmit.
tit, ac ẽt pietatis ratione, ꝙ oĩum pietas pcioſior
42 videat, tũ rurſus, qđ dos, & pia cã, ut dicebã, in
quinta concluſione, ſint a lege antiqua æquipa-
rata, ita vt in vno diſpoſitũ, ad aliud extendat, ẽt
qđ eſſemus in materia legeve exorbitãte, corre-
ctoria, & ſtricta. l. fi. C. de ind. vid. toll. l. fi. C. de
arbit. c. a multis, de ętat. & qualit. & licet non in
oĩb. paſſim ęquiparent, ſufficit, qđ in materia, de
qua agitur (vt puta) hic, in alienatione bonorũ fi
deicommiſſi, æqua lance pariq; paſſu ambulẽt.
d. §. ſi vero, propterea licite fiat de vno ad aliud
extenſio, tradit Matth. Mattheſ. tract. de extenſi-
ua interpreta. num. 8. ad nu. 15.
Quarto addo, qđ in teſtõ ſtrenui militis Dñi
Annibalis Conſtantij fideicõmittentis, non ſo-
lũ adeſt in ꝓhibitione alienationis illud uerbũ,
vniuerſale, geminatũ quoqũo, & c. ſed plura ſimi
lia verba clauſulæve reperiũtur reiteratæ repeti-
tę ac triplicatę ibi nullo modo, ibi quãcũq; cãm
ibi quocunq; tpe, & c. ibi in nihilo diminutę, ibi
quocunq; caſu, ibi in oĩb. & q̃buſcunq; bonis. ita
que illius volũtas adeo cẽſetur efficaciter decla-
rata, vt ambigẽdũ nõ ſit. d. bona ꝓ dote minime
diſtrahi poſſe, iuxta limitationẽ ad. d. Aut. res q̃,
43 de qua ſupra in quarta cõcluſione, ꝑꝑea, qđ † hæ
geminationes multũ in ſimilib. operẽtur, ac ex
illius vi & natura a regulis iuris recedatur. arg.
vulg. l. baliſta. ff. ad Trebel. licet iſta, in verbo cõ-
poſito loquat, l. ſi mulier. C. ad Velleian. varios
effectus geminationis oſtẽdunt Marſi. in l. 1. §. q̃-
ſtionẽ. ff. de q. Corſet. tract. de pot. regia. in pri.
Vaſq. de teſta. potent. lib. 1. §. 3. cum multis ſeq.
pri. par. in trac. de ſucce. uerba. n. geminata dẽnt
operari ademptionem circa ea, ad q̃ ſimplex ꝓ
hibitio nõ traheret, Rui. cõſ. 97. n. 11. & cõſ. 147.
nu. 13. vol. 2. põderoq; illa uerba teſtĩ in nihilo
diminuta bona reſtituantur ſubſtitutis, ꝑ q̃ teſta-
tor vr̃ declarare, qđ pars aliqua non poſſit, qua-
nis rõne, etiã ob dotem, ꝑ grauatum retineri, ſeu
diſtrahi: cum nec ob illa uerba ꝑ alium puta ma
ritũ, ex cã lucri dotis, vigore ſtatuti faciendi, in-
telligat teſtator diminutionẽ fideicõmiſſi, fie-
ri. vbi. n. teſtator mãdat bona pleno iure, uel in
44 nihilo diminuta reſtitui vocato, † ibi maritus nõ
lucratur dotẽ virtute ſtatuti, q̃ ſibi ex bonis fidei
cõmiſſi cõſtituta fuerit, nor. formaliter Alc. cõſ.
176. n. 5. vol. 7. Crau. conſ. 186. nu. 15. in fine, Ro
lan. a Valle tract. de lucro dotis. q. 57. n. 5. & 20.
Fanuc. in commen. de lucro dotis gl. 10. nu. 67.
Conſidero rurſus, qđ filius eſt in vſufructu tm̃
inſtitutus, quatenus diſpoſitioni teſtatoris con-
traueniat, ſic vr̃ priuatus ultra legitimam, ſi bo-
na diminuantur, non poſſe ex fideicõmiſſo filij
grauati, alienari pro dote. cum nõ adſit fideicõ-
miſſum aliquod, & non entis nullæ ſint qualita-
tes, eſt. n. ac ſi extraneo totum reliquiſſet, ar. re-
gul. non præſtat. de reg. iu. in 6. l. eius qui. ff. ſi cer.
pe. l. ſi ſeruum. §. ſi mod. ff. de act. emp. l. 1. ubi dd.
ff. de vſufruc. Deducitur itaq;. d. actricem, nullo
iure dotis reſtitutionem, in parte fideicommiſsi
conſequi poſse.
Quod eo fortius, & ſit quinta illatio, ſtatuen-
dum arbitror, ſi vltra pdicta præſupponeretur.
vxorem hanc ſeu dotem tradentes, non ignoraſ
ſe fideicommiſſum, dimidiamq; hr̃ditatis iam ꝑ
filiũ conſumptã fuiſſe, ac grauatum fore prodi-
gum, bonorumq; dilapidatorem extitiſſe: Ceſsa
45 ret etenim illa ratio Imperatoris impulſiua, † qđ
ne mulier fideicommiſſum ignorans, ſine dote
remaneat, bona fideicommiſsi ab hr̃de uendi-
cet, de qua in d. §. quamobrem ibi, ſed ingemiſce
bat iuſte mulier, in auth. de reſtit. & ea, quę parit.
Videretur. n. mulierem fuiſse in culpa, ſi nullã
iuſtam cauſam prętenderet, cum ſciens non deci
piatur. l. 1. §. uſque adeo. ff. de iniur. l. ſi fundum.
SVPPOSITIS nonnullis concluſionibus in iure veriſſimis, a noſtratibus pro communioribus admiſſis, cenſeo (ut breuibus me abſoluam, alijs occupatiſſimus) retrodationem bonorum factam per Dominam Aloyſiam de Maiauacchis, iuribus ſubſiſtere.

1 Prima eſt † contractus iuratos non uenire,
nec unquam comprehendi ſub lege, uel ſtatuto
prohibitiuo in rem, uel perſonam, ſeu ſimpliciter loquente, ſeu etiam annullante contractus factos ſine certa ſolemnitate, ſub uerbis geminatis, eo quod iuramentum, uel diſpoſitio iurata non comprehendatur in his diſpoſitionibus, Maximè Principum ſecularium, & niſi de iuramento ſpecialis mentio fiat, text. eſt in cap. conſtitutus, ubi Abb. Felyn. Deci. & alij, de reſcriptis. Gloſſ. in cap. cum non deceat, de elect.
* in 6. quam communiter * probari ait Curt. iun. conſil. 98. num. 7. & in cap. primo. de his, quæ fiunt a maior. part. capituli. Fulgoſ. conſilio. 156. Roman. ſingul. 7. & in conſi. 393. nume. 13. ubi
* latè Mendoſ. ex * communi, in Apoſtil. uerbo,
** firmatas, regulam, ac magis ** communiorem ſententiam, ne cæteros tranſcribam, fuſiſſimè ponit Anton. Gabr. com. concluſ. lib. ſecundo. de iure iurand. concluſ. quinta. num. 1. 14. cum ſequen. & per totam, ac Stephanus Lambertẽg. ſuper ſtatut. prohib. mulier. contrah. ſin. cert. ſolemni. in uerbo, finis. nume. 11. cum ſequ. quod
2 in terminis † donationis ex communi * ſcribit
* Ripa, titu. de reunc. donat. reſponſo. 1. numer. 3. poſt Iaſonem, in auth. ſacramenta puberum. numero 51. C. ſi aduerſus uendit. & in conſil. 173. uolum. 4. Curt. iun. conſi. 47. num. 4. Ruin. conſil. 100. nume. 8. uolum. 3. & in donatione facta contra formam ſtatuti, cum decreto irritante,
* ex communi * conſuluit Alciat. conſi. 54. in primo articul.

Secunda

3 Secunda eſt concluſio,† donationes quaſcũ-
que a lege prohibitas, etiam inter virum ,& vxo
rem, iuramento validari,& efficaces reddi, nulla
habita conſideratione, prædecedat, vel ne dona
tarius, Bart.in l.ſi cui & augerius, in fi.ff. ad l. fal-
cid.ex communi * Socin.ſen.conſil.77.num.15.
Crauet.conſi.102.num.6.Imol.Alex. Aret. So-
cin.iun.Ruin.Corn.Dec. Grãmat. Abb. Claud.
Bertrand.Pariſ.Alciat. Rip. Crauet. Didacum,
Duenam, Bellonum & cæteros , quos conſulto
omitto, in prępoſito adducit,& cõprobat, Clar.
in §. donatio. q.9. verſi.ſed quid ſi in ipſa dona-
tione.Ioan.Bapt.Villabob.com.opin.verbo do
natio.nu.123.ſeq. Viui. in verbo donatio com-
munium opi. in prin.longèque cõmunior ** di-
citur ex cõgeſtis à Mendoſio ad Romanũ , ver-
bo iuramenti conſi.293.Ripa de donat.lib. 3. c.
6.vbi in fi.hanc communem praticatã,& cano-
nizatam refert Cęphal.conſi.61. nu. 22. & ſeq.
volu.1.Rolan.a Valle, conſi.77.volu.1. ſequitur
Gerard.Mazzol.conſi.48.nu.22.Rimi.inſtit. de
donat.§.1.nu.294.Villabob.com.opi.uerbo do
natio.nu.128.Tobi.Non.conſ.1.nu. 10. conſil.
56.nu.6.Beccius conſi.79.nu.7.ubi de recepta *
ait,& nu.8.Celſ.Hugo.conſi.115.num.7.dicens
Regiã Catalonię audientiã pro affirmatiua ſem-
per iudicaſſe, Curt.iun.conſi.198.nu. 15. Et hãc
communem * (quicquid dixerint Deci.Pariſ. &
nouiſſimè ex magis recepta** Menoch.cõſi. 84.
4 in pri.art.& nu.54.)in caſu rurſus, quo † donãs
non prędecederet, retulit Bald. nouel.tract. de
dote 10.par.4.col.in fin.quem probat formali-
ter Ant.Gabr.ex multis in lib.3. concluſ. ſuarũ,
de donationibus,concluſ.3.nu.1.2. cum ſeq. &
num.19.Roland.vbi ſupra,& Cęphal. conſ. 61.
num.22.24.& ſeq.& hanc concluſionem indu-
biam prorſus ſtante iuramento continuo cẽſui,
præcipuè quod tot Iureconſulti celeberrimi, de
communi * atteſtentur, ac ratione conuincar, vt
inferius demonſtrabo,& ſecundum illam Parla
mento Delfinale iudicauerit die 14. Auguſti
1543.teſte Crauet.conſi.245.num.12.quã pro
bat in terminus Simon de Præt.conſi.10.nu.22.
& Dominus Hier.Gabriel. reſpondens contra-
rijs, conſi.63.per totum, non diſſentit Bero. cõſ.
5 53.num.19.vol.1.idem in † donatione inter pa
trem,& filium, ex * communi per relatos ab eo,
probauit Michael Graſſ.com.opin.lib.1.cap. 8.
q.7.Alcia.conſi.154.Clem.tract.de patr.poteſt.
effect.2.num.32.Clar.in §. donatio. quæſt. 8. in
fi.qui ita iudicatum in eodem parlamento, Del-
finali refert , ex mente Guidi Papæ , & ineptum
Aduocatum credit, qui contrarium affirmare
audeat.

6 Tertia eſt, quod donatio remuneratoria, ſeu
quæ ſit facta alterius pręcedentis reciprocę con
templatione, vel aliter donatio ob aliquam cau-
ſam , quæ ex ſimplici liberalitate non pendeat,
quia propria donatio dici nequit , nulla indiget
inſinuatione, Bar.in l.aquilius regulus, vbi Imo.
ff.de donat.Angel.conſi.199.Roman.conſi.16.
nu.3.ubi late id ex communi, * & per quotas cõ
probat Mendoſ.in Apoſtil. verbo non indiget,
Socin.iun.conſi.77.nu.152. ubi de communi *
uol.1.per alios hoc quoque comprobat Anton.
Gabr.com.concluſ.li.3.de donat.cõcluſ.1.num.
59.lim. 14.& nu.62.lim.15.dicens, idem eſſe in
donatione reciproca, remuneratoria, uel ob cau
ſam, ſequitur ex magis ** communi legiſtarũ, &
canoniſtarũ.Clar.in §.donatio.q.16.in fi.Mich.
Graſſ.lib.1.com.opin.cap.8.q.13.Duenas in re-
gula 224.donatio nu.4. Simon de Præt. conſil.
144.num.31.cum ſeq.ubi de communi * Bero.
conſi.50.nu.50.& conſi.53.nu.17.& 61.nu. 33.
uol.1.Ioachin.Miſcnger.reſpõſo.49. nu. 5.& 6.

7 Quartam ſubdo cõcluſionem, quod donatio
iurata inſinuatione non eget aliqua , quicquid
nonnulli dixerint, cum hanc ueriorem ** atteſta-
tur Alexand.conſi.4.nu.10.uol.1.Imol. in c. cũ
cõtingat. nu.90.de iur. iur. communem inquit
Pariſ.conſi.69.num.95.uolum.3.ex communi *
rurſus Iaſ.conſi.51.uol.1. Socin. iun. conſil.67.
num.20.uol.2.& cæteri, quos aggregat,& pro-
bat, dicens non eſſe tutum ab hac opinione re-
cedere.Mich.Graſſ.lib.1.com.opin.cap.8.q.14.
Clar.latè in §.donatio q.8.per totam, in fi.diffu-
sè id comprobat.& ſequitur Mendo.ad Roma.
conſi.26.num.4.uerbo iuramento, Duen. in re-
gula 224. donatio num. 5.limit.5.Hipp.Rimin.
iun.conſi.37.num.57.ac ita Rotæ Romanæ au-
ditorium cenſuit, teſte Paleoto Illuſtriſſimo Car
dinale deciſ.569.Tobi.Noni.conſil.1.num. 13.
& conſi.56.num.12.ubi de maggis ** communi
Simon de Præt.conſil.10. num. 21. nuncupans
eam communem,& conſ.126.nu.35. ubi uale-
8 re inquit, etiam ſi ex ſtatuto † inſinuatio fieri de-
beret, ſecũdum communem, * de qua ibi, Villa-
bob.com.opin.uerbo donatio.nu.122.hanc cõ
munem, * & canonizatam ſententiam recenſet
Ioan.Bolognet.conſi.6.num.50.Curt.iun. con-
ſil.253.nu.33.& conſi.236.nu.5.& 7.uol.3.

9 Quinto loco dico donationem pio loco, cau
ſæ, piæ, uel in pium uſum factam, nulla indigere
inſinuatione, ex communi * relata per Felyn. in
c.eccleſiæ ſanctæ Marię.num.82.de conſt. Ripa
lib.3.reſponſorum cap.11.num.11. Pariſ. conſ.
70.nu.23.uol.4.& in donatione facta ſcolari, q̃
iudicatur pia.exemplum ponunt, Rebuf. de pri-
uileg. ſcolar. priui. 64. Graſſus loco ſupracitato
cap.8.q.15.Petrus Duen.in regu. 224. donatio,
in fi.nu.6.Paleot.d.deciſ.569.in prin.

Sexto,& ſi donatio inter uirum , & uxorẽ ſit
prohibita regulariter , id tamen fallit pluribus
in cauſis, quarum duæ caſui noſtro pro nunc re
ctè accommodari poterunt.

20 Primo, cũ maritus non † efficitur locupletior,
& dant excẽplum ſcribentes, ſi uxor donat mari-
to iuſpratronatus tantum, uel bona ex forma ſta
tuti acquiſita, Alexand.in l.ſi conſtante.§.ſi autẽ
in fin. ff. ſoluto matrimonio. Rota deciſ. in an-

tiq.11.de pactis,incipit,conſuetudo,probat Vi-
ui.com.opin.lib.1.verbo , donatio inter virum,
limit.4.Caſſan.in conſuet.Burgund.rubri.4.§.9.
pagina 170.nume.6.vbi enim,vel donans non
efficitur pauperior,vel donatarius non efficitur
ditior,tunc donatio valet,nec requiritur , quod
donans prædecedat donatario , ita limitando
tradit Bapt.Villabob.commun.opin.verbo do-
natio.num.122.

11 Secundo,limitatur,† ſi maritus rem donatam
ab vxore p̃ſente,& cõſentiente,& det , & donet
filiæ amborum,etiam in dotem,quia tunc dona
tio facta ab vxore marito,vt detur filię, inter di-
ctos cõiuges,nõ cenſetur prohibita l. ſiue vxor.
vbi Batt.ff.de dona.int.vir.& vxor. Fran. Crem.
ſingul.4.cum addit.quod procedit , & ſi primo
donaret vxor,poſtea maritus id filię traderet,vt
declarat Caſſan.in conſuet. Burgun. de droictz.
rubrica 4.§.9.pagina 170.num.10. limit. quarta.
quem probat Duen.reg.iur.221.numer.6. limit.
6. At cum in præſenti mulier ex ſua ſubſtantia
nihil amittat , quia a marito habuit , rurſus do-
net,& dentur ſtatim filiæ hæredi inſtitutæ , hæc
donatio ſubſiſtet , nec regulis iuris de prohibi-
ta donatione inter coniuges loquentibus ſubia-
cebit.

Septimo,addi poteſt,q̃ ſi teneamus has do-
nationes coniugum,& ſi iuratas non ſubſiſtere,
niſi prędecedente donatore,ſequitur ipſos ante
12 mortem illas poſſe † reuocare, mutare,& de bo-
nis donatis expreſsè diſponere. l. cũ hic ſtatus.
§.1.ff.de donat.int.vir.Guid.Papa.conſ.60.num.
6.propterea,cum maritus de illis ſit teſtatus,ex-
preſsè filiam inſtituendo,ante mortem ſuam,at
in rebus donatis vxorem grauauerit,& de eis ꝓ
libito diſpoſuerit, infertur iure id potuiſſe fieri,
etiam citra uxoris aſſenſum,& voluntatem,cum
videatur ſuam primam donationem reuocaſſe.
l.ſi maritus.C.de donat. int. vir.& vxor. Guido
Papa dicto conſi.60.num.6.conſi.194.ſecundo
dubio,deciſio Toloſana,quęſt.453.incipit,item
13 fuit quæſitum.ſcimus pręterea † donatarium in
re donata a donatore grauari in teſtamẽto. l. ex
facto.§.Iulianus.ff.ad Trebel.Bald.in c. 1.c. item
ſacramenta,poſt Andr.de Iſernia,de pace iura.
firm.tradit Cel.Hugo.conſil. 120.nume. 43. Ex
iſtis modo Infero.

Primo loco ſtatutum Buſſeti non obeſſe,cum
ad hunc contractum retrodationis ex cauſa , &
iuratum,extendi nequeat.

Secundo,cum ſit donatio , ſeu retrodatio iu-
rata,confirmetur iuramẽto , & ſi inter perſonas
prohibita fuerit,videlicet vxorem , & maritum.

Tertio,cum videatur facta non ex ſimplici li
beralitate,ſed propter pręcedentem donationẽ
ſibimet vxori,& de eiſdem bonis per maritum
antea factam,rurſus,vt inquit , in ſignum amo-
ris,ac beneuolentiæ erga maritum , in extremo
eius vitæ conſtitutum,vt diſpoſita,ac legata per
ipſum executioni mandentur , ac pro illorum
maiori robore , & firmitate , non erit ſimplex,
& mera donatio , ſed ex cauſa de præterito , &
oneroſa , expreſſa quaſi reciproca , ſeu viciſſitu-
dinaria.& propter voluntatem mariti exequen-
dam . & vt filia illius ſit hæres , & ipſamet om-
nium bonorum mariti vſufructuaria , iuxta di-
ſpoſita in teſtamento , quæ cauſæ , vel ſaltem
14 vna operatur , vt † inſinuationi locus non exi-
* ſtat , quod voluit ex communi *Alexan. conſi.
113.num.31.volum.6.nec dubium eſt , cauſam
15 † illam eſſe finalem,cum commodum Donata-
rij,hæredis filiæ, ſic tertij , & ipſius donantis re-
ſpiciat,Cor.conſi.101.col.fin.volum.primo.Ca
ſtr.in l.ſecunda.§.fin.de donat.Abb.in cap.poſt
tranſlationem.num.180.de renunt. Rimin. in-
ſtit.de donat.in prin.num.60.Beci.d. conſil. 20.
num.15.& ſeq.& cauſa etiam dicatur iuſta , quia
multa reciprocè per maritum in dicto teſtamen
to uxori dantur,ar. glo. in l. licèt inter priuatos.
C.de pact.l.ſi pater,ubi Bald. Salycet. & alij. C.
de inoffic.teſtam.Deci.conſil.512.Paſet. conſil.
250.in prin.

Quarto infero cum ſit recordatio,remiſſioq;
bonorum ab uxore facta,ad effectum,ut filia cõ-
munis eorum hæres inſtituta a patre,hæc bona
conſequatur, non erit cenſenda uti donatio pro
hibita inter coniuges , ſed ſubſiſtet ex doctrinis
ſuperius citatis,cum totum filiæ coniugum con
muni tradatur,ex l.ſiue uxor.ff.de donat. int. ui-
rum,& uxor.tantoque magis cum patrimoniũ
uxoris non diminuatur , eo quod ſimil iure ex
bonis mariti ſibi quæſitum fuerit , ſeruit Socin.
ſen.conſi.114.4.col.uol.1.Domini de Rota de
ciſ.842.in antiquis.

Quinto,ſi non eſt prohibita donatio illa , ſeu
remiſſio , ſequitur iuramentum unicum effectũ
operari,uidelicet inſinuationis ſupplementum,
16 adeo quod dici nequit † iuramentum plures de
fectus ſupplere non poſſe,ex Deci. conſil. 239.
num.3.Socin.iun.conſi.48.nume. 18. cum ſeq.
** ubi de communiori**vol. 1. Menoch.conſil. 29.
nu.40.& con.84.nu.48. Hippol. Rimin. conſil.
5.nu.139.Mendoſ.ad Rom.d.conſ.26.nume.4.
uerbo,iuramẽto.in fi.& in in conſ.326.nu.3. uer
bo,impedimẽtorum.ſic ſequitur concludi poſ-
ſe hanc retrodationem, ſeu donationem eo mo
do,quo factam,uiribus ſubſiſtere.

Non obſtat,illud,in quo tota uis aduerſantiũ
reſidet,uidelicet iuramentum hic non poſſe plu
res defectus ſupplere,in ſinnationem inquam,&
legis,ſeu ſtatuti prohibitionem.Etenim pro re
ſponſione conſidero.

Primo,quod in donatione excedente ſummã
legalem , facta per patrẽ filio,uel inter cõiuges,
ſeu alias perſonas prohibitas, admittunt ſcribẽ-
17 tes ex duplici † iuramento interpoſito, donatio
nẽ ualidari,eo ꝙ duplex adſit infirmitas , unicũ
enim non tollit inſinuationẽ,in donatione con
iugum,ita Rom.& ibi Mendoſ.conſi.356.nu. 5.
Curt.ſeu Barbat.conſil.66. in fin. Deci. conſilio

539.

239.Caſſan.conſil.7.Mẽd.ad Roman. conſi.26.
num.4.verbo iuramento,in fi. limit.1.

At hic inſinuatio alio reſpectu tollitur,ceſſar,
nec donationis validitatem impedit,quia eſt ob
cauſam,remuneratoriave, ſeu aliter donatio ip-
ſa ſui forma non eſt prohibita , cum bona dãtur
filiæ communi coniugum,ergo vnicum iuramẽ
tum ſufficiet,cum præſupponant ſcribentes im-
pedimenta quæcunque ſeparatim tolli poſſe.

Secundo dico , cum ſtatutum Buſſeti prohi-
beat donationem inter coniuges, formamq; in-
ſinuationis tradat , non reputantur plures defe-
ctus,ſed unicus tantum,videlicet omiſſio formę
ſtatuti,ſeu requiſitorum,ab illo,adeo quod vni-
cum tantum iuramentum ſufficiat , vt ſuper ſta-
tuto Lucenſi,quod plura in donatione require-
bat,ſentit Alciat.conſi.54.

Tertio, poſſet attentari nullum defectum iu-
ramentum ſupplere,eo quod prohibita non di-
catur donatio,quia dentur bona filiæ communi
cõiugum hęredi,minuſque inſinuatio exigatur,
cum ſit in piam cauſam facta,nempe vt volunta
tes moriẽtium exequantur , & effectum habeãt,
rurſus ob cauſam, & in pręcedentis donationis
remunerationem præſumptam emiſſa , adeo ꝙ
etiam ſine aliquo iuramẽto ſubſiſtere potuiſſet,
ex Salyc.in l.filię.C.famil.herciſ. Bologne.cõſi.
18.num.15.quapropter dictum de pluribus de-
fectibus ceſſabit,& ſi alias procederet , vbi verè
duo impedimenta concurrent,vt in caſu Rom.
conſi.326.cum Mend.num.ſecundo. verbo,im-
pedimentorum.

Quarto, reſpondetur firmando iuramentum
18 ſupplere duos † defectus,videlicet perſonę pro-
hibitæ donare,& rei propter inſinuationem,ex
mente Alexan.conſil.125.vol.1.eiuſdem Decij,
qui ſibi contrarius extitit in conſi. 232.nume.5.
& conſi.414.in fi.loquentis in donatione patris
erga filium ſummam legitimam excedente , &
concludentis , iuramentum ſupplere plures , &
diuerſos defectus,quia ratio illa generalis,quod
iuramentum ſeruandum eſt , vbi eſt periculum
ſalutis æternæ, tollat quaſcunque obſtantias,al-
legat Caſtr.conſ.219.in antiquis,probat nouiſ-
ſime in propoſito Cæphal.conſil.61.nume. 19.
qui reprobat Deci.in conſil.239. ſequitur Soci.
iun.conſi.32.num.18.& conſi. 89. num. 35.vol.
3. Pariſ. & Caſtr. in iurata donatione patiente
plures defectus,Tobi.Noni.conſi.1.num. 14.&
conſi.56.num.14.quod fortius procederet,ſi iu-
ramentum in fine dicti inſtrumenti appoſitum,
19 eſſet † generale , ſub clauſula non contrauenire
aliqua ratione,cauſa,&c. Quia tunc non vnicũ
defectum,ſed omnia,& quæcunque repugnan-
tia tolleret,vt in iuramento per minorem in con
tractu ſuo appoſito,quod ſi addatur ſub illa clau
ſula,non ſolum minoris ætatis defectum tollat,
ſed omnes rurſus in ipſo contractu,etiam reſpe
ctu reí,& perſonę exiſtentis,not.Bar.& commu
niter cæteri ſcribentes , in auth. ſacramenta pu-
berum,circa med.C.ſi aduerſ.vendit. quam cõ-
* munem * refert Cur.iun.conſi.269.num.10.11.
& 12.vol.3.

Concludo igitur,donationem hãc , maximè
iuratam, & ſi inter perſonas prohibitas valere,
effectumque ſortiri prorſus debere.

20 Nec obſtat,quod † donatio prohibita fauore
publicæ vtilitatis,iuramento non firmetur , per
Nattam conſi.289.vol.2.latè Siluan. conſil. 40.
num.9.cum ſeq.ad nu.33.Cęphal.conſilio.206.
num.59.60.& ſeq.ex quibus apparet , illam eſſe
* communem * ſententiam , Quia dupliciter re-
ſponderi poteſt.

Primo,id procedere iure ciuili inſpecto,ſecũ-
dũ quod publica vtilitas præfertur,& operatur
ab initio actus ipſius inualiditatem , quam non
tollit iuramentum de iure digeſtorum , ac anti-
quo,cum ſit acceſſorium ad contractum,& ſecũ
dum primordialem illius naturam procedat,vi-
res habeat,& interpretetur,& ita procedant no
tata per Menoch. d.conſi.84.num. 25. cum ſeq.
ſecus vero de iure canonico,quod hodie ob vin
culum iuramenti attenditur , quia cũ poteſt ob-
ſeruari interitu ſalutis æternæ , promiſſa cum
21 † iuramento ſunt pręcisè ſeruanda , maximè ſi
non ſint principaliter contra publicam vtilita-
tem,vel bonos mores naturales,vt ex hac ratio
ne omnes ſcribentes concluſionem donationis
inter patrem,& filium,cõiugesve iuratæ firmãt,
Mich.Graſſ.vbi ſupra lib.1.com.opin. capi.8.q.
14. in fin. iuramentum enim ſecundum diuerſa
tempora,& iura diuerſos produxit effectus. Caſ
ſan.conſuet.Burgund.de Droictz.rubrica 4.§.7.
num.60.pag.169.

Secundo dicitur in terminis noſtris,non cõ-
ſiderata illa publica vtilitate,quæ ſecũdario pro
uenit,cum principaliter in fauorem coniugum
prohibeatur,ne inuicem ſe ſpolient , minus attẽ
tis illis bonis moribus , abſolute tenetur hodie,
iudicatur,& in practica ſeruatur , tales donatio-
* nes iuramento firmari,vt de communi * atteſtã-
tes refert Viuius. Graſſ. Clar. Gabr. & cæteri,de
quibus ſupra in ſecundo præmiſſo.

Minus videntur repugnare huic concluſioni
doctè ſcripta per Menoch.d.conſi.84.num.10.
cum ſeq.nume. 24.cum ſeq.quo loci concludit
naturam primordialem ſimilium donationum
eſſe,vt non fiat,niſi donante p̃decedente,contra
quam iuramentum non operatur , nec contra
mentem,& conſenſum iurantis,qui ſemper cre
ditur ſecundum leges , & naturam primordialẽ
actus donaſſe.

Pro reſponſione nanque,animaduerto.

Primo,quod licèt mens,& conſenſus donan-
22 tis † naturę actus primordiali innitatur, & ſecũ-
dum illam actum gerere credatur,id tamen pro
cedit,vbi ſimpliciter donat,& actum gerit,vt lo-
quitur l.a marito.C.de donat.int. vir. & uxor. l.
cũ hic ſtatutus,§.ſi ambo,ff.eod.& ea redditur ra
tio,quia illę actus inualidus eſt,& nullus,niſi do

nans prædecedat,& ſic quaſi ex teſtamento vo
luntas ip ius firmatur; At ſecus,vbi in donatio-
ne iuramentum promiſſorium, vt hic, interpo-
nitur,quia cum actum, & donationem validam
omnino conſtituat,ſeu irreuocabilem,ex com-
** muniori ** ſententia, de qua ſupra in ſecundo
capite,nõ poteſt amplius pendere a futuro euẽ-
tu mortis donatarij,vel donantis, fruſtraque in
actu iam valido,& efficaci reddito per iuramen
tum,expectatur confirmatio donantis per mor
tem,vt in ſpecie reſpondet Crauet. conſil. 102.
num.6.verſi.ſolum, quę reſponſio non tollitur,
ex dictis Menoch.d.conſi.84. num. 26. dum in-
quit Crauettam ſupponere donationem tenere,
etiam prę moriente donatario,quod ſecundum
Menoch.falſum eſt,cum lex ei ab initio reſiſtat.
Etenim Crauetæ ſuppoſitum veriſſimum eſt,do
23 nationem ab initio effici validam,propter†iura
mentum,quod omnino ſeruandum eſt, ac rur-
ſus ex mente donantis,qui cum iurat, præſumi-
tur actum velle ſubſiſtere, efficacem reddi, vale-
reque irreuocabiliter,eo magis quo fieri poſſit,
licet in reliquis actus naturam iuramentum aſ-
ſumat l. cum patrem. §. filius matrem. ff. de leg.
2.declarat Deci.in ca. 1. nume. 23. extra de iud.
Ferracius cautel. 30. num.3. & ſeq. Zucard. in l.
1.num.109.C.de pact.Noni.conſi.1. num.9. &
in terminis noſtris Simon de Præt.conſ. 10. nu.
17.18.19.cum ſeq.ſubdens eodem modo, mor
te firmari,ſi non eſt reuocata,prout iuramento.
ex mente donantis,qui iurandi amplius pœni-
tere non intelligit,egregiã Hier. Gabriel. conſil.
63.num.4.& 5.ſcimus quoq; iuramentum actũ
ſui natura reuocabilem, irreuocabilem conſti-
* tuere,Anchar.conſil. 142. ex commun: * Deci.
in l.ſi conuenerit.num.9.C.de pact.Barbat.con-
ſil.83.num.2.Beci.conſi.64.nu.6.& 14. Vnde, ſi
donatio initio ſubſiſtit,& efficax redditur, præ-
ſumptiuè etiam ex mente donantis, propter iu-
ramentum,nulla amplius mortis debet conſide
ratio fieri, quæ quidem ab initio in donatione
iurata ceſſat, eo quod actus iurati non veniant,
nec comprehendãtur ſub lege,vel ſtatuto gene-
raliter loquente,vel actum prohibẽte,vt ex pro
batiſſimo dicto ſuperius in prima concluſione
adduxi.

Et certè,ſi tenenda eſt opinio,quod donatio
nes iſtæ prohibitæ, reſpectu perſonarum iura-
mento firmentur,in dubium redditur,quod nul
lus mortis euentus amplius conſiderari debet,
cum iam actus perfectus,& irreuocabilis reddi-
tus exiſtar,vt inquit Gabriel.d.conſi. 63. nume.
4.& ſequen.& hęc eo magis ſententia tenenda
eſt,cum Bald.Nouel.Anton.Gabriel. & nouiſſi-
mè Cæphal.illam pro communi admittant,& ſi
Dominus Menochius,vir alioquin ſummæ do-
ctrinæ,contrariam magis communiter recepta
affirmet.

Secundo reſpondetur,negando primordialẽ
24 naturam†donationis inter coniuges eſſe, quod
morte donantis firmetur,etenim videmus mul-
tis caſibus valere,& ſi non prędecedat, vt Due-
nas d.regul.221.Viuius com.opin.verbo.dona-
tio inter coniuges,Caſſan.d.rub.4.§.7.Palatios
Ruuios,& cæteri.de quibus per Cæphal. remiſ-
ſiuè d.conſi.61.num.28.Anton.Gabr. ſuis con-
cluſ.de donat.lib.3. concluſ. 3. Vnde hæc non
cenſetur prima natura,cum illi nullo caſu dero-
gari poſſit,& magis diceretur accidentalis natu
ra ob non reuocationem ante mortem, quam
primordialis natura ex morte ſequuta, cum na-
tura dictarum donationum ſit ex lege, vt nullæ
exiſtant,non quia morte donantis confirmen-
tur,ſed quia non ſint reuocatæ,Cranet.d conſil.
102.num. 7. uerſic. 4. & quia lex ipſa auxilium
præſtet conualeſcentię,non autem reuocationi
nec lex ipſa reuocet donationem factam,nec in
cauſam caduci vertat,cum donator ſuperuiuit,
vt uoluit Bald.conſi.29.uol.1.quia ubi ualet do
natio,cum iuramento,lex eam reuocare nequit
l.fi.1.l.nuper.ff.de donat.int. uir. & uxor. ponit
Gabr.d.conſi.63.num.4.

25 Tertio,reſpondetur iuramentum intelligi, ſe
cundum naturam primordialem actus.& condi
tionem actui,ſuper quo interponitur adheren-
tem,ubi conditio ineſt ex mente pręſumpta cõ-
trahentis,& ſic adhibetur conſenſus conditio-
nalis ex his,quæ not.Bart.& Bald. in l. Titia Se-
io.§.Imporator,in fi.ff.de leg.2.

At ſecus,ubi conſenſus purè,& ſimpliciter ꝓ-
ſtatur ſuper actu per contrahentem,ſed lex con
tra eius uoluntatem aliqua ratione,& aliquo ca
ſu actum imprõbat,ut in ſpecie noſtra in l. 1. &
ſeq.ff.de donat.int. uir. & uxor. quia tunc addi-
to iuramento,impedimentum tollitur,firmatur
actus, nec ulla conditio ſubintelligitur, ut not.
in c.cum contingat.ubi Alciat. nu. 204. de iur.
iur.Pariſ.conſi.33.uol.3.Iaſ.in leg.ſi conuenerit,
nume. 16. ff.de iuriſd.omn.iud.& formaliter in
propoſito noſtro reſpondet Hierony. Gabriel,
poſt hæc omnia ſcripta uiſus,conſil.63.nu.5.

Concludo itaque, præſentem remiſſionem
ſubſiſtere,non obſtante,inſinuatione, formaq;
ſtatuti omiſſa, nec obſtante, quod donatarius
maritus prędeceſſerit.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO
Franciſco Spagna.

Argumentum ex ſerie articulorum colligitur.

S V M M A R I V M.

1 *Valor, & pretium ſtabilium per aſtimatores,*
* *& peritos probatur,ex * communi.*

Periti

2 *Periti duo ſufficiunt in probando actum, ſi in loco reperiantur, ex * communi, etiam quod deponant de credulitate.*

3 *Iuramentum credulitatis ſufficit in peritis, qui certas regulas non habeant, & fallunt quandoque, ut Medici, obſtetrices, æſtimatores, & ſimiles, ſecus in his, qui regulas habeant, vt Aritimeticis, & agrimenſoribus, cum in his aßertorium requiratur, ex * communi diſtinctione.*

4 *Sententia ex peritorum iudicio lata, nunquam tranſit in iudicatum, ex * communi, licet multi contra.*

5 *Geſta inter alios, præſumptionem quoad cæteros inducunt.*

6 *Valor bonorum coniecturis, et præſumptionibus æſtimatur, atque probatur.*

7 *Aeſtimator partis contra ipſam, valorem rei probat, & eo magis ſi duo concorditer a partibus electi id faciant.*

8 *Geminatio multa operatur.*

9 *Peritorum relationes in iudicio emiſſæ, nõ retractantur, niſi de errore conſtet.*

10 *Aeſtimator vice arbitratorum funguntur, a quorum ſententia non appellatur, ſed tantum petitur reductio boni uiri.*

11 *Appellationis uice fungitur reductio ad arbitriũ boni uiri.*

12 *Reductio ad arbitriũ boni, niſi ſemel petitur.*

13 *Teſtes, quomodo ſuper valore terrarum deponãt & probent, ex * communi.*

14 *Ratio in teſte, plenior eſt dicto.*

15 *Locatio annua valorem rei demonſtrat, ex communi. **

16 *Pretium eſt iuſtum, cum fructus æquant in viginti annis ſortem, ex * communi.*

17 *Venditio terræ vicinæ, præſumptionem valoris terrarum inducit, ex * communi.*

18 *Varium ex modico tempore non præſumitur, licet ex longo tantum.*

19 *Teſtis ſuper valore rei non includit, ſi de fructibus deponat, non reducendo illos ad pecuniã.*

20 *Fructus intelliguntur, deductis expenſis.*

20 *Emptor tenetur ad damna venditoris, in recompenſationem fructuum, etiam quòd non ſit in mora, vel uenditor non præſtiterit cautionem de euictione.*

21 *Verbum nullum in inſtrumento ſuperfluum.*

22 *Clauſula, promiſerunt reficere damna, & intereſſe, & expenſas litis, cuius importantiæ, & num. 21. 27. & ſeq.*

23 *Clauſulæ contractus ſubſtantialia, & factum, ac cautiones reſpicientia, præſumuntur de partium conſenſu appoſitæ, non autem ex ſtilo notariorum, ex magis * communi.*

24 *Notarius præſumitur rogatus de omnibus clauſulis conſuetis.*

26 *Emptori nõ datur actio pro euictione circa expẽſa litis, ſi obtineat, & aduerſarius abſoluatur ab expenſis, niſi adſit inſtrumento uenditionis, promiſit reficere dãna, expẽſas litis, &c. ex * communi.*

28 *Aduocatus emptor repetit ſuccumbens a uenditore expenſas, quas in alio aduocato feciſſet, ſi ſi hac clauſula promiſit expenſas, &c. addita fuiſſet.*

29 *Intereſſe debetur principaliter, ut ſors cum in inſtrumento ponitur clauſula, cum refectione dãnorum, & intereſſe, &c.*

30 *Hippotecaria pro alimentis dotis competit, ſi apponatur clauſula in inſtrumento, cum refectione damnorum.*

31 *Datio inſolutum retractatur, ſi vltra debitum verum fiat, ac fructus percepti in ſortem ex computantur, ex * communi.*

32 *Error ex calculis tollitur.*

33 *Calculus vim ſententiæ habet poſt triginta annos, ex * communi.*

34 *Calculus ad declarationẽ, & excuſationem ſententiæ ſit, non quod tribuat aliquid.*

35 *Calculus plus credito cõtinens, non reſcindit ſententiam adiudicationis.*

36 *Tenuta pro maiori veri debiti quantitate non vitiaẽ in totum, ſed pro credito uero ſubſiſtit.*

37 *Summæ tot ſunt quot, cauſæ ſeparatæ.*

38 *Adiudicatio in re æſtimatione maiori vero credito non reſcinditur, ſi tantum ſit petitum creditum verum, ex crebriori. * **

39 *Statum a iure communi interpretatum capit, ex * communi.*

40 *Poſſeſſor bonæ fidei virtute ſententiæ fructus lucratur.*

41 *Executio per errorem in aliquo facta pro indebito, tantum reſcinditur.*

42 *Dictio, niſi, ſui natura modificatiua.*

43 *Dictio, aliter, eſt a præcedentib. diuerſificatiua.*

44 *Dictio, iuxta, eſt relatiua.*

45 *Sententia referens ſe ad acta probatoria ſubſiſtit, & certa dicitur.*

46 *Clauſula generalis nõ corrigit ſpecifice diſpoſita*

47 *Datio inſolutum uicem emptionis gerit.*

48 *Pretium inueſtiendum per venditorem prius*

per

per emptorem debet offerri, quàm proprietas per venditorem offeratur, & num. 52.

49 *Implementum rei, cum præponitur implemento actoris, rectè agitur ad rem, etiam ſi res opponat de non implemento, niſi ipſe prius adimpleat.*

50 *Vſufructuarius rectè cõtra hæredem agit, licet non offerat cautionem, cum ad illam, niſi re tradita, teneatur.*

51 *Debitor tenetur ire ad domũ creditoris eiuſdẽ fori, ubi eſt dies deſtinata ſolutioni.*

52 *Pactum executioni appoſitum, non alterat diem ſolutionis, quin mora contrahatur.*

53 *Exceptio non implementi debet opponi, alioquin iudicium, & ſententia ſubſiſtunt, ex communi, & num. 64.*

54 *Dies ſolutionis interpellat pro homine, licèt in executione aliquid fieri debeat.*

55 *Argumentum a contrario ſenſu ceßat in dictis conſulentium in verbis negatiuis, ubi correctio diſpoſitionis præcedentis, uel legum reſultant.*

56 *Menſuratio terrarum ante ſolutionem, uel petitionem rei venditæ fieri debet, ſi pacto id conueniatur.*

57 *Melioramentorum illiquidorum exceptio non impedit executionem ſententiæ, niſi in ſententia dicatur, ſolutis prius meliorationibus.*

58 *Debitor, quando cõſtituatur in mora aduenien te die ſolutionis, licet tunc aliquid per creditorem fieri debeat.*

59 *Diſpoſitio. l. lecta. ff. ſi cert. pet. procedit vbi vſura debetur ex mora, ſecus vbi ex conuentione, quæ inter ſe differunt.*

60 *Debitor differens ſoluere ex iuſta cauſa excuſatur, & quando.*

61 *Mora ſoluendi non eſt, vbi nulla datur petitio, & quomodo procedat. num. 63.*

62 *Debitor moram incurrit, cum ſubſtantia obligationis eſt certa, licet exequendi modus incertus.*

64 *Actio competit, & iudicium procedit parte nõ opponente de die ſolutionis non maturo, licet iudex diem in ſententia reſeruet.*

65 *Dies ſolutionis, vel pecuniæ implicandæ, quando inſpiciatur.*

66 *Mora non contrahitur, vbi iuſta cauſa litigãdi adeſt.*

67 *Promittens quid facere, non incurrit moram non interpellatus, uel ſi vocatus potuiſſet implementum oſtendere.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

TRINITAS ADSIT.

ARTICVLI in cauſa Domini Frãciſci Spagnæ, pro quo alias ſcripſi lib. 1. conſi. 68. denuo p Senatũ proponũtur diſcutiẽdi.

Primo, an ſit probatus valor terrarum in ſolutum Spagnæ aſſignatarum.

Secundo, an damna, & intereſſe per ipſum Mercatorem peti poſſint virtute actionis, quę reſultat ex clauſula generali, cum refectione damnorum. & intereſſe poſita in inſtrumento.

Tertio num datio in ſolutum iudicialis retractetur tanquam plus debito, & quid vltra creditum verum calculi initi in executione dictæ ſententiæ contineat.

Quarto, an cenſeatur ſentẽtia nulla, eo quod pecuniæ ſoluendæ per Dom. Stratas debitores, & inueſtiendę per Spagnam creditorẽ, ſimpliciter, ac ſine dicto onere fuerint petitæ, & pro dicta ſumma terræ Spagnæ aſſignatæ.

Quinto, num debitor, qui non tenetur, nec debet ſoluere, niſi inueſtiatur pecunia, conſtituatur in mora ex lapſu diei ſtatuti ſolutioni debitoris in inſtrumento, licèt creditor nullam ante proprietatem offerat.

Et quia iura creditoris tueor, omnia ſigillatim, ac iuxta ordinem ſanctiſſimę Trinitatis pręſidio prius implorato reſoluendo, cenſeo.

Quo ad primum probatum eſſe valorem terrarum, de quibus in cauſa, illaſque iudicandas fore communis ęſtimationis vigintiquinq; ducatorum in ſingulas bubulcas, comprehenſis tamen ędificijs, & detractis oneribus, quod demonſtro.

Primo ex relatione trium peritorum, ſeu ęſtimatorum tum a creditoribus, & Domina Iulia Strata matre aduerſariorum dicti Spagnæ, tum a iudice electorum in cauſa ſubhaſtationis bonorũ Domini Federici Roſſetti, de qua in actis Falchi, quæ cum ſit in iudicio emiſſa, in iudicatumque tranſita, ac concludat voto omniũ vnanime dictas terras eſſe valoris, & ęſtimationis tãtum vigintiquinque ducatorũ pro bubulca ſingula, vtique valorem probat in cauſa præſenti, etiam quod eſſet (licèt id negetur) ab illa ſubhaſtatione ſeparata.

1 † Valor enim, & pretium bonorum ſtabilium legitimè per ęſtimatores, atq; peritos, probatur. l. hac. edictali. §. illud dictum. C. de ſecund. nupt. Bar. nu. 20. quem ſequuntur Fulg. Caſtr. in fi. Salyc. col. penul. & cæteri communiter * in l. 2. vbi Cagnol. de communi. nu. 258. Crem. num. 294. ad num. 300. & Bald. Peruſiu. num. 64. C. de reſcind. vend. Alexand. in l. pretia rerum. num. 6. vbi amplè apoſtil. ff. ad l. falcid. not. poſt alios, quos allegat Arius Pinel.

in d.

in d.l.2.3.par.cap.4.nume.2.cum.ſeq. C.de reſcind.vend.Curt.iun.conſi.165.nume. 20. Ant. Gomez. var.reſolut.lib.3.de contract. capit.9. nume.5.in fin.Gulielm. Reodan.tract. de reb. eccl.non alien.rub.de cauſa vtilitatis.num. 145. 146. 519.

2 Duoque periti, † ſeu æſtimatores a partibus
electi ſufficiunt (ſi tamen in loco reperiantur) qui plenam probationem actus, ſuper quo referunt, cõſtituunt.§.quod autem ibi,&c. aut vnus in Auth.de non alien.proſequitur, ex * communi Deci.in capitu. propoſuiſti.nume. 10. Crem. vbi ſupra.num.296.Pincl.num.5.Gomez. cap.9.num.5.ubi de communi * Mend. ad Roman. conſi.20.num.6.uerbo dictum.

3 Et hoc procedit etiã ſi de credulitate, vel eo
rum iudicio tantum deponant, cum æſtimatio potius iudicio intellectus, quàm ſenſu aliquo corporis percipiatur, nec circa æſtimationẽ certæ regulæ tradantur peritis, quorum iudicium non fallat, niſi ex eorum negligentia, ut in Medicis, obſtetricibus, ac æſtimatoribus exemplum ponitur, quod ſecus in peritis, qui certas regulas habẽt, & potius ſuper eo, quod ſenſu corporeo percipitur, deponant, quàm iudicio intellectus tantum, vt ab aritmeticis, agrimenſoribus, & ſimilibus, in quibus iuramentum aſſertiuum requiritur, tenent, Bart. in d.l.2. in fin. ubi Crem. num.296.& 298.Cagnol.num.242.Deci. d.ca. propoſuiſti.num.10.Alciat.in l.1.§.fi.nume.17. ff.de verbo.oblig.communem diſtinctionẽ ſcribit Mendoſ.ad Rom.in verbo admittitur. conſi. 20.num.5.Adeo quod & ſententia ſuper illorũ relatione, atque iudicio prolata ſecundum aliquos in iudicatum tranſit, quod tenuit Butr. conſil.6.ea ratione, ne aliter non detur litium finis, quieſque in hominum cõmercijs.Pinel.loco ſupracitato.num.6.in fi. dicens cõtrariam opinionem Crem. negatiuam, in praxi nunquam ſeruari, cui adſtipulantur no.per Abb. & Deci. nu. 14.cũ quotis Mod.Par.ibidem in verbo, contra in c.propoſuiſti de probat.uolentes, & ſi contra communem, * tranſire in iudicatum † ſenten-
4 tiam ex iudicio peritorum latam. Cum itaque
ſit publicata, relata, atque per ſententiam ordinarij admiſſa æſtimatio vigintiquinque ducatorum, ſequitur a fortiori, illam tantum attendendam, etiam inter alios, uel in alia cauſa factam,
5 cum † geſta inter alios coniecturam, & præſum
ptionem induant contra cæteros. Abb.& Fel. in c.pen.in princ.de re iud.Bar.& Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiur.Tiraq. tract. inter alios acta, limitatione 19.Didac.Couar.pract.quæſt. cap. 15.num.7.Ac ex coniecturis, atque præſumptio
6 nibus æſtimetur, atque probetur † valor, ac bo-
norum ſtabilium pretium, per text.in l. ſemper §.hoc interdicto.ff.quod vi, aut clam, in propoſito Alciat.conſi.396.nu.5.& 6.

Secundo Domini Iulius, & fratres de Strata admiſſi Principis reſcripto pro reuiſione æſtimationis iam factæ ex illorum parte, petitum æſtimatorem elegerunt, qui tãdem.& electus a Spagna, iurantes vnà referũt, viſo loco, ac omnibus conſideratis, terras vna cum ædificijs eſſe pretij, & valoris vigintiquinque ducatorum tãtum in
7 ſingulas bubulcas, ex qua ſola atteſtatione † æſti-
matoris periti a parte electi uidetur probari ualor.l.Teopompus.ff.de dot.præaleg.l.fi.C.de fideicom. l. 1.§. fi.vbi Bar.ff. de verbo.oblig. Gomez.vbi ſupra ca.9.nu.5.uerſicu.licet reſolutiui, Quantomagis igitur ex noua, æſtimatione duorum peritorum concorditer electorum, qui id in iudicio iuramento firmarunt, plenè verus ualor terrarum probatus creditur. Authen.de non alien.aut permutan. re.eccleſ.§.quod autem dictum eſt, & ibi d.l.hac edictali. §.his illud. C. de ſecund.nupt.ac in d.l.2.ubi Bart.Bald. col. pen. Cagnol.num.259.C.de reſcind. uend. Iaſ. in §. quidam.num.70.Inſtit. de act.Fely. in cap.quia iudicatæ in princip. de præſcript. Ari.Pincl.dicto cap.4.nume. 3. Campeg. in ſuis regul. 322. uerſicu.12.

Tertio id comprobatur, quia tertia uice alij æſtimatores unanimiter electi, vel ſaltem alter in contumaciam partis, tanquam vicinus optimè inſtructus, ac informatus qualitatis terrarum eorum iuramento atteſtatur, ualorem terrarum, non excedere vigintiſex ducatos, detractis oneribus. Vnde amplius non eſt ambigendum circa terrarum pretium, cum hæc trina per peritos coram iudice publicata æſtimatio, de conſenſu quoque partium ualorem certum, ac uerum de
8 monſtret, tum ob † geminationem, & triplica-
tionem actus, quæ efficacius operantur.l.baliſta ff.ad Trebel.multa Marſ.in l.1.§. quæſtioni col. pen.ff.de quæſtio.Corſet. tract.de poteſtate regia in princ.ubi num. 76. effectus geminationis connumerat, Vaſq.de controuer.illuſtr.cap.83.
9 num. 12.tum quia † ſententiæ arbitrorum, cal-
culatorum, æſtimatorum, ac ſimilium peritorum in iudicio emiſſæ, nunquam retractẽtur, niſi de errore manifeſtò cõſtet, ne detur progreſſus in infinitum, ſed litibus finis tandem imponatur, Iaſ.in l.1.C.de errore calculi, Felyn.in c.propoſuiſti.num.11.in fi.de probat. Corn. conſil.63. volum.4.Caſtr.conſi.10.in fin.uolum.2.Socin. ſen.conſi.49. num. 50.uolum. 1.Infinitas enim euitanda eſt, ſuperfluitas reſecãda, ac litium occaſio tollenda, Neuiz.conſil.92. in fi.Bero.q.famil.105.nu.5.Iodocus. Burgenſ.tract. de tutor. & curat.rat.cap.3.num.15.& 18.

10 Accedat, quod iſti æſtimatores periti, arbitra
tores nuncupãtur, quia inter partes eorum ſententiam ſuper pretio, uel contractu proferunt, Bart.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. nume. 7.ff. pro ſocio, poſt Cy. & Iacob.de Aren.in l.ſi qui ex conſenſu.C.de Epiſco.audi.§. pretium. Inſti. de contrah.empt.l.ſi quis arbitratus. ff. de uerb. oblig.a quorum ſententia, & iudicio non appellatur, ſed tantum ob læſionem reductio ad arbi

trium

ad fi.Nec dicatur præſumi in dorſo ſcripti poſi-
tam ſolutionem,prout in alio ſcripto ſolutio cē
tum vigintiquinque ſcutorum reperitur deſcri-
pta,quia iſtam pręſumptionem non ſufficere in
materia ſolutionis,& per alias omnino tolli ſcri
pſit,Aymo d.conſi.313.nu.7.

18 Tertio comprobatur,† creditum ex particulis
librorum per Bordulanos in actis productis, in
quibus non eſt hoc eorum creditum, & ſolutio
ſcutorum quadragintorum ſeptuaginta deſcri-
ptum,quod nunquam etiam deduxerunt in cal
culis, ſeu eorum rationibus, propterea neceſſa-
rio præſumendum arbitror, quod in illa parte
ſint debitores, nec conſequenter ſcripto & cre-
dito de Attis ſatisfecerint, vt in propoſito dice
bat Aymo Crauet.conſi.129.num.8.verſicu.6.
volum.primo

Quarto,pars in ſcriptura proceſſus pręſuppo-
nit tantum quartam partem debiti,tunc petiti,
quæ erat ſcutorum nonagintanouem, cum di-
midio ſolutam fuiſſe,& longè vltra dictam quar-
tam partem : ergo non totum debitum ſcutorū
quadringentorum ſeptuaginta,cum non tantū
longè plus quarta parte fuiſſet debito ſatisfa-
ctum : ſed vltra integrum pro dicto tempore de
bitum aurei numi cētum tredecim. dictio enim
19 † vltra, in tam exceſſiua ſumma, verificari non
poteſt, cum ad modicum reſpectu rei expreſſæ
tantum referatur, Corn.conſi.196.nume.6.uol.
4.& conſi.89.num.17.vol.1.appoſt.ad Abbatē
in c. litteræ num. 10. de dilation. Dicebamque
cum illi de Attis, ſcripta ſemel præſentauerint
in iudicio, in executione pacti, quod amplius il
20 la exhibere minimè tenebātur,quia vnica † præ
ſentatio ſufficiat, & dicant Doctores de exēplo
inſtrumenti, quando originale deperditum eſt.
ſi pars tacite in iudicio acquieuit,producens nō
teneatur denuo illud originale pręſentare, cum
iam adimpleuerit,quod ſuum erat incumbens.
Aret. & alij,Deci. nume. 20. in Auth. ſi quis in
aliquo.C.de eden. & Imol.in c. fin.col. penulti.
verſicu. item requiritur de fide inſtrumen. cum
itaque de Attis ſcripta produxerint , & abſque
eorum dolo,culpa,& opera deperdita& amiſſa
credantur, ſuper hoc producenti & damnum
21 paſſo † deferendum eſt iuramentum , vt omni-
no ſcriptis tamquam non deperditis credatur,
arg.l.fin.C.de fide inſtrumen. c. accepimus. eo-
dem titulo l. diuus. ff. de re iud. Doct. in auth. ſi
quis in aliquo. C. de eden. multa in propoſito
Moder.Pariſ.in conſuet. Pariſ.§. 5.num. 43.46.
49.& 52.& ponēs notarium quoque teneri quā
do parti ſcripturam vel inſtrumentum dederit,
propter quod altera pars damnum paſſa fuerit.

Nec refregatur,præſentationem fieri , vſque
ad ſententiam incluſiuè,per ea , quæ not. Doct.
allegati a Iaſ.in l.cum duobus. §. primo, nu. 19.
ff.de iur. iuran. & Tiraquel. in l.hoc ſermone.§.
bones.num.48.ff.de verborum ſigni. illud nam-
22 que intelligitur , quando promiſſio facta eſt de
pręſentādo perſonam in iudicio , quę iam com-
paruit,& poſtquam lis cœpit agi, vt rectè decla
rat Caſtr. in l. prima. §. in fideiuſſorem. num. 4.
ff.qui ſatis cogant.& colligitur ex ratione allega
ta per Iaſ.ibi,quę ratio ceſſat hic, quando fit ſim
plex promiſſio præſentandi ſcripta,ſi vti volue-
rit inſtrumento,ſic extra litem , & iudicium cæ-
ptum.merito ſola præſentatio ſufficit, quod eo
magis ſuadetur,quia licet ſcripta poſtea ſint de
perdita,& ſic non perſeuerauit præſentatio, ni-
hil obeſt actoribus , dum conditionem inſtru-
menti de pręſentando adimpleuerint , ſolo actu
23 † exhibitionis,quæ momento temporis expedi
tur ita in propoſito Bartol.vbi Iaſ. dictum com
* mune ait, in l. in numerationibus. ff. de ſolut.
Bartol.conſi.181.& Corn.in l.ſi quis hæredem.
C. de inſtit. & ſubſtit. Verbumque præſentare,
& exhibere,idem eſt.per tex. in l.ubi exigitur.ff.
de eden.Bartol.in l.fraus.ff.de leg.vnde non re-
quiritur aliqua in actis reproductio,argum.tex.
l.fin.C.de fide inſtrumen. qui text.in propoſito
ſeruit, dum vult eum non teneri reproducere
24 inſtrumentum,vel cartam de falſo † ſuſpectam,
quando ſemel producta fuit, & pars ad difficul-
tatem productionis reſpiciēs huiuſmodi faciat
petitionem, maximè ſi producens iuret eam eſ-
ſe deperditam,tanto itaque a fortiori id arbitra
mur procedere in producente inſtrumentum,
& ſcripta non ſuſpecta , & a parte recognita in
iudicio , per ea, quæ not.Bartol.in l.prima.ff.de
relat. Dec.auth.ſi quis in aliquo num.20. in fin.
C.de eden.

Tertium articulum reſoluo, & dico particulā
ſcutorum centum vigintiquinque , de qua in
ſcripti dorſo, & receptione , eandem omnino
cenſeri.

Primo,quia ſi diuerſæ eſſent,ante tempus ſol-
25 uiſſent Bordulani , quod non eſt præſumendū,
cum nec de ſolutione vnquā oppoſuerint. Ay-
mo.conſi.129.nu.8.

Secundo,adeſt identitas loci,ſummę,verbo-
26 rum , & cauſæ, ſic eædem præſumentur, † cum
duæ circunſtantiæ ſufficiant l.forma. ff. de cenſ.
& Bart.in l.falſa.ff.de cond. & demonſtr. Corn.
conſi.61.nu.19.vol.3.

Tertio,ſcriptum in dorſo cenſetur repetitū in
27 receptione, ne † pluralitas præſumatur, iuxta
* communem * Doct.Bartol.Caſtr. & aliorum in
l.triticum. ff. de verborum obligat.ubi dicunt, ſi
mutuaſti mihi decem corbes frumenti,demum
conficiatur inſtrumentum , in quo promittam
tibi quinque corbes frumenti , intelligitur de
mutuato,licet contractus ſint diuerſi, non enim
quantitates diuerſæ præſumuntur in damnum
creditoris,quando maximè id ex aliquibus con
iecturis cognoſcatur:vt in propoſito ſcribit Ne-
uizan.conſi.96.per totum.cauſa enim & quan-
28 titas † inducunt apochæ,& quietationis idētita-
tē,licet in aliquibus inter ſe differant , videatur
Riminal.conſi.428.num.34.cum ſeq. uol.1.ubi
num.

num.39.inquit,caſdem cenſeri,& ſi in aliquibus
differant,nunquam enim actuum pluralitas pręſumitur,niſi probetur.Natta conſil.3. numer.4.
uolum. 1.

Vltimo,ad maiorem omnium comprobationem,addebam Bordulanos, vt campſores, vel
vti mercatores tantum noſtri temporis, teneri
incontinenti edere eorum libros, pro indaganda veritate, an ſoluerint vnquam dictos ſcutos
quadringentos ſeptuaginta,vna vice,& dicto tẽ
pure,& an dictæ particulæ ſint diuerſæ, vel eędẽ
prout omnino teneri & cogi debent,tum ad partis inſtãtiam,tum etiam ex mero officio Clariſſimi Magiſtratus,ſtantibus maximè tot præſumptionibus, & veriſimilitudinibus ex parte actorum de Attis, iuxta magis ** communem opinionem,de qua per Deci. in c.1. num. 27.extra
de proba.Bertrand.videndum conſil.102.volu.
2.Sebaſt.Vãnt.de null.part.2.num.70.pag.47.
Riminal. ſen. conſil.347.volum.2.& ſecundum
quam opinionem, in cauſa nobilium de Piperarijs, per Ampliſſimum Senatum alias judicatum & ſeruatum fuit,& ſæpius in facto obtinui.

Quærebatur quarto loco, num conſortes de
Attis,pro terminis maturatis, pẽdente iudicio,
executionem obtinere poſſint,ſtãte,quod iuxta
inſtrumenti pactum, non exhibuerunt denuo
ſcripta hębraica, affirmandumque cenſui, executionem concedẽdam pro tota ſumma inſtrumenti petita in actis,quam aduerſarij de Bordulanis,& ſoluiſſe dixerunt.

31 Primo,quia vbi lite incepta † ius de nouo ſuperuenit actori ex cauſa tamen de præterito, vt
puta,quando conditio vel dies ſolutionis debiti
aduenerit,tunc prodeſt actori illud ius ad victoriam & ſententiam obtinendam, abſque noua
libelli,& petitionis,vel alterius inſtrumẽti productione,& abſque noua inſtantia, doctr. eſt Bart.
in l.ſi titius.num.2.& Roman.nu. 13. ff. de verb.
obligat.& in l.non poteſt.vbi Apoſtil. ff. de iudici.not.poſt alios Bero.quæſt.famil.102.num.
4.& per totam Iaſ.§.omn um.num.67.cum ſeq.
& in §.1.num.100.cum ſeq.inſt.de act.Boer.conſi.16.num.30.cum ſequen.Bellon.conſi. 20. nu.
3. Cumque in præſenti ſemel inſtrumenta cum
ſcriptis fuerint producta, ius pro terminis maturatis poſtea,actori in eadem inſtantia proderit,abſque noua inſtrumentorum & ſcriptorũ
productione.

Secundo,id confirmatur,nam inſtrumenta,
32 vel † ſcripturæ ſemel præſentatæ,iterum pręſentari non debent,niſi eas de falſo pars redarguere intelligat,text.eſt.& ibi Bart.& Doc.in l.fin.
C.de fide inſtrumen.& minus illas iterum exhibere cogitur, quas etiam, quod præſentandæ
forent, amiſiſſe & non habere ſuo iuramento
probaret.not.Plot.in l.ſi quando,nume.541.C.
vnde vi. Itaque dum iſti de Attis ſcripta ſemel
producta iterum præſentare minimè aſtringantur,cum manifeſtum ſit, eſſe amiſſa citra eorum
culpam,non eſt, quod pro dictis terminis executio eiſdem denegetur,eo magis,quod pars acquieuerit petitioni totius ſummę maturatę, ad-
33 huc poſt litem cœptam,& ſic ſibi † pręiudicauerit,ac ſuper eis cognoſci & terminari debeat,ar.
not.in capit.primo.de reſtitutio.ſpoliat.moder.
in l.parte furioſo.nume.primo.ff.de his,qui ſunt
ſui,vel alieņ.iur.Pariſ.cõſi.113.colum.1.volum.
primo.

Tertio,executio inſtrumenti pro debito illiquido,ut in diem,uel ſub conditione petitur in
iudicio,& ſi facti executio uera non fiat, niſi eo
liquidato, & purificata conditione, Bald. in l.
cum teſtamẽto C.de manumiſ. teſtam. Doctor.
in l.prima.ff.de eden.in propoſito Corn.conſil.
223.nume.4.& 5. uolum. ſecundo. latè Couar.
uar.reſolut.lib.2.c.11.per totum Cæphal. conſ.
133.num.33.Alciat.reſponſ.130.nume.5.Proſper Carauit.ritu magnæ curiæ 166.num.14.ſuper quo ample deſcribit mari.Freci.de præſent.
inſtrum.8.par.q.1.Ad petendam igitur executionem facti, cum terminus dieſque ſolutionis
uenerit.minimè eſt opus noua inſtrumenti editione,productione,nouoque libello,& inſtãtia,
35 † cum inſtrumenti productio uice libelli funga-
36 tur.Iaſ.in l.1.nu.11.ff. de eden. licet in his † executionibus nullus libellus uel ordo iudiciarius
** requiratur,ex magis ** cõmuni not.Neuiz.conſ.
4.per totum uol.1.ac Io.Bapt.Aſin.ſua praxi.iudici.§.1.c.2.nu.6. & per totum, inſtrumentũq;
de proximo liquidãdum pro liquido habeatur,
Capici.deciſ.48.nu 4.ac Frecia,ubi ſupra,q.2.

Accedat quarto,ulgata regula, de qua ſuperius in l.cum duobus.§. 1. ubi latè Iaſ. a numero
ſecũdo ad nu.19.ff.de iur.iur.cũ alijs per Marſi.
rubr.de fideiuſſ. q. 15,cum ſeq. quod obligatur
37 præſentare † etiam inſtrumentum,ex vnica præſentatione liberatur.Tiraq. in §. hoc ſermone l.
boues.nu.47.100.117.& 139.& in propoſito de
eo,qui tenetur exhibere inſtrumentum,quando
pro ſe uult uti, quod facta ſemel exhibitione amplius non teneatur,& iuramento poſſit amiſſionem purgare, doctrina eſt Raphael. in l.ſi quis
eſt argentarijs.§.fin.num.6.ff.de eden. Vnde ex
his conſortes de Attis.ſententiam pro toto credito obtinebunt, & ſi denuo ſcripta non exhibeant,quæ citra eorũ culpam amiſſa dicũtur,in
gratiam ipſorum iudicatum fuit, ac pro omnibus ſummis petitis & terminis maturatis, lite
pendente, executio conceſſa, die ſeptimo Nouembris,anni 1566.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO Bartholomæo Fliſco ex Buſſeto.

ARGVMENTVM.

Donatio inter coniuges iurata, an ſubſiſtat, etiam

 quòd

quod excedat ſummam legalem, ſic an iuramentum plures defectus ſuppleat.
Inſinuatio, quibus caſibus ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Contractus iuratus non uenit in diſpoſitione generali, ex ** communiori.*

2 *Donatio iurata non comprehenditur in diſpoſitione generali prohibitiua, ex * communi.*

3 *Donatio prohibita inter coniuges, iuramento firmatur, ex ** communiori.*

4 *Iurata coniugum donatio ſubſiſtit, & ſi donans non prædecedat, ex * communi.*

5 *Donatio inter patrem, & filium in poteſtate ſi iurata, ſubſiſtit, ex * communi.*

6 *Donatio remuneratoria, vel ob cauſam, inſinuatione non indiget, ex ** communiori.*

7 *Donatio iurata, non eget inſinuatione, ex communiori. ***

8 *Inſinuatio ſtatutaria ceſſat in donatione iurata ex * communi.*

9 *Donatio pio loco, vel in piam cauſam, non eſt inſinuanda, ex * communi.*

10 *Donatio inter coniuges non prohibetur, vbi donatarius non efficitur locupletior, vel donans pauperior, nec tunc requiritur, vt donans prædecedat.*

11 *Coniunx, rem ſibi donatam poteſt, præſente altero coniuge donante, dare filiæ communi, ſine aliqua iuris ſolemnitate.*

12 *Donationes, quæ morte confirmantur, reuocari poſſunt.*

13 *Donatarius a donatore, in re donata grauatur.*

14 *Cauſa una in donatione poſita, inſinuationē tollit, ex * communi.*

15 *Finalis cauſa dicitur, cum commodum tertij reſpicit.*

16 *Iuramentum non ſupplet plures defectus, ſecundū aliquos, ex ** cōmuniori, ſed contra. nu. 18.*

17 *Donatio duplicem perſonarum, & rei defectum continens, duplici iuramento validatus.*

18 *Defectus plures, iuramentum ſupplet.*

19 *Iuramentum generale in fine contractus minoris poſitum, per illam clauſulam, aliqua de cauſa, uel ratione, tollit impedimentum minoris ætatis, & alios defectus, ex * communi.*

20 *Donatio prohibita fauore publicæ utilitatis, firmatur iuramento, ex * communi.*

21 *Ius canonicum iuramentum præciſè ſeruari mādat, niſi principaliter citra publicam vtilitatem, & mores bonos naturalis ſit præſtitum.*

22 *Natura primordialis actus in gerente actum, ſimpliciter attenditur.*

23 *Iurans præſumitur velle actum irreuocabilem conſtituere, licèt in cæteris ſecundum naturā actus iurare credatur, ex * communi.*

24 *Donatio inter coniuges prohibetur, ne inter ſe ſpolient.*

25 *Iuramentum intelligitur, ſecūdum naturā actus conditionalis, ubi conditio ineſt, ex mente præſumpta contrahentis, ſecus ſi abſolutè interponatur.*

CONSILIVM CLXXXIII.

TRINITAS ADSIT.

SVPPOSITIS nonnullis concluſionibus in iure veriſſimis, a noſtratibus pro communioribus admiſſis, cenſeo (ut breuibus me abſoluam, alijs occupatiſſimus) retrodationem bonorum factam per Dominam Aloyſiam de Maiauacchis, iuribus ſubſiſtere.

1 Prima eſt † contractus iuratos non uenire, nec unquam comprehendi ſub lege, uel ſtatuto prohibitiuo in rem, uel perſonam, ſeu ſimpliciter loquente, ſeu etiam annullante contractus factos ſine certa ſolemnitate, ſub uerbis geminatis, eo quod iuramentum, uel diſpoſitio iurata non comprehendatur in his diſpoſitionibus, Maximè Principum ſecularium, & niſi de iuramento ſpecialis mentio fiat, text. eſt in cap. conſtitutus, ubi Abb. Felyn. Deci. & alij, de reſcriptis. Gloſſ. in cap. cum non deceat, de elect. in 6. quam communiter * probari ait Curt. iun. conſil. 98. num. 7. & in cap. primo. de his, quæ fiunt a maior. part. capituli. Fulgoſ. conſilio. 156. Roman. ſingul. 7. & in conſi. 393. nume. 13. ubi latè Mendoſ. ex * communi, in Apoſtil. uerbo, firmatas, regulam, ac magis ** communiorem ſententiam, ne cæteros tranſcribam, fuſiſſimè ponit Anton. Gabr. com. concluſ. lib. ſecundo. de iure iurand. concluſ. quinta. num. 1. 14. cum ſequen. & per totam, ac Stephanus Lambertēg. ſuper ſtatut. prohib. mulier. contrah. ſin. cert. ſolemni. in uerbo, finis. nume. 11. cum ſequ. quod

2 in terminis † donationis ex communi * ſcribit Ripa, titu. de reune. donat. reſponſo. 1. numer. 3. poſt Iaſonem, in auth. ſacramenta puberum. numero 51. C. ſi aduerſus uendit. & in conſil. 173. uolum. 4. Curt. iun. conſi. 47. num. 4. Ruin. conſil. 100. nume. 8. uolum. 3. & in donatione facta contra formam ſtatuti, cum decreto irritante, ex communi * conſuluit Alciat. conſi. 54. in primo articul.

Secunda

3 Secunda eſt concluſio,† donationes quaſcũ-
que a lege prohibitas, etiam inter virum,& vxo
rem, iuramento validari,& efficaces reddi, nulla
habita conſideratione, prædecedat, vel ne dona
tarius, Bart.in l.ſi cui & augerius,in fi.ff. ad l. fal-
* cid.ex communi * Socin.ſen.conſil.77.num.15.
Crauet.conſi.102.num.6.Imol.Alex. Aret. So-
cin.iun.Ruin.Corn.Dec. Grãmat. Abb. Claud.
Bertrand.Pariſ.Alciat. Rip. Crauet. Didacum,
Duenam,Bellonum & cæteros, quos conſulto
omitto,in prępoſito adducit,& cõprobat,Clar.
in §. donatio. q.9. verſi.ſed quid ſi in ipſa dona-
tione.Ioan.Bapt.Villabob.com.opin.verbo do
natio.nu.123.ſeq.Viui. in verbo donatio com-
** munium opi. in prin.longè que cõmunior ** di-
citur ex cõgeſtis à Mendoſio ad Romanũ, ver-
bo iuramenti conſi.293.Ripa de donat.lib. 3. c.
6.vbi in fi.hanc communem praticatã,& cano-
nizatam refert Cęphal.conſi.61. nu. 22. & ſeq.
volu.1.Rolan.a Valle,conſi.77.volu.1. ſequitur
Gerard.Mazzol.conſi.48.nu.22.Rimi.inſtit. de
donat.§.1.nu.294.Villabob.com.opi.uerbo do
natio.nu.128.Tobi.Non.conſ.1.nu. 10. conſil.
* 56.nu.6.Beccius conſi.79.nu.7.ubi de recepta *
ait,& nu.8.Celſ.Hugo.conſi.115.num.7.dicens
Regiã Catalonię audientiã pro affirmatiua ſem-
per iudicaſſe,Curt.iun.conſi.198.nu. 15. Et hãc
* communem * (quicquid dixerint Deci.Pariſ. &
** nouiſſimè ex magis recepta ** Menoch.cõſi. 84.
4 in pri.art.& nu.54.)in caſu rurſus, quo † donãs
non pr ędecederet, retulit Bald. nouel. tract. de
dote 10.par.4.col.in fin.quem probat formali-
ter Ant.Gabr.ex multis in lib.3. concluſ. ſuarũ,
de donationibus,concluſ.3.nu.1.2. cum ſeq. &
num.29.Roland.vbi ſupra,& Cęphal. conſ. 61.
num.22.24.& ſeq.& hanc concluſionem indu-
biam prorſus ſtante iuramento continuo cẽſui,
præcipuè quod tot Iureconſulti celeberrimi,de
* communi * atteſtentur,ac ratione conuincar,vt
inferius demonſtrabo,& ſecundum illam Parla
mento Delfinale iudicauerit die 14. Auguſti
1543.teſte Crauet.conſi.245.num.12.quã pro
bat in terminus Simon de Præt.conſi.10.nu.22.
& Dominus Hier.Gabriel. reſpondens contra-
rijs,conſi.63.per totum,non diſſentit Bero. cõſ.
5 53.num.19.vol.1.idem in † donatione inter pa
* trem,& filium,ex * communi per relatos ab eo,
probauit Michael Graſſ.com.opin.lib. 1. cap. 8.
q.7.Alcia.conſi.154.Clem.tract.de patr.poteſt.
effect.2.num.32.Clar.in §. donatio. quæſt. 8. in
fi.qui ita iudicatum in eodem parlamento, Del-
finali refert, ex mente Guidi Papæ, & ineptum
Aduocatum credit, qui contrarium affirmare
audeat.
6 Tertia eſt,quod donatio remuneratoria, ſeu
quæ ſit facta alterius pręcedentis reciproeę con
templatione,vel aliter donatio ob aliquam cau-
ſam, quæ ex ſimplici liberalitate non pendeat,
quia propria donatio dici nequit, nulla indiget
inſinuatione,Bar.in l.aquilius regulus, vbi Imo.
ff.de donat.Angel.conſi.199.Roman.conſi.26.
* nu.3.ubi late id ex communi, * & per quotas cõ
probat Mendoſ.in Apoſtil.verbo non indiget,
* Sociu.iun.conſi.77.nu.152.ubi de communi *
uol.1.per alios hoc quoque comprobat Anton.
Gabr.com.concluſ.li.3.de donat.cõcluſ.1.num.
59.lim. 14.& nu.62.lim.15.dicens,idem eſſe in
donatione reciproca,remuneratoria,uel ob cau
** ſam,ſequitur ex magis ** communi legiſtarũ, &
canoniſtarũ.Clar.in §.donatio.q.16.in fi.Mich.
Graſſ.lib. 1.com.opin.cap.8.q.13.Duenas in re-
gula 224.donatio nu.4. Simon de Præt. conſil.
* 144.num.31.cum ſeq.ubi de communi * Bero.
conſi.50.nu.50.& conſi.53.nu.17.& 61.nu. 33.
uol.1.Ioachin.Miſenger.reſpõſo.49.nu. 5. & 6.
7 Quartam ſubdo cõcluſionem,quod donatio
iurata inſinuatione non eget aliqua, quicquid
** nonnulli dixerint,cum hanc ueriorem ** atteſta-
tur Alexand.conſi.4.nu.10.uol.1.Imol. in c. cũ
cõtingat. nu.90.de iur. iur. communem inquit
* Pariſ.conſi.69.num.95.uolum.3.ex communi *
rurſus Iaſ.conſi.51.uol.1. Socin. iun. conſil.67.
num.20.uol.2.& cæteri, quos aggregat,& pro-
bat,dicens non eſſe tutum ab hac opinione re-
cedere.Mich.Graſſ.lib.1.com.opin.cap.8.q.14.
Clar.latè in §.donatio q.8.per totam,in fi.diffu-
sè id comprobat.& ſequitur Mendo.ad Roma.
conſi.26.num.4.uerbo iuramento, Duen. in re-
gula 224. donatio num. 5.limit.5.Hipp.Rimin.
iun.conſi.37.num.57.ac ita Rotæ Romanæ au-
ditorium cenſuit,teſte Paleoto Illuſtriſſimo Car
dinale deciſ.569.Tobi.Noni.conſil.1.num. 13.
** & conſi.56.num.12.ubi de maggis ** communi
Simon de Præt.conſil.10. num. 21. nuncupans
eam communem,& conſ.126.nu.35. ubi uale-
8 re inquit,etiam ſi ex ſtatuto † inſinuatio fieri de-
* beret,ſecũdum communem,* de qua ibi, Villa-
bob.com.opin.uerbo donatio.nu.122.hanc cõ
* munem, * & canonizatam ſententiam recenſet
Ioan.Bolognet.conſi.6.num.50.Curt.iun. con-
ſil.253.nu.33.& conſi.236.nu.5.& 7.uol.3.
9 Quinto loco dico donationem pio loco,cau
ſæ, piæ, uel in pium uſum factam, nulla indigere
* inſinuatione,ex communi * relata per Felyn. in
c.eccleſiæ ſanctæ Marię.num.82.de conſt. Ripa
lib.3.reſponſorum cap. 11.num.11.Pariſ. conſ.
70.nu.23.uol.4.& in donatione facta ſcolari, q̃
iudicatur pia.exemplum ponunt,Rebuf. de pri-
uileg. ſcolar. priui. 64. Graſſus loco ſupracitato
cap.8.q.15.Petrus Duen.in regu. 224. donatio,
in fi.nu.6.Paleot.d.deciſ.569.in prin.
Sexto,& ſi donatio inter uirum, & uxorẽ ſit
prohibita regulariter, id tamen fallit pluribus
in cauſis,quarum duæ caſui noſtro pro nunc re
ctè accommodari poterunt.
10 Primo,cũ maritus non † efficitur locupletior,
& dant excẽplum ſcribentes,ſi uxor donat mari-
to iuſpatronatus tantum,uel bona ex forma ſta
tuti acquiſita,Alexand.in l.ſi conſtante.§.ſi autẽ
in fin. ff. ſoluto matrimonio. Rota deciſ. in an-

tiq.11.de pactis,incipit,conſuetudo,probat Vi-
ui.com.opin.lib.1.verbo, donatio inter virum,
limit.4.Caſſan.in conſuet.Burgund.rubri.4.§.9.
pagina 170.nume.6.vbi enim,vel donans non
efficitur pauperior,vel donatarius non efficitur
ditior,tunc donatio valet,nec requiritur, quod
donans prædecedat donatario, ita limitando
tradit Bapt.Villabob.commun.opin.verbo do-
natio.num.122.

11 Secundo,limitatur,† ſi maritus rem donatam
ab vxore pſente,& cōſentiente,& det, & donet
filiæ amborum,etiam in dotem,quia tunc dona
tio facta ab vxore marito,vt detur filię, inter di-
ctos cōiuges,nō cenſetur prohibita l. ſiue vxor.
vbi Bart.ff.de dona.int.vir.& vxor.Fran. Crem.
ſingul.4.cum addit.quod procedit, & ſi primo
donaret vxor,poſtea maritus id filię traderet,vt
declarat Caſſan.in conſuet. Burgun. de droictz.
rubrica 4.§.9.pagina 170.num.10.limit.quarta.
quem probat Duen.reg.iur.221.numer.6.limit.
6. At cum in præſenti mulier ex ſua ſubſtantia
nihil amittat, quia a marito habuit, rurſus do-
net,& dentur ſtatim filiæ hæredi inſtitutæ, hæc
donatio ſubſiſtet, nec regulis iuris de prohibi-
ta donatione inter coniuges loquentibus ſubia-
cebit.

Septimo,addi poteſt,q̄ ſi teneamus has do-
nationes coniugum,& ſi iuratas non ſubſiſtere,
niſi prędecedente donatore,ſequitur ipſos ante
12 mortem illas poſſe † reuocare, mutare,& de bo-
nis donatis expreſsè diſponere. l. cū hic ſtatus.
§.1.ff.de donat.int.vir.Guid.Papa.conſ.60.num.
6.propterea,cum maritus de illis ſit teſtatus,ex-
preſsè filiam inſtituendo,ante mortem ſuam,at
in rebus donatis vxorem grauauerit,& de eis ꝓ
libito diſpoſuerit, infertur iure id potuiſſe fieri,
etiam citra uxoris aſſenſum,& voluntatem,cum
videatur ſuam primam donationem reuocaſſe.
l.ſi maritus.C.de donat. int. vir. & vxor. Guido
Papa dicto conſi.60.num.6.conſi.194.ſecundo
dubio,deciſio Toloſana,quęſt.453.incipit,item
13 fuit quæſitum.ſcimus pręterea † donatarium in
re donata a donatore grauari in teſtamēto. l. ex
facto.§.Iulianus.ff.ad Trebel.Bald.in c. 1.c. item
ſacramenta,poſt Andr.de Iſernia,de pace iura.
firm.tradit Cel.Hugo.conſil.120.nume.43. Ex
iſtis modo Infero.

Primo luco ſtatutum Buſſeti non obeſſe,cum
ad hunc contractum retrodationis ex cauſa, &
iuratum,extendi nequeat.

Secundo,cum ſit donatio, ſeu retrodatio iu-
rata,confirmetur iuramēto, & ſi inter perſonas
prohibita fuerit,videlicet vxorem, & maritum.

Tertio,cum videatur facta non ex ſimplici li
beralitate,ſed propter pręcedentem donationē
ſibimet vxori,& de eiſdem bonis per maritum
antea factam,rurſus,vt inquit, in ſignum amo-
ris,ac beneuolentiæ erga maritum, in extremo
eius vitæ conſtitutum,vt diſpoſita,ac legata per
ipſum executioni mandentur, ac pro illorum
maiori robore, & firmitate, non erit ſimplex,
& mera donatio, ſed ex cauſa de præterito, &
oneroſa, expreſſa quaſi reciproca, ſeu viciſſitu-
dinaria,& propter voluntatem mariti exequen-
dam. & vt filia illius ſit hæres, & ipſamet om-
nium bonorum mariti vſufructuaria, iuxta di-
ſpoſita in teſtamento, quæ cauſæ, vel ſaltem
14 vna operatur, vt † inſinuationi locus non exi-
* ſtat, quod voluit ex communi *Alexan. conſi.
113.num.31.volum.6.nec dubium eſt, cauſam
15 † illam eſſe finalem,cum commodum Donata-
rij,hæredis filiæ,ſic tertij, & ipſius donantis re-
ſpiciat,Cor.conſi.101.col.fin.volum.primo.Ca
ſtr.in l.ſecunda.§.fin.de donat.Abb.in cap.poſt
tranſlationem.num.180.de reount. Rimin. in-
ſtit.de donat.in prin.num.60.Beci.d. conſil. 20.
num.15.& ſeq.& cauſa etiam dicatur iuſta, quia
multa reciprocè per maritum in dicto teſtamen
to uxori dantur,ar. glo. in l. licèt inter priuatos.
C.de pact.l.ſi pater,ubi Bald. Salycet. & alij. C.
de inoffic.teſtam.Deci.conſil.212.Paſet. conſil.
220.in prin.

Quarto infero cum ſit recordatio,remiſſioq;
bonorum ab uxore facta,ad effectum,ut filia cō-
munis eorum hæres inſtituta a patre,hæc bona
conſequatur,non erit cenſenda uti donatio pro
hibita inter coniuges, ſed ſubſiſtet ex doctrinis
ſuperius citatis,cum totum filiæ coniugum con
muni tradatur,ex l.ſiue uxor.ff.de donat. int. ui-
rum,& uxor.tantoque magis cum patrimoniū
uxoris non diminuatur, eo quod ſimili iure ex
bonis mariti ſibi quæſitum fuerit, ſeruit Socin.
ſen.conſi.114.4.col.uol.1.Domini de Rota de
ciſ.842.in antiquis.

Quinto,ſi non eſt prohibita donatio illa, ſeu
remiſſio, ſequitur iuramentum unicum effectū
operari,uidelicet inſinuationis ſupplementum,
16 adeo quod dici nequit † iuramentum plures de
fectus ſupplere non poſſe,ex Deci. conſil. 239.
num.3.Socin.iun.conſi.48.nume. 18. cum ſeq.
** ubi de communiori**vol.1.Menoch.conſil. 29.
nu.40.& con.84.nu.48. Hippol. Rimin. conſil.
5.nu.139.Mendoſ.ad Rom.d.conſ.26.nume.4.
uerbo,iuramēto.in fi.& in in conſ.326.nu.3. uer
bo,impedimētorum.ſic ſequitur concludi poſ-
ſe hanc retrodationem,ſeu donationem eo mo
do,quo factam,uiribus ſubſiſtere.

Non obſtat,illud,in quo tota uis aduerſantiū
reſidet,uidelicet iuramentum hic non poſſe plu
res defectus ſupplere,inſinuationem inquam,&
legis,ſeu ſtatuti prohibitionem.Etenim pro re
ſponſione conſidero.

Primo,quod in donatione excedente ſummā
legalem, facta per patrē filio,uel inter cōiuges,
ſeu alias perſonas prohibitas, admittunt ſcribē-
17 tes ex duplici † iuramento interpoſito, donatio
nē ualidari,eo ꝙ duplex adſit infirmitas, unicū
enim non tollit inſinuationē,in donatione con
iugum,ita Rom.& ibi Mendoſ.conſi.326.nu. 2.
Curt.ſeu Barbat.conſil.66. in fin. Deci. conſilio

239.

239.Caſſan.conſil.7.Med.ad Roman. conſi.26.
num.4.verbo iuramento,in fi. limit.1.

At hic inſinuatio alio reſpectu tollitur,ceſſat,
nec donationis validitatem impedit,quia eſt ob
cauſam,remuneratoriave, ſeu aliter donatio ip-
ſa ſui forma non eſt prohibita, cum bona dãtur
filiæ communi coniugum,ergo vnicum iuramẽ
tum ſufficiet,cum præſupponant ſcribentes im-
pedimenta quæcunque ſeparatim tolli poſſe.

Secundo dico, cum ſtatutum Buſſeti prohi-
beat donationem inter coniuges,formamq; in-
ſinuationis tradat, non reputantur plures defe-
ctus,ſed unicus tantum,videlicet omiſſio formę
ſtatuti,ſeu requiſitorum,ab illo,adeo quod vni-
cum tantum iuramentum ſufficiat, vt ſuper ſta-
tuto Lucenſi,quod plura in donatione require-
bat,ſentit Alciat.conſi.54.

Tertio, poſſet attentari nullum defectum iu-
ramentum ſupplere,eo quod prohibita non di-
catur donatio,quia dentur bona filiæ communi
cõiugum hęredi,minuſque inſinuatio exigatur,
cum ſit in piam cauſam facta,nempe vt volunta
tes moriẽtium exequantur, & effectum habeãt,
rurſus ob cauſam, & in pręcedentis donationis
remunerationem præſumptam emiſſa, adeo q̃
etiam ſine aliquo iuramẽto ſubſiſtere potuiſſet,
ex Salyc.in l.filię.C.famil.herciſ. Bologne.cõſi.
18.num.15.quapropter dictum de pluribus de-
fectibus ceſſabit,& ſi alias procederet, vbi verè
duo impedimenta concurrent,vt in caſu Rom.
conſi.326.cum Mend.num.ſecundo. verbo,im-
pedimentorum.

Quarto, reſpondetur firmando iuramentum
18 ſupplere duos † defectus,videlicet perſonę pro-
hibitæ donare,& rei propter inſinuationem,ex
mente Alexan.conſil.125.vol.1.eiuſdem Decij,
qui ſibi contrarius extitit in conſi. 232.nume.5.
& conſi.414.in fi.loquentis in donatione patris
erga filium ſummam legitimam excedente, &
concludentis, iuramentum ſupplere plures, &
diuerſos defectus,quia ratio illa generalis,quod
iuramentum ſeruandum eſt, vbi eſt periculum
ſalutis æternæ, tollat quaſcunque obſtantias,al-
legat Caſtr.conſ.219.in antiquis,probat nouiſ-
ſime in propoſito Cæphal.conſil.61.nume.19.
qui reprobat Deci.in conſil.239. ſequitur Soci.
iun.conſi.32.num.18.& conſi. 89. num. 35. vol.
3. Pariſ. & Caſtr. in iurata donatione patiente
plures defectus,Tobi.Noni.conſi.1.num. 14. &
conſi.56.num.14.quod fortius procederet,ſi iu-
ramentum in fine dicti inſtrumenti appoſitum,
19 eſſet † generale, ſub clauſula non contrauenire
aliqua ratione,cauſa,&c. Quia tunc non vnicũ
defectum,ſed omnia,& quæcunque repugnan-
tia tolleret,vt in iuramento per minorem in con
tractu ſuo appoſito,quod ſi addatur ſub illa clau
ſula,non ſolum minoris ætatis defectum tollat,
ſed omnes rurſus in ipſo contractu,etiam reſpe
ctu rei,& perſonę exiſtentis,not.Bar.& commu
niter cæteri ſcribentes, in auth. ſacramenta pu-
berum,circa med.C.ſi aduerſ.vendit. quam cõ-
munem ˙refert Cur.iun.conſi.269.num.10.11.
& 12.vol.3.

Concludo igitur,donationem hãc, maximè
iuratam, & ſi inter perſonas prohibitas valere,
effectumque ſortiri prorſus debere.

20 Nec obſtat,quod † donatio prohibita fauore
publicæ vtilitatis,iuramento non firmetur, per
Nattam conſi.289.vol.2.latè Siluan. conſil. 40.
num.9.cum ſeq.ad nu.33.Cęphal.conſilio.206.
num.59.60.& ſeq.ex quibus apparet, illam eſſe
communem ˙ ſententiam, Quia dupliciter re-
ſponderi poteſt.

Primo,id procedere iure ciuili inſpecto,ſecũ-
dũ quod publica vtilitas præfertur,& operatur
ab initio actus ipſius inualiditatem, quam non
tollit iuramentum de iure digeſtorum, ac anti-
quo,cum ſit acceſſorium ad contractum,& ſecũ
dum primordialem illius naturam procedat,vi-
res habeat,& interpretetur,& ita procedant no
tata per Menoch. d.conſi.84.num. 25. cum ſeq.
ſecus vero de iure canonico,quod hodie ob vin
culum iuramenti attenditur, quia cũ poteſt ob-
ſeruari interitu ſalutis æternæ, promiſſa cum
21 † iuramento ſunt pręcisè ſeruanda, maximè ſi
non ſiot principaliter contra publicam vtilita-
tem,vel bonos mores naturales,vt ex hac ratio
ne omnes ſcribentes concluſionem donationis
inter patrem,& filium,cõiugesve iuratæ firmãt,
Mich.Graſſ.vbi ſupra lib.1.com.opin. capi.8.q.
14. in fin. iuramentum enim ſecundum diuerſa
tempora,& iura diuerſos produxit effectus. Caſ
ſan.conſuet.Burgund.de Droictz.rubrica 4.§.7.
num.60.pag.169.

Secundo dicitur in terminis noſtris,non cõ-
ſiderata illa publica vtilitate,quæ ſecũdario pro
uenit,cum principaliter in fauorem coniugum
prohibeatur,ne inuicem ſe ſpolient, minus attẽ
tis illis bonis moribus, abſolute tenetur hodie,
iudicatur,& in practica ſeruatur, tales donatio-
nes iuramento firmari,vt de communi ˙atteſtã-
tes refert Viuius. Graſſ. Clar. Gabr. & cæteri,de
quibus ſupra in ſecundo præmiſſo.

Minus videntur repugnare huic concluſioni
doctè ſcripta per Menoch.d.conſi.84.num.10.
cum ſeq.nume. 24.cum ſeq.quo loci concludit
naturam primordialem ſimilium donationum
eſſe,vt non fiat,niſi donante p̃decedente,contra
quam iuramentum non operatur, nec contra
mentem,& conſenſum iurantis,qui ſemper cre
ditur ſecundum leges, & naturam primordialẽ
actus donaſſe.

Pro reſponſione nanque,animaduerto.

Primo,quod licèt mens,& conſenſus donan-
22 tis † naturę actus primordiali innitatur, & ſecũ-
dum illam actum gerere credatur,id tamen pro
cedit,vbi ſimpliciter donat,& actum gerit,vt lo-
quitur l.a marito.C.de donat.int. vir. & uxor. l.
cũ hic ſtatutus,§.ſi ambo,ff.eod.& ea redditur ra
tio,quia ille actus inualidus eſt,& nullus,niſi do

nans prædecedat, & ſic quaſi ex teſtamento voluntas ip ius firmatur; At ſecus, vbi in donatione iuramentum promiſſorium, vt hic, interponitur, quia cum actum, & donationem validam omnino conſtituat, ſeu irreuocabilem, ex com-
** muniori ** ſententia, de qua ſupra in ſecundo capite, nõ poteſt amplius pendere a futuro euẽtu mortis donatarij, vel donantis, fruſtraque in actu iam valido, & efficaci reddito per iuramentum, expectatur confirmatio donantis per mortem, vt in ſpecie reſpondet Crauet. conſil. 102. num. 6. verſi. ſolum, quę reſponſio non tollitur, ex dictis Menoch. d. conſi. 84. num. 26. dum inquit Crauettam ſupponere donationem tenere, etiam pręmoriente donatario, quod ſecundum Menoch. falſum eſt, cum lex ei ab initio reſiſtat. Etenim Crauetæ ſuppoſitum veriſſimum eſt, do-
23 nationem ab initio effici validam, propter † iuramentum, quod omnino ſeruandum eſt, ac rurſus ex mente donantis, qui cum iurat, præſumitur actum velle ſubſiſtere, efficacem reddi, valereque irreuocabiliter, eo magis quo fieri poſſit, licet in reliquis actus naturam iuramentum aſſumat l. cum patrem. §. filius matrem. ff. de leg. 2. declarat Deci. in ca. 1. nume. 23. extra de iud. Ferracius cautel. 30. num. 3. & ſeq. Zucard. in l. 1. num. 109. C. de pact. Noni. conſi. 1. num. 9. & in terminis noſtris Simon de Prær. conſ. 10. nu. 17. 18. 19. cum ſeq. ſubdens eodem modo, morte firmari, ſi non eſt reuocata, prout iuramento. ex mente donantis, qui iurandi amplius pœnitere non intelligit, egregiã Hier. Gabriel. conſil. 63. num. 4. & 5. ſcimus quoq; iuramentum actũ ſui natura reuocabilem, irreuocabilem conſti-
* tuere, Anchar. conſil. 142. ex communi * Deci. in l. ſi conuenerit. num. 9. C. de pact. Barbat. conſil. 83. num. 2. Beci. conſi. 64. nu. 6. & 14. Vnde, ſi donatio initio ſubſiſtit, & efficax redditur, præſumptiuè etiam ex mente donantis, propter iuramentum, nulla amplius mortis debet conſideratio fieri; quæ quidem ab initio in donatione iurata ceſſat, eo quod actus iurati non veniant, nec comprehendãtur ſub lege, vel ſtatuto generaliter loquente, vel actum prohibẽte, vt ex probatiſſimo dicto ſuperius in prima concluſione adduxi.

Et certè, ſi tenenda eſt opinio, quod donationes iſtæ prohibitæ, reſpectu perſonarum iuramento firmentur, in dubium redditur, quod nullus mortis euentus amplius conſiderari debet, cum iam actus perfectus, & irreuocabilis redditus exiſtat, vt inquit Gabriel. d. conſi. 63. nume. 4. & ſequen. & hęc eo magis ſententia tenenda eſt, cum Bald. Nouel. Anton. Gabriel. & nouiſſimè Cæphal. illam pro communi admittant, & ſi Dominus Menochius, vir alioquin ſummæ doctrinæ, contrariam magis communiter receptam affirmet.

Secundo reſpondetur, negando primordialẽ
24 naturam † donationis inter coniuges eſſe, quod morte donantis firmetur, etenim videmus multis caſibus valere, & ſi non pręcedat, vt Duenas d. regul. 221. Viuius com. opin. verbo. donatio inter coniuges, Caſſan. d. rub. 4. §. 7. Palatios Ruuios, & cæteri. de quibus per Cæphal. remiſſiuè d. conſi. 61. num. 28. Anton. Gabr. ſuis concluſ. de donat. lib. 3. concluſ. 3. Vnde hæc non cenſetur prima natura, cum illi nullo caſu derogari poſſit, & magis diceretur accidentalis natura ob non reuocationem ante mortem, quam primordialis natura ex morte ſequuta, cum natura dictarum donationom ſit ex lege, vt nullæ exiſtant, non quia morte donantis confirmentur, ſed quia non ſint reuocatæ, Crauet. d conſil. 102. num. 7. uerſic. 4. & quia lex ipſa auxilium præſtet conualeſcentię, non autem reuocationi nec lex ipſa reuocet donationem factam, nec in cauſam caduci vertat, cum donator ſuperuiuit, vt uoluit Bald. conſi. 29. uol. 1. quia ubi ualet donatio, cum iuramento, lex eam reuocare nequit l. ſi. 1. l. nuper. ff. de donat. int. uir. & uxor. ponit Gabc. d. conſi. 63. num. 4.

25 Tertio, reſpondetur iuramentum intelligi, ſecundum naturam primordialem actus. & conditionem actui, ſuper quo interponitur adherentem, ubi conditio ineſt ex mente pręſumpta cõtrahentis, & ſic adhibetur conſenſus conditionalis ex his, quæ not. Bart. & Bald. in l. Titia Seio. §. Imporator, in fi. ff. de leg. 2.

At ſecus, ubi conſenſus purè, & ſimpliciter ꝓſtatur ſuper acto per contrahentem, ſed lex contra eius uoluntatem aliqua ratione, & aliquo caſu actum improbat, ut in ſpecie noſtra in l. 1. & ſeq. ff. de donat. int. uir. & uxor. quia tunc addito iuramento, impedimentum tollitur, firmatur actus, nec ulla conditio ſubintelligitur, ut not. in c. cum contingat. ubi Alciat. nu. 204. de iur. iur. Pariſ. conſi. 33. uol. 3. Iaſ. in leg. ſi conuenerit, nume. 16. ff. de iuriſd. omn. iud. & formaliter in propoſito noſtro reſpondet Hierony. Gabriel. poſt hæc omnia ſcripta uiſus, conſil. 63. nu. 5.

Concludo itaque, præſentem remiſſionem ſubſiſtere, non obſtante, inſinuatione, formaq; ſtatuti omiſſa, nec obſtante, quod donatarius maritus pręddeceſſerit.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO
Franciſco Spagna.

Argumentum ex ſerie articulorum colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Valor, & pretium ſtabilium per aſtimatores,*
* *& peritos probatur, ex * communi.*

Periti

2 *Periti duo ſufficiunt in probando actum, ſi in loco reperiantur, ex * communi, etiam quod deponant de credulitate.*

3 *Iuramentum credulitatis ſufficit in peritis, qui certas regulas non habeant, & fallunt quandoque, ut Medici, obſtetrices, æſtimatores, & ſimiles, ſecus in his, qui regulas habeant, vt Aritimeticis, & agrimenſoribus, cum in his aßertorium requiratur, ex * communi diſtinctione.*

4 *Sententia ex peritorum iudicio lata, nunquam tranſit in iudicatum, ex * communi, licet multi contra.*

5 *Geſta inter alios, præſumptionem quoad cæteros inducunt.*

6 *valor bonorum coniecturis, et præſumptionibus æſtimatur, atque probatur.*

7 *Aeſtimator partis contra ipſam, valorem rei probat, & eo magis ſi duo concorditer a partibus electi id faciant.*

8 *Geminatio multa operatur.*

9 *Peritorum relationes in iudicio emiſſæ, nõ retractantur, niſi de errore conſtet.*

10 *Aeſtimator vice arbitratorum funguntur, a quorum ſententia non appellatur, ſed tantum petitur reductio boni uiri.*

11 *Appellationis uice fungitur reductio ad arbitriũ boni uiri.*

12 *Reductio ad arbitriũ boni, niſi ſemel petitur.*

13 *Teſtes, quomodo ſuper valore terrarum deponãt & probent, ex * communi.*

14 *Ratio in teſte, plenior eſt dicto.*

15 *Locatio annua valorem rei demonſtrat, ex communi. **

16 *Pretium eſt iuſtum, cum fructus æquant in viginti annis ſortem, ex * communi.*

17 *Venditio terræ vicinæ, præſumptionem valoris terrarum inducit, ex * communi.*

18 *Varium ex modico tempore non præſumitur, licet ex longo tantum.*

19 *Teſtis ſuper valore rei non includit, ſi de fructibus deponat, non reducendo illos ad pecuniã.*

20 *Fructus intelliguntur, deductis expenſis.*

20 *Emptor tenetur ad damna venditoris, in recompenſationem fructuum, etiam quòd non ſit in mora, vel uenditor non præſtiterit cautionem de euictione.*

21 *Verbum nullum in inſtrumento ſuperfluum.*

22 *Clauſula, promiſerunt reficere damna, & intereſſe, & expenſas litis, cuius importantiæ, & num. 25. 27. & ſeq.*

23 *Clauſulæ contractus ſubſtantialia, & factum, ac cautiones reſpicientia, præſumuntur de partium conſenſu appoſitæ, non autem ex ſtilo notariorum, ex magis * communi.*

24 *Notarius præſumitur rogatus de omnibus clauſulis conſuetis.*

26 *Emptori nõ datur actio pro euictione circa expẽſa litis, ſi obtineat, & aduerſarius abſoluatur ab expenſis, niſi adſit inſtrumento uenditionis, promiſit reficere dãna, expẽſas litis, &c. ex * communi.*

28 *Aduocatus emptor repetit ſuccumbens a uenditore expenſas, quas in alio aduocato feciſſet, ſi ſi hæc clauſula promiſit expenſas, &c. addita fuiſſet.*

29 *Intereſſe debetur principaliter, ut ſors cum in inſtrumento ponitur clauſula, cum refectione dãnorum, & intereſſe, &c.*

30 *Hippotecaria pro alimentis dotis competit, ſi apponatur clauſula in inſtrumento, cum refectione damnorum.*

31 *Datio inſolutum retractatur, ſi vltra debitum verum fiat, ac fructus percepti in ſortem excomputantur, ex * communi.*

32 *Error ex calculis tollitur.*

33 *Calculus vim ſententiæ habet poſt triginta annos, ex * communi.*

34 *Calculus ad declarationẽ, & excuſationem ſententiæ ſit, non quod tribuat aliquid.*

35 *Calculus plus credito cõtinens, non reſcindit ſententiam adiudicationis.*

36 *Tenuta pro maiori veri debiti quantitate non vitiatᷣ in totum, ſed pro credito uero ſubſiſtit.*

37 *Summæ tot ſunt quot, cauſæ ſeparatæ.*

38 *Adiudicatio in re æſtimatione maiori vero credito non reſcinditur, ſi tantum ſit petitum creditum verum, ex crebriori. * **

39 *Statum a iure communi interpretatum capit, ex * communi.*

40 *Poſſeſſor bonæ fidei virtute ſententiæ fructus lucratur.*

41 *Executio per errorem in aliquo facta pro indebito, tantum reſcinditur.*

42 *Dictio, niſi, ſui natura modificatiua.*

43 *Dictio, aliter, eſt a præcedentib. diuerſificatiua.*

44 *Dictio, iuxta, eſt relatiua.*

45 *Sententia referens ſe ad acta probatoria ſubſiſtit, & certa dicitur.*

46 *Clauſula generalis nõ corrigit ſpecifice diſpoſita*

47 *Datio inſolutum uicem emptionis gerit.*

48 *Pretium inueſtiendum per venditorem prius*

per

in d.l.2.3.par. cap. 4.nume.2.cum.ſeq. C.de re-
ſcind.vend.Curt.iun.conſi.165.nume. 20. Ant.
Gomez. var.reſolut. lib.3.de contract. capit. 9.
nnme.5. in fin.Gulielm. Reodan. tract. de reb.
eccl.non alien.rub.de cauſa vtilitatis.num. 145.
146. 519.
2 Duoque periti, † ſeu æſtimatores a partibus
electi ſufficiunt (ſi tamen in loco reperiantur)
qui plenam probationem actus, ſuper quo refe
runt, cõſtituunt. §. quod autem ibi, &c. aut vnus
in Auth. de non alien. proſequitur, ex * commu-
ni Deci. in capitu. propoſuiſti. nume. 10. Crem.
vbi ſupra.num.296. Pinel.num. 5. Gomez. cap.
9.hum.5.ubi de communi * Mend. ad Roman.
conſi.20.num.6.uerbo dictum.
3 Et boc procedit etiã ſi de eredulitate, vel eo
rum iudicio tantum deponant, cum æſtimatio
potius iudicio intellectus, quàm ſenſu aliquo
corporis percipiatur, nec circa æſtimationẽ cer
tæ regulæ tradantur peritis, quorum iudicium
non fallat, niſi ex eorum negligentia, ut in Medi
cis, obſtetricibus, ac æſtimatoribus exemplum
ponitur, quod ſecus in peritis, qui certas regulas
habẽt, & potius ſuper eo, quod ſenſu corporeo
percipitur, deponant, quàm iudicio intellectus
tantum, vt ab aritmeticis, agrimenſoribus, & ſi-
milibus, in quibus iuramentum aſſertiuum re-
quiritur, tenent, Bart. in d. l. 2. in fin. ubi Crem.
num.296.& 298. Cagnol.num.242. Deci. d.ca.
propoſuiſti.num.10. Alciat.in l.1.§.fi. nume. 17.
ff. de verbo.oblig. communem diſtinctionẽ ſcri
bit Mendoſ. ad Rom. in verbo admittitur. conſi.
20.num.5. Adeo quod & ſententia ſuper illorũ
relation e, atque iudicio prolata ſecundum ali-
quos in iudicatum tranſit, quod tenuit Butr. con
ſil.6. ea ratione, ne aliter non detur litium finis,
quieſque in hominum cõmercijs. Pinel. loco ſu-
pracitato.num.6. in fi. dicens cõtrariam opinio
nem Crem. negatiuam, in praxi nunquam ſer-
uari, cui adſtipulantur no. per Abb. & Deci. nu.
14. cũ quotis Mod. Par. ibidem in verbo, contra
in c. propoſuiſti de probat. uolentes, & ſi contra
communem, * tranſire in iudicatum † ſenten-
4 tiam ex iudicio peritorum latam. Cum itaque
ſit publicata, relata, atque per ſententiam ordi-
narij admiſſa æſtimatio viginti quinque ducato
rum, ſequitur a fortiori, illam tantum attenden-
dam, etiam inter alios, uel in alia cauſa factam,
5 cum † geſta inter alios coniecturam, & præſum
ptionem inducant contra cæteros. Abb. & Fel.
in c. pen. in princ. de re iud. Bar. & Iaſ. in l. admo-
nendi. ff. de iureiur. Tiraq. tract. inter alios acta,
limitatione 19. Didac. Couar. pract. quæſt. cap.
15.num.7. Ac ex coniecturis, atque pręſumptio
6 nibus æſtimetur, atque probetur † valor, ac bo-
norum ſtabilium pretium, per text. in l. ſemper
§. hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam, in propoſi
to Alciat. conſi.396.nu.5.& 6.
Secundo Domini Iulius, & fratres de Strata
admiſſi Principis reſcripto pro reuiſione ęſtima
tionis iam factæ ex illorum parte, petitum æſti-
matorem elegerunt, qui tãdem. & electus a Spa
gna, iurantes vnà referũt, viſo loco, ac omnibus
conſideratis, terras vna eum ædificijs eſſe pretij,
& valoris viginti quinque ducatorum tãtum in
7 ſingulas bubulcas, ex qua ſola atteſtatione † ęſti-
matoris periti a parte electi uidetur probari ua-
lor. l. Teopompus. ff. de dot. præleg. l. fi. C. de fi-
deicom. l. 1. §. fi. vbi Bar. ff. de verbo. oblig. Go-
mez. vbi ſupra ca.9.nu.5. uerſicu. licet reſolutiue.
Quanto magis igitur ex noua, æſtimatione duo-
rum peritorum concorditer electorum, qui id
in iudicio iuramento firmarunt, plenè verus ua-
lor terrarum probatus creditur. Authen. de non
alien. aut permutan. re. eccleſ. §. quod autem di-
ctum eſt, & ibi d. l. hac edictali. §. his illud. C. de
ſecund. nupt. ac in d. l. 2. ubi Bart. Bald. col. pen.
Cagnol.num.259. C. de reſcind. uend. Iaſ. in §.
quidam.num.70. Inſtit. de act. Fely. in cap. quia
iudicatæ in princip. de præſcript. Ari. Pinel. di-
cto cap.4.nume. 3. Campeg. in ſuis regul. 322.
uerſicu. 12.
Tertio id comprobatur, quia tertia uice alij
ęſtimatores unanimiter electi, vel ſaltem alter in
contumaciam partis, tanquam vicinus optimè
inſtructus, ac informatus qualitatis terrarum
eorum iuramento atteſtatur, ualorem terrarum,
non excedere vigintiſex ducatos, detractis one
ribus. Vnde amplius non eſt ambigendum cir-
ca terrarum pretium, cum hæc trina per peritos
coram iudice publicata æſtimatio, de conſenſu
quoque partium ualorem certum, ac uerum de
8 monſtret, tum ob † geminationem, & triplica-
tionem actus, quæ efficacius operantur. l. baliſta
ff. ad Trebel. multa Marſ. in l. 1. §. quæſtioni col.
pen. ff. de quæſtio. Corſet. tract. de poteſtate re-
gia in princ. ubi num. 76. effectus geminationis
connumerat, Vaſq. de controuer. Illuſtr. cap. 83.
9 num. 12. tum quia † ſententiæ arbitrorum, cal-
culatorum, ęſtimatorum, ac ſimilium peritorum
in iudicio emiſſæ, nunquam retractentur, niſi de
errore manifeſtò cõſtet, ne detur progreſſus in
infinitum, ſed litibus finis tandem imponatur,
Iaſ. in l. 1. C. de errore calculi, Felyn. in c. propo-
ſuiſti.num.11. in fi. de probat. Corn. conſil. 63.
volum.4. Caſtr. conſi. 10. in fin. uolum. 2. Socin.
ſen. conſi. 49. num. 50. uolum. 1. Infinitas enim
euitanda eſt, ſuperfluitas reſecãda, ac litium oc-
caſio tollenda, Neuiz. conſil. 92. in fi. Bero. q. fa-
mil. 105. nu. 5. Iodocus. Burgenſ. tract. de tutor.
& curat. rat. cap. 3. num. 15. & 18.
10 Accedat, quod iſti æſtimatores periti, arbitra
tores nuncupãtur, quia inter partes eorum ſen-
tentiam ſuper pretio, uel contractu proferunt,
Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. nume. 7. ff.
pro ſocio, poſt Cy. & Iacob. de Aren. in l. ſi qui
ex conſenſu. C. de Epiſco. audi. §. pretium. Inſti.
de contrah. empt. l. ſi quis arbitratus. ff. de uerb.
oblig. a quorum ſententia, & iudicio non appel
latur, ſed tantum ob læſionem reductio ad arbi
trium

trium boni viri petitur. Bart. in d.l. ſocietatem.
§.arbitrotum.q.pen.ff.pro ſocio.Abb.in c. quin
tauallis de iur. iur. Nicol.Bello.in rubr.ff.de of-
11 fi.eius.num. 115.& 117. Quæ reductio vice, &
inſtat appellationis fungitur. l. non diſtingue-
mus.§.cum quidam.ff. de recept.arbitr. Bart. in
d.§.arbitrorum,Bald.cap.1.§. fin. quo tempore
mil.Rom.conſi,265.nume.3.Socin. ſen. conſil.
220.2.art.vol. 2. Bald.Peruſin.d.l.2.num.64. in
fi.Vnde ſicut tertio non licet prouocare. l.uni-
ca.C.ne liceat in vna eademque cauſa, ita, nec
ad boni viri arbitrium reductio petitur, quini-
mo,niſi ſemel,ut ſi bis idem, ac cõformiter per
diuerſos arbitratores, vel æſtimatores termina-
12 tum fuerit, nec † reductio aliqua, nec reuiſio
admittatur, not.Bartol.in l.1.in fin.ff. de leg. 2.
Bald.in l.fina. C. de contrah.empt.& in dicta l.
vnica.col.penul.in propoſito Caſtr.conſil.342.
in aliquis, quod eſt conſilium 163. proponitur
infraſcripto num.1.volum. ſecundo.in nouis,iu
re igitur merito æſtimatio iam facta per peritos
præualebit.

Quod vtique quarto coadiuuatur ex dictis te-
ſtium inſtante Spagna examinatorum,dum cõ-
cludunt vti vicini, & notitiam terreni, dictorũ-
que locorum habentes,terras eſſe valoris,& cõ-
munis pretij tantum vigintiquinque ducatorũ,
inſpecta qualitate,& natura illarum, ac quia ita
communiter venderentur, ac alienarentur ab
omnibus terrarum cognitionem habentibus,le
gitimè namque hac via, ac plene æſtimatio, iu-
13 ſtum que pretium terrarum † probatur, iuxta pra
xim,quam docent Bart. & Alex. in fi.in l.pretia
rerum. ff. ad l. falcid. Abb. in c.cum cauſam.nu.
3.de teſti.Felyn.c.ad aures col.pen. de reſcript.
Aret.& Iaſ.num.11.in §.ſi quis agens, Inſtit. de
actio.Cagn.in d.l.2.num.235.Crem.338.Peru-
ſin. in fi.C. de reſcind.vend. Abb.col.3.Imol. &
Felyn.in c.cum cauſa,il 2.de teſtib.Pinel. d.cap.
4.3.part.num.12.& 18. Campeg.d. regul. 317.
verſic.7.& 9.praxim hanc communiter * teneri
improbando valore beneficij, ait Quintil. Men-
doſ.in regul.22. de vnio. & confir. quæſt. 5. in
prin.ſeruit Aemil.conſi.62.num.13.Quod pro-
cedit ſecundum aliquos, etiam ſi nullam ratio-
nem dicti,uel cauſam aſſignarẽt teſtes, ut Pinel.
vbi ſupra. num.11.Socin.iun.conſi.73. nume.4.
volum.ſecundo. vel aliàs ſi atteſtarentur de eo-
rum iudicio,credulitateve, dicentes tamen de
communi æſtimatione,ut hic,uel cum redditio-
ne rationis, quando hæc uerba dictum haud ui-
14 tient, ſi ratio per teſtem aſſignetur, quæ † ple-
nior, quàm dictum reputari ſolet. l. prima. ff. ad
maced.formaliter Bald.Peruſin. in dicta l.ſecun
da,num.64.& ibi poſt alios Cagnol. num. 242.
in fin.C.de reſcind.vend.in teſte enim ſuper ua-
lore deponente ſufficit,vt groſſo modo,vt aiunt
rationem æſtimationis includat, Bald.in l. data
opera.8.prædicamento.C.qui accuſ.non poſſ.
Curt.ad Alexand. in verbo, peritorum, ſub nu-
6.in dicta l.pretia rerum.ff.ad l. falcid. Et hic dũ
deponunt terras eſſe natura leuioris,ac ſterilio-
ris fundi, paucoſque fructus redere concludũt,
merito,quia ſunt vicini, & in loco verſati dictã
æſtimationem,pretiumq; veriſimile cõſtituunt,
ac cæteris præferendi veniunt, Aret.d.§.ſi quis
agens,Corn.conſi.244.num.9. volu.1.Cæphal.
conſi.261.num.15.Marc.deciſ.Delfinat.445.&
maximè,nu.48.& 49.2.par.

Comprobantur quinto loco, dum ijdemmet
teſtes alia ratione, qua pretium probatur, inni-
tuntur ad valorem demonſtrandum, atteſtãtes
in ſingulos annos dictas terras communiter
15 locari potuiſſe libras quinque cum dimidia, ſeu
quinque ſecundum alios,ad not.in d.l.2. Bald.
d.c.cum cauſam de teſti.Campeg. d. regul.317.
in fi.& in d.l.pretia rerum. nanque penſio, ſeu
affictus viginti annorum ſortem, & dictam rei
æſtimationem a peritis declaratam æquat, ſic
16 pretium rei traditæ inſolutum verum, † iuſtum,
commune,& legitimum probatum dicitur,per
Glo.in auth. præterea.uerbo,iuſta, ubi Salycet.
Caſt.& Alfan.collect.841.C.de ſacroſancta ec-
cleſ. Cæpol. tract. de ſimul. contr. præſumpt. 3.
Didac. Couar. var. reſolut. lib.3.cap.9.nume.5.
Rom.ubi Mendoſ.conſi.432. in princ. in termi-
nis Cagnol.d.l.2.nu.233.receptam * ſententiam
poſt alios inquit Pinel.cod.cap.4.nu. 28.& 29.
Valor etenim rei perpenditur ex fructibus in
ratione quinque pro ſingulis centum,ſecundũ
omnes,Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum
in pri.notab. ff. de leg. 1.& cæteri in l.1.§.ſi hæ-
res percepta.ff.ad Trebel.

Sexto ſuperius deducta confirmantur ex do-
cumentis publicis emptionum terrarum in eo-
dem loco, contrave exiſtentiũ. 1569.& 1570.
ſic parum,ante uel de proximo celebratis,in iu-
dicio exhibitis, quia vbi vẽduntur pretio ſimi-
li viginti aureis numis, ſeu vigintiquinque du-
catis tantum terræ vicinæ, uel in eadem regio-
ne ſitæ, quæ tamen ſunt in bonitate, & qualita-
te æquales terris Dominorum de Strata, quo-
rum æſtimatio quæritur, immo in parte triſtio-
ris fundi, ut deponunt teſtes eorumdem ſuper
interrogatorij Spagnæ, vtique ualor ſæpe di-
ctus communis,& iuſtus probabiliter iudicabi-
17 tur, cum in æſtimatione probanda † uenditio-
nes terrarum vicinarum, uel in regione ſitus
eiuſdem rei exiſtentium, præſumptionem uio-
lentam, ſi nõ plenam probationem communis
pretij inducere ſoleant,vt diſtinguendo declara
bat Bald. in d. l. 2. in fi. ubi illum communiter *
ſcribentes ſequi, Cagnol.ait.nu.253 in fi.C. de
reſcind.uend.poſt Alexand. & Mod. in l. pretia
rerum,Barbat. in c. cum cauſa in fin.de empt.&
uend. Iaſ. in §.plus. in fin. ſecunda col.Inſtit. de
actio. Campeg. d. regul. 321. in fin. Propter
anim temporis proquinquitatem rerum æſtima
18 tio † variata non creditur,& ſi diuerſum ex ma-
ximo temporis inter medio,puta annorũ decẽ

ſtatuatur.

ſtatuatur. Bal.in l.unica in fin. C. de ſent. quæ
pro eo,Iaſ.conſil.54.col.penult. volum. primo,
Alexand.in l.in lege.§.in corpora.ff. ad l. falcid.
& in l.ſi filio.§. ſi vir in quinquennium. ff.ſoluto
matrimo.tradit Natta conſi.453.nu.2.& ſeq.uo
lum.2.Siluan.conſi.99.nu.16,Cæphal. conſilio
77.num.14.& ſeq.

Quibus non repugnant depoſita per tres te-
ſtes ex aduerſo examinatos.

Primo, quia nihil concludunt ſuper ualore
terrarum,nec ſuper fructuum valore,ſeu cõmu-
ni æſtimatione, & illorum perceptione, nec in
ſingulas bubulcas; nec ſaltem pro quinque an-
nis antecedentibus. namq; primus dicit de vno
anno tantum,quo extitit ſuper illis colonus par
tiarius,ſecundus teſtis concludit tantum de red-
ditu frumenti: Tertius idem, ſed ſub modo,
quatenus fuiſſet diligenter culta, & laborata, vt
inquit,terra,quapropter ex his valor fundi non
iuſtificatur, tum quia teſtes illi ſint ſingulares,
ſeu coloni, nec valorem fructuum ad pecuniã
19 redactorum † concludant, vt requiritur per Do
ctor.in dicta l.pretia rerum,& in dicta l.ſecũda.
ubi Cagnol.num.239.& 233.in princ.poſt Ca-
ſtr.qui in terminis probat conſi.140.2.col.uer-
ſi.7.dicimus in antiquis,Campeg. d.regul.231.
verſi.8.teſtis,tum quod de tempore certo mini-
mè deponant, nec de omnibus terrarum fructi
bus perceptis, minus de collectis, ſaltem in tri
bus proximioribus annis iuxta opin. Afflict. de
qua in cap.prim.§.ſed res,num.40. ti.per quos
fiat inueſtit. quam in praxi ſeruatam ait Ari. Pi-
nel.d.cap.4.3.par.nume. 29.ut ſit computo,ini-
to cognoſci,& arbitrari haud potuerit, qui va-
lor terrarũ probatus exiſtat ex redditibus uigin
ti annorum coaceruatis, ad not. in dicta Auth.
præterea.C.de ſacro ſancta Eccleſ.& Pinel.d.lo
co.nu.28.

Secundo dicunt teſtes, fructus illos poſſe col
ligi ex dicta poſſeſſione, quatenus tamẽ ſit rectè
culta, bene ſata, & cuſtodita. concluduntque
circa culturam multis fieri expenſas, dictaſque
terras multis oneribus fore ſuppoſitas, quæ ta-
men per ipſos non declarantur, ideo fructuum
20 quantitas liquida probata nõ eſt, cum † fructus
continuo intelligantur deductis omnibus expẽ-
ſis, l.fructibus, ubi Iaſ.num.12.cum ſequen.ff.ſo-
luto matrimo.plura congerit pro more Tiraq.
de retract.§.15.Glo.1.num.8.9.& ſequen.Me-
noch.tract.de recuperan.poſſeſſ.remed. 15.nu.
574.nec niſi illis, & oneribus detractis ex fru-
ctibus, redditibusve immobibũ æſtimatio fiat,
argu.l.fundi trebatiani. ff. de uſufruct.leg. Bald.
Peruſin.in dicta l.ſecunda.num.63.C.de reſcin-
dend.vend.

Tertio, horum teſtium dicta, nullo modo
ſunt attendenda. Primo, quia numero maio-
res ſint examinati per dictum Spagnam.Secun
do deponunt ſuper minori ualore. Tertio pro
iſti concurrant arbitria, & iudicia tot perito-
rum, ac æſtimatorum, vt hinc valor uiginti
quinque ducatorum deductus per Actoris te-
ſtes, ac æſtimatores cõcordes præualeat ſimpli-
cibus atteſtationibus aduerſariorum, qui curãt
aduerſus æſtimatores iudicialiter factas uti læſi
reſtitui, ut in propoſito diſſerebat Bero. conſil.
102.nu.34.& 35.uol.3.

Ex quibus ſatis, ſuperque cõſtat pro voto di-
cti Spagnæ in hoc primo articulo iudicandum.

Circa ſecundum, An per Spagnam mercato
rem damna, & intereſſe lucri ceſſantis (omiſſa
legis diſpoſitione) qua in recompenſationem
20 fructuum † venditori debentur, nulla etiam da-
ta mora emptoris, & ſi uenditor fuiſſet in mora
præſtandi fideiuſſionem de euictione, vel quid
huiuſcemodi faciendi, per Bald.& Caſtren. in
l.ſecunda. C.de uſuris.Ruin. conſil.66. numero
7.uolum.quarto.Cagnol.in l.curauit. nume.31.
C.de actionibus empti.Cæphal.conſi.48. num.
42.Gabriel.commun.concluſ.de empt.& uend.
concluſ. 3.nume.4. & concluſ.quarta. nume.9.
conſequi poſſint uirtute actionis ex uendito re
ſultante ex inſtrumento, in quo emptor terra-
rum in caſu non ſolutionis pretij ipſi promittit
omnia, & ſingula damna, intereſſe, expenſas
litis, & extra, & firmandum arbitror petitionem
procedere.

21 Primo, quia nullum etiam minimum † uer-
bum, nec clauſula in inſtrumento ſine virtute
operandi aliquid adeſſe debent.c.ſi Papa.de pri
uileg.in 6.l.ſi quando.ff.de leg.1. Gloſ.in ca. ſo-
litæ,uerbo,tanquam.de maioritate,& obedien.
Bald.in rubr.C.de contrahen.empt. q.9. Caſtr,
conſil. 72. in an iquis. At uerba inſtrumenti
formalia clarè indicant uenditorem teneri, &
obligatum eſſe ad damna, intereſſe, & expen-
ſas, ſi non ſoluatur pretium, ideo circa hoc nul-
la fieri poteſt difficultas, quia, ut Bald. inquit,
conſil. 215. nume.3. in fin. uolum. tertio. ſicut
dicimus, iſte eſt caſus legis, ita poſſumus dice-
re, iſte eſt caſus ſcripturæ conuentionis,& pacti
& profectò non video qua fronte contradicãt
aduerſarij tam manifeſtæ promiſſioni in inſtru-
mento poſitæ, ubi nulla ambiguitas uoluntatis
partium admitti ſolet. l.ille, aut ille.§.primo. de
leg. primo.l.continuus.§.cum ita,in fi.ff.de uer-
borum oblig.

22 Secundo,† clauſula hæc, promiſerunt refice-
re omnia damna, intereſſe, & expenſas litis, &
extra, apponitur quotidie in inſtrumentis, ma-
ximè emptionũ iuſſu, & mandato contrahen-
tium, non ex capite notariorum, ut allegari ex
23 aduerſo audio, tum quia † clauſulæ contractus
ſubſtantialia, accidentaliaque, factum, ac cautio
nes partium reſpicientia ex abſoluta uoluntate,
& mandato contrahẽtium appoſitæ cenſentur.
non ex notariorum ſtilo, & capite, per Bald. in
l.marer.nu.6.C.de rei uend.in l.errorem. nume.
2.C.de teſtam. & in l. ſecunda. nu.8.C. de exe-
cut.rei iud.Alexand.conſi.142.num. 11. uol.2.

Curt.

Cur.ſenior.conſi.50.in fi. Alciar.in l. prima.§. ſi
quis ita num. 12.ff.de verborum obliga.dictum
** hoc magis ** communiter recipi fuſius recen-
ſet Menoch. conſil. 37.nume.98.cum pluribus
ſequent.Hieron.Gabriel.conſi.113. in fin.Tob.
Noni.conſi.20.num.7.nemoque ab hac regula
diſſentit,quòd verba notarii partium dicantur,
ex Glo. in l. ſciendum. ff.de verborum obligat.
cum vulg.per Nattam conſi.483.nume.7.uol.2.
24 † notariuſque præſumitur rogatus ſcribere om-
nia conſueta in ſimilibus contractibus apponi
ſolita. Dec.in c.cum M.num.6. vbi Apoſtil. Pa-
riſ.de Put.de reaſſumpt.inſtr.rubrica 29. nume.
4.& 5.Ars notariatus quæſt.32.par. prima. Ge-
rard.Maz.conſi. 1. num.122. Simon de Prætis
conſi.121.num.24. & operantur dictæ clauſulæ
additæ,etiam in executiuis,modo nõ repugnẽt
naturæ contractus, ex text. not.in clem.,prima,
de præb.quod declarat Natta conſi. 582.in pri.
vol.3.Gabr.commu.opin.li.6. de conſuet. con-
cluſ.4. nu.5. & 6. & concluſ.10. ac in ſuper quia
in terminis contractus venditionis tradiderint
nobis modum, & cautelam ſcribens ex men-
te Iuriſconſulti in l. venditores. ff. de verborum
25 oblig.addendi hanc † clauſulam formalem(pro
miſit reficere omnia damna,intereſſe,& expen-
ſas lit s,& extra) vt virtute illius nõ ſolum actio
ex promiſſione hominis detur ad intereſſe,vſu
ras pretij, & expenſas, & ne vnquam pereant,
etiam quòd principalis actio periret. not.in l.1.
C.de iud.& in l.quarta.C.de depoſit.per Rofre.
in ſua forma libel.part. quarta,rubrica de actio-
ne ex vendito. num.5. Verum etiam includan-
tur in dicta promiſione, & actione, quæ alias
36 ſui natura minimè venirent. exemplum, † em-
ptor ſecundum aliquos non datur actio pro ex
penſis litis, ſi in iudicio euictionis obtineat, nec
pars damnetur ob iuſtam aliquam litigandi cau
ſam. at ſi in inſtrumento clauſula hæc appona-
tur,emptori pro omnibus, ac iſtis expenſis ſuc-
curſum erit, not. Bartol. Alexand. & Iaſ. in d. l.
venditores.Bald.in l.prima.nume.11.C. de peri-
cul. & commod. rei uend. Natta conſil. 232. in
princ.Caballin.in tract. de euictio. §. 3.nu.146.
& ex communi * Alciat.conſi. 140.num.6.Rur-
28 ſus promiſſa dupla in caſu euictionis,ſi † emptor
illam pro litis æſtimatione a vẽditore obtineat,
aliarum rerum nomine, de quibus caueri ſolet,
nihil cõſequetur.l.emptorẽ. §. 2.ff.de act.empt.
tradunt Alexan.Cuma.& Iaſ. in d.l.uenditores,
& tamen ſi vltra duplã,addantur illa uerba, quę
per Notarios apponi ſolent, promiſit duplum,
expenſas,& omnes alias brigas, &c. non duplã
tantum conſequetur, ſed omnes litis expenſas,
ne verba illa ocioſa, & ſuperflua remaneant, ut
declarat Iaſ.in d.l.venditores.nume.5. quamuis
de tali dicto dubitent nonnulli, & Caballin. lo-
co ſupracitato.nume.150. Præterea ex illis uer-
28 bis,& clauſula addita, ſi emptor † aduocatus ſuc
cumbat, repetit a venditore iure actionis ſum-

ptus, quoſi ipſe in alio aduocato feciſſet,ex men
te ſecundum aliquos Bald. in l.fin. in fi. nu. 12.
C.de fruct.& lit.expenſis,quem in caſu ſuccum-
bentiæ tantum, ſequuntur Celſ. Hugo.nu. 269.
Ioan. Bertachin. & pract. notatiatus de clauſu-
lis contractuum,in verbo, promittens venditor
emptorẽ,&c.qui eiſdẽ verbis formalib.vtũtur.
Dum ergo clauſula hæc diuerſos effectus parit,
nec mirum erit, ſi vti ex mandato contrahentiũ
poſita actionem ex vẽditio pro damnis, & inter
eſſe venditor pretio non ſoluto præſtabit.

Tertio,clauſula cum refectione,atque reſtitu-
tione omniũ,& ſingulorum damnorũ,intereſſe,
& expenſarum litis, poſita poſt promiſſionẽ du
pli pretij,& liuellorũ terminis ſoluendi elapſis,
comprehendit intereſſe ex mora propter tẽpus
præteritum,ar.l.1.in pri.§. ſi ſterilis, & §. cum p
venditorem. ff.de act.empt. acceſſoriq; ad ſor-
tem ipſam pretij,& liuellorum venit. ſic eodem
29 modo,actione,forma,& iure debitum erit,† in
tereſſe, ſicut ſors, & pretium ipſum l.1.& ſeq. ff.
de pecul. cum vulg. diciturque intereſſe, & lu-
crum ceſſans in dictis verbis ſtipulatum de te-
nore inſtrumenti, prout pretium, & res princi-
palis,ex doctr. Bal. in l. ad probationem num.1.
C.de probatione,quam in terminis noſtris pro-
bari video, per Octau. Cacher.deciſ. Pedemon
129.num.12.& Alciat.conſ.278.& 680.quo lo
co reſoluit hanc clauſulam multum operari, &
ſi concepta hoc modo, ſub refectione damno-
rum,& intereſſe litis, cum intelligatur de inter-
eſſe debito ex mora commiſſo.

Quarto videmus in praxi,& à Senatu Mãtua
no alias in facti contingentiam admiſſum,quod
ex dicta clauſula hodie per omnes notarios in
inſtrumentis apponi ſolita, nempe cum reſtitu
tione dotis,omnium damnorũ,ac intereſſe,&c.
30 † hipotecaria actio pro alimentis vxori in bonis
mariti competit,quę ſecundum aliquos circa di
ctam promiſſionem ceſſaret,ex dot.Bal.·Nouel.
in tract.de dote 6.par.princip.7. priuileg.in fin:
quam in terminis ſequitur Alciat. conſi. 332.
ſubdens hodie ob appoſitionem dictæ clauſulæ
in inſtrumentis ceſſare omnes amaritudines,an
hipotecaria pro alimẽtis,ſicut pro dote compe
tat,idem Alciat.conſ.140.num.3. & 4.dixi con
ſil.120.nu. 38. & ſeq.lib.1. Et ſi producit actio-
nem hipotecariam clauſula hęc vulgatiſſima ho
die in quolibet inſtrumento appoſita, ſimili iu-
re actionẽ ex vẽditio inducet pro damnis,& in-
tereſſe, quæ ſorti principali accedunt, l. Lucius.
ff.qui pot.in pign. habea.l. ſoluitur.§. ſi paciſca-
tur.ff.quib.mod.pign.vel hipoteca,ac ex conuẽ
tione,vtſupra,& quia appellatione intereſſe ali-
menta veniant,per Bald. & Alciat.in præcitatis
locis. concluditur itaque intereſſe petitum per
Spagnam iure actionis deberi.

13 Tertio principaliter controuertitur,nũ † da-
tio inſolidum Spagnę facta, vti nulla,ſit retractã
da,& fructus percepit in ſortem computãdi, ex
quo

quo vltra creditum verum aliquid conſequutus
fuit, ex * communi ſcribentium placito, in l. 1. §.
ſed ſi mihi, vbi Alcia. nu. 30. communem atteſta
tur. ff. de uerb. obl. Rom. & ibi Mendoſ. de com-
muni conſ. 454. num. 12. Erat nanque creditor,
primo in menſe Maij anni 1561. ex ſorte ſcuto-
rum quingentorum, ſecundo pro liuellis anno-
rum curſis ad menſem Maij 1564. ſuper ſcutis
duobus mille & treſdecim, & ſolidis quadragin-
taduobus, in & de ſcutis ducentis vno, & ſolidis
trigintaſex. Tertio pro reſiduo pretij debito in
menſe Maij 1561. ſcutorum millequingentorũ
treſdecim, ſolidorum quadragintaduorũ. Quar-
to pro damnis, & intereſſe lucri ceſſantis ſortis,
& liuellorum non ſolutorum creditori debitis
temporibus iuxta formam ſententiæ in ratione
quindecim pro ſingulis centum a menſe Maij.
1561. citra. Et tamen data fuerunt per calculato
rem creditori damna, & intereſſe, incipiendo a
menſe Decembris 1563. ſic pro eodem tempo-
re liuelli, & intereſſe.

Verum, ut fatear ingenuè, tantum abeſt, da-
tionem in ſolutum nullam ob creditum de pluri,
ſic indebitum dici, quin ualidam omnino putẽ,
calculum tamen reformandum pro credito le-
gitimo non petito, debito tamen ex iure, & par-
tium conuentione.

Conſidero namq;, quod a menſe Maij 1562.
ad menſem Maij 1564. liuelli petiti fuerunt iux-
ta promiſſa, ſic pro duobus annis, quorum ulti-
mus terminus erat præfixus in menſe Decemb.
1563. ut docent ſcripturæ, partis inſtrumentum,
& ſententia Rotæ, de quibus in proceſſu, primo,
& ſecundo ſubhaſtationis.

Conſidero ſecundo loco ſortem àureorum
numorum quingentorum, & millequingentorũ
treſdecim & ſolidorum quadragintaſex, iuxta
tempus præfixum in inſtrumento petitam, & ad
iudicatam fuiſſe, vt legitur in eadem petitione
Spagnæ, & in ſecundo capite ſententiæ Rotæ.

Rurſus tertio animaduerto, quod damna, &
intereſſe debita erant, hoc modo reſpectiuè, vi-
delicet pro ſcutis quingẽtis a menſe Maij. 1563.
citra, ſed quia liuelli fuerunt petiti pro hac par-
te, omittentur pro liuello tamen debito pro an
no 1562. a mẽſe Decembris dicti anni citra de-
bẽtur, ac pro liuello debito pro anno 1563. qui
deriuat ad menſem Maij 1564. a menſe Decem
bris 1563. citra, pro ſorte uero ſcutorum mille
quingentorum treſdecim, & ſolidorum quadra
gintaduorum, a menſe Maij 1564. citra.

Cum itaque in actis computentur coaceruа-
tim omnia dãna, & intereſſe, ac lucrum ceſſans
pro ſorte ſcutorum duorum mille treſdecim, &
ſolidorum quadragintaduorum, & liuellis, vide-
licet ſcuta ducentumunum, & ſolidis trigintaſex
a menſe Decembris 1563. citra, errore certè du
ctus ratiocinator in damnum vtriuſque credito
ris inquam, & debitoris compoſuit calculum
cum reſpectu partis liuellorum debeantur dam-
na ante menſem Decembris 1563. reſpectu ve-
ro ſcutorum duorum mille treſdecim, & ſolido-
rum quadraginta duorum debita ſint tantum a
menſe Maij 1564. citra, ideo reuideri, ac iterum
32 ratio omnium iniri debet, cum † errores ex cal-
culis perpetuo tollantur. l. 1. ibi ueritati, non af-
ferri præiudicium, ubi Bartol. Angel. Caſtr. Co-
menſ. Iaſ. & Deci. num. 2. C. de erro. calcul Bart.
in l. inſtar. C. de iur. fiſci. lib. 1. dicens vim ſenten-
33 tiæ tantum habere † calculum poſt triginta an-
nos elapſos. Lod. Burgenſ. de tut. & curat. ratio.
cap. 4. num. 21. & 22. multa Pariſ. conſi. ult. num.
21. & 27. uolum. 1. dictum receptum * ait Ema.
Soarez. recept. ſentent. uerbo, error. num. 159.
Ex calculi tamen reuiſione non retractabitur
datio inſolutum iudicialis, nec fructus in ſortem
computabuntur.

Primo, quia petitio Spagnæ, ac ſententia ſu-
per illius capite prolata, comprehendit creditũ
eiuſdem verum, certum, damna, & lucrum ceſ-
ſans tantum a diebus, quibus erant deſtinatæ ſo-
lutiones ſortis, & liuellorum pretij, vt exprimit
34 ſententia, ideo quicquid in † calculis ponatur,
qui ad declarationem tãtum eorum, quæ in ſen-
tentijs continentur, fiunt, nec dẽt inſolutum, vel
ius aliquod in creditorem transferant, Bal. in l.
ſi reſiduum in prin. C. de diſtr. pign. Alex. in l. ſi
mora. num. 4. ff. ſoluto matrimon. Barbat. conſi.
79. col. 3. uolum. 3. Neuizan. conſi. 94. num. 17.
nec probent dominium, uel poſſeſſionem rei,
ſeu ius ipſum, ſed quod poſſeſſum, uel detentum
fuit, ſic actum executionis ſolum declarent, Rui.
conſilio 124. numero tertio, uolum. 5. ſat eſt nõ
eſſe petitum, nec iudicatum plus debito vero,
dum ſententia adiudicationis, ſeu primi, uel ſe-
cundi decreti a iudice lata, uera, & iuſta ſit, illaq;
tantum continens, plus credito vero annulle-
tur in totum, ea ratione, quod ſententia ſit indi-
uidua, in quibus utile pro inutile uitietur, mini-
35 mè vero † calculus, uel ſententiarum executio,
quæ nec indiuidua ſunt, nec a iudice, uel parte
fiunt, reſcindantur, per tex. in dicto §. ſi centum,
ubi Iaſ. in prima Roman. conſi. 450. nume. 4. &
454. num. 12. Bald. in l. certi condictio. nume. 3.
ubi Bartol. conſultum, ita reſpondiſſe ait. ff. de
condict. indebit. ſequitur ibidem Aret. 1. col. fin.
Alexand. in l. iuſte poſſidet. num. 20. ff. de acqui-
rend. poſſeſ. Et lata ſententia illius executio ex
commiſſione iudicis fit in bonis debitoris, illo
etiam non citato, Marant. in ſuo Specul. aure. 3.
& ult. actu princip. num. 19. ita ut ſola ſententia
adiudicationis conſideretur, ex qua dominium
transfertur, Alberi. in l. creditor. C. de diſtra. pi-
gno. Afflict. deciſ. 388. num. 4. Marant. d. nu. 19.
Aſini. ut infra, non autem calculus, uel nuntij
actus, & executio.

Secundo ſcimus, quòd executio inſtrumenti
36 petita in bonis pro credito non uero, ſeu tenuta
in executione inſtrumenti a parte obtenta pro
quantitate maiori, quàm ſit debitum, non vitia-
tur

tur in totum,nec annullatur, ſed pro crediro ve-
ro ſubſiſtit.tex.eſt in l.1.§.ſi duo, uerſi.idem ibi.
nam pars ſola per interdictum auferetur.ff.quo-
rum legat. quem in terminis citat Aret. qui pul-
cram tradit diſtinctionem in d.l. certi conditio.
§.quoniam col.fin.ff.ſi cert.pet.& in l.1.§ pen.in
fi.ff.de uerbo.oblig.ſequitur Iaſ.in d.§.ſi centum
num.2.in fi.uerſi.limita. Ioan. Bapt. Aſin.aliam
limitationem ſubuectens ad d.§.ſi centum in ſua
praxi Iud.§.7.cap.5.limit.11.num.15.& 16.Vn-
de ſi calculus continens plus debito in parte,fue
rit executioni mandatus,non poterit tamen re-
tractari adiudicatio per ſententiam iudicis fa-
cta,cum illa legitima ſit iuri, & veritati confor-
mis,quamuis in maiori quantitate vero,& iudi-
cato executa.

Tertio ſententia ſecundi decreti adiudicat ter
ras pro diuerſis creditis,& ſummis. Primo pro
quingentis aureis: ſecundo pro liuellis duorum
annorũ·Tertio pro mille quingentis treſdecim,
& ſolidis quadraginta duobus: Quarto pro dã-
nis,& intereſſe,vnde admiſſo(citra ueritatis prę
iudicium) ſententiam adiudicationis continere
plus debito in capite damnorum, quæ non de-
bentur,niſi a menſe Maij 1564.citra,calculus ve
ro in executione ſniæ a Iudice cõfirmatus,prin-
cipium ducat a menſe Decemb.anni 1563.Atta
men nec in totum reſcinderetur adiudicatio,nẽ
pè pro alijs capitibus,& ſummis veris,& debitis,
ſed pro illa parte ſeparata damnorum,& intereſ
37 ſe,cum tot † ſummæ uideantur,quot ſunt cauſæ
ſeparatæ,arg.doctr.Bar.in l.Lucius.§. qui habe-
bat.ff.ad Trebel.in propoſito per Aret.ſubtilem
in d.l.certi condict.§.quoniam in fine.uerſic.aut
ſunt diuerſa.num.21.ff.ſi cer. pet.ubi Soc.num.
32. & in l.iuſte poſſidet.in fine. quibus tranſit
Cagnol.in l.cum amplius in fi.princ.ff. de regul.
iur.
38 Quarto admittunt omnes, quod ſi res † adiudi
cata uel creditori aſſignata ſit æſtimatione ma-
ior credito uero,non tamen ſit erratum in peti-
tione,& adiudicatione crediti, quia quod debi-
tum erat tantum ſit petitum,adiudicatio, & ſolu
tio minimè retractantur, niſi pro eo pluri, quo
ultra creditum, fuerit dicta res aſſignata,quan-
do pro concurrenti rata ſubſiſtat. l. fina.§.ſed ſi
quidem,ubi Bal.C.de iur.dom.impetr. Caſtr.&
Alex.in d.§.ſi centum,ubi Iaſ.num.2. Aret.Soc.
& Deci.3.not.in d.§.quoniam.l.certi condit.ff.ſi
cert.pet.& in l.cum amplius in pri.uerſi.2.regu-
la iſta.ff.de reg.iur.Afflict.deciſion.218.num.2.
** Ruin.conſi.160.nu.25.uol.2.crebriorem ** ſen-
tentiam nuncupat,Mendoſ. ad Roma. d.conſil.
454.num.12.uerbo Bar.in fin. Conceſſo itaque
Dominum Spagnam prædium ſatis amplũ ob-
tinuiſſe in executione iudicati,ſeu calculi,uel alia
de cauſa,& ultra creditum uerum,non tamen re
tractabitur ſententia,& datio inſolutum,cum il-
la contineat creditum legitimum tñ,non etiam
partem aliquam falſam,vel erroneam, quæ de-

ducta in calculo,& in executione reuideri,& re
formari pro rata debet,tradunt Doctor. in d.§.
ſi centum,& in d.§.quoniam.

Quinto caſum noſtrum decidi cenſeo ſtatuto
Mantuæ ſub rub.de mod.& for.proced.in bon.
abſent.& contu.ad fi.uerſi.& ſi quo tempore, di
ſponente,ꝙ creditor,& emptor,qui bona ſubha
ſtata habuerint,fructus perceptos,& cõſumptos
medio tempore lucrentur,nec illos reſtituere te
neantur,cum re ipſa,licèt retractaretur remedio
nullitatis datio inſolutum,vel ſententia adiudica
tionis per iudicem data, etiam ſi euidenti defe-
ctu actorum grauatus obtineret,excipitur caſus,
niſi ex eo,quia debitum non ſubeſſet,dicta ſentẽ
tia,uel adiudicatio reuocaretur. tunc enim fru-
ctus omnes cum re ipſa reſtitui mãdat.exceptio
nem tamen iſtam rurſus declarant,ſtatuẽtes,niſi
creditor poſſediſſet, & obtinuiſſet bona fide iu-
ſta ignorantia ductus, quia tunc lucraretur fru-
ctus conſumptos,etiam quod non ſubeſſet debi
tum,ex quo ſtatuto.

Primo colligo,quod retractatio, & reſciſſio
ſit tantum reſpectu ſniæ, & dationis inſolutum,
non autem calculi, & rerum traditionis, eo qđ
ſtatutum ſemper de ſententia lata,&adiudicatio
ne reſcindenda,ac reuocanda loquatur.

Secundo,ꝙ ubi debitum ſubeſt, quoquo alio
mõ annulletur ſnĩa,fructus tñ lucrantur,ẽt ꝙ res
reſtitueretur. Tertio, ꝙ in caſu non ſubſiſtentis
debiti creditor lucratur fructus,nec illos compẽ
ſare tenetur, dum illos bona fide,& iuſta igno-
rantia ductus perceperit, quæ omnia ad propo
ſitum noſtrum reducendo,inferunt.

Primo,quod ſnĩa dationis inſolutum ad Spa
gnæ commodum lata,non retractabitur, cum il
lam reſcindi, annullarive uti plus debito conti-
nentem,aduerſarij non inſtent,ſed calculum,&
executionem tantum, quæ attendi minimè de-
ber,d.l.1.§.ſi duo.ff. quorum legat.

Secundo,licèt in aliqua parte, puta damnorũ,
non ſubſiſteret debitum, attamen in totum ſnĩa
non retractabitur, tum quia uel ſtatutũ aliquid
addat diſpoſitioni iuris communis, ad not. in l.
1.ff.de offi.cius,ubi Iaſ.& Deci.ex in l.2.ff.ſolut.
matri.ſic intelligatur,ut ſententia, vel datio inſo
lutum reſcindatur, ſi nullum debitum ſubeſſet,
non autem ſi aliqua pars tantum,quando idem
ex iure communi in iſto ſecundo caſu diſpona-
tur.d.§.ſi centum.& vt aliquid operetur, debeat
procedere,etiam quod pro parte tantum ſubeſ
39 ſet creditum,uel ſecundo, quod † ſtatutum iure
communi non repugnans, interpretationem
ab eodem iure communi capiat,Bartol. in l.om
nes populi.num.60. ubi etiam Iaſ.num.60.ff.de
iuſt.& iur.Curt.ſen.conſi.80.in prin.Iaſ. in auth.
prętereа.num.14.& 15.C.unde uir,& vxor, De-
ciſ.conſilio 445.numero 49. qui hanc commu-
* nem affirmant, & in conſi.356.numero 4.poſt
Alex.conſi.85.nu.10.uolu.4.& 137.uol.1.& ſic
prout ſunt diuerſa capita, & ſummæ, ita diuer-
ſimode

ſimode reſcindatur, & ſubſiſtat ſentētia per Are.
in d.§.quoniam in fi.l.ſi certi conditio. ff. ſi cert.
pet.quę ideo dato quod reſpectu damnorū plus
debito contineret, in cæteris tamen iuribus ſubſiſtat.

Tertio infertur, quod fructus per Spagnā percepti nullo modo ſunt in ſortem computandi,
quia ſi ex ſtatuto, etiam debito non ſubſiſtente,
creditor bonæ fidei lucratur fructus, quanto magis iſtos aquiſiuit Spagna, qui non ſolum de credito vero legitimo docuit, ſed etiam poſſeſſor
40 † bonæ fidei extitit virtute ſententiæ adiudicationis.l.iuſte poſſidet.ff.de acquir. poſſeſſ. traditur in l. penul. C. de euict. Aleiat. in tracta. præſumpt.regul.3.præſumpt.5.Didacus in cap. poſſeſſor. tertia part.§.8.numero ſecund.de reg.iur.
in 6.Menoch.de recuper.poſſeſſ.remedio 13.numero 63.

41 Sexto, comprobantur omnia, nam ſi per † errorem aliquid ab executore ſententiæ exequatur, reſcinditur tantum, quatenus eſt indebitum,
non vltra. ita Barto.in ſum.l.fi.§.fi.ff. quod met.
cauſa ſequitur Barbar.conſi.51.vol.1.& cum notorie de debito conſtat, ſi iudex, non ſeruato ordine iudiciario, cogat per executorem debitorē
ſoluere creditoris, vel ei dare rem debitam, ſolutio nō retractatur, cum ex ea ſit ius creditoris extinctum. Alber.in l.ſi ante.§.fi. & in l. ſi de ui.ante fi.ff.de iud.nunquam enim inordinata executio retractatur, ſeu debitè factum reſcinditur per
modum indebitum, Bald.in l.fin.§.fin.in prima
lect.ff.quod metus cauſ.Angel.& Innocen.in ea
pit. cum veniſſent de reſtitut. in integr. multa in
propoſito deſcribit, Neuiz.conſi.77. numero 8.
cum ſeq. Cumque Spagna exiſtat in maiori quātitate, quam ſit executum, virtute calculi erronei, creditor, non poterit iam traditum repeti,
vel annullari, vt circuitus inutiles tollantur. Cardin.conſi.105.in fin. ſeruiunt not. per Doctor.
maximè Iaſ.in l.ſi pacto, quo pęnam, C.de pact.
Neuiz.d.conſi.77.nu.7.

Quartum articulum aggredior, & dico, terminandum eſſe rurſus in gratiam Spagnæ, ac bene iudicatum per Clariſſimā Rotam fuiſſe, quādo oppoſitio de nullitate ſententiæ adiudicationis pro ducatis trecentum quinquaginta inueſtiendis minimè procedat.

Primo, quia pactum illud, quod denarij non
ſoluantur, niſi inueſtiantur, reſoluitur, modificaturq; per ſubſequentem clauſulam, niſi aliter dictus Spagna ante ſolutionē acquiſierit proprietatem, vel proprietatis, ſuper quib.ſit vxor cauta
pro dictis ducatis trecentum quinquaginta. Id
42 enim importat † dictio niſi, ſui natura modificatiua, & excluſiua, ſcribūt omnes in l.actione, ubi
Iaſ.num.3.C.de tranſact. Alber.in l. eum qui.§.
qui iniuriarum.num.16.ff.ſi quis caut. formamque inducit, Deci.conſi.2.num.532. Paris conſil.17.num.22. & conſi.96.num.109.volum.1.
Port.conſi.213.num.9.Rurſus & aliud verbum,
43 aliter, quod eſt a præcedentibus diuerſatiuum,
l.1.ff.quemadmo.teſtam. aperiantur.cum ergo
Spagna acquiſiuit, ſeu retrohabuit domum pro
prima eiuſdem uxoris æſtimatam alias ducatis
trecentum, demumque vti melioratam, venditam, alienatam, ac recuperatam pro octingētis,
vt ex inſtrumētis publicis conſtat, cui dubium,
quod pactum ceſſauit ſtante dotis uxoris cautione, ad ea, quæ congerit Tiraquel. a ceſſant.
cauſ.prima parte numero 198.217.& 231.

Secunda ſententia adiudicationis non dat
inſolutum plus debito, uel pro ducatis trecentum quinquaginta abſque onere inueſtiendi,
ſed Spagnæ adiudicat quantitatem certam, ducatos inquam mille trecentum quindecim, ſolidos quadragintaduos ex cauſa reſidui pretij dictę poſſeſſionis, & iuxta ſeriem, & formam inſtrumenti emptionis, & inueſtituræ ſub die vigeſimoſeptimo Maij. MDLIX.in quo dictum pactum inueſtiendi pro cautione vxoris continetur. Vnde intelligetur neceſſario adiudicationem fieri ſecundum tenorem pacti, & formam
inſtrumenti, nempè quod inueſtiantur, cum id
44 importet dictio relatiua, † iuxta, quæ exponitur,
pro ſecundum.cap.maiores de baptiſ. Alber. in
diction.verbo iuxta, & ſecundum pacta dicti inſtrumenti relati intelligenda ſit ſententia. l. aſſe toto.ff.de hæred.inſtit. Auth.ſi quis in aliquo.
C. de eden. cap. Abbate ſanc.de verbo.ſignific.
ac cum omnibus qualitatibus, modis, & formis relati. l. in teſtamentis. ff. de conditio. & demonſtrat.Bartol.in l.pri.ff.de recept.cum ſimil.
45 Quodque † ſententia referens ſe ad acta probatoria (vt hic) non autem aſſertoria, vel enunciatiua ſubſiſtat, ac in ſententia dicatur id certum, & liquidum comprehenſum, quod ex
actu puta inſtrumento liquido, & certo refertur, probat.l.in ſumma. ff. de re iud. l. ſecund. C.
de ſent. quæ ſine certa quantitat. Iaſo. in l. ait
Prætor.§.primo.ff.de re iud. Alexand. ex communi conſilio 53.numero 20.in fin. volum. 5.
Sebaſt.Vant.de nullit.ex defect. proceſſ. numero 103.& ſequ. omnia enim in ſcriptura ſe referente verè, & propriè poſita cēſentur, quę in ſcriptura, ad quam fit relatio leguntur, Roman.conſil.80.nu.2.conſi.301.nu.14.cum Mendoſ.Dec.
conſi.47.cum addit.Mod.Aimo.conſi.45.nu.4.
& in propoſito de relatione ad inſtrumentum,
Bal.conſi.212.vol.5.Bero.cōſi.111.n.36.vol.2.
ac de datione inſolutum, quæ ſe ad inſtrumentum referat, & ſubſiſtat etiam vbi nō eſſet oppoſita compenſatio, quæ debitum extenuaret. Cæphal.conſi.47.nume.46.verſic.ſecundo. Nec dicta clauſula iuxta ſeriem, & formam dicti inſtrumenti referetur ad quantitatem tantum.

Primo, quia quantitas certa iam declarata, &
deſcripta erat in ducatis mille trecentum quindecim, ſic relatio ad illam fieri nequit, ſed
ad pactum tantum inueſtiendi, ne Iudex videatur ſe ſtatim velle corrigere in quantitate,

ſuper quia iam ſpecifice diſpoſuerat,argu.l.non
ad ea.ff.de cond.& demonſt.& in contract. Bar.
in l.fin.§.idem quæſijt.nume.4.ff.de cond.inde-
bit.Natta conſ.403.num.7.volum.2.facit quod
46 dicunt omnes,† clauſulam genrralem non cor-
rigere,nec minuere ſpecialiter diſpoſitum.l.quo
tiens. C.famil.herciſ.minus reſeruationes , vel
clauſulas iurium reſeruatiuas, vt de clauſula ſal-
uo iure &c.non referri ad id,quod eſt diſpoſitū,
& expreſſum , ſed tantum ad omiſſum And.de
Iſer.in c. 1. qui ſucceſſ. teneant. Caſtrenſ. conſil.
162.tertio quæſit. in antiqui. Vrſil. ad Afflict. de
ciſ.112.num.9.& deciſ.355.nu. 7. ſcripſi conſil.
171.lib.2.

Secundo,quia id ex alijs capitibus,& partib.
ſententiæ manifeſtum redditur , nam iudex vbi
pro quantitate tantum præferri voluit , etiam
quod de illa per inſtrumentum conſtaret,non ſe
retulit ad inſtrumentum , & demum ad inſtru-
menti ſeriem,& formam,vt in c.3.ſecundæ par-
tis ſententiæ.5.in principio & fin.6. 7.in fi. 8. 9.
10.11.13. cap. 16. ſed tantum in nonnullis alijs
caſibus,ubi aliud quàm quantitas ſortis , prout
hic continebantur, quod cognoſcitur ex c. ter-
tio primæ partis, & cap.5.ſecundæ part. cap.7.
12.in fi.cap.15.in fin.cap.16.in fin. & cap.ſecun
do tertiæ part.ſententiæ. itaque dicemus illa ver
ba,iuxta ſeriem, & formam &c. referri non ad
quantitatem crediti iam expreſſa, ſed ad cætera
extrinſeca,puta pactum inueſtiendi, & ſimilia,
cum in Dominus Iudex in alijs ſeruauerit,& vna
pars ſententiæ aliam declaret, arg.l.vtrum. ff.de
petitio.hæred.l.qui filiabus, ubi Bartol. & Iaſ.ff.
de legat. 1.cum ſimilib.

Tertiò,licet ſententia Spagnam (ſecundum
tenorem inſtrumenti)non præferret, dummo-
do quantitatem certam, & debitam adiudicarit,
non poſſet vitio nullitatis ſubiacere. Quādo ſen-
tentia ipſa eo inſtante,quo pręfert,prouidet pa-
cto, qua adiudicando Spagnę terras, ſic pro-
prietatem ſub haſta,ſatisfacit plenè pacto inſtru
menti,& cautioni vxoris,cum recipiens rem ſta
bilem inſolutum , dicatur acquirere, & emere,
47 inſolutumque † datio vices uenditionis gerat.l.
fina.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ. catur. l. litis æſti-
mario.ff.de uſucapi.pro empt. Ruin. conſi.134.
in princ.uolum. 4. & alibi Cæphal. conſi. 254.
cum ſeq.uol.2.unde concludetur ſententiam iu-
re ſubſiſtere.

Ad quintum, & vltimum articulum reſpon-
deo moram contraxiſſe dictos Stratas debito-
res, eo quod promiſerunt ſoluere precium cer-
ta die præfixa, pacto tamen per creditorem in-
ueſtiendum.

Primo, quia duo erant facienda, vnum poſt
48 aliud, † preciū primo loco erat in ſolutione de-
bitoris,ſeu per ipſum ſoluendum, uel ſaltem of-
ferendum, & conſignandum. ſecundo loco di-
ctum pretium erat per creditorem inueſtien-
dum, non ergo facta prius in ordine ſaltem ſo-
lutione,uel oblatione de ſoluendo, debitor con
traxit moram,cum dies interpellet pro homine.
l.magnam cum ibi not.C.de contra.& commit.
ſtipulat.& ita arguit, & concludit in propoſito
noſtro Bero.conſi.136.nu.6.& 7.uol.2.& conſ.
200.in fi.uol.1.

49 Hoc enim caſu,quo † implemento actoris ꝑ-
ponitur implementum rei, procul dubio actor
recte agit,ceſſantq; difficultates,etiam ſi pars ad-
uerſa opponat de non implemento actoris, vt
diffusè explicat And.ab Exea. ſuo tract.de pact.
num.424.uerſi.ſecundus caſus.

Secundo, pretium erat in ſolutione traden-
dum creditori,licet venditor pro cautione tene
retur illud inueſtire, vnde pręcedere debebat ad
moram vitandam,traditio rei inueſtituram, uel
cautionem ipſam,cum prius res tradatur,& po-
50 ſtea præſteī cautio,vt de vſufructuario,† qui ca-
uet,vtente vſumfructum , & non offerente cau-
tionem debitam,& de hærede, qui tenetur pri-
mo rem tradere,not. Bald.in l.1.4.colum. C.de
vſur.& fruct..legat.qua ratione in propoſito ca-
ſus noſtri vtitur Socin. ſen. conſilio vltimo nu-
mero 3.verſi.nec obſtat volum.3.Barbat.conſil.
80.colum.penult.volu.3. Alexand.in l. filiæ nu.
3. C. de collat. Felin. in c. in tantum. num. 5. de
ſimo.Bero.deciſ. 124.num.31.And.ab Exea de
pact.num.436.

Tertio,ubi creditor,& debitor ſunt eiuſdem
51 fori,& dies eſt ſolutioni adiecta, † debitor tene-
tur ſoluere,& ire ad domum creditoris , etiam
quod ex illa ſolutione aliquem ſe obligaret , vel
per creditorem quid fieri contingeret,doctr.eſt
Barto.in l.item illa num.9.in fin. ff. de conſt. pe-
cuni. quam in terminis citat Bero. dicto conſil.
136.nume.8.volum.1.dumque debitor nec ſol-
uit , nec obtulit pretium creditori eiuſdem fo-
ri, etiam quod ex ſolutione cautionem deberet
ab ipſo acquirere, in mora dicitur conſtitutus ,
ut merito damnari potuerit, iuxta petita, ad pre
tium.

Quarto,in in inſtrumēto promiſerunt empto
res ſoluere pretium ſimpliciter diebus,ac termi-
nis præfixis,& licet pacto in fine inſtrumenti a-
diecto conueniant,quod non debeat,nec poſſit
ſoluere,niſi inueſtiantur ducati trecētum quin-
quaginta,vel aliter oſtendat cautum eſſe pro do
te vxoris Spagnę uenditoris, attamen illud pa-
52 ctum, etiam executioni appoſitum non alterat
diem ſolutioni adiectum,quin ex illius lapſu de
bitor rurſus in mora conſtituatur , Bald. in l. ſi
ex legati cauſa,ubi Iaſo.limit.7.ff.de uerbo.obli-
gat.

Quinto admiſſo,quod utrūque & oblatio ꝓ-
prietatis,& pretij eodem inſtanti debuiſſet expe
diri, ex quo ad pretium fuit ſimpliciter actum,
53 nec per emptorem † oppoſitum de implemēto
inueſtiendi pretium, diſpoſitio.l. Iulianus. §. of-
ferri. ff. de act. empt. ceſſat, quando illa regula
procedat ſolum vbi a parte de non implemēto
oppo-

opponatur, negari enim minime poteſt, quina-
ctio orta ſit ex contractu nominato, & impute-
tur parti, quæ nihil (vt hic) aduerſus actorem op
poſuit: valet ideo ſententia contra emptorem la
ta, nulla etiam præuia oblatione inueſtiẽdi per
venditorem, trad. Bartol. in l. ſi duo patroni. §. ſi
quis iurauerit. num. 3. quem ſequuntur cæteri.
ff. de iur. iur. Alex. Corn. & Iaſ. in l. filiæ, licet. C.
de collat. Ang. & Iaſ. in l. iuriſgentium in prin.
vbi Fortun. garc. nu. 9. & 10. hoc dictum verum
in ſe appellat. ff. de pact. Felin. in cap. in tantũ nu.
de ſimon. hanc communem opinionem inquit,
Galiaul. in rub. ff. de uerb. oblig. n. 211. multis id
probat, Andr. ab Exea de pact. n. 424. 432. cum
ſeq. ad nu. 437. Boer. deciſ. 124. nu. 30. Tiraq. de
retract. §. 1. gl. 17. nu. 4.

Sexto hęc omnia authoritatibus comprobo,
Socin. neptè ſen. d. conſi. vltimo, nu. 3. vol. 3. Be-
ro. conſ. 136. nu. 7. & 8. vol. 2. & conſi. 200. in fi.
vol. 1. Cæphal. conſi. 48. nu. 42. dicẽtes formali-
ter in propoſito, pecuniam inueſtiendam prius
per debitorem ſoluendam, vel ſaltem offerendã,
quàm per creditorem proprietas offeratur. Iſtis
addo Deci. conſil. 452. in articulo 1. qui triplici
ter conſideratus inſeruit.

Primo dum concludit, non obſtante pacto ne
gatiuo (non debeant, nec teneantur ſoluere, niſi
facta menſuratione,) emptorem in mora conſti
tui, adueniente certo tempore ſolutionis, etiam
quod nõ fiat menſuratio. exẽplo, ſi ſolui debeat
per totum menſem ſeptembris, prout hic, niſi in
ueſtiantur, allegat Marſ. not. 50. dies enim vt in-
quit, interpellat.

Secundo ubi pactum adiectum, vt in præſen-
ti de inueſtiendo reſpicit fauorem emptoris, &
venditoris, & ſi venditor non omnino adimple-
uiſſet, agere tamen poteſt, cũ regula non implen
ti denegetur actio, procedat vbi implementum
vnius tantum fauorem reſpicit, vt ipſe inquit.
num. 10.

Tertio dixit. nu. 11. teneri illum emptore, qui
non cogitur ſoluere, niſi certo quid impleto, in-
terpellare venditorem, alioquin dicitur in mo-
ra, dum ergo emptor tacuit, merito ſi vẽditor il-
54 lum in moram conſtituit, vbicũque enim † dies
appoſita eſt ſolutioni debitoris, quãuis ex poſt
in diuerſo pacto alia dies exactioni, vel petitioni
creditoris adijcatur, nihilominus prædicta dies
interpellat pro homine, trad. Bero. conſ. 149. nu
me. 7. & 8. vol. 1. Bald. & Iaſ. in l. ſi ex legati. ff. de
verb. oblig.

Nec obſtat, quod in reſponſione ad ſecũdum
argumentum, dicat Deci. hoc ſolum non cõſta-
re legitimè de pacto, quaſi velit inferre, ſi conſta
ret, non teneretur emptor. Etenim multipliciter
hæc conſideratio tollitur.

55 Primo, quia argumentum à contrario † ſenſu
non procedit in conſulentium dictis, vel reſpon
ſionibus ad contraria, tanquàm in verbis narra
tiuis Burt. in c. publicat. in fin. de election.

Secundo minus locum habet in verbis nega
tiuis, vt hic, cum non ſequitur, non ꝓcedit, quia
nõ eſt probatum, ergo ſi eſſet probatum proce-
deret, ex negatiua enim non reſultat affirmatio.
l. Titiam in fi. ff. de man. teſta. Deci. in l. 1. n. 54. ff.
de offic. eius.

Tertio non deſumitur, ſi reſultaret correctio
præcedentis diſpoſitionis. l. conuenticulam, vbi
Bal. C. de Epiſ. & cler. l. fi. in prin. ff. de leg. l. 2. C.
de cond. inſert. cum vulg. Alciat. conſi. 537. n. 3.
& ita arguendo corrigeret Decius cõcluſiones
ſuperius firmatas.

Quarto, licet ex dicta reſponſione colligatur
quidam ſenſus contrarius, vt ſupra, non tamen
neceſſario infertur, quin ex alijs iuribus, rationi
buſque eiuſdem quoque authoris concludatur,
emptorem cõſtituti in mora, niſi offerat ſaltem
in tẽpore ſtatuto, pretium rei emptæ, ne aliorũ
iurium inducatur correctio, exempla ponit De-
ci. in d. l. 1. num. 53.

Quinto ſcimus Conſulentes quandoque mul
tiplici modo tollere contrarium, & quandoque
vnica reſponſione cõtentos reddi. vt puta negã-
do maiorem propoſitionem, in qua negatione
totum corruit fundamentum, ſed non ſequitur,
quod illa admiſſa argumentum ſubſiſtat, quia &
minor propoſitio negari poſſet, vel illatio, & cõ
ſequẽtia, vt hoc docẽt logici profeſſores, & cui-
libet notum eſt. Deci. ergo quãuis neget proba-
tum eſſe pactum, non ſequitur, quod ſi probatũ
non teneretur offerre, vel ſoluere, quia & admiſ-
ſa probatione, multa adhuc opponi poſſent, de
quibus per eum ſupra.

Sexto dicitur caſum Decij eſſe diuerſum a no
ſtro, nec propterea ex illo inferendũ. l. Papinia.
exul. ff. de maior. l. fi. ff. de calum. ibi enim ſi fuiſ-
56 ſet probatum pactum de † menſuratione rei ven
ditæ facienda, non potuiſſet agere uenditor ad
pretium non probato implemento menſuratio
nis, cum ex proprietate, & natura uerborum cõ
trahentium menſuratio præcedat pretij ſatisfa
ctionem, declarat And. ab Exea de pact. d. num.
424. in pri. caſu, ſeruit. l. fin. §. fin. ff. de reſcind.
uend. at ſecus vbi ſolutio præcedat implicatio-
nis actum, uis enim conſiſtit in hoc, an prius ſit
implementum per uenditorem pręſtandũ, quia
tunc emptor non conſtituitur in mora, niſi illo
57 probato, vt dicitur de † melioramẽtis illiquidis,
quorum exceptio oppoſita non retardat execu
tionem ſententiæ, niſi in ea exprimatur ſolutis
prius meliorationibus, tunc enim ante executio
minimè fiet, quàm de ſolutione melioramento-
rum appareat, Caſt. conſi. 270. uiſo puncto uol.
ſecund. ſequitur Neguſan. de pigno. 5. part. 4.
membro. numero 10. Petr. Benintend. deciſ. Bo-
non. 77. numero 11. rectè igitur conſideranti ui
detur Dec. conſilium 452. in terminis noſtris
ſeruire.

Opponi audio de. §. dicebam. l. lecta. ff. ſi cert.
pet. dum ibi notatur morã vſurarum ante non

cõmitti, quam ſors peti poſſit, verum nõ obeſt,
cum in præſenti adueniente die ſtatuta emptor
58 † debitor re ipſa ex conuentione conſtituatur
in mora.l.quod te.ff. ſi cert. peta.& not.in l. ele-
cta,& licet exigi nequeat, niſi inueſtiatur per vẽ
d torẽ,cum hoc perſonam vẽditoris reſpiciat
poſt ſolutionem pecunię exequendam,non effi
cit,quin non offerendo ſaltem cum depoſitione
pecuniarũ debitor conſtituatur in mora ex diei
lapſu,eo quod prius ſolui pecunia debeat, quã
inueſtiri, Socin.ſen.d.conſi.vltimo volum.3.Be-
ro.d.conſi.136.volum.2.& abſque alia petitio-
ne venditoris,emptor ſimpliciter moroſus dica
tur,tradunt omnes vbi ſupra,& Rub.in d.l. qđ
te.num.98.99.& 112.& 113. poteſt enim eſſe,
quod tunc temporis uenditor proprietatem pa
ratam habeat,quam nõ offert, cum emptorem
moroſum videat,& cũ alio modo dictæ cautio-
ni, pactoque ſatisfieri poterat,oſtẽdendo bona
acquiſiuiſſe,vel quod debitor pacto renũtiaſſet,
non eſt dicendũ prius uenditorem teneri de-
mõſtrare cautionem, quàm emptorem ſoluere,
pretium enim debitum erat,& in ſolutione,pro
pterea id per eum adimplendũ, quãdo vẽditor
ex eius parte per traditionem rei adimpleuiſſet,
no.in d.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.
59 Addo,ꝙ † diſpoſitio.d.l.lecta,ꝓcedit vbi quis
peteret vſuras ex mora,ſeu vt in caſu noſtro dã-
na,ſecus vero vbi ex conuentione,vel ſtipulatio
ne,quia ſtatim poſt diem debentur,etiam quod
ſors non potuiſſet peti, vt inquit Gl. in d.l. lecta
verſi.dicebam in verbo potuerit.ff.ſi cer.quæ in
ter ſe differunt per Menoch.de arbitr.iudic.lib.
ſecund.cent.3.caſu.220.num.36. ac licet aduer-
ſarius non adimpleat quod gratia utriuſque par
tis implendum erat, Deci.dict.conſilio 452.nu-
mero 12.

Vltimo non obſtat.l.ſciendũ cum ſubſequen
tibus. ff. de vſur. illæ nanque procedunt, ſi iuſta
60 cauſa † debitor differat ſoluere,velit tamen ſol-
uere,nec ſolutionem neget,Menoch.dicto caſu
220. nume. 48.& ſeq. ac hic nec voluit ſoluere,
nec comparuit,quin potius negauit ſolutione in
continuo curans venditionem reſcindere, ideo
ad caſum noſtrum non applicabitur, ubi nulla
cauſa pro excuſatione deducta tẽpore ſolutio
nis fuit,ne teneretur ſaltem pecunias in ſolutio-
ne poſitas offerre cũ reali depoſitione, quod in
terminis declarat,Bero.d. conſi.136.nume.7.&
8. volum. 2. poſt Socin.ſen.& eundem Bero.d.
conſi.220.in fi.uolum.1.
61 Nec obſtat,quod † mora ſoluendi non eſt ubi
nulla eſt petitio,uel talis,quę excipiendo elidat.
l.nulla.ff.de regul.iur.l.ſi pupillus.ff.de uerbo.ob
lig.c.non eſt in mora de regu.iur.in 6.Nat. cõſi.
76.nu.4.Etenim negatur.

Primo nõ dari actionem Spagnæ,qui petere
terminis ſtatutis pretium poterat, & illud inue-
ſtire,vel oſtendere uxorem cautam. cauſa igitur
uenditionis prę exiſtens iam actionem die ſtatu
ta produxerat,quæ debitorem non ſoluentem
in mora primo loco conſtituit,& ſi in ſolutione
ſecundo loco aliquid per creditorem explicari
debuiſſet , Bart. in d.l.item illa.num. 9.in fi.ff. de
conſt.pecun.Soci.d.conſi.ult.& Bero.cõſi.136.
62 vol.2 . prout dicitur,† moram quoque per debi
torem incurri, cum ſubſtantia obligationis eſt
certa , modus vero exequendi incertus, nec ad
liquidum deductus, Alciat.conſi.416.nu. 1.
63 Secundo regula.l.nulla,procedit, niſi † exce-
ptio replicatione creditoris tollatur, ita Gl. uer.
non eſt.in fi.in d.c. non eſt.de reg. iur.at ſi debi-
tor oppoſuiſſet,non teneri ſoluere,niſi inueſtirẽ
tur pecuniæ,vel cautam vxorem oſtẽderet,cui
dubium quod Spagna replicaſſet , ſe inueſtire
uelle, uel oſtendere bona acquiſita fuiſſe iux-
ta pactum ?

Tertio dicitur,ꝙ cum pars non opponit † agẽ
64 ti ante diem,uel conditionis implementum, iu-
dicium procedit,& actio competit,licet ſolutio
poſtea per iudicem in ſententia reſeruetur in
ſuum tempus,Bart.in l.lecta.nu.23.ff.ſi cert. pet.
ſic in præſenti potuit per Spagnam peti pretiũ,
quia debebat, & non oppoſito ex aduerſo de
cautione litem proſequi, & ſententiam obtine-
re, Andr.ab Exea de pact. numero 432. ubi de
communi.

Opponebatur rurſus,quod pro ſumma inue
65 ſtienda nõ debebat inſpici † dies ſolutionis, ſed
dies pecuniæ implicatæ,eo qđ exceptio, de in-
ueſtiendo inhæreat obligationi ſolutionis pre-
tij,quæ nec opponi debebat,Barto.in l.lecta.nu
me.21.& 22.ff.ſi cert.peta.Alex.poſt alios in l.ſi
neceſſarijs.nu.5.ff.de acquir. hered. uerum ani-
maduertẽdum cenſeo,quod licet exceptio, quę
ex pacto incontinenti ineſt obligationi , etiam
quod nõ opponatur per iudicem ſuppleatur, at
tamen hic cautio illa per inueſtituram , uel bo-
na acquiſita adimplenda , non dicitur exceptio
elidens obligationem,quam iudex ſupplere co
gatur, prout dicitur de agente ante diem deſti-
natam ſolutioni ex pacto incontinenti poſito
poſt ſimplicem obligationem,ut Bartol.& Ale-
xand. loquuntur , dies enim ſolutionis fauore
rei,& debitoris tantum apponitur, & ideo ante
diem nec mora,nec pęna contrahitur,minus ue
exigitur. At in caſu noſtro pecuniam tenetur
reus ſoluere principaliter antequam inueſtia-
tur , ut ſupra, ſic moram adueniente tempore in
currit debitor , quia dies interpellat.d.l.morã,
nec ante ſolutionem aliquid fieri per creditorẽ
debebat,ut in exemplo Bartoli,qui diem ſtatutũ
expectare tenebatur.nõ mirũ ergo , ſi dicta dies
attenditur,& in ſentẽtia reſeruatur , quod diuer
ſum erit in pecunia implicanda , etiam ad fauo-
rem ambarum partium,quando dies implicatio
nis attendi nequeat, cũ nec certa ſit , & præfixa
ut loquitur Barto. in d.l.lecta , & Alexand. poſt
Rafael. in dict. l. ſi neceſſarijs , nec ſit expe-
dienda , uel implenda ante ſolutionem pe-
cunia-

cuniarum per debitorem primo loco faciendã, declarat Bero.d.cõſ.136.nu.7.uol.2.adeo ꝙ mora dicatur debitoris, non autem par cum creditore, quæ ſibi omnino noceat, l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.ff.de verb. obl.differũt enim iſti termini, quia in caſu Bart.pactum ſolum fauorem rei reſpicit. ſecundo dies certa eſt. Tertio creditor ineptè agit, qui nec replicando exceptionem tollere poteſt non exiſtente die, vel conditione. Verum hic primo cautio fauorem amborum partium reſpicit, ſecundo implicationis dies incerta eſt, immo nulla non præcedente ſolutione. Tertio exceptio tollitur replicatione, quia opponenti reo de inueſtitura incontinenti fuiſſet replicatũ, quod aderat peoprietas, uel cautio iuxta pactũ præparata, ex diſſimilibus itaque caſibus minimè arguitur. vulg.l.Papinia.ff.de min.l.fina. ff.de calum.l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acq. poſſeſſ.

66 Vltimo non refragatur, † moram non eſſe con
tractam, quia Strate habebant iuſtam cauſam li-
tigandi, Gloſſ.in l.vinum, uerſi.cum petitũ eſſet.
ff.ſi cert.pet.ceſſat enim obiectum, quia iuſta cã
litigandi adeſſet, ſi creditor negaſſet uelle pecu-
niam inueſtire, at cum die ſtatuta non ſoluat,
nec offerat debitor, quinimmo nec longo tpe
poſt, ipſum ſolum moram contraxiſſe creditur,
vt ſuperius deduxi. Nec Spagna potuit moram
aliquam incurrere in non inueſtiendo, cum nul
la interpellatio præceſſerit, quæ requirit in obli-
gatione facti.l.ſi inſulam.ff.de uerb.obligat.l.ita
ſtipulatus.eod.tit.regulare eſt, per Glo.in l.mo-
ra.ff.de uſur. Alciat.conſi.760.ſentiens non con
67 ſtitui in mora † promittentem, ſi interpellatus
potuiſſet oſtendere ex eius parte ſatisfactum fo
re, uel adimplere poſſe, & eo minus, hic cum po
terat cautioni ſatisfacere, pecuniam inueſtien-
do, uel acquiſitionem oſtendendo, ut non dica-
tur incurſa mora ex illius latere, ſtante alternati-
ua in adimplemento cautionis præſtandæ per
Alciat.d.conſi.760.in prin. Concluditur itaque,
& circa ultimum articulum moram incurriſſe
debitorem, qui ad damna iuxta iam iudicatum
teneatur.

Franc.Burſatus.I.C.Mantuanus.

PRO REVERENDO DOMINO Camillo Tarſio.

ARGVMENTVM.

Diuiſio beneficij quando, & quomodo fiat, vel retractetur.

Præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, quando conſeruetur, nec moleſtetur ab alio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia oĩa eccleſiaſtica ſunt ſine diminutione conferenda.*

2 *Diuidi etiam maius beneficium non poteſt.*

3 *Eccleſia vnius ſacerdotis eſſe debet.*

4 *Beneficia, & illorum fructus quadrupliciter diuiduntur.*

5 *Canonicorum numerus certus augetur, vbi fructus eccleſiæ augentur.*

6 *Cauſa legitima diuiſione beneficij requiritur, alioquin nulla eſt, & nu. 8.*

7 *Beneficia duo ſi ex vno conſtituantur, quatuor requiruntur.*

8 *Capituli cathedralis aſſenſus requiritur in diuiſione bonorum, & ſubtractione vnius eccleſiæ ad alteram.*

9 *Diuidi beneficium nequit, niſi vtraque pars ad victum utrunque ſufficiat.*

10 *Diſtributiones quotidianæ non conſiderantur in valore beneficij.*

11 *Quotidianæ diſtributiones tranſeunt ad quoſcũque hæredes, uti bona clericorum libera, ex communi.***

12 *Beneficium competens dicitur conſiderato tempore, & qualitate beneficiali, & eſt Iudicis arbitrarium.*

13 *Vnio beneficiorum non fit niſi concurrenti utilitate eccleſiæ, neceſſitate, & cauſa cognitione.*

14 *Conſenſus per modum ſolemnitatis adhibitus requiritur expreſſè, & in actu.*

15 *Capituli conſenſus non præſumitur, niſi probetur.*

16 *Cauſa diuiſionis beneficij ceſſante, & diuiſio ceſſabit.*

17 *Vnio ceſſat, reuocaturvè, ceſſante cauſa vnionis.*

18 *Epiſcopus non poteſt cum hærede patroni perpetuo derogare fundationis pactis, & naturæ beneficij patronatus.*

19 *Miſſæ augendæ ſunt ad cultum diuinum ex fructibus proprietatum beneficij, non ex proprietatibus diuidendo beneficium.*

20 *Concilium Tridentinum mandat pactis fundationis beneficium non derogari.*

21 *Fructuum diuiſio permittitur, & ſi alienatio prohibeatur.*

22 *Fundator beneficij præſumitur velle, vt auctis fructibus ſuæ donationis, & cultus diuinus, & miſſæ augeantur.*

23 *Diuiſio beneficij patronatus neceſſitate, & vtilitate eccleſiæ ſuadente, fit inuitis patronis.*

Digitized by Google

24 *Neceſſitas per allegantem in alienatione bonorum eccleſiæ eſt probanda.*

25 *Epiſcopo cauſam actus ſibi prohibiti aſſerenti nō creditur.*

20 *Neceſſitas tantum præciſa admittit alienationem bonorum eccleſiæ.*

27 *Bona data eccleſiæ videntur tradita cum hoc ne alienentur.*

28 *Prohibitio duplex vetat alienari in caſu aliàs permiſſo.*

29 *Ignorans non negligit.*

30 *Præſcribitur ius præſentādi, & inſtituendi tpis ſpacio, & in eccleſijs quadraginta anni.*

31 *Præſentatio vnica ſufficit in præſcribendo iure præſentandi, ſeu præſentatus.*

32 *Inſtitutus a quaſi poſſeſſore iuris inſtituendi, vel præſentandi præfertur prætendenti ſe ius veri Domini habere.*

CONSILIVM CLXXXV.
TRINITAS ADSIT.

ARBITROR diuiſionem capellaniæ S.Iacobi, & Liberæ in Cathedrali, licèt ab Epiſcopo factam, ſeu illius ſecūdæ, & nouæ erectionem, nullo iure ſubſiſtere, ſed vnicum corpus, & beneficium d.capellaniæ Reuerendo D. Camillo Tarſiæ Rectori dimittendum fore.

Primo iure cōi generaliter inſpecto, quo cau-
1 tum reperitur, beneficia † quæcunque eccleſia-
ſtica eſſe ſine diminutione conferēda, ut forma
liter rubrica his verbis concepta, continet, & de
cretum Innocentij ſecundi, qui fuit anno Chri-
ſti 1130. in c.unico ut benef.eccleſiaſtica ſine di-
minut.confer. quæ rubri. cum orationem perfe-
ctam habeat, vim legis ſuſtinet, vt ibi Hoſtien. in
ſumma, & habetur in c.auaritia de præb. in fi. po
nit Io.Copus. de fruct.benefi.tit. 3.c.3.num.17.
Petr.de Peruſ.de vnion. eccleſ. c.5.nu.4. Bened.
de Caſtro in tracta.iur.canon.tomo.4. ſub rubr.
ut eccleſiaſt.benef.pag.33.

2 Secundo ex regula † cōi, & Concilij Turonē
ſis conſtitutione, φ beneficium, ēt maius, diuidi,
ſeu ſcindi prohibet. c. maiorib. de præb. & licèt
ille tex. loquatur in præbenda, nihilominus re-
gula eius eſt generalis in quibuſcunque benefi-
cijs, ut Canoniſtæ admittunt ibi, præſertim Io.
And. quem ſequuntur Card. Abb. & Imol. ſub-
dentes quæ ſint maiora beneficia, vt Epiſcopa-
tus, media ut Abbatiæ, & perſonatus, maiora vt
præbendæ, & ſimplicia, idem vult tex. & ibi om
nes in c.tuæ, ubi Abb. not. 2. de præb. c.cum di-
lectus. c.dilecto. c.uacante. eod. tit. Fel. in c. audiē
3 tiam. il 2. num. 2. de reſcrip. † eccleſia enim vnius
ſacerdotis eſſe debet, & ſacerdos vnius eccleſię.
c.cum non ignores, de præbend. c. quoniam de
Iure patro. c. fi. 21. q. 2. nec duo ad unum bene-
ficium eliguntur. c.tuę. ubi Inn. de præben. tradit
multa Reodan. de rebus. eccleſiæ non alien. pag.
40. colu. 2. Vnde ex regulis, Reuerendus Tarſia
fūdatam intentionem tenet, quod pro victoria
aliàs ſufficere ſolet.

Tertio pro præſentis caſus dilucidatione qua
4 druphciter † beneficiorum, & fructuum illorum
ſectionem fieri agnoſco.

Primo, quando auctis facultatib. eccleſiæ, auge
5 tur numerus † canonicorum, vel clericorum, &
ſi nil aliud obſit, certum eſt nō ſolum poſſe Epi-
ſcopum cum capitulo id facere, ſed ēt teneri ex
fructib. excreſcentib. nouum creare canonica-
tum, vt eſt deciſio decretal. cum M.Ferrarienſis
de conſtit. ubi notant omnes, & præcipuè Dec.
nu.5. procedere, & ſi in eccleſia numerus cano-
nicorum certus determinatus, ac a Papa confir-
matus foret, declarat Imol. in c. maiorib. de pb.
nec iſte eſt caſus noſter, cū duæ capellaniæ ere-
ctæ fuerint, & diuiſa bona non tm̄ redditus.

Secundo cum ad idem beneficium alio ſimul
& eodem inſtanti eliguntur; & tunc quia benefi
cium, vt ſupra, eſt indiuiduum quicquid ab Epi-
ſcopo fiat nullum eſt, ex Concilio Turonenſi, &
regulis ſuperius firmatis.

Tertio dum epiſcopus ſine cā ex unico, duo
6 creat † beneficia, redditus minuendo, & fructus
vnius alteri aſſignando, & tunc quia ius cōe ob-
ſtat, diuiſio Epiſcopi, & cum capitulo nullius cē
ſetur momenti, & caſus, in c. cum cā de præb. &
Gl. in d. c. maiorib. uerbo diuiſione, Innoc. in c.
cum acceſſiſſent. nu. 1. de conſt. Coraſ. de ſacerd.
c.5. nu. 11. 1. par.

Quartus eſt caſus, vt in præſenti, qñ Eps cum
capitulo ſuo intelligēs nouum creare beneficiū
pingue, uel fructib. auctū, diuidit, ac ſcindit, ſicq;
duæ perſonę duob. beneficijs ex uno tm̄ confe-
ctis præficiantur, & tunc id fieri pōt, & procedit
7 ſolummodo neceſſario † quatuor cōcurrentib.

Primo ſi adſit intentio diuidentium. c.dilecto.
§. 1. uerſi. propter quod de prębend.

Secundo φ fiat de cōſenſu illorū, ad quos ſpe
8 ctat, & epiſcopi Dioceſani, ac † capituli ſui. d. c.
vacante, & c. dilecto. §. 1. c. 1. de reb. eccleſ. non
alien. Nicol. Mil. uerbo Epiſcopus pōt, ubi alios
allegat, Bero. conſi. 5. nu. 60. uol. 1.

Tertio φ fiat ex cā rationabili, d. ca. vacante. §.
niſi rationabile, ubi Panorm. gl. in d. c. maiorib.
Coraſ. tract. de benef. part. 1. ca. 4. nu. 11. Bero. d.
conſ. 5. nu. 40. & 41.

9 Quarto, φ diuidēdum † adeo ſit pingue, vt ex
d. beneficio duo fiant ſufficiētia, & apta ad uictū
utriuſq; rectoris d. §. niſi rōnabile, quorumq; ſi
vnum deficiat, de prædictis, ſeparatio, & diuiſio
minimè ſubſiſtant, ut not. Hoſt. in d. ca. uacante
in prin. quem ſequuntur ibi Card. Abb. nu. 2. Io.
And. Imol. & c. Rebuf. in concord. Regni titu. de
collat. §. 1. verbo teneatur. pag. 261.

At

At hic primo deficit ultimum requiſitũ in or-
dine, quia beneficium illud non erat adeo pin-
gue, vt conſtitui duo poſſent ſufficiẽtia ad vtriuſ-
que victum, narratur enim in diuiſione dictam
capellaniam eſſe valoris ducatorum vigintiquin
que, & domum iam deuolutũ alios vigintiquin-
que ducatos annuos ex affictu reddere, propte-
rea ex quantitate integra coaceruata ducatorũ
quinquaginta non poſſunt duo clerici cõmodè
viuere, & vitam clericalem honeſte ducere, idq;
notius puto, quam vt egeat probatione præci-
puè ſi, vt hic, ſecundus rector nihil ex diſtribu-
tionibus quotidianis percipiat. Tantoque for-
10 tius, cum diſtributiones † quotidianæ, (ſeu vul-
go reſidentia,) non conſiderentur in valore be-
neficij, nec pro redditibus certis conſtituantur,
ſed quia tantũ præſentibus, & his qui interſunt,
dẽtur, & tempore infirmitatis, vel alterius impe-
dimẽti cenſſent, pro incertis reputentur, ac de il-
lis nulla prorſus habeatur ratio, not. Felin. in c.
aures de reſcrip. Oldrad. conſi. 118. rota in anti-
qui. 31. de regul. iur. Nicol. Mil. repert. iuris ver-
bo gratia. q. 7. latiſſime Her. Gigas, cõſi. 35. ferè
per totum, multa congerit Io. Selua. tract. de be-
neficio. q. 12. part. 13. nu. 32. 33. cum ſeq. immo
11 † tales ad quoſcunque hæredes tã ex teſtamẽto,
quàm ab inteſtato tranſeant vti propria, & libe-
ra bona clerici, Soci. ſen. conſi. 91. vol. 3. Nicol.
de Vbald. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Cleri. §. fini-
ta. nu. 18. ex cõmuni * ponit Illuſtriſſimus Card.
Alban. conſil. 25. per totum. Clar. §. teſtamentũ.
q. 27. in fi. Io. Anton. de Nigris tracta. de ſpolijs.
nu. 41. tradit Franc. Serm. de reddit. eccleſia ſe-
cunda part. cap. 8. nu. 11. & 3. parte cap. 5. nu. 6.
& 7. opus enim, eſt vt duo competentia benefi-
12 cia † ex diuiſione conſtituantur. & dicitur com-
petens, ac ſufficiens, conſiderato tempore, quali
tate, & dignitate beneficiati. Gloſſ. in c. clericus.
21. q. 1. & in c. vnico. §. ſanè, verſic. abſque penu-
ria de ſtat. regul. in 6. Felin. in c. poſtulaſti de re-
ſcrip. Ludoui. Gomes. de grat. expectat. in fi. nu.
107. Paris. conſi. 40. num. 18. vol. 4. quod totum
Iudicis eſt arbitrarium, But. in c. cum dilectus de
iur. patro. Alfonſ. Aluarez. in ſpeculo Roman.
Pontif. cap. 61. n. 15. diuiſio itaque nulla ex hoc
capite redditur.

Secundũ ceſſat, quia cęteri Capellani Cathe-
dralis non conſenſerunt, requiritur enim haben
tium intereſſe aſſenſus, vt ſi ſit præbenda, cano-
nicorum placitum, ſi Capellania, ſeu Manſiona
ria cęterorum ſimilia beneficia tenentium con-
ſenſus d. c. vacante, vbi Abb. n. 1. Lamber. tracta.
de iur. patr. lib. 2. par. prima. 17. arti. 7. q. prin. nu.
12. prout idem requiritur in reuocatione unio-
nis beneficiorum facienda, per Rebuf. in praxi
benefi. de vnion. reuocat. nu. 27. & ſeq. ac ſimili-
ter ubi duo beneficia coaleſcunt, ſeu uniuntur,
13 cum vt valeat † vnio, manifeſta eccleſiæ utilitas
neceſſitaſque requiritur, cauſæ cognitio, ac om
nium, quorum intereſt citatio, qua de re extant
celeberia, Oldradi. & Decij reſpõſa, hic cõſ. 275.
ille conſi. 261. ſequitur Franc. Duaren. de benef.
lib. 5. c. 6. in fi. poſt. Rebuf. tract. de benef. rubri.
de vnionib. in prin. Card. Alban. cõſi. 17. nu. 15.
& per totum. Nicol. Milis repertorio aureo. ver
bo. vnio. nu. 6. & ſi vnio ſubſiſtat expreſſa cauſa
minus legitima, & idonea, dummodo ex alijs ve
ris Epiſcopum vniẽtem motum fuiſſe probetur,
qđ terminauit Rotæ Romanæ auditoriũ ĩ cã Cõ
cord ẽſi die 30. Maij. 1557. corã Oradino, teſte
Illuſtriſſimo Paleotto ſuis deciſionib. manuſcri-
ptis. 10. incip. in dubitat.

Tertium adhuc, conſenſus inquàm Capituli
formaliter deficit, nã & ſi capitulum diuiſioni aſ
ſenſum præſtiterit, id ſolũ efficit Iuſpatrona-
tus d. capellanię, tenens, non aũt vti capitulũ Ca
thedralis cũ Epiſcopo ſectionẽ faciens, iõ inuali
14 da cenſenda eſt, cũ iſte † conſenſus capituli requi
ratur a lege in hac diuiſione ꝑpetua, & bonorũ
alienatione, per modũ ſolẽnitatis, & ſic in ipſo
actu, & expreſſè, nõ tacitè adhiberi debeat, Im.
Ant. & cęter. in cap. cum vos. de his, quæ fiunt a
pręlat. Petr. Rebuf. in compend. alien. rerum ec-
cleſiæ verſic. tertio requirit, Bellamera in c. ſed
notandum. 12. q. 2. Abb. in c. ea noſcitur. de his,
quę fiunt a pręlat. Stefan. Lambert. ſuper ſtatut.
prohib. mulier. contrah. ſine certa ſolẽnit. glo. 7.
verſi. conſenſus in prin. Reodan. de reb. eccl. nõ
alien. rubr. de conſenſu capituli, pag. 182. nu. 1.
15 cum ſeq. & per totum, nec præſumatur conſen-
ſus, niſi expreſſè probetur, vt pro regula tradit
Felin. in c. ſicut. n. 26. extra de ſent. & re iudicat.
Nicol. Milis repertor. verbo Epiſcopus põt cum
conſenſu, & in fi.

Quarto conſidero diuiſionem hanc emiſſam
fuiſſe ex cauſa duplici.

Primo, vt diuinus cultus ageatur ob omiſſarũ
celebrationem.

Secũdo, vt Eccleſiæ Cathedrali, & chori vtili
tas, ac honor reſultent. Vult. n. vt Rector ſecũdæ
capellaniæ erectæ, continuo miſſam celebrari fa
ciat, ac dieb. feſtiuis reſideat ipſe in Cathedrali,
ac una cum cęteris diuinis horis pſallendo, & ca
nendo incũbat ſine diſtributionum emolumen
to. Non ſatisfit huic ſecũdę cauſæ chori, & eccle
ſię cathedrali, quia d. Rector nec reſidet, nec di-
uinis intereſt, propterea nulla diuiſio cõſtituitur,
16 † cauſa, effectu, & ratiõne, qua ſectio inducta fuit,
ceſſante, ex generali. c. cum ceſſante de appellat.
cum ſimil. poſitis per Tiraq. tract. ſuo perutili a
ceſſante cauſa in prin. nu. 11. & ſeq. adnotãs per
diſcurſum ad noſtrũ caſum, cã diſpẽſationis, cõ-
miſſionis, cõſtitutioniſve ceſſante, & ipsã diſpẽ-
ſationẽ, cõmiſſionẽ, & conſtitutionẽ ceſſare, & Il
lomet tract. prima par. n. 48. 53. 89. & ſeq.
17 Et videmus † ĩ vnione beneficiorũ, quę ex mul-
tiplicib. cauſis fieri ſolet, puta belli, paupertatis,
vel ſimiliũ, ſi ceſſet bellũ, ſeu paupertas, reuocabi
tur, & diſſoluetur vnio. c. cũ N. de cõſt. c. quia de
relig. dõ. c. fi. de paroch. c. 1. de verb. ſig. ĩ 6. mul-

ta in propoſito adducit Petr Rebuf. in ſua praxi
beneficiali tit.de reuocan.vnionib. in priu. & n.
9.idem dicetur in diuiſione huius beneficij,quia
ceſſante effectu,ſeu non adimpleto modo,ceſſat
ipſa diuiſio omni iure prohibita , quia nihil tam
naturale eſt,quod eodem vinculo,quo fuit obli-
gatum, non diſſoluatur. l. nihil tã naturale.ff. de
regul.iur.Caccialupus tractat.de vnion.articu.9.
Deci.conſ.233.& omnis res per quaſcunq; cau
ſas naſcatur,per eaſdem diſſoluatur. c. 1. de reg.
iur.cum vulgar.

18 Quinto addo, ꝙ etſi † Epiſcopus cũ conſenſu
hæredis poſſit pro vna vice tm̃ vel tollere , vel al
terare qualitates poſſibiles,pacta,ſeu naturã per
primũ fundatorem appoſita in fundatione be-
neficij(licet nonnulli quandoque id abſolute ẽt
pro vna vice negauerint)attamẽ id perpetuo fie
ri poſſe omnes abnegant.Card.in clem.quia cõ
tingit in 5.q.in fi.& ibi Imol.5.colu.de relig.do.
Abb.poſt Feli.n.19.cũ ſeq.in c. cũ acceſſiſſent de
conſtit.ponit formaliter Lãbertin. tract. de iure
patro.lib. 3. 7. arti.6.q.prin.per totam,& nu.6.
maximè nulla exiſtente cauſa iuſta,vt in propoſi
to cõſuluit Ber.cõſi.5.in prin.n.33.& 40.vol. 1.

Verum conſtituendo aliã ſic ſecundã capella
niã,modo quo factum fuit in diplomate diuiſio
nis,contrauenit Epiſcopus,& capitulũ in multis
qualitati,pactis,& naturæ poſitis in fundatione
d.beneficij , propterea irrita cenſenda ſunt oĩa.
Primo enim D.Bonazonta primus patronus,&
fundans vnum beneficium ſacerdotale conſti-
tuit vnum ſacerdotẽ,& altare,cum donatione fa
cta in plurib.terris ibidem deſcriptis. vicibuſque
tergeminis vnum beneficium,& vnum ſacerdo-
tem nominat,mandatque omnia ad vnguem in
uiolabiliter ſeruari,propterea ad duo trahi non
debet,nec diuidi,ſeu ſcindi,cum ex tot gemina-
tionib. magis enixa voluntas fundantis elicia-
tur.l.baliſta.ff.ad trebel.

Scd̃o vult,ꝙ Rector d.beneficij reſideat in ca
thedrali,& continuo celebret,ꝙ remmittiť in cõ
ſtructione ſecũdę capellanię ab epiſc.& capitul.
Tertio offert oĩa illa bona pro d.beneficij cul-
tu,& vſu laudabili,& decẽti d.clerici ſacerdotis,
quæ quidem ceſſabunt duob. clericis inſtitutis.

Quarto mandat ne ſacerdos ſui beneficij va-
leat per ſubſtitutum ſeruire,quod tamen ſecun-
do Rectori erecto de nouo conceditur.

19 Quinto , vult vt domini prę̃ſentãtes tempore
vacationis ſint Archiprę̃sbiter , Maſſarius capi-
tuli,& ſachriſta : hic vero ſecũdus Rector a toto
capitulo prę̃ſentari debet,iuxta diuiſionem.

Sexto fundans prę̃cipit,vt D.Præpoſitus inſti
tuat,at in noua erectione epiſcop.inſtitueredẽt.

Septimo,& vltimo multa onera, grauamina-
que,pacta,& conditiones celebrandi miſſas,offi
cia,ac ſimilia,per dictum fundatorem imponun
tur ſacerdoti d.altaris S. Iacobi , & liberę per eũ
dotati,vt legitur in inſtrumẽto publico, quę oĩa
ſunt iſto ſecundo Rectori remiſſa,propterea cũ

4.

perpetuo videatur iſtis qualitatib.& cõditiobib.
dotationis derogatum per epiſc. dicemus utiq;
non ſubſiſtere,nec id per eum fieri potuiſſe.

Sexto fortius ſuadetur,quia & ſi ob facultates
auctas , augendę eſſent miſſæ , non tamen debe-
bãt ex priorib.antiquę capellaniæ ſatisfieri , ſed
tantum ex excreſcentibus fructibus,vt not. om-
nes,Abb.Ioan.And.& cę̃teri in c.cum.M. de cõ-
ſtit.& probat in terminis Lamber.in d. arti.7. q.
6.num.8.& 9.cum ergo ſint datæ ſecundo nouo
Rectori proprietates primæ capellanię,non au-
tem fructus tantum excreſcentes,perperã addi-
tio clerici alterius facta fuit,Addo quod ſi cele-
brandæ erant aliæ miſſæ propter excreſcentiam
fructuum , id per ipſommet primum Rectorem
& capellanum fieri debebat,non autem benefi-
ficium ſcindi,vt inquit Lambertin.maxime con
tra pacta,& formam primi Domini Bonazontę
fundatoris,qui pluries repetijt formã,& modos
per eum additos omnino ſeruandos eſſe,quibus
etiam per Epiſcopum non videtur derogatum
expreſſe,vt merito concludam diuiſionem nul-
lo iure ſubſiſtere.

At ſeptimo loco,quid tot iuribus, & rationib.
& authoritatib. egemus,cũ adſit in terminis no
20 ſtris expreſſa deciſio † Concili Tridentini ca. 5.
ſeſſione 25.mandãtis,ꝙ ordinata,& requiſita in
beneficiorum quorumcũque erectione,ſeu fun
datione omnino obſeruentur,nec illis pœnitus
derogetur , uel eorum qualitatib. & aliter facta
prouiſio ſubreptitia cenſeatur,ex quo capite ui
deť res ſine ſcrupulo decidi in fauorem Tarſię.

Etſi reſpõderetur concilium non repugnare.

Primo quia hic contra legem fundatoris nõ
diuiditur,beneficium , eo ꝙ hæc non dicať alie-
natio bonorum cõtra fundationem,ſeu diuiſio
ſed magis noua acquiſitio,cum firmo manente
iure primi beneficij ad diuini cultus augumen-
tum multiplicatio fiat beneficiorum,ut declarat
Deci.in c.maioribus.nu.9.de præbend.

21 Secundo,quia prohibita † alienatione,diuiſio
permittatur fructuum. Bal. in l. ſi conuenerit. ff.
pro Soci.in l.iubemus. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.l.
ultima.in fi.C.com.diui.Abbas , & Cano. in ca.
edoceri de reſcrip. quos ſequitur Paris.conſ.69.
nu. 17.lib.2.trad.t Imol.in ca.nulli.in fin. de reb.
eccleſ. non alien.

Tertio uideatur diuiſio ex mẽte ueriſimili D.
22 Bonazontę fundantis inniti,qui primo † interro
gatus an auctis beneficij fructib.uoluiſſet miſſas
& diuina augeri in eccleſiæ cultum , maioraque
cõmoda,utique affirmatiue rñdiſſet , ex traditis
formaliter per d.Lãbert.trac.de iur.patro.lib. 3.
arti.7.q.6.prin.ſub nu.7. uerſi. & hoc demõſtro
per Ang.in aut.ut ſit determin.clerico.Feder.de
ſen.conſil. 264. ſubijcientem epiſcopum auctis
uel diminutis eccleſiæ prouentib.augere,uel mi-
nuere miſſarum celebrationes , uel eccleſiaſtica
ſeruitia,non obſtãte conſtitutione hominis,uel
legis contraria, cum in illa ſemper ſubintelliga-

tur

tur clauſula niſi fructus excreſcant,vel diminuā-
tur.d.c.cum M.Ferrarienſis. vbi Felyn. in 3.no-
tab.de conſtit.ac Deci.& Abb.vbi ſupra.
Quarto reſpondetur legem fundatoris,& cō-
ſtitutionem conciliorum interpretari ſecundū
iuris communis diſpoſitionem,videlicèt, quod
non habeat locum neceſſitate,& vtilitate Eccle
23 ſię ſuadente,cum in his terminis † diuiſio,etiam
inuitis patronis per Epiſcopum fiat, Felyn.in c.
cum acceſſiſſet.numero 20.de conſtit.Dec.con-
ſil.121.nume.3.124. num.3.Lambert. vbi ſupra
q.6.arti.7.in vltimis verbis,& in 6. q. principa-
li.3.libri.Reodan.tract. de rebus Eccleſ. nō alie.
rubrica de cauſ. propter quas fiat alien. pagin.
214.num.40.53.& ſeq.& pagin.181.nume. 11.
& 12.ubi in terminis loquitur,& Bened. de Ca-
ſtr.ſuper extrauag.part.2.de reb.Eccle.nō alien.
Fallent. 40. circa fi. & cauſa neceſſaria dicatur,
vbi de augendo cultu diuino tractetur. Hoſt. in
ſum.vt Eccleſia benef. ſine dimi. confer. nec ad
illam conſtitutio Concilij extendatur,vt in ſimi
li ſentit Roma.conſilio 280.poſt Iaſ.in l. ſi vnus.
§.pactum.ff.de pactis, Alex.conſilio 126.volu.6.
Socin. conſil. 80. in fin.volum.4. cultuſque di-
uinus augeatur,& decor in Eccleſia ex noui be-
neficij, ſeu capellaniæ erectione,ut in ſimili pro
dignitate terminarunt domini de Rota Roma-
na,per Moedan.deciſ.260.de præbend.propte-
rea ex his videretur caput concilij minimè
obeſſe.
Verum replicatur adhuc Concilij conſtitutio
nem in terminis refragari.
Primo,quia hęc diuiſio,ſeu beneficij ſectio cū
aſſignatione proprietatum ſecundæ capellaniæ
denuo erectæ, & ſi dicatur acquiſitio pro cultu
diuino, eſt tamen alienatio vera, & diuiſio quo
ad bona in dotem tradita vnico ſacerdoti per
primum fundatorem,propterea cōtra illius vo-
luntatem ad hunc actum perpetuo permanſurū
vt ſupra deueniri nequit, ex eadem met iuris cō-
munis, & ſcribentium authoritate, de quibus
ſupra in quinta ratione, ſecundum quam Con-
cilium interpretationem capit, nec in præſenti
fructuum tantum diuiſio, & diſtributio fiat,ſed
beneficij ſectio, conſtituendo ex vno duo con-
tra iuris regulas,& cōſtitutionem Innocentij ſe
cundi.in cap.vnico.vt ben. ſin. dimi. conferan-
tur, & ex hoc tollitur prima, & ſecunda re-
ſponſio.
24 Secundo negatur abſolutè hic † neceſſitatem
aliquam adeſſe diuidendi beneficium, vnde il-
lam alleganti probandi incumbit onus, nec Prę
lato, vel capitulo id aſſerenti creditur.c. non li-
ceat,vbi Præpo.12.q.2.cap.pri.vbi Glo.de reb.
Eccleſ.non alien.in 6. Deci. in c.1.num.19. pri.
lectur.& in c.eccleſiarum.num. 8.Petr.Rebuf. in
concord.de nomin.q.14.nume.573.Guid.Pap.
q.151.Egid.Bellamer.conſilio 33.ponit nouiſ-
ſimè Reodan.tract.de reb.Eccleſ.non alien.pa-
25 gin.126.n.66.cum ſe. † Epiſcopo enim cauſam
actus ſibi prohibiti aſſerenti non creditur, ut in
penſione ſcribit,Oldrad.conſilio 226.Coraſ.de
ſacerdot.capitu.quarto.parte prima.in fin.
26 Tertio non omnis † neceſſitas admittit aliena
tionem bonorum Eccleſiæ,ſed præciſa tantum,
& euidens,ita eſt tex.in ca.1.de reb. Eccleſ. non
alien.in 6.Doctor.vbi Imol.& Barbat.in c.1. de
pigu. in 6. Didac. Couuar.lib. 2. variar. reſolut.
cap.16.verſ.e.cæterum ſequitur,& per alia com
probat Reodan.tract.ſæpe citato rubrica de cauſ.
propter quas fiunt alien. nume.60.62.cum ſeq.
& pagin.181.nume. 10.Verum in præſenti nec
euidens, nec præciſa fuit, quinimo nec in diui-
ſione deducta,propterea cōtra voluntatem fun
datoris, & conſtitutionem conciliarem benefi
cium ſcindi non poterat.
Quarto concurrebat in propoſito noſtro pro
27 hibitio legis primo loco,† cum bona data Eccle
ſiæ, ex iuris ordine elargita tamquam perſo-
næ nunquam moriture credantur,& ſemper ex
tacita intentione ne alienentur.12.q.2. cap. li-
beri.Bal.in c.1. in principio qui feud. dar. poſ-
ſunt.Innocent. in cap. vt ſuper, de rebus Eccleſ.
non alien.Secundo cōcurrebat expreſſa funda
28 toris prohibitio,† de qua in inſtrumento publi
co,quæ operatur efficacius,& intenſius quam ta
cita, & ſimplex legis tantum, ita ut nec in caſu,
puta neceſſitatis, alias permiſſo de iure ualeant
diſtrahi,ſeu alienari dicta bona contra mentem
fundatoris,& duplicem alienandi prohibitionē
ex Glo.ſingulari,in l.2.C.de vſucap.pro empto.
Glo. in l.fi. C.de rebus Eccleſ. non alien. Imol.
in cap.Rainu.de teſta.auth.hoc ius.C.de ſacroſ.
Eccleſ.tradunt omnes in l.filius familias. §. diui.
ff.de leg.1.& in terminis bonorum Eccleſiæ dif
fuſe Guliel.Reodan.d.tract.& rubrica ſupra cita
tis numero 77. 78.cum in numeris ſe.ſcripſique
alias in cauſa nobiliū de Nattis, propterea cum
hic concurrat duplex prohibitio,& ſi aliqua ne
ceſſitas adfuiſſet inconſulto Romano Pontifice
alienari dicta bona, & ſcindi illud beneficium
minimè potuit,ex quibus tribus rationibus tol-
luntur,quæ in quarta reſponſione deduceban-
tur.
Quinto replicatur ad tertiam reſponſionem
ſtante expreſſa hominis prohibitione alienādi,
ceſſare illam veriſimilem mentem fundatoris,&
voluerit auctis fructib.augeri clericos, eo quòd
dēt illa prohibitio aliquid operari, & prohibe-
re alias permiſſum. Ar. l.ſi quando.ff.de leg. pri.
ponit Cæpol. in rubrica de verbo.ſigni.col. 14.
per text.in §.ſanctiſſimas,aut.de alien.& emphi-
teoſ. præter quod dicitur mentem veriſimilem
admitti poſſe circa miſſarū celebrationis augu-
mentum,ac diuina per clericos exercēda ad ma
iorem cultum Dei,& Eccleſię,ac fundatoris ani
mæ ſuffragia,vt quidem illi clerici per beneficia
tum tantum præmia debitum in dies conſeque-
rentur,non etiam,quòd proprietates,& capella
nia diuiderentur,& ſepararentur ab ea, quæ po-
nit

nit Lambertin.art.7.q.6.num.8.& 9.

Sexto, & vltimo dicitur verba Concilij ſatis
clara, & manifeſta reddi, propterea nulla inter-
pretatione indigeant.l. continuus. ff. de verbor.
obl.cum ſimil.& quatenus a iure communi ſen-
ſum capiant, intelligetur, vt niſi quatuor concur
rentibus beneficij ſectio fiat, rurſus, & nunquam
alienentur dicta bona pro dote a fundatore tra
diti, ſi vltra leges eiuſdem hominis prohibitio
concurrat, vt ſuperius dicebam, concluditurque
conſtitutionem conſilij Tridentini hunc articu-
lum omnino diſſoluere.

Nouiſſime audio Dominum Bertazzolũ Præ
poſitum in Cathedrali quemdam ſuum nepotẽ
ad hoc beneficium, uti vacans, præſentaſſe, uel
præſentare velle, ſeu illud conferre in executio-
ne dictæ dotationis, & fundationis, verũ quàm
perperam agat, conſidero.

Primo, q Dominus Præpoſitus virtute dicti
inſtrumenti non poteſt præſentare, & conferre
ſimul dictum beneficium, niſi negligentibus Ar-
chidiacono, Maſſario capituli, & ſacriſta præſen
tare ſacerdotem ad illud beneficium ſancti Iaco
bi, & Liberę, ac poſt illos in negligentiam totius
Capituli, ſi non præſentaret, propterea cum nõ
conſtet de illorum negligentia, ac notitia dicti
inſtrumenti, & vacationis beneficij, vt fundatio
requirit ibi, quocunque modo vacet a die vaca-
tionis beneficij, uel notitiæ ſaltem, aliquod ius
conferendi illud abſolute non cenſetur tranſla-
29 tum in Præpoſitum, cum † ignorans non negli-
gat.l.ſi ignorans.ff.locat.l.item apud Labeonem
§.ſi quis virginem.ff.de iniur.& ignorantia in du
bio pręſumatur.capit. præſumitur. de regul.iur.
in 6.

Secundo, dicitur capitulum præſentaſſe iam
Dominum Tarſiã, nec propterea negligens fuit,
vt præpoſitus illud conferre habeat, cum in ſub
ſidium tantum admittatur.

Tertio cenſeo de præſenti, nec in pręſentatio
ne, ſeu in inſtitutione, nec in collatione dicti be-
neficij aliquod ius præpoſito amplius compete-
30 re, cum præſentatio † ſimplex ſit per capitulum
præſcripta, & inſtitutio per Epiſcopum ordina-
rium Mantuæ.ex poſſeſſione illorum longi tem
poris, per tex. in c.2. de capel.mona. Ioan.And.
in regul. quod alicui de regul. iur. in 6. Paul.de
Citad.tract.de iur. patro. 9.parte.q.17.Curt.eo.
tract.art.36. & latius Lambertin. de iur.patro.2.
parte lib.1.11.prin. q. & vltimi.art.pri.in fin. &
arti.9.cum ſeq.pagi.174. cum ſeq. ſufficitque in
Eccleſia, vel perſonis Eccleſiaſticis præſcribenti
bus ſpacium quadraginta annorũ. c. poteſt.13.
q.6.c.neque cauſa ead.q.4.c. de quarta præſcri.
Auth.quas actiones.C.de ſacroſa.Eccleſ.in quo
31 interuenerit uocatio, & vnica † præſentatio per
præſcribentem, & inſtitutio ſequuta in tempo-
re, ut concludit formaliter Dec.cõſi. 134.2.col.
quem refert, & ſequitur Lambert. d.loco art.5.
num.3.& 4.& art.6.pagin. 176.& 2.parte lib.1.
12.art.1.q.princip.pagin.114.per totum, & la-
tius in 10.& 11.art. ubi de vnica præſentatione.
3.quæſtio.prin.primæ part.2. libri, & artic. 17.
Hippol.Riminald.iun.conſi.107.in prin.Nec in
præſenti caſu quaſi poſſeſſio iuris præſentandi
probatur ex unico actu, cũ Capitulo Cathedra-
lis, bis, & pluries Clericos ad dictum beneficium
pſentauerit, ac rurſus ſpacio quadraginta, quin-
quaginta, & ſexaginta annorum. Viuunt enim
Reuerendus Dominus Baptiſta Bancarius, qui,
ante Dominum Herculem de Nigris ultimum
dicti beneficij Rectorem, illudmet beneficium
anno. 1561. ex præſentatione capituli detine-
bat, nec non & Dominus Hippolitus Delaitus,
qui ante Bancarium ſimili modo illud beneficiũ
obtinuit. cæteros iam mortuos conſulto præte-
reo, cum vt dixi, unica etiam præſentatio pro
Domini Tarſiæ uictoria ſufficiat.

Quarto omiſſa pręſcriptione, cum ex vſu anti
quo & collationibus dicti beneficij apparet mul
tis uicibus capitulum Cathedralis præſentaſſe,
& Epiſcopum pro tempore inſtituiſſe, ſic eſſe il-
los in hac iuris quaſi poſſeſſione pręſentandi, &
inſtituendi, cum Dominus Tarſia fuerit nunc ad
illud uerus, primum, & antiquum beneficium ſa-
cerdotale ſancti Iacobi, & Liberę fundatum per
Bonazontam, pręſentatus a Capitulo, & inſtitu-
tus per Epiſcopum, non poteſt, nec poterit quo-
quo iure moleſtari, ab alio, nec etiam a Prępoſi-
to prętendente proprietatem ſuper iure pręſen-
tandi, uel conferendi, quando ex iſtis attẽdatur
32 quaſi poſſeſſio, & † inſtitutus a quaſi poſſeſſore
pręferatur, non autem ab alio prętendente ſe eſ
ſe verum Dominum, uel patronum moleſtetur,
eſt tex.formalis.in cap. conſultationibus de iur.
patr. Bald.in l.2.C. de ſeruit.& aqua, Lambertin.
eod.loco arti.9.3.q.princ.prima par. 2. lib.cum
art.ſequent.& arti.12.& artic.19.ead.3. quęſtio.
princi. Nullo ergo iure poteſt Dominus Tarſia
inquietari, & ſi uti proprietarius, & patronus ve-
rus dictus Prępoſitus alium pręſentaret, uel in-
ſtitueret, ſed dicta Capellania reintegrari debet
ad fauorem Tarſię, prout tandem die 29. Menſis
Ianuarij 1575. terminatum, decretumque fuit
in prędicti Domini Tarſię gratiam per multum
Illuſtrem, & Reuerendiſſimum mei colendiſſi-
mum Dominum Angelum Perucium Epiſco-
pum Cęſarię Bononienſis diœceſis ſuffraga-
neum, ac in pręſenti in Mantuana diœceſi viſita
torem Apoſtolicum: cuius laudes, virtuteſque,
& merita, vtilitatemque, & fructum in illius viſi-
tatione Eccleſijs, Clero, & populo Mantuano
condonatum non enarrabo, ne potius ea obſcu
rentur, & denigrentur, quàm Illuſtrentur: notę
enim ſunt, & ita illum Deus omnipotens & mõ
nita, ac decreta in viſitatione emiſſa ad ſecula
conſeruet.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO VENERABILI MONASTERIO Sancti Benedicti de Mantua.

ARGVMENTVM.

Conſtructio aggerum fluminum per quos, quomodo fiat, & quando.
An Eccleſia ad illam teneatur, & pro qua parte.
Quid in illis tempus immerabile, & decreta Principum proſint.

SVMMARIVM.

1 *Onus ſoluendi aggerum conſtructionem pro bubulca ſingula reale, & perſonale dicitur.*
2 *Aggerum fluminum conſtructio vtiliſſima.*
3 *Collectam impoſitā pro fluminum aggeribus quilibet etiam Eccleſia, Princepſque ſoluit, cum ſi patrimonialis, & omnes tangat, ex communi.* *
4 *Valor temporis præſentis tantum in indicenda collecta attenditur.*
5 *Eccleſia tenetur in ſubſidium onerum impoſitorum facultates priuatorum deficiūt, quod tamen probari debet nume. 32.*
6 *Impoſitio collectarum omnes præquare debent.*
7 *Statum generale non præcipiens contra Eccleſiam, & vel illius libertatem, clericos, & illorum bona comprehendit.*
8 *Monaſterium, & Ecclesia ab aggerum fluminum conſtructione iure diuino, ac Canonum exemptum creditur.*
9 *Regula in dubio ſtandum.*
10 *Notorium per facti euidentiam allegatur.*
11 *Conſuetudo in collectis ſemper attēditur, & ſpacio decem annorum inducitur, ex communi.* *
12 *Conſuetudo collectarum maximopere attēditur, quæ inducitur, etiam ſine iudiciali contradictione, ex communi.* *
13 *Præſcribitur libertas non ſoluendi collectam ſpacio quadraginta annorum per Eccleſiam, ſi ſoluendi caſus euenerit, & non ſoluerit, ex communi.* *
14 *Collecta indici non poteſt alleganti ſibi conceſſionem factam de non ſoluendo cum ſpacio quadraginta annorum, ex communi.*
15 *Officialium Dominorum, vel Communitatis licētia ſufficit in pſcribēda libertate à collectis.*
16 *Centenaria poſſeſſio non ſolutionis collectarum, libertatem in vim conceſſionis inducit.*
17 *Reſtitutio in integrum nō datur contra centenariam præſcriptionem.*
18 *Immunitas a collectis probatur ex libris æſtimi ſi ibi non reperiatur deſcriptus grauandus.*
19 *Libris æſtimi vniuerſitatum, & non deſcriptis de publico hodie creditur.*
20 *Probare tenetur, qui ſolutionē collectæ adducit, non autem negans.*
21 *Exemptio à collectis quarundam terrarum probatur, ſi conſtet cæteras terras grauādi deſcriptas in æſtimo, & pro illis ſolutum fuiſſe.*
22 *Grauari quis non debet duplici onere pro eiſdem terris.*
23 *Tempus immemorabile in collectis conceſſionem tribuit.*
24 *Principis onus eſt declarare quem a collectis immunem.*
25 *Pacta in collectarum, & impoſitione onerum ſeruanda.*
26 *Soluere poteſt vnus pro alio onus collectarum, ex conuentione, ex communiori.* **
27 *Geminatio actus enixā obſeruantiā demōſtrat.*
28 *Immunitas in dubio præualet, & pro illa iudicatur.*
29 *Onera inter poſſidētes terras per æquari debent.*
30 *Princeps pro libito immunitatem concedit.*
31 *Teſtibus de vniuerſitate non creditur.*
32 *Ciuium facultatem non ſufficere probandum eſt, vt Eccleſia teneatur.*
33 *Priuilegiatus ſemper à lege vniuerſali excluditur, maxime in materia collectarum.*
34 *Præſcriptio immemorabilis omni lege, ſtatutoq; excluſa dicitur.*
35 *Ordo in rebus ſeruandus.*
36 *Decretum non vſu probatum non ſeruatur.*

CONSILIVM CLXXXVI.

TRINITAS ADSIT.

Controuerſiam uertentē inter uniuerſitatem hominū prępoſituræ Iſolę, & Portioli actrieē: ac uenerabile Monaſterium, ſeu multū Reuerendū Abbatem, & Monacos Sancti Benedicti Reos cōuētos, facillimè cōſiderato proceſſu, & teſtib. hinc inde examinatis, diſſolui poſſe arbitror, & iure merito in gratiam Monacorum per Illuſtrē Senatum referendum eſſe Excellentiſſimo Principi, non teneri Monaſterium pro terris uallis nūcupatis, & pro Curia Moleæ conferre ad cōſtructionem, & reparationem aggerū padi, ſeu onere aliqua impoſita in deganea Iſoli, & præpoſituræ ſubire, tamen uidebantur in oppoſitum, prima (ut aiunt) fronte adduci poſſe.

Primo,

1 Primo,† onus ſoluendi pecuni ad taxatum ſu
per numero terrarum aquis ſubiectarum pro cō
ſtructione, & reparatione aggerum fluminum,
& padi,reale,& patrimoniale dicitur, tum quia
pro numero,& menſura terrarum ſoluitur.l.mu
nerum.§.præterea,& §.patrimoniorū, vbi Bart.
& Doct.ff.de muner.& honor.l.vnica, vbi Bart.
not. C. de mulier.& in quo loco lib.10. Bal.in l.
placet.& ibi Parpalea.num.102.C. de ſacroſ.Ec
cleſ.Pariſ.25.numero 75. volu.1. onus enim ſim
2 plic.ter agendi aggeres fluminum, quod† vtiliſ-
ſimum, & neceſſarium eſt.l.1.ff.de Ripis, Socin.
iun.conſilio 60.num.62. volum.3. Marc. Deciſ.
Delfinat.112.2. part.perſonale dicitur, per Ri-
min.conſil.313.num.20.volu.2. tum quòd cer-
tum locum, patrimoniumque hominum parti-
culare, & terras reſpiciat hæc deganearum (vt
aiunt)ſeu collectæ ſolutio,Bald.conſi.409.num.
2.volum.5.& 112.num.6.volum.2.ſeu ex vicen-
ſuræ municipalis terræ cuiuſcunque aquis ſup-
poſitæ pro iſtis collectis obnoxiæ fiant, Cor.cō
ſil.264.num.6.volum.4.cum ſimil.per Nicol.Fe-
ſtas,diſtin.prima.2.in princip.num.5.& 6.Tob.
Noni.poſt multos,quos allegat conſil.45.nume.
20.& ſeq.& num.30.Indiciturque uniformiter
ſingulo anno, ſed variè ſecundum occurrentes
neceſſitates.Ruin. conſil. 126.num. 5.uolum.4.
3 A quibus oneribus realibus,& † patrimonia-
libus, ſeu collectis impoſitis pro aggerum flumi
num reparatione,ac conſeruatione,nemo quan
tumuis immunis exiſtat liberatur, nec Eccleſia
ipſa ea ratione quòd ſint patrimonialia,pro qui
bus nullus excuſat. l.1. & fi.C.de immuni. nem.
conced.l.qui immunitate.C.de mun. & honor.
l.1.2. & fin. C. quib.mun. nem.liceat excuſ. lib.
10. Octau. Cacher.deciſ.95.num.49.& aggerū
diruptio tam inundet, & damnificet terras Ec-
cleſię,quam cęterorum quouis priuilegio immu
nitatis fungentium,ita vt ratione communis, &
publicæ vtilitatis,pietatiſque rurſus,quia tracte-
tur directo,& principaliter de vtilitate,ac ſecuri
tate ęquali omnium,ſic etiam Eccleſiarū,& exē
ptorum,cuilibet etiam Eccleſiæ,ac ipſi Principi
onus hoc neceſſariæ refectionis incumbat flumi
num,& aggerum padi,prout & murorum Ciui-
tatis,pontium, hoſtium incurſione,& ſimilium
reparationem ſubire coguntur,vt plenè not.per
Lucam de Pēna in l.2,C. de execut. tribut. li.10.
& in l. 2. C. quibus muner. non excuſat. lib.10.
ac in fluminis reparatione loquentes Anca.poſt
Imol. & Hoſt. in c. non minus,ubi Abb.nu. 18.
de muner.Eccleſ.Butrig.poſt Bal.in l. ad inſtitu
tionem. C. de ſacroſ.Eccleſ.Alex.conſil.68. nu.
* 1.3.ubi de communi * volum.2.Parpal. in d. l.
placet.num.106. Ripa lib. 2.reſponſorum.ca.2.
* num.6.ubi de communi * Villabob. comm.opi.
uerſi.Eccleſia.num.2.Bero.conſil. 152.incip.ui-
ſis capitulis.num.10.vol.3. Feſtaſ.de æſtimo, &
parr.4.num.18.Octaui.Cache.deciſ.Pedem. 68.
num.8. Natta conſilio 311. num. 4.uolu.2. Pur.
pur. inter conſi. feud.conſil.27.num.10. Fran-
ciſ.Marc.dicens ita in Curia parlamenti ordina
tum fuiſſe deciſ.458.num.21.prima par.ac & ꝑ
his domum auguſtalem teneri deciſ.461.nu.9.
prima par. Et ideo ad aggeres padi,& ſitulę,qui
conſtruuntur timore inundationum uſque ad
locum Belloni contribuit Monaſterium ſancti
Benedicti, cum uerſetur eiuſdem utilitas pro ter
ris uallis eiſdemmet aquis, ac inundationibus
ſubiectis, commune omnium periculum,ac dā
na adſint in eorum poſſeſſionibus vallis infligē
da, naturæque conſonum ſit illos non recuſare
onera,quæ rerum commoda cōplectūtur, Cle.
ment. 1. de cenſibus.l.ſecundum naturam.ff.de
reg.iur.Natta conſilio 63.nume.8.citat.Ioſeph.
Lodoui.deciſ. Peruſ.3.num.19.quod tanto ma-
gis ꝓcedere arbitror in iſtis terris uallis, quę de
præſenti ſunt fertiles, & uberimę,prout & terrę
dictorum hominum Præpoſiturę,& Iſolæ,licèt
alias eſſent ualles ueræ, & terræ infimæ aqua-
4 rum aluei, cum inſpiciatur † valor, & reddi-
tus temporis præſentis ad collectam indicendā
non autem antiquus ſtatus. Siluan.conſil. 99.
Secundo deduxerunt,& teſtibus probare co
nati ſunt homines Præpoſituræ,& inſulæ ipſos
ſolos dicta onera ſufferre non poſſe,& tātum in
reparatione,& conſtructione dictorum aggerū
padi ad ipſos(vt aſſeritur) pertinentes expende
re quantum ferè in fructu,& redditu percipiūr.
itaque licèt aliàs Eccleſia immunis foret ab om
ni onere per.c.quamquam de cenſib.in 6.c.nō
minus eod.titu.teneri tamen nunc debet in ſub-
ſidium quādo facultates priuatorum, & cętero
5 rum non † ſufficiant,periculumque ſit in mora,
ac neceſſitas in præſenti caſu immineat ꝓ noui
aggeris iuxta flumen padi conſtructione, ne ex
impetu ſolito dicti fluminis terræ omnium, ac
fertilior ferè pars diſtrictus Mātuani aquis inū
dentur, & in rerum, animalium, perſonarum-
que perniciem Heridanus pro more extra ripas
defluat,ad not.per Abb.in d.ca.non minus.col.
pen.nume.20.de immunet.Eccleſ.ca.aduerſus,
vbi Abb.in principio. eod. titu. ſumma Angeli.
verbo immunitas. nu. 37. Lucas de Penna in d.
l. 2. C. quibus muner.nem.lice.ſe excuſ.lib. 11.
Franc.Marc.deciſ.458.num.21.parte prima.
6 In † impoſitionibus enim collectarum proui
deri debet,vt omnes perequentur, ne quis pluſ-
quam ſuæ facultates patiantur, grauetur.l.fi.C.
de anno.& tribuit.lib.10.Ioan.de Plat. in l. indi-
ctiones 2.notab.eod.titu.faciliuſque publica cō
moda expediuntur,ſi omnia patrimonia graui
tur,& facilius portatur onus, quod a pluribus
ſoluitur,& in plures diuiditur.Bald. conſil.410.
num.6.uolum.5.dicens cauendum,ne multorū
onus a paucis ſoluatur alijs ſubleuatis.l. actores.
C.de exact.tribut.tit.10.Roland.a Valle conſil.
66.num.12.vol.1.quo loco enumerat perſonas
collectis grauandas,tradit Natta conſi.418.nu-
4.volu.2.& conſil.106.nu.6.volu.1.

Tertio

Tertio,& ultimo hocuidetur terminatum ex
ordine Excellentiſſimi Principis edito anno;
1568. quo confirmatur ſtatutum de Immunit.
conced. & denuo diſponitur, omnes perſonas
cuiuſcunque gradus,conditionis,ſtatus,& pręe-
minentiæ exiſtant etiam ex domo Gonzagiaca
poſſidentes terras in Dominio Mantuano aquis
ſuppoſitas,omni dignitate,& exemptione ſupo
ſita , non obſtantibus quibuſcunque conſuetu-
dine , priuilegio , decreto, ſeu immunitate con-
ceſſis,& cõcedendis,teneri conferre pro nume-
ro iugerum terrarum , quas poſſident ad onera,
& collectas impoſitas,& imponẽdas pro aggeri
bus,dugalibus , Cloacis, ſeu clauicis huiuſmodi
faciendis , vel reficiendis ea ratione , quod qui
ſentiunt vtilitatem aggerum , expenſas illorum
ſimiliter reficiant,& quod omnes tangit æqua-
nimiter ab omnibus portetur.cum itaque Curiæ
omnes monaſterij sãcti Benedicti in loco vallis
exiſtẽtes , maximam vtilitatem,ac commodum
ex dicta conſtructione aggerum padi,in loco et
Portioli ſentiãt,quæ ob dictos aggeres ab aquis
& impetu dicti fluminis tuentur,nec aquis inun
dãtur ex dicta lege Principis pro numero agge
rum,ad onera hæc,& expenſas aggerum cõfer-
7 re , & contribuere tenebuntur , quando † & lex
æqua Principis laici,ſeu ſtatutum honeſtum,nõ
diſponens de clericis,vel bonis Eccleſiæ in ſpe-
cie,nec aliquid præcipiens,nec libertati Eccleſię
reſiſtens liget illos,& bona maximè,ſi generali-
ter,vt in pręſenti caſu ſtatutum omnes ciues , ac
diſtrictuales appellatione quorum veniunt etiã
perſonę eccleſiaſticę,comprehendat.Felin.in c.
Eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.85. de conſtit. ample
Lap.vbi moder.additio.Mẽdoſ.allegar.101.nu-
mero 15.Roman.conſil.181.nume.1.vbi Menſ.
doſ.Crot.conſil.195.nume.5. Capra in reg. ſua
15.num.35. Neuizan.conſilio 39.per totum, &
dixi alias conſilio 93.numero 22. & 23. volum.
primo.

Supraſcripta , hanc dubitationem faciebant
aduerſus Monaſterium , verum re ipſa(vt dixi)
diligentius diſcuſſa ex facto,& teſtibus examina
tis,contrarium Principi referendum eſſe omni-
no opinatus ſum , nempe monaſterium pro di-
ctis terris vallis nuncupatæ adſtringi tantũ iux-
ta ſolitum ad reparationem,& conſtructionem
aggerum Sirulæ,& Taliatæ,a cęteriſque omnib.
oneribus,& collectis impoſitis, & imponendis
pro alijs facientibus,& aggerum padi,& Sirulæ
licet ex illis commodum ſentiant immune,libe
rumque cenſeri , quod verum eſſe ex iure , ex
pacto,ex conſuetudine,ac multipliciter oſtẽdo.
8 Primo iure diuino † monaſterium hoc videri
exemptum ab hoc onere , ſeu collecta impoſita
etiam pro aggeribus fluminum probatur ex ca.
43.Geneſ.relato in ca.tributum. §. quamuis.23.
q.vltima.& Eſdræ lib.10.c.7.ibi notũ vobis fa-
cimus de vniuerſis ſacerdotibus,& miniſtris Do
mus Dei,vt vectigal tributum,& annonam , nõ
habeatis poteſtatem imponẽdi ſuper eos.& lib.
3.cap.8.ibi nullum tributum,nec nulla alia indi-
ctio irrogetur,&c.iure canonum Eccleſiam eſſe
liberam ab omni collecta,colligitur ex.c. nõ mi
nus , quod loquitur de foſſatis qui concernunt
cuſtodiam , ac publicam vtilitatem laicorum,&
clericorum,& c.aduerſus de immun. Eccleſ. ca.
1. vbi Glo. de immunit. Eccleſ. lib. 6. niſi enim
concurrat Epiſcopi,& clerici deliberatio,maxi
ma vtilitas Ciuitatis,neceſſitas,Romani Pontifi
cis cõſultatio, ac defectus facultatum laicorum
Eccleſia,& illorũ bona collectari, grauarine re-
gulariter nequeũt.d.c.aduerſus Clemen. c. (vbi
Calder.conſilio 92.) de cenſib. Innocent. in ca.
veſtra locat.Rum.conſil.3.numer. 16.volum. 5.
Capra in ſuis regul.cap.96.num.73.& ſeq. non
nulla per Cacher.deciſ.pedem.68.nume.3. Ro-
lan.a Valle conſilio 32.nume.7.volum.1. Abb.
conſilio 81.per totũ,maxime in princip. & nu-
me.21.Feſtaſ.de collect.4.part.q.1.nume.37.cũ
ſeq.& licet talis regula fallat in nonnullis caſi-
bus,de quibus per Doctor.& Capram vbi ſupra
9 in dubio,tamen † regulæ ſtandum eſt,& pro ea
iudicandum.l.ab ea.parte.ff.de probat. eiſque te
naciter in hærendum.Bal.in l.ſi tutor in fi.C. de
ſer.pign.dat.manu.Iaſ.in l. cęterum in 3. notab.
ff.de leg.1.Dec.in c.tranſlatio. in quarto notab.
de conſtit.in c.conſuluit de appellat.& conſilio
142.numero 4.Neuiz. conſilio 66. numero 17.
cum ſimil.

Concluditur itaque Eccleſiam non poſſe pro
dictis oneribus ,nec pro numero iugerum terra
rum aquis ſubiectarum grauari.

Quod ſecundo loco confirmo,quia non diffi
tetur pars aduerſa,quod etiam probatum video
plenè per duodecim teſtes examinatos pro mo
naſterio ſuper 4.& 5.capitulo , & for:ns demõ
ſtrabitur inſpecto libro ſoluentium , vbi non re-
perietur monaſterium deſcriptum,Bart.in l. fin.
C.de reb.cred.& in l.Titiæ.textores. 2. notab.ff.
de leg.1.vnquam retroactis diebus,& annis con
tuliſſe ꝓ dicti padi aggeribus , nec aliquas alias
ſumptiones,& impẽſas pro dictorum aggerum
conſeruatione præſtitiſſe,niſi pro rata bubulca-
rum trium milium in circa ſubiectarũ degancæ
Iſolę,& de quib. in primo capitulo,& hoc de ſe
10 notiſſimum eſt,& vti † notorium per facti euidẽ
tiam omnibus allegatur.ca.manifeſta.2.q. 2. ca.
euidentia.de accuſ.Glo.in l.1. vbi Bart. C. qui et
aduerſ.quos omnes in c.veſtra de cohabit.cleri.
Natta cõſilio 425.nume.4. ideo ne de præſenti
teneri poterit cum in exactionibus onerum , &
11 collectarum † conſuetum,& obſeruatum atten-
datur,conſuetudoque non ſoluendi excuſet ab
oneribus,text.eſt in l.1.C.de exactio. & tranſla.
milit.anno.lib.12.l. licitatio. §. earum ff. de pu-
bli. ſeruandumque ſemper ſit quod eſt conſue-
tum fieri.c.licet & ſuſcepto , ibi ſicut hactenus
ſeruatum eſt de foro compet.ca.1.in principio.
vbi Bal.de pace conſtant.quia nequid citra con-

ſuetudinem

ſuetudinem fiat, reuocabit Præſes Prouinciæ. l. ſ.
C. quæ ſit longa cõſuetudo, & æquiparatur priui
legio conſuetudo Glo. verbo conſuetudinem in
c. nouit. de iud. c. cum cõtingat, vbi Ioan. Andr.
de foro compet. Bal. in c. 1. qui feud. dar. poſſ.

Quodque in indicendis, exigendiſque vel nõ
exigendis oneribus, & collectis cõſuetudo val-
de inſpiciatur, etiã contra iuris regulas habetur
ex text. l. miſſi opinatores, ibi ſeruata conſuetudi
ne regionis. C. de exact. tribut. li. 10. l. vnica, vbi
Bart. C. de auro coro. li. 10. Gl. in l. 2. C. de exact.
& tranſ. milit. anno, lib. 10. Alex. conſi. 52. num.
5. volum. 5. Socin. iun. conſilio 49. numero 16.
volum. 1. Iaſ. & parpal. nume. 16. & 27. in l. pla-
cet. C. de ſacroſ. Eccleſ. Boer. deciſ. 246. num. 4.
dictum Gloſ. notabile cenſet Alciat. conſil. 168.
numero 3. & contra fiſcum Anguſ. conſil. 5. lib.
7. numero 6. ſequitur Port. Imol. conſil. 195. nu.
8. Crauet. conſil. 111. num. 9. & 15. Mant. conſil.
40. in prin. volum. 2. Roland. a Valle conſil. 79.
num. 80. & ſeq. volum. 3. Natta cõſilio 301. nu.
4. & 406. nume. 6. cum ſeq. & conſil. 431. per to-
tum volu. 3. concludens dictam conſuetudinẽ,
ſiue contra ius, ſeu præter, ſpacio annorum decẽ
induci, cæteros adducit Feſtaſ. tract. de collect.
part. 2. q. 12. numero 25. & ſequ. vbi de commu-
* ni, * & veriori Natta conſil. 431. & 486. volum. 2.
quod ſequitur Curt. iun. conſil. 42. num. 7. com-
munem atteſtatur Gabriel. commun. conclu. de
iur. immun. lib. 6. concluſ. 2. nume. 9. Roland. a
Valle conſilio 5. num. 73. vol. 1. in iſtis enim ma
ximopere conſuetudo attenditur. Corn. conſil.
142. volum. 1. & ſeq. vol. 1. Socin Sen. conſ. 33.
12 numero 13. volum. 3. Ad quam † conſuetudinẽ
introducendam contradictionem nullam, nec
in indicio neceſſario requiri dixit Corn. conſil.
268. colum. 2. & ſeq. volum. 4. Iaſ. conſil. 46 nu.
2. volum. pri. Crauet. conſilio 43. numero 2. &
* 55. num. 6. vbi de communi * Feſtaſ. de collect.
part. 2. q. 13. num. 32. Ioſeph. Lodoui. deciſ. Peru
ſin. 3. in principio tradit in materia principali
Feſtaſ. eod. tract. de collect. par. 2. in princip. nu-
mero 16. 23. & ſequ. Petrus Antibo. in tract. de
muner. par. 3. in fin. Menoc. conſilio 9. nume. 7.
Cacher. deciſ. pedem. 68. nu. 39. poſt Alex. conſ.
135. numero 9. in fin. volum. 4. Alba. conſil. 67.
num. 9.

Tertio vrget argumẽtatio longi tẽporis qua-
draginta annorum, quo Monaſterium nũquam
ſoluit, cum euenit caſus collectæ ſimilis indictæ,
ſed ſemper liberum, & exemptum ab hac ſolu-
lutione fuit, vt concludunt omnes Monaſterij
teſtes, ac de maiori tẽpore ſuper quarto capitu-
lo, & vbique ſuper interrogatorijs, quapropter
præſcripta cenſetur libertas (eſto quod Eccleſia
teneretur) cum non ſolutio per quadraginta an-
nos, dum caſus euenerit conſtitutionis, vel repa
rationis aggerum, ac dum alij homines pro rata
tangente Monacos ſoluerint, & onera ſubierint
13 † præſcriptionem legitimam, ualidamque pror-
ſus libertatis aduerſus onera, atque cæteros ſol-
uentes inducant Bart. Ang. Caſtr. & alij in l. lici-
tatio. §. earum. ff. de publicam. Caſtr. conſil. 314.
uolum. 1. Sicul. inter conſilia Alex. conſil. 135.
numero 9. & 12. vol. 4. Corn. conſil. 49. in prin.
14 volum. 2. Crauet. in propria cauſa conſulens cõ
ſil. 111. num. 10. Tobi. Noni. conſil. 49. num. 10.
multas authoritates, ac iura deducit ex vera, &
* communi * opinione, etiam nõ interpellato præ
ſcribente, id probat Nicol. Feſtaſ. tract. de col-
lect. 4. part. de præſcript. q. 2. per totum primum
articulum, Didac. Couuar. relect. var. part. 2. §. 2.
num. 8. Natta conſil. 431. num. 27. & 406. num.
29. uolum. 2. & conſil. 627. nume. 1. volum. 3. Al
ba. conſil. 62. num. 38. Rimin. conſil. 31. numer.
30. Siluan. conſil. 59. nume. 12. & 66. numer. 21.
Cæphal. conſ. 177. nu. 22. Alleganti enim con-
ceſſionem ſibi factam de non ſoluendo collectã
cum curſu quadraginta annorum, nulla nouitas
imponi poteſt. l. fin. vbi Gloſ. C. de fund. patri.
lib. 11. Alex. conſil. 30. num. 12. & 13. volum. 5.
Corn. conſil. 268. num. 23. volum. 4. Roman. cõ-
ſilio 198. num. 2. cum apoſtil. & conſil. 252. nu-
mero 4. cum apoſt. Mendoſ. in verbo temporis,
Bellon. conſilio 39. num. 4. & 7. Rub. Alex. con-
ſil. 28. num. 5. inter conſil. feud. diuer. & Purpur.
ibidem conſil. 27. nume. 2. Natta conſil. 297. in
fin. uolu. 2. Boſſ. tit. de Princ. num. 157. Parpal.
in d. l. placet. num. 83. Alciat. conſilio 214. num.
8. Rimin. d. conſil. 31. num. 30. uolum. 1. Siluan.
conſil. 59. num. 11. & conſil. 83. num. 10. Meno-
ch. conſil. 21. Cæphal. conſil. 129. in princip. cõ-
* munem * nuncupat Eman. Soarez. recept. ſent.
uerbo immunitas. num. 9. Viui. com. opin. lib. 1.
uerſic. immunitas, & exemptio, Feſtaſ. ubi ſupra,
Ancar. q. famil. 50. per totum ſecunda part. affir
15 mans in hoc ſolam † officialium ſcientiam ſuf-
ficere. dum itaque ſæpiſſimè euenit conſtructio,
& reparatio aggerum padi, nec unquam Mona
ſterium contulit, quomodo nunc aliqua de cau-
ſa grauari poterit?

Quarto ſupradicta fortius comprobantur ex
decem teſtium depoſitionibus, atteſtantium ſu-
per quarto, & quinto capitulo per tẽpus imme-
morabile, & cuius initij memoria nõ extat, Mo-
naſterium pro terris uallis conſtruxiſſe, & repa-
raſſe ſcientibus hominibus Præpoſituræ, & Iudi
ce illius aggeres Sirulæ, ac Taliatæ tantum: cum
cæteris uero hominibus, uel uniuerſitatibus nũ-
quam contuliſſe, nec cũ degan ea Iſoli (ut aiunt)
nec alia ciuium, & nobilium Gonzagæ nuncu-
16 patur, quapropter ex hac cẽtenaria poſſeſſione
libertatis, quæ conceſſionis naturam ſapit, res in
dubia ad fauorem Monaſterij conſtituitur, ut cõ
ſiderant Cor. conſil. 22. nume. 36. uolu. 3. Anca.
d. q. famil. 50. num. 2. Siluan. conſil. 73. nume. 6.
Natta conſil. 406. 430. 446. 456. num. 14. & 15.
uolum. 2. Siluan. conſil. 59. num. 9. Bero. conſil.
112. num. 24. uol. 1. Ioan. Baptiſta Ferret. tract.
de Gabel. nume. 255. Mant. conſil. 40. uolum. 2.

Tobi.

Tobi.Non.conſil.49.num.3.Anguſol. conſil. 5.
lib.7. numer. 10. Menoch. conſil.21.nu.19.ubi
Ripa,Ruin.Balb.& cæter.allegati, Cæphal.d.cõ
ſil.129.nu.7.cum ſeq.& contra quã pręſcriptio
17 nem nulla † reſtitutio in integrum competere po
teſt.Natta conſilio 254.nu.11.vol.3.

Quinto,quòd homines Præpoſituræ, & Iſolę
nullum ius collectandi prędia vallis Monaſterij
habeant,vel ex eo conſtat,quòd in illorum anti
quis regiſtris,libris,& ſcripturis, in quib. anno-
tantur prędia,& terrę dictę degancæ ſuppoſita,
nõ reperirentur annotata,vel deſcripta hęc.quę
nõ deſcriptio ſuper dictis libris facta, arguit ius
collectandi nõ competere, cum ex inſpectione
librorum æſtimi,atque cataſtri arguemus quem
18 eſſe † immunem,ſi in eo deſcriptus non reperia-
tur,vt notarunt Iaſ.& Alex.in l.Titię textores. ff.
de leg. 1.Bart.in l.fin.C.de reb.cred.Crauet.con
ſil.38.in principio.Aret.conſil.133.Gramat. de
ciſ.66.num. 16. Dec.conſil.213.num.6. Ancar.
q.famil.50.nu.9.Feſtaſ.loco ſupracitato.3.part.
q.8.numero 29.Hercul.tract.de negat. probat.
num.171.Natta conſilio 276.nume.16. volu. 2.
Ferret.vbi ſupra.num.542.& 591.Mant. conſil.
40.num.5.volum.2.& ita in hac ſpecie argumẽ-
tatur Curt.iun.conſi.166.num.4.& 5.dicẽs hoc
ſolo fundamento probationem ſufficientem in
duci,idem Crauet. conſil. 101. num. 13. Siluan.
conſilio 66.nu.21.refert Menoch.conſil.21.nu
19 me.13.& conſil.32.nume.46. & iſtis † libris bo-
die plenè creditur,etiam quod non ſint ſubſcri-
pti ab aliqua publica perſona,Ioan.de Amici.cõ
ſilio 101.numero 32.non enim neganti ſoluiſſe
20 collectam incumbit onus † probandi,ſed homi-
nibus Prępoſiturę id affirmantibus,ut in propo-
ſito Natta conſilio 649.nume.4.& ſequ.volu.4.
Siluan.conſilio 59.num. 11.& d.conſil.66. nu-
mero 21.

Sexto ſuffragatur, quia Monaſterium ſubie-
cit oneribus,& collectis degancę Inſulę, ſic con
ſtructioni, ac reparationi aggerum padi iugera
terræ triamilia,vt notum eſt.conſtat ex libris de
ganeę,& probatur per omnes teſtes Monaſterij
ſuper primo capitulo examinatos,dunque iſtas
tantum functionibus ſuppoſuit,& pro illis one-
ra ſuſtulit vna cũ terris actorũ,cenſetur omnino
pro alijs terris vallis iugerũ duodecim millium
in circa ſe eximere, & liberare voluiſſe,cum re-
gula incluſionis vnius ad excluſionem alterius
procedat,vt in terminis noſtris,ac in probanda
21 † immunitate terrarum, pro quibus non ſit ſo-
lutum,quoniam poſſidens multa pro quibuſdã
tantum terris grauatus extiterit,tradunt Bartol.
conſil.59.Commune Spoleti.num.4.Soc. Sen.
conſil.74.numero 7.uolum.1.Neuiz.conſil.66.
num.24.32.52.& 60.Menoch.conſil.21.nume.
13.& 27.verſ.non obſtat ſextũ.Anguſ.conſil.5.
nu.33.lib. 7. quod fortius dicendum venit,cum
interuenerit factum dictorum hominum dega-
neę Iſolæ, qui grauarũt Monaſterium pro dictis
terris particularib. tantum, quod & ex hoc vni-
co fundamento rem claram fieri in propoſito
inquit Crauc.conſi.111.nu.5.& 6.

Septimo,hanc ſententiam probat,quòd Mo
naſterium ſolum pro terris uallis ſuſtinet omnia
onera,& functiones, quæ occurrunt circa agge
res Situlę,& Taliatę, ſe extendentes per duode-
cim milliaria abſq; impenſa aliqua, ſeu damno
Hominum Prępoſiturę,ſeu Iſolę,uel cæterorum
commodum etiam ſentiẽtium ex dictorum ag-
gerum ſtructura,& reparatione,vt permulti te-
ſtes concludunt ſuper.d.4.& 5.capitulo,& notũ
22 eſt.Non ergo debẽt dictæ terrę vallis alio † one
re conſtruẽdi,& conſeruandi aggeres padi gra-
uari,ne duplici grauẽtur onere, arg.l.titia.§. qui
inuita. ff. de leg. ſecundo.l. nauis.§. cum autem
ad l.Rhodiam de iactu. qui enim in uno graua-
tur, in alio alleuiari debet.l.eum qui, ubi Iaſon
quotas adducit in tertio notab.ff.de iur.iur. Cra-
uet.d.conſilio 111.num.7.& conſi.195.num.9.
Grat.conſil.61.num.39.& 57.uolum.1.Dec. cõ
ſil.457.nume.3.Neuizan. d. conſil.66. nume. 4.
Mant.conſil.40.num.8.volum.2.Menoch.d.cõ-
ſil. 21. numero 13.& conſil.32.nume.40. Natta
conſilio 496.nu.16.Franc. Marc. deciſ.461.nu-
mero 12.prima par.Feſtaſ.d.ſecunda par.q.10.
numero 21.Boſi.tit.de Princip.nume.109.cum
ſequen.

Octauo perpendo Caroli Gonzagę decretũ
immunitatis dicto Monaſterio conceſſum die.
28.Auguſti. M.CCCCXLV.de quo in pro-
ceſſu pag.40.dum inhęrendo relationi ſibi factę
per Dominum Matthęum de Vadis Excellẽtiſſi
mi Principis Vicarium generalem, qui auditis
partibus ſuper controuerſia ciuium procuran-
tium Abbatem,& Monacos teneri contribuere
& conferre pro eorum terris, ut cæteri ciues fa
ciebant,retulit Principi,Monaſterium non tene
ri,ſaltem ex antiquiſſima cõſuetudine, quæ uim
conſtituti,& priuilegij ſortitur Mandat Princeps,
ac vult, quòd in poſterũ Monachi, & Abbas pro
prędijs,& poſſeſſionibus,pro quibus iam diu,&
longiſſimo tempore non ſoluerunt, nec ad refe
ctionem conſtructionem, reparationem,& nec
ad expenſas aggerum contribuere, conferreuè
amplius teneantur,vel moleſtentur quoquomo
do circa dictam ſolutionem , contributionem,
collationem,onuſq; probandi ſolutiones dictis
ciuibus incumbat, cum ſibi relatum extet in li-
bris ſoluentium nullibi Monaſterium apparere
deſcriptũ.Ex quo decreto duo colligo. Primũ,
quòd anno MCCCCXLV.erat adhuc Mo-
naſterium in antiquiſſima poſſeſſione non ſol-
uendi dicta onera,ita vt conſuetudo hæc tempo
23 ris † immemorabilis verum ius immunitatis, li-
bertatiſque dicto Monaſterio tribuat, cũ annos
centum excedat ad ea,quæ ſuperius deduxi, &
in propoſito Natta conſ.446.num.12.cum ſeq.
volum.2.copioſe tradit.d.Gabriel.lib.5.de præ
ſcript.concluſ.1.per totam, Alba. d. conſil. 62.
nume.

Digitized by Google

nume.38.& conſil.64 num.48.cum ſeq. Alterũ,
qđ immunitas decreto Principis acquiſita fuit,
24 ad ipſum enim ius liberandi aliquem, ſeu † libe-
rum eſſe declarandi a collectis,& ab onerib.ſpe-
ctat.l.ſunt munera.in fin.ff. de vacat. mun. Bart.
in l.ſi qui.nu.1.ff.de iur.immunit. Pariſ. de Prin-
cip.Mantuæ,loquens conſil.69.num.3.& per to
tum volum.1.Roland.a Valle conſil.76.volu.2.
Natta conſilio 525.nu.3.Cacher. deciſ. pedem.
39.num.18.& 19.Alba.conſil.67.num.9.Grat.
conſil.61.in princip. volum.1. Deducitur itaq;
ex decreto Monaſterij antiquiſſimã eſſe poſſeſ-
ſionem libertatis non ſoluendi,& Principis con
ceſſionem validam, quæ in propoſito multum
ſeruiũt.

Nono accedat aliud decretum Ludouici Mar
chionis Mãtuæ, ſub data diei penultimi Martij.
M.CCCC.LII.in proceſſu pag.91.in quo cõ
firmatur cõuentio,& pactum initum inter Reue
rendum Dominum Prępoſitum ſancti Benedi-
cti,ac Reuerendum Abbatem,& Cõuentum di-
cti Monaſterij pro terris eorundem tantum exi-
ſtentibus in vallibus ex vna,& complures ciues
Mantuanos habẽtes terras,& poſſeſſiones vltra
padum extra Inſulam Sancti Benedicti, & abin.
de ſupra ex altera parte, quia diſponitur, qđ in
futurum Reuerendus Prępoſitus, & Abbas pro
terris exiſtentibus,& hominibus laborantib. eo
rum nomine in vallibus,& circa valles,omnino
ſint exempti,ac immunes ab omni conſtructio-
ne,& reparatione aliorum quorumcunq; agge
rum;maxime padi,& ab omni ſumptu,& impẽ
ſa,& onere deganearum padi,exceptis aggerib.
Situlę,& Taliatæ,quos intra confines ibi deſcri
ptos conſeruare,& manutenere expenſis Mona
ſterij,& Præpoſiti tantum, promiſerunt, prout
de præſenti Monaſterium tãtum modo illos cõ
ſtruit,& conſeruat,cum prępoſitura terras in di
ctis vallibus non habeat,ſed illas Abbati,& Mo
naſterio vendiderit.hancque conuentionem,ac
pactũ dictus Princeps ratificat,approbat, & de
cętero obſeruari mandat, conſtituens omnino
immune monaſterium ab omnibus alijs aggeri
bus vbilibet reparandis.Quid ergo nunc delibe
randum de nouo onerum grauamine circa ag-
25 geres padi,ſi conuentio,& † pactum in ſpecie re
pugnant,quæ ſunt in propoſito ſeruanda. l. 1. l.
iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact.cum vulga.
poteſt enim pacto fieri, quod quis collectam
26 non ſoluat, † ſed alij pro eo onus ſubeant. l. 1. l.
vacuatos.C.de decurio.lib.10.Ang.conſil.227.
multa in his terminis per Neuiz.conſil.66.num.
18.& 19.Octaui.Cacher.deciſ.pedem.39.num.
15.& ſeq.poſt Crauet.d.conſi.111.num.17.ſub
dens virtute dictæ conuentionis præſumi nunq̃
fuiſſe ſoluta onera,nec monaſterium grauatum.
ſcribit in ſimili Tobi.Noni. conſil.45.in primo
artic.nu.8.& 9.id pacto fieri poſſe,maximè Prin
cipis conſenſu accedente,voluit ex veriori opi-
nione * Feſtaſ.tract.de collect. 3.part.q.6.num.
18.cum ſeq.Monaſterium igitur,pręcipuè ad in
ſtantiam Domini Præpoſiti, ſeu hominum Præ
poſituræ, qui & ipſi in dicta cõuentione, atque
decreto interuenerunt,conſenſerunt,& expreſ-
ſe pro dictis terris vallis ſe exemerunt, exceptis
aggeribus Situlæ,& Taliatæ,non grauabitur,tã-
toque minus cum hæc decreta denuo per Fran-
ciſcum Marchionem Mantuæ die 10.Maij anni
M.D.VIII.enunciata prius dicta conſuetudine
antiquiſſima,& non deſcriptione ſuper libris de
ganeæ approbata,ac cõfirmata fuerint,cum im
poſitione perpetui ſilentij ciuibus deganeæ,hęc
27 enim † geminatio actus totius cõfirmati,& enar
rati libertatem,& immunitatem monaſterij lon
go tempore obſeruatam enixè demonſtrat,arg.
l.baliſta.ff.ad trebel.Marſil.in l.1.§.quęſtioni, in
fin.ff.de quęſt. Bart. in l. cum ſcimus. C. de agri-
cul.& cenſ.lib.10.Neuiz.d.conſil.66. nume.28.
Cacher.dicta deciſ.39.num.16. cum ſeq.

Vltimo rẽ hanc pro Monaſterio claram red-
dit iuris diſpoſitio,quę vult in dubijs,& vbi arti-
28 culus † immunitatis difficultatem ſaperet, con-
tra collectas pronuntiandũ fore,vti onera odio
ſa,& ſtrictè interpretanda, Doct.in l. placet. C.
de ſacroſan. Eccleſ. ita arguit Corn. conſil.199.
col.2.volum.2.Abb.conſilio 20.volu.2. Crauet.
d.conſil.111.num.26.Grat.conſil.61. num. 55.
volum.1.Siluan.conſil.66.num.22.verſi.præte-
rea.vnde firmabimus tum ex iuris diſpoſitione,
tum ex conſuetudine immemorabili ex pacto,
ac ex confirmatione Principis Monaſterium ab
onere aggerum padi pro terris uallis omnino li
berum,& exemptum iudicari,quibus non obe-
runt contraria.

Primum,& quod a reparationibus fiuminum
Eccleſia ſentiens commodum,non dicatur im-
munis.

Namque primo reſpondetur cenſeri iure ca-
nonum immunem,niſi concurrant ea, de quib.
in primo argumento,& per Capram ſuis regul.
cap.96.num.73.

Secundo negatur pręſuppoſitum immunita-
tis. nam ſi Monaſterium ſolum tot aggeres Situ
lę,Taliatę,ac virulli conſtruit,& conſeruat pro-
prijs,& maximis illius tantum expenſis ad vtili-
tatem etiam cęterorum ciuium,& hominũ Præ-
poſituræ,ut concludũt omnes Reorum teſtes ſu
per 3.4.5.& 6.capitulo,ęquam vtique portionẽ
oneris aggerũ omnium ſuſtinet,cum Monaſte-
rium iſtos, uniuerſitatiſuè Præpoſituræ,ac Iſoli
illos padi in bono ſtatu conſeruent, conuenitq;
29 ut † onera oĩa ęqua lãce diſtribuãtur,ac peręquẽ
tur inter poſſidentes terras, & unuſquiſque ad
collectã,quantum fert modus facultatis ſuę con
ferat.l.prima.ex quib.mun.nem.ſę excuſ.l.ſecũ-
da.C.de anno.& trib.l.fin.C.de immunit. nem.
conced.cum ſimil.prout conferre uidetur Mo-
naſterium ex dicto teſtium, præcipuè trium de-
ponentium modicam eſſe differentiam inter ex
penſam Monaſterij pro aggerib.Situlæ,ac alijs,
accx-

ac expenſam deganeę Iſoli pro aggeribus padi,
cum vnuſquiſque partem ſuam ſufferat, & hoc
modo onus pro modo facultatum, locorumq;
iudicetur diuiſum ex l. prima. C. de mun. patri.
Anchar. conſilio 389. numer. 5. Bertrand. conſ.
115. volum. tertio. Feſta. de collect. 4. part. limit.
6. quęſt. 8. numero 27. nec immune credatur, cũ
in vno loco pro altero onus ſufferat, vt dicebat
Grat. conſilio 61. numero 39. & 57. verſicul. 6.
volum. primo. & aggeres, quibus magis adhęrẽt
prædia Monaſterium conſtruat argu. l. 1. §. Ripã.
ff. de rip. mun. vbi enim prædia ſunt ſita, ibi ſolu-
tio fieri ſolet, ca. fin. de paro. Franc. Marc. deciſ.
461. numero 9. prima part. cumque facta cẽſea-
tur peræquatio bonorum omnium, & collectę,
grauatus in loco principali nõ poteſt denuo ꝓ
alijs bonis alibi grauari, Guid. Papa. deci. 86. nu-
mero 6. Bertrand. conſilio 115. numero ſecun-
do. volum. 3.

Tertio conſuetudinem, maxime immemora-
bilem, prout ex facto introduci poteſt, vt quis
onera alterius portet, & pro alio collectis graue
tur. argum. c. 2. de delict. puer. Ruin. conſil. 116.
volu. 4. apparet de conſuetudine, ne dicam præ-
ſcriptione immemorabili, ſeu pacto a Principe
comprobato, nec ideo Monaſterium vltra ſolitũ
collectari poterit, prout pacto aſtringeretur ſol-
uere onera, pro quibus alias conueniri non poſ
ſet. Innocen. in c. verum de foro comp. Feſta. ſ. lo
co ſupracitato. 4. part. de collect. limit. 7. nume-
ro 33.

Quarto, procedunt contraria iure communi
inſpecto, ac conſiderata Principis conceſſione,
decreto, ac priuilegio ceſſabunt, cum reſideat in
30 illius poteſtate immunitatem pro libito, † cõce-
dere. d. l. ſunt munera in fi. ff. de vacat. mun. &
dixi in octaua, & nona ratione, Natta conſ. 525.
nu. 3. ſeu in diſtributione, & diuiſione onerum
plus unam, quàm alteram partem grauare, Ber.
conſilio 130. num. 49. & 55. volum. 3.

Secundum minus repugnat.

Primo, quia negatur abſolutè onera impoſita
pro aggeribus padi ſufferri non poſſe per homi-
nes Præpoſitura, & Iſolæ, id enim (præter Reorũ
teſtes) & atteſtatur tertius dictorum hominum
teſtis cui, quamuis vnico vti teſti partis produ-
centis aduerſæ, fides adhiberi, & parti nocere ſo
let Rom. conſilio 14. Socin. iun. conſi. 69. num.
11. volum. 1. Cæphal. conſil. 65. num. 55. & con
ſil. 82. num. 47. licèt in ceteris per eos diſpoſitis
31 minime credatur, cum ſint de † vniuerſitate di-
ctæ deganeæ, ſentiantque commodum burſa-
le, vt aiunt, ex illorum dicto, & victoria cauſę, ita
in propoſito reſpondebat Rimin. d. conſil. 313.
num. 24. & ſeq. volu. 2. Ioan. Bapt. Ferret. conſil.
60. num. 17.

32 Secundo non conſtat † facultatem priuatorũ
non ſufficere, ſeu burſam ciuium communẽ ex-
hauſtam eſſe, vel aliquam neceſſitatem immine-
re, prout probari debet, Cin. & Bald. in l. nemi-
nem. C. de ſacroſan. Eccleſ. Bal. in l. conquerẽ-
ti de offic. ordin. Natta conſilio 418. numero
ſecundo. Non ergo mirum ſi ſubſidium allegari
nequit.

Tertio Monaſterium ratam fert oneris agge-
rum, ut latè demonſtratum fuit ſupra, ſic ceſſat
amaritudo ſubſidij, cum illud ſemper grauetur,
& continue functionem publicè aggerum Situ-
læ, & Taliatæ ſubeat, vnde reclamatio hominũ
ceſſat, cum æqualitas in onerum præſtatione vi-
detur ſeruata, Crauet. conſilio 195. nu. 5.

Tollitur & ultima dictorum hominum ratio
nempè.

Et primo, quòd lex Principis nec tacite, nec
expreſſe Eccleſiam, uel Monaſterium includit,
maximè ligando illam, & contra illius immuni-
tatem ſtatuendo. c. Eccleſia de conſtit. Innoc. &
alij in rubrica. de conſuet. not. Capra ſuis regul.
cap. 15. per totum. & licèt dicat, omnes tenean-
tur, &c. intelligi tamen debet de omnibus, ad
33 quos tale onus ſpectat, excluſis † priuilegiatis,
in terminis collectarum, Textus eſt in l. tertia. §.
eos cum Gloſſ. ff. de mun. & honor. Rimin. con-
ſilio 313. numero 13. uolum. 2. Siluan. conſi. 73.
num. 4.

Secundo, admiſſa comprehenſione, dicitur
Monaſterium ſubire pro alijs aggerib. onus ſuũ
proprium, & conſuetum, pro ut in collectis indi
cendis conſuetudo attendi ſolet, ut dicebam in
primo, & ſecundo argumento.

Tertio, ſtante præſcriptione immemorabili,
Princeps non cenſetur decreto ſuo (id non ex-
primendo) uelle iuri quæſito Monaſterio ex di-
cto tempore præiudicare, uel illud tollere, cum
in omni diſpoſitione, uel prohibitione generali
34 ſemper excludatur hæc centenaria, † uel imme-
morabilis præſcriptio, Alex. conſilio 60. in fin.
uolum. primo poſt Glo. in authen. ut de cætero
commutat. Eccleſ. uerbo præſcriptionem, Ripa
in l. quominus. nume. 100. de flum. Alba. conſil.
64. numero 49. cum ſeq. Grat. conſil. 61. nu. 25.
uolum. 1.

Quarto decretum ligat perſonas poſſidentes
terras aquis ſubiectas, ad contributionem agge
rum, non tamen exprimit ad quos aggeres, uel
in quo loco, ſed id diſpoſitioni, uel conſuetudi-
ni patriæ, quæ deganeas ſeparatas habet, & loca
diuiſa relinquit. unde iuxta ſolitum omnes ter-
ræ uirtute decreti contribuent, quidem, ſed non
omnes terræ pro omnibus ubique exiſtentibus
aggeribus, ne ſequatur abſurdum, reſultetque
confuſio omnium deganearum, ut una cum alia
conferat, & duplici onere grauetur. conſuetum
35 itaque obſeruabitur, ut ſupra, † ac ordo qui in re-
bus ſeruandus uenit, Bald. in leg. aretuſa. ff. de
ſtat. homin. & in authen. hoc amplius. C. de fi-
deicommiſſ. Carau. rit. Neapolitan. 2. in princi.
Pott. conſilio 171. numer. 13. Etſi Monaſterium
tantum pro deganea (ut aiunt) Situlæ confert
pro locis ſeu deganeis dictarum terrarum uallis

non grauabitur, nec pro aggeribus padi, ne pro eiſdem diuerſimode, & in diuerſis grauetur, Crauet. conſilio 201. numero 23. not. per Grat. d. conſi. 61. nu. 57. volu. 1.

36 Quinto, decretum illud, ſeu † ſtatutum confirmatum in decreto, nunquam fuit quo ad terras vallis Monaſterij vſu, ac moribus receptum, licèt conſtructiones aggerum padi in dictis contractis, & deganea Inſulæ ſæpius euenerint, ac multoties onera cæteris terris per Iudices loci Inſulæ impoſita: Qua de re, vt in hac parte non approbatum valere non debet, licèt aliàs ex verborum natura terras omnes etiam Eccleſiæ, & monaſtrarij includant, arg. not. per gloſ. & cęte. in ca. 1. de treg. & pace, Iaſ. in l. ſi filius. numero 21. ff. de liber. & poſthu. in propoſito deliberationis ſuper aggerum conſtructione, Rimin. cõſilio 313. maxime. numero 16. & 17. volu. ſecundo. dicens. numero 25. non debere cogi exemptos ad padi aggerum ſtructionem, licèt probetur, ut in præſenti caſu, ipſos quandoque timore padi, & fluminibus creſcentibus ſponte aggeres reparaſſe, ac illorum onera ſuſtinuiſſe.

Concluditur itaque ex his in vnum collectis in gratiam Venerabilium, ac Reuerendi Abbatis, & monaſterij ſancti Benedicti referendum Sereniſſimo Principi, ita ſuadente iure.

Franc. Burſ. I. C. Mãtuanus.

PRO EXCELLENTI DOMINO Ioanne Baptiſta Suſio.

ARGVMENTVM.

Reſtitutus à Principe quando recuperet ſeuda, vel bona alijs deuoluta.

Feuda, ob rebellionem vaſalli, ad quos deuoluantur.

Filij rebellis mortui reſtituti, quid recuperent.

Reſtitutio patris damnati, vel filiorum, an differant.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutus plenè, & ad omnia bona per Principem, recuperat non ſolum per Fiſcum, ſed per alios detenta, ex communiori.*

2 *Plena reſtitutio, quæ dicatur, & numero 30. & ſequen.*

3 *Damnati reſtitutio extenditur ad ea, quæ immediate ex cauſa, quæ per reſtitutionem reſcinditur, acquiruntur, at ſecus ſi ex actu diuerſo, ex communi.*

4 *Reſtitutio tantum reſtituit, quãtum ſententia aufert.*

5 *Inueſtitura, vim contractus ſuſtinet.*

6 *Vaſallus feudo priuatus, & reſtitutus, plenè illud recuperat, idem in emphiteoſi, & ſimilib. ſed intellige, vt infra. numero 17.*

7 *Feudum nouum ob infamiam vaſalli amittitur, & ad Dominum deuoluitur, ex communi.*

8 *Proditoris in quancunque perſonam, ſeudum ad Dominum deuenit, excluſis omnino filijs, & deſcendentibus, ac dominum immediatum.*

9 *Feudi deuolutio exceptis quibuſdam caſibus, nõ fit ipſo iure, ſed requiritur ſententia, ex communi.*

10 *Delictum, & culpa priuationis feudi, ſunt cauſa immediata, non ſententia.*

11 *Feudum vt aperiatur, tria ſunt demonſtranda.*

12 *Sententia non facit quem Dominum, ſed talem eſſe declarat.*

13 *Ius acquiſitum non ex banno tantum, non tolli per rebannitionem.*

14 *Vaſallus, qua conditione feudum habeat.*

15 *Principis beneficium fit citra tertij beneficium, nec extenditur ad ius alteri quæſitum, ex lege tollendum.*

16 *Reſtitutio Principis nõ trahitur ad tertij præiudicium, nec id creditur voluiſſe, ex communi.*

17 *Feudum apertum Domino condemnanti, & reſtituenti, reſtituitur in priſtinum reſtituto, ſecus ſi tertio, vel alteri aperiatur, ex communi.*

18 *Reſtitutio ob publicam pacẽ feuda includit, & num. ſeq. in fi.*

19 *Reſtitutio ex grãtia, niſi id in ſpecie exprimat, non trahitur ad bona in alios tranſlata, ex communi.*

20 *Mentem reſtituentis conſtare oprotet, ut ad alienata trahatur.*

21 *Princeps ſolus, damnatum reſtituit.*

22 *Pœna filijs in crimine læſæ, quare irrogetur.*

23 *Filij delictum patris non purgant, vel tollunt.*

24 *Reſtitutio patris damnati, à filij reſtitutione differt.*

25 *Patre reſtituto, filij integre ſuccedunt: ſecus ſi filij tantum.*

26 *Filius primogeniti admittitur, ſi pater rebellis.*

bellis reſtituatur viuus, ſic ſi filius mortuo primogenito reſtituatur.

27 *Reſtitutio, ad non acquiſita, non trahitur.*

28 *Feudum remanent antiquum, patre damnato reſtituto.*

29 *Reſtitutio bannitorum, non trahitur ad hæredes vel filios.*

30 *Mortuus damnatus, quãdoque reſtituitur, ſicut eius fama damnatur.*

31 *Reſtitutio limitata, reſtringitur.*

32 *Remiſſio generalis nõ comprehendit proditionẽ.*

33 *Feudalia in generali diſpoſitione nõ ueniunt, ex communi.**

34 *Reſtitutio, quando feuda comprehendat.*

35 *Principis diſpoſitio generalis, non trahitur ad non ſubditos.*

36 *Bona in alios translata, non ueniunt in reſtitutione generali, niſi id exprimatur, ex communi, & quod fiat ex cauſa legitima, ex altera communi.**

37 *Reſtitutio non trahitur ad bona, propter merita in alios translata.*

38 *Cauſa iuſta requiritur, cum Princeps præiudicat tertio, ex una communi.**

39 *Clauſula, ſaluis iuribus, reſeruat omnia iura directi Domini.*

40 *Communis opinio, in iudicando, ſeruanda.*

CONSILIVM CLXXXVII.

TRINITAS ADSIT.

Proditot Principis ſui Dom. Galeatus Pedocha Mirandolanus, ex propria confeſſione damnatur die 5. Nouembris 1568. in capitis amputationem, & bonorum confiſcationem, ſententiaque executioni mandatur: Dum tamen ob æs alienum, dotes, bonaque obnoxia eccleſiæ Domini Alexander, Lucretius, & Agricanus filij & nepotes rei damnati ceſſionarij eccleſiæ cum fiſco cauſam agerent, tranſactione publica firmatũ fuit die 28. Iunij 1569. in hæc verba inter cætera, Quòd Illuſtriſ. tutores Illuſtriſ. Do. Galeotti Domini Mirandulæ, reſtituerẽt, prout reſtituerunt plenarie dd. filios & nepotẽ honoribus, & ordinibus patriç, ac cęteris, ſi forte per ſententiam prædictam, & occaſione paterni delicti, quoquomodo priuati repetiantur. quam ſentẽtiam, quo ad effectum pręiudicij, læſionis, damni, & diminutionis famæ dd. filiorum, quatenus eo afficeret, & quo ad effectum confiſcationis bonorum prædictorum tantum, ex cauſa pręſentis tranſactionis, compoſitionis, & concordij annullarunt, ac caſſauerunt, ac ſi nunquã lata fuiſſet, Mandantes, vt fiant habiles ad omnes ſucceſſiones, & tales prout erant antequam eſſet commiſſum delictum prout erant antequã auum reſpectiue, reſtituenteſque eiſdem bona in confiſcatione comprehenſa, ac cedentes iura & actiones, quę camera in dd. bonis & rebus confiſcatis habebat. & hoc ideo fecerunt: quia filij econuerſo actualiter ſoluerunt ſcutos tres mille auri in auro dd. Illuſtriſſimis Dominis, & aliam quantitatem intra certum tempus ſoluere promiſerunt.

Detinebat ex noua inueſtitura Do. Galeotus terras feudales curię Podij diſtrictus Mãtuani, quas vltimo Nouembris 1569. Illuſtriſ. D. Maximilianus Gonzaga tunc dominus. d. Curię, tanquam ſibi deuolutas, dono dedit multum Excellenti phiſico & magnifico D. Ioan. Baptiſtæ Suſſio, ob eius merita & virtutes pręclaras, ac in gratiſſimæ ſeruitutis præmium. quam donationem, vltima eius voluntate ſimiliter confirmauit, tenutamque illarum accipi curauit, die decimo Decembris eiuſdem anni. Verum dd. filij tunc reperiebantur in poſſeſſione terrarum, inueſtiti iam a D. curiæ Commiſſario die vltimo Septembris 1569. cum clauſula tamen, quod nihil concedebat, quod eſſet de iuribus d. curię, & de bonis illius indebitè detineretur. qui tamen commiſſarius eodẽ die ante inueſtiturę cõceſſionem, cum conſenſu procuratoris inueſtitorum declarauerat, ſe per inueſtituræ renouationem faciendam filijs & nepoti, ob mortem D. Galeoti, nolle fieri aliquod præiudicium iuribus Illuſtriſſimi D. Maximiliani, ob id, ꝙ palam, & publice de morte d. Galeoti ferebatur, Citatis per literas ſubſidiales dd. filijs & nepote in contumaciam, ſententiã excellẽs dd. Suſſius donatarius obtinuit a commiſſario, quæ nunc & ſi in iudicatum tranſijſſet, mandato Principis Sereniſſimi, cognoſcitur, per Illuſtrem Senatũ. quæritur, an ſit reuocanda vel confirmanda, videbaturque pro filijs reſpondendum.

Primo, quia redduntur habiles, ac reſtituunt plenaria ad omnia bona, ſucceſſiones, honorẽ, & cætera, prout erant ante delictum patris, ac ſi ſententia prolata non eſſet, propterea oĩa confiſcata, & bona paterna, quamuis in alio translata conſequentur, cum plene vel in integrum reſti-
1 tutus, †buna non ſolum per fiſcum, ſed per alios detenta recuperet, dum de Principis reſtituẽtis voluntate conſtet, hanc communem * ſententiã, ponunt Moder. maxime Iaſ. num. 77. Angel. nu. 14. Bologner. nu. 219. poſt Soc. iun. nu. 108. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. Card. in c. quia diligentia. de electio. Fel. in c. inter quatuor nu. 4. & 5. de maior. & obed. Abb. in conſi. 108. nu. 5. cum ſeq. lib. 1. Deci. conſi. 446. nu. 70. & 71. magis ** cõem recenſet Franc. Viui. com. opi. verbo Bannitus reſtitutus. opi. 244. lib. primo. quem ſequitur Eman. Soarez. recep. ſenten. verbo reſtitutio. num. 87. Anto. Gomez.

var.reſolut.tom.3.capit. 13. de tortura reorum
ſub numero 38.uerſic.item adde Menoch. con-
ſilio 104. nu. 46. & ſeq. lib.pri.multa Cardinal.
Iacobat.tract.de concilio lib.7.art.2 .per totum
nec dubitandum eſt, gratiam, de qua in præſen-
ti amplam & late cõceptam cenſeri, ita vt bona
etiam in alios translata cõprehendantur per ea
quæ ponit Barbat.in conſilio 56.vltimo articu-
lo volum.4.reddit enim omnia in priſtinum re-
2 ſtitutio † ampla, ac ſi ſentẽtia lata non eſſet, vt tra
dit in cauſa Excellentiſſimi Ducis Ferrariæ reſti
tuti Philipp.Port.conſilio 167. nume. 69. cum
ſeq. & alias in cauſa rebellionis Excellentiſſimi
Ducis Ferrarienſ.pro D.Alfonſo Troto, reſol-
uerunt Domini de Rota Romana, teſte Cre-
ſcentio deciſ.manu ſcripta.87.& 88.litteris Leo
nis decimi reſtituentis in priſtinum. d. Ducem,
& eius adhærẽtes, ad omnia iura & poſſeſſionẽ
bonorum, cum clauſulis prægnantibus & annul
latiuis, includere bona, quantumuis etiam per
Pontifices in alios translata.

3 Secundo, damnati † reſtitutio in integrum ex-
tenditur ad iura tertio delata, vbi ſunt immedia
te ex cauſa, quæ per reſtitutionem annullatur,
ſeu reſcinditur acquiſita. diuerſum, ſi ex actu
extrinſeco, cauſa, uel contractu poſſiderentur,
cum reſtitutio ad illa non trahatur, ex diſtinctio
ne & dicto originali Iacob.de Bellouiſ. in c. pri.
hic finitur lex, quem ibi ſequuntur Bald. Alua-
rot.& Præpoſit.Bal.Roman.& Iaſ.in l.ſed ſi hac
§.ſed etſi per pænam. ff. de in ius uocand. An-
car.& alij in c.quamuis.colu.2.de reſcript. in 6.
& conſi.498.Felyn.in d.cap. inter quatuor.col.
fi.Fallẽt.pri.n.8.de maior.& obed.Bellam.deci.
744.in princ.ſequuntur omnes in l.Gallus.§. &
quid ſi tantum.vbi Alex.nume.19.Bal.nume. 3.
verſi.ex hoc nota.Iaſ.nume.74.Imol.in fin. qui
* communem * inquit, & Galiaula.nume.71.ff.de
lib.& poſthum.Natta conſi.470.num.20.& 21.
conſil.471.num.1.& ſeq.volum.2.Iacob. Emil.
conſil.38.num.5.6.Marc.deciſ. delfi.537.num.
5.pri.parte.Iacobat.de concilio lib. 7. art. 2.Fe-
lyn.in conſilio 10.per totũ in ſortioribus Rui.
conſilio 153. vol. 5.At priuatio feudorum Cu-
riç podij cauſaque priuationis ſeu ſententia dã-
nationis, ex qua immediate cauſatur effectus ac-
quiſitionis Domino directi, reſoluitur, & ad nõ
cauſam reducitur, per iſtam reſtitutionem, ideo
& ipſa feuda iam admiſſa reſtitutio includet; cũ
4 tantum reſtituat † reſtitutio quantum ſententia
aufert.l.fin. C. de ſentent.paſſ. & reſtit. vbi Bart.
Bal.num.6.& cæter.hæc enim acquiſitio per ſen
tentiam miniſterio iuris ciuilis facta; reſpectu
quoque bonorum a tertio poſſeſſorum, tollitur
per reſtitutionem damnati in priſtinum, Deci.
conſilio 252.ad fin.Ruin.conſilio 21.volum. 5.
Menoch.conſil.104.numer.46.Creſcent.deciſ.
Rotæ Romanæ.43.Bero.cõſil.76.nume.115.&
ſeq.volum.1.Natta conſilio 470.num.22.volu.
6.videturque confirmata ab Illuſtriſſimo Domi
no directo, per inueſtiturã filijs conceſſam ante
donationẽ Excellenti Suſſio factam, quæ inueſti
5 tura vim contractus tenet. Aflict. deciſ. 245. nu.
102.Pariſ.conſi.1.num.98.lib.pri.Soc.iun.con-
ſil.76.nume.38.volum.1.& cui tamquam facto
Principis nihil obijci poſſe creditur.Gozad.cõ-
ſil.14.num.11.Soc.iun.conſil.68.nu. 17.vol.3.

Tertio, cõcluſionem authoritatibus compro-
batam, nempe Iſerniæ cap.1.de vaſallo decre-
6 pit.ætat.dicentis † vaſallum feudo priuatũ pro-
pter delictum immediate, ſi plene reſtituatur, il-
lud recuperare, ſequitur ibi Afflict.nu.27. & 28.
dum ait, feudum acquiſitum Comiti uel Eccle-
ſiæ, ob delictũ in perſonam Regis commiſſum,
uel eiuſdem priuationem, per vaſallum recupe-
rari, ſi damnatus reſtituatur per Regem plene
nec per Comitem vel Eccleſiam in alios feudũ
translatum exiſtat. ibidem diſputando includit
Afflict.in cap.1.notab.6. per totum, hic finitur
lex Corad.de direct.conſuet.regn. incip. maxi-
ma.nu.34.late Egid.Belamera.dec. 743. & 744.
reſoluens feuda amiſſa ex ſententia Pontificis
recuperari per vaſallum remiſſum in priſtinum
ab eodem Pontifice, Fortun.Garzia. in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum. num.234.ff. de liber. & po-
ſthum.inſerens, patrem deportatum, qui feudũ
vel emphiteoſim amittis eadem a filio recupera-
re, ſi reſtituatur, quem nouiſſime probant Mo-
dern.Pariſ.in conſue.feudal.tit.pri. §. 22. nume.
37.idem tenet Galiaul.d.§ & quid ſi tantũ.num.
71.& in bonis maioratus amiſſis ob delictum re
cuperandis per reſtitutum a Principe, Anto.Go
mez.uariar.reſolut.tom.3.cap.13.ſub num. 39.
verſi.in quo deducitur. Iſern. in d.ca.1.de uaſal.
decrep.ætatis.ſequitur Alex.in d.§.& quid ſi tã-
tum.nume. 19.in fin.ac in feudis Felin.in ca. in-
ter quatuor. num.5.uerſic.limita.pri.de maior.
& obedient.deciſ.Belamer. comprobans idem.
Florian. in l. loci.§.ſi cui. in fi. ff.ſi ſeruit. uendi-
cet.ac in emphiteoſi, Abb.conſil.94.nume.4.in
tertio quæſito.volu.2.quos probat, Natta con-
ſilio 471.num.5.uolum.2.& Iacobat. d. articul.
2.iſti.vnde videtur. in fin. nec diſcrepat Caſſan.
conſuet.Burgund.des iuſtiz. rubrica pri.§.6.nu-
mero 142.Quę me reddebant dubium, vt uenirẽ
in ſententiam pro reſtituto, contra dominum
directi & illius ceſſionarium.

At in hac cauſa Excellentiſſimi Suſſij, conſul
tus, re diligenti cura perpenſa, contrarium reſpõ
dere cenſui, nempe reſtitutionem nullum Do-
mino directi feudorum pręiudiciũ afferre, quia
ipſe uel eius ceſſionarius, feuda iã pp infamiam
deuoluta conſequatũ, moueor q. multiplici rõne.

7 Primo † feudũ nouũ, vt iſtud, de quo agitũ, etiã
ex pacto tñ, ob infamiã vaſalli (q. vti reus ꝑdi-
tionis in Curia Dñi ſtare nequit, uel aliud dictũ
nõ reſpiciẽs directe ꝑſonã dñi) amittetur, & ad
dominũ directi, excluſis omnibus deſcẽdentib.
& agnatis deuoluitur, in ca.1. de duob.fratr. de
nouo benef.inue.c.1.§.fi.ubi Iſer.Iacob.de Bel-
louiſ.

louiſ.Bal.præpoſit. qui dicit,id omnes commu-
* niter * tenere, ſub num.3. & Afflict.glo.3. num.
8.tit.quæ fuerit pri.cauſ. benef. amit. quam ſen-
* tentiam communem *Iaſ.de feud. amiſſione nu-
mero 103.& neminem diſcrepare,inquit,Curt.
tract.de feud.5.part.2.concluſ. numero 9. idem
Clar.§.feudum quæſt.66.Laur.Chiro. commu.
*. opin. cent. 5. concluſ. 96.eadem receptam * &
veriſſimam recenſet, Thom.de Marin. de feud.
ex pacto noui.lib.3.num.23.Moder.Pariſ.in cõ
ſuet.feud.§.30.qq.36.n.132. Federic.Soſinbẽg.
de feud.part.13.num.9.Hier. Gigas. de crimin.
læſæ. lib. 3. cap.4. Roland. à Vale conſilio 1.
num.10.volum.3. dixi alias conſilio 148.nu.5.
8 & ſeq.lib.2.† proditor enim etiam in perſonam
quamcunque citra dominum, feudum amittit,
quod vel nouum,vel antiquum ſit,Domino tan
tum aperitur excluſis omeino filijs & deſcendẽ
aibus,not. Anton.Capic. in inueſtit. feudal. ru-
brica,feuda amittuntur. verſic.73.caſu. & 62.ca
ſu.Quint.Mendoſ.tit.de ingratitud.cap. 62.cau-
ſa 114.& 115. Reuertiturque ad dominum dire
ctum immediatum,præcipue ſi in aliena iuriſdi-
ctione exiſtat,cum Principi iudicanti,uel eius fi-
ſco,confiſcatio non fiat in dictis bonis , ſed do-
mino , ubi feudum reperiatur , capella.Toloſa.
deciſ.395.Curt.iun. conſilio ſecundo.li.1. Arc.
conſilio 10.late Vrſil.ad Afflict.deciſ.282.num.
15.cum ſeq. Aimo.in conſuet. Aluern. titu. 22.
arti. 19.num.8.& ſeq. Bero.conſilio 176.nume.
119.& ſeq.volum.1.
9 Ad cuiuis † feudi priuationem requiritur ne-
ceſſario ſententia, ut dicatur de culpa conuictus
vaſallus; non enim ipſo iure vnquam (exceptis
quibuſdam caſibus)feudi fit deuolutio,ſed ſolũ
ex ſententiæ probatione,Aluar.in capitu.1.§.de
nique qq.10.& ſeq.num.7.qua fuit prima cauſa
benef.amitt. & in ca.pri.nu.4. an ille qui interf.
fratr.domi.ſui.gloſ.in cap.1.uerbo. iure feudi,
* quib.mod.feud.amitt.quam communiter* reci-
pi ait Alexan.conſilio 124. cum apoſtil. num. 1.
uolum.1. Curt.tract. de feud.4.part.vltima parti
cul. num.155.cum ſeq.Moder.Pariſ.ad ſatietatẽ
in conſuetud.feud.§.30. nu.23. & ſeq.qq.6. per
tota. & conſil.3. in prin. quos refert Clar. in.§.
feud.qq.62. ſcripſi ex communi. d.conſil. 148.
nume.4.Anton. Capic.in inueſt. feuda.rubrica,
feuda amittuntur. verſic.73. cauſ. & pri.caſu, in
fine, & effectus reſultantes ex.d.ſententia, ponit
Felyn.in c.Rodulfus.verbo,ſententia. de reſcri.
Aimo in conſuet. Aluer.tit.21. arti.4. numer. 8.
verum non eſt ipſa ſententia , cauſa immediata
10 priuationis feudi,ſed eſt † delictum illud, culpa,
fellonia,& infamia,ex crimine perduellionis,in
Principem commiſſo,proueniens. quæ opera-
tur,vt dum in Curia domini comparere ſine de
decore nequeat , uaſallus priuetur beneficio &
feudo.ita eſt tex.in c.1.ibi , ut ĩ Curia domini,iũ
cta glo.pri. an ille , qui interf. fratr. domini ſui.
vbi Bal.not.cap.1.§.denique.ibi propter iuſtam
culpam à feudo cadente,&c.& ibi peccauerit in
dominum, &c. ac ferè per totum nigrum,dum
cauſas amiſſionis feudi commemorat,quę fuer.
pri.cauſa benef.amitt.ubi Aluarot.c. ſancimus.
ibi,niſi conuicta culpa , quo tempore mil. ad eſt
rubrica in ſpecie , & ibi nigrũ de feudo ſine cul-
pa non amittendo,Laud.in c.1.eod. titu. Aluar.
& cæter.titu. quibus mod.feud.amitt.quod om
nes admittũt,diſtinguẽtes culpas & noxas prin-
cipaliter in dominos cõmiſſas, ab alijs in diuer-
ſos patratis,& deſcribẽtes varios caſus ac fello-
nias,ut aiunt,delictaue, quibus uaſall. priuantur
feudis,ob illorum dedecus,infamiam,& culpã,
ut ne omnes hic cõgeram,legantur Afflict.in c.
1.§. fin. quibus mod. feud. amitt. & deciſ. 265.
Curt.tract. de feud.amit. prin. Zaſ. de feud. 10.
parte.num.66.103.& ſeq.Clar.in §.feudum qq.
48.cum 12.ſequent. Thoma.de Marin. tract.de
feud.titu.2.num.96. 105. & ſequ. & latius Tob.
Aimo in conſuet.Aluer.tit.32.arti.18. ac in ho-
micidio& perpetuo bannito,ac ciuitate,Siluan.
conſilio 79.per totum lib.1. Hinc dicunt ſcribẽ-
tes,tria demõſtranda fore , antequam aperiatur
11 † feudum.Primo,quod uaſallus ſit culpoſus.c.1.
vbi Aluarot.Bal.præpoſ.& ceter.de natur. feud.
Secundo,quod legitime & cauſa cognita de cul
pa conuincatur.c.1.de feud.ſine culpa nõ amit-
tend.Tertio, quod ſententia iudicialis,ſuper cul
pa proferatur .ca.ſi.quo tempore milcſ.Alexan.
d.conſi.124 in prin.volum.pri.Natta conſi.93.
per totum volu.pri. Curt.tract.de feud.4. parte.
num.155.Moder.Pariſ.d.§.30.qq.6.numer.23.
Leonardus inter conſilia Bruni.114. num.194.
cum pluribus ſequentibus. quo loco uidere eſt,
in culpis & delictis ſequutã ſuper illis ſententiã,
qua conuictum vaſallum oſtendatur , priua-
ri vaſallum feudo,non ex ſimplici ſententia im-
mediate & ſola , quæ principaliter & ſui natura
conſiderata non operatur effectum priuationis,
ſed felloniam commiſſam oſtendit, maxime,dũ
iudex declarat ꝑpter tale delictum , feudũ aper-
12 tum,uel commiſſum , cum nec † ſententia faciat
dominum , ſed talem eſſe declaret, gloſ.in ver-
bo reuertantur.in c.1.imperialem.§.calidus. de
prohib.feud.aliena , no.in feudo Hoſtiẽ.in ma.
de feud.Iſern.in ca.fin.num.8.& 9. quo tempo-
re mil.Natta.d.conſilio 95. numer.5. ſic natura
feudi eſt,vt non auferatur, niſi ex culpa cauſaq;
cognitione pręcedente,Curt.iun. conſilio 220.
num.26. & ſeq.uol. & alibi.dd. ſæpe. & ideo in
priuationis ſententia, cauſa exprimitur. ut ſcia-
mus,an ſit vel ne legitima,Gram.deciſ.65.num.
33.Cęphal.conſil.241.nu.4. uolum.2.qua pro-
pter duo ex præcedentibus inferuntur.

Primũ,ꝙ ſi immediate ex ſnĩa ſimpliciter ſeu
do vaſallus non priuatur, ſed ex culpa pręceden
te ꝑ ſnĩam demonſtrata, non recuperabit feuda
reus damnatus & reſtitutus,cũ aliud , quàm ſen-
tentia cõcurrat ad illius priuationem;ſic quædã
domini offenſæ ,vt infra, iuxta diſtinctionem

Bellouiſij in d. ca. 1. hic finitur lex. quem ibi ſequuntur Bal. Aluarot. Præpoſit. & cæter. ſupra. ac Nellus. in tractatu de bannitis. pri. part. tertij.
13 tempor. nume. 10. † dicens, ius acquiſitum non ex banno tantũ, ſed ex delicto quoque minime ob reſtitutionem vel rebannitionem tolli. Bald. in d.l. fin. nume. 5. & Socin. iun. d. §. quid ſi tantum. num. 116. & ſequen. & Galiaul. numer. 72. offenſuſque dici poteſt Illuſtriſſimus Dominus Curiæ podij, & aliqua culpa in eum commiſſa,
14 quia d. Peduca † vaſallus feudum ſub ea conditione accepiſſe videtur, ſi fidelis fuerit ſibi ac Principi ſuo, argum. §. illud quoque. in ca. Imperialem de prohib. feud. alien. Menoch. conſilio 194. nume. 31. qua conditione defecta, videtur reſolui conceſſio. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Andr. in capit. 1. §. præterea. quæ ſit pri. cauſa benef. amitt. item eo tenore, ne alienaret, nec domino ſuo præiudicium faceret, quod tamen delinquendo præſtitit, cum per delictum quis alienare dicatur. Bart. in l. Imperator. ff. de fidei. libert. Alexan. conſilio 53. nolu. 1. amplius dominus videtur tacite vaſallo tantum, eouſque conceſſiſſe feudum, & ſub modo, quamdiu nihil committat, nec infamis efficiatur, ex quo feudum amitti poſſit, ut declarat Franc. Soſmbeg. tract. de feud. qq. 13. numero 62. & 66. quis igitur dubitabit feudum domino directi aperiri, cũ vaſallus domini & Principis ſui fuerit proditor, ex §. cauſas art. vt cum de appel. cogn. iuncto. §. prædictis qui fuit pri. cauſ. benef. amitt. nec in Curia domini directi ſtare vel ſeruire queat. d. c. pri. an ille, qui interf. fratr. domini ſui ſcribit in propoſito Soſmbech. d. qq. 13. de feud. numero 51. in fin. ex quibus non ſola ſententia dicimus vaſallum priuatum, ſed ex lege & pacto domini.

Secundum ſequitur, quod ſi ex feudorum cõſuetudine ex lege ſcripta propter delictum commiſſum in perſonam domini, ſic ex infamia, qua nequeat in Curia domini morari, priuatur delinquens, domino directo aperiat. & excludatur primitus filij & agnati in nouo feudo, per text. in d. c. 1. qui interf fratr. domin. ſui. de duobus fratr. de nou. inſt t. & ca. 1. §. fin. qui fuer. pri. cauſ. benef. amitt. & alios, de quibus ſupra, & ſic ex legis diſpoſitione puniantur, & excludatur. Reſtitutio quamuis ampla aduerſus ſententiam, non reſtituet ipſos ad hæc feuda in præiudicium tertij domini directi, & hoc ſiue ſit apprehenſa poſſeſſio bonorum, ſiue non, quia ſemper Principis
15 † beneficium intelligatur citra tertij præiudicium, nec illius poteſtas extendatur ad ius alteri quæſitum ex lege tolendum, niſi tantum de ſuo reſarciat, ut in expreſſo ca. u. noſtri per rationes & iura, reſpondẽdo contrarijs tenet Anto. Gomez. var. reſolut. tom. 3. cap. 13. nu. 39. in fin. ex mente Bald. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 8. verſi. & ex hoc infertur. ubi Imol. in fi. Cuman. nume. 12. Fortun. Garzia. numero 277. cum ſeq. ff. de liber. & poſthum. & Bolognet. nu. 210. & Belam. deciſ. 744. in fine illatione. 4. ſeruiuntque omnes in ſequenti fundamento poſiti, ita ut concludi oporteat, reſtitutionem vnius ſubditi non trahi ad feuda alteri domino aperta, & delictum crimen læſæ in Principem ſuum commiſſum, cum hic plura concurrant, legiſque diſpoſitione priuetur, non ex ſententia immediate tantum, per d. Fran. Soſmbeg. de feud. qq. 13. num. 51. præterea id, quod dicitur acquiſitũ immediate, a lege alicui poſt priuationem alterius, per reſtitutionem tollitur, procedit ſolum in caſu, ubi id acquiratur alteri iure ſucceſſiuo; quia in illius locũ ſuccedat & legitime ſubrogetur, ut filius & nepos in bonis paternis, & admittatur non ſucceſſio, ſed alio iure, puta in domino directo, qui non uenit ex iure ſucceſſionis, nec locum damnati vaſalli & priuati ſubrogatur, ſicut filij, ſed iure proprio & ex perſona propria ut dominus directus, cui dominum, vtile applicatur. etenim reſpectu iſtius domini reſtitutio non operabitur, cum ius ſucceſſiuũ ceſſat, nec in eius damnũ effectum ſortiatur. etſi ſecus diceretur, quo ad filios, qui iure ſucceſſionis uenirent, ut egregie declarat Fortun. Garz. in d. §. & quid ſi tantum. num. 338.

Secundo, conſidero regulam ab omnibus cõ
16 probatam, ut dixi, quod inquam Principis † reſtitutio non trahitur ad præiudicium tertij, cum nec id uoluiſſe Principem credatur. c. quamuis. vbi Ancar. num. 4. c. ſi propter. de reſcript. in 6. l. ordinem. ff. ad municip. l. falſi. §. pœna grauior. ff. de falſ. omnes in d. l. fi. ubi Bal. num. 5. de ſent. paſſ. Bal. in d. §. & quid. ſi tãtum. in fine. ubi Bart. num. 12. Alber. nume. 3. Angel. nume. 14. Bolognet. num. 217. poſt Caſtr. nume. 14. & 15. ſubdentem, reſtitutionem hanc damnatorum non trahi retro ob tertij præiudicium, quia iſte damnationis actus nõ eſt in ſuſpenſo, nec in ſpe remiſſionis, eo quod vt impoſſibilis de iure reputetur, cum a uoluntate unius pendeat, ut in d. l. fin. num. 1. in fin. ponit Franc. Soſmbeg. tract. de feud. qq. 13. nu. 59. ſed perfectæ cõſumatur, & irreuocabilis exiſtit, nec trahit retro, ſicut fictio poſt liminij, quia interim ſubeſt ibi ſpes probabilis, antequam redeat captus, ſeu prout trahitur retro reſtitutio patroni & patris, quo ad ius patronatus & patriam poteſtatem amiſſam, ob eorum deportationem, eo quod, cum ſint tantum ſuſpenſi, ob inhabilitatem eorum, reſtitutio retrotrahitur, in præiudicium filij, atque liberti. l. ſiue libertus. ff. de iur. patron. in fin. & l. fin. C. ſent. paſſi. declarat Imo. in d. §. & quid ſi tantum in fin. Bologn. numero 508. Gomez. d. num. 39. verſi. tertio. & Garzias. d. num. 237. & 238. dum regulam non trahi reſtitutionem in tertij damnũ, ſeu iuris acquiſiti, uel actionis ad rẽ in præiudicium, ponit Alexan. num. 19. Iaſ. num. 57. Bal. numero 5. & 6. Socin. Sen. numero 117. & cæteri adducti, a Gomezio loco ſupra allegato Cardin. Iacobat. de concil. l. b. 7. arti. 2. in princ.

Felyn.in conſil.1.num.29.cum ſeq.Caſſan.'con
ſuet.Burgund.Pariſ.conſi.69. num. 165. cum ſe.
* & in fine volum.3.vbi de communi * Crot. con
ſil.127.num.115.& in fine volum.1.Felin. in ca.
inter quatuor.num.4.de maior. & obed. Nellus
de bannit.pri.part.3.tempor.nume.5.q.11. 17.
& ſeq.Siluan.conſil.79.num.10. Afflict.tit. quæ
ſint regal. verſicu. & bona committentium cri-
men læſę.num.127.& ſeq.locat. inquiſitor,Iudi-
cia l.verbo reſtitutio il tertio.Boſi. tit.de remed.
ſola clem.num.13.& ſeq.Afflict. deciſ. 361. nu.
30.& ſeq.vbi Vrſil.in addit.nume. 10. & ſeq. &
in feudo vaſalli reſtituti.Aimo.conſi.135. num.
20.in fine iuncto.num.40.verſic.non obſtat, di-
cens.num.21.citra cauſam publici boni nō poſ-
ſe id Principem facere.not. Girland. de relaxat.
carcerar. rubrica de indulgentia Principis ca.4.
Menoch.de communi,conſ.103.num.25.Emi-
lia.conſi.38.nume. 5.& 6. remiſſiue Neapoli. in
proęmio,conſtit.Neapol.pagin.3.lit.C. Virtute
cuius regulæ, & ex alijs rationibus, communi-
ter in terminis noſtris reſoluerunt iuriſperiti, ſi
17 † feudum aperiatur domino, qui damnat vel
priuat per ſententiam, quod per reſtitutionē re
acquiratur, & recuperetur, at ſi alteri domino di
recto aperiatur ſecus, cum reſtitutio alterius ter-
tio non pręiudicet, ita in expreſſo, vult Bal.in c.
pri.num.15.verſic.pone Rex.in fine. hic finitur
lex, quem Bald.ſequuntur ibi Aluarot.num. 20.
Præpoſ.col.fin.nume.3.verſic.quęro pone Rex
Francorum, dicens, nec ab agnatis auocari, quā
do non ex ſententia tantum, ſed ex contractib.
antiquorum ſibi ipſis acquirātur feuda, ſtāte de-
licto vaſalli, ſic diſtinctionem Iacob. de Beloui-
ſu, non repugnare, nec diſcrepat Marti. Laudēs.
ibidem in fine.2.colum.verſic.ſed ex quib. cau-
ſis, doctrinamque Bald.d.numer.15.ſcribentes,
* ſequi* ait. licet ipſe aliqualiter diſſentiat, eandē
probat in terminis Ioan.Faber.in §.cum autem.
nume.4.inſt. quib. mod.ius patr. poteſt. ſoluit.
Ancar.conſi.161.nume.2.& ſequ.in pri. dubio.
quem probat Iacobar.d.Achil.2.verſic.ſed dum
contrarium tenens Cardinales ſciſmaticos non
recuperare benef. quamuis fuerint reſtituti. &
hoc feudiſtas tenere, allegando Prępoſitum in
d.c.1.hic finit lex, inquit Bero.licet ob publicā
18 † pacem feuda comprehendi in hac reſtitutio-
ne velit, in conſilio 76.nume.105.& ſeq.& 108.
volu.1.non diſſentit in propoſito noſtro Egid.
Bellamera.d. deciſ. 744. in fin. 4. illat. reſoluens
feudum omiſſum ob delictum, vel quādo domi
no aperitur, & fit conſolidatio vtilis, cum dire-
cto, vt in noſtro caſu, & dixi ſupra reſtitutionem
non operari, & ſi non ſit ſequuta apprehenſio
fundi, cum conſolidatio fiat ſtatim poſt damna
tionem, quando alij in d.feudo ſuccedere ne-
queunt, prout in terminis noſtris, in quibus &
filij & omnes agnati excludūtur, domino tantū
admiſſo. Rurſus, quod feuda & bona emphiteo
tica amiſſa per vaſalli deportationem, ac filijs
ſeu agnatis ſuccedentibus in gradu acquiſita,
non recuperētur, reſtitutio vaſallo, ob ius acqui-
ſitum alijs, dicit eſſe ex mente glo. communiter
* approbatum * in d. §. & quid ſi tantum. Fortun.
Garzia.numero 234.quamuis ipſe diſſentiat, vt
ſupra, & ſecundum hanc communem opinio-
nem iudicaſſe ſacrum conſil.Neapol.in gratiam
ſecundigeniti, foriudicato primogenito, demū
reſtituto, inquit, Vrſil.ad Afflict.deciſ.361.num.
20. in fin. & numero 21. Dicunt inſuper eodem
19 iure, reſtitutionem (ex gratia loquor) quamuis
amplam, niſi id in ſpecie exprimatur, & cauſa le-
gitima adſit, minime trahi ad bona in alios per
* fiſcum alięnata, & tradita, vt ex communi * ſen-
tentia, ne innumeros tranſcribam, firmant
Franc.Viui.commu.opin.verbo Princeps reſti-
tuens deportatum.opin.244.Eman.Soarez. re-
cept.ſentent.verbo reſtitutus, numer. 86. & ſeq.
Paris de puteo.de feud.reintegr.cap.135.Meno
* ch.ex communi * conſil.103.numero. 12.& 25.
Clar.in §.fin.crim.qq.59.verſi.item quæro, vbi
de communi. Nellus tract. de bannit. 1. part. 3.
tempor.numero 5.quæſt.5.Curt. in conſil. 310.
numero 72.cum ſequ.volum.3.Bonibel.conſil.
18.nu.41.cum addit.Hippol.Bonacoſ.commu.
opin.crimi.verbo, reſtitutus.Claud. regu. crimi.
146.& 147.Boſi.tit.de remed.ex ſola clem.prin
cip.numero 3.11.& ſequen.Roderi.Soarez.alle
gat. 13. numero 56. Franc. Marc. deciſ. delfin.
537.nu.6.part.pri.Plot.in l. 51. quando. nume.
9.& ſeq.C.vnde vi.Soci. iun.d. §. & quid ſi tan-
tum.numero 108.vbi Galiaul.num.70.& Bolo-
gnet.numero 219.Angel.Aret.conſilio crimin.
70.num.26.& ſeq.tom.pri.in fol. quod aliquib.
caſibus extendi ſolet, ad reſtitutionem rebelliū,
pro bono pacis, Afflict. deciſ. 116. vbi Vrſil. nu.
1.& deci.403.& ſi regulariter, dicto caſu pacis,
& boni publici feuda omnia reſtituātur, per Af-
flict.& Vrſil.deciſ.361.Plot.conſil.crimin. 130.
numero 69.& 93.tom.pri.in fol.Mant.conſilio
83.numero 6.volum.ſecundo.Marin.Frecia. de
ſubinfeud. author. 29. numero ſecundo. 1. fin.
pagin.218. in fine verſic. dubitat Andreas. ſub
dens, ita in ſacro conſilio Neapolitano termina
tum, quo loco alias deciſ.Rotę citat, quas ne ſim
prolixior, omittam, trad.Roland.a Valle conſil.
1.num.116.& ſeq.volum.3.Vrſil. ad Afflict. de-
ciſ.361.nume.11.& ſeq.Bero.conſilio 76. num.
105.& ſeq.volum.1.Capici.deciſ.69.nume. 22.
20 quod intelligo, dummodo † de mente reſtituen-
tis, etiam ex cauſa pacis, conſtet velle iam aliena
ta comprehendi, Boſi.d.remed.ex ſola clem.nu-
me.12.Ant.Gabr.ex mente Iaſ.& Nelli. lib.3. de
iure quęſ.non tollen. concluſ.2.num.17.ac Petr.
Foler.in 1.part.conſtit.regni de iuſt. & iure ver.
præſenti conſtitutione.nu.9.ſeq.pagin.113.Rur
ſuſque, ſi alienata ſint titulo oneroſo, reſarciatur
tertius; ita Bolognet.d. §. & quid ſi tantum. nu.
220.in fine Soarez.alleg.10.numer.1. Menoch.
conſi.103.num.36.

Seruit,dum dicunt noſtrates,Dominum non
poſſe reintegrare vaſallum,qui ob delictum ami
ſit feudum agnatis apertum in agnatorũ pręiu-
dicium c.1.vbi Bald.& alij,ſi vaſall.feud. priuet.
Franc.Soſmbeg.tract.de feud.part.13.num.28.
Itaque tum ex rationibus,tum authoritate iuriſ-
conſultorum , deciſionem noſtram in terminis
communem conſtituentium firmandũ arbitror
feudo Curiæ podij d.reſtitutionem non obeſſe.

Tertio,principaliter moueor,abſolute negan
do translationẽ,de qua in facto,plenã reſtitutio
nem damnati cenſeri,ita vt culpam delictumq;
vaſall.tollat, & eius bona feudalia comprehen-
dat,varijſque rationibus adducor.

Primo,quia ibi non reſtituitur Galeotus pro
ditor & damnatus,quo caſu loquuntur ſcriben-
ter,& procedunt omnia ſupra aggregata,præci
pue, dũ rõnes reddunt , ꝙ reſtituere damnatum
21 capite,ad ſolum † Principem ſpectat.l.diui.in ſi.
prin.ff.de prin.& ipſe ſolus recipere in gratiam
eos, qui ipſum offenderunt,poteſt.§.1.in tit. de
pace cõſta.Corrad.de imperat.li.1.c.1.§. 4. ver.
damnatos reſtituit. ſed in iſto caſu reſtituuntur
famæ,honori,ac ſucceſſionibus,eius filij ac ne-
pos nominati,propterea reſtitutio non afficit tri
plici de cauſa.

22 Primo,quia pœna filijs in crimine lęſę ob pa
tris delictum imponitur,propter præſumptionẽ
culpæ & malitiæ,quę à patre in filios deſcendit.
l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſ. Ang. in l. ſi fugitiui,
C.de ſeru.fugit.multa Gram.cõſ.13.& conſ.31.
num.45.Hier.Gigaſ.tract. de crim.in. lęſæ maie.
lib.3.q.14.numero 14.& ſeq.& qq.1.num.9.di
cens,eo caſu læſæ maieſtatis a lege in duriorem
pœnã,ac patrum vindictam, filios punire , cum
pater magis terreatur propter filij pœnã. l. iſti
quidem.in fin.ff.quod met.cauſ.ſi ergo pater de
linquens non reſtituatur,eius delictum culpa &
præſumptio,quæ in filios deſcẽdunt,adhuc du-
rabunt poſt mortem patris,nec purgata erit il-
lius contumacia, & culpa, nec reſtitutio plena
erit,cum pęnitentia vnius non purget alium. l.
dicto,§.hæredes.ff.de iure fiſci. differuntq; mul-
tum purgatio patris,à purgatione filij.l.genera-
liter.C.de reb.cred.l.ſi pœna.ff.de pęn.

Secundo, pater reus, proditionis cauſa fuit
23 ob delictum capite damnatus , vnde † filij eius
delictum non purgabunt,nec tollent. l. ex iudi-
ciorum,cum materia.ff. de accuſat. ob quas ra-
tiones , inter cætera , dicebat Rainutius , filios,
mortuo patre, redigentes in fortiam Caſtrum
Ciuitatis,quod pater rebellis amiſerat,non rela
xari a pœna ſtatuti cauentis,quod banniti ob re
bellionem Caſtri,& eorum deſcẽdentes,ab om-
ni Ciuitatis commodo,& honore,perpetuo ſint
excluſi,nec pro ciuibus habeantur, niſi dictum
Caſtrum in fortiam redegerint,quando ipſe pa
ter viuens,illud recuperare , & propriam culpã
purgare benebatur , quem refert Nell. tract. de
bannit.2.part.3.tempor.qq.12.per totam.

Tertio,differunt inter ſe vaſalli patris damna
ti,reſtitutio,particularis,à filiorum reſtitutione.
24 Primo,dum ex prima,filij † omnino reinte-
25 grentur,& ſuccedant,ac ſi nunquàm eſſet fello-
nia commiſſa,& ſicut pater ipſiue abſque alia re
ſtitutione & actu,ab omni infamia liberantur,
ac ad honores & ordines catholicos promouẽ
tur,Ioan.a Turr.crem.in ca.ſi quis. numero 86.
qq.1.Ex ſecunda vero ſecus, cum requiratur in
filijs ſpecialis reſtitutio,cum ab Imperatore tũ a
Pontifice iuxta facti contingentiam,nec niſi re-
ſtituti ad ordines promoueantur.Gigaſ.crimin.
læſæ maieſt.lib.3.qq.12.& lib.2.q.22. nume.7.
& ſeq.

26 Secundario,reſtituto primogenito † iam dã-
nato ob crimen læſæ,ac mortuo,filij eius & om
nes deſcendentes ſuccedũt in feudo,excluſo ſe-
cundogenito,cum reſtitutio de patre principali
ter damnato facta trahatur ad filios, qui in con
ſequentiam illius veniunt.l. ſi.ff. de ſentent. paſſ.
Salicet.in l.caſtitati colu.1. C.ad l. Iul. de adult.
in propoſito Gigaſ.d.tract.de crimin.læſę.lib.2.
qq.22 .extendens hoç dictum contra Afflictum
ad filios primogeniti natos & poſt commiſſum
delictum.Diuerſum vero,ſi filius primogeniti re
ſtituatur mortuo patre,quia tunc non ipſe , ſed
ſecundogenitus, vel dicti filij patruus admitte-
tur,eo quod.d. filius nunquam feudum habue-
rit,& ideo reſtitutio ſibi non dat,quod nunquã
habuit,nec id,quo priuatus non extitit,vt in ex-
preſſo determinat Matth.de Afflict.in c. 1.§.prę
terea ſi vaſallus.num.95.verſic.gloſ.3. titu. quæ
fuer. pri. cauſ. beneſ. amitt. Gigaſ. ſæpe citato
tract.lib.2.qq.21.& quæſt.20.in fin.tradunt om
nes in d.§.& quid ſi tantum,poſt gloſ. vbi Soci.
27 iun.num.105.Menoch.conſil.103.num.24.† re-
ſtitutio namque ad non acquiſita non trahitur
Boſi.tit.de remed.ex ſola clem.prin. numer.13.
Mant.conſi.84.num.6.volum. 2. ac Vrſi. ad Af-
flict.d.deciſ.361.num.28.& 21.

28 Tertio rurſus dici poſſet in his † feudis hære-
ditariis mixtis,reſtitutio patre damnato,niſi ver
ba & mens aliud ſonent,feudum adhuc antiquũ
remanere,omnes in c. 1. vbi Afflict. num.20. cũ
ſeq.de vaſall.decrepit.ętat.Menoch.conſil. 104.
num.45.cum ſeq.At ſi filii tantum reſtituantur,
nouũ erit,eo quod vt ſucceſſores & hæredes nõ
veniunt,quia damnatus,nec bona nec hęredita
tem reliquit,nec conſequenter eidem hęres quis
exiſtat.l.lex cornelia.ff.de vulg.Bald.conſi.408.
num.2.& conſil.243.num.2.vol.pri.

29 Quarto,videmus † reſtitutis bãnitis ſeu rebel-
libus,generalib.non cẽſeri reſtitutos hęredes &
filios illius,Aret.conſi.161.ſecundo dubio.Boſi.
tit. de remed.ex ſola clem.princi.nu.14. hæc ad
caſum noſtrum reducendo,dum filii ſolum reſti
tuũtur,nõ autẽ pater dãnatus , minime ad feuda
aliis iã delata credent reſtitũti , cũ nunq̃ filii illa
30 habuerint,minuſue amiſerint.† Mortuuſque pa-
ter, fama , & memoria eius,potuerit reſtitui in
inte-

Digitized by Google

integrum ad omnia, ac in filiorũ commodum,
prout illius memoria damnari, ita Bal. in conſi.
213, quidam nobilis nomine Antonius. vol. 3.
alias 243. volum. 1. & in conſi. 408. nu. 3. & ſeq.
vol. pri. Marſi. tract. de bannit. verbo læſæ Maie
ſtatis. nu. 59.

Secundo, animaduerto reſtitutionem ab Illu-
ſtriſſimis tutoribus emiſſam, nõ eſſe plenam, ge-
neralem, bonaque alij delata comprehenden-
tem, nullum enim de hoc verbum in illa legitur
iuxta conſilium Angel. in d. §. & quid ſi tantum
num. 14. vbi Garzia. num. 68. & potius reſtricta
eſt & limitata ad effectum ſolum validandæ trã-
ſactionis inter partes initæ, ibi, quo ad effectum
&c. ac ibi, iterum quatenus eos efficeret, quo ad
effectum cõfiſcationis bonorum tantum, ex cau
ſa præſentis tranſactionis & concordij. limitata
31 itaque † reſtitutio ad hunc effectum, & ſpeciem
tantum non extendetur ad perſonas & iura in
tranſactione & cõcordio nõ comprehẽſa vulg.
l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. Alba. in reſti
tutione damnati, conſi. 17. nu. 22. Caſſane. con-
ſuet. Burg. Des Iuſtiz. §. 5. rubrica 1. nu. 7. & reſti
tutionem damnati cum adiuncto aliquo opera-
ri, ſecundum illud tantum, Bald. inquit in conſi.
45. n. 3. vol. 2. & ad ſpecies limitatas Franc. a Li
gnamin. conſ. 45. num. 19. tom. 2. conſi. crimin.
in fol. Quinimo, & ſi generalis eſſet, cum mẽtio
nulla proditionis ſeu rebellionis in d. reſtitutio
ne fiat, adhoc delictum patris minimè trahetur
32 quãdo generalis † remiſſio delictum proditione
perpetratum minime comprehendat. Petrus a
Platea, epit. de delict. lib. pri. cap. 21. num. 10. Bo
ſi. in titu. de remed. ex ſola clem. princip. nu. 34.
Clar. §. fin. qq. 58. uerſi. deberautem. propterea
operabitur ſolum, quo ad bona Dominij Mirã-
dulæ & penes fiſcum exiſtentia, ad effectum ua-
lidãdæ tranſactionis, non autem in omnib. quo
ad ius tertij acquiſitum, nec tunc conceſſum ſu-
per vno, extenditur ad aliud, etiam principale,
cum ſuper præparatorio vtilis conceſſio exiſtat
ut inquit in reſtitutione ſimili Menoch. d. conſ.
103. nu. 33.

Tertio reſtitutio illa non loquitur expreſſe de
bonis feudalib. ſeu dominis directis obnoxijs,
propterea iſta non includentur ex vulgato ſed
33 uero & communi dicto, quod † feudalia nũquã
in generali alienatione, diſpoſitione, cõfiſcatio
ne ſeu reſtitutione veniat. c. 1. §. in generali ſi de
feud. defunct. ſi content. ca. 1. de capit. qui Curt.
vend. & ſi exprimeretur, omnium bonorum, ſe
cundum communem * ſententiam, de qua per
Dec. conſi. 422. colum. pen. Marſi. conſi. 46. nu.
55. Cæſal conſ. 29. num. 13. cum ſeq. & in crimi
ne læſæ, ample Roland. a valle, conſi. 29. nu. 14.
nu. 16. ac de communi, per totum volu. 3. ponit
in materia Ant. Gabr. tit. de regul. iur. lib. 6. con-
ſil. 12. nu. 15. cum ſeq. Eman. Soarez. recep. ſen-
tent. verbo feudorum. num. 93. cum ſeq. Marſil.
tract. de bannit. verbo confiſcata. nu. 10. & ſeq.

Dominus namque confiſcans & reſtituẽs dam
natum, intelligitur plene reſtituere pro omnib.
bonis ſibi confiſcatis, ac ad eum pertinentib.
non pro feudis alienis, quorum nec vſufructũ
in illis tenuit, ut in confiſcatione inquit Franc.
Soſmbeg. de feud. part. 13. nu. 63. & hoc d. tran
ſactio expreſſe vult. in verſic. nec non teneatur
pagin. 46. dum bona tantum confiſcata & in cõ
fiſcatione comprehenſa reſtituit, & actiones ad
illa bona, in quib. ius fiſco ſpectaret, cedit atq;
transfert. feuda itaque aliena non erunt cõpre-
henſa in tranſactione, cum in confiſcatione fa-
uore principis damnantis non veniant, nec ius
in illis eius fiſco quomodolibet cõpetat. uerbis
enim tranſactionis eſt inhęrendum, vulg. l. quic
quid aſtringendæ. ff. de uerb. obliga. & l. 4. §. to
34 ties. ff. de damn. infect. in † reſtitutione Tob. No
ni. conſi. 89. nu. 5. Nec opponatur uenire feuda
in ſimili reſtitutione, ut ſentit Floria. in l. loci
corpus. §. fi. ff. de ſeruit. uend. Aegid. Bellame. de
ciſ. 743. & 744. ac nonnulli, de quibus in tertio
argumento.

Etenim illud ſolum procedit, ubi fit reſtitutio
ex cauſa pacis & publici commodi; ſecus uero,
ſi ad ſolius principis priuatũ commodũ, ut hic,
quia tunc non includuntur feuda, prout in ex-
preſſo declarat, Anton. Capic. deciſ. 69. nu. 23.

Quarto, ex quo præſens feudum curię Podij
poſitum eſt in iuriſdictione Sereniſſimi Princi-
pis Mantuæ, ſic extra dominiũ Principis Mirã-
dulæ cõfiſcantis bona Pedochæ, Rurſus eſt Ec-
cleſiaſticum ab epiſcopatu Mantuę per Illuſtriſ
ſimos Dominos dictę Curię proprios vaſallos
recognitum, ut dixi alias conſ. 91. lib. 1. non cõ
prehenderetur in reſtitutione facta filijs, cum ad
non ſubditos, nec ad bona Eccleſiæ etiam a pri
uatis laicis, pro vtili dominio poſſeſſa trahatur
diſpoſitio, conceſſio, priuilegium vel gratia per
35 Principem † in ſubditum emiſſa Deci. in c. quæ
in Eccleſiarum. num. 6. & 24. extra de conſtitu.
Afflict. deciſ. 361. num. 21. 26. & ſeq. ubi Vrſil.
num. 6. Dum itaque nullo modo reſtitutio per
viam tranſactionis feuda hęc, ſeu caſum noſtrũ
comprehendit, firmabimus ea nõ obſtante, Ex
cellentẽ D. Suſſiũ inueſtitũ a D. directo iuſtitiã
fouere. Quib. ex aduerſo poſita non repugnãt.

Primumque tollitur multis modis. Primo, nã
& ſi reſtitutio plena ad bona ſingula trahaẽ, in-
telligitur tamen quo ad poſſeſſa, & per fiſcũ de
tẽta, ſecus ſi aliena ſint uel penes alios uel ius ter
tij acquiſitum in dd. bonis, uel delatum, cum ad
iſta non trahatur, niſi expreſſe per Principem di
catur, ex regula quam ponit Pontifex in c. quã
uis de reſcrip. in 6. ubi gl. & communiter * Feu-
diſtæ Iaſ. & cæter. ubi Bolognet. de cõmuni, An
ton. Gabriel. lib. 3. de iure quæſit. non tollend.
concluſ. 2. nu. 16. & 17. in d. §. & quid ſi tantum.
nume. 217, quod hic minimè factum agnoſco,
cum nullum uerbum de bonis alienis in reſtitu-
tione legatur.

Secundo, & ſi bona p alios detẽta expreſſe in
reſtitutio ne comprehenderentur. non tamen lo
cus eſſet recuperationi bonorum, niſi Princeps
aſſereret id facere, & damnatum reſtituere in ter-
tij præiudicium, ex magna cauſa, publicæ vtilita-
tis, vel pacis, vt doctores omnes, dictam limita-
* tionem communiter*reſtringunt, & intelligũt,
ex Ioan. Bolognet. in d. §. & quid ſi tantum. nu.
a 19. ita procedit Barbat. d. conſi. 56. ultimo. arti
cul. volum. 4. quæ ratio in hoc caſu minime aſſi-
gnatur, quin contraria potius exprimitur, vtili-
tas inquam, & Principis remittentis commodũ
priuatum.

Tertio, hæc nõ eſt reſtitutio damnati, remiſſio
que delictorum & culpæ D. Galeotti proditoris
ſed filiorum & deſcendentium tãtum, quæ poſt
patris mortẽ, nullum effectum ſortitur mortuo
damnato, & poſt ius dominis directis feudo-
rum acquiſitum, vt dixi in ſecundo & tertio ar-
gumento.

Quarto, cõceſſo feuda in cõfiſcationẽ ueniſſe,
37 cũ a domino directo propter† merita ſint in cla
riſſimum Suſſium translata, vt conſtat documẽ-
tis publicis, non poterunt reſtituto vendicari,
iuxta diſtinctionem apoſtil. ad Bart. verbo, in cõ
trarium. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu-
13. ff. de liber. & poſthum. Paris de puteo, de feu
do. reintegratione, cap. 135. n. 10. ſeruit Menoc.
conſi. 103. nu. 53.

38 Quinto & vltimo, reſpondetur, admiſſa reſti-
tutione in ampliſſima forma, non trahi ad hoc
feudum in aliena iuriſdictione exiſtens, & alte-
ri Principi ex ſententia damnantis applicatum,
tum quia ad non ſubditum non extendantur.
per Deci. d. c. quæ in eccleſiarum. num. 24. de cõ
ſt. t. tum quod ex communiori ſententia feudi-
ſtarum in terminis iſtis, feudum apertum domi-
no directo ob infamiam vaſalli non recupere-
tur, per uaſallum reſtitutum a ſuo Principe tan-
tum, vt dixi ſupra in ſecundo argumẽto, in fine.

Secundum vero de doctrina, & diſtinctione
Iacob. de Bellouiſu minus refragatur.

Primo, quia feudum ob delicta uaſalli, etiam
in alios, quam dominum dictum cõmiſſa, non
aperitur ſolum ex ſententia damnationis in reũ
lata: ſed propter infamiam, culpam, delictũque
proprium vaſalli, ac ob pacta naturamque, ſeu
tacitam conuentionem domini & vaſalli, dum
intelligatur ſolum inueſtitus, donec erit fidelis,
gratus, a nemine capite bannitus, ita quod in cu-
ria domini comparere valeat, quod explicaui ſu
perius in prima ratione in fine. ideo dum alia
concurrant, quam ſimplex ſentẽtia, & in aliquo
dominus arbitretur offenſus, reſtitutio feuda hęc
non includet, per Galiaul. d. §. & quid, ſi tantum
num. 72.

Secundo, doctrinæ contrariæ procedũt, vbi
vere damnatus reſtituitur quia cum ex ſenten-
tia immediatè amittat, & alteri acquiratur, reſciſ
ſa ſententia, totum quod ex illa ſequitur, reſcin-
ditur, & annullatur. per Bald. poſt cæteros in d. l.
fin. in 6. C. de ſent. paſſ. ſecus ubi filij tantum, eo
mortuo, reſtituantur. cum enim ipſi nihil amiſe-
rint, quia nil nunquam acquiſierint, reſtitutio,
quo ad ipſos nihil reſcindet, quando reſtitutio
ſolum tradat, quod actus reſtitutus ſubſtulit, non
autem concedat quæ nunquam fuerint acquiſi-
ta, Barto. in d. l. fi. nu. 8. C. de ſenten. paſſ. l. 1. C. ſi
aduerſ. tranſ. & tradunt omnes in dict. §. & quid
ſi tantum.

Tertio, admitto reſtitutionem trahi ad acqui-
ſita per tertium, & ex ſententiæ titulo tantum, ſic
miniſterio iuris ciuilis, in quibus Princeps ter-
tio præiudicet, quia tunc cauſa iuſta requiritur,
* ex una communi, * quam ponit Crauet. d. cõſi.
135. & communiorem inquit Paris conſil. 101.
num. 70. uolu. 1. cæteroſque id atteſtãtes aggre-
gat Ant. Gabr. lib. 3. de iu. quæſit. non tollend.
concluſ. pri. nume. 17. verſic. contrarium Arius
Pincl. in prima part. Rubricę. C. de reſcin. vend.
num. 14. & ſeq. Bolognet. conſi. 3. num. 8. & ſeq.
Tob. Non. ex veriori conſil. 89. num. 20. Menoc.
cõſi. 103. nu. 68. & & 76. nec in præſenti tranſa-
ctione ſeu reſtitutione allegetur cauſa iuſta, ad
ius in feudo domino directo acquiſitum mini-
mè extendetur, cum nec id in dubio voluiſſe
Principem credatur. Rui. conſi. 4. colum. penul.
volum. 3. Gabriel. d. cõcluſ. pri. num. 21. Bolo-
gnet. conſi. 3. in pri.

Quarto, quo ad inueſtituram priorem, dictis
filijs cõceſſam, cum habeat clauſulam, ſaluis iu-
ribus &c. & per actum præcedentem fuerint iu-
ra vtrique parti reſeruata, non uideo reſtitutio-
nem cõfirmatam, & minus inueſtituram obeſſe,
39 quando ex d. † clauſula omnia iura domini dire
cti & aliorum reſeruata intelligantur. vt in ter-
minis ſcribit Signorel. conſil. 60. nume. 4. Deci.
conſi. 445. num. 6. in fi. Paris conſi. 5. nume. 26.
uolum. pri. quos in propoſito ſequitur, Menoch.
conſi. 103. num. 60. 65. & ſeq. ſubdens, inueſtitu
ram poſteriorem alteri præcedenti, cum d. clau-
ſulá, derogare.

Vltimo, authoritatib. cõmunito, reſpondei.

Primo, adeſſe alias numero ac pondere præ
ſtantiores in iſtis terminis pro domino directo
feudi, quæ communem ſententiam cõſtituunt,
ita rurſus nuncupatam a Fortun. Garzia. Bero.
ut ſupra in ſecundo argumento. propterea iſta
40 in † iudicando ſeruabitur. Imol. late poſt. Felin.
num. 54. Hoſtien. Ioan. Andr. Butr. & Abb. in c.
1. de conſti. Tiraquel. de ll. connubial. glo. 8. qq.
17. num. 144. ad nu. 162. Guid. Papa ſingul. 512.
communis opin. Roman. conſil. 179. nume. 12.
vbi latè Mandoſ. & Anton. Corat. tract. de com-
mun. opin. lib. 2. titu. 8. num. 16. cum ſeq. & plu-
ribus in locis d. tractatus.

Secundo dicitur, omnes ex aduerſo pondera
tos, loqui, ubi damnatus reſtituitur a propriodo
mino feudi, ut Abb. d. conſi. 94. Natta, Belamera,
ac Portius. non autem dum remittuntur filij, &

a do-

à domino confiſcante tantum, ut hic nonnulli etiam in reſtitutis, ob pacem & publicam utilitatem, ut deciſiones Rotæ Romanę, ac alij deniq; cõtra communem ſententiam, de qua ſupra ſcribunt, vt ijdem met iuriſconſulti atteſtantur, videlicet Fortun. Garzia d. nu. 234 Mod. Pariſien. dict. qq. 6. in fine num. 37. ac Ber. dicto conſ. 76.

Tertio reſpondetur, Amplectentes opinionẽ pro damnato, pręcipua ratione inniti, quod immediate ex ſententia tantum feuda domino acquirantur. verum, vt dixi in prima & ſecunda ratione, alia concurrunt, illoque caſu, dum aufertur acquiſitum, miniſterio iuris ciuilis, requiritur quoque cauſa in Principe, ad communiorẽ ſententiam, quæ deficit in pręſenti, dum ad ſolã Principis priuatam vtilitatem & limitatam, reſtitutio fiat, ut iure merito reſoluam in gratiam Excellentiſſimi D. Suſij ceſſionarij Illuſtriſsimi Domini directi iudicandum. Quemadmodum iudicatum fuit, anno 1577. die 17. Octobris, cum Senatus cenſuit bene iudicatum ad fauorem domini Suſij, & male per Pedocas appellatum.

PRO ILLVSRI. DOMINO COMITE Camillo Caſtillioneo.

ARGVMENTVM.

Bonorum deſcriptio & ſequeſtratio, quando fiat. Reſpondere ſimpliciter, quando pars teneatur, an uelit vti teſtibus vel ſcripturis.

SVMMARIVM.

1 *Error committitur quandoque, ob partium cauillationes.*

2 *Sequeſtrum, nunquam fit in prima inſtantia, nec in ſecunda, ſi pars eſt ſoluendo, ex communi.**

3 *Sequeſtratio iure facta fideiuſsioni, non tollitur.*

4 *Cautio iuratoria non admittitur, ubi debitor eſt perſona honeſta.*

5 *Sequeſtrum dum dubitatur qui poſsideat, fit per Iudicem, ne partes ad arma veniant, remiſsiue.*

6 *Sequeſtrum in cauſis beneficialibus, quando fiat remiſſiue.*

7 *Deſcriptio fructuum, pendente lite, ſuper re ipſa nunquam per iudicem actori denegatur, cum petitur ad probandum, ex communi.**

8 *Fructuum deſcriptio fit ſemper, vbi nulli præiudicium infertur.*

9 *Producens ſcripturam, vel teſtes, poteſt proteſtatione vti, quod intendit tantum vti, quatenus ſint vera.*

10 *Terminus ad deliberandum pro ſimpliciter reſpondendo, an vti pars ſcriptura velit parti per iudicem aſſignetur, ex ueriori.**

11 *Vti ne teſtibus, an non uelit pars poſt publicationem teſtium, pars ſimpliciter reſpondere cogitur.*

12 *Interrogatio, an quis uelit vel ne uti teſtibus, uel ſcripturis, eſt ordinaria, & de conſuetudine.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

TRINITAS ADSIT.

SVB examine Illuſtriſsimi Domini Oratoris Cęſarei ad Rẽpub. Venetorũ deſtinati, iudicis delegati, in cauſa vertente inter Illuſtriſſ. Dominum Comite Baldeſſarem Caſtillioneũ, & Illuſt. Dominos Com. Camillum & Federicũ fratres de Hippolitis condominos terrę Gazoldi, nunc principaliter dubitatur, an ad fauorem D. Caſtillionei actori contra dictos. DD. fratres reos cõuentos, pronuntiari debeat. primo deſcriptionẽ fructuum, bonorum ſtabilium, de qnibus in cauſa faciendam eſſe, & ſic illam committendam in partibus. Secundo partem aduerſam teneri reſpondere clare, & ſimpliciter iuxta interrogata per D. actorem, uelle vel non velle vti teſtib. examinatis, ex illorũ parte. quę dubia, licet ſint adeo clara penes iuris peritos, tã praxim, quam Theoricam legũ inſequentes, quod Dauus, licet Oedipus eſſet, illa intelligeret, atque diſſolueret, ne quando per cauillationes, & pernicioſas ſubtili-
1 tates partis contingat errare, prout non abs re ſæpius in iure noſtro fieri commemorat, Iur. cõſul. in l. ſi ſeruum. §. dedi. ff. de verbo. oblig. Infra ſcriptis authoritatibus breuibus declarare, ac diffiniri cenſui.

Ad primum itaque reſpondeo, iuris eſſe notã regulam, & communem conſulentium traditio-
2 nem, quod licet in prima inſtantia † ſequeſtrum regulariter fieri nequeat, pro fructibus rei petitæ, ne pars commodo ſuæ poſſeſsionis priuetur minuſve in ſecunda, ſi pars ſit ſoluendo, nec fructus dilapidentur, per text. tit. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. extra. ubi ſummiſta Butr. Abb. Anchar. & alij clementia prima, ubi Card. Imol. poſt cæteros eodem titulo. l. 1. ubi Bald. Fulgo. Sali. & alij in ſecundo not. pro regula aduertunt. C. eo. titu. Abb. in c. 2. nu. 10. & 22. eodem titul. & conſi. per totum Felyn. c. examinata in 3. limitatione. de iud. ex facto, reſpondit. Deci. conſ. 346. Alex. conſi. 163. volum. 6. Paris conſi. 41. nume. 45. & 46. uolum. 1. Addit. ad Capell. Tholoſan. q. 477. Alex. conſi. 7. num. 12. uolu. 5. Natta conſi. 584. in 3. ample per alios pertractat & ſequitur, Cur.

iun.

ium.tract.de ſequeſtr.in pri.Iacob.de Aren.eodē
tract.in pri.Ancar.q.famil.47.nume.14.& 15.
par.pri.Port.Imol.cōſi.156.in prin.Soc.iun.cō
ſi.68.num.163.cum ſeq.volum.3.Crauet.conſi.
272.num.13.Bero.conſil.116.num.6.volum.3.
Iacob.Nouel.qui dictum cum ampliat & limit.
tradit,regula 191.ſequeſtrum,Boer.deciſ.172.
in prin.Roma.conſil.322.cum apoſtil.Mendoſ.
nume.3.Imol.conſil.50.& Card.conſil.145.
quos adducit nouiſſime,Illuſtr.Card.Alban.in
ſuis lucubrat.ad Bartol.in l.1.C.de prohibit.ſe-
3 queſtra.† namque ſequeſtratio in caſu permiſſo
facta,fideiuſſione tollitur,per doct.ſupra allega-
tos,& totum conſi.310.vol.3.& ex cauſa,tradit
Viuius,quem citat Soarez.commu.opin.verbo
4 ſequeſtratio.nu.104.cum ſeq.uel per † cautionē
iuratoriam,dummodo ſit debitor perſona hone
5 ſta,Loffed.deciſ.ſua.6.& de † ſequeſtro per iudi
cem facto,ne partes veniant ad arma,& cauſa
ſcandali euitandi ob contentionem partiū,quā
do dubitaī quis poſſideat,& Iudex aſſumpſit in
formationes,tradit Alciat.conſil.389.Deci.Bo
non.75.Menoch.de retinen.poſſeſſ.remed.3.q.
11.num.12.& nu.86.Alban.conſi.75.& 78.Sil-
uan.conſi.27.in prin.Neuiz conſi.81.num.4.&
ſeq.Alban.in lucubrat.ad Barto.in l.ſi oleum.§.
6 1.ff.de dolo malo,vbi Zaſi.in fin.num.28.† ſimi
liter de ſequeſtro in cauſis beneficialibus,an &
quando admittatur.latè per Veſtr.in act.& mo-
res Curiæ Romanę.tit.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.
& Mil.ſuo repertor.vebo,ſequeſtrum.

Attamen omnes admittunt,nemine penitus
diſcrepante,quod actore inſtante pro illius inte
reſſe,per Iudicem prouidebitur,hetque omniū
7 ſingularis† fructuum deſcriptio in cauſa princi-
pali,ad effectum,vt ſuper illis abſque alia liqui-
datione ſeu ꝓbatione poſſit certa & determina
ta ſententia ferri ita tradit practica Papien.ſub
Rub.de forma ſequeſtri ſub num.primo,quę al-
legat,text.& Barto.in l.1.§.eligitur.ff.de vent.in
poſſ.mit.Barto.& Saly.in d.l.1.C.de prohib.ſe-
queſtr.Barto.Angel.& Moder.in l.Imperatores
§.fin.ff.de apppellation.& in l.facultas.C.de iure
fiſci lib.10.quod maxime ꝓcedit,ubi dictorum
fructuum deſcriptio petitur,vt in præſenti caſu,
ad probandum,non autem ad incorporandum
quod per alios ſingulariter tradit,Curt.tract.de
ſequeſtr.num.15.& 16.Iacob.de Arena.eodem
titul.de ſequeſtr.num.20.Aufer.ad quæſt.Tho-
loſ.477.eam ſemper fieri poſſe ait,Corn.conſil.
267.num.6.uolum.4.Bertach.ſuo indice,verbo
deſcriptio il 2.id vbique obſeruari conſueuiſſe
refert Petr.de Anchar.quæſt.famil.47.pri.part.
nu.16.& vidiſſe hanc deſcriptionem fieri,& per
mitti,etiam antequam ſequeſtratio fiat,in caſi-
bus a iure,permiſſis,dicit Rebuf.in conſtitut.re-
gijs.lib.3.de ſequeſtr.& commeſſ.art.1.gloſſ.2.
num.9.vbi materiam ſequeſtrorum tractat.quā-
8 do enim nemini præiudiciū fit,per † deſcriptio
nem fructuum,continuo permiſſa cenſetur,&
ad eam iudicis officio altera inſtante pars cōpel-
li poteſt,ita Balb.in deciſ.Cache.Pedemon.68.
in ſuo conſi.nu.26.& ſequen.ample Claud.Ca-
tiunc.conſi.26.num.6.cum ſeq.Paris conſi.40.
num.2.volum.1.Arius Pinel.in l.1.parte 2.nu.
23.C.de boni.matern.Vnde ex his in dubium
redditur,deſcriptionē petitam nomine Illuſtris
Domi.Caſtillionei actoris committendam fo
re,& quàm citius,ob inſtantem fructuum agro-
rum perceptionem.

Ad ſecūdum,ſimili compendio dicam,quod
6 licet † alias producens inſtrumentū uel teſtium
depoſitiones in iudicio,ad euitandam pœnā fal
ſi,inflictam producentibus vtentibuſque falſa
ſcriptura,vel actu corā iudice,inſeruire ualeant,
illa proteſtationis forma,quod non intendunt
illis vti,niſi in quantum vera eſſent,& verum di-
cant,iuxta doctrinam Bald.in l.ſi aduerſarius,in
fin.C.de fid.inſtrum.Specul.de inſtr.ædit.§.6.
videndum reſtat.verſiculo,quod ſi uelis,cum ſi-
mili.quam proteſtationem prodeſſe dixit,Cin.l
ſi falſus.C.de falſ.Verumtamen,viſa hac produ-
ctione ſeu proteſtatione per iudicem,ipſe inſtā-
10 te parte debet producenti † terminum ſtatuere
ad deliberandum,ac ad ſimpliciter & ſine plica
reſpondēdum,an dicta ſcriptura uelit vti,uel ne.
cum aliter cenſeatur quædam probatio dubia,
quæ minime releuat.cap.in præſentia,de proba
tion.& iudex contra partem vehementer ſuſpi-
cari debeat,ſi illam ante declarationem vel pro-
ductionem non examinet de veritate ſcripturæ,
uel depoſitorum per teſtes,uel ſaltē poſt produ-
ctionem vel probationem teſtiū,ſi aduerſarius
hoc petat,cum eo tempore pars inſtrui poſſit.

Hæc eſt Bart.doctr.vbi Alexan.in apoſtil.in
l.diuus.la 2.ff.de falſ.quam ſequitur Lapus alle-
gat.119.nu.4.vbi additio Mendoſ.verbo diuus.
idem tenuit Fulgoſ.conſi.177.quam doctrinam
* veriorem* ait,Ioan.Baptiſt.Ferret.conſi.88.ad
fin.d.Gabriel.ſuis concluſ.commun.crimin.cō-
cluſ.7.num.2.ſequen.pars enim ab altera poſt
11 publicationē atteſtationum interrogata,an † ve-
lit uti teſtium ſuorum depoſitionibus,ſimplici-
ter,clarè,& ſine conditione reſpondere cogitur
vti velle,vel nolle vti,ut poſt cæteros ſupra,ita ꝑ
conſilium Neapolitanum determinatum fuiſſe
recenſet Afflict.deciſ.189.per totam,poſt Rotā
in nouis 282.licet quis,uerſi.ſecus vero ſi eſſet,
Butr.& Felin.in c.imputari ad fin.de fid.inſtru.
Felin.in c.præſentiam.num.12.de teſtibus,Ri-
pa in c.cum M.Ferrarienſis,poſt nu.100.uerſic.
tollendo,de conſti.Cępol.cautel.53.nu.2.quod
12 † interrogatorium eſt de conſuetudine,per Ri-
min.conſi.596.volum.3.pro cautela quotidia-
na refert Lanfranc.in c.quoniam contra,de in-
ſtrum.produc.colu.11.uerſi.quæro ulterius.ex-
tra de probation.Folerius in ſua practica crimi.
uerſic.item quod commiſit falſitatem,num.45.
* pag.208.& ex cōmuni * notabiliter.ponit Boſſ.
tit.de falſ.nu.155.& 156.& licet ſubiungat uſu
appro-

approbatam reſponſionem, quod velit vti in cõcernẽtibus ſubſtantiam negotij, & fidem teſtis, vel dicat vti declarando intelligendo concordãdo & diſtinguendo dicta teſtium, ex natura & qualitate facti antiqui, & qualitate perſonarum attamen loquitur ex vſu & obſeruantia fori Mediolanenſis, vigore ſtatuti d. Ciuitatis. de quo ĩpſe loquitur, qui vſus admiſit ibi ſimilem reſpõſionem pro clara & certa, vt ipſe ait, poſt n. 155. & in fine eiuſdem num. non tamen infert, quin de iure clara & nitida reſponſio fieri debebat, ex communi, de qua ſupra, quam ſimiliter refert & ſequitur Clar. §. crim. tit. de falſis, verſi. vtẽs falſo inſtrumento, dicens, ſtatuto dicto termino, ſiue in proprio, ſiue in alieno facto, ſiue poſſit eſſe inſtructa pars, ſiue non, teneri clarè reſpondere ſine vlla conditione, vel adiectione, an velit, vel non, vti. Vnde videtur concludendum iuxta petita per eundem Illuſtrẽ D. Caſtillioneum actorem, teneri patrem ream clare reſpondere, & ſimpliciter, an velit vti teſtibus iam publicatis vel ne, citra proteſtationem, plicam vel aliam cõditionem reſponſioni adiectam.

Franc. Burſatus, I.C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRI D. OCTAVIA Fanzina Gonzaga.

ARGVMENTVM.

Statum Parmenſe prohibens maritum vxori relinquere, an extendatur ad ſubditos extra territorium in vxorem diſponentes, & an ſit fauorabile vel odioſum.

Viduitatis conditio, quãdo in legato repetita cenſeat.

Statuta quæ attendantur, an loci particularis exempti ſeu ſeparati vel dominatus, ſeu alias ius cõmune Romanorum.

Repetitio conditionis vel viduitatis appoſitæ in primo legato, quando intelligatur alio facta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens maritum non poſſe legare vxori niſi centum, valet.*

2 *Statutum fauorabile de diſponendis bonis, extẽditur ad ſubditos extra territorium diſponentes, ac ad bona alibi ſit a ex cõs,* * *& qualiter*
** *intelligatur in nume. 05. ex communiori.* **

3 *Statutum loci ſuperioris ſeruari debet in caſtris alias ſubiectis, licet nunc libera exiſtant.*

4 *Loci alicuius ſubditus non dicitur, qui aliunde continuo habitat, & ibi vxorem ducit.*

5 *Ciuilitas originalis non attenditur, quando alibi habitatur.*

6 *Habitãs alibi nõ ligaẽ ſuis ſtatutis originarijs.*

7 *Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*

8 *Originarius mutãs domicilium, ligatur ſtatutis conditis ante mutationem domicilij, at ſecus in alijs.*

9 *Domicilium quis in duobus locis tenere poteſt.*

10 *Teſtator codicillans in territorio alieno cõfirmat teſtamẽtum inualidum, per diſpoſitionem ſuæ patriæ.*

11 *Actus cenſetur nullus ipſo iure, cum ſtatutum diſpoſitioni reſiſtat, & perſonas coniugum inhabilitet.*

12 *Confirmatio non trahitur ad actum nullum, ex defectu perſonæ inhabilitatæ. fallit. numero ſeq. & 14.*

15 *Qualitas omiſſa in legato primi teſtamenti, videtur repetita & in legato vltimi teſtamẽti, niſi appareat de contradictione.*

16 *Viduitate deficiente in vxore teſtatoris, ipſius anima contriſtatur.*

17 *Viduitatis conditio ſemper intelligitur repetita, etiam quod non adſit vlla conditio repetitiua.*

18 *Sortiendo quis forum alicuius loci, ligatur illius ſtatutis.*

19 *Princeps, ſuis legibus abſolutus eſt.*

20 *Ius commune ſeruatur, quando ceſſat diſpoſitio ſtatuti particularis, & intelligitur de ſtatuto loci ſuperius nu ſeq.*

Quod non procedit, vbi adeſt Caſtrum exemptum, licet ſit poſitum in diſtrictu. num. 22.

Qualiter autem iſtud intelligatur, habetur numero 24.

23 *Ciues alicuius loci non ſubditi metropolitanæ ciuitatis, non ſunt ciues illius, licet alias fuerint, nec ſtatuto illius ligantur.*

25 *Maritus poteſt de iure communi quomodolibet vxori relinquere in vltima ſua voluntate.*

26 *Vxor ſecundum iuris regulas, poteſt eſſe in totũ hæres mariti.*

27 *Vxor poteſt blanditijs marito ſuo ſuadere, vt ipſam hæredem inſtituat, & tenebit teſtamentum.*

28 *Donatio inter virum & vxorem morte donatoris confirmatur, dum tamen præcedat aliqua*
* *traditio etiam ficta, ex communi.* *

29 *Prohibitum allegans, id probare debet.*

30 *Interpretatio in dubio pro voluntate defuncti fieri debet.*

31 *Voluntates teſtantium ſeruari publice intereſt.*

32 *Doctori unico ſtatur contra alios, vt teſtamentum ſuſtineatur.*

Roc-

33 Roccha alba potuit ſtatuere particulariter, circa ſucceſſiones, poſtquam fuit a Pontificib. a ciuitate Parmæ ſeparata.

34 Locus non habens iuriſdictionem ſub ſe, poteſt condere ſtatuta, ex communi.*

35 Statutum, quod quilibet maſculus duodecim annorum teſtari poſſit, valet, dummodo inſtituat hæredem de iure capacem.

36 Statutum, quod iudicari debeat, ſecundum ll. Imperiales, in caſibus ab ipſo omiſſis valet, licet vnum ſit loci ſuperioris, aliud inferioris. nume. ſeq.

38 Statuta particularia loci ſubiecti ſeruantur, & non ſtatuta loci ſuperioris, ex commmuni,* quando tamen eſt exemptus.

Et infra ampliatur in ſtatutis nouis poſt ſeparationem conditis. num. 46. ratio aſſignatur uſque ad numerum. 49.

39 Caſtrum a ſupremo Principe exemptum, non regitur ſtatuto loci, ſub cuius poteſtate erat, ſed ſecundum. ll. Rom. vel ſuas particulares, ex magis communi.*

Dato etiam, quod ſubditi vſi ſint ſtatuto loci ſuperioris, cum non poſſint ſuperioribus ſuis præiudicare. num. ſeq.

41 Statutum particulariter loci inferioris, præferri debet ſtatutis loci ſuperioris non ſolum in sẽſu directo, ſed etiam in contrario.

42 Verba ſtatuti aperte determinantia, nullo modo ſunt relinquenda.

43 Statuto dicente, quod ius commune attendi debeat, intelligitur de iure cõmuni Ro. ordinario.

44 Ius commune abſq; alia additione intelligitur de iure Rom. ex communi* pratica.

45 Opinio Rom in conſi. 229. alias 218. communiter* reprobatur.

49 Statuta poſt ſeparationem condita, non præiudicant caſtro ſeparato.

50 Propoſitum in propoſito, idem operatur, quod oppoſitum in oppoſito.

51 Princeps ligatũ ſuis legibus, dũmodo nõ ſint edita abſque ſuo conſenſu, ex cõi* doctrina declarata, ex alia communi.* numero ſeq.

53 Ciuis ex decreto factus alicuius loci, ſi ibi bona ſtabilia acquiſierit, dicitur habere animum mutandi domicilium originarium.

54 Forenſis per decretum & acquiſitionem, videtũ proteſtari de perpetua habitatione.

55 Ciuis aliunde habitans, deſiit eſſe ciuis loci ſui, cum non ſubeat onera illius, vel per ſe, vel per alios, ex communi* ſententia.

56 Facta non præſumuntur, niſi probentur.

57 Originarius non ſortitur forum originarium, niſi ibi inueniatur.

58 Statuto non ligatur, qui forum non ſortitur.

59 Teſtator tantummodo tenetur ſeruare ſtatuta loci, vbi teſtatur, etiam, quod ſit forenſis, illius teſtamentum ad omnia bona extenditur, ſecundum receptam ſententiam.

60 Statutum, quod quis non poſſit diſponere de re ſua in perſonam de iure communi capacem, odioſum eſt, ex magis communi.**

61 Subditus extra locum originis domicilium habens, in actu teſtandi a ſtatuto odioſo non ligatur, ex communi.*

62 Statutum ſuper bonis non extenditur ad bona in alio territorio exiſtentia, cum deficiat cauſa efficiens ipſius, ex magis communi.**

63 Statutum loci, vbi ſunt bona defuncti ſita, inſpici debet, ex veriori.*

64 Lex circa bonorum alienationem, licet fauorabilis iudicetur, non per hoc ſuum ſortitur effectũ, quando concurrunt tria.

66 Statutum Parmenſe non annullat ipſo iure legatum vxori factum, vltra. 100. lib. ſed quatenus hæredi præiudicium afferat.

67 Confirmans actum, qui confirmare valuit, licet alias aliquo iure nullus, dicitur de nouo confirmare, ex mente omnium.*

68 Confirmatio concepta per hæc verba, in omnib. & per omnia, quid operatur.

69 Verba, in oĩb. & p õia ſũt tanta ſubſtantiæ, vt inter duo ſubiecta, nulla ſubſiſtat differẽtia.

70 Conditio primi legati, non cenſetur repetita in ſecundo, quando adſunt uerba apta ad ſingula legata, & habent orationem perfectam, ex ſequuta* opinione.

71 Conditio non conueniens ſecundo legato, ſicut primo, non cenſetur in eo repetita.

72 Mater inhoneſte uiuens, vel ad ſecunda vota tranſiens, tutela etiam teſtamentaria priuatur.

73 Legato veſtium & iocalium facto mulier, non conuenit conditio, ſi honeſte uixerit.

74 Qualitas uiduitatis caſtitatiſque in tutela, ſubintelligitur tacita ſemper appoſita.

75 Aequalitas in legatis ſimilibus ſeruari debet, ex dicto communi.*

76 Et, vel, item, iſtæ copulæ in orationibus diuerſis poſitæ, magis ordinem, quam repetitionem demonſtrant, ex communi.*

77 Relatiuum quis vel qui, cum referatur ad certũ cor-

corpus, illius ſubſtantiam demonſtratiue referre dicitur.

78 *Dubitatio nulla in claris eſſe debet.*

79 *Omnis & omne vniuerſale eſt, & nullam cauſam excludit.*

80 *Geminatio caſus & euentus deſignat expreſſā teſtatoris voluntatem.*

81 *Clauſula, quod poſſit ad eius libitum & meram voluntatem diſponere, denotat abſolutum arbitrium.*

82 *Legataria ſub conditione ſi honeſte vixerit, non poteſt de legato ſibi facto, libere diſponere.*

83 *Clauſula, quod poſſit ad eius libitum diſponere, adiecta in ſecundo legato, facit recedere a conditione primi legati, etiam quod eſſe vniformis, & repetitiua in ſecundo legato.*

CONSILIVM CLXXXIX.

TRINITAS ADSIT.

VISIS ſerie facti, ac ſcripturis mi
bi exhibitis, nomine Illuſt. Do-
minæ Octauię a turre, placuit ob
plurimas occupationes, & quia
præſens cauſa varijs conſilijs exi
miorum Iureconſ. Illuſtrata fuir,
breuitari vt porero conſulere. Videbatur primo
aſpectu hæredes Illuſt. Domini Pallauicini Ran-
goni aduerſarios Iuſtitiam duplici iure fouere.
Primo, quia Illuſt. dominus Pallauicinus, qui
in teſtamento condito in vico Rochę Albæ ſuę
iuriſdictionis ac dominij, legauit d. Illuſt. d. Octa
uiæ eius Vxori ſcutos. 3000. vltra dotes ſuas, &
1 iocalia, non potuir (obſtante † ſtatuto Parmenſi
ſub Rub. quid maritus Vxo. leg. poſſ. prohibente
quidquam, quocunque titulo vxori relinqui,
vltra cētum libras Parmenſes) dictam ſummam
& bona legare vxori. Quod ſtatutum vtique va-
let, per Iacob. nouell. regul. iur. 245. 2. fallent. &
alios per Borgni. Caualcan. tract. de vſufruct. mu
lier. num. 123. & tit. de tut. & curat. num. 186. ac
de quo meminit Alexan. in formali conſi. 128.
uol. 7. & conſi. 26. num. 4. uol. 2. Siluan. conſ. 31.
2 Cumq; † illud ſit fauorabile, ut ponit Fran. Piſc.
ſua diſpu. an ſtat. exclu. fœmin. ad bon. forenſia,
extend. nu. 74. propterea extendendum ad ſub-
ditum diſponentem extra territorium, ac ad bo
na alibi ſita, vt in terminis tradit Rom. ubi Apo.
Mend. nonnullos adducit conſ. 39. & Alcia. con
ſilio 77. num. 2. & in l. pupillus. §. territoriū. ff. de
verb. ſigni. Siluan. d. conſi. 31. num. 8. ac ex com
* muni * ſententia, de qua per Anto. Gabriel. ſui.
com. conclu. li. 6. de ſtat. concl. 8. num. 1. Nec nō
3 d. ſtatutum † Parmæ, vti loci ciuitatis ſuperioris,
cui alias erat ſubiectum caſtrum Rochæ albæ
attendatur, etiam quod nunc ſeparatum eſſet,
per doct. Alexan. conſi. 151. num. 5. uolu. 2. poſt
Caſtr. conſi. 171. num. 1. uolum. 1. Ruin. in caſtro
Soranceæ exempto a ciuitate Parmæ loquens cō
ſilio 39. num. 15. & 16. uolu. 1. Soc. iun. conſ. 11.
num. 5. uol. 1. & conſi. 12. uol. 3. ſeruiunt tradita
per Feder. de ſen. conſi. 2. Port. Imol. conſi. 163.
nu. 16. Nec reſiſtit, quod d. Illuſt. Dominus nunc
4 non † dicatur ſubditus Parmæ, quia alibi tran-
ſtulerit domicilium, nempe Mantuæ, cuius loci
effectus eſt ciuis, bona acquiſiuit, vxorem duxit,
& ibi continuo habitauir, ad not. in l. eius. §. Cel
ſus, & l. domicilium. ff. ad municip. Bald. conſi.
393. num. 2. uol. 1. & 311. num. 2. uolu. 2. Socin.
conſi. 79. num. 3. & 20. uolu. 4. nec dicta ciuilitas
5 originalis † attendatur. l. aſſumptio. §. 1. ff. ad mu
nicip. Afflict. deci. 384. nume. 2. & 3. Bocr. deciſi.
260. ad fin. Socin. Rub. ff. ſolur. matr. nu. 27. nec
6 conſequenter d. ſtatutis ligetur † arg. glo. in cap.
quod clericus. de foro compet. cum paria ſunt,
7 † forum ſortiri & ſtatutis ligari, Soci. d. conſ. 79.
num. 9. uol. 4. Quia replicatur, originarium mutā
8 tem domicilium, ſaltem ſtatutis conditis ante
mutationem domicilij, ligari, licet ſecus in alijs
vt concludit Ruin. conſi. 200. num. 13. & 14. uo-
lum. 2. cum non inconueniat, quem duobus in
9 † locis domicilium tenere, Aretin. in Rubr. ſolu-
to matr. num. 11. & conſi. 136. in princip. Minus
obſtat, ſi allegaretur d. teſtamentum fuiſſe con-
firmatum in loco Hoſtiliæ iuriſdictionis Man-
tuæ, ubi codicillando teſtator denuo reliquit d.
Vxori ſua bona ſtabilia, in territorio Mantuano
exiſtentia ultra legatum de quo in d. teſtamento
rochæ albæ condito; quod tunc approbat &
10 cōfirmat in omnibus, & per omnia, quaſi quod
de nouo reliquiſſe videatur, id quod forte obti-
nere non poterat ex. d. teſtamento, per obſtan-
tiam ſtatuti Parmenſis, arg. l. adoptio. ff. de adop.
l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Anch. in cap. 1. 13.
quæſtio. de conſt. Bartol. in l. more. ff. de iur. om-
nium iud. Bald. in l. ex uerbis. C. de donat. inter
uir. & Vxor. Caſtren. in l. ſi quando. ff. de legat. 1.
11 cum ſimil. Etenim, dum ſtatutum Parmæ reſiſtit
diſpoſitioni, ac perſonas coniugum inhabilitat,
actus ipſo iure cenſetur nullus, ad ea quæ tradit
nouiſſime Borgni. Caual. de uſufruct. mul. er. nu-
12 mero 126. 128. & ſeq. ſic confirmatio ad † di-
ctum actum nullum ex defectu inhabilitatis per-
ſonarum minime trahetur, Aret. conſilio 8. nu-
mero 4. Curt. iun. in l. more. numero 33. ff. de iur.
13 omn. iud. niſi quatenus aliqua pars ualida adeſ-
ſet, quæ ſola confirmata diceretur; Alexand. cō-
ſilio 59. numero nono, uolum. 1. Paris cōſi. 109.
nu. 17. uol. 4. Catt. Cotta memorab. uerbo, con-
14 firmatio; & quatenus effectum confirmatio ſor
tiretur, cum legatum 3000. ſcutorum, ſit in teſtō
confirmato emiſſum, per dictionem, vltra, prola
tam, poſtquam teſtator legauerat, ſub uinculo
15 uiduitatis, videt, quod † illa qualitas uiduitatis ſit
in eo-

Digitized by Google

in codē legato repetita, per Fulg.conſ.40. Rom.
conſi.134.num.7.Ruin.conſi.182.nu.16.vol.1.
Angel.conſi.294.num.8.Deci.conſi.190.nu.7.
Caſt.conſi.88.vol.1.ita vt cum Illuſtr. Domina.
ſit nunc matrimonio copulata, legatum illud cō
ſequi nequeat,& eo minus, quod hæc conditio
16 viduitatis, † cuius defectus teſtatorem offendit,
17 repetita ſemper intelligatur, quamuis non adeſ-
ſet dictio vltra, vel quid ſimile. Caſtr. cōſi.11.nu.
3.uol.2.Ruin.conſ.84.nu.9.& ſeq.uol.2.nonnul
la Anch.regienſ.q.fam.53.per totam part.2.Ne
uizan.conſi.72.

Secundo principaliter nituntur hæredes cō-
18 tra vxorem, quia Illuſtr. Dominus † Pallauicinus
conueniebatur Primæ ſub maiori magiſtratu,
ſicque ſtatuto dicti loci ligabatur, cum paria ſint
forum ſortiri,& ſtatuto ligari.c.quod clerici.de
foro compet.cum vulgar.nec tenebatur ſtatutis
19 Roecchæ albæ † cum illius eſſet Princeps, ſic ſuis
legibus ſolutus.l.1.ff.de ſer.l.inquiſitio.ubi Cyn.
C.de inquiſ.Rol.a Valle, de lucro dotium, q.84.
20 ſtatutoq; e dicti Caſtri cautum reperiretur, † vt
ubi diſpoſitio ſtatuti particularis ceſſaret, ibi cō-
21 mune ſeruetur. quod † intelligi ſolet de ſtatuto
ciuitatis ſuperioris ſic Parmenſis, per Rom.cōſ.
209.num.6.Grat.conſi.11.num.12.uolumin.1.
Socin.iun.conſ.2.num.32.uolum.1.Curt.conſi.
46.ad fin.Alciat.conſ.77.num.2.in fine. Nec re-
22 plicetur † iſta non procedere, ubi ſit caſtrum, ut
hic, exemptum, liberatum ac ſeparatum a ci-
uitate, licet ſit poſitum in iuriſdictione, ſeu diſtri
ctu Parmenſi, eo quod in defectum particularis
loci, ius commune ordinarium, ſeu legale atten-
23 datur, † nec ciues d.loci, dicantur ciues primæ ci
uitatis, nec eiuſdem ſimiliter ſtatuto commodo
vel incommodo patiri debeant, per Aretin. in
Rubr.ſolut.matr.num.12.Alciat.in c.quod ad ſe
24 dem.num.92.de offic.ordin. Quia fatetur id † ve
rum eſſe in ſtatuto nouo poſt liberationem con
dito, at ſecus in antiquo, cum illa continuo &
ubique ſeruentur. Ruin.d.conſ.200.nu.13.uol.2.
Hæc ſunt, quæ magiſtraliter ex aduerſo in gra-
tiam Illuſt. Dom. Iulij Rangoni hæredis adduce
re video.

Verum his & ſimilibus non obſtantib. intre-
pide cōcludo Illuſt. Dominæ Vxori deberi vtrū-
que legatum tam in codicillis, quam in teſtamē-
to factum.

Primo, de iure quidem communi fundatam
25 habet intentionem, † quia maritus poteſt quo-
modolibet vxori relinquere in ultima volunta-
26 te, & vxor † ſecundum iuris regulas, tam media-
te quam immediate eſſe poſſit hæres mariti.l.vni
ca.§.ſciendum.C.de rei uxor.act.l.ſi.C.de inſt.&
ſubſt.ſub condit.authen.præterea.C.unde vir &
uxor, Natta conſi.463.num.6.& ſeq.uolum.2.
Duran.de art.teſta.titu.1.cap.13.in fin. ac etiam
27 † quod blanditijs, uexationibus, & infeſtationi-
bus coniugis id fieret, per tex.in marito loquen-
tem.in l.fina.C.ſi quis aliq.teſtari prohib. Curt.
conſ.6.poſt num.7.Soci.iun.conſ.144.num.55.
28 volum.2.Bellon.conſ.74.nume.7. Quinimo, † ſi
fiant donationes inter eos prohibitæ, morte ta-
men donatoris, præcedente aliqua traditione,
etiam ficta, confirmantur.l.donationes.C.de do
nat.inter uir.& uxor.gl.& Bar.in l.Papinianus.ff.
eod.tit.communem ait Clar. in §.donatio lib.4.
ſententiarum quæſt. 9. uerſic.ſed hoc intellige.
29 Vnde qui † allegat id ſibi prohibitum, demon-
30 ſtret aperte, cum in dubio, † etiam pro uolunta-
te defuncti ſuſtinenda, interpretatio fiat. l.bali-
ſta.ff ad Trebel.Bar.io l.cum ſcimus.C.de agric.
& cenſ.lib.10.l.ſi pars.ff. de inoffi.teſtamen.l.vel
31 negare.ff.quemad.teſtam.aperiant. † publiceque
interſit, ut teſtantium voluntates conſeruentur,
gloſſ.in l.Gallus.§.& quid, ſi his, verbo, ſi vtilita-
32 tem.ff.de lib.& poſthum. † vnique doctori con-
tra alios ſtetur, vt ſuſtineatur teſtamentum. Lana.
in tract.de teſtam.formul. 45.

Secundo, prę ſupponitur terram Rochę albę
poſtquam fuit ab Excellentiſſ. Ducibus Medio-
lani, deinde reſpectu onerum a ſummis Pontifi-
cibus ſeparata, diuiſa ac liberata omnino a ciui-
tate Parmę, & alijs (quod iure ſibi permiſſum fuit
ad ea, quę in terra Guaſtella, ſcribit Socin. iun.
conſi.91.volu.2.) ita & taliter, quod eſſet corpus
de per ſe liberum ab omni alia iuriſdictione, in
gratiam prędeceſſorum Illuſtr. dom. Rangoni,
qui de ea fuerunt inueſtiti in ampliſſima forma,
33 ſtatuta particularia circa ſucceſſiones condidiſ-
ſe, ita mandantibus Dominis & Principibus, de
illa perpetuo inueſtitis, quod fieri poterat, per c.
2.de maior. & obed. l. omnes populi.ubi Bar.in
4.quęſt.& Iaſ.num.2.& 26.ubi cęteri ſcribentes.
* ff.de iuſt.& iur.& ex communi,* quam in uniuer
34 ſitate, & populo etiam non habente iuriſdictio-
nem, ponit Michael.Graſſ.commun.opin.lib.1.
cap.3.q.4.& c.4.q.4.Franc. Viui. commu.opin.
lib.1.uerbo ſtatuta condere, & ſupponitur inter
35 cętera.c. 57. ſtatutorum Rochæ Albę decretum
fuiſſe, ut quilibet maſculus maior. 12.annorum,
poſſet pro libito voluntatis diſponere de bonis
ſuis, in quamuis perſonam, dummodo ſecundū
iuris ciuilis diſpoſitionem capacem. Nec non
36 c.60.ordinatum, quod vbi per d. ſtatuta particu
laria prouiſum non eſſet, procederetur, ac iudica
retur ſecundum leges imperiales. vnde ſequitur,
quod iure d. Illuſt. Domina legatum obtinebit,
virtute primi ſtatuti, cum ſit de iure ciuili capax.
vt ſuperius deduxi, ac tale ſtatutum particulare
Caſtri Rochę Albę attendatur ſolum, non aliud
37 Parmenſe, licet vnum ſuperioris, aliud inferioris
exiſteret, per Bero. conſilio 124. numero 19.
uolum.2.& conſi.65. num. 99.uolum.1.Cuma.
conſi.144.in fin.& Caſtr.conſil.140.in fi.uol.1.
regulare eſt enim, & omnibus iuris profeſſorib.
38 indubitatum, ſtatuta particularia Terræ, Villæ
Ciuitatis vel Caſtri principaliter de per ſe, vt
hic, conſiderati, nec alteri acceſſoriè & totaliter
vniti, ſeruanda, & attendenda, nō autem ſtatuta
dictę

dictæ Ciuitatis, uel comitatus principalis, de cu
ius iuriſdictione, & diſtrictu inferiori dicitur,
• ex communi & recepta doctrina, Bar. in l. ſi con
uenerit. §. si inſula. ubi Soc. in diſt. poſt Caſtr. &
Saly. ff. de pigno. actio. quam ita eſſe atteſtatur,
Alex. nu. 10. & ſeq. & Rip. nu. 16. in l. 1. ff. de leg.
1. Cur. ſen. conſi. 56. num. 7. Curt. iun. conſi. 60.
num. 9. Soc. iun. conſi. 80. nu. 9. uol. 1. Ruin. cõſi.
219. num. 7. uol. 1. poſt Ang. conſi. 247. & Fel. in
c. tranſlato. de conſt. cæteros adducit Crau. trac.
de antiq. temp. 4. part. num. 27. ex communi Mi-
chael Graſſ. com. opin. lib. 1. c. 3. q. 14. Franc. Vi-
ui. com. opin. lib. 1. uerbo prouincia aucta Ludo.
de alteri. conſi. 144. nu. 16. Tom. 1. conſi. crim. in
39 fol. ubi enim † Caſtrum eximitur ab omni iuriſ-
dictione vnius Ciuitatis, per Imperatorem, Pon-
tificem, vel Principem ſupremum dd. locorum,
vt ſub protectione ſeu ſuperioritatē (ut aiunt) tm̃
dicti Principis ex: mentis remaneat, tūc amplius
ſtatuta ciuitatis non attenduntur, nec ligant ter-
ram exemptam; minus illius homines & bona,
ſed tantum leges Romanorum, vel particulares
** dicti loci, ut multum doctè ex magis** cõe opi-
nione recenſet Bero. loquēs in Caſtro. Soraneæ
ſeparato a ciuitate Parmæ, per Imperatorem, &
quæ ſeparatio poſtea per Excel. Ioã. Galeatium
legitimum Ducem Mediolani, anno 1417. con-
firmata fuit, & concludens ſtatuta Parmæ pro-
hibentia ſucceſſionem, nullo modo attendenda
in diſpoſitione vltima Illuſtr. D. Marchionum
40 Soraneæ inueſtitorū de dicta terra, & Caſtro ſe-
parato, in conſi. 65. in 1. art. max. qq. 120. & ſeq.
vol. 1. qui fere in terminis caſus noſtri conſuluit,
tollens etiam contraria adducta a Ruin. d. conſ.
39. uol. 1. & dictum amplians. num. 121. in caſu,
quo ſubditi. d. Caſtri in aliquibus, & quandoque
ſtatutis parmenſibus uſi fuerint, cum dominis d.
loci præiudicium non attulerit. Quinimmo dixe
41 runt ſcribentes, non † ſolum ſtatuta loci inferio-
ris particularia eſſe præferenda ſtatutis ciuitatis
ſuperioris, in diſpoſitione, quæ ex ſenſu directo,
& expreſſo reſultat, ſed in ea quoque, quæ arguē
do à contrario ſenſu includitur; exemplum. ſta-
tuto plebis S. Stephani loci ſubditi Florentiæ,
cautum eſt, quod filię fœminæ, &c. ad ſucceſſio-
nem partis ab inteſtato defuncti non veniant,
exiſtentibus filio uel filijs maſculis, &c. ſtatuto
uero Florentiæ quod erat ſeruandum, ubi ſtatuta
Sancti Stephani non loquerentur, diſponeba-
tur, quod filiæ non ſuccedant, exiſtente patruo.
Quidam plebanus. d. loci deceſſit cum filiabus &
fratre, an patruus uel filiæ admittentur, & certe
in fauorem filiarum, iudicatum fuit, cum illud
ſtatutum loci inferioris a contratio ſenſu inclu-
dat filiarum ſucceſſionem, uel non excluſionem
non extantibus filijs, ut per multa determinauit
Gozadin. conſi. 37. per totum, ac caſus nonnul-
los ſimilium ſtatutorum connumerans Borgn.
Caual. tract. de tutor. & curat. numero 86. & 87.
& ſequē. Ideo cum ſtatutum particulare Rochæ
albæ iuriſdictionis per ſe conſideratæ admittat
vxorem inſtitui a marito vel ſibi legari, vel ceſſan
te d. ſtatuto. l. communis Imperatorum, utique
obtinebit Illuſt. D. Octauia non obſtante ſtatuto
parmenſi prohibitiuo, quod nullo modo conſi-
derabitur, quando & ſi ſtatuto Rochæ albæ
non eſſet præſens caſus deciſus, deberet ius com
mune imperiale obſeruari, non etiam ſtatutum
42 loci ſuperioris, cum id aperte mandet † aliud ſta-
tutum. d. terræ exemptæ, à cuius uerbis maxime
nigri recedere nefas eſſet. l. ille aut ille. §. cum in
verbis. ff. de legat. 3. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot.
geſt. l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obliga.
43 cum vulga. quod procederet, & † ſi ſtatutum ius
commune attendendum diceret, cum deberet
intelligi de iure communi Romanorum ordina
rio, non etiam municipalis alterius ciuitatis, licet
ſuperioris ſeparate tamen ab alia, tum vt ſtatu-
tum aliquid operetur capit. ſi quando de priuil.
in 6. Bald. in Rub. de contrahend. emptio. q. 9.
Paris conſi. 49. nu. 54. uolum. 1. Soc. formaliter
44 conſi. 271. num. 2. uolum. 2. tum quod † uerba il
la ius commune niſi aliud addatur intelligatur
de iure communi Romanorum ſcripto per Iu-
ſtinianum magnum Conſtātinopoli, §. ſed quo-
ties, inſtit. de iure naturali, Soc. ſen. d. conſi. 271.
Dec. conſi. 686. per totum, ubi addit Pariſin. uer-
* bo Romanorum, & 464. nu. 12. ubi de * cõi pra
45 ctica, & obſeruantia, & 429. nu. 5. quo † loco Ro
man. d. conſi. 229. communem reprobari ait, ſe-
quitur Mendoſ. ad eundem Roma. d. conſi. 229.
num. 6. uerbo terminetur in fi. ſubdens opinio-
nem Romani, nec ueriorem, nec cõmuniorem
reputari, minuſque ab aliquo firmiter & ex pro-
poſito comprobari, & id receptius admitti in-
quit nouiſſime Borgn. Caualcan. tracta. de tut. &
curat. nu. 98. Quæ omnia intelligenda arbitror,
46 † non ſolum quo ad ſtatuta terræ ſeparatæ, ſed
etiam noua, & poſt ſeparationem per illam con
dita. primo † quia ſcribentes paſſim dicant ſuis
47 legibus, & ſtatutis regi ac gubernari, non con-
tra diſtinguentes noua a ueteribus, ſecundo af-
48 firmant, ſtatutis alterius ligari, cum non ſit ſepa-
rata uilla, ſeu quando eſt incorporata alteri ciui-
tati, ea ratione, quod terra inferior ſeu vnita ac-
ceſſoriè ius condendi leges non habeat, quaſi
diuerſum cenſeatur, ubi ſit principaliter, ac de
per ſe conſiderata, vt in caſu noſtro, cum ſta-
tuendi ius habeat, nec propterea legibus alio-
rum ſubijciatur, Barbat. in capitul. tranſlato.
49 numero 41. extra, de conſtitutio. Tertio, † Ca-
ſtro ſeparato ac exempto, non præiudicant no-
uæ leges, & ſtatuta ciuitatis dominantis poſt ſe-
parationem condita, quia in eos non adſit iu-
riſdictio, ita Ruin. conſil. 200. num. 13. uolum. 2.
& conſi. 219. num. 9. uolumine 1. qui conſuluit,
ſuper loco Caſtri noui comitatus Parmenſis: Ri-
pa reſponſorum lib. 1. cap. 20. num. 7. Cur. iun.
conſi. 60. num. 9. qui in terra Sablonetæ ſepara-
ta a Ciuitate Mantuæ ſcribit. ergo noua ſtatuta,

per locum ſeparatum, quamuis aliàs ſubditum,
50 condita obſeruabuntur, † vt propoſitum in pro
poſito, idem quod oppoſitũ in oppoſito opere
tur, ad not. in Rub. ff. de acqui. poſſeſ. & ſufficit,
quod facta locorum ſeparatione, ſtatuta ciuita-
tis ſuperioris excludãtur omnino, & in defectũ
particulariũ loci ſeparati, ius cõmune maneat,
ut ſup caſtris Caſali & Medicinæ comitatus Bo-
noniæ, ſcripſit Alex. conſ. 114. nu. 19. & 20. uol.
4. repetitũ conſi. 47. nu. 20. uol. 6. Menoch. cõſi.
80. nu. 19. uol. 1. Quę ſtatuta, circa ultimas uolun
tates, non ſolum per ſubditos ciues Rochæ albę
obſeruabuntur, ſed etiam per dominos ac ſupe-
riorem loci teſtantem, & de reb. ſuis, ut hic, di-
ſponentẽ, eo quod ſtatutis & legibus Regni, Pro
51 uincię uel comitatus † ligetur Rex ipſe, Dux, &
Comes; dũmodo non ſine eorum conſenſu ſint
* edita, & promulgata, * cõmunis eſt doctrina, ita
atteſtante Soc. Sen. cõſ. 58. uol. 3. Tiraq. de vtro-
que retra. par. 1. §. 1. gl. 13. n. 19. licet enim Prin-
52 ceps, † quatenus Princeps nõ obligetur ex lege
ſua, tamen quoad patrimonium ſuum priuatũ,
tanquã priuatus ex legis ſuæ diſpoſitione aſtrin-
gitur. Iaſ. & doc. in l. digna uox. ff. de leg. commu
* ne ait, Michael Graſſ. comm. opin. libr. 1. ca. 3. q.
13. Sebaſt. Medi. tract. de leg. & ſtat. 3. q. par. 4.
Tertio, ad fauorem Illuſtr. D. Octauiæ deduci
tur. Nam certum eſt, Illuſt. D. Rangonum, domi
cilium ſuum propriũ ex terra Rochę albæ Man-
53 tuę tranſtuliſſe, † quando illius ciuis, ex decreto
Principis effectus fuit; cum onere ibidẽ habitan
di ac acquirendi ſtabilia aſcendentia ad ſummã
decem millia aureorum. l. domicilium. ff. ad mu-
nicip. Bal. conſi. 392. nu. 2. uol. 1. & 311. num. 2.
uol. 2. Soc. Sen. cõſ. 79. nu. 3. & 21. uol. 4. habuit
namque animum mutandi domiciliũ originis,
cum alibi bona tranſtulerit, per doct. Bar. in l. aſ
ſumptio. §. iuris in fi. ff. ad municip. Afflict. deci.
54 384. † ac per inquiſitionem & decretum ſit ferè
proteſtatus de perpetua habitatione, ut hinc ſta
tim Mantuę domicilium acquiſierit, quod recte
ponit Alcia. in l. pupillus. §. incola. ff. de uerb. ſi-
gni. Eman. Soarez. recept. ſententiarum uerbo
55 domicilium. nu. 115. † Deſijtque eſſe ciuis oppi
di ſui, cũ ibi nec p ſe uel alios munera amplius
ſubierit, Caſ. in l. ſi eadẽ. in fi. ff. de off. aſſeſ. Boer.
deciſ. 260. ad fi. nu. 34. Rui. conſ. 200. nu. 12. uo-
lu. 2. tradunt Moder. maxime Soc. Iun. ubi de cõ
muni. nu. 28. in Rub. ff. ſolu. mat. ſi ciuis non eſt
d. loci, & minus, parmenſis, prout, niſi probetur
56 quia facti eſt, prçſumitur, infertur, nec ipſum
ligari d. ſtatuto parmenſi ꝓhibente in uxorem
diſponi. cum qui non eſt ciuis (niſi ſaltem origi
57 narius, † & tunc niſi ibi inueniatur) forum non
ſortiatur, ſecundũ Bar. in d. l. aſſumptio Soc. cõſ.
58 59. nu. 8. uol. 4. cum vulga. † Et qui non ſortitur
forum, nec ſtatuto ligetur. gl. in c. quod clericis.
de foro compet. & in l. quæ contra. 8. diſt. not.
l. 2. ff. de eo. quod certo loco. & in Rub. extra de
conſuetud. Bero. in c. 1. de conſt. Old. conſ. 273.
Bart. in tracta. repreſa. 2. q. 7. q. princ. Afflict. de-
ci. 384. Rui. d. conſi. 200. num. 11. & 12. uolu. 2.
Cęph. cõſi. 13. nu. 46. Bero. in d. Caſtro Soranę
exempto à Ciuitate Parmæ, loquens conſil. 65.
num. 99. vol. primo. Teſtando enim ſeu codicil-
59 lando Illu. Dominus Rangonus, † non aſtringe
batur ſeruare ſtatuta Parmæ, ratione prædicta,
ſed tãtum ſtatuta loci Rocchæ albæ & Mantuę,
ubi teſtatus fuit, quibus ſeruatis etiam, quod eſ-
ſet forenſis, à dd. locis, teſtamentum ad omnia
bona quàmuis extra territorium, extẽdebatur
* ut hanc opin. * communem nuncupat. d. Gabr.
60 com. concl. de teſtam. concl. 4. & quia † conceſ-
ſo, quod eſſet ſubditus, ſtatutum illud non cen-
ſeatur ita abſolute fauorabile, ut uoluerunt non
nulli, de quibus poſt Barto. & cęter. per Gabr. d.
concl. 8. de ſtat. in pri. Franc. piſcinam, ſuper ſta
tuto exclu. fœmi. nume. 74. Alciat. conſi. 60. nu-
me. 9. Menoch. conſil. 11. num. 10. Natta. conſil.
463. nume. 2. Siluan. conſ. 3. nu. 8. ſed odioſum,
cum impediat liberam diſpoſitionem teſtandi,
in perſonam de iure communi capacem, cõtra.
l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. ob
lig. quod in iſtis terminis uoluit Cor. conſ. 24.
nu. 6. uol. 2. & conſi. 89. num. 6. & 9. & conſi. 85.
uol. 3. Alex. conſi. 44. num. 11. uol. 5. & ſuper ſta
tuto parmenſi Alex. conſ. 26. num. 5. uol. 2. Soc.
Sen. conſi. 110. num. 2. uol. 3. & 74. num. 4. eod.
uol. 3. Pariſ. conſi. 12. nu. 6. & 7. uol. 3. poſt Bal.
conſi. 119. uer. reſtat, uolu. 3. & conſi. 439. nu. 4.
uol. 4. refert Gabriel, ubi ſupra. d. concl. 8. num.
10. idem ſuper ſtatuto Parmenſi determinauit,
Barbat. conſil. 12. col. 7. & 8. maxime nu. 9. illo-
ſam diſpoſitionem appellans. uol. 1. ſequitur
Dec. conſ. 196. nu. 4. ac nonnulli, de quibus, per
Iacob. Menoch. cõſ. 11. nu. 1. uol. 1. ſentit apoſt.
ad Bar. in d. l. cunctos populos. nu. 33. verbo ubi
cunque in fine. quod dictum ex dinumeratione
dd. in terminis loquentium receptius arbitror,
cum dd. allegati per d. Gabriel. non omnes, nec
id expreſſim nec quod ſit ſimpliciter fauorabile
cõcludãt. ſuper quo etiam ſtatuto loquitũt Cor
61 ta ſuo memo. uerbo, ſtatuto ciuitatis Regij. Vn-
de ſtatutum odioſum, nec ſubditum alibi cõmo
rantem, & domicilium habentẽ extra locũ origi
nis in d. actu teſtandi ligabit ſecundũ Bart. diſt.
nu. 33. ubi apoſt. Bal. nu. 15. Salic. & alij in l. cun-
ctos populos. C. de ſumm. tri. arg. l. ex ea. vbi no.
* ff. de poſt. Alex. conſ. 16. nu. 1. ubi de communi,
ac dd. Pariſ. uol. 1. cũ multis accumulatis in pro-
poſito, per d. Ant. Gabric. d. cõcl. 8. nu. 23. maxi
me cum, id ſtatutũ non exprimat, Alex. vbi add.
62 † quotas recenſet, cõſ. 41. nu. 6. vol. 5. Are. conſ.
54. nu. 2. & conſi. 73. num. 6. Et minus ad bona
alibi ſita, & in alieno territorio exiſtentia, extẽ
detur, & ſi ſubditus ligari poſſit, cũ in eis iuriſdi
ctio, quæ eſt cauſa ſtatuti efficiens deficiat, & ſta
tuentes loco priuati exiſtãt. l. 3. ff. de offi. præſid.
l. 1. C. ubi tut. pet. cũ ſimil. & in his terminis lo-
quuntur ferè omnes doctrinæ allegatæ, per Ga-
br. in

br.in d.nu.23.Dec.conſi. 314.vbi de communi
in fi.poſt Cur.iun.conſ.110.nu.9.Paris conſ.68.
nu.9.vol.2.Zab.conſi.2.Natta uidendus conſi.
** 514.in pri.art.uol.3.quam magis ** communé
opinionem reiecta Bart.verbali diſtinctione,an
ſtatutum,in rem vel in perſonam concipiatur,
appellat Mendoſ.pater,ad allegat.Lapi.91.nu.
7.in verſ.anglicanum. Idem Gozad.conſ.49.nu
me.7.& ſeq.Portius Imolen. conſil.86. conclu-
63 dens ex receptiori ſententia † ſtatutum loci ubi
ſunt ſita bona defuncti, inſpiciendum fore. idē
* Rub.Alex.conſi.71.nu.10.ueriorem ** & com-
muniorem nuncupat Soc.iun.conſi.25.nu. 12.
uol.3.Qua propter,ſtatuta & leges Rochæ albę,
ſeu Mantuæ , vbi bona ſita ſunt, & domicilium
teſtator tranſtulit,ſeruabūtur; minime vero par
menſia, cum nullo iure ipſum Illuſtr. D.vel eius
bona ligare queant,& præcipuè cōcurrentibus
his tribus , quod bona non ſint territorio Par-
mæ,ſed in loco ſeparato.

Secundò, diſpoſitio ſit facta extra territoriū
parmenſe,ac 3.loco in uxorem non ſubditam,
quibus interuenientibus cenſuere ſcribentes, ta-
64 le † ſtatutum prohibitiuum etiam quod fauora
bile iudicaretur,ſecundum Bart.& alios , ſuum
non ſortiri effectum.ita Bal.conſi.439.3.ar.nu.
4.uol.4.refert Bal. & Capra. licet id ipſi non ex
primant.Ant.Gabr.d.concluſ.8. de ſtatu. nu. 7.

Quibus ſic firmis in iure manentibus,contra
ria non refragantur.

Primum tale ſtatutum fauorabile extendi ad
ſubditum alibi teſtantem , & ad Caſtri exempti
ſubditos, cum, ut ſuperius deduxi, ex opinione
** ferè ** receptiori odioſum exiſtat,& conſequen
65 ter reſtringendum , † præter quod ſi fauorabile
diceretur,nō trahatur ad Caſtra omnino exem-
pta ab omni iuriſdictione Parmę, ad Caſtri ſub
ditos, uel illius dominos inueſtitos, cum iſti nō
dicantur de iuriſdictione ſeu territorio Parmæ,
nec cōſequenter illius legibus vel ſtatutis aſtrin-
gantur, ut in terminis reſpondebat,Bero.d.cō
ſi.65.num.120.in fi.uol. 1. dicens.ideo tali caſu
doctrinam Alex.conſi.151.& ſimiles in cōtra-
rium allegatas retorqueri poſſe,vltra quod Caſ.
conſi.171.præſupponat in ſuo caſu Caſtrum in
ferius adhuc eſſe ſubiectum,ac Alcia.& Ro. ſup-
ponant eſſe exemptum,non tamen ut in præſen
ti libere ſeparatum , & diuiſum ab omni iuriſdi-
ctione alterius ciuitatis.

Quod uero relictum in teſtamento Illuſt.Do.
Rāgoni uiri fuerit ipſo iure nullū negatur; quia
ſtatutum ad illud teſtamentum uires non porri
66 git,nec præterea † ſtatutum parmenſe annullat
ipſo iure legatum uxori factum ultra.100.libras
parmenſes perſonam inhabilitādo; ſed tantum
quatenus alicui,ut puta hæredi præiudicium af-
ferat ; quod colligitur ex finalibus uerbis dicti
ſtatuti ibi, ſi aliqua cōminatio uel diſpoſitio ap-
poneretur,quæ obuiet diſpoſitioni huius ſtatu-
ti vel præiudicet alicui, nō ualeat nec teneat. Po
teſt enim legare maritus quicquid vult.& ſi hęre
des approbēt legatū, ſuſtinebitur , vt in ꝓprijs
terminis.d.ſtatuti copioſe pro more voluit Bar-
bat.d.conſ.12.nu.8.cum ſeq.col.8.& 9.vol.1.&
ſi cōtra eum tenere uideatur Plot. inter conſ. ua
ria ultima volunt. cōſi. 168.nu.46.& ſeq.itaque
67 & præſens legatum teſtamenti confirmari ua-
luit, cum nō ſit ipſo iure perſona prohibita legā
re , licet alias relictum ipſo iure nullum dicatur,
* per Bar.cum quo tranſire omnes * doct.ait Cur.
Iun. nu.23. in l.more.ff. de iuriſ.om.iud.Benin.
de pauper.q. 8.ſpecial.4.nu.83.Et quæ cōfirma
68 tio † emiſſa ſub illis uerbis in omnibus,& ꝑ om-
nia operaſ,ac ſi uere alio,& legitimo teſtamen
to legata,& relicta fuiſſent,arg.quod dicunt dd.
69 uerba hæc in omnibus, & per omnia,† eſſe tātæ
ſubſtantiæ,quod inter duo ſubiecta , differentia
non detur aliqua;no.Ang.in l.In negocijs.ff. de
reg.iur.Soc.Iun.conſ.124.nu.24.volu. 1. multa
in ſimili ſuper legitimatione. Pari. conſ.11.nu.
7.uol.1.ample Roland.à Valle conſi.67.nu. 39.
cum ſeq.uol.3.& conſi.55.nu.27.& ſeq.volu. 1.
Nec ueritas eſt,quod in legato.3000.aureorum
caſtitas ſue repetita cēſeatur,quod ſub his uerbis
reperitur receptum,Mandauit quod Illuſt. Do-
mina eius uxor, ſit tutrix filiorū ſuorum, ſi in lu-
cē peruenerint,donec honeſta,& caſta ſteterit,
nec ad ſecundas nuptias tranſierit. Cui Illuſtri
D.Octauiæ ſuę uxori legauit,&c.dotes ſuas, nec
non ueſtes & Iocalia.Vltra prædicta in omnem
caſum & euentum,legauit eidem uxori ſuæ ſcu-
ta.3000. auri in auro , de quibus diſponere pro
libito poſſit.
70 Primo,quia † ubi ſunt plures oratio nes perfe-
ctæ,& uerba apta ad ſingula legata,ut hic,ibi cō
ditio primi legati,& ſi adeſſet uerbū,item,repeti-
tum , non cenſetur in ſecundo repetita ; etenim
ob illa uerba legauit ueſtes,& vltra prędicta lega
uit 3.mille,conſtituuntur diuerſa legata, & ora-
tiones perfectæ,arg.l.qui fundum. ff. de cōtrah.
empt.l.2. ff. de leg.2.l.ſi duobus.ff. de uerb. obli.
l.plura.ff.de leg.1.Alex.cōſi.96.in fi.uol.7.poſt
Bar.in l.repetendis.ff.de leg.3.conſ.39.incipit,
* Cola reliquit,quē dd.ſequi * ait Aemil.cōſ.131.
nu.5.Grat.conſi.18.nu.36.& 39.uol.2.
71 Secundo,† ubi conditio non conuenit ſecun-
do legato ſicut primo,ibi repetitio ceſſat,Io.Bo
logni.Ad Anan.con.8.& conſ.Anan.37.Nico.
pignol.ad Roma.ſing.237.Natta conſi.459.nu-
mer.4.& 5.At conditio uiduitatis, non autem
tranſitus ad ſecunda uota conuenit certę primæ
72 diſpoſitioni,circa tutelam filiorum,† cum mater
tranſiens ad ſecunda vota, vel inhoneſte viuēs,
filiorum tutela etiam teſtamentaria priuetur.l.
prima.C.de ſecund. nup. deci. in c.ex parte.nu.
5.de appel.Ruin.conſ.125.in pri.vol.5.Plagius
de tut.& curat.quæſt.fi.nu.9.Nicol. Arellatenſ.
de ſecūdum.nupt.reſp.3.nu.21.Tob.Non.cōſi.
74.Ruin.conſi.87.nu.16.uolu.5.Crauet.conſi.
190.ample Borgni.Caualc.trac. de tut.nu. 184.

73 2a 1.& 337.† non ſic legato veſtium,& pecunia
rum,cum illa conditio, donec honeſte vixerit,
& cæi non conueniat,eo quod non ſit extincti-
ua legati,ſed impeditiua originis, pro ſequenti-
bus annis,Bar.in d.l.repetendis,ver.item aduer-
te,vbi Alex.in apoſt.ff.de leg. 3. Bero.conſil. 32.
num.6.vol. 1. fortiuſque ceſſabit repetitio, cum
hæc conditio non dicatur in aliquo legato, vel
relicto poſita,verum addita ſolum in tutela com
miſſa vxori, & in grauamine adminiſtrationis,
74 cuius eſt natura, † vt qualitas viduitatis,& caſti-
tatis in ea tacite ſubintelligatur, vt ſupra. Qua
de re, non extendetur ad ſequentia legata,cum
vniformiter non cõgruat omnibus per tex.for-
malē,in l.ſi iudices.§.fi.ff.de cond. & demonſtr.
quem pro ſingulari notauit Roman.ſingu.237.
Dico tibi unum, Ioan. dilect. de arte teſtan. titu.
de legat.cap.58.Neuizan.conſ.72.nu. 27. Alex.
conſ.66.nu.6.uol.3.ita Bero.conſi.64.nume.31.
uol.2.nec dubitãdum,quod legatum dotis ſuæ,
quod eſt unitum, & eiuſdem qualitatis cætero-
rum ſequentium veſtium, ſcilicet & pecuniarũ,
non admittit illam conditionem,donec reman-
75 ſerit vidua, ideo & in alijs repetitio ceſſabit, †ut
æqualis determinatio fiat,no.in l.iam hoc iure.
ff.de leg.3. & ponit in propoſito, Aemil. conſil.
prædicto 131.num. 5. dictum * commune nun-
cupat.Soc.iun conſi.13.nu.33. uol. 3. ne ſequa-
tur abſurdum,quod in dote delicta,uoluerit con
ditionem viduitatis ſubintelligi. Soc. iun. conſi
142.nume.23.& ſeq.& conſi. 143. & 144.uolu.
3.in pri.

Tertio admiſſo,quod cenſeretur legatum, di-
ſpoſitio circa tutelam filiorum. dico tamen con
ditionem illam, non eſſe repetendam in cæteris
76 legatis,cum † uerba propter illam dictionē, ſeu
copulam,& ultra prædicta legauit,&c.magis or-
dinem,quàm repetitionem ſignificent, ac diuer
ſas orationes demonſtrent.per doctr.Bal. in ꝓ-
poſito poſt Bar.in l.fi.q.vlt.C.de ind.uid. tollen.
Bar.in l.Seia.§.Caio. ff. de fund.inſt. Alex. conſi.
66.nu.2.vbi hoc pro ſatis claro admittit vol. 3.
Iaſ. conſi. fi. uol. 4. Aflict.deci.248. in fi. Alciat.
conſi.99.nu.24.Natta.d. conſ.459. Borgn. Ca-
ualcan.tract. de vſufruct. mulier. num. 139. quo
loco Anch.regiē.reprobat, ac in fortioribus ter
minis ſuſtinet cõditionem in ultimo legato poſi
tam,nec in præcedenti cenſeri repetitam, ſequi
tur primum dictum Corn.conſi.308.uol.1.Cel-
ſus Hugo.conſi.19.num.2.Soc.Iun. qui Bar.do-
* ctr.in d.§.Caio * communem nuncupat,in con-
ſi.13.nume.33.vol.3.& in conſi.143. nu. 2.vol.
3.poſt Ruin.conſ.176.nu.5.vol.2.multa in pro-
poſito Gerar.mazol.inter conſil. Soc. Iun. 144.
in prin.& num.40.uol.3.Cacher. deciſ. pedem.
53.nume.4.

Quarto cõſidero,quod in legato dotis ueſtiũ
iocalium,& 3000.aureorum,nullum adeſt uer-
bum repetitiuum,vt puta, itē hoc amplius, &c.
77 † Sed tantum relatiuum, Cui Illuſtriſſ. D. Octa-
uiæ vxori legauit,quod quidem cum refertur ad
certum corpus,ideſt.d.vxoris, illam & eius ſub-
ſtantiam demonſtratiue tantum referre dicitur,
non autem qualitatem præcedentium repetere,
ſecundum Bart.in l.ea tamen adiectio. ff. de leg.
3.in ſimili per Soc.Iun. conſ.85.num.18.& 24.
volu.3.

Quinto,& vltimo, in fine legati additur, in
omnem caſum,& euētum, legauit eidem ſcutos
tres mille,de quibus poſſit diſponere; ergo ſiue
tranſeat ad ſecunda uota,ſiue non,omni caſu le-
gatum debebitur, cũ manifeſta ſi teſtantis mēs
78 † & uerba clara, nullaque ſit quæſtio uoluntatis
facienda,l.ille aut ille. §. cum in uerbis.ff. de leg.
79 3.cum vulg.† uerbum enim omnis, vniuerſale
eſt,nullum caſum excludens, l. Iulianus in pri.
ff.de leg.3.gl.verbo,omnino,in cle. 1. de honeſ.
cle.& gl.ac.dd.in l.a procuratore.C.manda.c.ſi
Romanorum 19.diſ.Bero.conſ.143.nu.20.uol.
80 1.& † geminatio caſus,& euentus deſignat teſta
toris clariorem uoluntatem.l.baliſta, cum volg.
81 ff.ad treb. & dum vult † poſſe ad eius libitum &
meram uoluntatem de eis diſponi, quod abſolu
tum arbitrium deſignat, per Pariſ. conſi.26.nu.
28.& ſeq.uolu.4.inferri videtur, additum fuiſſe
nouũ ordinem,legato ueſtium, & tria milia au-
82 reorum † diuerſum, à qualitate viduitatis, cum
non poſſit diſponi libere de dictis bonis,& pecu
nijs legatis,ſi ſubintelligeretur conditio illa,do-
nec honeſte,&c.quę impedit originē legati de-
83 biti, utſupra, † ideo per additamentum huius
liberæ diſpoſitionis, receſſum cēſetur ab alia cõ-
ditione, quatenus etiam fuiſſet vniformis, & de
iure repetenda,in ſubſequēti legato, ſub condi-
ctione.l.ſub cõdictione.ubi gl. Imol. & cæter.ff.
de hæred.inſtit.Alex.conſi.158.num.56. vol.6.
nonnulla Soc.iun.d.conſi.144. num. 21. & ſeq.
vol.3.poſt Ang.conſ.394.nu.5.6.& 8.Alex. cõſ.
66.nu.6.uolu.3. Cacher. deciſ. pedem.52.nu.3.
Illuſtriſſ. Card.Alba.ad Bar. in l.talis ſcriptura,
§.hæc autem.nu.4.ff.de leg. 1. Repetitam igitur
ex his nõ eſſe qualitatem illam caſtitatis, & ſecũ
di matrimonij in legato ueſtium dotis,& 3000.
aureorum,iuridice concludo; non obſtantibus
ex aduerſo deductis,quæ ex præcedentibus ſub
lata cuilibet patere poteſt,vltra quod loquantur
Caſtr.Rui.Anch. & Neuiz. in terminis, longe à
noſtro diuerſis.

Tollitur & ſecundum,quod Illuſt.D. Rango-
nus ſtatuto Parmæ ligetur,& ibi conueniatur co
ram maiori magiſtratu. Etenim negatur ipſum
ibi conueniri,niſi in loco inueniatur. Quinimo
ligatur ſtatuto proprio Rochæ albæ, licet ſit il-
lius Dominus, quod ſuperius demõſtrauimus,
ut hinc eiuſdem teſtamentum executionem me
reri,in omni eius parte,ad fauorem Ill.D.Octa-
uiæ uxoris de iure cenſeam. Saluo Saniori Iu-
dicio,&c.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO Ioſepho Giauardo Cremonenſi.

ARGVMENTVM.

Daciorum exigendorum in diuerſis locis eiuſdem dominij materia tractatus.

Et quando ſolutio probetur, & teſtes, qui aliàs ſoluerunt, vel exegerunt, ſeu qui interſuerunt, vel fuere præfecti ſuper exactione daciorum, probent.

Et ibi de materia ſeparationis vectigalium, ſeu daciorum.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio, vti poſſidetis, tenetur probare ſuum poſſeſſionem, etiam tempore litis conteſtatæ, & aduerſarij turbationem.*

2 *Dacia ſunt de regalibus, quæ a priuato exigi abſque ſpeciali Principis conceſſione, non poſſunt.*

3 *Turbatus in exigendis dacijs, debet de iure ſuo probare, nam in corporalibus poſſeſſio ſine iure non habetur.*

4 *Allegans vectigalia noua, atque nouationem gabellarum, illam manifeſtè probare debet.*

5 *Conductori, detentiorique mero non competit remedium, vti poſſidetis, cum ille non dicatur poſſidere, ex magis recepta.***

6 *Interdictum, vnde vi, aſſimilatur interdicto; vti poſſidetis, qualiter procedat. numero ſequen.*

8 *Poſſeſſorio retinendi, remedio vti volens, debet probare plene ſe quaſi poſſediſſe.*

9 *Socius, niſi pro rata damnum datum in re communi conſequitur.*

10 *Socius non conuenitur, nec agere poteſt inſolidum, ſi negociatio ſit priuata, non autem publica.*

11 *Socij publicani, vt plurimum fiſco inſolidum tenentur, ex communi.**

12 *Damnum inter ſocios communicatur, niſi ex vnius culpa tantum proueniat.*

13 *Gabella, vectigal, & dacium, ſunt ſinonyma.*

15 *Proprietatis cauſa poſſeſſorium abſorbet, etiam quòd ſuper petitorio lis non eſſet conteſtata.*

15 *Gabella vulgo tabula groſſa nuncupata, ſecundum ciuitatis Mantuæ ſtatutum, à dacio pedagij differt.*

16 *Gabella tabulæ vniformis eſt, & eo modo ſoluitur in toto territorio Mantuano, prout ſoluitur etiam in ipſa ciuitate.*

17 *Gabella tabulæ ſemel ſoluta, ſiue Mantuæ, ſiue in aliqua parte ſui territorij, ex ſtatuto amplius alibi non ſoluitur.*

18 *Dacium tabulæ, eſt ordinarium, & pinguius, quàm ſit aliud pedagij tantum.*

19 *Gabella tranſuerſia nuncupata difformiter exigitur, ſecundum ſtatuta ſuper ea ſimpliciter emiſſa.*

20 *Dacium tranſuerſiæ dicitur à tranſitu, ſicuti et pedagium à pede, vectigalque à vehendo.*

21 *Gabella tranſuerſia eſt commodioris ſolutionis, quàm vectigal tabulæ groſſæ.*

22 *Dacium tabulæ groſſæ aliàs exigebatur Mantuæ per Maſſarium Douanæ, ſed per Principem fuit gratia commodioris vſus, & Mercatorum tranſitus poſtea conceſſum, vt exigeretur varijs in locis dominij ſui.*

23 *Locatio facta alicuius rei, cuius pars alio nomine nuncupatur, hanc ultimam partem non comprehendit, quia diuerſo nomine uocatur.*

24 *Separatorum vno incluſo, aliud excluditur.*

25 *Dictio quæ, ut genus, & ſpecies, capi poteſt in materia odioſa ſemper, ut ſpecies capitur.*

26 *Contractus in dubio cenſetur ſtipulatus, ut ſtipulari conſueuit.*

27 *Verba contractus in dubio ſtrictè intelliguntur, & prout ſonant, ne diuerſa includant.*

28 *Capitula, & daciorum conuentiones, ſtrictam ſignificationem recipiunt.*

29 *Cauſæ, duæ quãdo in uno actu cõcurrunt, ſemper per illa attenditur, quæ gabellam minuit.*

30 *Dacio ſimpliciter locata, non uenit ſuper indictũ cum ſit à dacio diuerſum.*

31 *Gabella ſimpliciter locata, niſi aliud exprimatũ, uenit tantummodo ius exigendi, & ea, quæ ad illam exactionem neceſſaria ſunt, ut domus, & in qua exigitur.*

32 *Solum de ſui natura eſt limitatiua, prohibitiuaque, ita ut non extendatur ad alia, & maximè ad diſſimilia.*

33 *Taxatiua tantum ad magis propinqua, & proximiora refertur.*

34 *Locatio, conductioq́ue regulariter iudicantur ex quantitate pretij, & ex qualitate rei, in contractum deducta, ut cæteri contractus.*

35 *Conductor gabellæ non tenetur ſoluere. ſeruareq́ue promiſſa per eum, ſi ipſius redditus ad eum non perueniunt.*

36 *Locatio gabellæ ſimpliciter facta, intelligitur de iure cum pactis ſolitis, atque conſuetis ante illam locationem.*

37 *Gabella, quod locata ſit cum ſolitis pactis, probatur ex duabus locationibus ſimiliter factis diuerſis perſonis.*

38 *Publicanus, ſiue gabellarum conductor, poteſt donare dacium, quod ſibi debetur.*

39 *Conſuetudo probaẽ ex actis ſimilib. fieri ſolitis.*

40 *Daciarijs in materia gabellæ, credendum eſt.*

41 *Mos vtendi, contrahentis principaliter inſpicitur.*

42 *Interpretatio ob obſeruantia proficiſcens probabilis eſt, nec in ea præſcriptio, vel longum tempus requiritur.*

43 *Pacta, conuentioneſque vt leges, quibus publicani vectigalia conducunt, ſunt obſeruanda.*

44 *Conductor primus tempore in locationibus duabus præfertur.*

45 *Delicta præſumi non debent.*

46 *Vir bonus quilibet præſumitur, & omni diligentia officium exercere, ne contra faciendo mortaliter peccet.*

47 *Remiſſio daciorum à Daciario alicui facta, ipſi tantum, & non ſucceſſoribus ſuis, vel Principi, & ab eo cauſam habentibus, præiudicat.*

48 *Negligentia Daciarij, qui pro tempore eſt, in exigendis dacijs, nouis conductoribus præiudicium afferre non debet.*

49 *Præſcriptio ex temporibus, & actionibus retroactis, induci non poteſt, cum facultatis hæc exiſtant, quæ non præſcribuntur.*

50 *Præſcriptio in his, quæ vario modo obſeruantur, non inducitur.*

51 *Inferior à ſupremo Principe non poteſt authoritate propria, nec etiam publica minuere, vel augere ius vectigal exigendi.*

52 *Vectores mercium calidi, & diligentes ſunt, vt minus, quàm poſſibile ſit, Gabellarijs ſoluant.*

53 *Tranſiens per aliena territoria, vbique explorare ſolutionem gabellæ tenetur.*

54 *Gabella duplex pro eadem re, ſuper eodem territorio ſolui non debet.*

55 *Dacium vnicum ſolui debet per tranſeuntem ſuper via, & territorio communi, quod inter Dominos diuiditur.*

56 *Teſtis, qui de ſuo intereſſe, & de ſe exonerando tractat, ſuſpectus eſt.*

57 *Teſti producentis debitori in fide detrahitur.*

58 *Teſtis producentis compater in iudicio ciuili non repellitur à teſtificando, non tamen omni exceptione maior eſt.*

59 *Inſtitori informato, & deponenti de facto proprio, abſque ſuo intereſſe, magis creditur, quã conductori proprio.*

60 *Conductori per ſuum inſtitorem præiudicari põt.*

61 *Probatio plena ex dictis duorum teſtium, qui ſint omni exceptione maiores, conſtituitur ex*
* *mente commun.**

62 *Teſtes in omni cauſa regulariter eſſe debent om*
* *ni exceptione maiores, ex communi dicto.**

63 *Teſtes nobiliores, & maiores numero alijs præferuntur.*

64 *Diuerſorum de vno ad aliud, non infertur.*

65 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

CONSILIVM CLXC.

TRINITAS ADSIT.

MVLTIPLICI ex ea capite liberandum cenſeo Dominum Giauardum conductorem uectigalis gabellæ, quod vulgo (vt credo) à menſa, & tabula maiori, ſuper qua id pẽditur, tabulę groſſę nomẽ deſumpſit, à petitis per Dominos Antoniũ, & Ludouicum fratres, de Taſſis conductores pedagij nuncupati nauilij, & pontaticij Godij.

Primo, quia actores narrando turbationem,
ac moleſtiam, illatam per Giauardum ſuper ex
actione datij reſpicientis tabulam groſſam in lo
co Godij, petendoque condemnari reum con-
uentum ad deſiſtendum à turbatione, propoſue
rũt remedium, vti poſſidetis. l. 1. §. interdictum.
ff. vti poſſidetis. Bart. in l. 1. C. vti poſſid. Io. Fab.
in §. retinendæ, verſi. interdicto. Inſtit. de inter.
dict. Bar. in 18. rub. num. 37. Fernand. num. 107.
poſt cæter. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
de acquir. poſſeſ. Canon. in cap. licèt cauſam, de
probat. Soc. Sen. conſi. 53. vol. 4. Pariſ. conſi. 13.
num. 79. & 80. & conſi. 112. numc. 72. & 73. vol.
1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. in prælud. nu. 35.
1 in quo remedio, tenetur † agens probare ſuam
poſſeſſionem, tempore litis conteſtatæ, ac turba
tionem aduerſarij, Bar. in d. l. j. §. ſecus autem. ff.
vti poſſid. Aret. in §. quadrupli, Inſtitu. de actio.
Pariſ. vbi ſupra. Bald. & Sal. in leg. vnica. C. vti
poſſid. cum ſimil. per Canon. vbi Bal. nu. 30. Be-
ro. nu. 63. in c. licèt cauſam extra de prob. Bero.
2 q. 71. cumque † datia ſint de regalibus, quę à pri
uato exigi abſq; conceſſione ſpeciali Principis
non poſſunt, pugnat contra Taſſos præſumptio
iuris

iuris capit. ad decimas de reſtitut. ſpoliat. in 6.
cap.primo.de præſcript.in 6.ſic dicens,ſe priua
3 tum, uel † turbatum in penſionibus præteritis,
vel poſſeſſione exigendi dacia,debet de iure ſuo
probare, maximè,quod poſſeſſio in iſtis incor-
poralibus,ſine iure non habeatur, Rota deci.6.
in antiq. Iccirco, cum actores non deduxerint
illorum poſſeſſionem,vel quas exigendi dictam
gabellam, minus moleſtiam per reum illatam
probauerint,ſuccumbent meritò.

Secundo,præſupponunt iſti Giauardum exe-
giſſe,& exigere noua vectigalia,vltra ſolitum,&
conſuetum fieri ab officialibus Excellentiſſimi
Principis,antequàm ei locaretur gabella tabulæ
groſſæ nuncupata. Actoribus ergo incumbit
onus probandi, noua exigi in loco Godij,& nõ
ſoluta vectigalia, nec temporibus retroactis fuiſ
4 ſe exacta,cum † allegãs nouationem circa uecti-
galia, & gabellas,illam manifeſtè demonſtrare
cogatur, Textus eſt ineuitabilis in l.fin.C. noua
vectig.impon.non poſſe, ibi conductorum aui-
ditate extiterit,& probatum fuerit,quem in pro
poſito allegat Curt.Iun.conſi.124.nu.9.

Tertio, profitentur Taſſi, ſe tantum Condu-
ctores paſſagij, ac pedagij, ſeu dacij pontaticij,
5 & nauilij Godij,quibus † conductoribus uti de-
tentoribus tantum, non competit remedium
poſſeſſorium retinendæ, cum illi poſſidere mi-
nime dicantur.l.prima.C.de vſucap. not. Bart.
in l.prima.§.deijcitur. in fin. ff. de vi.& vi arma.
Rip.in l.prima,num.44. ff. de acquirend. poſſeſ.
& in rubrica de cauſ. poſſeſſ. & proprieta. num.
26.& quod remedium uti poſſidetis mero con-
ductori, vel detentori non competat, affirma-
runt Gloſſ.in l.prima.§.quoties. ff. de itine. actu-
que priua. Faber.nume. tertio.& Aret.nume. 2.
in §.retinendæ, Inſtitutio. de actio. Abb.in cap.
contingit nume.20.de dolo, & contuma. Rub.
in d.§.nihil commune.nume. 39. quam ſenten-
** tiam, vti magis receptam ** nouiſſimè compro
bat,& admittit Menoch.in tracta. de retin. poſ-
ſeſſ.remed.3.nu.46.q.5. Anguſ.in mater.crimin.
conſ.21.nu.5.

6 Et licet in † interdicto vnde ui, quod huic aſ-
ſimiliatur, id ſoleat limitari,niſi conductor poſt
poſſeſſionem Domini,introuerſam à tertio ſpo
liaretur,tunc enim Conductori tale remedium
conceditur. leg. colonus,& leg. cum fundus. ff.
de vi,& vi armat.Menoch.tract.de recuperand.
poſſeſſ.remed.1.nume.66. Ferret.tracta. de ga-
bell.nu.180.

7 Attamen id in † preſenti minimè repugnat,
cũ ſumus extra caſum poſſeſſionis ui ablatæ cõ-
ductori per tertium;tum rurſus quod fratres de
8 Taſſis, adhuc minimè deduxerint,† ſe uti Con-
ductores pontaticij Godij eſſe,vel fuiſſe in quaſi
poſſeſſione exigendi in dicto loco vectigal nun-
cupatum tabulæ groſſę, nec illud etiam unquã
à Mercatoribus petiſſe. Etenim narrant tantũ,
conanturq; probare alios Principis Conducto-
res,ac in dicto pedagio precesſores ſolitos fuiſſe
illud exigere,vt neceſſario inferatur, nec ipſos
vnq̃ quaſi poſſediſſe,ius exigendi tabulę groſſæ
gabellam, nec in illos per Principem tranſlatũ,
conſequenter poſſeſſorio retinendę,nullo mo-
do vt poſſe;quod etiam videtur, licèt ſubobſcu-
re de mente Bertach.in tracta.de gabel.4. parte.
nu.24.Signo.de Homod.conſi.222.in 1.ar.An-
guſ.lib.4.conſi.13.nu.18.in fin.& 31.& ſeq.

Quarto, quicquid ſit circa remedium intenta
tum,ſat eſt,quòd Actores iudicium pro integro
dacio proſequuti ſunt, contra Dominum Gia-
uardum,eorum in eodemmet pedagio ſocium,
prout dicti fratres declararunt in actis.male ita-
que,ac ineptè vexarunt ſocium reum conuen-
9 tum, ſaltem pro dimidia, cum † ſocius niſi pro-
rata,damnum datum in re communi conequa-
10 tur,l.ſi in re communi.ff. de noxa. minus † agat,
vel conueniatur in ſolidum,ſi negociatio ſit pri-
uata,non autem publica.l.ſi cum plures, in 1.ff.
de exercit. act. Bart. in l. eundem.q.7.nu.9.ff. de
duob.rei.Alex.conſi.147.in 1.uol.2.& licèt pu-
11 blicani ſocij † inſolidum, vt plurimum fiſco te-
neantur,Imol.in l.licitatio.§.ſocii.ff. de publi. &
in l.nulla.ff.pro ſocio,Ferret. de gabel. nu. 140.
** ex probabiliori ** doctrina.Eman.Soarez.rece-
pt.ſent.verſic.quibus.nu.10.& ſeq. unus tamen
nõ conſequitur omne lucrum,uel damnum, ſed
12 † totum inter eos communicatur,niſi damnum
ex unius tantum culpã proueniat.l fraudati, ubi
Imol. ff. de publi. & vectig. l. cum ſi exhibuiſſet.
ff.de publi.Ferret.eod.loco.num.136.& 220.&
337.Bertach.de gabel.4.part.prin.nu.22.& 23.
& 1. part.in fin.

Quinto loco,cauſæ iuſtitiam,& merita aggre
diendo,dico rurſus, Giauardum abſolui debe-
re,etiam quòd probaretur actores,& cęteros cõ
ductores collectæ pontis,uel pedagii põtaticii,
& nauilii Godii ſolitos fuiſſe exigere tabulę groſ
13 ſæ † gabellam,dacium,ſeu uectigal, quæ hic uti
ſynonima iudicantur,per Boſi.ti.de uecti.nu. 2.

Quatuorque principaliter conſidero.

Primum,quòd petitorium circa ius exigendi
dacium tabulæ groſſæ deductum fuit,& circa al
terius partis oppoſitionem iuſtificatum, ac ſu-
per illo cognitum,quod ſat colligitur ex capitu
lis,ex reſpõſione,omnibuſque ſcripturis,& pro-
clamatibus ex parte rei conuenti, in actis pro-
ductis,ac ſcripturis,& capitulis eorumdemmet
fratrum,quę omnia ius exigendi reſpiciunt, nõ
autem poſſeſſionem tantum,unde & ſuper illo
14 terminabitur,cum † proprietatis cauſa poſſeſſo
rium abſorbeat.c.paſtoralis de cauſ.poſſ.& pro
prie.Anca.conſi.146.nu.3.uer.& ſi dicatur,Cra
ue.conſi.248.nu.5.Caſſad.deciſ.ult nume.6.&
7. quamuis ſuper petitorio non eſſet lis conte-
ſtata,dummodo iudicium illud,ut hic,ſit proſe-
quutum.c.1.de reſtitut.ſpolia. omnes in d.§.nihil
commune,ubi Bar.num.30.Alex.nu.31.Marm.
num.163.Iaſ.nu.64.Deci.conſi.48.nu.2.& cęte-

ros,quos adducit Menoch. de recuper.poſſeſ.re
med. 6.num.161.& 177.

15 Secundo,† gabella vulgo tabula groſſa nuncu
pata, differt maximopere a dacio pedagij, ſeu
paſſagij, quod ſoluitur (vt aiunt) pro trauer-
ſia alicuius locis, pontis,fluminis, uel terræ di-
tionis Mantuanæ, quod in terminis, expreſſe
comprobo ex ſtatuto ſub rubrica de dacio exi-
gendo in Marcaria,&c.cum rubrica ſeq.de mo-
do, & forma ſeruanda per officiales deputatos
Marcariæ ad dacium exigendum in fine, ibi,de
trãſeuntibus per terram cũ buletta tabulæ groſ-
ſæ trãſire permittant,exigendo dacium ſibi ſpe-
ctans. fit ergo mentio de rebus conductis cum
buletta officiales tabulæ groſſæ, ut ſine buletta
tranſitus non permittatur, & ſeparatim dacium
trauerſiæ ab alio exigatur. idẽ colligitur ex ſta-
tuto, ſub rubrica de dacio exigendo ad Burgo-
fortem,uerſicul.pro beſtijs, & in ſtatuto ſub ru-
brica de dacio exigẽdo per trauerſiam Reggio-
li,verſicul.item de qualibet.cum rubrica ſeq. di
ſponentibus trauerſiæ dacium,ut ibi limitatum
eſt,debere ſolui; dum tamen babeant bulettam
tabulæ groſſæ, rurſus ex ſtatuto ſub rubr.de da-
cio exigendo in Maxinbona,ſiue Godio, in uer
ſicu.pro dacio tabulæ groſſæ,dum gabellam tra
uerſiæ diuerſam à tabula groſſa,ſoluendam ſup-
ponit,idem deducitur clarè in ſtatuto de dacio
exigendo per trauerſiam Caprianę,in fine,& in
pluribus alijs locis, quos conſulto prætereo, ut
dubio procul has gabellas diſtinctas,atq; diuer
ſas,ſtatuta,& ordines conſtituant.

16 Tertio conſidero, ꝙ tabulæ gabella eſt † uni-
formis in omni caſtro,villa, & in integra ditio-
ne Mantuana, ſoluiturque per territorium, ac
in finibus territorij Mantuę,eo modo,prout ſol
uitur in ciuitate ipſa, id probatur ex ſtatuto in li-
bro tertio, ſub rubrica de dacio mercimonio-
rum, & rerum, quæ conducuntur de Ferraria,
17 &c.cum ſequen.rurſus ſemel † ſoluta ſiuè Man-
tuæ, ſiuè in aliqua parte ſui territorij in alia par-
te, vel caſtro, minimè ſoluitur, nec pro eadem
mercimonia bis in ſtatu Excellentiſſimi Princi-
pis exigitur, ut docet ſtatutum, ſub rubrica de
dacio exigendo, per trauerſiam Caprianæ, &
Voltę in fin. verſicul. addentes, & declarantes;
18 diciturque † hoc dacium ordinarium Maſſariæ
communis Mantuæ,& eſt pinguius, ac alio pe-
19 dagio vberius.altera uero † gabella trauerſiæ nũ
cupata,quę in territorio impoſita reperit̃, mul-
tipliciter,ac diuerſimode,ſeu difformiter exigi-
tur,iuxta ſtatutorum ſuper boc ſpecialiter emiſ
ſorum ordinationem,quod patet ex ſtatuto,ſub
rubrica de dacio mercimoniorum, & rerum,
quæ conducuntur de territoris forenſibus ad ci
uitatem, cum multis rubricis ſequentibus uſq;
ferè ad ultimam rubricam dicti libr.3.ſtatuto-
rum, Sæpius pro eiſdem mercibus,& rebus pe
dagium trauerſię ſoluitur in territorio Mantua-
no,prout inquàm dictæ merces,& res per diuer
ſa loca,terras,ac villas,ubi pedagium, uel paſſa
gium impoſitum reperitur, tranſeunt, condu-
cuntur, & tranſmittuntur, quod probare arbi-
tror,ſtatutum de dacio Caprianæ in fine, & ali-
20 bi ſæpe. Diciturque † dacium tranſuerſiæ, eo
quòd pro trãſitu ſolummodo in dicto loco prę-
ſtetur,ut ex paſſu paſſagium, a pede pedagium,
& a vehendo uectigal. C.ſuper quibuſdam, ubi
Gloſſ. c. quamquàm. C.innouamus de cenſ.&
21 vectig.† eſtque tenue,& commodioris ſolutio-
nis,quàm uectigal tabulę groſſę,quod omnibus
manifeſtum eſt.

Quarto loco animaduerto, dacium tabulæ
groſſę ſoluendum pro mercibus forenſibus con
ductis Mantuam, vel ad alias partes forenſes,
uel pro mercibus territorij alio translatis,ut di-
xi, uniforme eſt,ſub uno,& eudem ſtatuto com
prehenſum,ſub rubrica nempè de dacio merci-
moniorum, quæ conducuntur de Ferraria, &c.
22 cum rubricis ſequentibus, quodq; aliàs † Man-
tuæ, exigebatur in officio Maſſarij communis
Douanæ nuncupato. & licèt poſtea fuerit con-
ceſſum per Excellentiſſimum Principem, ut in
pagis,& oppidis Serau alli,Reueri,Quiſtelli,Mo
leæ, Ragioli, Bugifortis, & Bondinelli cauſa
commodioris vſus, ac Mercatorum tranſitus ibi
dem ſolui poſſet, demumque fuerint locata di-
cta dacia ſeparatim, ſemper tamen in eiſdem lo
cis ſtatutum tabulæ groſſæ uniuerſale, ubique
ſeruatum fuit, & exactum, ac per officiales fuit
deſcriptum, ſuper buletta ſoluit, tabulam groſ-
ſam,ne alibi ſuper dominio,eadem gabella præ
ſtaretur. In alijs uero locis dominij, vt ſupra,
non expreſſis,dacium dictæ tabulę groſſę Man-
tuę per officiales eius Excellentię exactum fuit,
pro rebus inquàm, per dicta loca opportune cõ
ductis,vtputa per Marcariam,Godium,Capria-
nam,& cæteras partes ditionis Mantuanę,extra
ſeptem loca ſupra expreſſa,quod ex libris dictę
gabellæ, ac pluribus locationum redditur. Vn-
de ex iſtis infero principaliter, quòd ſi gabellæ
iſtæ,ſeu paſſagia,tranſitus, & vectigalia tabulæ
groſſæ, differunt ſubſtantialiter inter ſe, quòd
una dictis fratribus de Taſſis locata, altera non
venit.

23 Primo ex doctrina Bald.in propoſito.in l.em-
ptorem in fin.C.loc.dicentis,ſi in comitatu Bri-
tonij ſit quędam planities,quę vocatur planum
Britonij, ſub qua eſt alia planities,quæ vocatur
planum ſancti Criſpoliti,& Dominus locet cui-
dam planum Britonij,vtrum etiam videatur lo-
care planum Criſpoliti, quod ſub eo compre-
henditur;& poſt argumenta ad partes conclu-
dentis pro negatiua,ea ratione,quod planũ Cri
ſpoliti nomine ſpeciali denominetur, ſequitur
illum Aymo.conſi.252.nu.5.& 21. idem ergo
dicemus,& fortius in caſu noſtro, quod licet ta
bula groſſa veniret ſub nomine dacij trauerſiæ
Pontatici,& nauili vti generaliter locatæ Taſſo.
eo quo tamẽ ſpeciali nomine tabula groſſa de-
ſcribi-

24 ſcribitur,& eſt quid † ſeparatum, vno locato alterum cenſetur excluſum.l.prędijs.§.Titio.ff. de
leg.3.l.ſi mercedem. §. prim. vbi Caſtr. ff.de act.
empt.Ale.in l.3.in pri.col.pen.ff.de acquir.poſ-
ſeſ.ac inſuper,quia in materia odioſa, & ſtrictè
intelligenda,vbi dictio poteſt capi,vt ſpecies,&
25 genus,capiatur vt ſpecies ſemper,Abb.in c.Ro-
dulphus,num.3.de reſcript.ſequitur Natta con-
ſil.274.num.7.nomen itaque dacij Pontatici,&
nauilli, vt ſpecies dacij trauerſię tantum capiet,
non etiam vti genus Mantuæ gabellam compre-
hendens.
26 Secundo,† ſtipulatum tantum in conductio-
ne dicti tranſitus Godij, cenſetur ſolitum exigi,
& locari pro dicto tranſitu Pontatici,& nauilij.
Bal.in l.fi.3.Iuli.C.de ſucceſſ.edict. per l. quòd ſi
nolit.§.ſi arduo.ff.de edil.edict. Bar. in l.errore.
C.de teſtam.Bertachi.de gabel.2.parte prin.nu.
11.non ideo ſtipulatum pro tabula groſſa, cum
non exigantur ſimul.
27 Tertio,† verba contractus in dubio intelligũ
tur ſtricte,ac prout ſonant tantum, vt potius re-
ſtringantur ad trauerſiam ſolum dicti Pontatici,
& nauilij Godij,vt rubri. inſcribitur, quam am-
plientur ad gabellam tabulæ groſſæ diuerſam. l.
quicquid aſtringendc.ff.de verb.obli.præcipuè,
28 quòd † capitula,& conuentiones daciorum ſtri
ctam ordinarie interpretationem admittant,
Alex.conſi.86.nu.5.volu.4.& vno loco permiſ
ſo, cætera prohibeantur; ſerui, quod vbi in
29 † vno actu duæ cauſæ concurrunt,attenditur illa,
quæ minuit gabellam,Corn.conſi.169.in fi.vo-
lum.4.nonnulla Octaui.Cacher.deciſ.pedem.4.
num.5.& ſeq.
30 Quarto,† datio ſimpliciter locato non venit
ſuper indictum,cũ ſit a dacio diuerſum,vt cõclu
dit Ferret.d.tract.de gabel.num.405.& in loca-
tione ſeruit doctr.Ang.in Auth.vt determin.ſit
num.cler.Deci.conſil.4.in fi.vbi apoſt. additio-
narij ad Deci.in c.cum M.nu.5. de conſtit.ſic in
iſtis dacijs diuerſis iudicabitur,vt vno locato al-
terum non comprehendatur.
31 Quinto,in locatione † gabellæ ſimpliciter fa-
cta,niſi aliud exprimatur,venit ius tantum exigẽ
di gabellam,& cætera ad exactionem neceſſaria
pura capanna,vel domus,in qua exigitur,ꝑ do-
ctr.Bal.in l.2.C.de verb.ſignif.not.Ferret.vbi ſu-
pra.num.104.& 151.Bertachi.q.2.num.65.mi-
nus itaque in locatione pedagij,vel paſſagij põ-
tis,& fluminis veniet dacium tabulæ groſſæ, cũ
non ſit ad illius vſum neceſſarium, vel pertinẽs.
Sexto, verba conductionis Dominorum de
Taſſis,expreſsè docent fuiſſe in illa excluſum da
cium tabulę,de quo agitur,quando dicant, Taſ-
ſum accepiſſe ad incantum ſolum Pontatici, &
nauilli dacium, paſſagium pontis, & nauium
tranſeuntium per flumen tantum comprehen-
32 dẽs.hęc.n. † dictio ſolũ eſt ſui natura limitatiua,
taxatiua,& ꝓhibitiua,ita vt ad alia maximè diſſi
milia nõ extẽdant.l.3.C. de patrib. q ꝓ filijs di-
ſtrax.l.is ſolis.ff.de cond. indebit. l. aduerſus. C.
ſi aduerſus rei.iud.Bal.& ibi Iaſ.numero.7.in l.1.
C.de poſſeſſ.bon.contratabul.Rimin.conſil.70.
num.1.& conſil.117.in princ.Grat. conſil. 137.
num.18.volum.2.cumque dictio ſolum ſit addi
ta verbo Põtatici,& nauilij,ſic datio,& eius qua
litati,non autem verbo Godij,ſic loco,exclude-
tur omnis alia daciorum qualitas ibi exigenda,
ſic gabella Mantuæ,non locus,vel cęteræ partes
33 diſtrictus Mantuæ,locandæ,† cum taxatiua ſolũ
ad magis propinqua, & proximiora referatur,
argumento.l.talis ſcriptura.§.vlt.ff.de leg.1.cum
vulga.
34 Septimo,locatio,& conductio regulariter iu
dicantur,prout cæteri contractus ex quantitate
precij, & qualitate rei, in contractum deducta,
Glo.in l.1.§.qui ſuperficiem.vbi Bart.numer. 3.
ff.de ſuperfi.& in l. patronus. §. pri.ff. de leg. 3.
Glo.Bart.Deci.num.6.Mainerius.num.3.& cæ-
teri in l.ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.
Neuiz.conſi.7.nume.3.& 4.Crauet. conſi. 234.
num.3.Deci.conſil.4.in fin.& conſil.500. num.
5.cum apoſtil.cum ſimil.per Tiraq.de retract.§.
1.glo.14.nu.86.Atqui quantitas mercedis pro-
miſſæ, videlicet ducatorum mille noningento-
rum decemſeptem pro dacio trauerſiæ cõducto
non conuenit locationi vtriuſque,nempè peda
gii & gabellę,quia vt teſtes ſuper ſecundo capi-
tulo rei conuenti concludenter deponunt,mul-
to plus,& ad ſummum mille ducatis vltra.1917.
locaretur dacium Godii, ſi conductori daretur
facultas exigẽdi tabulã groſſam.eſt ergo dicẽdũ
ſub locatione Giauardi cõprehendi ex dicto te
ſtiũ amplam mercedem ꝓ affictu ẽt gabellę exi-
35 gendæ in loco Godii ſoluentis,† qui per eum in
locatione promiſſa ſeruare minimè teneretur,ſi
dicti redditus ad ipſum non peruenirent, vt per
illum tex.not.Gul.& Ang.in l.fi.ff.de conſt.prin.
& Roderi.Soarez.in l.poſt rem iudicatam in 3.
part.deciſ.636.nume.16.ff.de re iud.
Quod Octauo loco comprobo,nam in cõdu
36 ctione Taſſi adeſt clauſula,accepit dacium† ſolũ
Põtatici,& nauilii pactis veteribus,& modis cõ-
ſuetis,& ut ſolitum erat ante præcedentem loca
tionem &c. quæ clauſula rurſus ſubintelligitur
de iure in ſimilibus gabellarum,& daciorum lo
cationibus.Specul.tit.de locat.§.pri.verſic.por-
ro.Bertach.tract.de gabel.2.part.nu.11. Siluan.
37 conſi.35.in prin.Probaturque ex† geminatis lo
cationibus dacii cõceſſis.ſimili modo,& forma
diuerſis perſonis,de quibus in proceſſu,per Be-
ro.conſil.137.in princ.volum.3.cumque proba
tum formaliter appareat per ſeptem teſtes Rei
conuenti deponentes cum ratione reditionis ſu
per primo capitulo,& interrogatoriis, publica-
nos Pontatici Godii pro tempore præterito pe
dagiũ,& trauerſiam ſolam,meram, ac ſimplicẽ,
ut nonus teſtis inquit, exegiſſe tã in loco Godii,
quàm Caprianę,Cereſarię,Publicę,Sancti Mar-
tini,Voltæ,& Marcariæ,nũquàm autẽ quidque
nec

nec obolum ex dicto tertii teſtis exactum fuiſſe,
vel receptũ occaſione gabellę Mantuanæ, à Mer
catoribus, vel pro mercibus ibidem tranſeunti-
bus. rurſus id manifeſtum reddatur ex pręcepto
pęnali facto nomine Excellentiſſimi Principis,
anno. M. D. xxxvij. Laurentio Ferrario
conductori dicti pontatici, & nauilij, quòd non
permittat, nec audeat illinc pertranſire merces,
ſeu beſtiamina cuiuſuis generis, quę non ſoluãt
38 tabulam groſſam, † quaſi quod ipſe illam nõ poſ
ſit remittere nec conſequentur locatam habeat,
cum ipſam remittere, & donare poſſet. d. l. licita-
tio. § carum, & l. fi. §. ſi quis profeſſus. ff. de publi.
Quid ambigendum, quod nec Dominus Taſſus
aliquid nunc pro datio tabulę groſſę exigere va
let, cum præcipuè ita ſub diuerſis alijs conducto
ribus obſeruatũ appareat ſub Ferrario inquam
39 Chechino, Fontanella Arlino, & alijs, quo mo-
do conſuetudo probatur, Bero. d. conſ. 137. nu.
2. volum. 3. & fortius ſub eodemmet Taſſo con-
ductore in præſenti actore, id ſeruatum quoque
fuit, vt innuit ſeptimus teſtis, ac octauus atteſtan
tes ipſos, vti inſtitores, quos uocant poſterios di
cti Taſſi cõductoris ſolum trauerſię dacium exe-
40 giſſe, non autem tabulæ groſſæ, † quibus in hoc
quam maxime credi ſolet, ad ea quę ponit Bero.
conſi. 164. in fin. ſub num. 23. volum. 3. vt meri-
to firmari oporteat ex proprio met more, con-
ſuetudine, aſſenſũ, & voluntate dicti Taſſi, Gia-
uardum fore abſoluendum.
41 † Mos enim vtendi contrahentis principaliter
inſpicitur, arg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1.
leg. vniuerſorum. ff. de pign. act. not. in d. l. ſem-
42 per in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. & † probabi
lis eſt illa interpretatio quæ ab obſeruantia pro
ficiſcitur, ita quod nec in tali obſeruantia præ-
ſcriptio, vel longum tempus requiratur, Crauet.
conſil. 101. in fin. & in materia daciorum conſi.
273. num. 13. verſic. poſtremo, Socin. iun. conſi.
149. num. 10. vol. 2.

Nono me in hanc ſententiam trahit, quia an-
te conductionem conſortum de Taſſis, Giauar-
dus anno. M. D. LXVI. à Principe Man-
tuæ Excellentiſſimo conduxit ad nouem annos
dacium tabulæ groſſæ, ſeu douanæ Mantuæ exi-
gendum, iuxta Mantuæ ſtatuta, cum omnibus
adhęrẽtijs, iuribus, pertinentijs, introitibus, &
regalijs, precio ſcutorum nouem millium in ſin
gulos annos ſoluendo. & in executione dictę cõ
ductionis proclamata publicata fuere, quibus
capite nono mandatur, omnia bona, & merces
tranſeuntes per dominium Mantuæ, & loca etiã
vulgo nuncupata trauerſiarum, vt ſupra, vel quę
conducuntur alio, ſiuè tranſeant, vel non tran-
ſeant per dicta loca, teneri ſub pœna commiſſi
accipere bulettam a douana, & eidem debitum
vectigal ſoluere. habet igitur conductor tabulæ
groſſæ intentionem fundatam ſuper omnibus
mercibus tranſeuntibus per dominium Mãtuæ,
pro exactione dacij iuxta ſtatutorum diſpoſitio

nem, cum verba, tum capitulorum, tum procla
matis ſint adeo clara, vt interpretationem nullã
43 deſiderent, ſeruanda ſint, tanquam † leges, pacta
& conuentiones, quibus publicani vectigalia cõ
ducunt. l. Cęſar. ff. de publican. l. pęnes, cum ſeq.
C. eod. ti. l. ſiquis obrepſerit. ff. de falſ. not. ſcribẽ
tes in c. ſuper literis, de probat. l. fi. C. ſi cõtra ius,
vel vtil. Bero. conſ. 164. in princ. volu. 3. cumque
nullum aliud extet ſtatutum, niſi generale, ſecun
dũ illius modum dictam gabellam ab omnibus
exigere poterit, vt in propoſito Bero. conſ. 137.
in fi. volum. 3. etiam quòd poſterius eadem Taſ
ſo fuerit locata, & eidẽ detentatio tradita, quia
44 † in locationibus duabus primus tempore con-
ductor tantum pręferatur. l. quoties, vbi Iaſ. ff. de
rei. vend. Natta conſilio 261. num. 10.

Secundo, principaliter infertur, ſtante differẽ
tia pedagij, ſeu trauerſiæ, & dictæ gabellæ tabulę
probata ex ſtatuto patrię, ex teſtiũ depoſitioni
bus, ac pręcepto de quo ſupra, non potuerũt in
ſtitores, vel Poſterij conductorum pontatici, &
nauilij, aliquid in loco Godij, Caprianæ, Marca
rię, vel alibi pro dacio tabulę exigere, cum repu
gnent expreſsè ſtatuta, ſub rubrica capitulum ge
nerale, quòd de omnibus mercantijs, & reb. &c.
ac rub. de dacio exigendo per trauerſiã Capria-
nę, & Voltę, & rubr. de dacio exigẽdo in Marca
ria, cum ſeq. rubr. de modo ſeruando per officia
les deputatos Marcariæ, diſponentia officialem
tranſuerſę debere dacium ſibi ſpectans tantum
exigere, nec poſſe permittere, quòd naues tran-
ſeant illinc, ſine buletta tabulæ groſſæ, vel abſq;
eo, quòd ipſi eiſdem bulettã, tradant, cum quali-
tate mercium & perſonarum portãdam Mãtuã
officiali douanę, accipiendo a Mercatoribus pi-
gnus dupli valoris dacij, uel fideiuſſionẽ de ſol-
uendo dictum dacium officiali tabulæ groſſæ. &
ſi nõ debent ſe in exactione alterius dacij intro-
mittere, niſi ad cautionem illius, ſequitur non eſ-
ſe ueriſimile, cæteros conductores ante Taſſum
45 utrunque dacium exegiſſe, † ne delictum præſu-
matur, iuxta l. merito. ff. pro ſocio. Bart. in l. non
ſolum. §. ſed ut probari. ff. de operi. noui. Alciat.
tract. præſcript. reg. 1. præſump. 21. & quia quili
46 bet † uir bonus iudicetur, & omni diligẽtia adeo
ſuum officium exercere, ne contrafaciẽdo mor
taliter peccare dicatur, arg. l. 1. ff. de offi. pręfect.
prætor. Socin. Sen. conſil. 2. colum. 2. volum. 1.
Crauet. conſilio 135. numer. 4. ample Menoch.
tract. de arbit. iud. lib. 2. caſu. 40. num. 10.

Tertio infertur, quòd licet pro tẽpore pręte-
rito nonnulli Pontatici prædicti conductores
(quod tamen non admittitur) exegerint indiffe
renter dacium tum pedagij, tum gabellę, ſe rur-
ſus componendo ſuper dacio cum mercatorib.
& in minori quantitate debiti, ex ſtatuto, ut duo
teſtes actoris probare contendunt, nec illud offi
ciales Mantuę exegerint, hoc minimè Giauardo
47 nocumento erit, ea ratione, quòd † remiſſio, &
compoſitio daciariorum pro tempore, quo iu-

re

re ſubſiſtit, per l. licitatio. §. earum, et l. fi. §. ſiquis
profeſſus. ff. de publica. ipſis tantum nō alijs ſuc-
ceſſoribus, vel Principi, ſeu ab eo cauſam haben
tibus, præiudicet, tot. tit. res inter alios acta, &
49 † negligentia officialium Mantuę, pro tempore
in exigendo tabulam in locis Godij, Marcariæ,
& ſimilibus, nullum penitus pręiudicium nouis
conductoribus, vel dacij Mantuę poſſeſſorib. at-
tulerit, quin iuxta ſtatuta, illud nunc exigant, ꝑ
Tex. formalem, in d. l. licitatio. §. earum, ibi, & in
digentia publicanus omiſerit, alius exercere nō
prohibetur, & in d. §. ſiquis profeſſus, ibi, non ta
men vectigalia ſoluerit, hoc cōcedente publica-
49 no, vt ſolent, & fortius, cum † nulla præſcriptio,
ſeu conſuetudo ex temporibus, & exactionibus
retroactis induci potuerit, q̄a hęc facultatis exi-
ſtant, arg. l. ſicar. C. de act. oblig. quæ non præ-
ſcribuntur, Abb. in c. Ioannes, in fin. de clerico.
coniug. & in c. cum ab homine, in 2. Gloſ. de vit.
50 & honeſt. clerico. eoque † minus, ob varium mo
dum in exigendo ſeruatum, per Bar. & Doctor.
in l. 2. ff. ſolut. matr. Crauet. conſi. 234. num. 20.
51 Nec vllo † inferior a Principe ſupremo, tam pri-
uatus, quàm etiam authoritate publica pręditus,
quomodocunque diſponendo, promittendo ne
alterare poſſit ad præiudicium perpetuum Ciui
tatis, uel Principis, ius vectigal exigēdi, illud mi-
nuendo, alterando, omittendo, vel augēdo. l. Im
peratoris, in fi. ff. de pullic. t. l. 1. vbi caſus, & l. fi.
C. vt vectig. noua. l. vectigalia in pri. ff. de uectig.
multa adducit ad propoſitum noſtrum Bero.
d. conſilio 137. in pri. Aret. numero 19. in fin.
nume. 3.

Quarto, & vltimo infertur, quòd ſi dicta gabel
la ſemel tantum in territorio, vel ciuitate Mātuę
ſoluitur pluries uero pedagium, cum probatum
ſit pro mercibus, & animalibus conductis prius
per loca Godij, vel Marcariæ, tabulam fuiſſe exa
ctam, ſine Mercatorum contradictione, in locis
Burgiforti, vt concludunt ſecundus teſtis, deci-
mus, & duodecimus in ordine, fatendum eſt mi
nimè dictam gabellam in loco Godij ſolutā fuiſ
52 ſe, nec id pręſumendum. quando † Vectores mer
cium circa has ſolutiones diligentes, ac calidi
exiſtans, ſoluentes publicanis minus quàm ſit
53 poſſibile, & † tranſeuntes per aliena territoria
vbique explorare ſulutionem gabellę teneātur,
Bal. in l. 3. C. de naut. fænor. l. 3. C. de legat. Ber-
trach. de gabel. par. 9. princi. q. 2. & 28. nume. 31.
Ferret. eod. tract. nu. 247. Boſi. titu. de fraud. ue-
54 ctigal. nume. 8. ac ne incidamus in † abſurdum,
quòd bis eadem gabella pro eadem re ſuper eo
dem territorio, a diuerſis exigatur, quod fieri ne
quit, Bar. in l. fi. §. quoties. in fi. ff. de publi. & in l.
1. §. quod ſi nemo. ff. quòd cuiuſque vniuerſ. no-
mi. Alex. conſi. 148. in fi. uol. 6. Natta conſ. 193.
55 num. 1. volum. 2. prout nec niſi † gabella vnica,
diuidenda tamen inter Dominos, ſoluerent ex
tranſitu ſuper via, & territorio communi, ſecun
dum Bal. in l. pen. 6. col. C. de condit. inſert. Pe-
tr. de Vbal. tract. de ſociet. 11. parte. q. 22. Bert.
eod. tract. in 5. parte. n. 23. q. 17. Quicquid ergo
obſeruatum fuiſſe ex aduerſo proponatur, licèt
non probetur, ſat eſt ex forma iuris ſtatutorum,
& conſuetudinis patriæ Giauardo ius exigendi
in loco Godij gabellam tabulæ competere.

Nec iſtis, duo, quæ in contrarium deducātur,
repugnant.

Primum, de ſolita exactione pedagij, & gabel
læ per duos teſtes depoſita, dicta enim illorum
diuerſimodè tolluntur.

Primo, ꝗ fuerunt dicti Pontatici Conducto-
56 res, vnde cum † de intereſſe, cōmodo, vituperio-
que ferè proprio tractetur pro conſeruatione
actus, per eos illicitè geſti, parum eſt illis creden
dum. l. 2. l. eos. l. omnibus cum gl. & ibi Bal. C. de
teſti. Bero. d. conſi. 164. num. 22.
57 Secundo, ſunt † debitores Taſſi, vt ſuper gene
ralibus affirmant, quibus iccirco detrahitur in
fide. Innocen. de reprobat. teſt. col. 5. citatus per
Campeg. tract. de teſtibus. regu. 102. Cæſal. con
ſil. 261. nu. 14.
58 Tertio, primus teſtis eſt † compater producē
tis, inter quos contracta fuit quædam ſpiritua-
lis cognatio, propterea licet non repellatur in ci
uili iudicio a teſtificando, per Bal. in l. parentes.
C. de teſtibus. Bart. conſi. 95. in quæſt. quæ quęri
tur inter Simonem, nō tamen omni exceptione
maior iudicatur, vt determinat Crot. tract. de te-
ſtib. par. 4. num. 69. Cęſal. conſi. 169. nu. 15. poſt
Ripam in l. admonendi. num. 181. ff. de iur. iur.

Quarto, teſtis primus allegat ſe vtrunque da-
cium exegiſſe medio ſuorū inſtitutorum, vulgo
poſteriorum, quorum alter nominatus ab illis
Ioſeph Drapus examinatus ſeptimo loco, ꝑ Gia
uardo, concludit ſe tantū pedagium, trauerſiam
vè à Mercatoribus habuiſſe, non autem aliquid
59 pro tabula, credendū eſt igitur, magis † inſtitori
informato, & de ponēti de ꝓprio facto ſine ſuo
intereſſe, quam conductori proprio, Innocent.
in c. inquiſitione, de accuſ. Butr. c. cum cauſam,
de teſti. Socin. Sen. conſil. 28. uol. 3. Crauet. cōſi.
99. num. 6. latè Gabriel. com. concluſ. de teſtib.
concluſ. 1. num. 18. & concluſ. 4. num. 64. & 71.
69 & cui † conductori per ſuum inſtitorem præiu-
dicari potuit, Bero. ubi ſupra. nu. 23.

Quinto, ſunt duo tantum teſtes numero, qui
plene nihil probant, cum nonnullos defectus
61 patiantur, nec ſint omni † exceptione maiores
vt requiritur ad plenam, & integrām probatio-
nem, duobus teſtibus conſtituendam. c. qui nu-
merus de teſtib. c. in omni, de teſtib. Glo. in §. itē
verborum de mut. ſtipul. Glo. l. cum probatur. ff.
de probat. Rip. num. 176. poſt Bar. Iaſon. nume.
30. & Cur. Sen. num. 120. in l. admonendi. ff. de
* iur. iur. Bonon. deciſ. 62. nu. 24. ex communi. *
62 Soarez. recept. Sen. uerbo teſtis. num. 105. † vel
prout generaliter, & vulgariter in omnia cā ma-
iores omni exceptione eſſe debent, ut cōe di-
cit. Curt. iun. conſilio 120. numer. 5. Soarez. ubi
ſupra,

Digitized by Google

ſupra.uerſic.teſtis, numero 147.

Sexto el duntur ex depoſitionibus duodecim
63 teſtium rei conuenri numero † plurimorum peritorum, & nobiliorũ, quibus maximopere credendum eſt, & alijs preferendi ex iuribus, & regulis, de quib. in l.4. in pri. ff. de teſt. §. ſancimus. Auth. eod. tit. Bal. in l. teſtium. C. eod. Curt. de teſt. conclus. 19. Gabriel. ubi ſupra, concluſ. 4. per totum.

Nec ſecũdario obſtabunt verba ſtatuti, de dacio in Maximbona, uel Godio exigendo &c. in verſi. & vltra &c. Quando reſpondeatur.

Primo, dictum ſtatutum diſtinguere dacium trauerſiæ, & tabulæ groſſæ, cum in fine dicat pro dacio tabulę Maſſario communis, in principiò vero pro paſſu Godij loquatur, ſummamque diuerſam in ſolutione dicti paſſus. & tabulæ cõſtituat, propterea de vno ad aliud minime eſt inferendum, per ſuperius tradita.

Secũdo, ſtatutũ gabellã tabulæ limitat, quo ad quędã animalia tñ. Rurſus taxat dacium ſoluẽdũ tabulę pro dictis animalib. non tñ exprimit, cui, vbi, vel quando; quo igiĩ ad nõ expreſſa, ſeu
65 † omiſſa alia ſtatuta, & ius commune obſeruabũtur, officialiſque douanæ gabellam tabulæ habebit, conductor vero pontatici pedagiũ, ſeu daciũ trauerſiæ tñ, arg. reg. l. cõmodiſſime. ff. de libe. & poſthum. quam in omni diſpoſitione habere locum tradidere Gozad. conſi. 84. nu. 9. Tiraq. de iur. prim. genit. q. 40. nu. 194. cum ſimil.

D. tris itaque dictorũ duorũ teſtiũ, & dicto ſtatuto minimè refragantibus, in gratiam Giauardi iudicandum venit, ſalua rectiori ſententia.

Franc. Burſ. I.C. Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO IVLIO Palauicino.

ARGVMENTVM.

Quando ex inobſeruantia promiſſorum in uenditione à contractu diſcedere liceat.

SVMMARIVM.

1 *Venditor obligatus præſtare fideiuſſionem, nõ tenetur niſi emptor prius pecuniã debitã ſoluat.*
2 *Contractu non vtitur, qui illum non obſeruat, etiam in minimo.*
3 *Exceptio, tu nõ adimpleuiſti, nunquàm ſublata intelligitur.*
4 *Pecunia prius offerẽda eſt, quàm præſtetur fideiuſſio pro cautione d. pecuniæ.*
5 *Exceptio nõ implemẽti, reſpectu vnius obligationis, non excludit petentẽ ex alia obligatione.*
6 *Contractus nõ reſcinditur ex inobſeruantia, circa contractus ſubſtantialia, ſed puta precij nõ ſoluti, licet ad intereſſe agitur.*
7 *Pactum accidentale contractus, ſi non obſeruetur, contractus reſciſſio, non inducitur, niſi dicatur.*
8 *Pactum adiectum venditioni cenſetur contractus nominatus, vt uendo vt facias.*
9 *Lex cum te C. de pact. inter empt. & vendit. intelligitur de unico tantum contractu, nominato, ex * communi.*
10 *Cõtractus reſcinditur cõditione ob cauſam, ſi pactum adiectũ pro cauſa finali contractus non obſeruetur, ex * communi.*
11 *Venditio ubi ſit magis ob pactum, quàm ob precium, tunc reſciſſio cã ceſſante ex conditione tantum non ex actione cõtractus datur, ex * cõi.*
12 *Precium ubi eſt modicũ, pactum magiſquàm precium in uenditione prævalet.*
13 *Honor & fama cuilibet commodo pecuniario præponderat.*
14 *Dominus nemo ſuæ famæ & honoris.*
15 *Pactum tunc dat contractu cauſam cum probatur quod præſtandum eſt ab emptore, vltra precium maioris ponderis eſſe, quàm ualore.*
16 *Contractus reſcinditur ex inobſeruantia pacti, ſine quo contractus non fuiſſet celebratus, et quod pactum ſit minus precio.*
17 *Nominatus contractus, non reſcinditur.*
18 *Contractus diuerſitas cognoſcitur ex cauſa, nomine, & alijs.*
19 *Oblatio ſiue depoſito, quando ſubſiſtat.*

CONSILIVM CXCI.

TRINITAS ADSIT.

PRO diſſolutione dubiorũ cõtra Nob. Dominum Pallauicinum emiſſorum.

Circa primum, conſidero primo, quod ipſe nõ erat aſtrictus ad præſtãdum fideiuſſorem, niſi pro denarijs ſolutis per emptorem, ut docẽt verba inſtrumenti ſeu pacti, ibi, *denari sborſati.* immo prius per emptorẽ ſolui debebant pecuniæ creditoribus, quàm per vẽditorem cautio offerretur, cũ verbũ: ſolutis, ſit præteriti temporis. l. verbũ erit, ubi eſt text. & ibi. dd. ff. de uerbo. ſi-
1 gni. licuit ergo † venditori non adimplere, nec prẹſtare fideiuſſionem, ſi emptor ex ſui parte nõ impleuit nõ ſoluendo pecunias. d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Sali. in l. 2. num. 3. C. de cond. cauſ. dat. l. ſi per emptorem, vbi Bal. Sali. Caſtr. ff. de act. empt. l. eũ proponas. vbi omnes. C. de pact. Corn. conſi. 102. nu. 34. & 221. nu. 6. vol.

2 uol.2.Namque †non obſeruans cõtractum, illo
vti nõ poteſt, nec commodo emptionis fruitur,
quin potius pars aduerſa, a contractu liberatur,
Grat.conſil.52.in prin.volum.1.etiam ſi contra
hẽs in minimo deficeret, per Deci, & Mod.in d.
l.cum proponas. Parpal.in l.ſi quis maior q. 11.
C.de tranſ.Bal.in l.iuriſgentium.§.pacta.2.not.
ff.de pact.Neuiz.conſi.50.num.9.Crauet. conſ.
151.num.10.& conſil.192.nume.15.Nec enim
3 †exceptio, tu prius non adimpleuiſti nunquàm
ſublata cenſetur, Mand.ad Rom.in conſil. 244.
num.4.Plot.in l.ſi quando.num.166.C.vnde vi.
Ancar. quæſt. famil.68.num.4.Vrſil.ad Afflict.
deci.220.num.3.& dec.24.

Secũdo, quatenus eodem tempore actus ſolu
tionis & fideiuſſionis præſtandæ expediri de-
buiſſent, tamen cum fideiuſſio ſit ſubordinata ad
reſtitutionem pecuniarum, & precij, vel ad cau-
tionẽ emptoris ſoluentis, & prius offerri, & ſolui
4 †precium oportebat, quã eſſet fideiuſſio pręſtã-
da, cum cauſa pręcedat cauſatum.l. manumiſſio
nes.ff.de inſt.& iure: & ordo vbique ſeruetur, l.
nõ fuerint.ff.de iur.iur.quod in terminis noſtræ
quęſtionis, ex doctr.Bal.in l.1.4.col.C.de vſuris
& fruct.legat.dicentis primo teneri hęredem rẽ
tradendam offerre, quàm quod vſufructuarius
cautionem de vtendo boni viri arbitrio offerat,
decidit Soc.Sen.conſ.vltimo, in 2.& n.3. vol. 3.

Tertio, & ſi reſpectu reſidui precij ſoluendi in
feſto Sancti Michaelis, quia non adimpleuiſſet
dictus venditor ex ſui parte, cautionẽ inq̃ nõ of
ferendo obtinere minime poſſet, ex regula. d. §.
offerre. verum, cum impleuerit aliunde, videli-
cet rem ipſam abinitio contractus tradendo, de
buit & ipſe emptor ex ſuo latere adimplere, ſol
uere inquam aureos.500.creditorib. uel uendi-
torem a ſuis creditoribus pro totidem liberare,
vt inquit pactum inſtrumenti.rurſus debuit cu-
rare cum effectu, quod venditor iuxta promiſſa,
nullo modo ab hebræis vel cæteris creditorib.
interea moleſtaretur, ea ratione, quod exceptio
5 †non implementi ſequuti reſpectu vnius obliga
tionis, non excludat petentem ex alia obligatio
nis parte adimpleta, & executioni mandata, Ale
xan.in l.cum proponas.num.2.vbi Curt.late in
apoſtil.verbo, ſeparatum.C.de pact.ſequitur Cę
ſal.conſi.48.num.42.vol.1.concludo itaque de
feciſſe emptorem ex parte ſua omni reſpectu cõ
tra vẽditorẽ, q̃ vẽditor ex fide violata obtinebit.

Dubitatur ſecundo loco, vẽditorem etſi adim
pleuiſſet, poſſe agere ad damna & intereſſe tãtũ
conſequenda ab emptore, qui nõ ſoluit preciũ,
6 †cum inobſeruantia circa contractus ſubſtantia
lia, puta precium non reſcindat conuentionem
ſed tantum actionem ad intereſſe, vel ad ſeruan-
dum promiſſa pręſtet, ex doctr.Salic. & cet. in l.
2. C. de pact. inter empt. & vend. minuſque ad
7 reciſſionem contractus agatur, †ob pactum ac
cidentale inobſeruatum, niſi expreſſe fuiſſet cõ-
uentum de repetẽdo traditum, reſcindendoque
conuentum, ſeu quod non fuiſſet alias venditu-
rus vẽditor, vel tertio, quod deductũ in pactum
eſſet maius, precio, qđ hic minime adfuiſſe cre-
ditur, arguendo de toto precio ad partem ſoluẽ
dam, per text.in propoſito.l.ea conductione.C.
de reſcind.vend.not.Bal.in d.l.2. nu. 6. ad fi. &
Iaſ.in l.fi.col.fi. de cõd. ob cauſam datam Caſtr.
in l.cum te. in fi. C. de pact.inter empt. & vend.
Verum tamen pro reſpõſione duo cõſiderabã.

Primo, quod pactum inobſeruatũ, quo inniti
tur.d.Venditor non eſt circa precij ſolutionem,
& ſic ſubſtantialia contractus venditionis, ſed
verſatur tantum circa promiſſionem factam vẽ-
ditori per.d.emptorem, ante contractum, in cõ
tractu & poſt contractum, vt omnes teſtes cõclu
dunt.quod inquam non moleſtaretur à ſuis cre
ditoribus, nec aliqua iniuria ſeu iudiciali grauà-
mine denuo afficeretur emptor per ſuos credito
res, donec ſolueretur eiſdem in termino ſtatuto
precium: quapropter, hoc pactum & promiſſio
non precium, nec naturalia contractus reſpicit,
ſed ſolum accidens quoddã ante ſolutionẽ pre-
cij pręſtandum, videlicet prouiſionem, quod in
terim nullo amplius ſequeſtrorũ, pignorũ obla-
tionis ſeu moleſtiæ iudicialis onere grauaretur.
8 quod †quidem pactum adiectum contractui no
minato venditionis, cenſetur contractus inno-
minatus permixtus cum nominato, ac ſi fuiſſet
dictum, vendo vt facias, ſic ſubleues me à mole-
ſtiis iudicialibus creditorum meorũ, donec eiſ-
dem precium ſoluatur, vt declarat Bald.in fi. &
Caſtr.in d.l.cũ te, vbi etiã Salic. in fi. C. de pact.
inter empt.& vend.Bart.in l.fi.num.9.cum ſeq.
& nu.14.vbi etiam Iaſ.nu.12.in fi.& Caſtr.num.
16.ff.de conduct.cauſa data, Alex.in l.1.nu. 17.
& in l.petens.num.13. ff. de pact. Caſtr. in l.ari-
ſto.nu.3.ff.de donat.Bulgarin. in Rub. ff. de ver-
bo.obligat.nu.31.à quibus non diſſentit Pinel.
in Rubrica.C.de reſcind.vend. 2. parte. c. 2.nu.
* 9.& 15.licet ex * cõmuni dicat.l. †cum te, intel-
9 ligi de vnico tantum contractu nominato.

Secundo animaduertebam, quod ubi pactũ
accidentale appoſitum cõtractui nominato gra
10 tia uenditoris tantum, †non obſeruatur per uen
ditorem, tunc ſi fuit cauſa finalis contractus no-
minati, ut hic, quia probatur, quod uẽditio pro
ceſsit, ne moleſtiam & iniuriam iudicialẽ pate-
retur uenditor, cõdictione ob cauſam agitur ad
reſcindendum quod conuentũ & traditum fuit
* quod declarant * omnes in d.l.fi.ubi Bart. num.
12.Iaſ.in fi.Alber.in fi.Caſtr.nu.16.Corn. num.
8.& cæteri.ff. cond.cauſa data, per tex.in d.l.cũ
te.ubi Caſt.C.de pact.inter empt.& uend. Sali.
d.l.2.num.2.uerſ.aut non impleuit: & ibi Ang.
uer.in Gl.fi.C.de cõd.ob cauſam, ubi etiã Corn.
in fi.uer.2.glo.ibi dicens hoc communiter tene
re Doctores. Et ubi magis ob pactum, quàm ob
11 precium †uẽditur: tunc condirio ad contractus
reſciſſionem datur, cauſa ceſſante; Fulg. in d.l.
cum te.C.de pact.inter empt.& uend.& in l.fin.
num.

Digitized by Google

num.17.ff.de cond.cauſa data.Subdens,actionẽ
ex vendito dari rurſus ad.d.reſciſſionem,ex mẽ
te gl.in l.pacta.ff.de contra.empt.quæ tamen re-
* probatur * communiter,cum ſola condictio cõ-
petat,per Corn.in d.l.2.in fi.verſi.vbi autem.C.
de cond.ob cauſam.dictumque principale ſequi
tur Oldrad.conſi.159.in fi. Bal. conſi.450. qui-
dam volu.1.& ſecundum hanc receptam inter
pretationem,& ſententiam concordando. l. cũ
te,& l.ea conditione.C.de reſcind.vẽd.iudicaſ-
ſe Carolũ Quintum Imperatorẽ refert,poſt cæ
teros per eum adductos,& Bal.inſt.de empt.&
vend. circa med. Ari. Pinell. in d.Rub.C. de re-
ſcind.vend.2.parte.nume.19. Vnde in pręſenti
controuerſia uidendum eſt,an.d.pactum & pro.
miſio ſeu timor vexationis moleſtiaque, ab he-
bræis,vel alio inferendæ,magis quam precium
dederint contractui cauſam,& hoc fuiſſe, & ex
infraſcriptis oſtenditur.

12 Primo,quia † precium non eſt iuſtum, quin
potius exiguum,ut teſtes concludunt,ergo præ
ſumi debet pactum magiſquàm preciũ attenden
dum, iuxta. d. Salic.in l.cum te.nu.2.C.de pact.
inter empt.& uend.per illud uerbum legis, exi-
guo precio,quod dicitur,ubi iuſtum nõ eſt, etiã
quod nõ eſſet modicum uel minus,quam pactũ
ipſum,ſeu res in pacto,uel pacto deducta,ut de-
clarat Ari. Pinel. in d. Rub.C.de reſcin.uend. 2.
parte.nu.21.

Secundo,affirmant teſtes, quod uendidit eo
inſtante,hac ratione pręcipuè motus, ne Beroa
rij amplius illi auferrent pignora, ut fecerant,
nec medio iuris ſibi alia uexatio & infamia ob
ęs alienum cõtractum irrogaret,ſic cauſa hęc fi-
nalis ac potentior magis q̃ precium cenſebitur
13 cũ in hac re uerſetur † honor,fama,& uiri nobi-
lis ac glorię propriæ acerrimi defenſoris,(ut eſt
probatum)& hominis conditio,quę omnia pręponderat
pręferũturque precio rei, & cuilibet
pecuniaria commodo.l.Iulianus.ff.ſi quis omiſ.
cauſ.teſta. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſub-
ſtit.Cardin. in clement. 2. num. 4. de per. cauſa
enim honoris ardua.maximaque oium,& cõſi-
deratione digna ubique iudicabitur,Bal.in l. ex
ratione,col.2.C.de appel.Crauc.conſi.168. nu.
2.Soc.iun.conſi.117.num.24.uolum. 3.Gram.
deci.2.nu. 12.Alciat.conſi.306.num. 5. & ſequ.
ubi ait mitiſſime agẽdũ,ne quis in honore læda
tur:curam enim quis habere debet de bono no
mine,& odore bonæ famæ,in quib.delectari de
bemus,q̃ potiora ſunt q̃ mille Theſauri magni,
& pretioſi.c.licet in beato Petro,de acuſ. Oldra.
conſi.93.in pri.uitæque ꝓpriæ honor anteferẽ,
ex dicto Apoſtoli, expedit magis mori q̃ ut glo
riã meã qs euacuet l.iſti qdẽ.§.penu.ff.de ꝗ met.
cã.l.iuſta.ff.de man.uin.l.2.§.pen.ff. de origi. iur.
multa Vaſq.de cõtrou.Illuſtribus.c. 11.nu. 7. cũ
ſeq.confirmans neminem famæ & honoris ſui
14 † dominum.Itaque dum pro fama. d. Pallauici-
nus laborabat,ne amplius uexaretur ad hebręis,
vel cęteris creditorib.nec in iudicio nec extra,
donec inquam eiſdem de precio ſatisfieret per
emptorem,quod grauamen vtiq; propriã facti
infamiam pęnes graues viros tribuebat.l.2.ff. de
obſeq.cum vulg.credendum eſt hanc principa
liorem cãm,finalemque obſeruandam fuiſſe ma
gis,q̃ rei uel terrarum precium,cum re ipſa dica
15 tur probatum,† ꝗ pactũ dederit cãm cõtractui,
ſi id,quod pręſtãdũ eſt ab emptore vltra preciũ,
ſi maioris ponderis,qualitatis,ac ualoris precio
ipſo: argum. l. domum. ff. de cont.empr. doctè
tradit,materiam.d.l.cũ te,explicans. Ari. Penel.
in repet.d.Rub.in 2.parte.nu.14. 20 & ſequ. C.
de reſcind.uend.Natta conſil.373.Iaſ.conſi.216.
uol.2.Leonard.inter conſ. feud.118. in fi.Soci.
iun.conſi.77.nu.143.uol.1.

Tertio dicunt teſtes,quod nõ uendidiſſet Do-
minus Pallauicinus,niſi mediante pacto,ſic iux-
ta dictum omnium ſcribentium in d.l.2.ubi Sa-
licet.& in l.cum te.C.de pact.inter empt.& uẽd.
reſcindetũ cõtractus,ſi cã uel pactũ nõ fuerit adim
pletũ.Nec obſtat,quod non ſit locus repetitio-
ni,uel reſciſſioni contractus,niſi preciũ ſit uilius
re in pacto deducta,ex d.l.ea conditione.C. de
reſcind.uend.Etenim replicatur.

Primo,ex ſupra traditis cẽſeri maius, cum in
pacto,honor & fama emptoris cõtineãtur,quæ
longè maioris ualoris ſunt,precio in contractũ
deducto.

Secundo non eſſe attendendũ,quod plus im
portet uel res & factum per emptorem pręſtan-
dum uel precium,cũ hoc ſatis eſt,quod in pacto
16 deductum fuerit † principalis & originalis cã cõ
tractus,ẽt quod precio in ęſtimat one nõ corre
ſpondeat,declarat Caſtr.in d.l.cum te in fi.Bart.
in l.fi.num.11.ff.de cõd.ob cauſam;pulchre ex-
plicat Pinel.loco ſupra citato.num. 20. Subdẽs
nu.ſeq.& 23.diuinationẽ eſſe,quod in l.cum te.
precium eſſet uilius,re in pacto comprehẽſa, cũ
Imperator dicat tantum contemplatione certæ
rei,& quod in l.ea conditione,plus fuiſſet in pre
cio illo certo,q̃ in pacto rei uel facti præſtãdi ab
emptore,cũ ibi nil aliud exprimat de precio Im
perator,niſi quod emptor reipublicę ſolueret,id
quod uenditor reipublicæ debebat.Itaque cũ in
caſu noſtro,etiam quod pactum eſſet precio ui-
lius,emptor non promiſit tantũ ſoluere hebręis
& creditoribus uenditoris,ſed,quod eſt plus,in
terea ipſum ab omnibus moleſtijs occaſione fa
mæ & honoris,conſeruare indemnem,atq; tue
ri.quod demũ non ſeruauit, ſequitur poſſe cõ-
tractum reſcindi,& teneri emptorem ex condi-
ctione ob cãm,rem emptam contemplatione ta
lis rei promiſſioniſue,reſtituere.

Tollitur tertiũ & quartũ motiuum ſimul,nam
que nõ prætendit.D.Pallauicinus pro ſcutis qua
tuor cẽtum,ꝓ quib.datæ fuerunt inſolutum ter
ræ,ſic pars dictæ poſſeſſionis cõtractũ reſcinde
re,ſeu illas terras ex cõditione ob cãm repetere,
cum nõ dederit illas inſolutum occaſione,& cã,
ut

ṽt ipſum à moleſtijs creditorum conſeruaret il-
læſum, licet ea ratione finali, & de qua in inſtru-
mento, quia emptoris tantę quantitatis debitor
erat vt hinc contractum reſcindere nequeat,
17 cum ſit ſimpliciter † nominatus cõtractus datio
inſolutum. l. 1. ff. de act. empt. not. in d. l. eum te.
& l. fi. ff. de cond. ob cauſ. at ſecus reſpectu aliarũ
terrarum ſimpliciter venditorum, cum pro illis
iudicium promouerit & iſtas, rationibus, de qui
bus ſupra, obtinere intelligat, vti in contractu ſe
parato, a datione inſolutum comprehẽſas. ſunt
18 enim diuerſi ac ſeparati † cõtractus ex nomine
cauſa, ac intentione contrahentium, not. Tiraq.
tract. de retract. Lign. gl. 1. §. 23. num. 17. cum ſe.
poſt Bart. in l. ſcire debemus. in pri. num. 2. ff. de
verb. oblig. & in l. cum plures. ff. de euict. & l. cũ
eiuſdem. ff. de edilit. edict. Barbat. conſilio 36. 2.
dubio vol. 2. Roncag. de duobus reis. l. 9. nu. 61.
cum ſeq. & licet ratio in inſtrumento exprima-
tur, quia D. Pallauicinus volebat ſatisfacere, id
tamen intelligitur reſpectu portionis debitę eũ
emptore, non pro reſiduo, cum vendiderit reli-
quum, ut ſatisfaceret ſuis creditoribus. interim
vero vſque ad d. feſtiuitatem. S. Michaelis non
moleſtaretur ab illis. Remanet igitur, vt d. Vẽdi-
tor offerat centum aureos receptos occaſione
vẽditionis, quos cũ uere, & realiter obtulerit, ut
in precibus & in actis, merito obtinebit, eo quia
19 † adimpleuerit offerendo ſimpliciter, etſi pecu-
nias nõ depoſuerit, vel realiter oſtenderit, ad cõ-
geſta per Cagnol. in l. 2. nu. 23. C. de pact. inter
empt. & vend. ex quibus motiua ſublata cenſeo.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOMINO FRANciſco Saura, ex Sabloneta.

ARGVMENTVM.

Aßaſſinium quando & quomodo non probetur per teſtes, maxime ſocios & mandatarios.

Teſtium in Criminalibus exceptiones, enumerantur.

SVMMARIVM.

1 *Damnatur nemo niſi conuincatur per teſtes, uel confeſſionem.*

2 *Torquetur nullus, niſi ex legittimis inditijs.*

3 *Socius criminis non probat, ex communi; ſpontanea confeſſio ſuſpecta redditur. nu. 4. in fi.* *

4 *Mandatarij dictum, non facit inditium contra mandantem, ex * communi.* *

5 *Aſſaſſinium dicitur, vbi pecunia, uel res pro homicidio.*

6 *Aſſaſsinium probatur per ſocios criminis, & mãdatarios, ſed declara. vt ibi nu. 7.*

7 *Socius non probat aſſaſsinium, cõtra ſocium. niſi alia concurrunt.*

8 *Teſtis redditur ſuſpectus, dans tres in conteſtes, qui totum negent.*

9 *Depoſitioni in acri tortura emiſſa, ſtatur.*

10 *Contrarijs teſtibus non creditur.*

11 *Leuis varietas in teſte ſuſpecto, perpenditur.*

12 *Teſti repetito ſine cauſa non creditur, dũ prima vice nihil depoſuit.*

13 *Falſi ſuſpicione nõ caret, nõ deponẽs uериſimilia.*

14 *Amicus non agit contra amicum doloſe.*

15 *Dictum in iudicio cum iuramẽto dicto extraiudiciali præfertur, niſi extraiudiciale eßet verisimilius, ex * communi.* *

16 *Teſtis dictũ ſecundũ iudiciale, cũ iuramento debilitatur per primũ contrariũ extraiudiciale.*

17 *Mandatum habetur pro conſilio, cũ vindicta ad alium ſpectat. & num. 41.*

18 *Pœna leuis eſt ſuadentis & inſtigantis delictũ & num. 41.*

19 *Ignorantia in dubio præſumitur.*

20 *Teſtis plures inhabilitates patiens, nunquã probat etiam quod alias inhabili admitteretur ex communi, * & cum tortura. nu. 52.* *

21 *Socius criminis alijs infamatus, nec ad inquirendum probat.*

22 *Tortura unicam inhabilitatem tollit.*

23 *Teſtis pauper non eſt idoneus, nec fœmina meretrix.*

24 *Infamis non eſt idoneus teſtis, niſi cum tortura ſed quandoque purgatur infamia. ut num. 27.*

25 *Falſitatis crimen, famam teſtis denigrat.*

26 *Verba generalia, etiam palam prolata, non inferunt mandatum.*

27 *Sodomia vitium, infamat.*

28 ** *Teſtes ſine iuramento nullo mõ probãt, ex ** cõi.*

26 *Pontifex nõ diſpenſat, ut teſti nõ iurato credat.*

30 *Mendacium non eſt indicium per ſe ad torturã, ex * communi.* *

31 *Fama publica, quomodo tribus concurrentib. probetur, ex * communi.* **

72 *Indicium ad torturam non facit fama publica.*

33 *Famæ diuerſæ & ortæ poſt capturũ, nõ probant.*

33 *Teſtes examinati nõ citata parte, nihil probant, ex * communi.* *

35 *Confrontatio ſine iuramento, nihil operatur.*

36 *Remiſsio ad depoſitionẽ inualidã, nihil operat.*

37 *Bona fama rei tollit inditia, ex communi.*

37 *Præſentatio ſpontanea ad carceres, maximũ eſt innocentiæ ſignum.*

37 *Hoſtis impune interficitur.*

40 *Bannĩẽdus de ꝓximo, impune ſicut bãnitus, interficitur.*

Manda

41 *Mãdato non tenetur, ſed de ſuaſione, cum inimici capitalis de occidendo quemlibet tractant.*
42 *Torqueri quis non debet in leuibus criminalib.*

CONSILIVM CXCII.

TRINITAS ADSIT.

QVia corã iudice cõſumatiſſimo res, agit, breuib. vt potero, agã concludendo Dominũ Franciſcum Saurã, eſſe penitus abſoluendum a cõtentis in inquiſi-
1 tione. † Nemo. n. damnatur pœna aliqua, niſi confeſſione propria, vel legittimis teſtibus de delicto conuincatur, vel illud per fiſcum, accuſantémue probationib. luce meridiana clarioribus, iuſtificetur. l. qui accuſare. vbi Iaſ. C. de eden. l. fi. C. de probat. c. ſciant cuncti. 8. q. 2. Iaſ. cõſ. 188. in fi. uol. 2. Cõfeſſio rei abeſt, legitimęque probationes ceſſant, vt inferius demonſtrabitur. non itaque mirum ſi liberabitur. Minus ad aliquod genus torturæ vel ſignum cõtra reum deuenietur, ex pręſumptionibus, cõiectturis, vel ueriſimilitudinibus ex dicto teſtiũ reſultantibus, cum ex indicijs tantum probabilib.
2 & legitime per cõteſtes probatis † quis torqueatur Bart. in l. fi. ff. de quæſt. Roman. conſ. 167. nu. 7. Pariſ. conſi. 263. nume. 1 t. vol. 4. Cęſal. conſil. 233. num. 19. Boſi. tit. de indi. ante tort. in pri. & num. 18. Clar. in §. fi. crim. q. 64. verſic. dixi quinimo, hoc enim iudices Deum timẽtes ſemper prę oculis habent, Ant. Gomez. tit. de delict. ca. 13. in pri. At qui contra Sauram de mãdato, ſeu aſſaſſinij commiſſione legitima non reſultant indicia ex depoſitionibus teſtium fiſci, vt demonſtrabo; propterea nec torqueri poterit, tanto minus conſiderata illius innocentia ex multis in fine deductis. Diſcurrendo enim teſtiũ perſonas, uideo primo loco adduci contra Saurã, depoſitionem Ioannis Mauri, & Mutij Mauri, atteſtantium tractatum de interficiendo, per aſſaſsiniũ Petrũ burgũ, cum Frãciſco Saura fuiſſe cõcluſũ, quibus ex plurib. credi poſſe nequaquam cẽſeo.

Primo, quia criminoſi rei in eadẽ inquiſitione nominantur, ac in eodem genere delicti, ſe
3 reos conſtituunt † ſocijque ſunt criminis, quib. ideo non creditur, ex text. capitalis, & formalis. in l. fi. C. de accuſa. l. quoniam liberæ. C. de teſtibus. c. veniens. il pri. de teſtibus. c. 1. de confeſſ.
* c. nemini. 15. q. 3. & vbique* communiter ſcribẽtes, copioſe tradit Crot. tract. de teſtibus. 3. parte prin. num. 94. cum ſeq. & ibi Moncada in addit. num. 165. cum ſeq. ratio eſt, ne forte veniam ſperantes à Principe, vel fauore, ſeu priuilegio alterius illum nominent, & fortaſſe odio, inimicitia, alioque reſpectu, vt eodem nominatus pe-
4 reat ſupplicio, ita probat. d. l. fi. † Hinc mandatarij dictum, contra mandantem, nec probat, nec indiciũ facit, per Bald. vbique probatum in conſil. 97. volu. 5. Pariſ. conſi. 151. num. 4. vol. 4. dixi
* alias ex* communi conſi. 20. nume. 2. & pluries in facti contingentia, pro hac concluſione obtinui. Cum igitur teſtibus inquiſiti demonſtratum ſit, maxime p dominum Iacobum Lomatium, ſuper quinto capitulo, ac alios ſpe veniæ, & gratiæ à Principe obtentę, teſtes iſtos reos depoſuiſſe, quod vt cuilibet ſenſato viro veriſimile dicetur: cum iſti principales delinquentes pręcipue Ioannes, ſponte ſine citatione, & abſque metu carceris vel mortis, hoc tã nefandum aſſaſſinij ſcelus, ſit ſimpliciter in iudicio confeſſus, & ſtatim à fiſco & iudice dimiſſus, nulla eis prorſus fides contra inquiſitũ adhibebitur, quin potius illorum depoſitio ſuſpecta reddetur, tanquàm ſponte ſocios criminis nominantes, Gram. cõſ.
5 21. num. 5. Nec repugnat, † quod in aſſaſſinio ſocius, & mandatarius contra ſocium, & mandantem probet, Carrer. in ſua praxi crimin. §. circa. num. 102. Blan. tit. crim. ad defenſ. verſ. an indicia ſint danda. nu. 86. Paul. Meren. in cauſa propria ſcribens, conſi. 89. in pri. & nume. 19. Tom. 2. cõſ. crim. in fol. Hoc enim multipliciter tollit.
6 Primo, id intelligi † in aſſaſſinio vero, videlicet vbi interuenerint pecunię, res, vel promiſſiones certæ pro homicidio patrãdo, ar. c. 1. de homici. in 6. Boſ. in pract. crimin. Rubrica de mãd. ad homicid. nu. 14. Clar. in §. aſſaſſinium, in pri. Capici. deci. 155. Bertazol. conſ. 70. num. 30. 35. Tom. 2. conſi. crim. in fol. Bero. conſi. 175. num. 14. & 32. vol. 3. Merend. d. conſi. 88. num. 17. d. Tom. 2. nouiſſime Hiero. Gabriel. conſ. 170. nu. 15. verum non conſtat in pręſenti caſu de traditione vel promiſſione pecuniarum, nec per eoſdemmet teſtes, quo potius ſtãte abſolutione Polini famuli, præſumatur cõtrarium, minus ex dicto illorum conſtet de aſſaſſinio, cum affirment pecunias traditas mãdatoribus, cauſa expenſarum ſuper hoſpitijs faciendarum, ac illorum victus, non autem pro præmio aſſaſſinij datas fuiſſe. quod erat neceſſe probandum, vt aſſaſſinium dici poſſet, eo quod illud cõdutionem perſonæ carnificis, cõſtituta certa mercede, in pecunia, & penſione expoſcat. Bero. conſ. 174. nu. 33. 34. volu. 3. Boſi. tit. de mand. ad homicid nume. 35. Subdens verba generalia, quod non deficiet carnificibus, maximi in abſentia prolata, nec obligare nec nocere, per Bal. conſi. 383. vol. 5. Ang. conſi. 22. Itaque ſocius cõtra reũ nõ admittetur.

Secundo, dictum illud procedit, quando cõ-
7 tra mandantẽ aſſaſſinium, alia indicia, vel adminicula pro aſſaſſinio concurrunt, quia tunc mãdatario contra illum creditur: at ſecus alijs deficientibus, vt declarãt. dd. vbi ſupra, Marſi. reprobata ceterorum opin. in §. diligenter. num. 60. & ſingul. 209. Afflict. in conſt. ſicil. de homicid. clãdeſt. Rubri. 27. lib. 1. nu. 5. cęteros allegat Octau. Cacher. deciſ. pedem. 79. nu. 38. Rimin. conſ. 69. nu. 6. Bertaz. ubi de cõi conſ. 79. nu. 24. d. Tom. 2. conſ. crimi. & Bero. cõſi. 175. nu. 69. vol. 3. quo

loco

loco tres ſubnectit reſponſiones huic obiecto, quæ caſui præſenti adaptantur, non concurrentibus ideo aliis contra Sauram, ſtante præcipuè bona illius fama, amicitiaque cum Burgo, & illius familia probata, dictũ ſociorum et cum tortura non releuabit in hoc aſſaſſinij crimine.

Secundo, iſti duo teſtes cæteris conteſtibus ſunt contrarij, inuicemq; repugnant. Ioannes Maurus inquit, in tractatu interueniſſe Franciſcum Sauram, qui pecunias tradidit famulo Polino deferendas mãdatoribus, vt pag. 19. & 24. in fi. vbi de confeſſione Raimundi. Rurſus colloquium ſuper hoc aſſaſſinii crimine, per ipſum & Sauram ſimul cum Traiano, Gotio, Hercule, Galetto, & Ioanne Petro Mantuano mandatoribus habitum fuiſſe in domo d. Iacobi. Quod totum negatur per mandatarios, qui ſæpius conſtituti extra tormenta, & in tormentis grauiſſimis interrogati, negant abſolute ipſos pecunias aliquas recepiſſe à Saura, vel ab eius famulo, ſeu cum Saura tractatum aliquem de interficiendo Burgum iniiſſe, ſed illum tantum concluſum in domo Ioannis Mauri, & cum illius interuentu, perſuaſione, & mandato fuiſſe, vt legitur in actis Cremonæ. Qua propter dictum Ioannis nullius momenti redditur, tum quod dari in conteſtes ab eo id abſolute negent, & contrarium affirment, tũ quod, ſi præſentes colloquio in Mauri domo fuerunt, prout illud fatentur, audiſſet etiam tractatum cum Saura, & uidiſſet illum, ſi tunc adfuiſſet, ar. l. coram. ff. de verbo. ſigni. dd. 8 in l. 1. in prin. ff. de verbo. oblig. † Suſpectiſſima enim redditur iſtius teſtis Mauri depoſitio, dantes in conteſtes tres ſocios, qui totum contrariũ Affirmant, Gram. conſi. 28. nu. 28. & cõſi. 31. nu. 8. Cæphal. conſil. 233. nu. 24. & præcipuè in tor- 9 tura acri, † cui depoſitioni in tormentis emiſſæ ſtari atq; credi ſolet arg. doct. Bart. in l. cos. verſ. & ideo. ff. de fal. Bal. in l. fi. in fi. C. de quæſt. Bart. Angel. & aliorum per illum tex. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed & ſi negauerit. ff. de adulter. cum ſimil. per Felin. in c. cum in tua de teſtibus, Alciat. in tract. præſumpt. 29. reg. 2. nu. 11. cum ſeq. & fortius, quia in tortura dictum concurrat cũ præcedentibus, & ſubſequentibus, ſine tortura factis. Marſ. in §. quæſt. l. 1. nu. 2. ff. de quæſt. Cæpol. cõſ. crim. 61. col. fi. uerſ. unde ex iſtis Franc. Mar. de Plot. cõſ. crim. 65. nu. 18. to. primo. crimi. in fol.

Tertio dictus Ioannes diſcrepat pluries à dicto Mutii illius ſocii: Primo inquit tractatũ in domo Sauræ fuiſſe factũ, ſeu ſub Porticu, at Mutius in domo Mauri tm̃ habitũ deponit. ſecũdo Ioannes dicit, tres tractatus factos, pro dicto homicidio, & affirmato in vno tm̃ interueniſſe Sauram perſonaliter. Mutius vero duos tractatus habitos aſſerit in domo Ioannis Mauri, & vbiq; Sauram interueniſſe. Tertio loco, Ioannes concludit de mandato Mutii, Sauram alloquutum ſub porticu domus ſuæ, & eidem ſoli tractatum iam concluſum propalaſſe. At Mutius in domo tantũ Ioannis, bis Sauram tractatibus interueniſſe firmat. Quarto, Ioannes ait in vltimo tractatu, Sauram poſt Raimundum caſu ſuperueniſſe. Mutius vero inquit, fuiſſe conuocatum medio filii, ancillæ Iacobi. Quinto Ioannes ſex aureos habitos a Saura, ſibi ſoli promiſſos, & datos inquit, Mutius vero totum contrariũ ait, videlicet Sauram promiſiſſe ſibi in domo Ioannis dictas pecunias, præſente dicto Ioanne. Sexto Ioannes ſupponit Mutium primum fuiſſe d. tractatus inſtigatorem, & ad domum ipſiuſmet iter habuiſſe. Contrarium Mutius, quod imo Ioannes vna cum Raimundo, & ſocijs, Guaſtallam in domo Mutii ſe contulerunt, ad hoc ſcelus tractãdum. 10 Cumq; † contrarij exiſtant, inuicemque repugnent teſtes fiſci, ſuper eodem facto, & tot vicibus, ac in ſubſtantia facti, & omnium illius circumſtantiarum, nemini eorum fides præſtabitur c. cum tu, de teſtibus l. qui falſo. ff. eodem dd. in c. in noſtra, de teſtibus. Grammat. conſil. 26. nume. 21. cum vulga. Crot. tract. de teſtibus 7. parte. nume. 150. cum ſequen. Cæphal. conſilio 233. num. 17. Iacob. Nouel. in regul. iuris. verbo teſtis. nu. 35. Cãpeg. tract. de teſtib. reg. 410. poſt Boſi. de tort. teſtium, nu. 13. 16. 25. Clar. §. fi. cri. q. 25. verſ. itẽ teſtis, & q. 53. verſ. pri. & quartus, Paulus Merenda, cõſi. 91. nu. 74. to. 2. conſ. crim. in fol. tantoq; minus, cum ſint aliquo modo ſu- 11 ſpecti, ita vt quælibet † leuis etiam varietas, per iudicem perpendi debeat, Socin. iun. conſil. 40. num. 5. Crau. conſi. 242. nu. 12.

Quarto, Ioannes ac Mutius, in primis eorum depoſitionibus, quamuis diligenter pro fiſco interrogati, nihil ferè contra Sauram pro mandato ad homicidium concludunt: & licet aliquid 12 innuant in ſecunda depoſitione, attamen † tanquam ſine cauſa repetiti, ac forte inſtructi, non probant l. fi. C. de teſti. cum adductis per Deci. cõſi. 175. col. pen. nu. 8. verſ. 3. Cæphal. d. conſil. 233. nu. 18. & minus, cum nunquam repetiti citata parte fuerint, vt inferius dicetur.

Quinto, Ioãnes, quia pro pretio equorum tenebatur, videtur quodammodo deponendo cõtra Sauram ſocium, de ſe exonerãdo, & proprio commodo tractare, qua propter ſuſpectus redditur. Alex. conſi. 71. nu. 3. vol. 7. & Crau. cõſi. 172. Iacob. Nouel. in reg. iur. in verb. teſtis. ſolaque ſuſpicio fidem probationis eneruat. Crau. conſ. 249. nu. 12. ac multæ ſuſpitiones (vt hic) falſi ꝓbationem inducunt. idẽ Crau. conſi. 134. nu. 9.

Sexto, iſti duo teſtes & ſocij delicti, minus ve- 13 riſimilia † contra Sauram deponunt, vt ſuſpecti de falſo præſumãtur. Crau. cõſ. 28. in pri. & 115. nu. 12. Boſi. de oppoſ. cõtra teſtes, nu. 44. Grat. conſi. 59. nu. 22. Hæc etenim maximopere à iudicibus ſpectari oportet. Crau. conſil. 61. in fi. in tract. de antiq. temp. pri. par. in 4. limit.

Primo. n. non eſt veriſimile, qđ dominus Saura amicus Burghi, vt per 12. teſtes ſuper 2. cap. prubatum reperitur, illam interfici per aſſaſſi-

nium mandauerit, cum amicus nō paret aduerſus
14 ſus alium inſidias, † & amicitia dolum tollat. Gloſ.in l.prima, C.de ſiccariis. Ioann. de Amic. conſil. 86. numer. 14. ac ſemper alio non apparēte, amicitia præſumatur. Bald.in l. ſi quis teſtibus in fin.C.de inſti.Gram.conſil.33.num.11.Foler. conſ.crimin.tom.2.137.num.7.Merend.conſil. 89.nu.4.eod.uol.

Secundo, Mutius extra iudicium faſſus eſt, dic præcedente illius depoſitionem, & aliàs Sauram innocentem fore, ut inquit Reuerendus don Alphonſus del Lomatio, dominus Iacobus del Lomatio ſuper ſexto capitulo. Rurſus & dominus Franciſcus Caualcabò, nec ueriſimile eſt, quod ſtatim contrarium in iudicio deponere voluerit niſi ſpe ueniæ, gratiæ, uel alicuius commodi particularis, multum enim dicta extraiudicialia, maximè geminata inferunt ad ueritatem, & attenduntur magis, quam iudicialia iurata, ſi ſint ve
15 riſimiliora, eſto quod ultimum dictum in † iudicio, cum iuramento regulariter præferatur, Cla. in §.fin.Crim.quæſt.53.uerſic. primo caſus poſt
* Decl.in ca.per tuas.ubi de * communi regula, cū limitationibus, extra de probat.& in conſil.189. Lætatus, &c.& conſil.249.tradit Matth. Gribal. com.opin.uerbo, teſtis ſi unum, il 3. nec dubium
16 eſt, quin † ex dicto extraiudiciali primo debilitatur ualde dictum ſecundum in iudicio, licet iura-
* tum, quod omnes * fateri inquit, Aret.conſil.71. nu.1.in fi.Boſſ.tit.de oppoſit.contra teſtes.num. 3.Clar.d.q.53.uerſ.primus caſus, in fi.

Tertio Mutius eſt filius legitimus, & naturalis Fabii Mori alias interfecti a dicto Petro Burgo, Ioannes uero conſobrinus, qui ambo geminatis vicibus, vt affirmant teſtes domini Sauræ, ſuper quinto capitulo, enixe proteſtati ſunt, ſe uelle necis Fabij vindictam ſumere, Petrumque Burgū homicidam, ac illorum inimicum capitalem interficere mortique omnino tradere, vnde uerisimilius eſt, quod ipſi uti capitales principaleſq; inimici Burghi id mandauerint Gozio, Galetto, & Mantuano, ſimulque cum ipſis tractatum inierint, magiſque cum dicto Saura Burghi amico, & ad quem mortis Fabii uindicta minimè ꝑtinebat, inimicitia namque capitalis mandatarij uel unius cum interfecto, excludit prorſus ꝓſumptionem mandati ad homicidium in tertio, etiam quod tertius ille eſſet eiuſdem inimicus, uel mandatarios alloquutus, quia cum vindicta
17 ad alium ſpectet, † pro conſilio dictum mandatū habuere, per doctr. Bald.num.6.& Caſtr.num.8. quos ſequitur Iaſ.& cæter.in l.1.C.de ſerui.fugi. Bar.in l. non ſolum, §. ſi mandato. ff.de iniur.& conſil.165.Corn. conſil.57.vol.4.Angel.conſil. 22.Boſſ.tit.de mand.ad homicid.num.53.Bero. conſil.175.num.23.amplè d.Riminal.conſil.69. num.33.& ſeq.Bertaz.conſil.70.numer.33.cum ſeq.tom.2.conſ.cri.in fol.

Quarto atteſtantur Ioannes Morus & Mutius. Antequam alloquuti fuiſſent Sauram, prima vice, con cluſum & terminatum extitiſſe de interficiendo Burgum, medio cuiuſdam Vincentini, & quorundam aliorum, citra aliquam ſcientiam participationem, uel ſuaſionem Sauræ, idē fuiſſe ſecunda uice concluſum & interuentu & ſuaſione Raimundi Gotii, ſine tamen præſentia Sauræ, quod & Iacobus replicat dicens, Sauræ tractatum iam concluſum expoſuiſſe. Itaque ſi antea tractatus geminata uice fuerat concluſus, & terminatum de interficiendo Burgum, ſine Saura, ſequitur uerisimiliter, ipſum nullo modo mādaſſe aſſaſinium, nec pro mandato teneri poſſe, quando iſti alias id facturi eſſent, & id feciſſe credantur, magis ratione propriæ uindictæ, & præcedentis tractatus, quàm ſubſequentis Sauræ mandati, quod quidem nec mandatum diceretur, ſeu præſumeretur, etiam quod uerba
18 mandati probarentur: ſed † potius quædam inſtigatio & ſuaſio, ꝓ qua leuiter & extra ordinem ſic pecuniariter tantum Saura puniri poſſet, per Bald.& Caſtr.d.l.1.Alex.conſ.125.uolum.4.Bero.d.conſil.125.num.23.& ſeq.ac per totum vo lu.3.poſt Cor conſ.57.num.8.uol.4.Gram.voto 6.nu.20.propoſito Hippol.Rimin.conſil.69.nu. 33.uſque ad finem tom.2.conſ.crimin.in fol.& Bertaz.conſ.70.eod.lib.nu.33.cum ſeq.

Quinto, minus uerisimile deponit Ioannes, quod dum alioqui uellet nomine Mutij circa dictum tractatum concluſum in Eccleſia, ipſe dixerit, ſcire negotij qualitatem, quod tamen, nec eſſe poterat, quia tam cito per alios certus reddi nequierat, nec id ſomniare, quādo ſecum de hac
19 re nullus antea tractaſſet, nec feciſſet † uerbum, ignorantia enim in dubio præſumitur. l.ucrius, ff.de probat.l.fin.ff.pro ſuo Parif.conſil.20.num. 64.uolum.1.Socin.iun.conſil.79.nu.24. uolum. 3.Roland. a Valle conſ.29.nu.10.uol.1.Rimin. conſ.1.& 29.lib.1.

Sexto, Ioannes inquit ex uerbis Mutij, quod nolebat Mutius alloqui Sauram, nec, ut deponit ſcoprirſi ſeco, quomodo igitur deponit poſtea, omnes conueniſſe ſimul, ut ait Mutius conuocaſſe Sauram, medio filii cuiuſdam Ancillæ Mauri? Cum hæc itaque & alia teſtes iſti deponant, quę a uero, & uerisimili aliena prorſus ſunt, magis ſuſpecti, & falſi præſumentur, quàm idonei ad ſuperius tradita, & per Philip. Portium, ſeu magis Ant.Gab.regul.23.l.b.2.concl.ſuarum.

Septimo, interrogati ambo, an alii ꝑter tres mandatarios, & ipſos tres mandantes, fuerint conſcij d.homicidij ꝑpetrādi, id abſolutè negat, quod tñ falſum redditur ex dicto domini de Caualcabobus, qui ex Mutii teſtimonio deponit de participatione habita cum domino Carolo Anrico patruo Mutij, maximè cum d.Ioanne, & tamen nullam de ipſo, Ioānes mentionem habet.

Octauo, Ioānes ait, Mutium dixiſſe, qñ cōmiſit Ioanni, qđ Saurā alloquereť, ne quęreret de hoc cām, demū ſubdit pecunias à Saura accepiſſe, qa id in mandatis a Mutio habuit; quod omnino

repu-

repugnat, vt ad ſenſum patet. Propterea, tanquam ſibi contrario, credi nullo modo debet c. cum tu, de teſtibus, cum vulg.

Reprobantur nono loco principaliter, dicta per Mauros, quia ipſi non ſolum vnam exceptio
20 nem inhabilitatis patiuntur, † verum plures, ac diuerſas, tam in perſonis, quàm illorum dictis, vt demonſtratur, quia propter nullam prorſus probationem facient, etiam quod aliter in hoc delicto, ſeu in ſubſidium, uel de iure communi, vel ex ſtatuto, ſeu conſuetudine loci, licet ſocij criminis, admitterentur per Soc.ſen. conſil. 118. vol. 1. Barb. conſ. 54. vol. 1. Siluan. conſi. 91. num. 20. & 23. Cæphal. conſil. 169. nu. 16. vol. 2. Boer. deciſ. 319. nu. 3. Rol. à Val. cõſ. 16. nu. 20. uol. 1. conſ. 53. nu. 41. & 42. uol. 4. Rim. ſen. conſil. 105.
† nu. 10. vol. 1. crimin. ex † cõi, Laur. Chircoui. con mun. opi. centur. 4. concl. 40. Eman. Soarez. recept. ſent. uerbo, teſtis. nu. 216. Gram. conſil. crim. 45. nu. 22. & ſeq. Gab. com. opin. de teſtib. libr. 1. concluſ. 7. nu. 10. & lib. 7. de crim. concluſ. 26. nu. 12. Paſet. conſi. 73. nu. 13. & cõſ. 131. num. 3. Catus conſi. 99. nu. 20. cum ſeq. uol. 1. conſil. crim. in 4. Caſſa. conſi. Burgund. pag. 59. nu. 175. Hippol.
21 Rim. iun. conſ. 66. nu. 38. † ſocius enim criminis alias infamatus, nullum facit indicium, etiam ad inquirendum. Marſi. conſ. 74. num. 33. Gram. uoto 34. nu. 8. & 9. conſi. 35. nu. 27. Carr. in practic. crim. in pri. num. 122. poſt alios, quos allegat in maudatario, Rimin. conſil. 69. num. 7. Bertaz. cõſil. 70. nu. 27. to. 2. conſ. crim. in fol. Boſi. ti. de mã dat. ad homic. nu. 36. Nec obſtat, quod iſti in tor
22 tura eorum dictum comprobauerint, † cum tortura tollat unicam inhabilitatem, nõ plures, Craue. conſil. 6. nu. 54. & ea ratione, quod ſicut plura adminicula ampliãt probationem, ita plures defectus illam deſtruant, atque annullẽt, Marſil. ſingul. 335. Grat. conſi. 59. nu. 41. uol. 2. Grammati. conſ. 43. nu. 22.

Secundo, contra Sauram uideo Mulierem nomine Valeriam, in teſtem productam cui credere minimè fas eſt.

Primo, quia conteſtibus per eam nominatus, examinatis a fiſco, & in ſpecie Iacobo Mauro, & Mutio contraria exiſtit. Ipſa enim inquit, Sauram pluries in domo Iacobi alloquutum ipſum, cum Mutio, & ſemel vna cum Raimũdo Gotio recluſum cum illis in Thalamo, quod nec Iacobus, nec Mutius deponit. Minus Raimundus Cræmonæ examinatus. Quinimo Iacobus expreſſe contrarium atteſtatur, dum narrando ſecundum tractatum, cum Vicentino, quando prima vice fuerunt mandatarii Cremonæ miſſi in nocte lunæ poſt diem Dominicam, concludit Sauram non fuiſſe in eius domo, ſed alios tantum, cum Saura colloquium habuiſſe ſecreto, ſub porticu, & ſi vult intelligere de vltima uice, quando fuerunt capti, ut enarrat Iacob. deponit ſuperueniſſe Raimundum, & Herculem, poſtea uero Sauram, ſic quinque erant homines. Dicta uero Valeria, ait, quatuor tantum homines ſe in Thalamo recluſiſſe, qui ibi aderant. non conuenit ergo cum Iacobo, nec cum Mutio, qui uocatum Sauram atteſtantur. Ideo nec eidem credi debet, nec alicui eorum, ut dixi ſuperius per not. in ca. in noſtra, de teſtibus l. qui falſo. ff. de teſt.

Secundo, Valeriæ dictum reprobatur, cum ſit meretrix, pauper, & ancilla Mauri, fuerit Læna, & in uultu ob illius malos mores ſignata, publiceque ꝓ muliere inhoneſta tenta, & habita, qua
23 de re fidem eidem adhibere non conuenit, † tum quia pauper ſit. §. ſancimus. auth. de teſti. Crot. in tract. de teſtibus, tertia parte. in prin. Alexand. de Neuo. conſil. 38. num. 19. & 21. tom. ſecũdo. conſil. crimin. in fol. & latius dicetur infra, tum quia meretrix uilis conditionis, & infamis, quæ ideo, in criminali teſtimonium reddere non poteſt. Grammatic. conſil. 58. numero undecimo & 12. ac Merend. conſil. 82. num. 22. Laur. ab oula. qui in muliere tantum loquuntur conſil. 60. num. 17. & conſil. 81. num. 31. tomo 2. conſil. criminal. in fol.

Tertio loco contra inquiſitum adducitur dictum domini Alexandri Gotni, quod tamen minimè obſtare diuerſimodè oſtenditur.

Primo, quia infamis eſt, condemnatuſque de falſo, ut ex fide apparet, nec ideo ei creditur. l. fi. ubi dd. C. de ꝓbat. Bal. in l. optimam. C. de contr. ſtipul. Fel. in c. teſtimonium, de teſtibus Marſi. ſing. 109. Matth. Gribal. commun. opin. uerbo, teſtis infamis, nimis enim famam & uitam apud
25 omnes iudices, & graues uiros, teſtis hic, † ob falſitatis crimen, de quo damnatus fuit, denigratã habet, ut penes cæteros homines, ſine fide & cõſcientia exiſtat. Grammat. conſi. 109. numer. 11. Marſ. Rubrica de falſis. nu. 17. Boſi. eod. tit. num. 71. cum ſeq.

Secundo, nihil deponit ſuper mandato homicidii, uel actu delicto proximo, de quo imputatur, ſed ualde remoto & ſeparato, potuerunt. n. ſimul & ſecreto alloqui Saura, & Maurus, abſq; eo, quod ſermonem dicti tractatus haberent, ꝑ Bal. in l. non hoc in fi. C. unde legitim. Ioannes
26 de Amici. conſil. 134. numer. 4. † Et ſi uerba generalia prolata, & palam, ab inimico puta, dà al traditore, non inferunt mandatum, Bald. conſil. 229. uolum. 3. Marſil. conſil. 88. numero 10. & 101. num. 13. quanto minus id operabitur ſecreta uel familiaris alloquutio, ac cum alio, quàm mandatario criminis, ut dicit Hippolit. Riminal. conſil. 8. num. 27. uolum. primo. Vnico itaque teſti, eo minus ſuper hoc indicio remoto, credeſ. Grammat. conſil. 21. numer. 24. Marſi. in practic. crim. §. diligenter. num. 39. & in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſt.

Tertio & ultimo, repugnat omnino dictis per Ioannem Maurum in conteſtem nominatum, hic enim affirmat Sauram, teſtem ipſum miſiſſe ad Maurum, & die ſermonis poſt prandium ſimul omnes cõueniſſe in loco longelle, Maurus

vero totum contrarium deponit. nemini ergo
credetur, vt ſuperius dicebam, eoque fortius
cum plures inhabilitates patiantur, Soc.d. con-
ſil. 118.vol.1.

Poſſet,& quarto loco dici,ex depoſitionibus
illorum puerorum, reſultare indicium menda-
cij, contra inquiſitum, qui negat fuiſſe in dicta
Eccleſia,cum tamen id pueri comprobeot.Ve-
rum & reſpondetur.

27 Primo dd.pueros† vti ex vitio ſodomitico in
fames,per cap.adulterijs 37.q.7.& tradita à Me
noch.de arbitrar.iudicum cent.3.cap.386.ex il-
lorum propria confeſſione,de qua per teſtes ſu
per nono capitulo examinatos teijciendos fo-
re, infamis enim tum iuris infamia repellitur à
teſtificando c.teſtimonium de teſtibus l.3.§.le-
ge Iulia.ff.de teſti.tum facti infamia teſtimoniũ
perhibere prohibetur,Gloſ.in l. Caſſius.ff.de ſe-
nator.Campeg.de teſtibus. regul.28.& ſequen.
& regul.31.nec admittitur,niſi cum tortura c.il-
li,qui 5.q.5.c.primis.2.q.5.Alexan.conſi.11.in
prin.vol.1.ample Ioan. Crot.in tract. de teſtib.
in tertia parte.num.14.cum ſeq.& nume.30.cũ
ſeq.cum addit. Moncad. Octau. Cacher.deciſ.
Pedem.79.num.32.35.cum ſeq.Subdens.num.
51.nec dictũ teſtem infamem idoneum reddi,
ob veniam impetratam, ſeu reuelationem deli-
cti,ex qua gratiam conſequeretur.

Secundo,paupetes ſunt, vt ijdem met teſtes,
ſuper eodem capitulo concludunt. nec itaque
multa fides illis pręſtanda,cum de facili corrum
pi queant.l.teſtium in pri.ff.de teſti.l.ſpadonẽ,
§.fi.ff.de excuſ.tutorum.§.ſancimus. auth. de
teſti.nec in criminalibus, niſi cum tortura pro-
benr.per Alber. & Specul.allegatos à Campeg.
reg.113.verſi.3.de teſti.& Crot.de teſtibus.ter-
tia parte. io pri. num.7.& ſeq. Gram. conſil.38.
num.8. Alexand.de Neuo conſi.97. num.18.&
19.Bartolom.dijtiu.conſi.160.num.8.tom.pri.
conſi.Crimin.in fol. & ibidem Alexand. Stiaci.
conſi.117.nu.46. Paul. Mereod.conſ.90.nu.65.
tom.2.conſi.crimin.io fol.

Tertio, dicto Ioannis Mauri cõtrarij ſunt,cũ
ipſe nihil deponat de ſacriſtia reclauſa, nec qđ
vi pueros eiecerit,vt pueri atteſtantur, nec ideo
fides iſtis præſtabitur, c.cum tu.de teſti.l.qui fal-
ſo.ff.eod.dd.in c.io noſtra.de teſtibus.Camp.de
teſtibus.reg.331.& 382.

28 Quarto,ſunt recepti † ſine iuramento,qui nul
lam penitus probationem inducunt l.iuſiuran-
di. C. de teſtibus c.tuis de teſtibus, c.cum olim.
vbi Abb.de priui.adnotans, nec Cardinali ſine
iuramento credendum, & minus in cauſa, vbi
procederetur nulla iuris ſeruata ſolẽnitate Bal.
& Angel. in l. milites. C. de milit. teſtam. quic-
quid dixerint non nulli, cum hæc ſit verior, &
** opin. probabilior, ** per Crot.in tract.de teſtib.
part.7.num.3.cum addit. And. de Alfer. conſil.
26.num.35. tom.1. conſi. crimin. in fol. Franc.
Maria de Plot.ibidem conſil.65.num.10. Ioan.
de Arno.ſoliloqui.20.dicens ex mente Ancon.
29 & Felin.† nec Pontificem poſſe diſpenſare, vt te
ſti non iurato credatur.

Quinto, admiſſo quod probarent,inducere-
30 tur ſimplex † mendacium, & à remotis delicti
principalis, quod nec indicium per ſe ad tortu-
ram conſtituit, nec nocet, iuxta diſtinctionem
probatam ex Bart.in l.fin.ff.de quæſt.Corſet.de
indi.in fi.c.2.nu.3. Blanc. de indicijs.nu.265.&
* ex*communi mendacium non facere indicium
inquit,Gram.vot.30.nu.15.& 16.Octa.Cacher.
deciſ.Pedem.79.num.17.Ioan.de Aminc.con-
ſil.134.nume.3. præcipuè, cum quis negaret
illud, quod confeſſum ei non præiudicaſſet, vt
hic confitendo in d. Eccleſia fuiſſe Ioao. Maurũ
alloquutum, Marſ.conſi.51.nume.66. cum ſeq.
& conſi.15.num.15.Horat. Luci.conſil.crimin.
160. num.35.& ſeq.tom.1.conſi.crimi.in fol.
quo inſuper modo eliditur quædam leuis inqui-
ſiti variatio,dum in pri.conſtituto, nõ ſuſpicaſſe
de Petro ait,quod in ſecundo negar,cum ſit ex-
tra negocium principale per Marſil.d.conſi.15.
in fi.Octa.Cacher.d.deciſ.Pedem.79.num.17.

Allegari turſus poſſet quinto loco,cõtra rerũ
quædam publica vox & fama,per nonnullos te
ſtes depoſita in proceſſu informatiuo, quæ mul
tipliciter eneruatur.

31 Primo,quia oon eſt†probata legitime,oeceo
modo, vt probari debebat. non enim conclu-
duot teſtes, ſe id audiuiſſe à maiori parte populi
vel viciniæ, vt tenebantur Aret. conſil. 122.
Marſil.conſil.88.*communem atteſtatur Deci.
conſ.184.in fi.vol.7.Deci.conſi.37.133.& cõſ.
216.Natta conſil.388.nume.4.Matth. Gribal.
commun.opinio.verbo, fama, tria enim requi-
** runtur in probatiune famæ,ex**magis commu
ni ſententia, quæ hic deficere video, & de qui-
bus, per Emanuel. Soarez, recept. ſeotent.in
verbo, fama,numer.35. oouiſſimè Graſſ.com-
muoi.opinio.lib.ſecundo.cap.19.q.5.dixi aliàs
32 conſi.20.num.30.& conſi.44.num.20.† quæ fa
ma licet probata, nec indicium faceret ad tortu
ram, Duen. regul.iur. 301. multa Brun.conſil.
115. num. 45.& cum ſequen.52.tom.ſecundo.
conſil.crimin.Hippol.Riminal.conſil.88.num.
10.lib.primo.

Secundo,diuerſa diuerſi atteſtãtur, alia enim
oominant Sauras in genere, alij Mauros,alij no
minanr perſonas, nonnulli dominum Franci-
ſcum inquiſirum excludunt, aliqui de tempore
poſt capturam,ac de auditu a lictoribus, ita qđ
33 formiter. & præciſè, † vna publica vox & fama
prolata non dicitur per Marſil. in §. plurimum
quoque,num.36.Gram.vot.34.num.17.Rolan.
a Valle conſi.3.num.49.vol.1. ac ante præſenta-
tionem vel inquiſiti capturam orta cum fama,
ioquiſitionem & capturam præcedere debeat
Marſil. in d. pract. crimin.§.conſtante.nume.7.
Ancar.153.Maluat.conſi.crimi.110.num.21.tom.
1.conſi.crim.io fol.

Tertio,

Tertio, non fuerunt examinati † parte citata,
34 nec ſuper interrogatorijs inquiſiti, propterea,
nec ipſa nec cæteri teſtes, de quibus ſupra, vt in
proceſſu, per fiſcum examinati probant, nec cō-
tra inquiſitum, nec contra aliquem, etiam in fa-
* uorem fiſci, iuxta probata, & * communē theo-
ricam Bart. in l. ſi. in fi. ff. de quæſt. Marſil. in l. 1.
nu. 7. eod. tit. Afflic. deciſ. 39. num. 3. Marſi. cōſi.
2. nu. 36. & conſi. 39. nu. 18. Viui. commun. opi.
verbo teſtes non poſſunt. Clar. §. fi. q. 11. verſ. itē
quæro. Catus. conſ. crim. 99. nu, 29. tom. 1. crim.
in 4. Paul. Merend. conſi. 92. nu. 17. tom. 2. cōſil.
crimin. in fol. & alibi ſępe. parte enim citata vel
præſente, iuramentū defertur teſtibus. Salyc.
in d. l. fi ff. de quæſt. Alex. conſi. 180. col. 3. volu.
2. Carr. in ſua pract in prin. nu. 122. Nec obſta-
35 bit † quædam d. Iudicis conſortatio cum reo fa-
cta, quia præter quod non comprobarūt totū
conſtitutum, & depoſitionem integram, id ſine
iuramento dixerunt, dum ipſis teſtibus non fue
rit delatum, vt præſumitur, cum ſit facti, ve in ter
minis reſpondebat Bertazol. d. conſi. 70. nu. 30.
tom. 2. conſi. crimin. in fol. addique poſſet, qđ
iſti teſtes fuerunt examinati per d. fiſcalem terre
ſancti Martini, iudicem incompetentem, omni
que facultate deferendi iuramētū teſtibus in ha
bilem, vt hinc, pro non examinatis cenſeātur,
Crau. conſi. 115. nu. 7. Marſi. conſi. 4. in fi. etiam,
36 quod aliàs per iudicem conſtitui, † ſe ad prio-
res depoſitiones inualidas, ac nullas remitterēt,
Soci. cōſi. 40. nu. 2. vul. 3. Crauet. d. conſi. 115. ac
Fely. & alios in c. cū cauſam nu. 2. de teſtibus,

Quarto, hæc vana vox tollitur ex bona fama
in ſpecie probata per omnes teſtes inquiſiti, ſu-
per primo capitulo, quę & rurſus alia indicia ad
37 torturam † eneruat, ac tollit Alex. conſi. 70. vol.
2. & conſi. 62. vol. 3. Boſi. titu. de indicijs. nu. 34.
Marſil. in l. de minori. §. plurimum col. 5. ff. de
* quæſt. ita ex recepta * ſententia ſeruari, licet co-
ram iudicibus rigoroſis parū proſit, inquit Clar.
§. fi. crim. q. 6. verſi. frequens, etiam, Maluat. cōſi.
110. nu. 24. Rimin. conſi. 136. nu. 12. vol. 1. cōſil.
crimin. in fol. Gram. deciſ. 60. nu. 2. dixi aliàs ex
commun. conſi. 34. nu. 18. & conſil. 116. nu. 21,
Octau. Cach. deciſ. 72. nu. 12. Hocq; ſit inſuper
fundamentū iuriū & innocentiæ rei detenti.

Quæ mala rei fama & cætera inditia tollūtur,
quinto loco, comprobaturque inquiſiti iuſtitia,
38 † ex pręſentatione illius ſpontanea ad carceres
hilari fronte ſequuta de qua per teſtes ſuper de
cimo capitulo, & in actis inditiorum. Cum ſpō-
tanea conſtitutio, maximum Innocentiæ ſignū
& argumentum pręſtet, inditiaq; quantumuis
vrgentia tollat, Cæpol. conſ. crim. 31. Gramma.
conſi. crim. 61. num. 4. & conſi. 29. nu. 31. cum
ſeq. Boſ. tit. de mand. ad homicid. nu. 26. Blanc.
in ſua praxi crim. pag. 130. nu. 131. Marſil. in §.
diligenter num. 204. & conſi. 27. nu. 49. Horat.
Luci. conſi. 161. nu. 51. tom. 1. conſ. crim. in fol.
Scarlat. conſ. 106. nu. 26. tom. 2. cri. in fol. Port.
Imol. conſ. 3. nu. 49. Hier. Gabr. conſi. 178. nu.
69. Tob. Non. conſ. 96. nu. 13. 95. nu. 14. & cōſi.
101. nu. 2. poſt. Carrer. in ſua praxi. crim. in pri.
nu. 158. Hipp. Rimi. iun. conſi. 88. nu. 48. vol. 1.

Sexto, principaliter inſeruit, quia Petrus Bur-
gus cōtumax, qui Fabium Maurum interfecit, a
Terris Illuſtr. dd. Marchionū ſancti Martini exu-
lare debebat, & pęna capitali puniri. unde pote-
rat nedum vulnerari, ſed interfici, per dd. in l. vt
uim. ff. de iuſt. & iur. hoſtis enim eſt ciuitatis, a
qua exulat l. in amiſſione. §. 1. ff. de capit. dimi.
39 † qui hoſtis impunè interficitur l. 1. ff. de ſicar. l.
minimè. ff. de relig. & ſumpt. fun. Boſius de cri.
læſæ. nu. 94. & impunè etiam per filium interi-
mitur Cæpol. conſi. 5. nu. 12. Marſil. & cæter.
allegati per Iacob. Nouel. conſi. 170. in pri. tom.
1. conſi. crim. in fol. Et licet de proximo bannię
dus erat a terra ſancti Martini, & pœna capitali
damnandus erat, quod bannum vigore (vt fer
tur) ſtatuti dictæ Terræ, cauſam legitimam præ
bet, cuilibet interficiendi, etiam proditorie re-
belles, patriæque hoſtes: attamen, ſi Saura ali-
quid attentaſſet contra Burgum, banniendum,
pęnam nullam pati deberet, cum id lege permit
tente commiſerit, argum. l. grauis. ff. de adulter.
40 nam, vt pęnam quis euitet, † ſufficit illum de
proximo banniendum fore, vt voluit Iaſ. in l.
quamuis num. 17. C. de inoffi. teſta. auth. ſi qua
mulier. num. 23. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. Marſ.
conſi. 97. & in l. vnica. num. 74. C. de raptu vir-
gin. in terminis Caſtr. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de ac-
quir. hæred. Ioan. Baptiſta Anni. conſil. 112. nu.
53. Iaſ. Main. conſ. 52. nu. 27. & Camp. conſ. 53.
num. 8. tom. 2. conſ. Crimi. in fol. Cępol. conſ.
6. circa fi. Ioan. de Arno. ſuo ſingular. 80. Bero.
conſ. 184. per totum vol. 3. & fuſius conſ. 186.
num. 6. vol. 3. Subdens hoc procedere, ſi bannię
dum de proximo offendens, ſciat delictum cō.
miſſum per banniendum, quod in d. Saura veri
ficatur, cum homicidium Fabij per Burgum per
petratum, notorium eſſet.

Octauo, me in hanc ſententiam trahit, quod
ante colloquium habitum cum Saura, iam duo
tractatus de interficiendo Burgum initi erant,
& per ſuos capitales inimicos firmati, vt d. Ioā.
& Mutius deponunt. quare licet Saura interue-
41 niſſet, pro † mandatu minimè teneretur, ſed
pro ſuaſione & inſtigatione tātum. in terminis
Bero conſil. 175. volum. 3. & Hipp. Rimin. conſ.
69. nu. 33. & in fin. & conſi. 70. vbi de commu-
ni num. 33. & ſeq. & 27. tom. 1. ſecundo conſi.
crimin. in fol. pro quibus extraordinariè ſic pe
cuniariter tantum veniret puniendus, minimè
vero corporaliter, ita vt affligatur corpus, per
Thom. Gram. qui ſecundum eum pluries termi
natum ait, conſ. 39. num. 4. & 12. conſil. 36. nu.
23. & vot. 5. num. 3. Amplè Riminal. & Bertaz.
vbi ſupra.

Nec propterea, cū nō ſit conuictus legitimè,
nec de mādati verbis, nec de cōſilio ſeu inſtiga

 tione

Digitized by Google

tione torqueri poterit, argumento, quod dicit
42 in leu.bus criminibus † ad tormenta, & quæſtiones non deueniri. l. leuia. vbi Bar. & dd. ff. de accuſ. Salyc. in l. non ideo minus. col. 3. C. de accuſ. Caſſan. tract. de torment. cap. 8. nume. 3. & Girland. eod. tract. q. 5. num. 4. & cap. 7. in pri.

Concluditur itaque d. Franciſcum Sautam, non ſolum torquendum non eſſe, ſed penitus abſoluendum, ac in expenſis damnandos. d. Io. & Mutium mandatores veros. d. ſceleris, ac homicidij ita ſuſpectos, vt nemini ſanæ mentis nõ appareat, hæc omnia in iniuriam tãtum Sautę, tandiu detenti, compoſita fuiſſe. Qui tandem, eleuatus ſolum, abſolutus & relaxatus fuit.

Franc. Burſ. I.C. Mantuanus.

PRO NOBILE D. IVLIO Aliprando.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator, quando pro neglectis vel commiſſis per eum & eius officiales teneatur, & pro illius culpa.

Officialis publicus Principis, quãdo teneatur pro mala electione, vel pro geſtis ab eo, etiam quod vſus ſit ſolito.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quilibet, & procurator de neglectis per eum & eius officiales tenetur.*
2 *Iudex vel alius perſonas non idoneas admittens obligatur de ſuo.*
3 *Inſtituens factores, ſeu perſonas in officio male verſantes, vtili inſtitutoria tenetur.*
4 *Electio mala perſonarum, & contra ſolitum, fit eligentis periculo.*
5 *Fideiuſſori actio, & exceptio competit, quæ principali.*
6 *Fideiuſſio non extenditur ad ea, quæ ſunt extra naturam contractus, ex* communi, vel extra conuenta.*
7 *Contractu per partem alterato, licitum eſt fideiuſſori recedere.*
8 *Conductor impeditus libere vti, frui, non tenetur ad penſiones.*
9 *Omiſſio eorum, quæ ad officium ſpectant, latam culpam vel dolum inducit.*
10 *Leuiſſima culpa dicitur, non adhibere circa officium exactiſſimam illam diligentiam, quam quiſque officialis exhiberet.*
11 *Officialis non prouidens ijs ad quæ tenetur ex proprio obligatur, & parti ad intereſſe tenetur.*
12 *Facto alieno quis grauari non debet.*
13 *Interpellatus, nec prouidens in mala fide & mora conſtituitur.*
14 *Actio neceſſaria eſt vt quis agat.*
15 *Procurator ex ſui perſona nihil, ſed domini tantum agere dicitur.*
16 *Culpam allegant, onus probandi incumbit.*
17 *Bona fides in officiali pſumitur, ſecus in priuato.*
18 *Præſumitur pro officiali, niſi proteſtatio præcedat.*
19 *Conditio ſi petatur a parte ineſt actui, quod officio Magiſtratus incumbit.*
20 *Probatione exactæ requirunt contra ſupremum officialem, pro quo præſumitur.*
21 *Iudex negligens, vel malus, parti ad intereſſe tenetur.*
22 *Adminiſtrator quilibet, tenetur illi, cuius negotia gerit, de mala vel neglecta adminiſtratione.*
23 *Culpa extra officium adminiſtratoris, non nocet.*
24 *Exactor Principis nõ tenetur pro decoctis debitoribus, ſi ſolita vſus eſt diligentia.*
25 *Actum gerens in præſentia illorum, quorum intereſt omnem culpam & dolum excludit.*
26 *Culpa ceſſat, in actu palam facto.*
27 *Conductor ob impedimentum vel incommoditatem modicam, non liberatur ab onere ſoluendi penſionem, nec damnum, vel lucrum ceſſans conſequitur.*
28 *Locatori debet proteſtari per conductorẽ de impedimento vel incommoditate etiam maxima, alioquin non tenetur.*
29 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, alijs non imputet.*
30 *Procurator ad lites confitendo in iudicio per viã contentioſæ iuriſdictionis, Domino præiudicat.*
31 *Ratificatio cõfirmat geſta etiam per falſum procuratorem, ſi fiat ante mandati opppoſitionẽ, ex* communi.*
32 *Producens acta confirmat omnia enuntiata, etiã quod dicatur in parte & in partibus, ex* communi.*
33 *Procurator in actu ad liberandum, domino præiudicat.*
34 *Culpa caret, qui domini mandato obtemperat.*
35 *Credi vnius dicto tantum, introducitur lege vel conſuetudine.*

36 Offi-

30 *Offici ali habenti ſigillum Principis, uel cum eſt in loco Principis aſſerenti aliquid, creditur.*

37 *Conſueta officiali non denegantur.*

38 *Jgnorans delicta inſtitorum, non tenetur.*

39 *Eligens, vt pro facto electi teneatur, multa requiruntur.*

40 *Libris officialium ex conſuetudine creditur, etiã de iure ſemiplene.*

41 *Procurator obligat non ſe, ſed dominum tantum, niſi dicatur, & in iudicio dominum tantum.*

42 *Adminiſtrator ex mala electione obligatur, cum nomine abſentis aliquid recipiat.*

43 *Reipublicæ adminiſtrator, ad accipiendum pecunias in cauſam emptionis frumentorũ, non obligatur, licet non probetur in illam cauſam fuiſſe*
* *conuerſam, ex * communi.*

44 *Procurator contra ſolitum faciens, ad intereſſe tenetur.*

45 *Lucrum cũ damno compenſatur per adminiſtratorem, ſi contra ſolitum in aliquo agat.*

46 *Sententia in iudicatum tranſita præſumitur rite & recte lata.*

47 *Jmplere ceſſanti, non impletur.*

48 *Conductio datiorum ſecundum ſolitum intelligitur facta.*

49 *Fideiuſſor aſſentiens alterationi contractus, non*
* *liberatur, ex * communi.*

50 *Conductor perſeuerans ſequuto impedimento, ad penſionem tenetur.*

51 *Sequella facti, animum in præcedenti demonſtrat.*

52 *Fideiuſſor ſtatim obligatur, quo ſe vti talem in*
* *libris Principis deſcribi facit, ex * communi.*

53 *Culpa non præſumitur, niſi probetur, nec vnquã ſi ſolitum fiat.*

54 *Scientia aduerſarij excuſat a culpa.*

55 *Officialis non tenetur pro leuiſſima culpa.*

56 *Fideiuſſor ſimplex conuenitur, etiam quod creditor ſit negligens erga principalem, niſi fideiuſſor ſit proteſtatus.*

57 *Damnum ex culpa propria quis ſentit.*

CONSILIVM CXCIII.

TRINITAS ADSIT.

CONDVXIT D. Ioſeph Prouẽzalis in calẽdis Ianuarij an. 1567 ab Excellentiſ. Principe Mantuę Vectigal, ſeu datium macelli, per nouennium, ad ſoluendum in ſingulos annos ducatos ſex mille à ſoldis 93. pro vno quoque. & pro eo fideiuſſor extitit Illuſt. D. Valentinus de Valentis: habitis tamen, ad hunc effectum ſcut. 1000. auri in auro a d. conductore. Cumque male circa datium verſaretur conductor, nec affictus debitos perſolueret, Nob. dom. Iulius Aliprandus tunc maximus Principis quæſtor, ac ærarij Vectigalium ſuorum adminiſtrator, Vulgo Maſſarius generalis Mantuæ nuncupatus, ad cuius officium hoc totum iure & ex conſuetudine ſpectat, curauit prouidere diuerſimode (inſtante etiam fideiuſſore) exactioni pecuniarum d. datijs & ſolutioni faciendæ principis ærario, & deputauit perſoas ad inſtantiam fideiuſſoris, quæ exactionibus macelli vna cum conductore, vel cum alijs præpoſitis a d. fideiuſſore interuenirent, ſimulque pecunias ærario deferrent, præcipiendo ſub pęna debitoribus macelli, ne niſi cum dd. deputatorum interuentu debitum perſoluerent, in dies tamen dictus de Valentis a Maſſario præmonitus fuit de quantitate debita per conductorem, quodque continuo debitum creſcebat, ac ipſe vti fideiuſſor prouideret, ne tandem ex proprio ſatisfacere cogeretur. modo contingit, quod fugam conductor, & dicta exactionibus præfecti arripuerunt, qui tum uolente fideiuſſore, tum eo inſcio, multas pecunias exegerunt. quas tamen nec Principi, nec cameræ perſoluerunt. cumque fideiuſſor grauetur pro integra totius debiti ſumma, opponit ipſum non teneri diuerſis de cauſis, ſed d. Aliprandum tunc Maſſarium, cuius culpæ facto & damno cedere debent tam pecuniæ vectigalis exactæ per d. præfectos, & non ſolutæ Cameræ, quàm quæ negligentia illorum, qui per eam deputati fuerunt, non ſunt exactæ. At pro fideiuſſore, omiſſis multis, quę aliena ab hoc caſu exiſtimo, quatuor ſunt, quę videntur illius partes noo leuiter confouere.

3 adimpleuiſſe incũbere implementũ alleganti.ac ſubdẽs nõ poſſe ẽt inchoato iudicio ꝑ partẽ implementum offerri.Regulare enim eſt in omni, & quacunq;obligatione,ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria,vbi eſt dare & accipere,ꝙ ille, quã vult ſibi impleri,debeat ipſe prius adimplere,ita Aret.cõſi.70.nu.2.etſi non ſequit̃ implementũ, altera pars ad primã actionẽ redeat,Neuiz. cõſ. 49.in pri.prout fit annulato cõtractu,Afflict.vbi Vrſil.nu.13.deciſ.335.qđ fortius locũ ſibi vẽdicat in cõtractib.nominatis,licet in innominatis forte partis oppoſitio requiratur,Feli.in c.in tñ col.2.in fi.de Simo.Anca.q.famil.54.pri.parte,
4 & q.68.nu.3.& ſeq.2.parte.Vt hinc † exceptio non adimpleuiſti pro parte tua,in his contractibus nunquam ſublata cẽſeatur. Corn.con. 29. nu.1.vol.3.cũ accumulatis per Mendoſ. ad Roman.conſilio 244.nu me.4.verbo cõtract. Plot. l.ſi quando.num.166.verſi.12.C.vndeui.Anca. d.q.famil.68.num.3.& 4.parte 2.Borgni.Caualcan.de vſufr.mulier.nu. 166. Vrſil.in annotat. ad Afflict.deciſ.220.numer.3.& 4.& deciſ.249. Menoch.conſil.55.in pri.& de pacto adimplendo in conuentione appoſito.Alciat.conſil.157. num.10.& ſeq.Dum itaque non conſtat Dominum Vẽditorem omnia promiſſa ſeruaſſe,ſequitur ipſum ab actione repellendum fore.

Nec dicatur,vt in motiuis,qđ cõſtat de traditione rei venditæ per cõfeſſionẽ emptoris, quã do emptor negat expreſſe,reſpõdendo poſitionibus,rem traditam fuiſſe modo,& forma, q̃b.
5 vendita fuit;Verbum enim,† non credit,eſt ſimplex,& abſoluta negatio in reſpõſione ad poſitiones glo.in c.1.de conf.in 6.trad.Doct.maximè Maranta num.53.in l.is poſt.ff.de acqui.hæred.Corn.cõſi.108.nu.5.vol.1.& conſ.186.vol. 3.Guid.Pap.q.334.Roman.ſingul.695. & 696. cum apoſtil.vnde dicendo,non credit, trãsferr in ponentem onus probãdi.Rurſus,etſi dixiſſet credit ſimpliciter,non a tamen cum qualitatib. promiſſis,ſeu deſcriptis in poſitione,cenſeretur
6 fateri rem traditam,cum ſimplex† cõfeſſio niſi dicat cum omnibus,& ſingulis in ea contentis, ad qualitates in poſitione inſertas non extendatur,Socin.Sen.conſ.112.nu.18.vol.4.Rim. cõſ. 203.nu.26.vol.2.Galiaul.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.nu.4.ff.de verb.obligat.

Secundo,quod ipſe nõ adimpleuerit adhuc, probatur ex proceſſu,& ſcripturis ꝑ eundẽmet venditorẽ in iudicio productis: obtulit enim ſe traditurum,& cõſignaturum fulcimẽta ꝓmiſſa iã ĩ inſtrumẽto vẽditionis dicto Emptori,ſi Emptor miſiſſet ſuum agentem Hoſtiliam pro ipſis recuperandis.Et tñ ipſe tenebatur uirtute ꝓmiſſionis dare dicta fulcimẽta vna cum credito cõtra Raſeghinum,cã conficiendi pilam, vt hinc inferatur ipſum minus recte adimpleuiſſe.

7 Primo,quia nõ† obtulit,nec ceſſit creditum, nec inſtrumenta credit,emptorib.edidit, vt tenebatur.l.in creditore.ff.de euict.Bertr.cõſ.217. lib.6.Cabal.tract.de euict.§.5.nu.36.verſ. Vndecimus.Quod ſufficit,licet eẽt minima pars, ut actor & uenditor repellatur,per Grat.d.cõſ.52. nu.1.uol.1.Neuiz.conſi.50.nu.9.

Secundo,quia debebat Dñs Bottazzarius uti debitor mittere dicta bona ad domum emptoris.uel ad locum pilæ cõficiendæ, nõ ãt ex loco
8 Hoſtiliȩ illa tradenda offerre, cum† oblatio ſimplex nõ ſufficiat ad acquirendum actionem per eum,qui implere tenet̃ cõtra illum,cui offert,ſed neceſſaria cõſignatio,& diſpoſitio actualis requirat̃.l.antepen.cum ibi no.C.de pact.inter Empt. & uẽd.gloſ.Caſtr.& Salicet.in l.Iulian.§.offerri. ff.de actio.empt.in terminis Gulıel.Mainer. in l.
9 in iure ciuili.nu.57.ff.de regul.iur.ac ẽt q̃a † debitor tenetur ſoluere,& deferre rẽ debitã ĩ loco, & ad domum creditoris, ſi ambo ſint eiuſdem fori,uel res,pro qua ſoluit̃, ſit de foro creditoris,non ãt è contra,ut hic,not.gloſ.in l.item illa. ubi Bart.nu. 8. ff. de conſtit. pecun. cum apoſt. Bald.in l.acceptum. qõ.10.C.de uſur. ubi apoſt. & Doct.in d.l.cum filius.§.fi.ff.de uerbo. oblig. Abb.in ca.ſignificãti.de pigno.Tradit Rol.a Valle cõſ.87.nu.14.cum ſeq.uol.1.Bero.cõſil. 126. nu.20.& 151.nu.15.uol.1.

Tertio,conſidero,ꝙ uenditæ ſunt terræ cum iure & libera facultate extractionis aquarum ex flumine Tartarelli ꝓ irrigatione Orizariæ,ꝙ ius in precio comprehenſum fuit,ut inſtrumentum docet.Itaque dominum,& quaſi poſſeſſio dicti iuris,& facultatis extrahendi aquas,debebant in Emptorem trãsferri libera,& uacua, adeo qđ emptor dominus efficeret̃,uel ſaltem ius præſcribendi,uel uſucapiendi conditionem acquireret, l. 1. §. 2.l. 2.§. 1. & fin. l. datio.l. uenditor. ff. de act. empt. l. vt res l. quod vendidi. ff. de contr.empt.l.ex empto,vbi gloſ.& Doct.ff.eod. tit.Ad tria namque ex natura contractus tene-
10 tur † uenditor.Primo ad rem tradendam d.l.ex empto. & intelligo de uera, & reali traditione
* non ficta per conſtituti.clauſulam.ex * communi. de qua per Octau. Cacher.deciſ. 36.per totum, qui ita Senatum Pedemontium cenſuiſſe ait, Cabal.tract.de euict.§.5.nu.1.Secundo. ad transferendam poſſeſſionem; Tertio quòd res eiuſq; poſſeſſio ſit uacua;& libera d.l.ſi in empt. §.uacua,ubi Bar.& §.fi.cum ſeq.ff.de ac.emp. C. cum Ioãnes.de fide inſt.l.ſi pater C.de act.emp. Socin.conſilio 208. num.3. & 4.uol. 2.Et dum apparet ius,& facultatẽ extrahendi aquas, nõ eſſe nec in dominio,nec in bonis dicti uenditoris

quando decretum Ducale, ſeu ordinem tantum
exhibeat, quo cuique ſeruatis ſeruandis, ac ſolu
to terreno in duplũ vicinis, ꝑ quorum loca aquę
tranſeunt, liceat extrahere aquam, ſic venditor
ius acquirendum ſupponat, non autem fuiſſe ꝑ
ipſum iam dudum acquiſitum. Vnde neceſſario
ſequitur, venditorem non poſſe agere, nec dici
pro parte ſua impleuiſſe, cum illud, quod adhuc
ſuum non eſt, nec liberum, nec vacuum transfer
re valeat. l. ſuper fundo, vbi glo. Salic. Alexan. C.
de tranſ. l. datio in pti. vbi Bart. & alii. ff. de act.
empt. tradit notabiliter Bero. conſi. 158. nu. 15.
20. & 22. & ſeq. volu. 1. intelligique debet de iu-
re, & facultate libera extrahendi aquam iam ac-
quiſita, & propria, nõ autem de acquirenda per
Emptorem, cum in dubio contra vẽditorem in-
terpretatio fiat. l. labeo. l. cum in lege. ff. de cõtr.
empt. l. veteribus. ff. de pact.

Rurſus, cum ex quibuſdam literis Sereniſſimi
Principis dignoſcatur extractionem aquatũ fie
ri eſſe ſolitam tantum per Magnificum dominũ
Tullum Guerrerium, alios vero nullum ius in ea.
habere, & minus poſſe conſtrui per aliquem ag-
gerem in flumine, vel ſtuppam (vt aiunt) qua re
tineantur aquæ, & ſine quibus Orizariæ irrigari
nequeant, quod per teſtes probatum cenſeo, in-
fertur hanc facultatem irrigandi Orizarias me-
dio dictæ cluſę; non eſſe, nec eſſe poſſe etiam vir
tute dicti ordinis in bonis venditoris, nec tradi
in effectu, nec vti ius incorporale ex patientia ce
dentis ius illud plenè transferri in emptorẽ po-
tuiſſe, et ſi nequit trãsferri, nec promiſſam adim-
pleuiſſe dicitur, per Bero. d. conſi. 158.

Nec obijciatur, ipſum tantum vendidiſſe ius
quod habebat, videlicet ius acquirendum virtu-
11 te dicti ordinis, quia cũ illud † ius, & facultas pre
cio cõprehendãtur vti ius extrahendi aquas, ꝓ-
priũ vẽditoris, nõ aũt ius tãtũ, ꝙ habebat, ac qđ
cuique de populo, & ſi non dicatur in inſtrumẽ-
to, cõpetit, vendidiſſe cenſetur. Alciat. cõſi. 216.
n. 7. maximè cum emptor ius, quod habebat vẽ
ditor in dicta extractione ignorabat, per Bald. in
Rubr. C. de cõtra. empt. Caſtr. & Aret. in l. ſerui
electione. in fi. ff. de leg. 1. Alex. conſi. 115. vol. 5.
& refert Bero. d. conſi. 158. nu. 30. vol. 1. Et cum
venditor promittat de euictione pro rebus vẽdi
tis, ſic pluribus, & conſequenter incluſo dicto iu
re extrahendi aquas, non cenſebitur ius tãtum,
quod in re habebat, vendidiſſe, ſed illud quaſi ꝓ
prium ac liberum. & in dominio ipſius exiſtens
12 cum alias de euictione nõ promiſiſſet, nec † tene
retur, ad not. in l. 1. C. cred. euict. pign. nõ debet.
l. periculum de pigno. Natta conſil. 38. max. nu.
3. Caballi. d. tract. de euict. §. 5. nu. 36. Rurſus ob
illam clauſulã cũ iurib. ſpectantibus, & pertinẽ-
tibus venditerunt terras, & c. cenſetur hoc ius ir
rigandi venditum, etiam quod ipſis tantum co-
peteret in futurũ ex iure cauſatũ de pſenti, ad ea,
quæ ponit Celſ. Hug. conſ. 40. per totum.

Quarto, addo quòd cũ ex dicta relatione, li-
teris Excellentiſſimi Principis, & decreto per vẽ
ditorem exhibito, appareat, vel ipſum Dominũ
Bottazzarium ius extrahendi aquas nõ poſſediſ
ſe, nec in eius bonis fuiſſe, uel quatenus adfuerit
13 † euictionem imminere pro dicto iure in limine
contractus ante precium ſolutum, emptor legiti
mè opponit exceptionẽ rei non libere traditę.
vñ fit, vt ad precii ſolutionẽ adſtringi nequeat.
caſus eſt in l. pen. §. fin. ff. de pericul. & com. rei
uẽd. maximè nulla fideiuſſione euictionis de du
pla oblata, de qua per Bart. Angel. & Salicet. ꝑ
illum tex. in l. ſi poſt perfectum. C. de euict. Bald.
in l. ex prædij. C. eod. tit. Socin. Sen. conſi. 207.
nu. 5. verſ. 2. defenſio. volum. 2. Ange. conſ. 121.
* Gratus conſi. 135. num. 5. volu. 2. & ex cõmuni*
per accumulatos a Mendoſ. poſt Rom. conſi. 8.
in fi. verbo imminere, Caballi. in tract. de euict.
§. 5. num. 48. verſi. 18. caſus eſt. Natta, qui decla-
rat conſi. 267. vol. 2. & Neuiza. conſi. 37. in prin.
& per totum.

Quinto, & vltimo addo, quod, cum liuelli ex
verbis conuentionis loco fructuum percipiẽdo
rum, debeãtur, nec vlli fructus fuerint his annis
percepti, nõ debent Domini Emptores pro di-
14 ctis liuellis grauari, cum † vſuræ precii non ſolu
ti non conſequantur, niſi duobus concurrent b.
primo quod ſit res tradita: ſecundo, ꝙ fructus
ſint percepti: conſideraotur enim vnà rei tradi-
tio, & fructum perceptio, ad vſuras precii non
traditi perſoluendas. l. curabit. ibi, fructus perce
* pit. vbi Cagnol. de communi * nu. 28. C. de act.
empt. Alex. cõſi. 137. vol. 1. latè Ant. Gabriel ſuis
commun. concluſ. de empt. & vendit. concluſ. vl
tima. nu. 8. Aymo conſi. 100. nu. 11. Plot. l. ſi qñ.
nu. 452. C. vndè vi. Rol. a Valle conſi. 14. nu. 2.
* vol. 2. Cęphal. cõſi. 290. per totum, & de cõi, *
Lau. Chircou. com. opin. centu. 2. concluſ. 28.

Quibus firmatis, non obſtabunt ſubtiliter in
contrariũ deducta, & primo, ꝙ intentio vendi-
toris, ſit publico documento fundata, quod ma
nifeſtam probationem efficit per Tiraq. de vtro
que retr. §. 2. glo. 1. nu. 20. Etenim cuilibet inſtru
mento venditionis, ac venditori obſtat ſemper
exceptio rei non traditæ liberè, vel nõ adimple
menti, adnotata ſuperius in primo fundamẽto.

Secundum, de emptoris confeſſione rei tradi
tæ tollatur, tũ quia fuit negata, tum etiam, ꝙ qua
tenus traditũ fuerit ius aquarũ, nõ ſit liberũ, ſeu
in dominio vẽditoris, prout requiritur, vel tale,
quod non fuerit aduocatũ, & de facili impedi-
tum, propterea exceptio nõ implemẽti obſtet,
ita Bero. d. conſi. 158. num. 22. vol. 1.

Ad tertium de patiẽtia, & ceſſione, q̃ vice tra
ditionis fungitur. l. quotiens. ff. de ſer. §. per tra-
ditionem. Inſt. de rer. diuiſ. cum vulg. per Tira-
quel. de vtroque retract. §. 1. glo. 7. nu. 12.

Reſpondet, haud inficiari ex patientia, & ceſ-
ſione iura, & incorporalia quaſi tradi, & trãsfer
ri emptorem, ſed requiritur, quòd ipſe vti Do-
minus quaſi tradat, & patiatur, per Bartol. in l.
tradi-

traditionibus,ibi ex cauſa habilis factis a Domi
no, vel quaſi. C. de pact.nec non liberè ius per
dictam patientiam,& ceſſionem transferat,vt ſu
pra. Vnde, cum ex ordine exibito (quod ius
acquirendum deſignat)nec vti Dominus tradi-
derit,nec liberè,cum ab alijs reperiatur occupa-
ta, ſequitur exceptionem non adimplementi
repugnare.
15 Quarto loco adducebatur Bottazzarium † vē
ditorem non teneri defendere emptore ꝓ mo
leſtijs de facto,potius q̃ de iure allatis.l.lucius.ff.
de euict.l.emptor eod.tit.Ruin.conſi.42.nu.24.
vol.4.Goz.conſi.49.nu.42.Natta.conſ.181.nu.
2.Roland.a Valle conſi.43.nu.19.vol.3.
16 Nec ſimiliter a † conceſſionibus Excellētiſ-
ſimi Principis cum caſus fortuiti reputētur,Cra
uet. conſil.95.in pri. Roland.à Valle.d.conſ.43.
numero 19.ac pro eis nulla euictio emptori cō-
petat.Rolan.a Valle per alios conſ.45.col.1.vo-
lu.3.& Caballi.tract.de euict.§.5.nu.56. Etenim
reſpondetur.

Primo,moleſtias illatas non cenſeri de facto
emiſſas,ſed potius de iure,dum ex relatione Iudi
cũ apparet,nemini ſine Principis aſſenſu licere
dictum impedimentum, ſeu ſtuppā cōſtruere in
fluminibus pro extractione aquarũ. pro qua re-
latione,ſeu ſnīa vti legibus, & iuribus fundata ꝓ
glo.in auth.generaliter. C.de Epiſ.& Cler. Bal.
rem non nouam.verſ.item.nota. C.de iud.præ-
17 ſumi † ſolet,ac ſi iuſte,& ritè lata fuerit,vt ample
regulam cum ampliationibus,& limitationibus
explicat poſt Alciat.de præſumpt.10.præſūpt.
regul.3. Ant. Gabr.lib.2.com. concluſ.de ſentē.
concluſ.5.&6. Tum quia Princeps reſcribendo,
quòd impedimenta conſtructa pro aquarum re
tentione,& ſic ex quibus irrigantur Orizatiæ vē
ditæ tollantur, præſumatur id mediante iuſticia
com mittere,& mandare, cum in dubio volūtas
18 † Principis, quem tantæ dignitatis apex attollit,
talis qualis eſſe debet, de iure præſumatur, Bal.l.
ex facto.4.notab.ff.de vulg.& pup.c.licet in cor
rigendis.de offic.ordin.præcipuè Principis Mā-
tuæ.Excellētiſſimi,ac Domini noſtri(quē Deus
optimus maximus feliciter,& incolumē diu cō-
ſeruet)& qui vere potitur tribus illis potentia,ſa
pientia,& cultu diuino,de quibus per Craue.de
antiq.tempor.1.parte prin.in pri.nu.13.cũ ſeq.
& nu.19.vt nefas ſit dubitare,ipſum de facto,nō
autem cũ cauſę cognitione quicquàm ordinaſ-
19 ſe, præſumptio namque eſt violentiſſima pro iu
ſticia actus Principis, ita vt ferè in contrariũ ꝓ-
batio non admittatur. Innocent.in ca.ad aures.
de tēpor. ordi. Abb.c.ſi quādo in fi.de reſcript.
Cin.in l.reſcripta 3.&4.quæſt. C.de pc.imper.
offer.Natta conſi.556.& conſi.625.nu. 2 cum ſi
20 mil. Cauſa namque † iuſta in Principe ſemper
ꝓſumit,ēt qđ auferret dñum alicui de iure gēuĩ
** qſitũ, vt ex magis cōi, ** ꝑ alios,quos pro more
copioſe adducit Anto. Gabr.li.3.com.concluſ.
de iure quæſ.non tollend. concluſ.3.num.4.

21 Secundo rñdetur, ꝙ factũ ſuperioris iniuſtũ,
caſus fortuitus reputatur, vt ait text. d.l.lucius
Bar. & Bal.allegati per Nattam conſ.181.nu.4.
& cæteri per Rolan.a Valle.d.conſ.45.in prin.
vol. 3. Ad diuerſum ſi iniuſtum non ſit vel factũ
a Principe iuſto, nec ſolito ſimilia ſtatuere, nec
fere cogitare,cũ iſti nō ſolũ reſiſti nequeat,ſed il
lius mādatis parere neceſſe. ſcriptum enim eſt,
Principi non obediediens morte moriatur. ha-
betur.14.Regum,& in c.2.de maiori.& obed.

Rurſus & tertio dicitur,qđ caſus fortuitus cō
ſideratur ex facto Principis ꝑtinet ad emptorē
perfecta venditione, nec ideo pro eo vēditor te
netur de euictione ratioque aſſignatur, quia rei
dominium eſt tranſlatum in emptorē,& ideo to
tum periculũ eius incommodo cedit. at hic nō
eſt aliquod dominiũ, nec quaſi dicti iuris extra-
hendi aquas tranſlatũ in emptorē,cũ nec adhuc
ſit oſtēſus titulus aliquis dicti iuris poſſeſſio,vel
aliquid, quo ius illud fuiſſe penes uenditores de
monſtretur,& ſi non eſt quaſi traditũ,nec de eui
ctione tractari poteſt. l. euicta. §. ſi ſeruus. ff. de
euict.l.3.ubi Bart.ff.de dolo mal.except. Qua de
re nec caſus fortuitus reſpectu illius, pertinebit
ad emptorem. art.l.1. C.de pericul. & com. rei
uend.& l.neceſſ.ff.eod.tit.

Vltimum,de notificatione minus legitimè fa
cta,quę ideo minimè nocet per ca.fi. de empt.&
uend Bar. in l.non ſolũ.§.morte.nu.48.de oper.
nou.nunci.cum ſimil.tollitur multipliciter.

Primo,quia tractamus hic de ceſſione iuris in
corporali,ut in motiuis aſſeritur,in qua ceſſione
22 † intimatio non erat neceſſaria, cum cedenti,li
tis non fiat denunciatio. Deci.conſi. 102. Cra-
uet.conſil.109.num.4.

Secundo,venditor ſciebat impedimenta adeſ
ſe,ac inſtrumenta pro, dicto iure aquarũ,ſi quæ
reperiuntur, pęnes ſe retinuit, quapropter non
oportebat ſibi aliquid intimari, cum inſtrumen
ta ultro non exhibuerit emptori.ſecundũ Bald.
in l.1.verſ.uel niſi uenditor. C.de pericu.& com-
mod.Grat.conſ.139.num.12.cum ſeq.uol.2.

23 Tertio,adeſt clauſula † iuramenti in inſtumē
to,qua ſtante dici forte poſſet,ſecundum cōmu-
niores, ** doctrinas, quòd denunciatio non eſt
neceſſaria per Iaſ.& Dec.in repet.l.quod te.nu.
43.ubi de cōi. ff. ſi cert.pet. Rubeu.conſ.152.in
fi. Grat.d.cōſ.139. Curt.iun.conſ.74.nu.7. Nat-
ta conſ.262.nu.20.poſt. Nattā, Capi.Didacũ,&
alios nouiſſimè aggregator(licet ipſe opinionē
contrariā,iuſtiorē, ueriorē, & in paxi frequētio-
rem appellet) Caballi.tract.de euictio.§.3.nu.46.
ad nu.72.Vr.l.ad deciſ. Afflict.49.nu.5.

24 Ex hac itaque iuramenti † clauſula, quæ idem
qđ iuramētũ iuxta ordinē operatur, ꝙ Pariſ.cōſ.
110.n.39.uol.1. Mātic.cōſ.70.nu.7.uol.2.licet nō
ſit ſequuta intimatio, uenditor obtinere nequit.

Quarto,& ultimo addit hęc oīa reſpicere tm̃
ius aquæ,& quatenus ipſe hoc ius uti ſuum uen
didiſſe fateretur, ſed qa in plerīſq; alijs defecit,

non cenſentur nocatl,nec inuicem nepotes ſub
ſtituti, ſed ipſis ius ſucceſſionis ab inteſtato re-
* ſeruatum, ex communi. * l.vulgata Glo. in l. Lu-
cius la. 2. ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 69. num.
6. uol. 2. latè Clar. §. teſtamentum. q. 77. Zancus
in l. hęredes mei. §. cum ita nu. 707. cum ſeq. ff.
ad trebel. Marzar. de fideicom. q. 20. & ſi non uo
4 cati, minus † fideicommiſſum illorum fauore in
ductum creditur. Iaſ. conſi. 228. uerſic. 5. uolum.
2. Cęfal. conſi. 269. nume. 50. uol. 2. & conſil. 17.
num. 26. nol. 1. Nec concurrunt hic tot præſum-
ptiones, ſeu coniecturæ in perſonas Actorum,
ut credantur uocati, propterea ſat eſt nos regulę
inniti, uti Carrocio. l. omnis diffinitio. ff. de re-
gul. iur. Socin. iun. conſi. 118. nu. 14. uol. 1.

5 Tertio conſidero, quod † prohibitio illa alie-
nandi, non induxit fideicommiſſum ſimplex in
caſum mortis, & abſolutum, ut ſupponũt Agen
tes, ſed ſolum in caſum alienationis, ad fauo-
rem tamen filiorum ſubſtitutorum, & hæredum
tantum.

Primo, eo quòd cauſa adiecta, quia uult hęre
ditatem deuenire ſine deductione aliqua ad ſub
ſtitutos, & eorum hęredes, ac ſucceſſores, ut ſu-
pra, reperitur poſita, adiectavè prohibitioni ſim
plici alienandi inualidæ, ac ſine cauſa emiſſæ,
nõ enim dixit prohibeo alienare bona extra fa
miliam, extra deſcendentes, extra maſculos, uel
ſimilia uerba protulit, at ſolũmodo inquit, pro-
hibens alienationes faciendas per dictos hære-
des in fraudem hæreditatis, cauſa itaque adie-
cta, etiam per uerba diſpoſitiua, quia uult hære-
ditatem, & c. ualiditatem prohibitioni alienatio
nis tribuit, non etiam abſolutum fideicommiſ-
ſum in caſum mortis inducit, Soc. Sen. in l. qui
Romę. §. cohæredes, uerſ. tertius caſus. ff. de uer.
oblig. Cur. Sen. conſil. 40. in fi. & 215. Cur. iun.
conſil. 43. & 114. numer. 56. & 17. ubi de rece-
* pta * hãc magis communem reſolutionem mo
dernorum ait Alba. conſi. 54. num. 1. Octau. Ca
cher. deciſ. 50. num. 14 Siluan. conſil. 6. nu. 26.
Port. Imol. conſ. 13. num. 30. Ant. Gabriel. com.
concluſ. lib. 4. de fideicom. conclu. 9. num. 7. 29.
& 31. fuſius Hier. Gabriel. cõſi. 132. q. 6. Rimin.
iun. conſi. 23. num. 95.

6 Secundo, † cauſa emiſſa, etiam per uerba di-
ſpoſitiua, uel per modum rationis probata, ſi
ſubſequatur prohibitionem alienandi ſimplici-
ter factam, ut hic, non inducit fideicommiſſum
abſolutum, ſed in caſum contrauentionis tan-
** tum, ex communiori, ** receptiori, & ueriori
ſententia, quam admittunt Soc. Sen. conſi. 227.
uol. 2. Dec. conſi. 377. nu. 5. il. 5. Silua. qui de ma-
** gis communi ** inquit. conſi. 6. nume. 26. & 30.
Grat. conſi. 106. num. 13. uolu. 2. Bero. conſi. 84.
num. 55. & 70. uol. 2. Hier. Gabriel. d. conſ. 532.
num. 67. q. 6. Verum in præſenti caſu adeſt pro-
hibitio ſimplex præcedens cauſam prohibitio-
nis purę, non igitur erit inductum fideicommiſ-
ſum, niſi in contrauentionis euentum.

Et ſi opponeretur per hæredem fuiſſe aliena
tum, ſic contrauenium menti Teſtantis, propte
rea filios admittendos, animaduerto principa-
liter.

Quarto loco, quòd iſti nepotes in caſum con
trauentionis non ſunt uocati, ſed tantum alij
hæredes inſtituti, & inuicem ſubſtituti, & nepo-
tes illo tantum caſu, ut ſupra uocãtur, quo alter
ex filijs inſtitutis deceſſiſſet uiuo teſtatore, reli-
ctis filijs, ut in inſtitutione exprimitur, Quod
demonſtro.

Primo ex illis uerbis, quia uult hæreditatem
peruenire ad prædictos ſubſtitutos, & Teſtator
ſolum ſubſtituit inuicem filios hæredes, & ne-
potes, in illo caſu tantum, ideo & in hac prohi-
bitione cenſentur vocati tantum filij Teſtato-
ris ſubſtituti, non nepotes, niſi eo ſolo caſu, cum
7 dictio prædictos, † ſit ſui natura reſtrictiua ad no
minatos ſupra, Alex. conſi. 59. in fi. vol. 3. Dec.
conſi. 291. num. 6. ver. non obſtat. Cæpha. conſ.
269. num. 47.

Secundo, ex illis verbis, vel ad hæredes eo-
8 rum, & ſucceſſores, † vt ſupra, quæ clauſula, vt
ſupra, pręcedentium repetitionem inducit, Bar
tol. in l. 1. §. deinde. ff. de poſtul. Alex. conſil. 59.
in fi. lib. 3. Rui. conſi. 183. nume. 1. volu. 2. Deciſ.
conſi. 227. num. 3. & 291. 375. nume. 5. Crauer.
conſ. 89. num. 3. & omnia ſingula ſupradicta ſin
gulis ſunt referenda, prout Teſtator ſuperius
mandauit, & cum ſubſtitueris, vocaueritque tan
tum filios illius hæredes, ac nepotes ſuos in ca-
ſum mortis filiorum, viuo Teſtatore, quos ſub-
ſtituit, & hos tantum in illis caſibus, vt ſupra, vo
cauit in caſum contrauentionis, & ad illos hære
9 ditatem venire voluit, non ampliando † fidei-
commiſſum, ſed reſtringendo illud ad formam
inſtitutionis, & ſubſtitutionis factæ, vt in ſimili
aiebat Cephal. conſil. 269. numer. 40. 46. & ſe-
quen. volum. 2. Rimin. iun. conſi. 80. nume. 32.
& 33.

10 Tertio, & ſi concederetur † rationẽ conſer-
uandi bona in ſuos fideicommiſſum induxiſſe,
ad not. per Bartol. in l. pater filium. §. fundum.
ff. de leg. 3. omnes in §. diui. l. filiusfamilias, vbi
Crot. nume. 127. Loazes. numer. 98. ad fin. ff. de
leg. 1. Attamen ſecus iudicatur, vbi dicta ratio,
vt hic, videtur reſtricta ad ſupradicta, vel perſo-
nas nominatas ſuperius, ſeu prædictos inſtitu-
tos, & ſubſtitutos, quia tunc nullum fideicom-
miſſum reſultat, ſed filijs decedentibus cum filijs
ſubſtitutio euanuerit, vt reſpondebat Rimi. iun.
conſi. 50. nume. 65. vol. 1.

Ex iſtis itaque concludo, nullum ius ex fidei-
commiſſo auito competere dictis Actoribus,
Quos tamen excludi poſſe, etiam fideicommiſ-
ſo ſuppoſito, alia via cenſeo.

Secundario principaliter ex inſtrumento re-
nuntiæ paternę, dum ipſi filij, & hæredes Leo-
nardi aſſerti fideicommittentis inuicem, & vi-
ciſſim renuntiant ſubſtitutioni, ac prohibitioni
factæ

factæ in teſtamento per patrem, de non alienan
do, ſibique ipſis liberam, & facultatem abſolu-
tam diſponendi de illorum bonis, & immobili-
bus, concedunt, & tribuũt, caſſando, & annul-
lando dictum teſtamentum in illa parte. potue-
runt igitur dictæ partes liberè ſtabilia alienare,
11 Cum & † fideicommiſſo renuntiari queat, Bart.
in l. nihil. §. omnibus. ff. de leg. 1. & quilibet fa-
uorem ſuum, & ius proprium remittat, l. penul.
C. de pact. leg. quoties. ff. de leg. iurique remiſſo
amplius nec per renuntiantem, nec per hęredes
regreſſus detur. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de edi
lit. edict. Crau. conſi. 74. nume. 7. & ſibi ipſis om-
nino præiudicent, Bald. conſi. 47. in primo. vol.
3. Ruin. conſ. 175. nu. 16. vol. 1.

12 Quodq; † fideicōmiſſum cenſeatur remiſſum,
vbi hinc inde data eſt facultas alienandi, maxi-
* mè liberè, ex communi, * ſcribit amplè poſt cæ-
teros antiquos, ac moderniores Menoch. cõſil.
87. num. 29. cum ſeq. lib. 1.

Nec repugnat, quòd in caſu præſenti renun-
tiantes non petant, ſed filij, ſeu nepotes Teſtato
ris, quibus factum patris non nocet. Etenim re-
ſpondetur tripliciter.

Primo, hos non eſſe vocatos, vt ſupra, propte
rea nec admittendos ad vendicandum bona ex
fideicommiſſo.

Secundo, & ſi admitterentur, debuiſſent ta-
men contra tertios poſſeſſores probare bona in
fideicommittentis dominio, tempore ſuæ mor-
tis fuiſſe, quod nec probatum, nec etiam dedu-
13 ctum video, cum ipſis non competat † fideicom
miſſaria, ſed tantum rei vendicatio contra poſ-
ſeſſores. l. 2. & l. hæreditatis. C. de petit. hæred. l.
regulariter, cum ſeq. ff. eod. titul. ita Bald. conſil.
84. volum. 1. & conſi. 4. volu. 4. Caſtr. conſil. 94.
ad fi. volum. 2. Aret. conſi. 110. col. pen. Crauet.
conſi. 61. num. 6. Natta conſi. 400. ad fin. nouiſſi
mè Roland. à Valle conſi. 40. num. 10. volu. 3. ac
amplè Rimin. iun. conſi. 23. nume. 43. cum ſeq.
279. cum ſeq. libr. 1.

Tertio, & vltimo, & hic gladius cauſæ radi-
14 cem euellit, Actores ſunt † hæredes ſine benefi-
cio inuentarij illorum patris Petri Franciſci alie
nantis, qui propterea obtinere nequeunt tripli-
ci de cauſa.

Primo, quia ex qua perſona capit lucrũ, eius
factum minimè reprobat. l. ex qua perſona. ff. de
reg. iur.

Secundo, eo quod hæres cenſetur eadem per
ſona cum defuncto. l. cum à matre. C. de rei ven-
ditio.

Tertio, quia quem de euictione tenet actio,
eundem agentem repellit exceptio. l. vendican-
tem. ff. de euict. quibus rationibus certum eſt,
filium quàmuis vocatum in fideicommiſſo, nõ
poſſe auocare rem fideicōmiſſariam alienatam
à patre, cuius eſt hæres, maximè ſine benefici o
* inuentarij, vt admittunt omnes * ex d. l. cum à
matre. C. de rei vendi. poſt Rom. & Alex. Ruin.
conſi. 7. num. 39. volum. 1. & 25. nume. 11. volu.
2. Pariſ. conſil. 34. in fi. volum. 1. Soc. iun. conſil.
107. num. 56. volum. 3. Menoch. conſi. 87. num.
90. 99. volum. 1. Rim. conſil. 23. nume. 34. & ſe-
quen. & 258. admittens hoc dictum præcipue
in hærede immediato, amplè. Roland. à Valle in
tracta. de inuentario in 5. parte in 1. & 3. dubit.
nume. 27. cum ſimilibus, alias in feudo hęredi-
tario accumulatis per me conſil. 2. & 3. & conſi.
49. lib. 1.

Quod vero ſe ipſos hæredes patris abſolute
conſtituerint.

Primo probatur per teſtes Reorum primum
ſecundum tertium quartum quintum ſextum,
& primum modulæ ſecundę ſecundum conclu-
dentes vnanimi voce mortuo Petro Franciſco
alienante, Actores filios, & hæredes diuiſiſſe, &
habuiſſe bona paterna, fructus collegiſſe, ani-
malia, & ſupellectilia ſeparaſſe inter ſe, diſſoluiſ-
ſe debita, & alia feciſſe, quæ citra nomen hære-
dis patris fieri nequeunt. per hos enim actus, vel
15 ſimiles immixtio, ac aditio † hęreditatis proba-
tur, not. omnes in l. gerit. ff. de acquirend. hære-
di. l. 2. vbi Bartol. C. de iur. deliberand. Iaſ. in l.
pro hærede. ff. de acquiren. hæred. Alex. conſil.
126. cum apoſt. volum. 7. Crauet. conſil. 148. nu
me. 10. Gabriel de Bened. in cap. Rainutius. ver-
bo, mortuo Teſtatore. il primo. num. 394. extra
de teſtam. quadraginta modos probandi aditio
nem recenſet Robert. Marant. in repetitione. l.
is poteſt. nu. 50. ad nu. 58. cum ſeq. ff. de acquir.
hæred.

Secundo demonſtratur idem tribus teſtibus
pro actoribus examinatis, deponentibus filios
poſt mortem patris ſoluiſſe debita paterna, ex
qua ſolutione inducitur præciſa hæreditatis adi
tio. d. l. 2. vbi Bart. C. de iur. deliber. & eo magis
16 cum ſint teſtes † aduerſariorum, quibus fides
præſtatur, licèt eſſent de auditu, vel vnicus tan-
tum id deponeret. Soc. iun. conſi. 69. nume. 11.
volum. 1. Cephal. conſil. 65. nume. 55. conſi. 82.
* num. 47. de communi * Ant. Gabriel. com. opi.
de teſtib. concluſ. 1. nume. 64. & etiam ex ſingu-
laribus tantum, cum aditio hæreditatis probe-
tur, ſim. de Pret. conſil. 93. nume. 22. 25. & ſeq.
Dum ergo hæredes patris ſe fecerunt, facto il-
lius, & alienationi minimè contrauenient.

Minus repugnat quod ipſi aſſerunt ſe, vti ma
tris illorum hæredes, omnia feciſſe, & dicta bo-
na poſſediſſe.

Primo, quia ſuperuixit mater ſex annis poſt
mortem patris, vt ex confeſſione actorum con-
ſtat, vnde illius hæredes ſe gerere non potuerũt
17 cum mors † pręcedat hęredem, ex doctr. Bal. in
l. nec nos. C. de poſt.

18 Secundo, id ipſi † debent probare expreſsè, ſe
in quã vti bona matris hipotecata poſſediſſe, cũ
iuris pręſumptione uti paterna credantur deti-
nuiſſe, & poſſediſſe, per ea, quæ in terminis addu
cit Corn. cõſ. 321. uol. 1. Celſ. Hug. cõſ. 22. nu. 8.

Tertio,

aquarum, & illas per alios ſolitas extrahi, quod
palam factum emptoribus ipſi minimè rẽ emiſ-
ſent ex. d. enim dolo in non propalãdo defectũ
aquarum, & terræ Orizariæ, vt ita dicam, vitium
40 teneri † Venditores debet, ex l. 1. §. vbi Vendi-
tor cum gloſ. & Bart. ff. de act. empt. glo. l. aliter.
C. de contra. empt. Iaſ. d. num. 170. Bal. in l. do-
lum. C. de priuil. & cõmod. rei vend. Port. Imo-
lens. conſil. 31. in pri. & num. 6. quod procedit
etiam quòd dixiſſent, ſe pro dictis aquis minimè
teneri voluiſſe, Corn. conſil. 81. nu. 4. vol. 3. & cõ
ſil. 226. in fi. volu. 2. & conſil. 2. volu. 3. Pariſ. vi-
dend. d. conſil. 78. num. 23. volu. 3. Crauet. conſ.
145. num. 22. Tradunt ſcribentes in l. ſi quis cũ
aliter, & in l. ſtipulatio iſto. §. ſi quis dolus. ff. de
verbo. oblig. Venditor enim non aperiens qua-
litatem rei Emptori, eſt in dolo. l. ſi vbi. Bal. C. de
litig. l. 1. §. Venditor. vbi Bart. 2. not. ff. de act.
empt.

Ex quibus ſimul collectis, dubio procul vidẽ
tur Venditores cogendi reſarcire Emptoribus
intereſſe, & damna non ſolum paſſa ob fructus
amiſſos, ſed rurſus pro integro precio, ſi pro ni
hilo dictã rẽ emiſſent, vel ſaltẽ quãti minoris ſine
aqua, & cõtẽtis in pactis Orizariã acquiſiuiſſent.

Nec obſtant quę ex aduerſo adduci audio.

Primo, quòd vbi non eſt adhuc euicta res, de
41 † euictione, & ad intereſſe non agatur. l. euictæ.
in primo. vbi glo. ff. de euict. cum. vulg. per Bald.
conſil. 3. & 23. volum. primo. Marc. deciſ. delfin.
584. prima parte. Cabal. de euict. §. 5. num. 86. nã
que hic non agitur de euictione, ſed tantum pe-
titur, vt res libera ſicut promiſſa tradatur, & ita
agi poteſt, ac excipi de dolo, ſi per Venditorem
agatur ad precium. gl. in l. ex prædijs. C. de euict.
Bal. in l. qui rem. C. eod. titul. Alex. conſil. 67. vo-
lu. 3. Dec. conſil. 483. num. 18. Rurſus agi, & ex-
cipi, vt tãto minoris precium rei emptæ æſtime-
tur quãto minoris valeret, ſi Orizaria empta, di
ctum ius aquarum & aquæductus non haberet,
ad not. in l. 1. §. ſi hæres, vbi Ripa. nu. 31. & ſeq.
ff. ad Trebel. ſequitur in ꝓpoſito Octa. Cacher.
deciſ. 24. num. 4. & 5.

Secundum tollitur, quòd facto, & culpa Em-
ptorum proceſſerint impedimenta aquarum, ag
gerum deuaſtatio, ac ſimilia, dum voluerunt vti
dicta aqua, & aquæductu non pro Orizaria Bot
tazzarię tñ iuxta ſolitũ, & ꝓmiſſa, ſed ꝓ Oriza-
ria ĩferiori dicta Emptoris nuncupata i Boſchi.

Etenim, quòd emptores id vnquàm fecerint,
nullibi conſtat, qu.nimo ſtatim inſtrõ emptio-
nis celebrato ſub die. xvi. Martij. 1571. dum ad
huc Orizariã foderet, Dominus Franciſcus Bot-
tazzarius Venditor die. vij. Aprilis. 1571. ſic ante
traditionem rei venditæ, aquæ ex cõſtructione
dicti aggeris vulgo nũcupati, Stupæ dicti Guer-
rerij, impeditæ, & ablatæ fuerũt, quod dignoſci
tur ex dicto teſtium actoris, videlicet primi in or
dine ſuper interrogatorijs. tertij in ordine ſuper
interrogatorijs. numero 58. in fin. quibus in
42 hoc † plena eſt adhibenda contra producentẽ
fides, etiam quod vnicus eſſet. Socin. Iun. conſil.
69. num. 11. vol. 1. Gabriel. com. concluſ. de teſt.
concluſ. prima. num. 14. Ceſal. conſil. 65. nu. 55.
& conſil. 82. num. 47. Idemque cõſtat per teſtes
reorum approbatos ab Actoribus deponentes
ſolitũ aggerem in flumine, ſeu cluſam factã fuiſ-
ſe per Bottazzarium, paulo ante venditionẽ, &
eodem tempore Bottazzarium cœpiſſe fodere,
quando aquæ fuerunt ablatæ. Vnde cum tem-
pore, quo adhuc fodiebat Orizariam, fuerunt ꝑ
Illuſtrem Dominum Tullum impeditæ, vt dicũt
tres teſtes Actorum, & tres Reorum, & quartus.
num. 23. ſequitur aquas poſt venditionem nun-
quàm Emptoribus fuiſſe traditas.

Secundo conceditur abſolutè id fieri potuiſ-
ſe ſtante cõuentione, & pacto. voluit enim aquę
ductum conſtructum ſuper terreno Equitis Fo-
lenghi, & illius poſſeſſionem, & conſeruationẽ
aggerum liberam pro aqua cõducenda ad infe-
riora eiuſdem loca, & ſi hoc conuentum fuit,
imputandum Bottazzario venditori, qui ad id
ſe aſtrinxit; quælibet enim pacta per Vendito-
rem apponi in venditione poſſunt, ac per eum
ſeruãda ſunt. l. pacta ſeruabo. ff. de pact. l. legem.
C. de pact. Soci. conſ. 75. in pri. vol. 4. quæ etiam
ad præiudicium creditorum ſubſiſtunt. Negus.
de pign. 4. part. num. 52. cum ſeq.

Tertio, minus obeſt, quod opponebatur em-
ptorem virtute cuiuſdam concordij initi inter
eum, & Illuſtrem Dominum Tullum, & conſor
tes obtinuiſſe aquas ꝓ dicta terra Bottazzariæ.

Reſpõdetur enim primo cõcordiũ, & ſnĩam
Senatus non ꝑſtare facultatẽ liberã extrahendi
aquã pro Orizarię Bottazzariæ irrigatione, nec
conſeruationẽ dicti aquæductus, ſe tñ ius ad li-
bitum extrahẽdi illas cõceditur Illuſtri Domino
Guerrerio, & conſortibus, nõ ergo iuxta ꝓmiſ-
ſa, & conuenta emptores liberã aquarum facul-
tatem obtinuerunt, maximè extrahẽdi illas ſine
aliorum impedimento per loca ſolita, vt tradit
Bart. in d. l. 2. in pri. ff. de act. empt.

Secundo, res eſt in ter alios acta, quæ Bottaz
zario nec ꝓdeſt, nec nocet, cuius iura in ſnĩa Se
natus ſunt reſeruata, & q̃ deducere, & oſtẽdere
dẽt, ne videatur alienũ vẽdidiſſe, Iaſ. in d. §. actio-
num. nu. 173. Inſti. de act. & cum in actis pñtis
cauſæ non ſint productæ dictę conuentiones, &
ſententia, partiq; decreta copia fundari ſuper il
lis nequit. Bart. in tract. ad reprim. verbo de pla-
no, ſequitur Natta in clemen. ſæpè. §. non ſic ta-
men de uerb. ſign. Hip. Sing. 81. Iaſ. in l. properã
dum. §. ſin autem. in fi. ff. de iud. Neuizan. con-
ſilio 37. numero 26.

Tertio, conſequuti ſunt Emptores aquas me-
dio trãſactionis, & ſnĩę Senatus ampliſſimi, ab Il
luſtri Dño Tullo, & alijs uti Dominis ueris, non
ſolum pro Bottazzaria, uerũ quoq; ꝓ cęteris Ori
zarijs, cũ grauaminibus tamen, pactis, forma, cõ
ditionibus, ac per diuerſa loca, ut in concordio

continetur. Ideo licet de euictione non agatur, quia res non obeſt, vti non euicta, agitur tamen exempto ad precium contra Venditores, per tex. in l. ſi vendideris, vbi Bal. appellat banc tacitam euictionem. ff. de euict. l. ſi ei. §. primo. ff. eod. Cumanus. conſilio. 33. in pri. Caballin. de euict. §. 5. num. 53. Quandoque enim puta ſi facta denunciatione omnino Venditor ſuccubuiſſet, emptor agnoſcit erga petentes rem ſibi venditam bonam fidem, & nihilominus de euictione agit, Imol. & Canon. in c. ſi Venditor, de empt. & vend. Afflict. deciſ. 49. nu. 3. vbi. amplè Vrſilus cæteros ex*communi allegat, & moder. Pariſ. ad Deci. conſil. 74. nume. primo. Et in propoſito noſtro uidetur caſus in l. Iulianus. §. ſi fundum. vbi Caſtr. Iaſ. & Salic. ff. de act. empt. nam ſi Titius mihi Sempronii fundum vendat, à quo Sempronio illum demnm acquiram, nihilominus Titius remanet ad tradendum obligatus, nec ſolum ad præcii reſtitutionem, ſed ad intereſſe, ſi non tradatur, vel ob id ego damnum patiar. Azo. de act. empt. verſic. item tenetur: licet enim Emptori quærere traditionem ab alia ſibi fieri rei alienæ ipſi venditæ, Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi ante. in fi. ff. de legat. primo. Neuizan. conſi. 37. in pri.

Nec quarto, vltimoque loco refragātur dicta teſtium actorum, ſuper quorum atteſtationibus vim fieri intelligo, dum probare contendunt, quòd Domini Emptores aquam promiſſam habuerunt, vel ſaltem habere potuerunt: pro reſponſione enim conſidero, in primis per alios teſtes Reorum, qui longè numero, & authoritate cæteris præſtant, conſtare nec aquam iuxta ſolitum potuiſſe baberi, nec colligi fructus aliquos, quibus in hoc magis credendum eſt, quàm paucioribus ad regulam. l. ob carnem. §. ſi teſtes. ff. de teſt. Gabriel. de teſte concluſ. 4. numero. 50. ſecundario reſpondeo teſtes contrarios multas pati exceptiones, quas ſigillatim recenſebo, vt facilior omnium reſolutio fiat.

Primus enim Pirinus nuncupatus non deponit de traditione aquarum, vel vſu poſt contractum, ſed tantum de extractione illarum ſub anno 1570. & per mēſes decemocto ante tempus ſuæ depoſitiones, igitur nihil probat. glo. in l. ob carnem. §. fi. ff. de teſt. Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. Innocent. in c. qualiter, & quando. il. 2. de accuſ. Crotus de teſtib. parte. 7. nume. 135. & 138. & Camp. regul. 228. cū. ſeq. & neceſſe eſt, vt de tempore deponat. Bal. in l. edicto. C. de edict. diui Adr. & in ca. bonę de elect. Port. conſilio 96. numero 40.

Secundo, licet dicat vidiſſe aquas extrahi è flumine Tartarelli, non tamen quantitatem exprimit, omniaq; circa poſſeſſionem Orizarię de auditu ab alijs deponit, vt modica iſti adhibeatur fides. ca. præterea. ca. frens. de teſtibus. l. in ſumma. ff. de aqua pluui. regulas ponunt Campeg. de teſt. 206. & ſe. & curt. concluſ. 31. 51. 68.

Tertio, ſibi ipſi contrariatur, dum. nu. 5. vult potuiſſe agētes emptorū habere aquas pro Orizaria Bottazzariæ, mō, & forma, vt extrahebat Venditor, & ex illis irrigare inferius. demū ait impedimentum, & aggerem in dicto flumine cōſtructum fuiſſe, quo diſcurſus aquarū impediebatur. ſubdit, ètiam ſi non in totū, in bona tamē parte emptores vti potuiſſe aquis, q̄ (vt ait) ſcappauano dal fiume: & inferius concludit grandē partem dictarum aquarum ad loca vicinorū diſcurriſſe. itaque manifeſtè ſibi contrariatur, & ſatis ſe innoluit, vt parum eidē tanq̄ cōtrario, vario, & obſcuro ſit credendum. Bar. in l. eos. ff. de Falſ. Ioan. And. in c. præterea. de teſtib. Alberi. tract. de teſtib. in 4. parte col. 4. poſt Bald. in l. de quibus. ff. de legibus.

Quarto, ait potuiſſe emptores habere aquas, ſi illas retinuſſent, qnod tamen mandato Principis prohibebatur, ut ſuperius deduxi, ideo culpa emptorum probata nō dicitur, cum Principi nō obedire nefas ſit, ſacrilegium cōmittat, ac morte moriatur qui non obedierit, cap. 14. regum. c. 2. de maior. & obed. Poteſt namque Princeps in iſtis fluminibus interdicere, ac prohibere vſum aquæ, & nauigationis. Cardin. conſ. 38. not. Bōſ. tit. de aquis, & flumin. in pri. num. 4.

Quinto, falſum deponit, affirmans emptores dictas aquas cōduxiſſe ad Orizariam inferiorē nemorum, tum quia cæteris omnib. cōtrarius exiſtit, & præcipuè vltimo teſti actorum, & aliorum rei conuenti ſuper prima parte examinatorum, tum quòd aquæ non potuerunt per dictū aque ductū poſt impedimentū deſcendere inferius ob recluſionē, & obturationē aquæductus, de qua in literis Domini Vicarijs in actis pagi. 20. ac rurſus p incíſionē aggerū dicti aq̄ductus ꝓbata p vltimū teſtē actores, ac cæteros reorū, videlicet, Primum, tertium, & quartū ſub ſigno literæ. B. vti ergo falſa deponenti non creditur. Arc. Abb. & Butr. in c. cum tu de teſtib. Bart. in l. de ætate. ff. de minor. glo. & Doctores in c. in noſtra de teſtib. cū vulg. not. in. l. eos. ff. de ſalſ.

Capio ſecundum teſtem Antonium, qui primo de poſſeſſione. traditione, vel vſu aquæ poſt cōtractū nihil concludit, vt ex illius depoſitione colligit: potuit ergo tradi, Orizaria fodi, & herbis mundari, non tamen vſus aquæ. l. non hoc. C. vnde legit.

Secundo, ait agētes Stoppę extraxiſſe aquam è flumine Tartarelli, prout Bottazzarius extrahebat, quā conduxerunt, vt vidit, inferius ad cōmodum Orizariæ nemorum, & quæ (vt credit) pro irriganda Bottazzaria ſufficiens erat: iſtius ergo de credulitate dictum minimè nocet Bald. in l. teſtium, vbi cæter. C. de teſtib. & in l. 1. ff. de ventr. inſpi. Butr. in cap. quotiens de teſtibus.

Tertio, ſe ipſum mendacem, & falſum conuincit. nam adducit rationem, quia & ipſe vti agens Brixelli dictis aquis eſt vſus pro irriganda illius Orizaria, quæ eſt ſuperior mil-

le paſſus altera emptorum nuncupata li Boſchi, ad quam tantũ deponit fuiſſe conductas aquas. vel ergo falſum eſt, quòd aquæ deſcenderint inferius, cum ipſe illis gaudere nequeat, vel quòd in loco Bottazzariæ illas non retinuerit, cuius aquæ reliquijs, vel ſcolaticijs (vt aiunt) ipſe Brixellus potuiſſet vti, nulla igitur fides huic eſt adhibenda. d. l. eos. ff. de falſ. cum ſimil.

Quarto, in eodem, ferè loco num. 12. in fi. deponit agentes Stoppæ ſine impedimẽto aliquo potuiſſe extrahere aquas ex Tartarelli flumine, ſtatimque ſubiungit in dicto flumine Tartarelli fuiſſe conſtructam cluſam, quę aquarum curſum impediebat, & propter quam aquæ ad loca aliorum vicinorum deſcenderunt, quomodo ergo hæc ſimul concordari, ſaluari, & intelligi debeant certè non video, pręcipue, quòd ſubiungat ſaltem in parte aquas deſcendiſſe non obſtante impedimento, ergo non integrè, vt ſuperius dixerat, nec omnes, ac ſine impedimento diſcurrerunt per loca ſolita, impoſſibile enim eſt hæc omnia concurrere, & ideo nequaquàm teſti credendum. Innocent. in c. præterea de teſtibus. Spec. tit. de teſt. ver. Item quod eſt varius, & ver. item quod aliquis.

Quinto audiuit à Iulio Sauina herbas Orizariæ, Bottazzariæ fuiſſe inciſas anno. 1571. per quoſdam Veronenſes, & alios, vtrunque tamen falſum eſt, quia nec id potuit audire à Sauina teſte, qui prima vice interrogatus declarat nihil fuiſſe perceptum ex dicta Orizaria Bottazzarij, arg. not. per Crau. conſi. 13. nu. 6. Rurſuſque certum ſit nihil ex illa vere extractum fuiſſe, nec aliquas herbas fuiſſe inciſas, vt cæteri teſtes reorum declarant.

Sexto, neſcit num ob defectum aquarum reditum Orizaria Bottazzarię nõ pręſtiterit, & credit, qđ ſi fuiſſet culturæ tradita, aliquid emptores percepiſſent; nil ergo concludit ob credulitatem, & incertitudinem depoſitionis. l. teſtium. C. de teſtibus. l. 2. §. idem labeo, vbi Bart. & gl. ff. aqua pluui. arcend. deponenti enim dubitatiuè non creditur. Craue. conſ. 6. nu. 123.

Septimo, deponit potuiſſe emptores habere aquas, non obſtante impedimento Illuſtris Domini Tulli, quæ multum vtilitatis attuliſſent, qđ veriſimile non eſt, minus poſſibile, nam ſi abſq; alia cluſa non poterat extrahi aqua, neque irrigari Bottazzaria, niſi per conſtructionem noui aggeris, vel cluſæ in dicto flumine, vt ſuperius deductum fuit, & teſtes omnes concludunt, maximè Ioannes, & Franciſcus ſuper ſecunda modula, quomodo ſi adeſt alia ſuperior, aquas pro maiori parte recludens, vt ipſimet teſtes admittunt, nec poteſt fieri aliqua cluſa ex Principis mandato, ſuperabundabit, vel colligi poterit tanta copia aquæ, quæ ſufficiat pro irrigatione Bottazzariæ, & certè ignoro quomodo iſtis teſtibus ſimilia minus vera, & poſſibilia deponentibus, credi valeat. l. 3. §. ſi teſtes. ff. de teſtib. l. nupturam, in fi. ff. de iur. dot. l. fi. ff. quod met. cau. quin potius contra eos ſuſpicio falſitatis adſit. Abb. in c. 42. veriſimile ad fin. de teſtibus. Pariſ. conſi. 83. num. 24. vol. 1. multa in ſimili per Crauet. conſi. 249. nu. 4. & 7. & conſil. 115. num. 12. conſi. 28. in prima.

Tertius teſtis Franciſcus nomine nihil ſcit de traditione, & poſſeſſione Orizariæ, & aquæ.

Secundo, credit Dominum Aloiſium potuiſſe habere aquas, vel in magna, vel in modica quantitate, ſic nihil certi concludit, vt ſupra.

Tertio, examinatus alibi pro reis ſuper interrogatorijs partis deponit, ſine obturatione fluminis non poſſe Bottazzariam irrigari ad placitum emptoris, licet adeſſet impedimentum ſuperius, & prohibitio Principis, & legis conſtruẽdi aliàs in flumine, ideo vti contrario non datur fides. l. qui varia. ff. de teſt. mod. in capit. per tuas de probatio. Crot. de teſt. maxima parte. nume. 143. & 164. præter quòd ex hac ſecunda depoſitione non videtur plenè ſcire factum, de quo primo loco depoſuerat, quòd teſtis dictum deſtruit Aret. conſi. 64. colum. 2. Crauet. conſil. 249. num. 4.

Quarto affirmat aquas diſcurriſſe ad Orizariam nemoris, poſt obturationem fluminis, quod nec eſt veriſimile, nec poſſibile, vt concluſum fuit, & credit, quòd emptores ſi dictas aquas cõduxiſſent, habuiſſent reditum multum, vel modicum, quibus verbis nihil certi concluditur, vt hæc incertitudo vitiet depoſitionem, prout petitio ſimilis in libello vitiaret Bald. in l. ſi in rem. ff. de rei vend. & in l. 2. ff. de duob. reis.

Blaſij vero quarti atteſtatio eoſdem ferè defectus patitur.

Primo dicit, herbas fuiſſe inciſas ex auditu Iulij Sauinæ, qui totum contrarium in ſua prima depoſitione firmat.

Secundo cęteris cõtrariatur, dum ait emptores collegiſſe aquas vicinorũ in quadam fouea, quæ itaque non venerunt ex flumine Tartarelli, vti alij concludunt. & ſubdit teſtis non potuiſſe amplius conducere aquas ad Orizariam nemorum, quia ipſe ex mandato Equitis Folenghi incidit dictæ foueæ aggeres, propter quod aquæ aliunde diſcurrerunt, & ſuper dicti Equitis Orizaria. hic ergo teſtis valde in fauorem reorum ſeruit, cum inciſionem aggeris deponat, quem tamen venditores conſeruare integrum tenebãtur, obturationem illius vidiſſe, vt aquæ inferius non deſcenderent, ac impedimentum fuiſſe poſitum in Tartarelli flumine, propter quod aquę iuxta ſolitum emiſſæ non ſunt inferius, cui teſti partis contrariæ, etiam unico, credi dixerunt Soc. iun. conſil. 69. nume. 15. uol. 1. & alij ſupra allegati.

Vt merito concludi oporteat, dictos emptores iuſticiam fouere.

Franciſcus Burſatus. I. C. Mantuanus.

PRO

PRO NOBILI DOMINO TIBERIO Cadamuſto ex Luzzaria.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum quomodo deducatur, tollatur, & renuntiatum credatur.

Hæres ſine beneficio, quando in eo ſibi præiudicet.

Diuiſio quando iudicat fideicommiſſi renuntiationem.

Aditio hæreditatis quibus demonſtretur, & cuius perſonæ in dubio credatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum odioſum eſt, nec præſumitur.*

2 *Subſtitutio, ſi ſine filijs, euaneſcit mortuo grauato cum filio.*

3 *Filij in conditione tantum poſiti, non cenſentur*
* *grauati, excommuni.* *

4 *Fideicommiſſum nõ inducit inter non vocatos.*

5 *Prohibitio alienandi non inducit fideicommiſſum ſimplex in caſum mortis, ſed alienationis tantum, cum cauſa adiecta prohibitionem va*
** *lidat, excommuniori.* **

6 *Cauſa etiam per verba diſpoſitiua ſubſequens prohibitionem alienandi ſimplicem, non inducit fideicommiſſum, niſi in caſum contrauen-*
** *tionis, excommuniori.* **

7 *Dictio, prædictos, eſt reſtrictiua ad nominatos.*

8 *Clauſula, vt ſupra, præcedentium repetitiua.*

9 *Fideicommiſſum reſtringitur ad formam inſtitutionis.*

10 *Ratio conſeruandi bona in ſuos, non inducit fideicommiſſum ſimplex, vbi reſtringitur ad nominatos.*

11 *Renuntiari poteſt fideicommiſſo.*

12 *Fideicommiſſum renuntiatum creditur, vbi partibus datur libera facultas alienandi, excom-*
* *muni.* *

13 *Fideicommiſſaria non competit aduerſus tertios poſſeſſores, ſed rei vendicatio, in qua neceſſè eſt probare, quòd bona erant in dominio teſtantis.*

14 *Hæres ſine beneficio inuentarij alienantis fideicommiſſum, non recuperat alienata, excom-*
* *muni.* *

15 *Hæreditatis aditio quibus actibus probetur.*

16 *Teſti vnico partis aduerſæ creditur.*

17 *Mors præcedit hæredem.*

18 *Filius poſſidens bona paterna, ſi uelit dicere ſe vti matris hæredem, cui ſunt hipothecata poſſediſſe, probet.*

19 *Hæreditatis immixtionem factam diuerſo iure, & titulo, probari poteſt.*

20 *Aditio hæreditatis in veritate nititur.*

21 *Euictione ſequuta contra authorem, pro conſeruatione indemnitatis agitur.*

CONSLIVM CXCV.

TRINITAS ADSIT.

Conſideratis uerbis teſtamẽti Domini Leonardi Philippæ, diſcuſſoque longo proceſſo actitato per Fabricinm, Baltaſſarem, Sebaſtianum, & Hieronymum filios quondam Domini Petri Franſciſci filij Domini Leonardi actores, & fratres in cauſa, contra Magnificum Dominum Lazarinum Borteſium, Dominum Carolum Scenicum, Dominum Claudium de Ferrarijs, & alios illorum authores, & litis conſortes, utique in gratiam Reorum iudicandum triplici de cauſa principaliter cenſeo.

Primo, quia nullum adſit fideicommiſſum.

Secundo, eo quòd non probauerint incumbentia agentis, & illis remiſſio paterna fideicommiſſi obſtet.

Tertio, quia Actores ſe hæredes patris alienantis fecerint, ſine beneficio inuentarij. Et diſſerendo circa ſingula, abſoluentur conuenti.

Primo, quia nullum fideicommiſſum in perſonis agentium adeſt, non enim ipſi ſunt uocati expreſsè, nec in prima ſubſtitutione, nec in prohibitione alienationis, ſed tantum fratres, nempe filij, & hæredes Teſtatoris ſunt inuicem ſubſtituti, unoque caſu ſolum uocati uidentur Actores, ſeu nepotes Teſtantis, ſi decederet inquàm ante mortem Teſtatoris unus ex hæredibus inſtitutis, qui non euenit, itaque ſi non ſunt Actores uocati, nec admitti ad fideicommiſſum
1 ualent, cum † fideicommiſſum odioſum ſit, onuſque afferat, nec præſumatur, extendaturuè. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. l. fi. C. com. de fideicom. Dec. conſi. 336. in fin. Craue. conſi. 180. in fi. Soc. iun. conſi. 185. nume. 9. uol. 2. Aleiat. conſil. 483. in fin. cum mille ſimil. fit enim interpretatio fideicommiſſum non eſſe, Natta conſi. 200. in fin. Rim. iun. conſi. 80. nume. 11. & 12. & dixi aliàs ſæpè, Menoch. conſil. 85. nume. 50. Et quia, quatenus uocati, cum de-
2 ceſſerit pater cum filijs, † ſubſtitutio euanuit, Socin. iun. conſi. 75. nu. 26. uol. 3.

3 Secundo, ſunt tantum in † conditione poſiti, ibi, & ipſos fratres, ſeu eorum quemlibet quandocunque decedentes ſine filiis legitimis, & naturalibus maſculis, ad inuicem ſubſtituit, ſic

non

ſeu quãto minoris rem empturus fuiſſet Stoppa
(quod in idem ſecundum aliquos reſidet.l.inter
hæc verba, vbi Alci.ff.de verbo.ſignifi.) per actio
nem ciuilem quanto minoris emptorem reſarci
re, vel per exceptionem contra venditorem pre
cium petentem ſibi conſulere, quando rem nõ
ita qualificatam cum aquis, via, & fouea, nec in
* ſtatu quo ꝓmiſſa eſt, tradiderit.l.Iulianus in pri.
vbi Gloſ.Bart. Caſtr. & communiter * cæter.ff.
de edilit.edict.l.cum venderes. ff. de contra.em-
pt.l.domum. ff. de contr.empt.Bal. in.l.2.qõ. 2.
C.de reſcind.vend. Alciat.in l.qui vti. ff. de ver-
bo.ſignif.& communẽ diſtinctionem appellat
Ioan.Criſp.in termi.act.verbo. actio quantimi-
noris.nume.16.& 177.& quod agendo, & exci
piendo ſit emptori conſultum perpetuo, licet ab
initio rem ſimpliciter accepiſſet, ſi demũ in bo-
nitate promiſſa non tradatur, ponit amplè ex cõ
* muni.* Pariſ. conſil.78.volu.3.& dicunt Docto-
res, quod ſi emptor non fuiſſet empturus, vt in
caſu noſtro, & ſic nihil emiſſet, ſi vitium defectus
31 aquæ ſciuiſſet, ad id totum † hæc actio detur, vt
in propoſito not.Criſp.d.nume.177.poſt Iaſ.in
ſtit.de actio. & Salic.in d.l. Iulianus, quem citat
Neuiza.conſil.37.nume.5.& 7. Quinimmo cum
venditores haud ignorauerint, ſe nõ habere ius
retinendi dictum aggeren in flumine Tartarel-
li, ſeu ius ex illo extrahendi aquam pro irrigan-
dis terris venditis, vt fatentur in reſponſione ad
poſitiones car.43.& probatur ex ſentẽtia Magi-
ſtratus non ſolum dicta actione quantiminoris
eſſet empturus, ſunt obligati precium diminue-
re, & totum ſi nihilo emiſſet, ex doct.Iaſ.in l.ſi ſic
§.ſi mihi.num.22.ff.de leg.pri.ſed vlterius tenen
tur quanti intereſt, interfuitque emptoribus rẽ
non fuiſſet traditam ſicuti venditam, ac damnũ
pro irrigatione non ſequuta paſſum emptori-
bus reſarcire per d.l.Iulianus.vbi Caſtr. num. 3.
ſubdens ex illo text. num. 5. in vlt. notabili, &
Bart.numero 6.venditores dicta actione quanti
minoris teneri rurſus erga emptores, licet ven-
ditores vitium, vel rei venditę incõmodum, de
fectum, vel ſeruitutem ignoraſſent, cum aſſeuera
uerint in inſtrumento illam liberam, & cum cõ
modo aquarum tradere. Hæc enim aſſertio te-
32 meraria eſt, quæ venditori tantum † imputatur
Azo.in ſumma de act.empt.verſi.ſi autem igno-
rauit.Corn.conſil.2.in prin.vol.3.Caſtr. in l.Iu-
lianus ad fin.ff.de act.empt.& eo magis ſcienti-
bus ſe nõ poſſidere tantum, vt hic, qui ideo obli
gati ſunt, eſto quod emptor melius ſe non infor
mauerit.Caſtr.in l.quæro.ff.de act.empt.Alexã.
conſil.14.num.5.vol.5.agit enim emptor cõtra
venditorem, † vt res libera tradatur.l.ex prędiis.
l.ſi prædium.C.de euict.Aret.conſilio 105.Al-
ciat.in l.non tantum.ff.de verbo.ſignifi.Nec tra
dendo poſſeſſionem vacuam liberatur vẽditor,
niſi vt libera ab omni ſeruitute & incommodo
detur.Quando verbum libera, vt in præſenti, ad
ditum in venditione fuit, not.Bart.in l.2.§.1.ff.
de act.empt.Bal.in l.ſi plures. 2. & 3. colum.C.
de cond.inſert.Iaſ.inſtit.de act.§.actionum.nu.
mero 157.cum ſimil.per Bero.conſi.158.num.
15.20.& 22.volum.1.& Caballin.tract.de euict.
§.5.num.70.cum ſeq.Neuiza.conſil.37.num.2.
& ſequ.& 3.Ex quo igitur Bottazzarii ſciebant
res venditas ex eorum proprio iure nõ habere
aquam, nec uiam, & riuulos, quæ tamen omnia
promiſerunt libera emptoribus, teneri debent,
quanto minoris empturi fuiſſent Stoppæ dictã
Orizariam, vel ad nihilum, ſi nihilo dictas terras
emiſſent, per dicta ſuperius, & Negus. de pign.
5. parte princip. primo membro. numero 36.
34 circa quod damnum in litem † iuramento ſtari
oportet, etiam quod venditores nõ eſſent dolo-
ſi, per Caſtrenſ.in d.l.Iulianus.numero 3.ver ſic.
Interdum not.Plot.in l.ſi quando.numero 667.
C.vnde ui.

Quod vero Bottazzarii non tradiderint, nec
tradere potuerint ius, & facultatem liberam ex
trahendi aquas ex flumine, & illas conducendi
per riuulum conſtructum, iuxta Tartarellũ, qui-
nimmo ſuper vtroque emptores fuerint impe-
diti, demonſtratur.

Primo ex eorundem reſponſione ad poſitio
nes eorum pagi.43. dum fatentur ſciuiſſe non
habere ius nec auctoritatem retinendi aggerem
in flumine, ad effectum irrigandi terras, non er-
go tradiderunt hoc ius, ſeu facultatem liberam,
iuxta promiſſa, cum extractio fieri nequeat, niſi
mediante dicto aggere, vt omnes teſtes conclu
dũt, & nemo det, quod nõ habeat.l.nemo. ff. de
reg.iur.

Secundo, ex proteſtationibus trãſmiſsis Bot
tazzariis, tam circa extractionem aquæ, quã di-
ſcurſum illius, per dictum aquęductum, de qui-
bus in proceſſu pag.21. Quibus video tãtum re
ſponſum, quod non deficiat in ſuo ſalutari, & ta
men ipſe facultatem liberam extrahendi, trade-
re, cõſeruare, & manutenere tenebatur, vt docet
inſtrumentum, quod minimè factum fuit, nec
penè curatum, quod fieret: teneri ergo debet.l.
1.ff.de act.empt.

Tertio expreſſius manifeſtatum redditur ex
litteris Vicari Pauleti in actis.car.20. qui atteſta-
tur ad inſtantiã Eqtis Folẽghi, & Bottazzarii ob
turaſſe aq̃ductus, & riuulũ, de quo ĩ dicto inſtru-
mẽto, cõſtructũ ſup terreno Eqtis Folẽghi, & ꝓ
miſerat Bottazzarius manutenere illũ appertũ,
& ſine impedimento, vt aqua poſſit diſcurrere
ad partes inferiores, & Orizariam Emptorum
nominatam li Boſchi.

Quarto, demõſtrãt lis, capitula, & ſcripturæ Il
luſtris Dñi Tulli Guerrerii, & Dñi Gazini, de q̃b.
in actis ſcẽdi ꝓceſſus pag.46.& ſe ſine dicto ag
gere in flumine poſito, Orizarias nõ poſſe irriga
ri. quod rurſus cõcludunt teſtes reorũ ſup ſecun
da modula examinati, aquæductum illum non
poſſe ibidem retineri, nec tandem aquas libe-
rè ex dicto flumine extrahi, pro irriganda

Tertio, teſtes concludunt ipſos ſe conſtituiſ-
ſe patris hæredes, nec loquuntur de matre, ſic il
lorum probationi ſtandum eſt, cum includant
ſolutionem debitorum patris, non autem ma-
tris.

19 Quarto, licet immixtio, & poſſeſſio † hæredi-
tatis poſſit diuerſimodè fieri, & quandoque pro
betur per immiſcentes, ſe alio iure, & titulo,
quàm hæreditario poſſediſſe, Crauet. conſil. 33.
num. 11. cum ſeq. Corn. conſi. 14. volum. 5. Ve-
runtamen hoc in ſolutione æris alieni paterni
admitti nequit, cum hæc debita niſi vt hæredes
patris exolui debeant, nec poſſunt Actores alle-
gare, nec allegant id, ſe alio titulo, quàm pater-
no hæreditario egiſſe.

Quinto, computo dotis maternæ inito cum
valore bonorum hæreditatis patris, quia hære-
ditas tranſcendit vltra mille aureos, vt conclu-
dunt vltimi teſtes, negari minimè poteſt, quin
(conceſſo rurſus, quòd matris ſe feciſſent hære-
des) ſimiliter & patris bona poſſederint, & poſ-
ſidendo ſe illius hæredes fecerint, vt ſupra, cum
20 in † aditione hereditatis veritatis attendatur, &
pro illa parte, pro qua vnius hæres eſſe poteſt, pro
illa inducatur aditio, ita Dec. conſ. 14. per totū.
Omni itaque iure Actores tanquàm heredes pa
tris aduerſus alienationem patris venire ne-
queunt, & excludi à petitis debent. Qui cum
non poſſint obtinere, fruſtra diſſerendum eſt,
quòd in caſu victoriæ Domini de Cadamuſtis
comparentis in cauſa, ab illorum authoribus,
vt iuris eſt, indemnis conſeruari debeat, & vni-
ca ſententia, ſtante reſcripto, & iuribus dedu-
21 ctis, ac promiſſione de † euictione in forma, quæ
operatur, vt re euicta contra venditores agatur,
& conſeruatio indemnitatis obtineatur. leg. eui-
cta re. l. venditor. ff. de euict. Cabal. de euict. §. 5.
in pri. cum ſimul. Et ita in fauorem Rei iudica-
tum extitit anno. 1574.

Franc. Burſ. I.C. Mantuanus.

PRO DOMINO MOYSE ET Fratribus de Piſanis hebræis.

ARGVMENTVM.

Hæbrei fœneratores quando teneantur pro pignoris miſſione vel deuaſtatione, & caſu.
Et quomodo pro culpa ipſorum obligati ſint. & de interitu rerum ſubpignoratarum: Oblatio quomodo fiat legitime.

SVMMARIVM.

1 *Hebræus mutuans ſub pignore gratia vtriuſque contrahentis non tenetur niſi de dolo & culpa leui.*
2 *Diligentiā in pignore adhibens, quā quis in propris adhibet, non tenetur de deterioratione.*
3 *Creditor pignus recuperant, tenetur probare de dolo vel culpa debitoris, ſi pretio oblato, illud eo modo quo erat, conſequi intelligit, ex communi.*
4 *Debitori ſufficit amiſſionem vel deteriorationem pignoris oſtendere, ex communi.*
5 *Culpa per allegantem eſt in ſpecie probanda.*
6 *Teſtibus contrarijs, non creditur.*
7 *Culpa leuis in omittendo & committendo, & leuiſſima quæ dicatur.*
8 *Fœnerator qui res pignoratas minus diligenter cuſtodit, dicitur in leui culpa.*
9 *Hæbreus circa pignora faciens quod diligens facit, & omittens quod diligentiſſimus feciſſet excuſatur.*
10 *Lumen velatum vel non velatum, deferens, iuxta ſolitum, excuſatur, licet ſequatur incendium.*
11 *Pignora reponens in locis conſuetis, non tenetur de caſu fortuito.*
12 *Actio non datur aliqua, non implenti prius ex eius parte.*
13 *Implementum non fit inchoato iudicio.*
14 *Mora operatur, vt is qui aliter tenebatur de leui, teneatur tantum de leuiſſima, ex communi.*
15 *Mora prima, maior vltima.*
16 *Periculum rei interitus, ad dominum rei ſpectat, non poſſeſſorem.*
17 *Dolus nec culpa præſumitur.*
18 *Culpa leuis ex dicto teſtis non infertur, niſi dicatur.*
19 *Leuiſſima culpa incurritur, ex optima diligentia non adhibita.*
20 *Teſtibus pluribus, creditur.*
21 *Teſtes à parte producti probant contra illam.*
22 *Creditur & hæbreus pignora non vt in arte periti cuſtodiunt.*
23 *Culpa ordinata ad caſum, nocet.*
24 *Hæbreus tantum de leui, pro pignore tenetur.*
25 *Creditor tenetur pro modica pignoris impenſa, non pro magna*
26 *Debitor pignus redimens, tenetur ad ſortem & vſuras ſi creditor non fuit in culpa.*
27 *Oblatio pecuniarum, quomodo legitime fiat, & num. ſeq.*
28 *Acceptatione oblatio reſoluitur.*
29 *Culpoſus non tenetur, niſi quatenus culpa extēditur, & pro dāno occurſo ex culpa immediate.*

CON-

CONSILIVM CXCVI.

TRINITAS ADSIT.

PRO Domini Moyſis numularij
victoria conſiderabantur.
Primo, qđ Hebræus fœnera
1 tor pecunias ſub † pignore mo
bilium mutuans, gratia vtriuſq;
videlicet ſuimet, & dantis pi-
nuš cõtrahit, nec tenetur niſi de dolo, culpaque
leui, minime autem de leuiſſima, ſi deperdita vel
deteriorata res pignori data reperiatur. §. fin. in-
ſtit. quibus mod. re contrah. obligat. l. ſicut cer-
to. §. nunc videndum. ff. commod. l. ſi cum ven-
deret. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de pignor. actio. Neguſ.
de pignor. 3. mem. 7. partis. nume. 4. Abb. conſi.
82. in volum. 2. Marſil. Rubrica de fideiuſ. Bero.
conſi. 165. num. 18. volum. 1. Brun. de dimin. &
deterior. concluſ. 20. in terminis. Riminal. Sen.
conſi. 164. num. 18. Vnde cum ipſe Moyſes ean
dem diligentiam in aulęis ſuppignoratis, cuſto-
diendis adhibuerit, quam adhibuit in rebus pro
prijs; vel ſuæ vxoris ſericeis, & ſimilibus, quæ ſui
natura non ita de facili conſeruantur à corro-
2 ſione, & † deterioratione, vt concludunt teſtes,
eius nomine examinati, teneri nullo modo de-
bet, etiam quod dd. ſpectabilia aulæa poſtquàm
ſuppignorata fuerunt valde deteriora, ſint effe-
cta, per l. ea igitur, quæ ſequitur. l. ſi cum vende-
ret. ff. de pignor. argumento. not. per Cępol. con
ſil. crimi. 69. nume. 6. poſt Bar. nu. 30. & ſcriben-
tes in l. quod Nerua. ff. depoſit. Cagnol. in l. con-
tractus. num. 57. & nu. 62. cum ſeq. & ibi Igneu.
nu. 30. ff. de regul. iur. & Bald. conſi. 404. volu. 2.
3 Secundo, † Dominus vel debitor pignori rē
creditori tradens, tenetur probare dolum vel
culpam creditoris, dum pretio oblato conſequi
pignus eo modo quo traditum fuit, intelligit,
vel impedire repetitionem debiti per doli exce
4 ptionem. Creditori † enim ſufficit perditionem
vel deteriorationem oſtendere, Cyn. in l. credi-
tor. C. de pignor. act. in propoſito Capella. To-
loſan. deciſ. 345. in fi. igno. vbi ſupra. numer. 31.
ex * communi Ant. Gomez. var. reſolu. tom. 2.
cap. 3. num. 22. in fin. & ibi apoſtil. Soarez, qui
5 enim ſe fundat † in culpa agendo vel excipien-
do, illam certam, & limitatam probare neceſſe
habet, & quo genere facti ſit à conuento com-
miſſa, alioquin ſuccumbit, Bartol. in conſil. 93.
incip. Commune Lignani. quem ſequitur Alex.
conſi. 100. num. 3. volum. 1. Bald. conſi. 441. vo-
lum. 1. Rui. conſi. num. 7. & 8. volum. 5. Rui. con
ſil. 92. nume. 8. & conſi. 12. num. 1. volum. 5. Sil-
uan. conſi. 46. num. 6. volum. 1. Emilian. conſil.
37. num. 6. & ſeq. Riminal. Iun. conſi. 52. nume.
128. & 150. & conſi. 48. num. 52. & 53. Hic vero
nullibi apparet, culpam aliquam ſaltem ordina-
riam ad cauſam interitus vel deteriorationis au-
lęorum interueniſſe nomine dicti hebræi, ſeu
dolum fuiſſe commiſſum vel moram in reſtituē
do, ergo abſolui debet, vt dicebat multũ in pro
poſito Corne. vidend. conſil. 108. nu. 6. 12. &
ſeq. volu. 1. Teſtes namque Domini actoris nul
lum verbum de culpa hebræi proferunt, quin ſe
ptimus in ordine ad fauorem ipſius deponit.
Cæteri vero nihil concludant contra eum, exce
ptis primo, & ſecundo in ordine, quibus tamen
præter quod tractāt de commodo proprio, ma
6 nifeſte & directe contrariantibus † non ſolum ſi
bi ipſiſmet, ſed inuicem quoque inter ſe, vt ex
illorum lectura dignoſcitur, nulla prorſus habe
bitur fides. l. eos. vbi Bart. ff. de falſ. Butr. in ca.
cum tu. de teſt. Alex. in l. inter ſtipulantem. §. ſi
ſticum. ff. de verbo. obligatio. Crot. de teſt. par.
7. num. 145. & ſeq. Campeg. eodem tract. regul.
334. & 382.
7 Tertio, † leuis culpa in omittendo dicitur im-
prudenter, & ſine propoſito omittere, quod
quiſque diligens faceret. d. l. ſi cum venderet.
Declarat Bartol. d. l. quod Nerua. ample Bened.
Capra regul. 78. numer. 22. & ſeq. ac in omit-
tendo facere quod quiſque diligens omiſiſſet.
8 exemplum † in fœneratore, qui res pignoratas
minus diligenter excuſſit à tineis, vel corroſio-
ne, quę fit per mures. Salicet. in d. l. quod nerua,
& in l. item quęritur, §. ſi fullo. ff. locat. vbi Bald.
Iaſ. in l. 1. num. 13. qui ſatis cogant. Abb. in c. 1.
extra commod. Marquard. de iudæis. ca. 11. nu.
17. Riminal. d. conſi. 164 num. 18. leuiſſima ve-
ro ſeu leuior culpa, pro quibus minime tenetur
fœnerator, eſt imprudenter, & ſine propoſito
omittere, quod diligentiſſimus quiſque vel dili-
gentior facturus fuiſſet, licet diligens id facere
omiſiſſet, l. in rebus. in pri. ff. commod. l. ſi mer-
ces, §. pen. ff. locat. exempla adducit Salic. vbi ſu
pra, & Gul. mainer. nume. 42. 45. & ſeq. poſt De
ci. & Cagnol. ibidem. in l. contractus. ff. de regu.
iur. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cent. 4. cauſ.
390. nume. 6. 9. & ſeq. At in præſenti probatum
eſt, per fœneratores, qui artem exercuerunt an-
nis. 17. d. Aulęa deaurata, ac verſicolore pictura
ta, cum ſub pignorantur, cuſtodiri in loco non
humido, non tamen parietibus extendi, nec vn-
quàm amoueri e dicto loco, ſeu ſuper illis onus
imponi, vt concludunt omnes ferè teſtes, ac. 8.
teſtis ex parte dd. de Valentis examinatus, igi-
tur ſi. d. Moiſes creditor fecit, quòd alij fœnera-
tores diligentes facere ſoliti ſunt, & quod in ſi-
milibus quilibet facit, quinimo, & quod fecit
dominus proprius aulęorum, qui illa complici-
ta ſine cartis, quæ etiam ſuperſtabant in maſſa,
retinebat in domo illorum de Cauallis, quando
fuerunt tradita, & oſtenſa hebræis, vt innuunt
illius teſtes, non eſt, quod damnum aliquod Do
mino rerum reſarcire teneatur. Corne. d. conſi.
108. num. 12. uolum. 1. ille enim à tineis, muri-
bus, & ſimili deterioratione, quę leuem culpam
& negligentiam pręſtant, reſeruauit; propterea
à dicta pœna prorſus, & omni damno excuſabi
tur;

tur, & licet potuiſſet illa cuſtodire, & reponere
ad ſtantia, vel vt aiunt in cortello, pro vt conclu
dunt non nulli teſtes, hoc non obeſt, cum id fe-
ciſſet quilibet diligentiſſimus in arte expers, ad
9 quod fœnerator † minime obligatur, cum ſatis
ei ſit, ſolitam conſuetam & ordinariam cætero-
rum fœneratorum diligentiam, & cuſtodiam,
præbere, & aulæa retinere ſuper ſtantia, vel vt
aiunt, in maſſa, dummodo non ſuper adijciatur
onus vel pondus, nec a tineis, muribus ue corro-
dantur. vnde ſi fecit quod diligens faceret, &
omiſit quod feciſſet diligentiſſimus, excuſatur.
Siluan. d. conſi. 46. in fi. & in propoſito deferen-
10 tis † lumen lanternam vulgo nuncupatam, vela-
tum vel non velatum in ſtabulo, reſpondebat
Alex. conſi. 86. volum. 6. Bald. conſil. 41. nume. 2.
vol. 1. Cępol. conſi. 70. ſeruit. Menoch. de arbitr.
iud. Cent. 3. caſu. 302. num. 6. & conſi. 54. nume.
4. & ſeq. formaliter, quod reponens pignora in
11 locis conſuetis per alios, non † teneatur de ca-
ſu fortuito, ſeu furta ſuper illis occurſu, tradide-
runt, & late conſuluerunt Grat. Riminal. viſita-
rinus, Piparotus, Iaſ. Soc. & Guald. inter conſil.
Grat. conſ. 94. 95. 96. & ſeq. ad conſi. 100. uol. 2.

Quarto, dominus pignoris, iuxta tempus an-
ni in conuentione præfixum non teluit dicta
Aulæa, & minus quando pluries nomine d. fœ-
neratoris admonitus fuit, vt illa redimeret, vel
intereſſe ſolueret, qui promiſit quanto citius ſe
id adimpleturum, vt deponunt teſtes, ideo cum
nec aulæa, ſeu pignus redemerit debito tempo-
re, nec poſt, minuſque unquàm intereſſe exolue
rit ad pœnam, vel ad aliquod damnum ſeu ad
pretium contra hebręum agere minime poteſt
cum non adimplenti prius integre ex eius par-
12 te, non impleatur, nec aliqua † actio aduerſus al-
terum contrahentem competat. l. Iulianus. §. of-
ferre. ff. de act. empt. l. ſi. per empt. vbi omnes. ff.
eod. tit. l. cum proponas. C. de pact. Grat. conſil.
52. in pri. vol. 1. multa Crauet. conſi. 151. nume.
13 10. & 192. nu. 15. Subdens † impleri non poſſe
per agentem inchoato iudicio, multa Plot. in l.
ſi quando. num. 166. C. Vnde vi. Vrſil. in annot.
ad afflict. dec. 220. num. 3. & decis. 249. Neuiz.
ample conſi. 50. num. 9. & interminis de debito
re, qui non agit contra creditorem pro re dete-
riorata, ſi debitor non adimpleuerit pro parte
ſua, Corn. d. conſi. 108. num. 12. volu. 1.

Quinto loco ex hoc infero, quod cum fuerit
extraiudicialiter facta aulæorum oblatio, Domi
no Valentino, & requiſitus ad pignus redimen-
dum, hebręus qui alias ex natura pignoris tene-
14 batur de leui, nunc poſt † moram debitoris te-
neatur tantum de lata culpa, & dolo, ex tex. cum
* gl. Alex. & cæter. ſcribentibus communiter * in
l. ſi mora. in pri. Bartol. in l. accepta, in ſecunda
quæſt. C. de uſur. Neguſ. de pigno. 3. membr. 5.
15 partis num. 151. Addoque quod hęc prior † mo
ra actoris in non redimendo maior fuit, quam
mora vltima hebræi rei in negligendo, Bald. in
l. ſi ambo. ff. de compen. Deci. in l. 2. num. 32. C.
de edendo, quæ maior minori culpæ etiam vlti
mæ prępondęrat, l. ſi obſtetrix. ff. ad l. aquil. not.
in c. plerunque de reſcrip. Alex. conſil. 58. in fi
volum. 4. nonnulla Neuiz. conſil. 42. nume. 17.
& ſequen.

16 Sexto, nota iuris regula eſt, † periculum inte-
ritus ad dominum rei ſpectare, non autem ad de
tentorem, vel poſſeſſorum rei, not. in l. quæ for-
tuitus. C. de pign. act. l. creditor. ff. eod. titul. in l.
quod te ff. ſi cer. petat. & in l. ſi ex legati cauſa. ff.
de verbo. obligatio. Vnde cum conſtet de pigno
ris deterioratione, clarum eſt, illam ad domi-
num rei ſpectare, fundatamque eſſe intentio-
nem hebræi in regula iuris communis. Et licet
quis de interitu teneatur propter culpam, atta-
men alleganti dolum vel culpam, ut quis pro ea
teneatur contra dictam iuris regulam incumbit
17 onus probandi, dum nec dolus † nec culpa præ-
ſumatur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. no.
Bart. Caſtr. & cæter. in l. ſi qui ex argentarijs. §.
pręt or. ff. de eden. Corn. conſi. 328. volum. 4. Ri-
mi. Iun. conſi. 1. num. 40. & ſeq. & conſil. 52. nu.
128. & 150. & fortius vbi ſumus in actu & caſu
deteriorationis ſimilis aulęorum, & pelliũ, diſ-
ſimili ab illis, qui de facili non contingunt ſine
culpa & fraude, vt in furto, rapina, incendio, &
ſeruorum fuga, vt declarat Bartol. pri. capite di-
ſtinctionis, in d. §. prætor. & ibi Caſtr. clarius ſe-
quitur, Siluan. d. conſi. 46. num. 8. & minus quis
præſumitur in dubio negligens, ſed diligens ac
conſideratus. Abb. conſil. 41. col. 3. Alex. conſil.
45. uolu. 1. Craue. conſi. 77. nu. 11.

Ex quibus procul dubio ius hębrei funda-
tum arbitror. Quibus minime obſtabunt non-
nulla, quę ex aduerſo deduci poſſent.

Primo, quod tenetur de culpa hæbreus, quia
cuſtos pignorum efficitur, & tres teſtes conclu-
dant ob culpam hebræi aulæa deuaſtata.

Etenim primo, reſpondetur teſtes non con-
cludere, quod ex culpa lata vel leui damnum
euenerit, ſed dicunt ſimpliciter, quia non fue-
runt cuſtodia, & hoc intelligi poteſt, vt quiſque
18 diligentiſſimus † feciſſet, ſic ex leuiſſima culpa,
non mirum ſi pro illa hebræus abſoluetur, vt in
propoſito teſtium ſimilium reſpõdebat Corn.
d. conſi. 108. num. 9. uol. 1.

Secundo, teſtes Veneti deponunt de cuſto-
dia optima, ſic diligentiſſima, in ſuperlatiuo gra
du, vd not. in d. l. quod Nerua. Grat. conſi. 46. nu.
38. volum. 2. ex qua aulæa pellita conſeruantur,
nempe ſi appendantur parietibus, & cum pan-
no, & dolco defricentur ſemel, ſeu complici-
te reponantur ſeparatim ad ſtantia, non autem
una pars ſuper alteram, quod ait geminata vice
teſtis 12. ſuper interrogatorijs per hæc uerba, ſi
conſeruano & cuſtodiſcano ottimamente. ad
quam cuſtodiam optimam non obligatur he-
bræus, nec creditor, ſed ad bonam uel diligen-
19 tem tantum, cum † de leuiſſima non teneatur
quæ

quæ incurritur, ex hac cuſtodia non ita optime adhibita l.diuus. ff. de offic. præſid.Salicet.poſt Bartol.in d.l.quod Nerua, & Mainer ,poſt Cagnol.in l.contractus.numer.44. ff. de regul. iur. cum ſimil.

Tertio, ijdemmet teſtes,non concludunt,culpam ſeu malam cuſtodiam vel deteriora ex hoc ſolo, quod fuerunt poſita aulæa aceruatim vel in vnam miſſam : ſed addunt, quod ſic ſteterunt longo tempore, vt teſtis 12.& 13.ſuper interrogatorijs,ac rurſus ex culpa,& imperitia eorum , qui aulęa diſplicuerunt, ut concludunt omnes, & in ſpecie nume.12.& 13.ſuper interrogatorijs, inter quos tamen aderat alter electus,à dominis de Valentis, qui illas aperiri ſeu diſplicati inſtanter curarũt, vt in actis apparet. quod affirmat.9.teſtis. Vnde non debet ex iſtis cauſis, quia diu ita aceruatim ſteterint aulæa in maſſa, ſeu imperitia eorum , qui illa diſplicuerũt,aliquid culpæ ſeu male cuſtodie hebræo adſcribi;ſed actores,qui in cauſa fuit,vt diu ita ſeruerentur,& tam imprudenter, male ac inexperte aperirentur : damnum enim dediſſe videtur qui cauſam damni dedit ex regul.dammum,de reg. iur. in. 6.not.in d.l.quod Nerua & l.contractus.ff.de reg.iur.

Quarto,apparet ex alijs teſtibus hebræũ fuiſſe cuſtodem diligentem circa aulęa, & feciſſe ꝓ vt quiſque alius fœnerator,& pater familias feciſſet, illa à corroſione,humiditate,muribus,tineis,ac oneris ſuperimpoſitione conſeruando: quinimo, & pro vt fecerunt domini proprij de Valentis,qui illa nec cum cartis,nec appenſa ad ſtantia vt aiunt in cortello oſtenderunt,& tradiderunt,hebræo, ſed aceruatim in maſſa, ac ſine cartis,& oleo,pro ut teſtes de Valentis inferunt dum concludunt dixiſſe hebræum erga dominum Valentinum, non contradicentem, ſe illa pro vt recepit, retinuiſſe & cuſtodis.nec itaque de leui tenebitur, cum probata diligentia omnis tollatur culpa, l.ſi vendita. ff. de pericul. & commod.rei vendit. Cępol.d.conſil.69.num.4. credendumque magis ſit hac in parte quinque
20 † teſtibus de diligentia ſolita hebræi deponẽtibus, quàm cæteris tribus ſuper damno ob non cuſtodiam occurſo, ſimpliciter atteſtantib. l. ob carnem. §.ſi teſtes.& ibi glo.ff.de teſtibus.gl. in c.in noſtram de teſtibus per cap.licet cauſas. vbi Abb.& cæter.de probatio.gloſſ.in c.ſi teſtes 4.quæſt.3.maxime, cum illi tres non deponant directo contra probationem cæterorum,ſed aliquid per diuerſum,quinimo,& ipſi cum cæteris reſpectu leuiſſimæ culpę, & de exactiſſima cuſtodia compati valeant,pro ut in ſimili de teſtibus ab eadem parte examinatis dicebat Alex.conſ. 64.num.7.& 10.& ſequen.volum ſecundo.Abba.in capit. cum tu. nume. quarto. de teſtibus.
21 Nec obeſt, quod iſti tres † teſtes Veneti ſint ab hebręo producti, qui contra ipſum plene probant Socin. iun. conſi. 69. num. 12. volum.primo.quando & credatur ipſis,in eo, quod deponant,ſed iuxta mentem, verba & illorum rationem redditam, quę ex præcedentibus minime intentioni hebręi repugnant.

Quinto deponunr teſtes Veneti, vti in arte periti, ac artifices uidiſſe deaurata aulęa illo modo Venetijs conſeruari, efficique deteriora, non adhibita cuſtodia enarrata per eos;Verum Hebręus non aſſumpſit cuſtodiam vti artifex, vel peritus in arte, at tantum vti creditor & fœnerator,ideo damnum,quod ex illa ſolita artificum cuſtodia neglecta per hebræum minime re
22 farcietur, cum † non tãquàm artifex,ſed vti merus creditor,pignus cuſtodiendum ſuſcepit, ex doctrina Caſtr.poſt glo & Angel.in l.ſi merces §.qui collumnam. ff. locat. dicentes conductorem veſtium, & bonorum, quę de facili vaſtantur, & coinquinantur, non teneri niſi de culpa graui, & leui,niſi tanquàm artifex & peritus.d. bona conduxerit,quod ſequitur Cagnol.in d.l. contractus,numer.59.vbi Igne,numer.34.ff.de regul.iur.

Sexto affirmant teſtes,ſtatim quod à parietibus refixerunt aulæa debebant reponere illa ſeparatim vtſupra, vel ea defricare cum panis & oleo,ne deteriora efficerentur, hoc minime per dictos de Valentis obſeruatum fuit: quinimo. complicite,ſimpliciter, & in maſſa poſſita fuere
23 in domo illorum de Cauallis,itaque † prior culpa dominorum ad caſum deteriorationis ordinata, nocere & attendi debet, Bart.& *alij* in l. 2.§.ſi nõ propr.ff. ſi quis caut. & in c.plerumq; de reſcript.not.in l.quod te.ff.ſi cert.per Pariſ. conſi. 123.in pri.uolum.1.nec ſolum prior, ſed quoque maior, quia in faciẽdo & ultima,*ſi quę* adeſt hebræi in negligendo fecit,ut ſic, *hæc vlti*ma mora non attendat, ſed prima tantum, per. Neuiz.d.conſi.42.nu.17.& ſeq.

Tollitur & ſecundum, quod dolus & culpa præſumatur omittẽdo facere quod debebat,& faciendo quod non debebat, Salic.in l.ſi nulla. numer. ſeptimo. C.de pign.act. Bald. conſilio. 395.numer.quarto.uolum. ſecundo.namque illud procedit, vbi faceret uel omitteret, quod alij diligentes in caſu ſimili feciſſent, non quod diligentiſſimi & in arte periti, vtſupra dicebam in tertia ratione,præterea Bald.in d.conſi.loquitur,ubi ex pacto quis tenebatur, etiam ob leuiſſimam culpam, quia tunc ad pœnam aſtringitur, quod ceſſat in propoſito, cum ex leui tan-
24 tum teneatur † hebræus, per Bald. in conſilio. 404.uolum.ſecundo. Cagnol.& cęter.ubi ſupra poſt Marq. de iud.parte prima.capitu.12.num. 17.& 18.& Marſ.in Rubrica de fideiuſ.nu.199. quæ leuis ex diligentia adhiberi ſolita per alios fœneratores ſublata fuit.

Minus repugnat, quod tertio loco affirmare
25 poſſet creditorem † teneri ad modicam impenſam pro pignoris conſeruatione, pro grandi vero id notificare debitori, Caſ.in l.ſi ſeruus.ff.de

Digitized by Google

pign.actio. Neguſ. de pign. 3.membr. 7. partis. num.4. nam reſpondeo.

Primo, quod impenſa ad hoc requiſita, vt per famulos menſæ fœneratitiæ conſeruarentur aulæa à muribus, tineis & corroſione facta per hebræum fuit.& ſic ſatis factum legi.

Secundo dicitur quatenus intelligi poſſet de oleo & cartis interponendis pro illorum conſeruatione, ſeu de expenſa occaſione illorum facienda, non conuenire caſui Caſtr. Barto. & Neguſ.quando ipſi loquantur de impenſa prima circa pignus facienda, dum res penes creditorem exiſtit, vt aiunt Caſtr. Neguſ. Bartol. & alij per eum allegati. hæc vero expenſa, reſpectu olei & cartarum fiat in traductione de loco ad locum,ſeu dum parietibus domini appenſæ ſunt, vnde de vna ad aliam non eſt inferendum, cum onus priorum ad creditorem pro tempore, quo per eum cuſtoditur pignus, ſpectet, cęteræ vero ad debitorem, igitur, cum nec traditę, nec oſtenſæ fuerint cum cartis ſeu cum oleo defrictæ, damnum.d.de cauſa occurſum, ad dominum ei, non autem detentorem ſpectare ex iuris regula arbitror.

Tertio teſtes concludunt cartarum interpoſitionem non eſſe neceſſariam pro conſeruatione, nec id ſeruari, niſi vbi de vna ciuitate ad aliam aulæa recentia conducuntur, vt inquiunt Piſani teſtes, ſi non eſt neceſſaria, at fortaſſe vtilis, non tenetur pro illis creditor, in pignore conuentionali, nec de dolo, vel culpa arguitur, vt egregiè declarat Caſtr. in l. ſi ſeruus. numer.quintò.ff.de pigno. actio. Neguſ. d. tertio membr. 7. partis. numer. quarto. Natta conſil.526. numer. 14. Addoque, quod d.cuſtodia reſpectu olei, ſeu quod aulæa appenſa muris remaneant, videtur ferè localis in Ciuitate Venetiarum, cum id teſtes in rationis redditione affirment, nec abnegent in vno loco adhiberi maiorem diligentiam, quàm in altero, ſic de conſueto vnius loci ad alium, non eſt inferendum.l.ſecunda.§. ſi quis hoc interdicto. vbi Bartol. ff. de iti. actuque priuato, & præcipue cum alijs modis conſeruentur. Sufficitque hebræo, quod dicta aulæa non ſint corroſa, dirupta, facta, nec deteriorata ex humiditate reddita conſumptaue, ad quod fœneratores teneri ſolent, ſi ſolitam diligentiam non adhibeant, per Docto. Bald. Salic. Iaſ. d. Marquar.vbi ſupra. Et inquit teſtis.9.actoris ſuper interrogatoris, cui in hoc creditur per Rom. d. conſil. 104. hebræum non eſſe obligatum. d.aulæa ſuppignorata aperire, vel parietibus extendere, vt ſi non fecit id quod minime tenebatur, nulla ei culpa imputetur d.l. quod Nerua. ff.depoſ.

Poſtremo circa reconuentionem d. Moyſis hebræi conſidero, quod ſi culpa ſibi aſcribi nequit, adhuc Dominus Valentinus ſortem, & vſuras, iuxta conuenta ſoluere tenetur, dum

26 pignus†redimere intendit.l.ſi rem.§.omnis.vbi Bartol.leg. pecuniam.ff.de pign.act.gloſ. in §. ſi. inſt. quibus mod. re contr.obligat. l. quàm diu.

27 C.de diſtr.pignorum. Nec † oblatio pecuniarum dictorum aulæorum facta domi creditoris refragatur.

Primo quia poſt tẽpus anni emiſſa fuit, ſic tempore incongruo.l.ſi ſoluturus. vbi Bartol. ff. de ſolut.

Secundo, ſit poſt litem conteſtatam, & ſcriptum iam productum, & à parte recognitum, ideo cum obſignatione & depoſitione pecuniarum fieri debebat ad no.per Bartol. in l.ſed & ſi alia.ff.de conſt.pecun.& cum l. interdum.§. fin. ad fi.ff.de verb.obliga.

Tertio, eſt ſub conditione, quatenus reddantur in eo ſtatu, quo traditæ fuerunt, ſic ſub conditione extrinſeca, quæ nec culpam leuiſſimam excludit, ad quam tamen non tenetur de iure creditor, vt ſupra, obligationemque nullam reddit. Curt. conſil. 39. colum. 3. poſt Neguſ. eod. loco de pign.5.part.3. membr. nume.115.

Quarto Domi. Moyſes contenta in oblatione fauorabilia admiſit,& oblationem pecuniarum & intereſſe non recuſauit, ſed acceptauit, quam milies procurauerat, qua de re non poterant amplius aſportari, ſed eidem relaxari, cum

28 per † acceptationem, oblatio reſoluatur Bartol. in l.creditor. in fin. ff.de diſtract.pigno.etiam ſi creditor taceat, dummodo aliquo modo conſtet de non recuſatione, Bar.in l.prætor.§.ſi quis paratus. in fine. ff. de noui operis. Neguſ.d.3. mem.nu. 166.

Quinto, oblatio non fuit facta pro integro debito damnorum & intereſſe, quod certum erat in ratione. dd. 15. pro centum, & excedebat centum aureos oblatos in actis, vt notum eſt. Rurſus non obtulerunt aduerſarij expenſas litis iam ceptæ contra eum, prout opportuerat, propterea nullum parere potuit effectum.l. quidam æſtimauerunt, vbi omnes. ff. ſi cert. petat.Bartol. in l. ſed ſi alia. ff. de conſtitut. pecun. Bald.in leg.acceptam in 6. oppoſ. & 18. quæſt. C. de Vſur. Neguſ. in ſæpe citato loco numer. 127.cum ſequen.ſublata itaque oblatione, remanet ius ſaluum hebræo conſequendi ſibi pro miſſa, eo quod nec ex culpa lata, nec leui d. Aulæa fuerint effecta deteriora, ſed pro vt ſupra, caſu conſumpta. Et ex his in fauorem Moyſis pronuntiandum cenſeo, qui quatenus in aliqua culpa foret, non teneretur niſi pro deterioratione ſequuta, ex eo quod ſimul fuerint appenſa, & annexa, ſic ad expenſam readaptandi illa modo, quo prius erant, ante ſubpignorationem ſequutam, ſecus verò ad damnum occurſum eo, quod longo tempore ibi remanſerint, ſeu ex apertura illorum fuerint dirupta,

29 & deteriorata valde, † cum culpoſus, non teneatur niſi quatenus ſe culpa extendat. ca. 2. de conſtitutio. l. ſancimus. C. de pœn. not. in l. quod Nerua. ff. depoſi. & pro damno occurſo, ex culpa immediatè ſic ex annexatione ſimplici, non autem pro occurſo mediate ex d. culpa puta, ex corroſione & diſplicatione aulæorum, per doctr. Abba. in capit. quia diuerſitatem. in fin. de conceſſ. præb. quam ſequitur Felyn. in capitul. cum inter. numer. 20. de except. Quæ omnia ſubijciunt ſemper intergritati, & doctrinę iudicare debentis, Cuius tandem opera ſuper hac lite tranſactum fuit & in commodum hebræorum, uti ius fouentium.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

HEBRAEORVM, PISANI AVLAEA.

ARGVMENTVM.

In cauſa precedentis Conſilij Motiui diſſolutio.

Pignora cuius periculo creditoris debitoriſue pereant.

Culpæ latæ leuis & leuiſſima materia, tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in præſentia partis plene probat.*

2 *Lata culpa arguitur ex nimia negligentia.*

3 *Solitum omittens in lata dicitur culpa.*

4 *Negligentia magna, dicitur dolus.*

5 *Confeſſio releuat ab onere probandi.*

6 *Leuis culpa, eſt deuiatio incircumſpecta ab his, quæ communiter obſeruantur, & diligentes faciunt, vt nu. 8.*

7 *Cuſtodia debet fieri iuxta neceſſitatem.*

8 *Culpa rei caſum præcedens, facit creditorem de caſu teneri & num. 24. 25.*

9 *Culpa leuiſſima procedens à facto, latæ æquiparatur.*

10 *Cuſtodiam promittens, tenetur, de leuisſima.*

11 *Teſtes in principali eſſe concordes ſufficit.*

12 *Teſti vnico contra producentem, creditur.*

13 *Interitus ad dominum ſpectat.*

14 *Diligens quilibet præſumitur.*

15 *Caſus, quando ſit probandus per creditorem, vt non teneatur de culpa.*

16 *Pignus vbi perit abſque culpa vel dolo creditoris damno debitoris perit.*

17 *Teſtes varij non probant.*

18 *Fœnerator non tenetur de leui culpa.*

19 *Confeſſio debet eſſe certa & concludens.*

20 *Pignora non tenetur creditor videre ſemper, & reponendo in loco, conſueto excuſatur.*

21 *Probare certo debet dolus vel culpa ab allegante, vbi probatur diligentia cuſtodientis.*

22 *Confeſſio ita interpretatur, ne cætris contrarietur.*

23 *Creditor ad cuſtodiam, quam rei natura expoſcit, tenetur.*

24 *Cuſtos ratione officij tenetur de culpa, non probato caſu.*

25 *Caſus debet eſſe principaliter ordinatus ad culpam, vt quis de eo teneatur.*

26 *Culpa venit quæ ex natura contractus punitur.*

27 *Culpa in dubio non præſumitur.*

28 *Culpa cum culpa compenſatur, & maior minori præponderat.*

29 *Teſtes deponentes de culpa, in dubio de leuiſsima intelliguntur.*

30 *Probatio diligentiæ viri, illa à leui culpa excuſat.*

31 *Culpa leuiſsima rei, nec in faciendo venit in contractu pignoris.*

32 *Culpa maior in faciendo, quàm omittendo.*

33 *Contrarijs teſtibus, non creditur.*

34 * *Teſti falſò circa generalia non creditur, excommuni.**

35 *Teſtium dicta à ratione regulantur.*

36 *Culpa in dubio de leui non leuiſsima intelligitur.*

37 *Interitus ad dominum ſpectat, cum caſus contra culpam poteſt contingere.*

38 *Caſus furti, homicidij & ſimilium, citra culpam non committuntur.*

CON-

CONSILIVM CXCVII.

TRINITAS ADSIT.

CONSIDERANDO ea quæ in fa-
cto, & iure ſubſiſtunt in cauſa Au
lęorũ, valde dubitari poteſt con
tra Hebræum reum cõuentum.
Nam in facto demonſtratur, ip-
ſum eam diligentiam exactam,
non adhibuiſſe, quam in cuſtodiendo ea adhi-
bere tenebatur. §. ſi. inſt. quibus mod. re contra-
hend. obligatio. & quia per teſtes Domini Acto
ris Illuſtrem inquàm Dominum Mutium Gon-
zagam, & Magnificũm Dominum Ferdinandũ
Andreaſium, probatur reum dixiſſe Domino
Actori Aulæa die, quo fuerunt ſubpignorata, re
poſita fuiſſe in Thalamo ſuperiori, & ab illo tẽ-
pore citra, ea non vidiſſe, nec amoueri feciſſe.
1 Illa enim † confeſſio facta in præſentia partis
plene probat. l. Publia. §. fin. ff. de po. l. cum inde-
bito. §. fin. ff. de probatio. Canoni. cap. fin. de cõ
feſſ. Alexan. conſi. 152. num. 17. in volum. 2. So
ci. conſi. 228. num. 3. in 2. volum. & dum fatetur
non vidiſſe aulęa, probatur nullam diligentiam
adhibuiſſe, & eam minus exactam, quam adhi-
bere tenebatur, ſic manifeſte demũſtratur, fuiſ-
ſe in culpa nedum leui, ſed lata, cum. l. cautum
ſit, vt exacta diligentia in pignore præſtetur, &
2 ex nimia negligentia ſua arguatur lata † culpa.
l. cedere diem. §. ſi. & l. lata. ff. de verbor. ſignifica
tio. & Aleiat. ibi dixit eum eſſe negligẽtem, qui
in ſua profeſſione negligit facere id, quod lex
mandat fieri. d. §. fin. deuiare enim à lege eſt in
lata culpa, Bartol. in l. quod Nerua. num. 6. ff. de
po. Cagnol. in l. contractus ſub nume. ſecundo.
ff. de reg. iur. dicens, latam culpam eſſe ſub no-
mine negligentię. nam quilibet, qui haberet cu-
ſtodiam prædictorum aulęorum, non fuiſſet tã
negligens, vt à die, quo tradita fuerint, ea non
vidiſſet, nec videri feciſſet, nec amoueri, nec cor
rumperentur. Ideo, cum ipſe non fecerit, id
3 quod communiter ſolitum † ſit, & tenetur, dici-
tur eſſe in lata culpa. Paul. de Caſtr. & in prædi-
cta l. quod Nerua. num. 4. Crauet. cõſi. 97. numer.
6. Bero. conſil. 144. num. 6. in pri. volum. & ma-
4 gna † negligentia dolo æquiparatur, & dicitũ la-
ta culpa. l. magnam negligentiam, ubi Aleiat. ff.
de uerbo. ſignificatio. Guliel. Main. in prædicta.
l. contractus, ſub nume. 24. Soc. conſi. ſecundo.
numer. 11. in pri. volum. & cum ipſe reus ſciue-
rit, aut ſcire debuerit, ſe teneri ad exactam cuſto
diam, & poſt eorum receptionem nũquàm ea
viderit, dicitur eſſe in dolo præſumpto, Bart. in
l. qui repertorium. num. 20. ff. de adminiſtr. tut.
Soc. conſi. 212. nu. 5. in 2. uolu.

Nec dici poteſt, prædicta non eſſe probata,
5 cum ipſe id confeſſus fuerit, & † confeſſio rele-
uat ab onere probandi, Alexand. conſil. 35. nu-
me. 3. in pri. volum. nec fortior dari poteſt pro-
batio, Iaſ. in l. titia. num. 28. ff. de verbo. obliga.

Secundo, quando non fuiſſet in lata culpa,
6 negari non poſſet, quod non fuerit in leui, † ſal-
tem cum leuis ſit deuiatio incircũſpecta ab his,
quæ communiter obſeruantur, Bartol. in prædi
cta. l. quod Nerua, ſub nu. 17. Guliel. Mainer. in
prædicta. l. contractus ſub nume. 15. Bal. conſil.
463. ſub nume. 1. in 3. volum. Craue. conſil. 97.
ſub num. 6. Creditorque accipiens pignora, te-
netur ad cuſtodiam, quam non habuiſſe de eis
videtur fateri hebræus vt ſupra. & ſi corrupta
ſunt, tenetur reficere dannum, iuxta trad. à Bart.
in prædicta. l. quod repertorium. num. 20. Nam
creditor non obligatur ad cuſtodiam, tenetur
etiam conſiderare, quæ cum ea exiguntur, ſecũ
7 dum naturam rei, † & cuſtodire iuxta neceſſita
tem. l. in bonæ fidei. ff. de rei uend. Cor. conſ. 28.
nu. 8. in 3. vol. & gl. in l. ſi negocia. ff. de neg. geſ.
dum vult teneri quem de caſu, ſi non cuſtodi-
uit, pro ut tenebatur. & licet diſtinguat, an do-
minus rei, eo modo cuſtodiſſet, an non, & in pri
mo caſu velit excuſari, non autem in ſecundo.
tamen Bar. ibi declarat procedere, ſi communi
ter ab aliis obſeruatum ſit, alias dictum glo. non
procederet, & quam declarationem Bar. ſequu
ti ſunt Caſ. & Fulgo. ibi. & Corn. & in prædicto
conſi. 28.

Hoc modo, cum ipſe reus nullam præſtiterit
cuſtodiam, non videtur euadere poſſe condem-
nationem, cum teſtes piſani deponant aulæa
prædicta erupta eſſe, ex eo, quod non fuit adhi
bita cura & diligentia neceſſaria, & quia repoſi-
ta in aceruo per magnum ſpacium ſteterunt. &
8 cum † culpa rei pręceſſerit, ponendo aulæa in a-
ceruo. & permittendo ea ſic aceruatim per lon-
gum tempus ſtare, & ex eo corrupta ſint, tenetũ
de caſu superueniente, Bartol. in l. ſi ut certo. §.
ſed interdum, vero quandoque culpa. ff. com-
mod. & Fulg. ibi in. §. nunc videndum, ſub nu.
quarto. Cor. conſi. 273. num. 18. in pri. uol. Cra-
uet. conſi. 147. nume. 7. qui omnes concludunt,
culpam eſſe ordinariam ad caſum, quando fuit
cauſa proxima ipſius caſus. & quia prædicti te-
ſtes deponunt, cauſam corruptionis aulæorum
fuiſſe ex eo, quod ſteterunt per longum tempus
ſuppoſita, ſcilicet vnum ſupra aliud, dicitur cau-
ſa ordinata ad caſum deuaſtationis, vt ipſe reus
teneatur de illo caſu. Et cum leuis culpa dica-
tur deuiatio incircumſpecta ab illa diligentia,
quam diligentes homines habent in rebus alie-
nis, vt dixit Bartol. in prædicta lege quod Ner-
ua, verſicul. ad pri. Cagnol. in l. contractus. nu-
mer. 13. de reg. iur. Salicet. in prædicta. l. quod
Nerua. nume. 8. Bald. in l. quæ fortuitis. numer.
12. de pigno. actio. Creditor enim in pignore
tenetur pręſtare eam diligentiam, quam præſta-
ret quilibet diligens pater familias. l. ea igitur. ff.
de pigno. actio. & cum nullam præſtiterit he-
bręus, nec curam cuſtodiendi, ne deuaſtarentur
habuerit, demonſtratur non feciſſe id, ad quod

tenebatur, ſic fuit in leui culpa, Alciat. in l. latæ.
ff. de verbor. ſignificatio. Aret. conſil. 38. verſi. 2.
Crauet. conſ. 97. num. 5. & quiliber diligens pa-
ter familias feciſſet omnia remedia, vt aulęa con
ſeruarentur, oleo inungendo, panno poliendo,
pro vt & alij, qui conſeruant aulęa illius qualita
tis.

Tertio, & ſi non fuiſſet reus in culpa lata aut
leui, diceretur tamen in leuiſſima, quæ prouenit
à facto ipſius rei, cúm poſuerit aulęa in cumulo,
quod factum fuit in cauſa, vt deuaſtata fuerint.
9 Et quando † culpa leuiſſima procedit à facto æ-
quiparatur latæ in omittendo, Bartol. in l. quod
Nerua num. 28. Nam maior culpa conſideratur
in faciendo, quàm in omittendo. l. ſi ſeruum. §.
ſequitur. ff. de verb. obli. Cuma. in l. ſi mora. x1.
ff. ſolut. matr. vbi etiam Imol. notat ex illa glo. in
verſicul. in facto prędictæ. l. ſi mora. vbi proptee
moram vxoris maritus tantum tenetur de dolo,
tamē declarat procedere in omittēdo, & ſi pro-
pter factum fuerit in culpa leui aut leuiſſima, cō-
cludit teneri. quam glo. ſequitur Alex. ibi Grat.
conſi. 47. num. 36. in 2. vol.

Præterea primus, & ſecundus teſtis Domini
actoris deponunt, reum cōuentū promiſiſſe cu-
ſtodiam, cum valde actor reo commendauiſſet
10 ea. Ideo, † quia reus promiſit cuſtodiam, tenetur
de leuiſſima, vt dixit gloſſ. in l. qui mercedem. ff.
locat. & rationem eſſe dixit, Salic. in l. in iud. nu-
me. 2. C. loc. quia promiſſio cuſtodię illud opera
tur vltra prouiſionem iuris communis, ne talis
ꝑmiſſio ſuperflua eſſet, & aliquid operetur per
Bal. in rubrica de contrahē. empt. conſil. 53. nu-
11 me. 25. Quod dicitur, & † ſi in aliquib. cōtrarij
reperiantur prædicti teſtis, quia ſatis eſt in facto
principali, ſuper quo fuerunt principaliter exa-
minati, eſſe concordes, Alex. conſil. 53. nume. 4.
in pri. volu. & in conſi. 105. num. 22. in 4. volum.
Vnde, cum ipſe reus promiſerit diligentem cu-
ſtodiam & ſuo defectu ſint deuaſtata, vt dixit no
nus teſtis prædicti Moyſis, quia omiſit ponere
12 cartas in medio, vt tenebatur, † ſolo hoc teſtifi-
catu conuinci, videtur, cum plene probet cōtra
producentem, Roma. conſi. 104. nu. 6. Iaſ. in ru-
brica de iur. iuran. num. 9. & in conſil. 57. anter.
num. 4. in pri. vol. Soc. iun. conſi. 69. num. 14. in
pri. volum. Crau. conſi. 201. ſub num. 3. Ex præ-
dictis rurſus conſtat de culpa rei, tam in facien-
do, quàm in omittendo, ac vt teneatur ad da-
mna domini Actoris, quia duo Vincula magis
ſtringunt quàm vnum, vt in authent. itaque. C.
communia, de ſucceſſ.
13 Nec obſtat ſi dicatur, † interitum rei pertine-
re ad dominum, quia procedit, quando interi-
tus non procedit ex facto ſeu negligentia debi-
toris, Bartol. in l. creditor. ff. de pigno. actio. &
cum manifeſte conſtat facto & negligentia rei
pignus deuaſtatum, non eſt diſputandum vlte-
rius, quia in claris ceſſant coniecturæ. l. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligatio. Minus
prædicta tolluntur, ſi ex aduerſo opponatur,
14 quemlibet † diligentem præſumi, vt per Abba.
conſil. 41. num. ſecundo. in pri. volum. quia di-
citur conſtare de ſua negligentia, tum per teſtes
tum etiam per ſuam confeſſionem. Et quando
eſſemus in dubio, diſtinguendum eſt, aut ca-
55 ſus † talis ſit qui accidere non poſſit ſine culpa,
aut caſu accidere ſoleat. in primo caſu creditor,
qui habet cuſtodiam pignoris, tenetur probare
culpam abeſſe: in ſecundo debitor; probato ca-
ſu, tenetur probare culpam, Bartol. Bald. in l. cre
ditor. C. de pigno. actio. vbi etiam Salicet. num.
ſecundo. Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an
vero, ſub num. 4. ff. de edend. Bald. in l. cum ita.
§. ſpecies, in fi. ff. de leg. ſecundo. vbi etiam Pau.
de Caſtr. Cor. conſil. 136. ſub num. 9. in pri. vo-
lum. Alex. conſil. 158. ſub numer. 3. in ſecundo
volum. ſeq. Iaſ. in l. ſi paſcenda, ſub nume. quar-
to. C. de pactis. Burſattus prędicto ſuo conſil. 53.
ſub numer. 32. approbat prædictam concluſio
nem Abba. conſi. 81. ſub num. 2. in 2. volum. Sa-
lic. in l. ſicut. numer. 4. C. de pigno. Bologne. in
leg. 4. §. cato, ſub num. 146. verſic. ſecundo. limi-
tat. ff. de verbo. obliga. Igne. in l. contractus, ſub
num. 32. de reg. iur. Natta, conſi. 131. num. 2. in
prim. uol. Cor. conſ. 28. num. 10. in 3. uolu. Et in
hoc caſu dico, probatam eſſe culpā eo ipſo, qđ
non probetur abeſſe, Ang. conſi. 197. ſub nume.
3. verſi. credo Et cum prædicti teſtes deponant
aulæa corrupta eſſe, quia non fuerunt cuſtodi-
ta, præſumenda eſt culpa rei conuenti, niſi ipſe
doceret ſine ſui culpa conſumpta fuiſſe. Hæc
ſunt quæ valde repugnant adductis ad fauorem
hebręi conuenti.

Viſis ijs, quę ſcitè admodum, & eruditè *in du*
bio adducuntur per Illuſtr. dominum Iudicem,
in cauſa contra hebræos Piſanos fœnetatores,
ſuper culpa & negligentia aulæorum ſuppigno
ratorum & deuaſtatorum, perſiſtendum eſſe ar-
bitror in aliàs ſcriptis, quia per ea non videan-
tur eneruari omnino rationes, & probationes,
quæ pro hebræis vrgent, & præcipuum funda-
16 mentum eorum, quod † vbi res pignorata pe-
reat abſque culpa & dolo creditoris, domino
non creditori pereat. l. ſi nulla. l. pignus. C. de pi-
gno. actio. in ſimili Riminal. conſi. 64. numr. 18.
& ſeq. & conſi. 65. num. 6. & ſeq. volum. 1. Emil.
conſil. 37. nu. 1.

Non obſtat primum, quod hebræus ſit cōfeſ
ſus in prędentia partis, ſe à die citra, quo in Tha-
lamo ſuperiori aulæa repoſuit, non uidiſſe nec
amouere feciſſe illa, vt hinc nimia negligentia
arguatur, quæ lata dicitur culpa. l. lata. vbiq; Al-
ciat. poſt cæt. ff. de de ver. ſign. cum ſimil. l. ceder.
§. fin. ff. eo. dolo æquiparetur. l. magna negligen
tia, vbi Alc. eod. tit. uel ſaltem leui culpę adſcri-
batur, vt deuiatio incircunſpecta ab his, quæ cō
muniter obſeruantur, per Bartol. in l. quod Ner
ua. nu. 17. ff. de poſ. Bald. conſi. 463. nu. 1. uol. 3.
cum ſimil.

Reſpon-

Reſpondeo etenim primo nō probari formiter dictam confeſſionem per duos teſtes, in motiuis citatos. Primus enim Illuſtr. Dominus Mutius deponit, dixiſſe hebræum, *ho tenuto le noſtre ſpallere ſi come me l hauete date ſenza mouerle.* nec verbum facit, quod non cuſtodierit, ſeu viderit vnquàm illa, & intelligitur ſermo ille, quod nou amouit, videlicet interponendo cartas in medio aulæorum, vt per aliquos ſolet fieri gratia conſeruandi coria deaurata. namque tunc inter partes diſputatio erat, ad quem dd. cartarū interpoſitio ſpectaſſet, voluitq; hebræus per illa uerba, ſe cartis minime fuiſſe vſum.

Secundus uero teſtis domnius Andreaſius, inquit vidiſſe in loco inferiori, partē auleorū extēſam, & quod hebræus dixerat, reſiduum fuiſſe poſitum in loco ſuperiori domus, tempore, quo fuerunt ſuppignorata, quæ à d. tempore citra, ipſe non viderat, nec amoueri fecerat, nihil tamē ipſe de cuſtodia deponit, vnde de negligentia nimia non deducitur, ex dd. teſtibus, cum non ſint in uerbis confeſſionis conteſtes. & conformes prior enim inquit, quod non viderunt illa prout alter vidiſſe atteſtatur, quod & eſt impoſſibile, & minus veriſimile, cum repoſita fuerint in loco, vbi alia bona maximi ualoris & propria vxoris ſuæ retinebat hebræus, nec dicenti non veriſimilia credatur, Craue. conſil. 28. in pri. & 115. nu. 12. Alter illa non fuiſſe oſtenſa, alter vero nonnulla extenſa, nec oſtenſa, ſic cōtrarium affirmat. rurſus d. Mutius deponit cōfeſſionem factam per hebræum dum cōquerebatur Nobilis dominus Valētinus, quod ut audierat, eſſent aulęa deteriora effecta: Andreaſius uero inquit hebræum id confeſſum, dum oſtendit aulæa extenſa, & dixit reſiduum eſſe in loco, vbi à princi-
17 pio fuerunt repoſita. qua propter, cum † ſint mutuo contradicentes varij & contrarij & diſcordes, confeſſionem minime probant. c. cū tu. ubi Butr. not. & Fel. 4. concluſ. de teſti. glo. in c. cum contingat. de offi. deleg. Alex. conſi. 20. uolu. 4. Crot. de teſtibus par. 7. nu. 150. Campeg. de teſt. regul. 334. Nouel. regul. iur. 216. nume. 56. Soc. iun. conſil. 145. num. 39. uolum. 1. cum multis vulgaribus per Soarez recept. ſentent. uerbo teſtes. num. 188.

Secundo, admiſſa teſtium probatione ex illorum dictis non infertur neceſſario negligentia, & culpa creditoris, namq; amotio aulæorum, è loco, & viſio domini nō eſt neceſſaria pro cuſtodia ipſorum, licet pignoratorum, ut alias dicebā in tertio pręſuppoſita, dummodo in loco nō humido reponantur, ac à muribus, & tineis defendantur, pro ut conſeruata & repoſita fuerunt, argu. doctr. Sali. in l. item quæritur. §. ſi fullo. ubi Bal. ff locati Iaſ. in l. 1. nu. 13. ff. qui ſatis cogant.
18 vt hinc nulla † culpa leuis fœneratori imputetur, licet forte leuiſſima ei aſcribatur, quia nō uiderit ſeu non amouerit ipſemet, pro ut diligentiſſimus quiſque feciſſet, pro qua tamen nullatenus aſtringi poteſt Corn. conſi. 108. nu. 12. uol. 1. Siluan. conſi. 46. in fi. præterea non abnegant teſtes, quin & per ſuos famulos agentes, ac inſtitores domus fęneratitię, aulæa uiſa, amota, & cuſtodita fuerint, ut vere factū fuit, propterea non probatur nimia domini negligentia, cum id per alios fecerit, nec ꝓbet hoc eſſe, quod ab hoc cōtingit abeſſe. l. nō hoc. C. vnde legitimi. confeſ-
19 ſio namque † certa debet eſſe, atque concludēs neceſſario; Roma. conſi. 321. ad. fi. Craue. conſi. 157. nu. 9. cum ſeq. & in dubio in fauorem confitentis intelligi debet, Alex. conſil. 183. in fin. uolum. 5. Deci. conſi. 493. nume. 16. nec per verba enuntiatiuè prolata præiudicet, ſi enuntiatum vt hic, in dubium principaliter reuocetur, Butr. in cap illud de præſumpt. Alex. conſil. 21. num. 4. vol. 1. Deci. in authen. ſi quis in aliquo. num. 37. C. de edend.

Tertio, probatū eſt nomine hebræorum, aulæa actu cuſtodita fuiſſe, vt dixi in primo conſilio. quicquid igitur per hebræum confeſſum fuerit, etiam in præſentia debitoris, attenditur ueritas & cuſtodia adhibita atque probata, quæ ipſos ab omni culpa excuſant, etiam quod illa nō amouerint, ſeu viderint, vnquā videmus enim ſeruari idem in cæteris pignoribus, pro quibus, modo per ſe uel alios cōſeruētur à tineis, & muribus, licet fęneratores illa continuo nō videāt, non tenētur nec pro corroſione aliqua caſu ve obligati exiſtunt, Salic. Bal. & Iaſ. ubi ſupra, Marquard. de iud. cap. 11. num. 17. Cæpol. conſi. 99.
20 dubio. 2. & in propoſito, quod † reponēs pignora in locis conſuetis nō teneatur de caſu fortuito, furto vel ſimili damno ſuper illis occurſo, tradiderunt & fuſiſſime conſiluerunt Grat. Riminal. Viſitar. Piper. Iaſ. Socin. & Guald. inter conſil. Grat. incipiendo à conſi. 94. ad conſi. 100. volum. ſecundo. Ceſſant enim omnia, quod in quàm ſit in culpa doloue nō faciendo, quod cōmuniter ſolitum eſt fieri, vel id, ad quod tenebatur, Caſt. num. 4. Bar. nu. 17. ac alijs in d. l. quod Nerua, Bald. conſil. 463. uolum. tertio. Crauet. conſi. 97. nume. 6. Mainer. in d. l. contractus. nu. 15. quoniam probatum apparet feciſſe quod ſolitum eſt per alios fieri, & eam diligentiam adhibuiſſe, quam ſolitus eſt rebus proprijs præſtare. vt hinc fortius alleganti culpam leuem, ſeu do-
21 lum, nō ex præſumptione, † ſed plene illam ſeu illud certè & limitatè probare debeat, Alex. conſi. 100. nu. 3. uol. 1. Rui. conſil. 93. nu. 7. & ſeq. uolu. 5. Siluan. d. conſ. 46. nu. 6. Nec non articulis deducere & ꝓbare, quod non adhibuit hebręus illam diligentiam, quam adhibent homines diligentes, eiuſdem conditionis & profeſſionis, cuius fœnerator erat Bal. in l. ſolam, col. 3. C. de teſti Rolan. à Valle conſi. 95. num. 15. vol. 2. quod in propoſito noſtro factum minime agnoſco.

Quarto conſidero, quod uiſis aulæis extenſis per dominum Valentinum, nihil quod innuāt teſtes per eum fuit oppoſitum de corruptione

deuaſtatione uel culpa hebræi, ſed tantum reſi-
duum petitum, qua propter nequit dici hebræū
confeſſum fuiſſe propriam eius culpam, uel do-
lum conſideratum, vt in motiuis, ne aduerſetur
aliis. d. hebræi confeſſionibus, aſſertionibus, &
probationibus in iudicio factis, dum ſemper di-
22 ligentem ſe fuiſſe affirmet. ita † enim confeſſio
quælibet interpretari ſolet, ne cęteris confiten-
tis aſſertionibus contrarietur Bal. in l. cum falſa
ad fi. C. de iur. & fact. ignor. Corn. conſi. 168. nu
me. 8. volū. 3. Quinimmo omnes ferè teſtes acto
ris non concludunt dixiſſe, quod non cuſtodie-
rit aulæa, vt in capitulis ſcriptum fuit, ſed diuer-
ſum, & hinc cognoſcatur ex verbis prolatis ab
hebræo, potius diligentiam, quàm negligentiā
probare præſumi.
23 Quinto dicitur, quod licet † creditor, ad cu-
ſtodiam, quam rei natura expoſcit, teneatur Bar
tol. in l. quod repertorium. num. 20. ff. de admi-
niſtra. tutorum. Corn. conſil. 28. num. 8. volum.
3. & pro caſu ſi non cuſtodierit, pro ut teneba-
tur, ſaltem iuxta conſuetum. gloſ. in l. ſi negocia.
ff. de neg. geſt. Grat. conſi. 47. num. 36. uolum. 2.
Rimin. conſil. 165. uolum. 1. Attamen quia hic
cuſtodiri fecit per ſuos Iſtitores, & curam ha-
bere, ne à muribus correderentur, pro ut ab ip-
ſis & tineis, ſunt conſeruata, curandum non eſt,
quod illa non uiderit, ſeu non amouerit, ex quo
diligentiam ſolitam per alios fęneratores præ-
ſtari, & ut in rebus propriis adhibuit, quæ illum
excuſat, licet diligentiſſimam exhibere potuiſ-
ſet: Cagnol. in d. l. contractus. nume. 57. & 62.
cum ſequen. ubi Ign. num. 30. ff. de reg. iur. Bal.
conſi. 404. uolum. 2. Cæpol. d. conſil. 69. num. 6.
& Rimin. d. conſil. 165. Nec in præſenti verſa-
mur circa perſonas, quæ ratione officii teneau-
tur ad cuſtodiam rei, ut loquitus Barto. d. l. quod
repertorium, ut puta, in notario, caprario, cuſto-
de carceris, argentario, ac ſimilibus, ut loquitur
24 Soc. iun. conſil. 81. nume. 4. vol. 4. cum † in iſtis
culpa ſit neſcire quod ſcire debet, ac de interitu
teneantur, non probato caſu culpam abeſſe, idē
titatemque rei extinctæ, quod ſecus in aliis ad
ſpeciem obligatis, ut puta creditore ad pignus,
dum interitu probato liberentur, niſi per alle-
gantem culpa probetur, not. Glo. & ſcribent. in
l. cum ita legatum. §. ſpecies de leg. 2. multa Ca-
gnol. in l. quod te, num. 30. ff. ſi cert. pet.
Secundum tollitur quod tres hebręorum te-
ſtes deponunt aulæa prædicta corrupta ob non
adhibitam diligentiam neceſſariam in reponen
do illa ad ſtantia, non autem aceruatim, & cum
culpa rei præceſſerit, de caſu ſuperuenienti te-
neatur per Bart. in d. l. ſi ut certo. §. ſed interdum.
ubi Fulgo. in §. nunc videndum. num. 4. ff. com-
mod. Corn. conſi. 273. num. 18. volu. pri. Natta.
conſi. 79. num. 5. uol. 1.
25 Namque reſpondetur, & primo, quod † ubi
culpa caſum præcedit, nemo tenetur de caſu, ni-
ſi principaliter ſit præordinata culpa ad d. ca-
ſum, & quando caſus euenit propter culpam,
qui aliter non eueniſſet. l. non omne. ff. de ſtat. li-
ber. Bar. ubi ſupra. l. ſtatius. §. eſt & alia cauſa. ff.
quod vi aut clam. ita declarat Caſt. in l. ſi uehen-
da. §. 1. ff. ad l. rod. de iact. Bald. conſi. 145. num.
3. uol. 3. nec in præſenti ſola coaceruatio aulęo-
rum eſt deuaſtationis cauſa contingens, ſeu lon-
gitudo temporis. vt ſint ſine cartis, & oleo ita re
poſita: ideo culpa ſola per hebræum commiſſa,
cum pro caſu non obligat, ita declarat Emil. cō
ſi. 37. nu. 7. & 8. uol. 1.
Secūdo, videmus quotidie ſeruari, quod hęc
aulæa abſque eo quod amoueantur, ita reponū
tur & cuſtodiuntur per d. fœneratores, uel ſimi-
les dominorum, & Principū factores, quod per
teſtes hebræorum demōſtratur, qui dicūt illa d.
Moyſem cuſtodiſſe, ſicut quilibet alius paterfa-
milias feciſſet, & in hoc caſu creditur hebræis
quoque, licet à fęneratore & creditore ſtipēdia
tis, ut dicebat Rimin. conſi. 64. nume. 21. & ſeq.
vol. 1. licet igitur culpa coaceruationis præceſſe
rit, cum leuiſſima, non autem leuis reputetur,
26 pro illa non tenebitur fęnerator. eſto † quod ca
ſus ob dictam culpam eueniſſet, quando illa tan
tum ueniat, quę ex natura contractus puniri po-
teſt, in propoſito Bal. conſi. 145. nu. 3. uol. 3. Sub
dens ubi dubium eſt, quod caſus contingiſſet ci
tra. d. culpam (ut hic ſtantibus infra dicendis)
27 reum abſoluendum fore, pręcipue † quod in du
bio culpa non præſumatur. Pariſ. conſil. 90. nu.
48. uol. 1. Rimi. iun. conſi. 48. num. 52. uol. 1.
Tertio concludunt iidemmet teſtes non fuiſ-
ſe coaceruationem, & longum tempus unicam
cauſam deuaſtationis, ſed addunt culpam & im
peritiā eorū, qui aulæa diſplicuerūt, inter quos
adeſt electus, per dominos de Valētis. dicta ergo
culpa coaceruationis ſola non fuit ordinata ad
caſum, vt ſic hebræus teneatur, ſed etiam perito
rum culpa. ſic vtriuſq; partis. nec ideo pro dicto
caſu obligatus remanet, cum ex dicta culpa ſola
non ſit ſequutus caſus, nec culpa in delictum ca
deret, Bar. in d. §. ſed interdum. uer. quandoque.
28 Rurſus † culpa cum culpa compenſetur, l. ſi am-
bo. ff. de compenſat. Deci. in l. qui in alterius in
fi. ff. de reg. iur. Alex. conſ. 96. nu. 6. uol. 6. Anna.
conſil. 93. & maior præponderat minori. l. item
ſi obſtetrix. ff. ad l. aquil. Imol. in c. ad audietiam
de rebus eccleſiæ nō aliena. Alex. conſi. 58. in fi.
uol. 4. At culpa in faciendo, ſic aulęa aperiendo,
præponderat culpæ in omittendo; puta videre,
uel amouere per Bald. in d. l. ſi ambo. caſus deua
ſtationis igitur magis imputabitur actori, qui il-
la aperiri voluit, nec redemit in tempore debito
hebræo, q. ſolitam fœneratorum cuſtodiam ad
hibuit, ad congeſta in d. cōſi. Grat. 94. cum ſeq.
ad numerum. 100. uol. 2. Rimin. conſi. 336. nu.
35. in 2. & conſi. 165. num. 11. & 31. vol. primo.
Quarto, dicti teſtes deponentes de culpa he-
bræorum, in non adhibita diligentia, non con-
29 cludūt magis de leui, quàm leuiſſima, † intelli-
getur

getur ergo de leuiſſima,vt dicebat Corn. conſil.
108.num.9.volu.primo.& tanto magis, quod
ipſi deponunt eo modo optime cuſtodiri aulęa
pellita, quod exactiſſimam, & diligentiſſimam
cuſtodiam in ſuperlatiuo gradu ſignat,non exa
ctam & ordinariam tantum,quam patres fami-
lias ſoliti ſunt in rebus proprijs præſtare, Barto.
in d. l. quod Nerua. & Grat. conſil.46.num.30.
volum.ſecundo.

Quinto addi poſſet,ſolitam fœneratorum cu
ſtodiam fuiſſe probatam, vt merito de leui cul-
pa argui reus nequeat, cum non fuerit circum-
ſpectus illa diligentia, quam homines dilgen-
tes in alienis rebus adhibent,per Cagnol. in d.
l.contractus.nume. 13.Salicet.in d.l.quod Ner-
ua.num.8.& c. Negaturque abſolutè nullam per
hebræum præſtitam diligentiam,vel non feciſ-
ſe, pro vt feciſſet in rebus proprijs, cum id ex-
preſſe factum affirment tot teſtes,ex quorum di
ctis reſultat probatio cautelę,quam tradunt.dd.
30 ad excuſandum aliquem ab omni culpa, † pro-
bando nempe eſſe virum diligentem, & pro-
bum.Socin. in regul. fallent. 178.Iaſ.in l.ſi mo-
do.ff.de leg.primo.Menoch.conſil.53.num.24.
Similiter negatur, quod quilibet diligens pater
famil as omnia remedia olei,pannorum,& ſimi
lium pro conſeruandis aulæis adhibuiſſet, cum
hæc diligentiſſimus,& circumſpectiſſimus pater
familias feciſſet,pro optima conſeruatione au-
lęorum,non autem diligens,quia diligentes iux
ta ſolitum reponant in loco non humido,vt il-
la à tineis & corroſione tantum conſeruentur.
pro qua diligenti cuſtodia omiſſa, tantum dili-
gent.ſſima excluſa,creditor teneretur,vt ſæpius
concluſum fuit.

Tollitur tertium motiuum, quod leuiſſima
hebræorum culpa facti in reponēdo aulęa acer
uatim,æquipararetur latæ in omittendo,per Bar-
tol.in d.l.quod Nerua.nume.28.Alex. num. 15.
Caſtr.in fi.Cuman.num.10.in l.ſi mora. ff. ſolu.
matr.cum ſimil.Gratus conſil. 47. num. 36. vo-
lum. 2. Etenim factum hoc ſolum repoſitionis
non fuit deuaſtationis cauſa, ſed omiſſio carta-
rum & olei,propter quod dicuntur magis in o-
mittēdo,quàm committendo.pro qua creditor
minime tenetur. ad not. in d.l.quod Nerua, &
d.l.cōtractus,& Sal.in l. ſi nulla. C. de diſtr. pig.

Secundo, dicitur ſecundum aliquos falſam
eſſe doctrinam Barto.in d.l.quod Nerua.nume.
28.contra quam tenuerunt Bald.& Salic. in fin.
in d.l.ſi nulla. C. de pignor.act. Alex.in l.ſi mo-
ra.numer. 15. ff. ſolut. matrimo. concludentes,
31 non venire in contractu pignoris, † nec leuiſſi-
mam in omittendo,nec in faciendo,cum pro le
uiſſima creditores minime teneantur; ſequitur
Guliel.Mainer.in d.l.contractus. numer. 55. de
reg.iur.in conductor. Menoch.conſ.54. nu. 21.
32 Tertio, licet † maior ſit culpa in faciendo,
quàm in omittēdo,& hoc nemo ambigit,exem
pla adducit,Rolan.à Valle.conſ.54.nu.4. & ſeq.
volu. 3. non tamen datur actio ex contractu lo-
cati pignoriſuè pro leuiſſima etiam in facien-
do, cum regulariter leuiſſima in eo non veniat,
licet forte in actione legis aquiliæ intentata pro
damni emendatione ſecus diceretur, declarat
Alex.in d.l.ſi mora.nume.15. in pri. Afflict. de-
ciſ.57.nume.7.vbi Vrſil.nu.3. Ang. de peri. in l.
4.§.Cato.nu.27.ff.de verb.oblig.Rolan. à Valle.
conſil.95.nu.29.& 30.vol.2.

Quarto loco dubitatur d. Moyſem pro leuiſ-
ſima culpa obligatum dici, eo quod cuſtodiam
promiſerit, & vt promiſſio operetur, leuiſſima
comprehendatur,cum ex natura contractus le-
uis veniat,Gl.in l.qui mercedem.ff.locat.

Verum replicatur negando promiſſionem fa
ctam,& licet duos teſtes actoris non nulla depo
nant,attamen non obſtant.

Primo,quia contrarij ſunt, & ſibi ipſis inui-
cem repugnant,ſuper Capitulo principali, ſu-
per quo examinati ſunt, videlicet de pignore
tradito pro quantitate.300. aureorum. Primus
enim dominum Valentinum illa tradidiſſe, &
pecuniam ab hebræo recepiſſe in domo hebręi:
33 alter vero totum † contrarium, vt ſic nemini
credatur cap.cum tu.vbi not.de teſti.c. cum Io-
annes de fid. inſtrum. l. qui falſa. ff. de teſtibus.
Leos in fin.C.eod.titul.declarat Rui.conſi. 149.
num.27.cum ſequen.& conſi.150.nume.9. vol.
5.Campeg.regu.de teſtibus.323.& 382.& 410.
Crot.de teſtibus.7.parte.num.148.Rimin.con-
ſil.99.num.33.Boſi.de tortura teſt.nume. 23. &
ſeq.Clar.§.fi.criminal.q.25.verſic.item teſtis. &
q.53.verſic.pri.& quartus caſus eſt.Quinimo &
aſſerentibus falſum circa generalia nō creditur,
Bal.in l.ſi ex falſis.C.de tranſ.Crau. cōſi. 99. nu.
8.Viui.Commu. opi.verbo teſtis.nu.77. Clar. §.
fi.crim.q.63.cum ſi in vna depoſitionis re falſus
34 conuincatur,in tota teſtimonij † dictione fidem
amittat,commune* inquit Alex.conſi. 152.vo-
lu.7.Dec.conſi. 105.ad fin.refert Eman. Soarez
recept.ſent.verbo teſtis.nu. 135.

Nec verum eſt, depoſitionem ſuper receptio
ne pecuniarū pignoris ac traditione cenſeri ſu-
per circūſtantijs facti,cum ſit negotium princi-
pale,vel illius appendix.& quemadmodum re-
probantur teſtes duo, quorum alter dicat per-
cuſſionem punctim factam,alter cæſim, licet in
facto percuſſionis concordent,per Federi.de Se
ni.conſi.220.Crot.vbi ſupra de teſtibus. 7. par-
te.num.149.ita & iſti reprobantur.quinimo de
falſo ſuſpecti habentur,ſtante præcipuè illorum
iuramento, & quod receptio pecuniarum non
ſit demonſtratio facti ſimplex, ad ea, quæ not.
Iaſ.in l. 1.nu.16.cum ſeq.& Apoſt.C.bon.poſſe.
ſecundum Tabul.Rimi.conſil. 277. nu. 34.in 2.

Secundo admiſſa probatione teſtiū,nō ſequi
tur de leuiſſima hebræū teneri,nā non promiſit
ſimpliciter cuſtodiam: ſed inquit, quod cuſto-
diam adhibuiſſet, quia onus vel incumbens id
erat ſuū, propterea intelligi debet de cuſtodia

debita ex natura contractus,& ex onere pigno-
ris accepti, quod eſt de cuſtodia diligentiori,
non autem de diligentiſſima; ita vt pro leuiſſi-
ma culpa in faciendo vel omittendo teneatur;
35 teſtium † enim dicta à ratione allegata regulan-
tur, Bald. in l. conuenticulam. C. de Epiſco. &
Cler. Bald. Barto. & Angel. in l. cum hi. §. vult igi
tur. ff. de tranſ. Bald. in l. præsbiteri. C. de epiſc.
& cler. in mitiorem partem intelliguntur Rimi-
nal. conſil. 76. nume. 6. & obſcura contra produ
centem interpretantur. capitul. in præſentia. de
probatio. Barto. in l. inter ſtipulantem. §. primo.
ff. de verbor. obligatio. cum ſimil. Rimin. conſil.
49. num. 5. in dubioque promittens cuſtodiam
intelligitur de cuſtodia debita, ex cuius omiſſio
ne, culpa tantum leuis inducitur, non leuiſſi-
36 ma, quando † culpæ appellatione leuis, vel la-
tior tantum veniat, ex doctrina Bald. in l. quod
locum. numer. 5. quæſtio. ſecunda. C. de collat.
qui allegat. l. ſi cum venderet. §. fin. ff. de pigno.
act. Coru. conſ. 318. numer. 6. volu. 4. nec diſſen-
tit Grat. d. conſil. 46. numer. 27. volum. 2. Addi.
tertio, poteſt quod promittens teneatur de le-
uiſſima, ſi mercedem cuſtodię accipiat, iuxta gl.
iuncto textu in l. qui mercedem. ff. loc. Nec quin
to ſoli dicto teſtis hebræi affirmantis culpa Moy
ſis aulæa deuaſtata ob cartas non interpoſitas,
credetur, Roman. conſi. 104. Craue. conſi. 201.
cum ſimilib. quando non producantur dicta il-
lius per Moyſem, ita vt plenam & indubitatam
fidem faciat, per dd. in cõtrarium allegatos, ſed
tantum ab illo ſit examinatus; cui credi debet.
quatenus tamen cæteris non repugnet. plures
enim contradicentes vni pręferuntur. cap. cum
ru. vbi Aret. & cæter. de teſti. tot enim teſtes affir
mant aulæa pluribus de cauſis deuaſtata, & præ
cipue quia fuerunt imperite & ſine cura diſpli-
cita, per peritos, inter quos aderat. d. Madius te-
ſtis examinatus. Vnde licet ipſe dicat culpa he-
bræi id eueniſſe, ob cartarum omiſſionem, non
eſt ei credendum abſolutè.

Primo, quia nullam reddit rationem dicti ſui
quod pertineret ad Moyſem cartas aulæis ad-
iungere, nec ideo facit fidem, vulg. iuribus.

Secundo ſuper interrogatorijs negat ſe vi-
diſſe tempore ſubpignorationis, aulęa, nec ſcire,
in quo ſtatu tunc eſſent, quomodo ergo nunc
concludat deuaſtata eſſe culpa Moyſis, qui car-
tas non interpoſuit, certe neſcio, ſi non vidit il-
la, non fuit præſens, & prorſus illorum primum
ſtatum, & qualitatem ignorat.

Tertio, quodam modo tractat de ſe exonerã
do laude, & vituperio ſuo, quia opera etiam ſua
in aperiendo aulæa damnum euenit, Nouel. in
reg. iur. verbo teſtis. nume. 10. cum ſeq. Cacher.
deciſ. pedem. 79. num. 39.

Quod vero dicebatur ſeptimo loco, ipſum te
neri, vt culpoſum in faciendo & omittendo, tol
litur, quia ex pręcedentibus liquet minime cul-
pam leuem eidem vllo reſpectu adſcribi, nec ip-
ſum in faciendo, & omittendo peccaſſe, qui ta-
men & ſi peccaſſet, nullo caſu, dummodo citra
leuem culpam teneretur, ex natura contractus
pignoris, in quo leuiſſima culpa vtroque modo
conſiderata non venit, per Salic. in d. l. nulla, &
ſcribentes in d. l. contractus. ff. de regu. iur. Mi-
nus conſtat manifeſte facto, & negligentia debi
toris deperditum pignus, quia non ſolum culpa
ex parte debitoris probari debet, ſed & leuis, &
limitate, ita vt creditor de interitu obligatus ma
neat per ea, quæ ſuperius annotaui, & commu-
nem concluſionem firmatam in ſcriptis præce-
dentibus in ſecunda conſideratione, ac Rimin.
iun. conſi. 1. num. 4. & conſi. 52. nu. 128. & 150.
conſi. 48. nu. 52. & ſeq. lib. 1.

Octauum & vltimum motiuum eneruatum
ex pręcedentibus cenſeo, maxime cum non cõ-
ſtet liquido per teſtes, nec per confeſſionem de
negligentia exactiori, quam tenetur creditor in
pignore præſtare. Et ſi replicetur in dubio præ-
ſumendam culpam, niſi per creditorem probe-
tur interitus abſque culpa, cum in caſibus, qui
non contingunt ſine culpa, onus ad credito-
rem, in cæteris vero ad debitorem pertineat, p
Bartol. Bald. & Salic. in l. creditor. C. de pign. a-
ctio. Abb. conſi. 82. num. 2. volum. 2. cum ſimil.
vt ſupra ſentio, & alibi conſil. 53. nu. 32. & ſeq.
lib. primo.

Reſpondeo, præſentem caſum deuaſtationis
aulæorum ſine culpa contingere. Poſſunt enim
deteriora reddi ob naturam, & qualitatem pel-
lium ac coriorum, quæ ſint pinguia, & de facili
coinquinentur, vt concludunt omnes teſtes ſic
citra creditoris culpam, vnde regulæ inhæren-
37 dum eſt, quod † interitus ad dominum ſpectat,
non probata culpa, quæ nec præſumatur. l. quæ
fortuitis. C. de pign. actio. Siluan. conſil. 46. nu.
8. Ruin. conſi. 93. nume. 7. volum. 5. Rimin. iun.
38 conſi. 74. num. 60. non enim verſamur † in ca-
ſu furti, rapinę, incendij, fugæ animalium, & ſi-
milium, qui nunquàm de facili citra culpam oc-
currunt, Ign. in l. contractus. numer. 32. ff. de
regu. iur. Bartol. in §. prætor. l. ſi quis ex argenta
rijs. ff. de eden. ſeu in obligato ad cuſtodiam, vt
loquitur Nat. d. conſil. 131. volum. primo. Bero.
conſi. 214. num. 8. vol. 3. ſed ſumus in alio caſu,
qui abſque culpa, vt plurimum contingit, vel
contingere poteſt, qui nec à Caſt. nec Bartol. in
d. §. prætor, excipitur, vt declarat Siluan. d. conſ.
46. nume. 8. propterea actus iſti hebræi in moti-
uis conſiderati poſſunt eſſe ſeparati à culpa, qua
propter, nec in iſto culpa aliqua præſumetur in
dubio, Rimin. iun. conſil. 1. numer. 40. & 41. &
ſi rurſus eſſemus in facto culpam vt plurimum
admittente dico, quod niſi pro culpa leui non
teneretur hebræus, quæ tamen regulariter non
præſumitur, niſi probetur ſpecificè. & licet præ
ſumatur culpa hebręi aulæa deuaſtata, non ta-
men ipſe ſuccumbere debeat, cum poſſit eſſe le-
uiſſima, quia non præſtiterit illam exactiſſimam
petito-

peritorium in arte diligentiam, pro qua teneri minime poteſt, nec ſequitur, adeſt culpa, ergo leuis, niſi probetur.arg.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.Corn.conſil.3 t 8.numer.2.uolum.4.cum ſimilibus,Siluan.d.conſi.46.numer.4. & ſeq.nec dicitur probata eo ipſo,quod non probetur ex aduerſo abeſſe,Angel.conſil.197.num.3.in pri.cum illud dictum procedat tantum in caſibus,qui citra culpam non contingunt,ut in furto,uel in perſonis quæ ad cuſtodiã ex officio publico uel priuato obligantur,ut Angel.ibidẽ loquitur.Ad ſecus in diſſimilibus, in quibus nõ præſumitur culpa,cum illa ex aduerſo non probata,caſus fortuitus tantum iuſtificentur,arg.gl.in l. ſi quis fundum.§. imperator. & ibi.dd. ff. locat.Ruin.conſil.93.num.8.uol.5.Emil. conſi.37.nu.6.& Siluan.d.conſ.46.nu.7.in fin.eodem loco ſubdens non ſequi tenetur ad cuſtodiam. Ergo re perempta culpa creditoris præſumitur perijſſe,niſi probetur.concludo itaque non obſtantibus contrarijs,hebræum fore abſoluendũ & iuxta alias ſcripta Illuſtris. dd. de Valentis cõdemnãdos.Qui rem maxime dubiam aduerſus ſe ipſos agnoſcentes à lite diſceſſerunt, medio compoſitionis fauorabilis hebræo.

Franciſcus Burſatus. I. C. Mantuanus.

PRO ILLVSTRI DOMINO COMITE Petro Trilago ex Tridento.

ARGVMENTVM.

Statutũ de continuanda poſſeſſione in hæredem quomodo procedat, & ad quæ bona extendatur.

Statuta fœminarum excluſiua, vel circa ſucceſſiones loquentia, an loci ubi ſita ſunt, an patria perſonarum ſuccedentium attendantur.

Ciues ex priuilegio quãdo fruantur commodo ſtatutorum patriæ, et ijs quæ originarijs fuerunt cõceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario remedium poſſeſſorum non cõpetit ante reſtitutionem re aut verbo factam, in caſibus ubi requiritur; licet poſſeſſio de manu hæredis capiatur, ex magis ** communi.*

2 *Poſſeſſio bonorum peti & accipi per fideicommiſſarium ab hærede grauari debet, ex recepta * ſententia.*

3 *Statutum mantuanum prohibet alienationes in forenſes.*

4 *Statutum brixienſe dictat, vt poſſeſſio & tenuta bonorum defuncti intelligatur translata ipſo iure, & continuata in hæredem etiam ab inteſtato, ac ſi per eum corporaliter fuiſſet apprehenſa.*

5 *Officium iudicis cõpetit pro conſeruanda poſſeſſione ciuiliter acquiſita, ad impedimentum, ne quis aliam corporalem capiat.*

6 *Fideicommiſſarij non comprehendunt appellatione hæredũ ſub ſtatuto poſſeſſionẽ cõtinuãte.*

7 *Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem intelligitur in primo hærede vero & non ficto ex * communi.*

8 *Statutũ fœminarum excluſiuum, attẽdi debet in deciſorijs, & in ſucceſſione bonorũ fratrũ.*

9 *Statuta loci vbi ſita ſunt bona, attenduntur in materia ſucceſſionum, ſiue loquantur in rem, ſiue in perſonam, maxime cum hi profiteantur ſe ciues.d.loci, ex magis ** recepta ampliatur. num.ſequenti.*

11 *Poſſeſſor in ſua poſſeſſione conſeruari debet, etiã quod eſſet prædo. & nu. 21.*

12 *Statutũ de cõtinuãda poſſeſſione defuncti in hæredẽ nõ procedit, ſi alias occupauerit bona, ante quã hæres adierit hæreditatẽ, ex magis ** com.*

13 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*

14 *Petens tenutam bonorum allodialium, diſtincte bona ipſa libera eſſe demonſtrare debet.*

15 *Poſſeſſio rei incertæ ratione loci & quotæ, nec peti nec acquiri poteſt.*

16 *Tenutam bonorum defuncti apprehẽdere authore prætore quis nulla l. aſtringitur.*

17 *Poſſeſſio rerum allodialium defuncti authoritate propria ab hærede percipi poteſt.*

18 *Occupans rem hæreditatis iacẽtis pœnam.l.fi.C. vnde ui, non incurrit, ex ** communiori.*

19 *Poſſeſſio defuncti nomine hæredum conſeruatur & per colonos partiarios retinetur.*

20 *Poſſeſſio non acquiritur niſi expulſo colono, qui nomine primi domini poſſidebat.*

22 *Ius ſuperueniens actori vel reo, ante litem conteſtatam ex cauſa ex cauſa de præſenti, ſeu poſt ex cauſa de præterito, ad victoriam prodeſt, & ſuper eo ſententia, ſubſequi poteſt.*

23 *Procurator nomine alieno accipiens poſſeſſionẽ alicuius rei, illi acquirit, vel ſaltem ſequuta illius ratificatione.*

24 *Poſſeſſor in ſua poſſeſſione manuteneri debet in ſummario iudicio, ſaluo iure aliorum in plenario vel antiquiori poſſeſſorio, vel petitorio.*

25 *Poſſeſſio non probatur per dictum, quod poſſederit per alium. nam requiritur, quod habeat mandatum.*

26 *Nuntio referenti contra relationem iam factam non creditur.*

27 *Relatio nuncij facta poſt ſuſpenſionẽ tenutæ conceſſa*

ceſſæ per iudicem factam, non attenditur.

28 Nuntio falſa referenti non creditur, imo ipſe venit puniendus.

29 Relatio nūcij redditur falſa, ſi dicat aliquid feciſſe ex commiſſione vnius qui id in mandatis ſibi non dedit.

30 Statutum poteſt facere, quod poſſeſſio continuetur in hæredem, abſque alia apprehenſione, cū ab alio non reperiatur apprehenſa, ex * cōi.

31 Terræ iuris præſumptione allodiales cenſentur.

32 Pars prædiu incerta ratione loci & quotæ, poſſideri minime poteſt.

33 Poſſeſſio rei non petitæ, ſi à nuncio detur in errorem alterius petitæ, nihil operatur.

34 Vitiata parte indiuidui totum vitiatur.

35 Statuta non ligant forenſes, etiam quod eſsent fauorabilia, & bona ſint ſita vbi uigent.

36 Ciues ex priuilegio nō gaudent ſtatuto, quod poſſeſſio in hæredem transferatur.

37 Statutum excluſium fœminarum, in loco vbi ſunt ſita bona alicuius defuncti, attenditur ēt quod agnatus ſuccedens eſset forenſis, & fœminæ excluſæ ſimiliter forenſes, ex verıori, & num. 42.**

38 Forenſis agnatus, ad ſucceſſionem admittitur, ſtante ſtatuto fæminas excludente, ex vera & communi * ſententia.

39 Ianuenſis Ianuæ habitans habere poterit hæreditatem in Hiſpania ſitam, vigore ſtatuti Hiſpaniæ.

40 Cognatus per ſtatutū Vicentinum a forenſe in ſucceſſione excluditur licet bona ſint in agro Vicentino poſita.

41 Domicilium perſonaque hæredis conſiderari non debet, ſed locorum ſtatuta.

42 Statuta locorum ubi ſunt ſita bona, attendūtur ſiue verba ipſius in rem, ſiue in perſonam dirigantur, nulla habita diſtinctione perſonarum, an ſubditæ, ſint an forenſes, ex magis.** communi quod magis uidetur procedere, quādo in rem diriguntur. num ſequenti.

45 Clerici monialeſque alias à ſtatutis non comprehendi ſoliti, ſtatuto de ſuceeſsione ligantur, tam in incluſione agnatorū, quàm excluſione fæminarum, ex communi * in vtroque caſu.

46 Forenſes ligantur ſtatuto, vbi tractatur de cōmodo tantum in actis meræ voluntariæ iuriſdictionis, vt eſt ſuccedere, ex * communi concluſione.

47 Verba vniuerſali in decreto ciuilitatis geminata, operantur, vt in ſucceſsionibus is, cui conceditur, ſit tanquàm verus ciuis originarius.

48 Ciuis ex decreto confecto per verba vniuerſalia geminata, in ſucceſsionibus*, feminas agnatas excludit.

39 Fæmina, licet ſoror, per ciuem forenſem agnatū excluditur.

50 Suſtinens onera omnia realia, quæ pro rebus perſonis imponuntur, gaudet ſtatutis illius loci.

51 Priuilegium ciuilitatis ſimplex alicui conceſſum, non extenditur ad ea, quæ ſpeciali iure competunt.

52 Ciuilitatis priuilegium, ampliſsimis prægnantibuſque uerbis confectum extenditur ad omnia commoda, & priuilegia, quæ ex iure communi ciuibus originarijs competunt, vigore alterius ſtatuti, licet exorbitantis.

53 Opinio communior per ſimplicem doctrinam deſtrui non debet.

54 Statuta fauorabilia, omni iure maſculorum ſunt attendenda in fauorem etiam forenſium.

CONSLIVM CXCVIII.

TRINITAS ADSIT.

PEtierunt Illuſtr. & Nob. dominę Liuia & Paula de Trilago, ex fideicōmiſſo Comitis Martini patris ſibi ipſis decerni tenutā bonorū hęreditariorū Comit. Pauli & Ioſeph. fratrū ſine filijs nuper defunctorum, ſeu illas induci ad illorū corporalem poſſeſſionem. Quam decretam ſine patris citatione adipiſci minime potuerunt, prohibente quodam. d. Ambroſio agente & poſidente nomine Illuſtr. Comit. Petri de Trilago. d. fratrum conſobrini, vt in nuncij relatione legitur, in actis. d. tenuta tamen vt ſupra decreta, fuit ſuſpenſa ad inſtātiam. d. Comitis Petri vti poſſeſſoris legitimi, immo cōtrauertitur, an ſit vel ne ſuſpenſio tollenda: Et breuitati ſtudendo in gratiam eorum qui abundant Iuſtitia, Dico non ſolum ſuſpenſionem confirmanda fore, ſed etiam pronunciandum. dd. ſorores non debere impedire turbareue poſſeſſionem, quam habet. d. Illuſtris Comes Petrus conuentus reus.

Primo ex defectu iuris ſororum agentiū, quæ dum virtute teſtamenti paterni vti ſubſtitutæ tenutam & poſſeſſionem petūt, non eſt eiſdem cō
1 cedenda † cum ante reſtitutione, re ſeu verbo factam in caſibus vbi regulariter, vt hic, requiritur fideicommiſſario, remedium hoc poſſeſſoriū ſummarium minime competat, ſed poſſeſſio de manu hæredis vel hæredum capiatur. l. 1. §. ſed & quoties, vbi Ripa. nume. 6. ff. ad Trebel. Bal. in l. pen.

l.pen.§.cum autem num.1.& 4.C.ad Trebel.De
ci.conſi.724.num.15.& 438.num.12. Alex.cōſ.
82.num.3.vol.2.ample Zucard.in l.fi.numer.2.
197.& 198.vbi iſtam communem omnium nū
cupata poſt.Bart.num. 39. Alex.num.7.Iaſ.nu.
8.Deci.num.25.Curt.num. 34. C. de edict. diui
*a Adri. tollend. de magis ** communi atteſtatur
Bero.conſil.56.num.5.& conſil.58.num.4. uol.
2 2.quo loco ait ab hærede grauati† poſſeſſionem
bonorum petendam, & accipiendam per fidei
commiſſarium, iuxta communiter tradita in l.co
hęredi.§.cū filiæ.vbi Imo.& Alex. ff. de vulg.&
pupil.Gomez.de teſta.cap.5.num.31.Rimin.cō
ſil.258.num.7.vol.2.

Secundo, quia aut iſtæ actrices ſunt ciues Mā
tuanę & loci vbi ſunt ſitæ.d.terrę, aut forenſes.
3 †Si forenſes, tenutam bonorum vti incapa-
ces petere minime poſſunt, repugnante ſtatuto,
ſub Rubrica de alienat. prohibit. in forenſ.
ibi ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut tanquàm
ciues admitti curant.& iſto caſu eiſdem obſtare
4 certum eſt †ſtatutum terrarum Brixienſium in
loco Guidezoli obſeruatum, quorum ca. 157.
ſub Rubrica, quod omnis poſſeſſio intelligatur
tranſlata in hæredem, diſponitur poſſeſſionem,
& tenutam bonorum defūcti in hęredem ab in-
teſtato etiam ipſo iure transferri, & continuati,
ac ſi corporaliter fuiſſet per eum apprehenſa; li-
cet eam non ingreſſus fuiſſet. Etenim ſi in hęre-
dem maſculum conſanguineum propter quem
fęminę ex noſtro ſtatuto ſunt excluſę, virtute.d.
ſtatuti poſſeſſio continuata fuerit, ac citra appre
henſionem, ſequitur ipſum in ea cōſeruandum
5 fore, †cum pro conſeruāda poſſeſſione ciuiliter
acquiſita, vt ſupra, iudicis officium ſimiliter com
petat ad impediēdum, ne quis aliam corporalē
capiat Guido Papa.q.552.Pariſ.ample conſ.41.
num.16.volu.1.Tiraq.le mort ſaiſit.6. parte de-
clarat.9.Didac.pract.qq.ca.17.num.5. ſequitur
Menoch.tract.de retinēd.poſſeſſ.remed.vltimo.
num.16.Nec obſtat, fideicommiſſarias cenſeri
hæredes conſequēter.dd.ſtatutis comprehēſas.

6 Quia reſpondetur † primo negando ſub ſtatu
to continuante poſſeſſionem hæredum appella
7 tione venire fideicōmiſſarias, intelligitur † enim
ſtatutum de primo hærede vero tantum, non fi-
cto, ſeu in hærede hæredis, Alexan.conſi.82.nu-
me.6.volum.2.vbi mode.Pariſ.in additione.ver
* bo.fideicōmiſſarius, hanc omnes *tenere inqunt
poſt Rubeum conſil.121.num.3. Alexā. cōſilio
37.nume.5.& 6.volum.1.& cōſil.83.volum. 3.
pro limitatione tradit Cotta memorabili.in ver
bo decreto Mediolani, Tiraquel.eod. tract. le
mort.ſaiſit.9.declaratione.2.part.nume. 2.& 4.
& declaratione.5.num.1.19.& 25.Caſſan.conſ.
19.nu.55.& in conſi.Burgund.Rub.7.§.4.pag.
239.ample Gabriel.com.cōcluſ.lib. 5. de acqui.
poſſeſſ.concluſ.9.nu.10.& 13.

Secundo reſpondetur hic non tractari de poſ-
ſeſſione bonorum Martini, ſed fratrum Pauli &
Ioſeph nuper defunctorum, quo caſu ſtatutum
ad illas porrigi non poteſt, cum non ſint illorū
8 hęredes ſaltem in bonis agri Mantuani, † vbi
ſtatutum excluſiuum fœminarum viget; quod
rurſus attenditur in deciſorijs, ac in ſucceſſione
bonorum fratrum, non autem ſtatutum Tri-
dentinum, quod fortaſſe fœminas ſorores a d-
mittit, cum ex regula & probata ſententia in
9 † ſucceſſionis materia ſtatuta loci vbi ſunt ſita
bona attendantur, ſiue loquantur in rem, ſiue in
perſonam, maxime ſi perſonæ ſe eſse ciues.d.lo-
ci, vt hic, profiteantur, doctri.eſt Bart.in l.1.q.7.
vbi Bald.Salic.Iaſ. & cæter. C. de ſumma trinit.
Alex.conſilio 16.num.1.& 128.num.2.volum.
1.Card.conſi.2.Curt.Iun.conſi.5.& conſi.110.
nume.9.Lapus.allegat.91. vbi Mendoſ. num.7.
** verbo extra territorium, hanc magis ** commu-
nem nuncupat Soc.iun.conſil.12.num.4.conſi.
25.num.12.& conſi.62.num.2.volu. 3.conclu-
dens hanc eſse receptiorem ſententiam, quod
atteſtatur Brun.ſuper ſtat.exclud.fęmin.q. 1.ar-
ti.pri.Tiraq.de iure pri.genit.q.46.in prin. & in
fine docte ac copioſe ex magis communi in hæ
rede forenſi loquens, Natta conſi.148.& 149.vo-
lum.1.& conſi.581.num.22.volum.3.& conſil.
514.num.12.& 13.Gozad.conſi.49.poſt cæte-
ros, quos adducit Port.Imolens.conſi. 86.nu.4.
& conſi.127.num.2.& 3.Alciat.conſi.60.num.
10 12.† vbi id fortius procedere ait, ſi teſtator ſit
originarius extra territorium, dixi aliàs conſi. 8.
num.35.volum. 1. Franc. Piſci. in diſput. ſuper
ſtatut.exclud.fœmin.num.13.97.& 117.licet ip
ſe contrarium tueatur, imo ad bona extra terri-
torium ſita extendi.

Tertio principaliter dicitur, poſſeſſionē. dd.
ſororum quamuis hæredum non fuiſſe virtute.
d.ſtatuti continuatam in præiudicium.d.Comi-
tis Petri, qui iam.d.bona occupauit, ac reperitur
in poſſeſſione corporali eius nomine accepta,
vſque de menſe Auguſti anni præterit.dum nū
eius refert poſuiſſe quendam illius procuratorē
in tenutam omnium bonorum, de quibus in li-
ſta, quę bona includūt omnes terras in loco Gui
dezoli aliàs per.d.Comitem Martinum poſſeſſa,
vt ex diuiſionibus, inueſtituris ac.d.relatione cō
11 ſtat, qua de re †cum ſit poſſeſſor, in ſua poſſeſſio-
ne manuteneri & conſeruari debet, etiam quod
prædo exiſtens, c.in litteris, in fi. de reſti.ſpol.c.
licet Epiſcopus de proba.in 6.cum vulg.ac tit.ff.
& Codi.vti.poſſid.l.1.§.ſi prædo.ff. de poſ. Bar-
bat.late in Rub.C.qui.admit.cum ſimil. per Ne-
uiz.conſi.81.nu.8.cum ſeq.qui ſubdit. num. 25.
12 ſtatutum illud† de continuanda poſſeſſione de-
functi in hęredem, non procedere ſi alius occu-
pauerit bona antequàm hæres adierit hęredita-
** tem, quod fuſius ex magis ** communi opinio-
ne recenſet, Ant.Gabriel lib.5.de acquir. poſſeſ.
concluſ.9.num. 18.Nec opponatur poſſeſſionē
fuiſſe acceptam tantum pro terris feudalib.Epi
ſcopatus Brixienſis, non pro cæteris allodialib.

vt ex

vt ex inſtantia, petitione facta, & inueſtitura de-
13 ducta colligirur, cum † vnus incluſio ſit cætera-
rum excluſio. ar. l. cum prætor. ff. de iud.

Reſpondetur primo negando ibi adeſſe allo-
dialia ſeu libera, cum ex inſtrumento procuræ,
inueſtituræ, & tenuta accepta, videantur cõpre-
henſa omnia bona in d. loco exiſtentia, & iſtę ſo
rores feudalium incapaces, quę bonorum tantũ
14 allodialium † tenutam petunt, terras liberas di-
ſtincte & ſpecifice oſtẽdere, & demõſtrare dẽnt
15 † eũ rei incertæ ratione loci, & quotæ nulla poſ-
ſeſſio vt ſupra acquiratur ſeu petatur, l. 3. §. incer-
tam. l. locus vbi ſcribentes. ff. de acquir. poſſeſſ.
Ang. l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei uend. de ci.
in l. contractus. num. 14. ff. de reg. iur. multa Cæ-
phal. conſil. 159. in pri. Alfan. collect. iur. 613.
Borgni. Caluaca. tract. de tuto. & curat. nu. 260.

Secundo licet adeſſent nõnulla libera & allo
dialia, illorum tamen accepta fuit poſſeſſio per
procuratorẽ. d. Comitis Petri, ex quo in omni
bus terris inductus fuit, nec incõuenit quod re-
ſpectu feudalium capiatur authore iudice: reſpe
ctu vero allodialium propria authoritate cum
16 † nulla lege aſtringamur tenutam bonorum ap
17 prehendere authore prætore, ſed illã † propria
18 etiam authoritate nanciſcamur, vt † hinc occu-
pans ante hæreditatem aditam pœnam. l. fin. C.
vnde ui. haud incurrat. Ripa in c. ſępe. nume. 58.
* * de reſt. ſpol. hanc * * crebriorẽ inquit licet ipſum
contrariũ doceat Menoch. tract. de recupe. poſ
ſeſſ. remed. 13. nu. 38.

Tertio examinati ſunt teſtes recte concludẽ-
tes. d. terras fuiſſe nomine. d. Comitis Petri retẽ-
tas, laboratas, atque poſſeſſas, non autem nomi-
ne. dd. ſororum, & hoc atteſtãtur etiam coloni
19 partiarij per quos poſſeſſio † quæ erat pęnes de
functum nomine hæredum conſeruatur ac reti-
netur. l. qui vniuerſas. §. qui p colonũ, vbi Imol.
Alex. Roma. & cæter. ff. de acquir. poſſ. Afflict.
deciſ. 167. Maranta ſuo Specul. iud. 7. parte prin
cip. num. 3. Corn. conſi. 103. nu. 7. volum. 2. late
Natta conſilio. 538. Siluan. conſil. 78. num. 2. &
20 3. quinimo nec † niſi expulſo colono de fundo
acquiratur poſſeſſio per alium. l. peregre. §. qui-
bus. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quamuis. §. 1. eod. tit.
Bero. conſil. 69. in fin. volum. 3. dixi in conſi. 60.
num. 19. Conſtat itaque. d. Illuſtr. Comitem Pe-
trum tam medio ſui procuratoris quã colono-
rum & virtute legis municipalis poſſeſſionem
terrarũ habuiſſe, & nunc habere, ut in hoc ſum
marijſſimo poſſeſſorio repellendæ ſint ſorores
actrices, non autem poſſeſſio aliqua ſequeſtrari,
cum conſtet de poſſeſſione rei conuenti meliuſ-
21 quàm actricum, & † quilibet in poſſeſſione ſua
conſeruari debeat, vt dicebat in materia, Caſtr.
conſi. 3. volu. 2. Petrus benintend. deciſ. Bonon.
73. num. 7. & ſeq. Menoch. tracta. de recuperãd.
poſſeſſ. in præud. num. 24. & 25. & in tract. de re
tin. poſſeſſ. remed. vltimo. nu. 3. & 4. Ioſeph. Lo
doui. deciſ. Peruſ. 20. num. 12. & ſeq.

Quarto addo quod vt relata ſonãt poſtremo
loco. d. Illuſtr. Comes Petrus non ſolum ratifica
uit geſta per Ambroſium nomine ſuo vti domi
num ſuper poſſeſſione, ſed cultura, & fructibus
dd. terrarum, ipſe eam fuit adeptus nemine con
tradicente ſeu occupante illas, vnde & virtute
iſtius ſorores repellentur, cum ipſarum nomine
nulla adhuc ſit accepta tenuta, ſed tantum decre
ta, poſtea ſuſpenſa, numquã tamẽ executa vel ac
cepta ex prohibitione de qua in nuncij relatio-
22 ne. † Ius enim ſuperueniens actori vel reo ex cau
ſa de pręſenti ante litem cõteſtatam, ſeu poſt ex
cauſa de præterito, ſemper ad victoriã prodeſt,
& ſuper eo ſententia ſubſequi poteſt. l. ſi rem alie
nam. §. fin. ff. de pign. act. l. ſi mandauero tibi. ff.
mand. Bart. in l. 1. in fi. ff. de except. Iaſ. §. omniũ.
nume. 66. iuſt. de act. Alex. conſil. 27. num. 2. vbi
de poſſeſſ. tranſlatione loquitur volum. 1. Pariſ.
conſi. 82. in fi. vol. 3. multa Cæfal. conſil. 112. nu
me. 17. cum ſeq. volum. 1. ſed quia ex non nullis
dubitari poſſet contra Comitem Petrum in hac
controuerſia ſummarijſſimi poſſeſſorij, pro illo
rum diſſolutione tantum, omiſsis quæ merita &
iuſtitiam cauſæ principalis reſpiciunt, Dicãeius
23 intentionem fundari ſaltem † ex poſſeſſione no-
mine ſuo accepta per illius vltimum procurato
rem. d. Ambroſium, de quo in cauſa, pręcipue ſe
quuta ratificatione, ad not. in l. 1. §. per procura-
torem. ff. de acquir. poſſeſſ. Alexan. cõſi. 120. vo-
lu. 1. Crauet. conſilio 5. nume. 16. vel demum ex
poſſeſſione perſonaliter. vt ita d'cam, accepta p
eundem met ante poſſeſſionẽ. dd. ſororum, iux-
24 ta inſtrumentum in actis productum, † in qua
poſſeſſione conſeruari debet, & in illius fauorẽ
pronuntiari, ſaluo iure ſororibus in plenario vel
antiquiori poſſeſſorio, vel petitorio, p Plotum
in l. ſi quando. num. 96. C. vnde ui. Cagnol. in l.
in pari. num. 8. ff. de reg iur. Menoch. d. tract. de
recuperan. poſſeſſ. in pręfat. num. 24. Ioſeph. de
ciſ. peruſin. 20. num. 3. & ſeq. Quibus non refra-
25 gatur, † quod iam ante ratificationem vel. d. In-
ſtrumnetum poſſederint ſorores, per Corn. con
ſil. 190. in pri. volum. 2. Crauet. d. conſilio 5. nu-
mero 16.

Reſpondetur enim primo nullibi conſtare q
ſorores poſſederint vnquam, nec poſſeſſionem
apprehenderint, & licet die xviii. menſis decem
bris nuncius in proceſſu referat ſe die Iouis pro-
xima præterita in executione commiſſionis ſo-
rorum procuratorem poſuiſſe in tenutam. dd.
bonorum, Attamen. d. relatio non officit, primo
quia iam functus erat officio ſuo nuncius, qui vt
in actis retulerat iam. d. die. 18. decembris non
poſuiſſe illos in tenutam eo quod ab agente Co
mitis Petri fuerant impediti, & prohibiti, & nun
cio non credatur referenti contra relationem
iam factam not. in c. quoniam contra, verbum
citationis, de probat. Bertachi. in ſuo indice ver
bo nuncius. numero 18.

27 Secundo † relatio nuntij vltima, eſt poſt ſuſpẽ
ſionem

ſionem tenutę conceſſę factam per iudicem die. 12. decembris, non ideo attendenda, Bart. in l. ſi finita. §. Iulian. num. 18. ff. de damn. infect. Bal. & cæter. in l. generaliter. §. his de pręſentib. in fi. de rebus cred. & Bald. in l. falſus. numero. 20. C. de furt.

Tertio falſa reddit, quia ait ex cõmiſſione clariſſimi prætoris ſe ſorores in tenutam poſuiſſe die Iouis. 10. decembris. 1572. & tamẽ executio tenutæ nomine prætoris cõceſſa fuit die mercu-
28 rij. 9. d. menſis, vt in proceſſu† Vnde nõ ſolũ relationi falſæ & erroneę nõ ſtatur, ſed d. d. Nuntius puniendus venit, Specul. tit. de execut. verſic. ſed quæritur qualiter. Aſin. praxi. iud. §. 9. cap. 13. Et tanto magis falſa redditur, quia executio facta p̃ d. Nũtium in die Iouis. 10. decembris fuit ex cõmiſſione Clariſſ. Capit. Iuſtitiæ, ut patet in actis, quæ tamen reuocata & annullata fuit, vt merito
29 † Nuntius dicens ex commiſſione. d. Prætoris, q̃ id ei in mandatis non dedit, falſum omnino referre & enunciare dicatur. Dum itaque adhuc nullam tenutam obtinuerunt ſorores, Comes Petrus in ſua conſeruabitur, ac beneficio ſtatuti
30 † transferentis in hæredem poſſeſſionem fructu, cum non reperiatur ab alio apprehenſa, ut dicebatur in fine dubiorum, per Tiraquel. tract.
* le mort ſaiſit declar. 6. & ex *communi per Viui comm. opin. lib. 1. verbo ſtatutum pag. 314.

Quod ſecundo principaliter reſpondẽdo cõtrario comprobatur, nam inſtant ſorores ſuſpẽſionem decretionis tenuræ conceſſæ tolli, q̃ fuit ſuſpenſa die 12. decembris 1572. quare non eſt adhuc incepta tenuta cum nondum ſit decreta, & ſuper hoc pronunciari debeat.

Tertio ſubiungitur admiſſa tenuta ſororũ pro omnibus terris, cum fuerit incerta ratione loci, & quotæ occaſione terrarũ eccleſiæ ſibi ipſis minime prodeſt, vt ſupra dicebã. & licet relatio om-
31 nes comprehendat terras, † quæ iuris pręſumptione allodiales cenſentur: quia tamen tum ex dicto partis aduerſæ & illius confeſſione quę reſultat ex tenura bonorum accepta per comitẽ Petrum, inueſtitura & actis reproductis per eundem, tum ex petitione eorum propria, quæ ſolũ allodialia continet, apparet in illis extare nõnulla bona eccleſiæ, abnoxiaq; Epiſcopatui Brixiẽſi, ſequitur non conſtito quæ ſint allodialia, quorum ipſę ſorores tenutam tantum modo petunt
32 † non poſſe decerni, nec dari ratione. d. incertitudinis ar. l. 3. §. incertam & l. locus. vbi. dd. ff. de acquir. poſſeſſ. Cepbal. conſil. 159. in pri. & quia petendo allodialia tantum habuerint, vt in relatione poſſeſsionem etiam emphiteoticarum ſic
33 † vltra decretum iudicis, & ob id nullam poſſeſſionem acquiſiuiſſe credantur, Bal. in c. ceterũ num. 11. de iudicis, Alex. conſil. 73. num. 6. vol. 3. Natta conſi. 390. num. 30. Scribant enim ſorores adeſſe emphiteotica, quarum tenutã noluerunt petere, nec accipere tanquam ſpectãtia ad
34 Comitem Petrum tantum. Vnde † accipiendo poſtea illam, vitiatur in totũ tenuta. Ad Comes Petrus licet ſciret adeſſe allodialia & eccleſiaſtica, attamen omnium tenutam voluit emphitheoticorũ ſcilicet medio iuris, quia uocat[9] erat allodialium vero authoritate propria, ſciens ab alio nõ fuiſſe apprehenſam ſeu medio procuratorum ſuorum. propterea quod reus conuentus poſsidere omni iure adhuc cognoſcatur. Opponebatur rurſus non poſſe Comitem Petrum inniti ſtatuto quo transferatẽ poſſeſsio in hæredẽ, cum. dd. ſorores ſe hæredes cõſtituãt. d. Ioſeph. defuncti ex diſpoſitione iuris communis excluſo patruele, nec Mantuę ſtatutum in hoc attẽda-
35 tur † licet hic ſint ſita bona, cũ actor & reus ſint forenſes, quos quidem non comprehendit nec ligat etiam quod fauorabile reſpectu agnatorũ exiſtat, & vt in terminis decidebat Ale. conſ. 41. volum. 7. Brun. ſupra ſtatut. exclud. fęm. ar. 6. in pri. deciſ. conſil. 114. 550. 661. & Cagn. in l. ſecũ-
36 dum naturam. num. 4. & 5. de regul. iur. & † minus ſi eſſent ciues ex priuilegio tantum, cum iſti tali ſtatuto minime gaudeant Rui. conſilio. 200. num. 19. volu. 2. verum tamen obiectum tripliciter tollitur.

** Primo affirmãdo ex veriori ** opinione† ſta-
37 tutum † excluſiuum fæminarũ in loco vbi ſunt ſita bona defuncti, attendi, et forenſis eſſet agnatus ſuccedere volens, ac ſimiliter forenſes fæminæ excluſæ. quam opi. Alexã. ipſemet in noſtris terminis ſequutus eſt, in conſil. 111. volu. 7. editum ſuper eodem caſu, ſuper quo reperitur ſcriptum. d. conſi. 41. eodem volu. 7. vt meri apoſtil. ibidem & alij dixerint veram eſſe hanc ſentẽ-
38 tiam † quod forẽſis agnatus admittatur, nec aliter. d. conſi. 41. fuiſſe Alexã. contra quod rurſus iudicatum fuit, vt dicunt verba in prædicto conſil. 41. & ſentit Mendoſ. ad Roma. conſil. 224. nume. 6. verbo conſilio. Eandem ſententiã pro hærede forenſi, vt in locis vbi ſunt ſita bona admit-
* tatur, probauit ex * communi Curt. Iun. conſilio 5. num. 42. verſic. ad ſeptimum reſpondetur, ibi ſuccedere volens. & conſilio 108. nu. 30. Gozad.
36 conſilio 49. nu. 8. & 11. in fi. quo † loco Ianuẽſem habitantem Ianuæ hæreditatem prętendẽtem in bonis ſitis in Hiſpania obtinere ſecundũ ſtatuta Hiſpaniæ inquit, communem & inconcuſſam Port. Imol. conſil. 86. numer. 4. & conſil. 127. nume. 3. & nume. 13. concludens forenſem
40 † patauinum ſecundum Vincentiæ ſtatuta ſuccedere in bonis agri Vincẽtini, & excludere cognatos. quod cõſilium à Hyeronimo Torniello, & Antonio Cataro ſubſcriptum fuit. idẽ admittit Tiraq. tract. de iure pri. genit. q. 46. in prin. &
41 in fi. dicens† domicilium perſonamue hæredis nullo modo cõſiderandũ, ſed locorũ ſtatuta tm̃ & ab hoc nemo ſcribentium diſcedit, qui comprobant illam ſententiã, † quod ſtatuta locorũ
42 ubi ſunt ſita bona in ſucceſsionibus ſeruentur, quę minime dicunt ſeruari tantum ſi volens ſuccedere ſit. d. loci ciuis, ſed id ſimpliciter affirmãt

eriam

etiam ſi eſſet forenſis. hoc enim fuiſſet illis facile
exprimere, ſi illã declarationẽ ſequuti fuiſſent.
vnde credẽdum eſt id minime voluiſſe. Dictũq;
Alexan. cõſi. 111. volum. 7. communiter recipi
nouiſſime recenſet, Michael Graſſus. com. opin.
lib. 1. quæſt. 11. verſ. tertius caſus eſt. Quodq; ſta
tuta locorũ vbi ſunt bona ſita vigeãt, & in fauo-
rẽ ac excluſionẽ forenſium omnino ex cõmuni
quoque perdocte tradidit, Natta cõſilio 148. &
ſeq. volum. 1. & conſil. 581. num. 22. volum. 3. ſũ
mopere dubiam eſſe Bruni reſtitutionem ad fo
renſem ciuem, ait Franc. Anguſ. conſil. 27. num.
5. & 6. lib. 6. magis communem concluſionem
43 inquit, quod † nulla habita diſtinctione perſona
rum, an ſint ſubditæ an forenſes, ſeu verba diri-
gantur in rem, uel in perſonam, ſtatuta locorum
ubi ſunt bona attendantur, Mandel. de Alba. cõ
ſil. ſuo. num. 5. non diſſentit ab his, ubi ſtatutum
in rem loqueretur, Bero. quæſt. 107. nu. 2. Ruin.
conſil. 193. num. 9. & 10. uolum. 2. latius cõſilio
48. num. 4. uolum. 3. Barbat. conſil. 75. colum. 4.
& col. penul. uol. 3. Crot. in l. ſi. col. antepen. uer-
ſi. iuxta prædicta. num. 128. ff. de iuſt. & iur. Ant.
Gabriel. com. concluſ. lib. 6. de ſtat. concluſ. 8. in
fi. num. 38. Ceſal. conſilio 161. nu. 12. Seruit Sil-
uan. conſil. 40. num. 34. Et licet nonnulli alij cõ-
44 trarium uoluerint, enimuero † loquuntur ipſi, cũ
ſtatutum in perſonam loquitur. ut Pariſ. cõſilio
42. num. 24. & 27. uolum. 3. & cæteri allegati ꝑ
Marzar. cõſil. 14. per totum, & Anton. Gabriel.
lib. 6. de ſtatut. concluſ. 8. num. 37. ac Socin. Iun.
conſil. 80. num. 14. uolum. 4. Quod dictum prin-
45 cipale comprobatur, † quia clerici monialeſue,
alias a ſtatutis de ſucceſſionibus ligãtur, tam in
incluſione agnatorum, quam excluſione fœmina
rum, ut ex communi in utroque capite, ponit
Viui. com. opinion. lib. 1. uerbo ſtatutum exclu-
dens, ampliat. 2. & 4. poſt ea quæ late deduxi cõ
46 ſil. 93. num. 27. & ſeq. ergo & forenſes † benefi-
cio. d. ſtatuti gaudebũt. cum ubi tractatur de cõ-
modo tantum in actis mere uoluntariæ iuriſdi-
ctionis, ut eſt ſuccedere, forenſes ligentur & cõ-
prehendantur ſtatuto, per Roma. conſil. 224. nu
me. 6. ubi Mendos. multos ex concluſione com
muni allegans, & id formaliter uoluit Alexan.
d. conſilio 111. nume. 7. uolum. 7.

Secundo reſpondetur dictum Alex. & aliorũ
de agnato forenſe etiam quod uerum eſſet, non
procedere in terminis noſtris, cum Comes Pe-
trus non ſolum ſit ciuis mantuanus ſimplex ex
priuilegio, ſed in ea ampliori forma quæ deſide
rari queat, & tam in acquirẽdo, quam quocũq;
47 modo ſuccedendo † ob uerba uniuerſalia gemi
nataque decreti ciuilitatis, de quibus in proceſ-
ſu, ut ſine dubio tãquam uerus ciuis originarius
48 beneficio ſtatuti gaudeat, † & fœminas agnatas
excludat, quod in ſpecie uoluit, Socin. iun. conſ.
62. in 3. quæſt. num. 3. & 4. & 5. uolu. 3. allegans
Bal. & Brunum ſuper. d. ſtatuto exclud. fœm. art.
6. q. 1. num. 26. in fi. nec diſſentit ab his Alciat.
[illegible]

conſilio 53. nume. 14. & Deci. cõſi. 662. num. 8.
49 & ſeq. & † licet fœmina ſeu ſoror excludatur, hoc
non conſideratur, cum etſi forenſis eſſet, ꝑ aliũ
ciuem excluderetur, iuxta opinio. Alberti Brun.
d. art. 6. in pri. nu. 29. in fi.

Additur tertio loco, quod licet nõ eſſet ciuis
50 Comes Petrus † ſuſtinet tamen omnia onera rea
lia pro. dd. terris & alia quæ perſonis pro. dd. re
bus imponuntur, Ideo, & d. ſtatuto Mantuæ gau
debit, Alexã. cõſil. 111. nume. 10. uolum. 7. Nec
obſtant ſcripta per Ruin. cõſil. 200. num. 19. uo-
lum. 2. quod inquam ciues ex priuilegio potian
tur commodis, quibus originarii gaudent, ex iu
re ordinario ſecus ſi extraordinario vel ex priui
legio ſpeciali, etenim reſpondetur.

51 Primo, id locum habere tantum † vbi ſimplex
priuilegium ciuitatis forenſi concederetur, puta
quo ad commoda, uel quod pro ciue tractetur,
quia tunc non extendetur ad ea quæ iure ſpecia
li competunt, ex doctr. Bald. Angel. & Cyn. in l.
52 ſi filius. C. de bon. damn. & ſecus † ubi amplio ri-
bus uerbis & clauſulis conceſſio emitteretur, nẽ
pe habeantur in omnibus & per omnia ut ciues
ueri, legittimique, originarii, & antiqui. &c. &
poſſint omnia quæ ciues originarii. &c. ut hic.
tunc enim pleniſsime omnia priuilegio commo
daque conſequentur, non ſolũ quæ ex iure com
muni ciuibus competant, ſed quæ ueris ciuibus
uigore alterius ſtatuti, eiuſdem tamen ciuitatis
licet exorbitantis ad ipſos ſpectent, not. dd. in l.
1. ubi Soci. iun. nume. 28. ff. de leg. 1. per doctr.
Bart. in l. ſi maritus. §. legis iuliæ. in fi. ff. ad l. Iul.
de adult. Crotus. l. ſi quis pro emptore num. 96.
ff. de uſucapio. Rolã. a Valle conſil. 79. in pri. &
num. 16. uolum. 3.

Secũdo reſpondetur, dicta per Ruinum non
procedere ſine difficultate. nam ſi uera eſſet illius
doctrina deſtrueretur alia communior opin. q
ſtatuta loci ubi ſunt ſita bona attendantur extra
caſum, in quo ſuccedere uolens ciuis non eſſet,
& tamen ſimpliciter omnes admittunt agnatos
fœminas excludere, nec ſupponunt in d. loco eſ
ſe ciues, cum hoc facile dixiſſent, quinimo ferè
omnes in forenſib. loquañ, ut merito cenſen-
54 dum ſit, † & ſtatuta illa fauorabilia omni iure
maſculorum attendenda eſſe in fauorem etiam
forenſium, cum & eadem ſtatuta ad bona extra
territorium exiſtẽtia trahantur, ex multis docte
& copioſe traditis nouiſsime per Fran. piſcinã,
qui ex profeſſo diſputauit quœſtionem, an ſtatu
ta hæc extra territorium extẽdantur, concludẽs
extendi, quicquid ſcribentes ex recepta ſenten-
tia contrarium docuerint, Loci uidelicet ſtatuta
tantum in hoc ſeruanda fore. Et ex iſtis conclu
do in gratiam. d. Comitis Petri, prout ſuper poſ
ſeſſorio iam diffinitiue terminatum fuit.

Franciſcus Burſatus I. C. Mantuanus.

Digitized by Google

PRO ILLVSTRISSIMO ET EVErendiſsimo Cardinali Mantuæ.

ARGVMENTVM.

Emphiteoſis Eccleſiæ an tranſeat in monaſteriũ, uel ſaltem eidẽ debeatur æſtimatio, ſi eidẽ ex teſtamẽto vel ab inteſtato debeatur.

Eccleſiæ emphiteoſis, quando legari poſſit. Et quid in priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium videtur capax utilis dominij emphiteoſis, & viuo emphiteota ingrediente, & illo mortuo.*

2 *Eccleſia ſecularium capax eſt emphiteoſis, ſi nõ diſſentit & ubi quid annuum pro re ſoluatur.*

3 ** *Monaſterium excludit ſubſtitutum, ex ** cõmuniori.*

4 * *Clericus eſt capax feudi, in quo ſeruitium reale præſtatur, & in ſimplici quoque, ex communi.*

5 * *Emphiteoſis Eccleſiæ nõ deuenit in monaſteriũ, Eccleſiam, vel fiſcum, niſi ipſa velit, & intra biennium id reuocari poteſt. ex communi* ſub num. 8. vbi in priuata ſecus.*

6 *Auth. de alien. & emphit. §. 1. procedit in omni Eccleſia.*

7 * *Opinione vltime doctoris, vel gloſſæ ſtatur. ex communi.**

8 *Sapientis mutare conſilium neceſſarium eſt.*

9 *Eccleſia nunquam moritur.*

10 *Emphiteoſis Eccleſiæ nõ cogitur dominiũ pœnes monaſteriũ dimittere, & ibi ratio aſſignatur*

11 * *Emphiteoſis Eccleſiæ vel priuati non tranſit in monaſterium, ex communi. ſed contra de priuata ſub num. 13.*

12 * *Feudum regulariter in monaſteriũ vel monacũ non tranſit. & ibi ratio, niſi eſſet tranſitorium ad omnes hæredes. ex * communi.*

13 *Imperator vel rex concedens feudum Eccleſiæ, illam capacem reddit.*

ſit Bart.in l.fi.C.eodem.& in §.quia uero.in au-
then. ut matres debitrices, & ne ſint ſuperflua

contra.l. ſi quando.ff.de leg.pri. Bartol.in l.4.§.
prætor, ff.de damno infect.Cano.in ca.pri.de re
ſcript. ſic quæ de iure communi ſeu ſpeciali com
petunt, dicuntur eſſe comprehenſa in uerbis prę
dictis. Bartol. in l. ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi
quis cautio: immo etiam in cogitata, Anton.
Bauerius in tract. de iuramento.numero 26.de-
monſtratur ideo ex verbis illis, cauſa, &c.& ra-
tione, &c. ingreſſum etiam cõprehenſum, quia
dicitur modus, dicitur ratio, dicitur cauſa, vl-
terius, quia verba includunt contractum & di-
ſtractum, et ſic vel ingrediẽdo bona dedicauit,
& eſt contractus ſeu diſtractus conſiderando ab
dicationem, à ſe, vt Iaſ.in l.ſi familia. ff.de iuriſ-
dic. omni. Iudi. Item quia eſt quid facti. Bald.in
l. conſilio. §. fi. ff. de curatore furioſi, ac rurſus,
quia ingrediendo monaſterium, capit iure quo-
dam vniuerſali pro vt arrogatio cauſat, vt dicit
Bart. in d.authẽ.ingreſſi: veniunt itaque contra
verba pacti, cum ingreſſus producat acquiſitio-
nem, ſicut ipſa arrogatio: inſuper pactum dicit,
30 quacunque perſona: quod verbum, † perſona,
verificatur etiam reſpectu vniuerſi. l. metum.§.
animaduertendum. ff. eod. quod metus cauſa.
Bal.in l.2. C. de impub. Bal. in l. quiſcunque.3.
colum.C.de ſeru.fugit. ſic monaſterium compre
hendetur propter ingreſſum, veluti ex arrogatio
ne, vel vti hæredem: cum ſit quædam vniuerſa-
lis perſonarum congregatio: & in ea verificari
queat. dicitur in præiudicium Abbatiæ, cum
hoc eſſet creare deteriorem cõditionem Domi-
ni, quando Eccleſia non cadat in commiſſum,
veriſimiliter ex linea non finita, non alienet de
facili hoc cauſam, quæ in ea requiritur, ſolemni-
tateſque & conſenſus ſuperiorum, vt Iaſ.in d.l.
fi. C. de iure emphit. omnes in d.ca.potuit.extra
locari, & in d.ca.in præſentia, de probatio.

Concludo ergo, ſtante prohibitione duplici
ex pacto, cõſiderando caducitatem ſeu pactum
vel qualitatem pacti non ſeruatam, licentiam
non petitam, iuncta diſpoſitione iuris commu-
nis ceſſari monaſterij acquiſitionem. Quib.non
oberunt tria in contrarium oppoſita.

Primo, quia in cõtrarium ſit communior ſen-
tentia in caſu propoſito.

Secũdo, quod Doctores illi loquantur in em
phiteoſi ſimpliciter pro hæredibus ſuſcepta, vt
in ſpecie Bero.d.conſil.93.& 94.ſentiens in ter-
minis diuerſis monaſterium excludi.

Tertio, procedunt omnia in vltimis volũtati
bus ſeu ſubſtitutionibus, vt loquuntur ſcriben-
tes, & ſecus in contractu inueſtituræ.

Quarto, in feudo & emphiteoſi ꝓpria, in qb.
per ſubſtitutũ ſeruiri nequeat, admittunt & ipſi
monaſteriũ excludi, vt in tertio argõ, qđ in ꝓ-
poſito ſeruit, ob clauſulã eo legitime deſcenden
tib.&c.& q̃a nihil reale ꝓ dicta reſoluat. & ſtãte
iurõ fidelitatis, monaſteriũ oĩno excludatur, alia
poſſent adduci pro cõtrariorũ diſſolutione, quę
omitto, cũ ex pcedentib. eneruata. ſatis arbitrer.

Caput

Caput ſecundum aggredior, An ſaltim ęſtima
tio monaſterio debeatur.

Et primo videtur affimatiue concludendum
31 † deberi, ex authoritate Specul.in tit.de locato.
§. nunc. aliqua.verſi.117.argu.no.in l.filius fam.
§.ſi quid.ff.de leg.pri.dum ait conſuetudinem eſ
ſe, quod Eccleſia vendat infra annum, allegãdo
vt ibi, in effectu precij eſſe capacem, eandem cõ-
cluſionem admittit Ioan.Andr.in c.potuit, loca
ti licet Imol.ibi verſic.25.id velit in legato, non
autem in donatione; cum inter ſe differant per
not.in l. multum intereſt.ff.de verb.oblig.ſequi-
tur ibidem Anto.de Butr.4.colum.Barba.Abb.
Cardi.4.col.poſt Alex.conſilio.120.ſecunda co
lum.num.4.cum apoſtil. Pariſin.volu.pri.& Iaſ.
in l.3.num.96.C.de iur.emphit.vltra Ancar.cõ-
ſi.165.& ample moder.Pariſ.in conſuet.feud.§.
22.qq.41.per totam.vbi egregie tractant, an ri-
leuium ex vnico vel duobus cõtractib.debeatur
domino directe, ſic videtur poſſe concludi pro
eſtimatione in fauorem monaſterij.

Secundo magis videtur ſtringere.Specul.vbi
ſupra verſ.154.qui in materia ingreſſus religio-
nis, prout eſt caſus noſter, remittit ſe ad non.in
d.verſ.117.& cum dictum Doctor.intelligatur
ſecundum allegata, ex Bart.in l.non ſolum.§.ſi li
berationis.ff.de liberatione legata, videtur in ca
ſu ingreſſus monaſterium reddi capax, ſaltim
precij & æſtimationis.

Quod tertio confirmo pluribus exemplis, in
quibus licet res nõ debeatur aliquo reſpectu, ęſti
matio tamen creditori ipſius rei ſoluatur.

Primo in legitima filijs præſtanda, quę vbi in
corporibus præſtari nequeat, in æſtimatione ta-
men valor taxetur, atque ſoluatur; ex cõmuni*
concluſione, Bal.Caſtr.Salic.& omnium.in l.ſci
mus.§.repletionem, & §.illud .C. de inoff.teſta.
Guid.Papa decis.476. Oldrad.conſil.94.Bal.cõ-
ſil.56.volum.3.Alexan.conſil.29.volum.5.cæte
ros pro communi *adducit Camer.in c.imperia
lẽ.§.pręterea ducatus.pag.103.lit.L.N.& ſeq.de
prohib.feud.alien.per Federicum.

Secundo, vbi non competit vni pars feudi in
33 diuidui, quia † feudum non poſſit diuidi.par-
tis tamen æſtimatio eidem traditur, Iſer.in ca.1.
verſic. non de paterno; de duobus fratribus; ac
in c.imperialem.§.præterea ducatus, vbi camer.
pag.103.lit.L.de prohib.feud.alien.idem Iſern.
in c.1.§.fi. de inueſt. de re.alien.facta, dicens
vxori pauperi: cui non debetur quarta, in feu-
dis, æſtimationem præſtandam.

Tertio, etſi pater donet omnia bona etiã feu-
34 dalia, cum aſſenſu domini directi: attamen † pri-
mogenitus pro illius legitima non defraudabi-
tur ex illa donatione inofficioſa, quin ſaltim legi
timæ æſtimationẽ conſequatur.l.ſi arrogator.ff.
de adoptio.& l.1.& 2.C.de inoff.donat.in termi
nis Camerar. in d.§.præterea.pag.103.lit.E.&
pagin. 104.cum ſeq.

35 Quarto, legato † feudo hæreditario vel emphi
teoſi ſine aſſenſu, corpus vtique non debetur, ſe-
cundum aliquos: tamen æſtimatio præſtabitur
ex regula, qđ ubi nõ præſtetur res, ſaltem ęſtima
tio debeatur.l.apud Iulianum.§.fin.ff.de leg.1.§.
non ſolum, Inſtit.de leg.vt poſt longam diſputa
tionem concludit idem Camer.in d.c.imperia-
lem pag.26.lit.C.cum multis ſeq.licet commu-
nem * eſſe in contrarium affirmet *ex doctrina
Bartol. in l. quod in rerum.§.1.vbi omnes.ff.de
leg.1.& ꝑ Ant. Gomez.variarũ reſolu.tom.pri.
cap.12.de leg.num.15.circa mediũ, uerſ.ſecun-
do infero.vbi de communi.

Quinto, filiæ excluſæ à ſtatuto, maſculis extan
tibus, vel à lege ſeu feudorum conſuetudine, ob
fratrum ſuper exiſtentiã, non debetur legitima
in corporibus feudorum, verum in æſtimatione
omnibus bonis & feudis hęreditarijs mixtis ex-
computatis, præſtabitur, vt ample alias deduxi
ac obtinui in facto ſecundum receptas ſentẽtias
in conſilio pro nobilibus de Beccagutis ædito,
132.lib.2.

36 Sexto & ultimo ex iuris regula, quod † vbi res
deſinit extare, vel non præſtatur per mortẽ, uel
conſumptionem, ad æſtimationem recurritur.l.
item ſi uerberatum.§.1.ff.de rei uend.l.ſi ſeruum.
§.effectus.ff.de uerb.oblig.l.ſi quis ab alio.in fin.
ff.de reg.iur.Petr.in form.libel.in action.reali.5.
glo.uideturque in propoſito dicẽdum, ut ſi mo-
naſterium nequeat emphiteoſim obtinere, eſti-
mationem tamen conſequatur. Quibus tamẽ mi
nime repugnãtibus in facto propoſito, deuenio
in contrariam ſententiã, nempe nec monaſterio
deberi emphiteoſis Illuſtriſſimę amplitudini ſuę
deuolutę ęſtimationẽ, ſi res ipſa non debeatur.

Moueorque primo, quia hęc Domina Maria
profeſſa nullam fecit diſpoſitionem bonorũ de
quibus in cauſa, nec teſtamentum, nullamque
ordinationem ſuper illis emiſit: propterea ſu-
mus in generali iuris diſpoſitione, ac materia in
gredientis religionem, quo caſu bona acquirũ-
37 tur † monaſterio iure hæreditario, tanquàm mo
nialis ſit mortua, vel quodã iure vniuerſali, pro
ut in arrogato dicitur, ꝑ Bart.& alios in auth.in
greſſi.C.de ſacroſan.Eccleſ.ideo cũ Maria, nec
monaſterium hęredem inſtituerit, nec in alios
pios uſus cõuerterit, uel de dicta emphiteoſi piè
diſpoſuerit.§.ſed hoc preſenti.nõ habebit locũ,
ita ut monaſteriũ admittatur, qñ ibi reqratur ne
ceſſario, ut ingrediẽs uſq; ad extremũ ſuæ vitę in
his ꝑſeueret, circa res, & ꝑſonas, & ĩ monaſteriũ
ipsũ vel ĩ pia opera bona diſtribuat declarat Cur.
iun. cõſ.298.nu.35 & ſe.& cõſ.193.nu.33.& ſe.
uol.3.nec diſſentiũt moder.ĩ d.auth.ingreſſi. ubi
Roſſel.nu.24.Doctores nãq.allegati in oppoſitũ
nũ loquũtur in iſtis terminis, ubi nulla diſpoſi-
tio ꝓceſſit, ideo nõ ẽ extenſio faciẽda de caſu ad
aliũ, Iaſõq.allegatus ex aduerſo ĩ primo argumẽ
to.n.86.dũ inqt, ęſtimationẽ deberi, q̃rit ĩ media
te, qđ ſi emphiteota ĩgrediť monaſteriũ.an in il-
lud trãſeat; & ſubdit materiã eſſe diuerſam, quia

aliud eſt donatio, ſeu legatum, cũ ſint tituli par-
ticulares, & ſic conſtat de mente donantis, & le-
gantis, qui poſſunt id facere, cum ſint actus libe
38 ralitatis, in quibus ceſſat † Domini conſenſus
neceſſarius, per Clar. in §. emphiteoſis q. 15. poſt
Alex. conſ. 120. nu. 5. uol. 1. Cagnol. in auth. qui
rem. nu. 24. C. de ſacroſ. Eccleſ. Simon de Præt.
conſil. 106. num. 49. & aliud eſt, an ingrediendo
applicetur monaſterio, ſeu ſaltem debeatur ęſti-
matio. ſi ergo dixit, quæſtionem eſſe diuerſam,
pro vt vere eſt, non verſamur nos in caſu deci-
ſionis propoſitæ. immo cum Iaſ. d. nume. 96. in
fin. quo ad ſucceſſionem vniuerſalem, & ſic præ
ſentem caſum, ſe remittat ad not. per eum in l.
ſecunda nume. 200. quæſt. 17. C. de iur. emphit.
vbi tenet non tranſire contra voluntatem Eccle
ſię in monaſterium, nec ibi de æſtimatione lo-
quatur, videtur inferri, in his terminis nolle ali-
quam æſtimationẽ deberi. quod ſimiliter Imol.
cenſuit in d. c. potuit. verſic. 26. dum immediate
poſt quæſtionem prædictam reſpectu ingreſſus
aliter concludit; & tamen ſi deberi monaſterio
39 † æſtimatione, quæ præſtatur in caſu donatio-
nis & legati voluiſſent, nec fuiſſet inter hos ca-
ſus differentia, vtique hoc expreſſiſſent, nec ſu-
biunxiſſent, vt Iaſ. caſus eſſe diuerſos; idem ſentit
Anto. de Butr. in d. ca. potuit. 4. colum. dum
poſt concluſionem de æſtimatione ſubnectit
quæſtionem de ingreſſu, & ſe remittit; ita quod
ſi idem fuiſſet concludendũ reſpecti æſtimatio-
nis in caſu ingreſſus, quod in donatione & lega
to uolunt omnes id vtique determinaſſent. de
uno ergo caſu ad alium non eſt arguẽdum. im-
mo fortius Iaſ. in d. l. fi. num. 74. in pri. in articu-
lo donationis de re emphiteotica differentiam
extare ait, inter actum donationis, qui fit in vita
nec eſt à iure prohibitus, actum explicatum,
per viam ſucceſſionis, qui eſt à iure prohi-
tus, maxime de re Eccleſiæ ad extraneos hæ-
redes non tranſitoria, allegando not. per om-
nes in l. ſi domus. §. fin. de lega. pri. & d. §.
1. de emphit. in uerſicu. vera eſt ſolutio. ſed in
caſu noſtro eadem eſt ratio, cum ſit actus acqui
ſitionis per viam ſucceſſionis vniuerſalis, nec
permiſſus de re Eccleſiæ in extraneos, nec fiat
per actum inter viuos, habendo reſpectum ad
profeſſionem & ingreſſum, qui eſt actus mortis
ſaltem ciuilis. d. l. Deo nobis. C. de ſacroſan. Ec-
cleſ. propterea nec monaſterium tanquàm inca
pax. & quia extranea perſona capiet, cum Do-
cto. loquantur in q. donationis reſpectu æſtima-
tionis rei particularis non vniuerſalis ſucceſſio-
nis, vt hic, dum propter ingreſſum dicta mo-
nialis Maria vti mortua reputetur, ſic hæredi-
tas vniuerſalis vel vti arrogatio vniuerſalis cen-
ſeatur. quod in terminis reſpectu vniuerſalis ſuc
ceſſionis & dominij directi in perſonam Eccle-
ſię, non autem priuati, voluit, Aluar. in ca. in
generali, in fi. ſi de feud. fuer. contro. inter
dom. & agna. ideo de vna ad aliam non proce-
det argumentum, nec extenſio fiet, ſed qua ra
tione incapax eſt rei in actu ꝓhibito, & ęſtima-
tione ſimiliter priuabitur, cum Docto. æſtima-
tionem tantũ dent in re & actu permiſſo: non au
tem in prohibito, & ubi res ipſa acquiri non poſ
ſit, & æſtimatio prohibita dicatur, attenta idẽti
tate rationis, vt infra.

Secundo iſta concluſio confirmatur, quia ſe
quendo modum arguẽdi, de quo per Ancar. cõ
ſil. 165. de leg. inquam ad ingreſſum, per Specul.
de locat. §. nunc aliqua, verſicu. 117. ac Ioa. And.
in d. c. potuit. extra locati. qui omnes loquuntur
in legato, non in ingreſſu religionis, ſi valet argu
mentum de uno ad aliud, monaſterium, nullum
ius habebit, quãdo in generali ſeu uniuerſali bo
40 norum diſpoſitione bona emphiteotica, † ſeu
feudalia non comprehendantur, maxime in ca
ſu prohibito, vt hic. c. 1. §. in generali, ſi de feud.
fuer. contro. inter domin. & agnat. c. 1. de capit.
qui ſeur. uend. Bal. in l. codicilis. §. inſtituto. ff. de
leg. 2. in l. uolũtatis in fi. C. de fideicom. Natta cõ
ſil. 683. nu. 12. Iaſ. in l. fi. num. 75. cum ſeq. C. de
* iur. emphiteo. quod in feudo * communiter te-
nere Doctor. inquit Curt. de feud. 4. part. in 3. re
gul. Clar. in §. feudum q. 31. uerſ. in propoſito,
Aluarot. conſil. 42. Ceſal. conſ. 29. Marin. Freci.
de feud. pag. 125. num. 4. Roland. a Valle conſil.
29. uolum. 3. nec generalis diſpoſitio comprehẽ
dat bona, ex quibus alteri præiudicetur ex mor-
te ciuili, vt hic ſaltem per lineam finitam, quia
ſpectant Abbatiæ, uti Dominę directi, per Bal. in
l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. facit tex.
in auth. nec autem. C. de ſecundis nuptijs. Aret.
conſil. 53. & l. obligatione generali. ff. de pigno.
& per conſequens, cum ſit diuerſa ratio diſpoſi
tionis generalis, & ſpecialis, & in generali mini
me bona Eccleſiæ in eius præiudicium compre
hendantur: Immo nec à lege includãtur, niſi uo-
lente Domino. ceſſat quod dicitur de æſtimatio
ne in legatis, ex rationis diuerſitate. ut in termi-
nis decidit Specul. in d. §. nunc. aliqua. uerſiculo
113. adnotans in uniuerſali inſtitutione non cõ-
prehendi bona, quæ quis habet ab Eccleſia, ma
xime quando applicantur extraneo, ſeu non cõ
prehenſo in inueſtitura, ut eſt monaſterium præ
ſens; ſeruiunt not. in d. ca. in præſentia. & Iaſ. in l.
fi. nu. 76. C. de iur. emphit. ac ſententia ſcriben-
tium, de qua per Clar. in §. emphiteoſis. q. 28. cõ
** cludentẽ ex magis ** recepta opinione † emphi
41 teoſim eccleſiaſticam, ſiue fuerit à primo ſolem
niter conceſſa, ſiue non, quicquid multi dixerint
hodie in extraneos hæredes minime trãſire. &
ſic cum non ſimus in terminis quæſtionis pro-
poſitæ, ceſſabit dubitatio reſpectu ęſtimationis,
quando in legato adſit uoluntas & trãslatio rei.
& hinc debeatur æſtimatio, in ſucceſſione vero
uniuerſali uoluntas, & trãslatio deficiant, conſe-
quẽter ęſtimatio ceſſet, cũ nõ entis nullę, ſint qua
litates. Corroboratũ hæc cõcluſio, ex no. p Alua.
& Præpo. in d. c. in generali. in fi. ſi de feud. fuer.
contro.

contro.inter.dom.& agna.dum uolunt ex men-
te tex.ibi in fideicommiſſo generali, res ſeu bo-
na emphiteotica eccleſiæ non comprehendi ad
beneficium perſonæ extraneæ, quę virtute pri-
mæ inueſtituræ venire non poteſt, licet ſecus in
42 emphiteoſi † laici priuati, quæ transfertur per vl
timam voluntatem ex inſtitutione vel legato, ſe-
quitur Spe.d.§.nunc aliqua.uerſi. 112. cum ſeq.
Bar.in l.ſi patroni, & ibi omnes poſt eum. ff. ad
Trebel.Bald.Salic.& alij in l.cum mirum. C. de
fideicom.Alex.conſi.91.2.dubio pri.part.conſ.
58.uolum.2.conſi.103.4.part.& 55.3.col.volu.
4.qui omnes concludunt in generali fideicom-
miſſo, ſeu inſtitutione ac generali diſpoſitione
rem emphiteoticam eccleſiæ non compreben-
di ad beneficium perſonæ non comprehenſæ
nec vocatæ, virtute primæ inueſtituræ, probat
* Salic.Alber.& Iaſ.nu.75.& 76.vbi de cōi *in d.
l.fin.C.de iur.emphit.& dixi ſupra.ſi ergo indiſ-
poſitione generali non includitur, nec ex ui in-
greſſus, cum ſit generalis diſpoſitio, ſeu vniuer-
ſalis ſucceſſio, ſeu ſimilis arrogationis, compre-
hēdetur emphiteoſis eccleſiaſtica, & minus ęſti-
matio, ea ratione, quod non entis nullæ ſint qua
litates, & ſi deficiat diſpoſitio de re, & pro ipſa
æſtimatione euaneſcat.

Tertio, hæc comprobo, prohibitum eſt eccle
ſiæ emphiteoſim eccleſiaſticam acquirere, & illa
cōtra legem facta nullo modo rata habenda eſt,
nec quo ad pretium ſeu ęſtimationē defenden-
da, iuxta.l.vnica.C.ne lice.habit.metrop. Bal.in
l.2.in fi.ff.de iuri.omn.iud.ca. 1. in fin. quæ ſint
Regal.illudque regulare eſt, ubicunque lex æſti-
mationem interdicit, ſi poſtea fiat alienatio eſt
nulla, ſiue ſit ſcripta lex, quæ id vetet. l. non du-
bium.C.de leg.l.ſi priuatus.ff.qui.& à quibus, ſiue
non ſcripta, vt puta conſuetudo nō alienandi in
eccleſiam.l.ſi in emption..§.omnium.ff. de con
trah.empt.vnde in caſu contrauentionis res auo
catur, etiam non reſtituto pretio.l.quem admo-
dum.C.de agri.& cēſ.l.nemo.C.de reipub.priu.
lib.11. ibi pretia perdere perpetuo volumus. l.
prædia.C.de præd.C.de Curia.eod.libr.ibi ſciat
pretio, quod dedit priuatum. not. Dion. Pōtan.
in conſuet.Bleſenſ.tit.4.13.uerbo.annus art.41.
præſtabitur itaque æſtimatio pro dicta emphi-
teoſi, prout non eſſet debita, ſi res cuius com-
mertium non habemus, legetur, quia nec res
nec eius ęſtimatio ſoluitur. §. ſed ſi talis inſt.
de leg.Bart.in l. cętera.§. ſed ſi conſtat. ff.de leg.
primo.

Quarto, præſuppoſito nos verſari in expreſſa
ſeu tacita diſpoſitione facta de emphiteoſi eccle
ſiaſtica, per ingreſſum religionis, quod tamen ne
gatur, æſtimatio utique nō erit ſoluenda, quan-
do iure cautum reperitur, ubicunq; quis habet
ius emphiteoticum finiturum eius morte ratio-
tione lineæ finitæ, ingrediendo religionem
ex corpore vero non relictis (cum hic monaſte
rium non ſit loco filii, niſi aliter conſtet de uo-
luntate expreſſa diſponentis) nec res, nec æſti-
matio debeatur, eſt tex.expreſſus, in l.quod in re
rum.§.1.ff.de leg.1.l.vxor patrui.C.de legat.uo-
luit.Alex.con.9.vol.2.& dixi ſupra ex commu-
ni *& per Ant.Gomez Variar. reſolut. Tom. 1.
cap.12.de legat.nu.15.uerſi.ex quo notabiliter.
Doctoreſque de mente conſtare affirmant, cum
teſtator grauat hæredem, vt poſt eius mortē prę
ſtet rem legatam. quæ ceſſant in præſenti, dum
Maria nec tacite nec expreſſe, nec ea viua nec
mortua ficte per ingreſſum & profeſſionem di-
ſpoſuit de emphiteoſi. iura itaque legaſſe ſeu il-
lud ius tantum finiturum per eius mortem ve-
ram ſeu fictam reliquiſſe creditur, ita quod mor
tua ipſa, monaſterium nec rem, nec æſtimatio-
nem ſeu valorem habeat. differentiam enim aſ-
43 ſignant ſcribentes, an legans, ſeu † diſponens
nullū ius habeat, quia iſto caſu ex verbis & men
te intelligitur grauaſſe hæredem ad ęſtimationē.
l.cum alienam, cum materia.l.vxor. C. de leg.e-
xempla recenſet Anton.Gomez.loco ſupra alle
gato Var.reſol lib.1.cap.12.de legat. nume. 13.
15.Vbi vero viuus, ius aliquod habeat, quia illud
ius tantum, licet finiturum, morte legaſſe credi-
tur, & ſi penes legatarium inutilis diſpoſitio exi
ſtat, nec hæres grauatus ad æſtimationem ali-
quam dicatur, ex tex.in d.l.quod in rerum.§.fin.
vbi Bartol. ff.de leg.1.& ibi Doct.proprie in em
phiteoſi loquūtur legata, in l.ſi domus.§.fi. eod.
tit.l.d.l.vxor patrui, vbi Salic.Bald.Iaſ.& omnes
in locis prædictis, poſt Bald.& Aluarot.in c.1.§.
donare qualiter olim feud.alien.poter, Iaco. de
Sancto Georgio in tract.feud.verſic.& cum pa-
cto, quod de ipſo feudo, Curt.iun.tract.de feud.
4.part.num.126.& conſil.30.Aret. in l. multum
intereſt.ff.de verb.oblig. Abb.conſ.45.vol.2.Fe-
lyn.in c.quę in eccleſiarum, colum.26.de conſti-
tu.ſcripſi in conſi.6.num.15.cum ſeq.ac per to-
tum volu.1.dum ergo Maria habebat ex inueſti
tura ius finiturum morte naturali, vel morte ciui-
li per ingreſſum, vt in primo dubio, illud ſolum
dicitur in monaſterium legis fictione translatū,
omni æſtimatione excluſa.

Quinto, materia prædicta æſtimationis debi-
tę procedit, reſpectu legati tantum. ratio, quia
legatum reſpicit ipſam rem, & eſt dare hęredem
grauatum. qui habet redimere emendo ipſam
rem à Domino, aut pretium ſoluere legatario
honorato domino vendere nolente, Docto.vbi
ſupra poſt Cano.latiſſima in c.filius. vbi Ancar.
Imol.Cardi.Barbat. Ant.de But. & Henri. extra
de teſtamen. At diuerſum in hæredis inſtitutio-
ne, cum ſit eadem perſona, quę non poteſt dici
honorata & onerata ſimul. iuraque allegata per
Spec.d.verſic.127.quem citat Ancar. d. conſil.
166.l.filiusfami.§.ſi quid aliq. ff.de leg. 1. & not.
in leg.apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. 1. & not.
in d.c.filius, non obſtabunt, quando loquantur
in legato, & donatione, quibus caſibus hęres in
ſtitutus ſoluere poteſt precium Domino vende-

re

re nolente, aut rem ipſa emendo à Domino di-
recto, quod minime locum vendicat in hærede
ſeu vniuerſali ſucceſſore, pro ut hic, ne ſibi ipſi
teneatur, ita Bald. in l. fin. 18. oppoſitione. C. de
hæred. inſtit. Iaſ. in d. l. cum alienam. prima col.
3. fal. ff de leg. 1. ſic in pręſenti Monaſterium eſ-
ſet debitor, & creditor, conſiderata æſtimatione
debita. quod non eſt dicendum. ſecus ſtante ve-
ra diſpoſitione & legato, quia tunc hęres adeun
do dicitur, cum legatariis quaſi contrahere, &
ad legata pręſtanda ſe obligare, ſi non reſpectu
rei, quia Dominus nolit uendere, & ſaltem reſpe
ctu ęſtimationis, ut in d. c. filius, ita Bal. in l. ſi. in
pri. C. de iure deliber. & in rub. ſi quis aliquem
teſtari prohib. Bartol. in l. de eo. C. de iudæ. in l.
apud Iulianum. §. fin. ex quibus cau. in poſſeſſ. ea.
& glo. in l. ſi ſeruus. ff. de leg. 2.

Iſtis ſic formatis, nempe nec ęſtimationem de
beri, non obeſunt ex aduerſo deducta.

Et primo, quod dominus tenetur ſoluere ęſti
mationem aut pati, vt eccleſia uendat intra an-
num, ex doctr. Specul. d. q. 117. Ancar. d. conſil.
166. Alexand. conſil. 120. uolum. primo. Doct.
in d. c. potuit ſuper glo. verbo prohibentur. ex-
tra locat.

Primo namque Reſpondetur, id tantum ex
44 conſuetudine † procedere, non etiam de iure,
vt inquit Spec. & ſequitur Pontan. d. conſuet.
Bleſens. art. 41. uer. annus.

Secũdo, negatur id verum eſſe in materia di-
ſpoſitionis rei alienæ, uel cuius legatarius ſit in
capax, dicunt enim ſcribentes hoc fieri in prę-
iudicium hæredis, in pręiudicium autem Domi-
ni nunquam, ita omnes in d. l. vxor. per illum
tex. & in d. l. cum alienam, ac in d. l. quod incer-
tum. §. fin. de leg. 1. & de hoc eſt caſus legis in d.
c. filius. extra de teſtam. vbi ex legato facto de re
45 Eccleſiæ, alteri † eccleſię vel perſonę, nunquam
pręiudicatur eccleſiæ Dominæ, ita omnes not.
Abba. Ant. de But. Hoſt. Card. Innoc. Io. Andr.
Henri. Imol. Ancar. & cęteri. Canon. idem in
effectu ſentiunt legiſtæ Cyn. Salic. Pau. de Caſt.
& alii in d. l. cum alienam, vbi Iaſ. 4. col. verſi. in
2. part. gloſ. dicens indiſtinctè omnes uelle tale
legatum ſeu diſpoſitionem Domino haud præ
iudicare, & ſi domino præiudicare non debet.
nec vendi poterit, cum virtute ingreſſus, & li-
nę finitæ res ſibi ſit deuoluta. ex dicto enim tex.
in c. ſi. eccleſia legataria, non eſt capax, nec lega-
ti, nec prætij vel æſtimationis, quando eccleſiæ
eſt res, quæ fuit legata, vt hic, vnde arguendo de
legato ad ingreſſum, ſicut in caſu legati rei eccle
ſiæ, alteri eccleſiæ nullo valet reſpectu. nec lega
tum vel acquiſitio reſpectu ingreſſus in re, vel in
pretio conſiderari poterit.

Et ſi opponeretur diuerſum eſſe ius Canoni-
cum à Ciuili, & eſſe differentiam in re Pontifi-
cis legata, vel alterius eccleſiæ inferioris, hoc et
enim haud confert caſui noſtro, quia licet ſecũ-
dum aliquos eccleſię res, ſi legetur, debeatur ęſti-
matio, vt poſt Bar. in l. apud Iulianum. §. ſi. de le-
ga. 1. Iaſon latè tradit. in d. l. cum alienam. 4. &
5. col. deberi intelligunt ab hęrede, non autem,
quod res vel æſtimatio ab eccleſia tradatur, vel
in illius damnum. immo ſi ſoluitur ęſtimatio per
hęredem remanet emphiteoſis Domino dire-
cto, & in terminis noſtris Abbatiæ Illuſtriſſimi
Domini mei. Quod fortius ſuadetur, quia dicunt
Canon. in d. c. filius. Iaſ. in d. l. cum alienam. 5.
col. poſt ſextum intellectum. d. c. filius. & in l.
apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. 1. nu. 44. alle-
gãdo gloſſ. in d. l. cum alienam. ubi Docto. C. de
legat. Imol. Abb. Ancar. in d. c. filius. Rõ. in auth.
ſimiliter. x. ſpeciali. C. ad l. Falci. quod in foro ca
nonico tex. in d. c. filius ſeruari debet, ita, quod
ęſtimatio non debeatur, quando ſit legatum rei
eccleſię, alteri eccleſiæ, quod debet intelligi vel
patiendo vt vendat, vel hęredem grauando, ut
ęſtimationem ſoluat. ſi ergo ibi eſt caſus legis, &
in expreſſa diſpoſitione legati de re eccleſię alte-
ri eccleſię nihil ſoluitur, quanto minus in tacita
diſpoſitione legatum ſeu ęſtimatio pręſtabitur?
cum quęſtio ſit tam reſpectu perſonarum, quam
rei eccleſiaſticę, & ſecundum leges canonicas de
cidenda. Et dicam Specul. loquutum fuiſſe in
verſi. 117. reſpectu patroni laici, non autem ec-
cleſiaſtici, alias ſcripſiſſet contra tex. in d. c. filius,
quod minime eſt pręſumendum. idem ſentit
Ancar. in d. conſil. dum ait illam rem non origi-
naliter fuiſſe eccleſiaſticam, ſed priuatam. Con-
cludo itaque nec æſtimationem deberi, minoſ-
que conſiderari poſſe, quod fęmina ſit ab Illu-
ſtriſſima Dominatione ſua inueſtita, cum pa
cto non alienandi, in pręiudicium eccleſiæ,
quo caſu uirtute pacti nec æſtimationem prę-
ſtandam fore voluit Abb. d. conſilio. 45. 2.
part. vltra. not. in d. leg. apud Iulianum. §. fin. de
leg. primo.

46 Quod amplius confirmatur, quia ubi † ęſti-
matio conſideratur, tunc illa eſt in obligatione,
& ipſa poteſt peti, not. Bartol. in d. l. apud Iulia-
num. §. fin. in fin. ubi Iaſ. verſi. 27. & omnes in l.
plane. ff. de leg. 1. In caſu autem noſtro. hęc ęſti-
matio non debetur, nec peti poteſt ab Abbatia,
quia non eſt hęres, nec ideo tenetur, pro ut Do-
ctor. ibi. & cum ſit in pręiudicium eccleſię, re-
ſpectu directi & deuotionis ceſſet ęſtimatio, d.
c. filius. de teſtamen. & no. in dicta. leg. cum alie-
nã, & in d. leg. uxor. Specul. itaque in d. uer. 117.
allegauit tex. in l. filius fam. §. ſi quid alicui. ff. de
leg. 1. qui loquitur in eiſdem terminis, uidelicet
hæredis, qui tenetur emere, pro ut not. in d. l. a-
pud Iulianum, & Docto. Ancar. & Henri. in d.
c. filius, cumque ceſſat hæredis conſideratio, ceſ-
ſabit & ęſtimatio, reſpectu illius, attenta quali-
47 tate rei. d. c. filius, ſic cum ipſa † ingrediendo ne
queat bona penes ſe retinere, nec expreſſe nec
tacite, ex dicto omnium in d. Authent. ingreſſi
Alexan. & alij in l. pri. §. pen. de uerbor. obligat.
Ioan. Andr. in cap. fin. de cond. appo. Bal. in l. ſi
pater.

rpater.ff.de adoptio.Bal.Ang.in l.ſi ita quis.ff.de
hęred. inſtit.Doct.in cle.ſi. de regularibus, & in
capi.2.de ſtatu monacorum,nec monaſterium
rem vel æſtimationem conſequetur, præcipue
quod Doctores velint tam in. l. apud Iulianum;
quàm in.d.l.filiusfam. ac Ancar. & Herni. in d.
c.filius,quod ſi concurrit inhabilitas rei & per-
ſonę,vt hic,quia eccleſię & monaſterij Domino
contradicente,tunc nec res nec pretium in con
ſideratione veniat. Et ſi adhuc allegetur, ſaltem
dictam rem poſſe vendi, per Specul. vbi ſupra.
d.verſi.117.Ioan.And. in d. c. potuit. Ancar. d.
conſi.165.Iaſ.in l.3.C.de iur.emphit.nume.90.
verſicul.ſuſtinendo Alex.conſi.9.volu.2.& con
ſil.120.volu.1.& quod conſuetudo ſit,vt vende
re poſſit,ſaltem intra annum,& pretium retine-
re,quæ conſuetudo ſeruanda eſt.c.longinquita
ti.12.q.2.Pontan.in conſuet.Bleſens.art.4 c. tit.
4.verſi.annus pag.221.

Reſpondendo dico,primo iſta pcedere,vbi
Dominus eſt laicus , non autem ſi ſit eccleſia,
pro vt eſt caſus noſter.in laici enim Domini prę
iudicium ſuſtinetur legatum , ſaltem vt vendi-
tio fiat,vt loquitur Specul.& Ioan.And. clarius
Ancar. conſiderando non tanquàm rem pro
priam eccleſiæ,ſed quod habuit originem à lai-
co,in terminis Ioan.de Imol.in d.c. potuit verſ.
15.declarando dictum Specul. & Ioan.And.ex
ponit in emphiteoſi priuati,non eccleſiæ. idem
ibi Anton.de Butr.& Abb.in d.c.potuit. 2. col.
qui ſemper in emphiteoſi priuati loquuntur,
non diſſentit Alex.d.conſil.120.volum.1.2. co-
lum.cum ergo ſit differentia inter hos caſus,&
prædicti concludant in emphiteoſi priuati,non
fiet extenſio ab emphiteoſim eccleſiæ,cum eſſet
de caſu permiſſo,Domino laico,ad caſum pro-
hibitum,pro vt eſt eccleſia,& noſter.

Secundo,doct.loqui reſpectu legati & dona
tionis.qui ſunt actus permiſſi, notãt omnes vbi
ſupra Alex.conſi.188.ſummi redemptoris.4.co
lum.verſ.& hoc volum.2.& quia ſint actus per-
miſſi,ita teneat Specul.& Alex.d.conſi.120.pri.
part.2.colum.ſed hic per ingreſſum eccleſiæ di
48 co, non poſſe fieri hunc actum niſi cum † reſer-
uatione iuris eccleſiæ Alex.d.conſi.9.2.part.ver
ſicul.præterea,& verſic.ſeq.Iaſ.d.l. 3. nume. 72.
verſi.pri.quando emphiteota alienat, & nume.
74.verſic.vltimo pro complemento,allegando
Bal.& Nicolaum de Matarellis. C.de iur.emph.
& ideo cum ingrediendo,ſeu profitendo, non
reſeruatur expreſſè ius eccleſiæ,ſequitur, quod
cum actus ingreſſionis , non iudicat acquiſitio-
nem;ceſſabit facultas vendẽdi,quando illa pro-
cedat, data validitate actus legati, ſeu donatio-
nis, quæ hic deficit ex vi non reſeruationis ap-
poſitæ.

Tertio Doctores loquuntur pacto ceſſante,at
hic facultas vendendi prohibetur ex vi pacti,&
uerborum,de quibus in inueſtitura. Alexand,d,
conſil.9.2.part.3.colum.uerſicu.3. confirmatur
cum uerſicul.ſequen.Iaſ.in d.l.fin. nume.72.ibi.
ſecundo. modo. C.de iur.emphit.ſi ceſſat ualidi-
tas actus verbis repugnantibus, & facultas uen-
dendi aberit, quia indirecte contrauenıremus
pacto.

Quarto,ſcribentes intelligunt illud procede-
re in emphiteoſi eccleſiæ, quando perſona, in
quam ſit alienatio,eſt capax,nõ dico pretij,ſed
ipſius rei,ita Iaſ.late. ubi ſupra. numer.75.uerſi.
contrarium,quod immo,allegans Salic.Alberi.
& Docto.in d.c.potuit,idem Alexan. d. conſil.
120.uerſ.ſecundo.reſpondeo pri.part. ſed cum
hoc monaſterium ſit incapax,tam de iure com
muni, quàm ex uerbis inueſtituræ , ut in primo
dubio,ceſſabit uenditio intra annum, cum ipſa
fiat in executione capacitatis legati,ſeu diſpoſi-
tionis præcedentis,non omnimodo prohibitę,
& ſi uenditio admitteretur,eccleſia Domina ni-
hil conſequeretur ex ui ingreſſus,ac ſequeretur,
quod laicus & eccleſia contra not.in primo du-
bio à pari procederent,tex.quę in capitul.filius.
perperam loqueretur,ubi res eccleſiæ ad aliam
tranſire non poteſt,nec reſpectu rei nec æſtima
tionis,ſi hęc in expreſſa diſpoſitione,quanto mi
nus in tacita ingrediendo,& quanto fortius in
foro Canonico, attentiſque opinionibus con-
trarijs.quæ procedunt in Domino laico,non ec
cleſiaſtico,ut hic, ex quibus & ſecundum obie-
ctum ſublatum cenſeo.

Nec repugnat,ſi aliquis diceret, quod eccle-
ſia uel monaſterium uti minor reſtituenda eſt,
ad finem,ut pretium conſequatur.

49 Primo, † quia reſtitutio contra aliam eccle-
ſiam non datur. l.uerum.§.fin.l.ſi minor uigin-
tiquinque annis.ff.de minor. not. Docto. in au-
then.quas actiones.C.de ſacro.ſan. eccleſ. tan-
toque minus hic,quia Abbatia non dicitur tra-
ctare de lucro,ſed de damno, reſpectu iuris iam
50 acquiſiti, & † priuilegiatus non utitur priuile-
gio,contra priuilegiatum not.Canon.Deci. ma
xime in d.c.in præſentia. nec quo ad ſpiritualia
admittatur reſtitutio , maxime quando alteri
ius eſt acquiſitum,pro ut hic, quia ingrediendo
Abbatię ius acquiſitum fuit,ita gl. & omnes Ca
non.in c.ex parte,de reſti.ſpo. & gl.in l. ait præ-
tor.ff.de minor.

Secundo,aut enim dictum monaſterium, re-
ſpectu ingreſſus religionis,uult reſtitui , nec da-
bitur reſtitutio, quia non intelligitur læſa eccle-
ſia,ſeu decepta,ſed animæ ſuæ magis conſuluiſ-
ſe,not.in capit.cum dilectus, extra quod metus
cauſa.Abb.poſt alios in d.c.ex parte. 5. colum.
Specul.titu. de reſtitutio.in integr.§. qualiter.
uerſicul.quid ſi quis contrahit cum eccleſia, il-
lius enim negocium non dicitur male geſtum,
nec lęſa dicitur.27.quæſtio. pri.ſicut capit. nun-
quàm de conſecratione, diſtinctio. quinta. aut
reſpectu bonorum, de quibus in cauſa, & ipſi
uel monaſterio dari poſſe denego, cum alia ec-
cleſia ſit Dominus directus,non uideo ergo ad
quid

quid detur, vel concedatur non co nſtito de læ-
ſione, Specul. de in iotegr. reſtituti o. §. fin. ſecun-
da. col. & in §. pri. ver. & ſcias, & vbi læſio eſt nul
51 la, ſeu modica ceſſat † reſtitutio l. ſcio. ff. de in in-
tegr. reſtitutio. Bald. & Docto. io l. & in maiori-
bus. C. de appel. Alexand. coosil. 27. 2. colum.
pri. part. & ratio, quia vbi ceſſat ęquitas, ceſſat &
reſtitutio. l. nec vtilem. vbi Bartol. ex quib. cauſ.
maior. fortius inquit tex. in l. ſi is qui reipubli-
cæ. & idem Bartol. in l. ab hoſtibus. §. pri. 3. colu.
eod. titul. ex quib. cauſ. maior. quod reſtitutio
nunquàm datur, vbi reſpectu actus celebrati nõ
fuit læſus, cum omoi modo effectus ſequutus
fuiſſet, & in caſu noſtro, eum iogredieodo ipſa
non eſt capax huius rei, oec ipſam rem peoes ſe
vel monaſterium retioere poteſt, cum contradi-
cat iogreſſus, ex quo profitetur paupertatem.

Tertio vlterius dicitur, non dari reſtitutio-
nem ad lucrum, cum alieoa iactura. l. ſciendum.
ff. ex quib. cauſ. maiores. leg. ſi is qui. ff. de furtis,
at in caſu noſtro daretur ad lucrum priuando
Dominum directum iuxta terminos iuris, quod
non eſt dicendum, & minus ex capite clauſulæ
geoeralis, quæ non datur ratione non poſſeſſio-
nis rei, & quia agit, notant omnes Bartol. Ang.
Imol. Pau. de Caſtr. Alexan. & Moder. in l. cum
filius. §. in hac. ff. de verbor. obligatio. per not. in
l. qui alterius de regu. iur. & in capitu. cum quis
eod. titu. io 6. reſtitutio igitur non videtur quo-
quomodo conſideranda, & licet monaſterium,
tanquàm hæres, vel ſucceſſor, reſtitui poſſet, ta-
men ex prædictis in præiudicium Domini dire
cti, nec quo ad ipſam rem, nec quo ad ipſius rei
æſtimationem, admitteretur.

Non obſtat tertium, & vltimum, ſex modis
comprobatum, vbi ſi non res, ſaltem æſtimatio
debetur, etenim ex præcedentibus reſultat re-
ſpooſio, cum dicti caſus procedant in perſonis
capacibus relicto, & in rebus, quæ ſui natura in
alios transferri poſſunt, quod ſecus in emphi-
teoſi eccleſiæ, quæ nec ſimpliciter, minus in mo
naſterium alienarl poteſt. ex diuerſitate enim
caſuum, diuerſitas iuris reſultat vulg. l. Papinia-
nus. ff. de minor. hæc eoim booa, cum non ſint
in commercio noſtro, nec illorum ęſtimatio de
betur. l. apud Iulianum. §. final. ff. de leg. primo.
§. non ſolum. Inſtitutio. de leg. capit. filius, de te-
ſta. Rurſus, quia in alios, ſeu eccleſiam non
52 transfertur, ſine Domini † directi aſſenſu, qui
iudicatur ferè impoſſibilis, ex quo ab vnius vo-
luntate dependet, Barbat. in capit. quo ad tran-
ſlationem, de offic. delegat. Iaſ. in d. l. apud Iulia-
oum. §. fin. ff. de leg. primo. Natta conſi. 164. nu-
me. 29. in fin. volum. primo. unde æſtimatio de-
beri nequit, d. §. fina. Quę omnia ceſſant in pro-
poſitis exemplis, vbi ęſtimatio pręſtari ſolet. Ad
de quod in illis caſibus, eſt obligatio rei vnius,
ſicut proprię, hic verſamur in relictis, in quibus
53 præſumitur, diſponens † ius tantum, quod ha-
bet in re. & ſi finiturum morte relinquere, pro-
pterea nec diſpoſitio de re ſubſiſtit, ſed nulla
erit in emphiteoſi relicta, ex communi * ponit
Gomez. d. cap. 12. num. 16. circa medium, dixi-
que ſupra, vt concludi merito oporteat in præ-
ſeoti, nec rem nec æſtimationem dicto monaſte
rio præſtandam eſſe.

Franc. Burſ. I. C. Maotuanus.

PRO DOMINO ARON hebræo Nuuolariæ.

ARGVMENTVM.

Iudæi an bona immobilia poſſidere valeant.

Conſtitutio Pij Quinti ſuper bonis hebræorum emiſſa an ligauerit hebræos omnes commorantes in terris ſubiectis imperio, vel aliorum Dominorum temporalium, nulla ibi ſequuta publicatione vel interpellatione hebræorum, iuxta in dicta conſtitutione ordinata.

Leges tum Pontificiæ poſitiue, tum humanæ, quibus verbis, clauſulis, modo, et quando obligant ſub præcepto peccati mortalis.

Peccatum quando ex contemptu inducatur.

Clauſulæ, præcipimus, mandamus, &c in virtute ſanctæ obedientiæ, &c. Rogamus & obſecramus, &c. quod operentur in mandatis ſuperiorum, & maxime Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi poſſunt habere & acquirere immobilia inter Chriſtianos, tam de iure veteri diuino, quam nouo & Ciuili, nu. 3.*

2 *Iudæi præſcribere poſſunt et domos poſſidere, conducere, & alienare, & à lege naturæ id permiſſum eſt. num. 4.*

5 *Diuiſio bonorum multiplicatis dominis à l. Naturę inuenta fuit.*

6 *Furtum committi, alienumque ſibi appropriare. à iure diuino primęuo vetitum fuit.*

7 *Succeſſio liberorum in bonis paternis, à iure naturę inuenta fuit.*

8 *Dominia rerũ immobilium à iure gentium fuerunt inuenta, ex * communi.*

9 *Iudęi à Chriſtianis non differunt, quo ad leges, niſi expreſſe id cautum ſit.*

10 *Iudæi gaudent priuilegijs & immunitatibus locorum vbi habitant, ſicut & Chriſtiani ibi habitantes, ex mente omnium.*

11 *Iudæi in ſuis bonis immobilibus, à principibus Chriſtianis moleſtari non poſſunt.*

12 Iudæi

12 *Iudæi ſuis bonis abſque Iuſtitiā priuari non poſſunt & nu. ſeq. ex communi.**

14 *Pontifex in beneficialibus non priuat quenquā iure ſuo, etſi habeat in ipſis abſolutam poteſtatem, ex mente omnium** veriore.*

15 *Princeps priuans aliquem iure proprio, ſine cauſa, legitimam compenſationem de honeſtate ei tradere debet, & eſt* recepta.*

16 *Conſtitutio circa bona per hebræos poſſeſſa, reſpicit præcepta temporalia.*

17 *Lex humana Pontificis non extenditur ad terras Imperio ſubiectas.*

18 *Pontifex, licet habeat iuriſdictionem temporalem ex veriori** ſententia: eam tamen, quo ad laicos, non ſibi ſubditos, non exercet, niſi pro conſeruando bono ſpirituali. & num. 19.*

20 *Bona temporalia ſuditorum Imperij per Pontificem regulariter non diſpenſatur.*

21 *Papa non ſubditus, ratione perſonæ vel cauſa, ipſius legibus obedire minime tenetur.*

22 *Pontifex habet iuriſdictionem in bonis temporalibus infidelium, ne ipſi prælationem ſuper fideles habeant.*

23 *Iudæi ſunt ſub poteſtate fidelium, in pœnam ſuæ infidelitatis.*

24 *Seruus Iudæi Chriſtianus effectus, ſtatim deuenit liber, nullo pretio ipſi Iudæo refuſo, etiam quod eum emiſſet.*

25 *Iudæus ſeruum cauſa mercimonij emens, tenetur illum uendendum exponere infra tres menſes.*

26 *Pontifex temporalem iuriſdictionem exercet, quando tractatur de libertate, ac de euitando ſcandalo.*

27 *Iudæus Chriſtiana mancipia retinere non poteſt. fallit nu ſeq.*

29 *Lex Pontificia tollens ſimpliciter extra multos caſus dominium rerum Iudæorum, ita abſolute non ſubſiſtit.*

30 *Dominium per Principes à nobis auferri minime poteſt.*

31 *Principes non poſſunt nobis vſum rerum noſtrarum impedire, niſi ex iuſtiſſima cauſa, & declaratur nume. ſeq. ex* communi dicto, & nume. 132.*

33 *Prodigus manifeſtus, bona ſua adminiſtrare poteſt, quo vſque per iudicem ſibi prohibitum fuerit.*

34 *Pontifex poteſt diſpenſare ex cauſa neceſſitatis quod quis non teneatur reſtituere male ablatum.*

35 *Pontifex, licet habeat ſupremā poteſtatem, ea tamen non vtitur in præiudicium laicorum ſibi in temporalibus non ſubditorum.*

36 *Lex Pontificia non poteſt impedire vſum rerū profanarum laicis, nec hebræis non ſubditis.*

37 *Princeps & laici Pontifici non ſubditi, & ſi ſint ll. ipſius tranſgreſſores, non incurrunt peccatum.*

38 *Peccatum, cum à l. non exprimitur, nec à nobis exprimi debet.*

39 *Diſpoſitio ceſſat, vbi etiam verba deficiunt.*

40 *Legislatores non obligant ſubditos, & ſi ſint tranſgreſſores ſuarum. ll. ad pœnam æternam.*

41 *Legislatores omni curant diligentia, ne ſubditorum animæ illaqueentur.*

42 *Peccandi via, perfidis non eſt aperienda.*

43 *Lex non auget peccatum, ipſam contemnentibus.*

44 *Ratio in lege nominatim expreſſa pro lege generali eſt vere habenda, ex* communi.*

45 *Lex humana & pontificia poteſt obligare tranſgreſſorem in foro conſcientiæ, ſub reatu peccati mortalis, & qualiter iſtud intelligatur habetur in num. 47.*

46 *Io. Vuitclef de hæreſi damnatus, quare negabat Canones in foro conſcientiæ poſſe ſub peccati mortalis pœna, tranſgreſſores obligare.*

48 *Leges in dubio præſumuntur noluiſſe ſubditos ſub peccato mortali aſtringere, ſed ipſos ad pœnam temporalem tantummodo obligare, & quomodo intelligatur. nume. ſequen. excommuniori.***

50 *Ius canonicū præualet iuri Theologorum in dubio in attinentibus ad philoſophiam naturalem.*

51 *Interpretatio humanior ad excluſionem pœnæ amplectenda eſt ex* communi.*

52 *Pœna imponi non debet, niſi à lege exprimatur, vt omnes recipiunt.*

53 *Peccatum mortale non incurrunt tranſgredientes ll. humanas & diuinas, id tamen cum temperamento intelligitur, num. 54.*

55 *Contemnens grauius peccat, quàm tranſgreſſor, qui ſimpliciter mandatis non paret, ex mente omnium.*

56 *Contemptus in tranſgreſſione l. ineſt, reſpectu fori contentioſi, quando ſæpe ac ſæpius fuerit commiſſa tranſgreſſio.*

57 *Leges & Concilia obligant tantum tranſgreſſorem ad peccatum mortale, ob contemptum*

ex

ex mente Theologorum & canoniſtarum.*

58 Contemptus, multipliciter cognoſcitur.

59 Pontifici ſubiecti in temporalibus obligantur ad peccatum mortale, non obſeruando ipſius legẽ.

60 Clauſula, præcipimus & mandamus in virtute Sanctæ obedientiæ, in literis apoſtolicis poſita quid operetur.

61 Clauſula, princeps ſeculares obſecramus, in bullis Pontificalibus appoſita, non inducit præceptum, ſed tantum deprecationem.

62 Conſtitutio contra hebræos non diſponit, vt contrafaciens peccet.

63 Verba accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam.

64 Verba conſilij non ligant illos, ad quos diriguntur, ex mente omnium, nec etiam peccatum ueniale inducunt num. ſeq. ex * communi, nec comprehendunt religioſos. nu. 66.

67 Verba, rogamus & obſecramus per Viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, contenta in literis Papæ, ligant in materia neceſſaria ad peccandum.

68 Lex ligat, etiam quando vtitur verbis conſultiuis, propter reuerentiam perſonæ, cui loquitur.

69 Verba conſultiua ligant ad peccatum, quando eſſet materia ipſius nutritiua, & ubi conſcientiam aggrauarent.

70 Conſilium ſtat inter ſuos limites, quãdo aliquid ſuadet non fieri, quod a iure eſt permiſſum. Vel ſi inducit tranſgreſſoribus peccatum, inducit veniale.

71 Materia neceſſaria, ſiue peccati nutritiua, quænam ſit diffuſe.

72 Fidei & iuſtitiæ præceptis ſe opponens, mortaliter peccat.

73 Præceptum ueſtiendi, acquirendi, & circa ſimile, non obligat tranſgreſſores ad peccatum mortale, ſed forte ad veniale.

74 Clauſula, iniungentes eiſdem in remiſſione peccatorum, inducit præceptũ ſub peccato, & qualiter iſtud intelligatur, nu. ſeq. cum num. 76.

77 Verba præceptiua aliquando reſoluuntur in uerba conſilij.

78 Experientia, dicitur rerum magiſtra.

79 Pontificis literæ, mere temporalia reſpicientes, non extenduntur ad ſubditos laicos imperij.

80 Princeps ſeculares Papæ non ſubditi, non ſolum videntur ex verbis præceptiuis, & in virtute Sanctæ obedientiæ in ſuis literis contentis non ligantur, ſed nec etiam illas obſeruant & executioni demandant, & diffuſe nu. ſeq. & num. 102.

82 Principes non ſubditi Papæ, ægræ tulerunt creationem Coſmi Medices in magnũ Ducem Hetruriæ, à Pio V. factam.

83 Principes ſeculares non ſubditi eccleſiæ, non damnãt blaſfemos, adulterantes, & ſimiles perſonas, pœna emiſſa per Pontificem, ſuper hoc particulare: ſed ſecundum ſtatuta ſuorum locorum.

84 Literæ Papæ, quæ vetant Iudæos Chriſtianis fænerari, non fuerunt per Principes non ſubditos admiſſæ.

85 Peccato mortali non aſtringuntur, nõ obſeruantes literas Pontificias, niſi ſint ſubditi Pontifici, & diſponant pro bono ſpirituali.

86 Conſuetudo & obſeruantia attenditur in interpretatione legum.

87 Communis error facit ius, id oſtenditur in ſpiritualibus nu. ſeq. & in materia etiam vſuraria nu. 89.

90 Conſuetudo ſeruanda, & ſequenda eſt maxime in ponendis pœnis, & à pœna temporali excuſat, iuxta * commune.

91 Lex tollitur per deſuetudinem, vſum contrarium, & diuerſum in actu deductum. ex communi.*

92 Legem vſu non receptam tranſgrediens ſciente domino non peccat.

93 Legis tranſgreſſor non eſt, qui non obſeruat legem uſu non receptam. ex magis communi. **

94 Argumentum valeat ab vno ad aliud, ſub eodem præcepto contentum.

95 Peccans in uno indiuiduorum, omnium reus efficitur. & num. 98.

96 Res eiuſdem naturæ, non debet diuerſo iure cenſeri.

97 Vnitorum eadem iudicetur natura.

99 Emphiteuta peccans in parte, circa Domini perſonam, toto priuatur, ſecundum * omnes.

100 Princeps aliquid executioni non mandans, uti non aſtrictus, nec aliud ſimile in præiudicium tertij mandare debet.

101 Hebræi non poſſunt, nulla monitione præcedente ſuis bonis ſpoliari.

102 Lex, ante ſui promulgationem, nec mero iure ligat ex recepta ſententia.*

103 Legis poſitiuæ publicatio, quàm neceſſaria ſit, vt ſubditos ad ipſius obſeruationem obliget.

104 Conſtitutio alicuius principis non ligat, niſi in ipſo loco proprio fuerit facta publicatio, etiam quod

Digitized by Google

quod in locis vicinis fuiſſet publicata.

105 Principis lex non ligat, niſi poſt duos menſes, à die publicationis. nu. 104. ex communiori.**

106 Ignorantia, vt præſumatur & pœna euitetur, ſat eſt allegare legem non fuiſſe publicatam in loco.

107 Publicatio. l. vt noceat, requiritur, vt ſit publicata ab habente ſpeciale mandatum, ex authoritate conditoris.

108 Publicatio, lapſuſque duorum menſium, à die pulicationis, requiritur in ordinationibus, quæ præiudicium, pœnamque tertij continent. imo & ſcientia ad hoc, vt ligent de mente communi.*

109 Leges Principum ſcientes, ligant ſtatim abſq; alia publicatione, & bimeſtri expectatione, ratio habetur. nu. ſeq.

111 Lege odioſa publicata, vt executioni mandetur, debet præfigi tempus, intra quod illi obediri poſſit.

112 Actus omnis perit, cum quid fuerit omiſſum, quod requiritur de forma nam in dubio cenſetur ſubſtantialis. nu. ſeq.

114 Conſtitutio pœnalis præſupponens in actu aliquam qualitatem ceſſat, niſi probetur qualitatem ad vnguem, fuiſſe ſeruatam.

115 Pœnæ locus non eſt non ſtatuto termino, quod à lege datur, etiam quod notus fuerit ipſius tenor.

116 Legislatoris talis eſt animus, qualis ex ipſius verbis deprehenditur.

117 Iniquum eſt quempiam teneri intra tempus à lege definitum, vel ignoret, vel pro comperto habeat.

118 Lex diſponens bona alicui abſque delicto auferenda eſſe non reſtituto pretio, non eſt ſimpliciter ſeruanda, & ratio habetur. nume. ſeq.

120 Iuſtitia naturalis, immutabilis eſt.

121 Lex niſi ſit iuſta, & deueniat à lege naturali & diuina, non valet.

122 Lex contra ius naturale ſine cauſa emiſſa, non eſt ſeruanda in foro fori, nec in fori Poli.

123 Ceſſante ratione finali alicuius conſtitutionis, ceſſat & ipſa conſtitutio pœnalis.

124 Reg. ceſſante cauſa per Tira. in vno ſuo tractatu fuit illuſtrata.

125 Ceſſante cauſa iſta Reg. vendicat ſibi locum in foro conſcientiæ, in cauſis prohibitis, & in alijs, de quibus ibi.

126 Citatio requiritur, quando tractatur de auferẽdo ſuum alicui.

127 Princeps non procedit contra aliquem, maxime contra non ſubditum abſque citatione.

128 Citatio fuit à iure primæuo diuino, & naturali inſtituta.

129 Iudex non poteſt contra delinquentem procedere, nec iudicare damnareue, abſque partis citatione. Nec etiam ſi procederet de plenitudine poteſtatis. nume. ſeq.

130 Princeps contrahendo, ita ſe efficaciter obligat vt non poſſit ab illo diſcedere de abſoluta poteſtate. ex communi * ſententia.

131 Spoliatus à Principe, abſque citatione de facto reſtituitur ad bona ſua.

CONSLIVM CC.

TRINITAS ADSIT.

QVIDAM Clariſſimus Iur. Conſultus, vt mihi frater amantiſſimus, conſulendo tam plene, & doctè. D. Aron hebræi Nuuolariæ iuſtitiam deduxit, vt fruſtra tantæ plenitudini incaſſum illi demonſtratio adijci poſſe, alia demonſtratio videatur, iuxta dictum Iur. conſult. in l. prima. ff. dote.

Qua propter ſat erat d. conſumatiſſimi viri concluſionem, ſola ſubſcriptione roborare, cũ ipſe omnia ferè, quæ in huiuſmodi conſultatione magiſtraliter adduci poſſunt, ſubtiliter ac abunde, in medium produxerit, niſi me, & conſulentis volunras, & cuiuſdam patroni mei colendiſſimi preces impuliſſent, vt ſpicas, ex optimi meſſoris manibus lapſas ſeu potius neglectas colligens infraſcripta ſubijcerem, quibus ne iniuria einſdem ſententiam condeſcendiſſe oſtenderem, Præpotentis Dei auxilio inuocaro, ac ſaluo ſemper apoſtolicæ ſedis iudicio, cuius omnia, & non & alias, ſcripta emendationi, & correctioni ſubijcio, affirmo terras, & immobilia hebręorum in d. loco commorantium acquiſitas, ac poſſeſſas, nequaquam per Illuſtriſſimos Nuuolariæ Dominos iure auferri poſſe, niſi tamen vt infra.

Primo, quia conſtitutio Pij Quinti caſum hunc non comprehendit, ſecundo quatenus cõprehendat, non ligat Principes, vel contrauenientes ſub pœna peccati mortalis. Tertio, & ſi eſſet præceptum inducens peccatum, non tamen de facto bona eiſdem auferri deberent, ſed iuſtiria mediante. Quarto, quod bona eis de facto ablata, reſtirui debenr.

Primumque comprobo, †quia licitum eſt iure Canonico Iudæis immobilia inter Chriſtianos acquirere, retinere, & poſſidere, vt habetur in Concilio Lateranenſi, de quo in c. Iudæi il 2.

ibi

ibi domibus ſuis poſſeſſionibus ſuis, &c. & in c.
penul. ibi redditus ſuos vendiderit Iudæis, vbi
Annan. extra de Iudæi. Innocent. & omnes in
capit. quod ſuper his de voto Abba. in cap. ter-
ris de decimis. Annan. in cap. quinto, de vſur.
Felyn. in capitul. quia in pri. de Iudæ. Idem lege
Imperiali conceditur. l. nullus ibi eorum habi-
taculo. C. de Iudæ. l. Chriſtianis. C. de pagan. Et
2 quia Iudęi † præſcribere poſſunt, ſic dominium
acquirere. capit. ſecundo. de Iudę. gloſſ. in capit.
porro. 16. q. 3. Iaſ. in rubrica. ff. de iuſt. & iur. nu.
10. Bero. in cap. 1. num. 188. & ſeq. de conſtitut.
Natta conſi. 434. nu. 4. conſ. 620. nu. 7. Roman.
conſi. 489. nu. 3. domoſque poſſidere, conduce-
3 re & alienare Gozad. conſi. 24. Quod † rurſus le-
ge diuina permiſſum cenſeo, ex verbis illis leui-
tici, capi. 25. ibi. Anno Iubilei redibunt omnes
ad poſſeſſiones ſuas, de quibus per Cirilum Frã
cum in commentario de anno iubilei. ca. 3. 6. &
4 ſeq. ac ex lege † naturali ſtatutum eſt, quando di-
ſtinctę fuerunt inter homines indifferenter res,
poſſeſſiones, ac terræ, Iura naturali ſaltem poſt
5 innocentiæ ſtatũ, quo † multiplicatis dominis,
fuit neceſſaria poſſeſſionum diuiſio, vt de Abra
ham & Loth legitur, ac traditur, per Vaſq. diſtin
guentem de ſucceſſ. pri. parte lib. 1. §. 1. nume. 2.
& de controu. Illuſtri c. 89. num. 25. cum ſeq. eo-
6 demque iure † naturali primæuo, ſubinde diui-
no, vetitum fuerit alienum ſibi appropriari fur-
tumque committi. c. ius autem vbi Ioan. à turre-
cremat. numer. 1. 3. & ſeq. diſt. 1. liberorumque
7 in † paternis boni, ſucceſſio, per Roderi. Soarez
in l. quoniam in prioribus. 2. limitat. ad l. regni.
nu. 4. & ſeq. C. de inof. teſtamẽ. vt hinc dominia
8 apud hebræos fuiſſe dignoſcamus, quæ iure † gẽ
tium, quod ſecundarium appellant, introducta
ac inuenta ſcimus, ex Caſtr. doctr. & aliorum in
l. ex hoc iure. vbi Illuſtriſſ. Alba. ff. de iuſt. & iur.
* quam communem * nuncupat Vaſq. de contro.
Illuſt. c. 54. nu. 2. & li. 1. §. 1. de teſtam. poten. nu.
2. cum ſeq. pri. pat. in tract. de ſucceſ. non enim
9 niſi aliud † expreſſe cautũ reperiatur inter Chri-
ſtianos & hebræos, quo ad legũ tramites, aliqua
exiſtit differentia. l. Iudæi. C. de Iud. ibi commu-
ni Iure viuentes. Felyn. in c. multorum. nu. 5. de
10 Iudæis † omnibuſque ſtatutorũ immunitatibus
priuilegijs odijſque incolas locorum, vbi ipſi
* habitant collatis, potiantur, vt * communem ex
alijs deſcribit, Eman. Soarez commu. opi. verbo
Iudæus. nu. 291. Alfan. collect. iuris. 58 Qua de
re, quia ex cõmuni lege bona immobilia Iudæi
11 detinere poſſunt dicitur, qđ † nec ab aliis Chri-
ſtianis, nec a Principib. in dd. eorũ bonis mole-
ſtari ualent. nec quod ſuum eſt ipſis abſolute au-
ferri. c. ſicut. vbi nullus Chriſtianus &c. ubi Ab-
ba. id no. de iud. cap. Iudęi. ibi, a ſuis poſſeſſioni-
bus nullus excludatur. Præpoſitus in c. qui ſince
12 ra 45. diſt. 1. colum. vbi ait poſt Abba. niſi † me-
diante Iuſtitia bona hebræis aufferri non poſſe,
not. Rom. conſ. 489. cum Mendoſ. Ancar. inter-
conſ. Calder. 3. de locat. Lambertin. in tract. de
iur. patron. lib. 1. par. 1. q. 7. ar. 34. nu. 11. & 12.
poſt cæteros accumulatos per Marqua. trac. de
iud. 1. parte cap. 7. Pariſ. conſi. 2. nu. 6. uol. 4. Ro-
lan. a Valle conſi. 25. num. 22. & ſequent. uol. 3.
13 Hinc infero, primo loco Iudæo † auferri haud
licere bona ſeu dominium illorum iure natura-
li & gentium acquiſita, ex lege aliqua etiam Põ-
tificis vel alterius Principis nõ recognoſcẽtis ſu
periorem, ſine cauſa legitima & expreſſa, quod
ex communiori opinione, ne alios trãſcribam,
recenſet nouiſſime. d. Ant. Gabriel, ſuis conclu
ſionibus com. libr. tertio. de iure quæſ. non tol-
lend. concl. pri. in princ. poſt deci. in capit. qui
14 in eccleſiarum. num. 25. de conſt. Nec † in bene
ficialibus in quibus Sanctiſſ. Pontifex liberam
& abſolutam poteſtatem tenet, quem priuat iu-
re ſuo ſine cauſa ex communi, de qua per Abb.
& Felyn. c. quæ in eccleſiarum. nume. 26. qui di-
cit, Papam infidelibus bona ſua non auferre ſi-
ne cauſa, & Bero. nume. 165. & ſeq. de conſtitut.
Gabriel. vbi ſupra num. 10. Vaſq. de ſucceſſ. pro-
greſ. par. 2. lib. 3. §. 30. nume. 85. & hanc ſenten-
** tiam ** veriorem ac omni iuri conſentaneã ap-
pellat ex multis, licet contrariam receptiſsimam
nonnulli credant, Arius pinel. in repet. pri. par-
15 te. Rub. C. de reſcind. vend. nu. 29. & 30. Et † ſi
ius tollat parti, legitimam tamen recompenſam
ſi non de præcepto, ſaltem ex honeſtate, tradit
Archid. & Domin. in c. principalem. 9. q. 3. Be-
ro. vbi ſupra. numer. 164. 166. & ſequen. vbi de
* communi * Dec. nu. 19. & d. Gab. nu. 13. Natta.
conſ. 501. nu. 48. Vaſq. de contra. Illuſt. c. 5. num.
25. in fine. Menoch. conſ. 103. nu. 29. cum addu
ctis ex recepta ſententia, in conſi. meo 54. num.
22. vol. 1. poſt Gomes in reg. de iure quęſito nõ
tollen. q. 1. nu. 24. Coſci. decan. in c. cognoſcen-
tes. nu. 56. de conſtit.
16 Secundo infero, † conſtitutionẽ emiſſam, cir-
ca bona poſſeſſa per hebræos dominiumq; illo-
rum ac Iudęorum clauſtra, & habitum deferen-
dum, temporalia & moralia pręcepta reſpicere.
17 Vnde, an lex † Pontificis humana potuerit vni-
uerſaliter fieri quo ad omnes terras Imperio ſu-
biectas, in prę iudicium Principum ſecularium,
an vero ſolum particulariter: nempe in terris
ſubiectis immediate eccleſiæ Romanæ legatur
quendam modernum, Sebaſt. medicem, nemi-
nem de hoc dubitare inquit in tract. de leg. par.
18 1. q. 8. num. 13. & parte. 4. q. 12. nam † licet San-
ctiſſ. Põtifex verus Chriſti Vicarius habitu quo-
que poteſtatẽ & iuriſdictionẽ temporalium ha-
beat, vt ego alias firmaui ex ueriori & commu-
niori ſententia in conſi. 90. nume. 23. uolum. 1.
temporalem tamẽ per legem uniuerſalem, quo
ad laicos & ſubditos Imperij non exercet, niſi
19 quantum neceſſe ſit pro bono † ſpirituali con-
ſeruando, quantum eccleſiæ neceſsitas exigat,
ſeu debitum paſtoralis officij in correctione pec
20 catorum expoſcat. regulariter † enim Papa cir-

ca

ça temporalia non ſubditorum non diſponit;
quodque illa nō vtatur in ſpecie circa diſpenſa-
tionem vel diſpoſitionem in bonis laicorum,&
in terris imperij poſuit formaliter Ioan. à Turre
crem. Theologus,multæque doctrinæ vir,in tra
cta.de Eccleſia lib.2.cap.113.per totum.& præ
poſitione 7.poſt oēs canoniſtas,in ca.quæ in ec
cleſ.vbi Fely.hoc dictum veriſſimum nuncupat.
num.31.Bern.nu.95.& 162. cum ſeq. Deci.nu.
24.& 26.de conſtit.ſequitur Franc.Corſci.in re-
pet.cap.1.2.quæſito.nu.9.& 7.quęſito.nu.17.de
conſtit.Natta conſi.487.nu.36.Capra ſuis cōcl.
com.regul.4.nu.13.& 14.& dicebat Felyn.poſt
21 Innoc.in cap.1.in pri.de fid.inſtr. † laicum non
ſubditum ratione perſonæ vel cauſę,non teneri
obedire ſimili legi præcipienti aliquid. Quini-
mo in indiuiduo, quo ad Dominium & ius he-
22 bræorum,ſeu infidelium,†Pontifex iuriſdictio-
nem in temporalibus retinet ex cauſa tantum,
ne infideles ſuper fideles ius,poteſtatem & præ-
lationem habeant,quia tunc Papa aufert Domi
23 nium & ius,quod ipſi habent ſuper eos,†qui trā
ſeunt in filios Dei in pœnam eorum infidelita-
24 tis, † exemplum in ſeruo Iudæi effecto Chriſtia-
no,qui à ſeruitute ſtatim liberatur, nullo etiam
pretio refuſo Iudæo, ſi fuerit vernaculus vel in
ſeruitute natus, ſeu in infideli empto à Iudæo,
qui ſit ad ſeruitiū vel ſeruitutis cauſa ſit emptus,
25 † ſtatim liberatur.ſi vero ad mercationē vel mer
cimonij cauſa puta,vt Iudæus alteri venderet,te
netur illum exponere vendendum infra tres mē
26 ſes,† quod totum fauore libertatis, ac ad ſcan-
dalum vitandum in hac prælatione & ſuperiori
tate tantum,Gregor. Pontif. temporalem iuriſ-
dictionem vniuerſaliter exercendo ſtatuit,vt in
ca.mancipia. & in c. fraternitatem 54. diſtinct.
quod probauit ratione Diu. Thom. ſecunda ſe-
cundæ quęſt.10.art.10. Io an.à Turrecremat. in
ſumma de Eccleſia.cap.114. præpoſit. 14. Non
27 † enim Iudæis, licet mancipia Chriſtiana habe-
28 re,vel emere, †niſi ad eos tranſeat ruſticum præ-
dium cum mancipio,quod tunc ratione conne
xionis retinet,ca. 2. de iud. Reodan.tract.de re-
bus eccleſ.non alien.in verſ.de alien. rerū ſe mo
uentium pag. 75.num.29.Siluan.conſil.61.nu.
28.& 29.Guiliel.de Bened.in c. Raynutius. ver-
bo & vxorem nomine adelaſiam.nu.958. de te-
29 ſtam. Itaque †uniuerſalis lex pontificia tollens
vel impediens extra hunc caſum ſimplex Domi
nium rerum iudæorum, quod eſt in iure huma-
no,& in naturali ratione fundatum, non abſo-
30 lute ſubſiſtet,ut ſupra,ea rurſus ratione, † quia
non ſolum Dominium, quod eſt liberrima illa
facultas ad libitum, circa res noſtras diſponen-
di, auferri per Principes iura uetant, ſed etiam
31 † prohibeatur Princeps liberum uſum rerum
32 noſtrarum, ſine iuſtiſſima cauſa § ætatis illegi-
timæ, mentiſque non integrę, ut in minore &
* prodigo impedire, ex * communi dicto pro-
33 digo † manifeſto,cui adminiſtrare licet, quàm
diu non ſit per iudicem prohibitum, de quo in
l.is, cui. ubi Alexan.Iaſ.& Aret.ff.de uerborum
obligation.Cagnol. in l. furioſi. ff. de regul. iur.
quod probat Vaſq.de contro.Illuſt.cap.17.nu.
1.& 3.Celſus Hugo.conſi.81.Octa.Cach. deciſ.
168.& 170.171.& 177.nu.7.ac Vaſq.de ſucceſ.
lib.1.§.3.nu.42.& ſeq.de hæred.inſtit.par.2. Ac
34 cedat,†quia licet Pontifex ex cauſa neceſſitatis,
uel fidei diſpenſet,ut quis non teneatur reſtitue
35 re ablatum,quod eſt de neceſſitate ſalutis,† atta-
men id nequit reſpectu bonorum, quæ ſunt lai-
corum, ſibi in temporalibus non ſubditorum,
ut poſt Petrum de Palud. & Auguſt. de Ancon.
tradidit Io.à Turrecrem. in c.ſi res. num.6. & 7.
14.quęſt.6.Quapropter primo loco firmabimus
36 dd.literas † Pontificias, nec Principes ſeculares
non ſubditos,nec hebræos commorantes extra
eccleſiæ territorium non ſubditos in temporali
bus eccleſiæ,minimè ligare,uel comprehende-
re,nec eiſdem uſum rerum ſuarum profanarum
impedire poſſe.

At quatenus omnes comprehenderent,dico
37 ſecundo loco † Principes,& cęteros laicos non
ſubditos tenorem dd.literarum non obſeruan-
tes,ſeu tranſgreſſores, peccatum mortale non
incurrere,nec ad pœnam ęternam obligari.

38 Primo,†quia pœnam,ſeu peccatum mortale
cōſtitutio Pontificis nō exprimit,ergo nec nos
exprimere debemus l.ſi uero.§.de uiro. ff. ſolut.
matr.c.ad audientiam.de decim.l.1.§.ad deficiē
tes.C.de cad.tollend.tex.eſt in auth. de nō elig.
ſc.nub.in uerbo,non eſt lex tale quid, dicens l.
at.ſi quis.§.idem labeo,ibi.cum in eum pęna ſta
tuta non ſit.ff.de relig.& ſumpt.fun.c.1.ibi nuſ-
39 quam reperitur,de ſede uacant. † ubi enim uer-
ba ceſſant, ibi & diſpoſitio. multa Mendoſ.ad
Rom.conſi.462.in fi.

40 Secundo,† quia in dubio legislator tam hu-
maniſſimus, q̄ eccleſiaſticus ſubditos legis ſuę
tranſgreſſores ad pœnā ęternā obligare noluiſſe
41 creditur, †quin potius omni cura, diligentia,ſtu
dio,conatu proſpiciat,ne eorū animę illaqueen
tur,omniumque legislatorum talem eſſe animū
pręſumendum cenſeo, per l.quę ſub conditio-
ne.in prin.tex.egregium, licet à noſtris nunquā
hanc ad rem animaduerſum.ff.de cond. inſtitu.
ubi relictum fuerat, ſub conditione,& lex non
vult ut iuramentum præſtetur, hanc rationem
42 expreſſe adijciens, † quia perfidi & religionis
cōtemptores,facile periurabunt.qui uero ſupra
modū diuini numinis timidi & reuerentes ſunt,
iuramentum forte ſubire non auderent: ſicque
43 emolumento iniuria carebunt. †ergo lex non
vult,ut augeatur peccatum eorum, qui religio-
nem contemnunt,ſed potius ſtudet peccata mi-
44 nuere, † & cum d.ratio in lege nominatim ex
preſſa eſt pro lege generali habenda eſt uerè,nō
* autem interpretatiuè,ex * communi opi. quam
tenet glo.in auth.de hęred.quæ ab inteſt.uen.§.
51.Alexand. Iaſ. Cor. & Curt.iun.in l. humani-

aliud eſt donatio, ſeu legatum, cũ ſint tituli par-
ticulares, & ſic conſtat de mente donantis, & le-
gantis, qui poſſunt id facere, cum ſint actus libe
38 ralitatis, in quibus ceſſat † Domini conſenſus
neceſſarius, per Clar. in §. emphiteoſis q. 15. poſt
Alex. conſ. 120. nu. 5. uol. 1. Cagnol. in auth. qui
rem. nu. 24. C. de ſacroſ. Eccleſ. Simon de Præt.
conſil. 106. num. 49. & aliud eſt, an ingrediendo
applicetur monaſterio, ſeu ſaltem debeatur ęſti-
matio. ſi ergo dixit, quæſtionem eſſe diuerſam,
pro vt vere eſt, non verſamur nos in caſu deci-
ſionis propoſitæ. immo cum Iaſ. d. nume. 96. in
fin. quo ad ſucceſſionem vniuerſalem, & ſic præ
ſentem caſum, ſe remittat ad not. per eum in l.
ſecunda nume. 200. quæſt. 17. C. de iur. emphit.
vbi tenet non tranſire contra voluntatem Eccle
ſię in monaſterium, nec ibi de æſtimatione lo-
quatur, videtur inferri, in his terminis nolle ali-
quam æſtimationẽ deberi. quod ſimiliter Imol.
cenſuit in d. c. potuit. verſic. 26. dum immediate
poſt quæſtionem prædictam reſpectu ingreſſus
aliter concludit; & tamen ſi deberi monaſterio
39 † æſtimationem, quæ præſtatur in caſu donatio-
nis & legati voluiſſent, nec fuiſſet inter hos ca-
ſus differentia, vtique hoc expreſſiſſent, nec ſu-
biunxiſſent, vt Iaſ. caſus eſſe diuerſos; idem ſentit
Anto. de Butr. in d. ca. potuit. 4. colum. dum
poſt concluſionem de æſtimatione ſubnectit
quæſtionem de ingreſſu, & ſe remittit; ita quod
ſi idem fuiſſet concludendũ reſpecti æſtimatio-
nis in caſu ingreſſus, quod in donatione & lega
to uolunt omnes id vtique determinaſſent. de
uno ergo caſu ad alium non eſt arguẽdum. im-
mo fortius Iaſ. in d. l. fi. num. 74. in pri. in articu-
lo donationis de re emphiteotica differentiam
extare ait, inter actum donationis, qui fit in vita
nec eſt à iure prohibitus, actum explicatum,
per viam ſucceſſionis, qui eſt à iure prohi-
tus, maxime de re Eccleſiæ ad extraneos hæ-
redes non traſitoria, allegando not. per om-
nes in l. ſi domus. §. fin. de lega. pri. & d. §.
1. de emphit. in uerſicu. vera eſt ſolutio. ſed in
caſu noſtro eadem eſt ratio, cum ſit actus acqui
ſitionis per viam ſucceſſionis vniuerſalis, nec
permiſſus de re Eccleſiæ in extraneos, nec fiat
per actum inter viuos, habendo reſpectum ad
profeſſionem & ingreſſum, qui eſt actus mortis
ſaltem ciuilis. d. l. Deo nobis. C. de ſacroſan. Ec-
cleſ. propterea nec monaſterium tanquàm inca
pax. & quia extranea perſona capiet, cum Do-
cto. loquantur in q. donationis reſpeſtu æſtima-
tionis rei particularis non vniuerſalis ſucceſſio-
nis, vt hic, dum propter ingreſſum dicta mo-
nialis Maria vti mortua reputetur, ſic hæredi-
tas vniuerſalis vel vti arrogatio vniuerſalis cen-
ſeatur. quod in terminis reſpectu vniuerſalis ſuc
ceſſionis & dominij directi in perſonam Eccle-
ſię, non autem priuati, voluit, Aluar. in ca. in
generali, in fi. ſi de feud. fuer. contro. inter
dom. & agna. ideo de vna ad aliam non proce-
det argumentum, nec extenſio fiet, ſed qua ra
tione incapax eſt rei in actu ꝓhibito, & ęſtima-
tione ſimiliter priuabitur, cum Docto. æſtima-
tionem tantũ dent. in re & actu permiſſo: non au
tem in prohibito, & ubi res ipſa acquiri non poſ
ſit, & æſtimatio prohibita dicatur, attenta idẽti
tate rationis, vt infra.

Secundo iſta concluſio confirmatur, quia ſe
quendo modum arguẽdi, de quo per Ancar. cõ
ſil. 165. de leg. inquam ad ingreſſum, per Specul.
de locat. §. nunc aliqua, verſicu. 117. ac Ioa. And.
in d. c. potuit. extra locati. qui omnes loquuntur
in legato, non in ingreſſu religionis, ſi valet argu
mentum de uno ad aliud, monaſterium, nullum
ius habebit, quãdo in generali ſeu uniuerſali bo
40 norum diſpoſitione bona emphiteotica, † ſeu
feudalia non comprehendantur, maxime in ca
ſu prohibito, vt hic. c. 1. §. in generali, ſi de feud.
fuer. contro. inter domin. & agnat. c. 1. de capit.
qui ſcur. uend. Bal. in l. codicilis. §. inſtituto. ff. de
leg. 2. in l. uolũtatis in fi. C. de fideicom. Natt. cõ
ſil. 683. nu. 12. Iaſ. in l. fi. num. 75. cum ſeq. C. de
* iur. emphiteo. quod in feudo * communiter te-
nere Doctor. inquit Curt. de feud. 4. part. in 3. re
gul. Clar. in §. feudum q. 31. uerſ. in propoſito,
Aluarot. conſil. 42. Ceſal. conſ. 29. Marin. Freci.
de feud. pag. 125. num. 4. Roland. a Valle conſil.
29. uolum. 3. nec generalis diſpoſitio comprehẽ
dat bona, ex quibus alteri præiudicetur ex mor-
te ciuili, vt hic ſaltem per lineam finitam, quia
ſpectant Abbatiæ, uti Dominę directi, per Bal. in
l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. facit tex.
in auth. nec autem. C. de ſecundis nuptijs. Aret.
conſil. 53. & l. obligatione generali. ff. de pigno.
& per conſequens, cum ſit diuerſa ratio diſpoſi
tionis generalis, & ſpecialis, & in generali mini
me bona Eccleſiæ in eius præiudicium compre
hendantur: immo nec à lege includãtur, niſi uo-
lente Domino. ceſſat quod dicitur de æſtimatio
ne in legatis, ex rationis diuerſitate. ut in termi-
nis decidit Specul. in d. §. nunc. aliqua. uerſiculo
113. adnotans in uniuerſali inſtitutione non cõ-
prehendi bona, quæ quis habet ab Eccleſia, ma
xime quando applicautur extraneo, ſeu non cõ
prehenſo in inueſtitura, ut eſt monaſterium præ
ſens; ſeruiunt not. in d. ca. in præſentia. & Iaſ. in l.
fi. nu. 76. C. de iur. emphit. ac ſententia ſcriben-
tium, de qua per Clar. in §. emphiteoſis. q. 28. cõ
** cludentẽ ex magis ** recepta opinione † emphi
41 teoſim eccleſiaſticam, ſiue fuerit à primo ſolem
niter conceſſa, ſiue non, quicquid multi dixerint
hodie in extraneos hæredes minime traſire. &
ſic cum non ſimus in terminis quæſtionis pro-
poſitæ, ceſſabit dubitatio reſpectu ęſtimationis,
quando in legato adſit uoluntas & trãslatio rei.
& hinc debeatur æſtimatio, in ſucceſſione vero
uniuerſali uoluntas, & trãslatio deficiant, conſe-
quẽter ęſtimatio ceſſet, cũ nõ entis nullę, ſint qua
litates. Corroboratᷣ hæc cõcluſio, ex no. p Alua.
& Præpo. in d. c. in generali. in fi. ſi de feud. fuer.
contro.

Digitized by Google

contto.inter.dom.& agna.dum uolunt ex men-
te tex.ibi in fideicommiſſo generali, res ſeu bo-
na emphiteotica eccleſiæ non comprehendi ad
beneficium perſonæ extraneæ, quę virtute pri-
mæ inueſtituræ venire non poteſt, licet ſecus in
42 emphiteoſi † laici priuati, quæ transfertur per vl
timam voluntatem ex inſtitutione vel legato, ſe-
quitur Spe.d.§.nunc aliqua.uerſi. 112. cum ſeq.
Bat.in l.ſi patroni, & ibi omnes poſt eum. ff. ad
Trebel. Bald. Salic.& alij in l.cum mitum. C. de
fideicom.Alex.conſi.91.2.dubio pri.part.conſ.
58.uolum.2.conſi.103.4.part.& 55.3.col.volu.
4.qui.omnes concludunt in generali fideicom-
miſſo, ſeu inſtitutione ac generali diſpoſitione
rem emphiteoticam eccleſiæ non comprehen-
di ad beneficium perſonæ non comprehenſæ
nec vocatæ, virtute primæ inueſtituræ, probat
* Salic. Albet.& Iaſ.nu.75.& 76.vbi de cōi * in d.
l.fin.C.de iur.emphit.& dixi ſupra.ſi ergo indiſ-
poſitione generali non includitur, nec ex ui in-
greſſus, cum ſit generalis diſpoſitio, ſeu vniuer-
ſalis ſucceſſio, ſeu ſimilis arrogationis, compre-
hēdetur emphiteoſis eccleſiaſtica, & minus ęſti-
matio, ea ratione, quod non entis nullæ ſint qua
litates, & ſi deficiat diſpoſitio de re, & pro ipſa
æſtimatione euaneſcat.

Tertio, hæc comprobo, prohibitum eſt eccle
ſiæ emphiteoſim eccleſiaſticam acquirere, & illa
cōtra legem facta nullo modo rata habenda eſt,
nec quo ad pretium ſeu ęſtimationē defenden-
da, iuxta.l.vnica.C.ne lice.habit.metrop. Bal.in
l.2.in fi.ff.de iuri.omn.iud.ca. 1. in fin. quæ ſint
Regal.illudque regulare eſt, ubicunque lex æſti-
mationem interdicit, ſi poſtea fiat alienatio eſt
nulla, ſiue ſit ſcripta lex, quæ id vetet. l. non du-
bium.C.de leg.l.ſi priuatus.ff.qui.& à quibus, ſiue
non ſcripta, vt puta conſuetudo nō alienandi in
eccleſiam.l.ſi in emptione.§.omnium.ff. de con
trah.empt.vnde in caſu contrauentionis res auo
catur, etiam non reſtituto pretio.l.quem admo-
dum.C.de agri.& cēſ.l.nemo.C.de reipub. priu.
lib. 11. ibi pretia perdere perpetuo volumus. l.
prædia.C.de præd.C.de Curia.eod.libr.ibi ſciat
pretio, quod dedit priuatum, not. Dion. Pōtan.
in conſuet.Bleſenſ.tit.4. 13.uerbo.annus art.41.
præſtabitur itaque æſtimatio pro dicta emphi-
teoſi, prout non eſſet debita, ſi res cuius com-
mertium non habemus, legetur, quia nec res
nec eius ęſtimatio ſoluitur. §. ſed ſi talis inſt.
de leg.Bart.in l. cętera. §. ſed ſi conſtat. ff.de leg.
primo.

Quarto, præſuppoſito nos verſari in expreſſa
ſeu tacita diſpoſitione facta de emphiteoſi eccle
ſiaſtica, per ingreſſum religionis, quod tamen ne
gatur, æſtimatio utique nō erit ſoluenda, quan-
do iure cautum reperitur, ubicunq; quis habet
ius emphiteoticum finiturum eius morte ratio-
tione lineæ finitæ, ingrediendo religionem
ex corpore vero non relictis (cum hic monaſte
rium non ſit loco filii, niſi aliter conſtet de uo-
luntate expreſſa diſponentis) nec res, nec æſti-
matio debeatur, eſt tex. expreſſus, in l.quod in re
rum. §. 1.ff.de leg. 1.l.vxor patrui. C.de legat.uo-
lu:t. Alex.con.9.vol.2.& dixi ſupra ex commu-
ni *& per Ant.Gomez Variar. reſolut. Tom. 1.
cap.12.de legat.nu.15.uerſi.ex quo notabiliter.
Doctoreſque de mente conſtare affirmant, cum
teſtator grauat hæredem, vt poſt eius mortē prę
ſtet rem legatam, quæ ceſſant in præſenti, dum
Maria nec tacite nec expreſſe, nec ea viua nec
mortua ficte per ingreſſum & profeſſionem di-
ſpoſuit de emphiteoſi, iura itaque legaſſe ſeu il-
lud ius tantum finiturum per eius mortem ve-
ram ſeu fictam reliquiſſe creditur, ita quod mor
tua ipſa, monaſterium nec rem, nec æſtimatio-
nem ſeu valorem habeat. differentiam enim aſ-
43 ſignant ſcribentes, an legans, ſeu † diſponens
nullū ius habeat, quia iſto caſu ex verbis & men
te intelligitur grauaſſe hæredem ad ęſtimationē.
l.cum alienam, cum materia.l.vxor. C. de leg.e-
xempla recenſet Anton.Gomez.loco ſupra alle
gato Var.reſol lib. 1.cap.12.de legat. nume. 13.
15. Vbi vero viuus, ius aliquod habeat, quia illud
ius tantum, licet finiturum, morte legaſſe credi-
tur, & ſi penes legatarium inutilis diſpoſitio exi
ſtat, nec hæres grauatus ad æſtimationem ali-
quam dicatur, ex tex.in d.l.quod in rerum.§.fin.
vbi Bartol.ff.de leg.1.& ibi Doct.propter in em
phiteoſi loquūtur legata, in l.ſi domus.§.ſi.cod.
tul.d.l.vxor patrui, vbi Salic.Bald.Iaſ.& omnes
in locis prædictis, poſt Bald.& Aluarot.in c.1.§.
donare qualiter olim feud.alien.poter, Iaco. de
Sancto Georgio in tract.feud.verſic.& cum pa-
cto, quod de ipſo feudo, Curt.iun.tract.de feud.
4.part.num.126.& conſil.30.Arct. in l. multum
intereſt.ff.de verb.oblig.Abb.conſ.45.vol.2.Fe-
lyn.in c.quę in eccleſiarum, colum.26.de conſti-
tu.ſcripſi in conſi.6.num.15.cum ſeq.ac per to-
tum volu.1.dum ergo Maria habebat ex inueſti
tura ius finiturum morte naturali, vel morte ciui-
li per ingreſſum, vt in primo dubio, illud ſolum
dicitur in monaſterium legis fictione tranſlatū,
omni æſtimatione excluſa.

Quinto, materia prædicta æſtimationis debi-
tę procedit, reſpectu legati tantum. ratio, quia
legatum reſpicit ipſam rem, & eſt dare hęredem
grauatum.qui habet redimere emendo ipſam
rem à Domino, aut pretium ſoluere legatario
honorato domino vendere nolente, Docto.vbi
ſupra poſt Cano.latiſſima in c.filius. vbi Ancar.
Imol.Cardi.Barbat.Ant.de But. & Henri. extra
de teſtamen. At diuerſum in hæredis inſtitutio-
ne, cum ſit eadem perſona, quę non poteſt dici
honorata & onerata ſimul. iura que allegata per
Spec.d.verſic.117.quem citat Ancar. d. conſil.
166.l.filiusfami.§.ſi quid aliq.ff.de leg. 1. & not.
in leg.apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. 1. & not.
in d.c.filius, non obſtabunt, quando loquantur
in legato, & donatione, quibus caſibus hęres in
ſtitutus ſoluere poteſt precium Domino vende-

te

re nolente, aut rem ipſa emendo à Domino di-
recto, quod minime locum vendicat in hærede
ſeu vniuerſali ſucceſſore, pro ut hic, ne ſibi ipſi
teneatur, ita Bald. in l.fin. 18. oppoſitione. C. de
hæred.inſtit. Iaſ.in d. l. cum alienam. prima col.
3.fal.ff de leg. 1.ſic in pręſenti Monaſterium eſ-
ſet debitor, & creditor, conſiderata æſtimatione
debita. quod non eſt dicendum. ſecus ſtante ve-
ra diſpoſitione & legato, quia tunc hęres adeun
do dicitur, cum legatariis quaſi contrahere, &
ad legata pręſtanda ſe obligare, ſi non reſpectu
rei, quia Dominus nolir uenderc, & ſalrem reſpe
ctu ęſtimationis, ut in d.c.filius, ita Bal. in l.fi. in
pri.C.de iure deliber. & in rub. ſi quis aliquem
teſtari probib.Bartol.in l.de eo. C. de iudæ. in l.
apud Iulianum.§.fin.ex quibus cau.in poſſeſſ.ea.
& glo.in l.ſi ſeruus.ff. de leg.2.

Iſtis ſic formatis, nempe nec ęſtimationem de
beri, non oberunt ex aduerſo deducta.

Et primo, quod dominus tenetur ſoluere ęſti
mationem aut pati, vt ecclesia uendat intra an-
num, ex doctr.Specul.d.q. 117. Ancar.d.conſil.
166. Alexand.conſil. 120. uolum. primo. Doct.
in d.c.potuit ſuper glo.verbo prohibentur. ex-
tra locat.

Primo namque Reſpondetur, id tantum ex
44 conſuetudine † procedere, non etiam de iure.
vt inquit Spec. & ſequitur Pontan. d. conſuet.
Bleſens.art.41.uer.annus.

Secũdo, negatur id verum eſſe in materia di-
ſpoſitionis rei alienæ, uel cuius legatarius ſit in
capax, dicunt enim ſcribentes hoc fieri in pręiu-
dicium hæredis, in pręiudicium autem Domi-
ni nunquam, ita omnes in d. l. vxor. per illum
tex. & in d.l.cum alienam, ac in d. l. quod incer-
tum.§.fin.de leg. 1. & de hoc eſt caſus legis in d.
c.filius.extra de teſtam.vbi ex legato facto de re
45 Eccleſiæ, alteri † eccleſię vel perſonę, nunquam
pręiudicatur eccleſiæ Dominæ, ita omnes not.
Abba.Ant.de Bur. Hoſt. Card.Innoc.Io. Andr.
Henri.Imol. Ancar. & cęteri. Canon. idem in
effectu ſentiunt legiſtæ Cyn. Salic. Pau. de Caſt.
& alii in d.l.cum alienam, vbi Iaſ.4.col. verſi. in
2.part.gloſ.dicens indiſtinctè omnes uelle tale
legatum ſeu diſpoſitionem Domino haud præ
iudicare, & ſi domino præiudicare non debet.
nec vendi poterit, cum virtute ingreſſus, & li-
neę finitæ res ſibi ſit deuoluta. ex dicto enim tex.
in c.ſi.eccleſia legataria, non eſt capax, nec lega-
ti, nec prætij vel æſtimationis, quando eccleſiæ
eſt res, quæ fuit legata, vt hic, vnde arguendo de
legato ad ingreſſum, ſicut in caſu legati rei eccle
ſiæ, alteri eccleſiæ nullo valet reſpectu. nec lega
tum vel acquiſitio reſpectu ingreſſus in re, vel in
pretio conſiderari poterit.

Et ſi opponeretur diuerſum eſſe ius Canoni-
cum à Ciuili, & eſſe differentiam in re Pontifi-
cis legata, vel alterius eccleſiæ inferioris, hoc et
enim haud confert caſui noſtro, quia licet ſecũ-
dum aliquos eccleſię res, ſi legetur, debeatur ęſti-
matio, vt poſt Bar.in l.apud Iulianum.§.ſi.de le-
ga. 1. Iaſon latè tradit.in d.l. cum alienam. 4. &
5.col.deberi intelligunt ab hęrede, non autem,
quod res vel æſtimatio ab eccleſia tradatur, vel
in illius damnum. immo ſi ſoluitur ęſtimatio per
hęredem remanet emphiteoſis Domino dire-
cto, & in terminis noſtris Abbatiæ Illuſtriſſimi
Domini mei. Quod fortius ſuadetur, quia dicunt
Canon.in d.c.filius.Iaſ.in d. l. cum alienam. 5.
col. poſt ſextum intellectum. d. c. filius. & in l.
apud Iulianum.§.conſtat.ff.de leg. 1.nu.44. alle-
gãdo gloſſ.in d.l.cum alienam.ubi Docto.C. de
legar.Imol. Abb. Ancar.in d.c.filius.Rõ.in auth.
ſimiliter.x. ſpeciali.C.ad l.Falci.quod in foro ca
nonico tex.in d.c.filius ſeruari debet, ita, quod
ęſtimatio non debeatur, quando ſit legatum rei
eccleſię, alteri eccleſiæ, quod debet intelligi vel
patiendo vt vendat, vel hęredem grauando, ut
ęſtimationem ſoluat. ſi ergo ibi eſt caſus legis, &
in expreſſa diſpoſitione legati de re eccleſię alte-
ri eccleſię nihil ſoluitur, quanto minus in tacita
diſpoſitione legatum ſeu ęſtimatio pręſtabitur?
cum quęſtio ſit tam reſpectu perſonarum, quam
rei eccleſiaſticę, & ſecundum leges canonicas de
cidenda. Et dicam Specul. loquutum fuiſſe in
verſi. 117. reſpectu patroni laici, non autem ec-
cleſiaſtici, alias ſcripſiſſet contra tex.in d.c.filius,
quod minime eſt pręſumendum. idem ſentit
Ancar.in d.conſil. dum ait illam rem non origi-
naliter fuiſſe eccleſiaſticam, ſed priuatam. Con-
cludo itaque nec æſtimationem deberi, minuſ-
que conſiderari poſſe, quod fęmina ſit ab Illu-
ſtriſſima Dominatione ſua inueſtita, cum pa
cto non alienandi, in pręiudicium eccleſiæ,
quo caſu uirtute pacti nec æſtimationem pre-
ſtandam fore voluit Abb. d. conſilio. 45. 2.
part. vltra. not.in d.leg. apud Iulianum. §. fin. de
leg. primo.
46 Quod amplius confirmatur, quia ubi † ęſti-
matio conſideratur, tunc illa eſt in obligatione,
& ipſa poteſt peti, not. Bartol.in d.l. apud Iulia-
num.§.fin.in fin.ubi Iaſ.verſi.27. & omnes in l.
plane.ff.de leg. 1. In caſu autem noſtro. hęc ęſti-
matio non debetur, nec peti poteſt ab Abbatia,
quia non eſt hęres, nec ideo tenetur, pro ut Do-
ctor.ibi. & cum ſit in pręiudicium eccleſię, re-
ſpectu directi & deuorionis ceſſet eſtimatio, d.
c.filius.de teſtamen. & no.in dicta.leg. cum alie-
nã, & in d.leg.uxor.Specul.itaque in d.uer. 117.
allegauit tex.in l.filiusfam. §. ſi quid alicui. ff. de
leg. 1. qui loquitur in eiſdem terminis, uidelicet
hæredis, qui tenetur emere, pro ut not.in d. l. a-
pud Iulianum, & Docto. Ancar. & Henri. in d.
c.filius, cumque ceſſat hæredis conſideratio, ceſ-
ſabit & ęſtimatio, reſpectu illius, attenta quali-
47 tate rei. d.c.filius, ſic cum ipſa † iogrediendo ne
queat bona penes ſe retinere, nec expreſſe nec
tacite, ex dicto omnium in d. Authent. ingreſſi
Alexan. & alij in l.pri.§.pen.de uerbor.obligat.
Ioan.Andr.in cap.fin.de cond. appo. Bal. in l.ſi
pater.

Digitized by Google

patet.ff.de adoptio.Bal.Ang.in l.ſi ita quis.ff.de hered.inſtit.Doct.in cle.ſi. de regularibus, & in capit.2.de ſtatu monacorum,nec monaſterium rem vel æſtimationem conſequetur, præcipue quod Doctores velint tam in.l. apud Iulianum, quàm in.d.l.filiusfam. ac Ancar. & Herni.in d. c.filius,quod ſi concurrit inhabilitas rei & perſonę,vt hic,quia eccleſię & monaſterij Domino contradicente,tunc nec res nec pretium in conſideratione veniat.Et ſi adhuc allegetur, ſaltem dictam rem poſſe vendi, per Specul. vbi ſupra. d.verſi.117.Ioan.And. in d. c. potuit. Ancar. d. conſi.183.Iaſ.in l.3.C.de iur.emphit. nume.90. verſicul.ſuſtinendo Alex conſi.9.volu.2.& conſil.120.volu.1.& quod conſuetudo ſit,vt vendere poſſit,ſaltem intra annum,& pretium retinere,quæ conſuetudo ſeruanda eſt.c.longinquitati.12.q.2.Pontan.in conſuet.Bleſens.art.41.tit. 4.verſi.annus pag.221.

Reſpondendo dico,primo iſta pcedere,vbi Dominus eſt laicus, non autem ſi ſit eccleſia, pro vt eſt caſus noſter.in laici enim Domini prę iudicium ſuſtinetur legatum, ſaltem vt venditio fiat,vt loquitur Specul.& Ioan.And. clarius Ancar. conſiderando non tanquàm rem propriam eccleſiæ,ſed quod habuit originem à laico,in terminis Ioan.de Imol.in d.c. potuit verſ. 15.declarando dictum Specul. & Ioan.And.exponit in emphiteoſi priuati,non eccleſiæ. idem ibi Anton.de Butr.& Abb.in d.c.potuit. 2. col. qui ſemper in emphiteoſi priuati loquuntur, non diſſentit Alex.d.conſil.120.volum.1.2. colum.cum ergo ſit differentia inter hos caſus,& prædicti concludant in emphiteoſi priuati,non fiet extenſio ab emphiteoſim eccleſiæ,cum eſſet de caſu permiſſo,Domino laico,ad caſum prohibitum,pro vt eſt eccleſia,& noſter.

Secundo,doct.loqui reſpectu legati & donationis,qui ſunt actus permiſſi, notāt omnes vbi ſupra Alex.conſi.188.ſummi redemptoris.4.colum.verſ.& hoc volum.2.& quia ſint actus permiſſi,ita teneat Specul.& Alex.d.conſi.120.pri. part.2.colum.ſed hic per ingreſſum eccleſiæ di
48 co, non poſſe fieri hunc actum niſi cum † reſeruatione iuris eccleſiæ Alex.d.conſi.9.2.part.verſicul.præterea,& verſic.ſeq.Iaſ.d.l.3.nume.72. verſi.pri.quando emphiteota alienat, & nume. 74.verſic.vltimo pro complemento,allegando Bal.& Nicolaum de Matarellis. C.de iur.emph. & ideo cum ingrediendo,ſeu profitendo, non reſeruatur expreſsè ius eccleſiæ,ſequitur, quod cum actus ingreſſionis, non iudicat acquiſitionem,ceſſabit facultas vendēdi,quando illa procedat, data validitate actus legati, ſeu donationis, quæ hic deficit ex vi non reſeruationis appoſitæ.

Tertio Doctores loquuntur pacto ceſſante,at hic facultas vendendi prohibetur ex vi pacti,& uerborum,de quibus in inueſtitura. Alexand.d. conſil.9.2.part.3.colum.uerſicu.3. confirmatur cum uerſicul.ſequen.Iaſ.in d.l.fin.nume.72.ibi. ſecundo. modo.C.de iur.emphit.ſi ceſſat ualiditas actus verbis repugnantibus, & facultas uendendi aberit, quia indirecte contrauenîremus pacto.

Quarto,ſcribentes intelligunt illud procedere in emphiteoſi eccleſiæ, quando perſona, in quam ſit alienatio,eſt capax,nō dico pretij,ſed ipſius rei,ita Iaſ.late. ubi ſupra. numer.75.uerſi. contrarium,quod immo,allegans Salic.Alberi. & Docto.in d.c.potuit,idem Alexan. d. conſil. 120.uerſ.ſecundo.reſpondeo pri.part. ſed cum hoc monaſterium ſit incapax,tam de iure communi, quàm ex uerbis inueſtituræ, ut in primo dubio,ceſſabit uenditio intra annum, cum ipſa fiat in executione capacitatis legati,ſeu diſpoſitionis præcedentis,non omnimodo prohibitę, & ſi uenditio admitteretur,eccleſia Domina nihil conſequeretur ex ui ingreſſus,ac ſequeretur, quod laicus & eccleſia contra not.in primo dubio à pari procederent,tex.quę in capitul.filius. perperam loqueretur,ubi res eccleſiæ ad aliam tranſire non poteſt,nec reſpectu rei nec æſtimationis,ſi hęc in expreſſa diſpoſitione,quanto minus in tacita ingrediendo,& quanto fortius in foro Canonico, attentiſque opinionibus contrarijs,quæ procedunt in Domino laico,non eccleſiaſtico,ut hic, ex quibus & ſecundum obiectum ſublatum cenſeo.

Nec repugnat,ſi aliquis diceret, quod eccleſia uel monaſterium uti minor reſtituenda eſt, ad finem,ut pretium conſequatur.

49 Primo, † quia reſtitutio contra aliam eccleſiam non datur. l.uerum.§.fin.l.ſi minor uigintiquinque annis.ff.de minor. not. Docto.in authen.quas actiones.C.de ſacro.ſan.eccleſ. tantoque minus hic,quia Abbatia non dicitur tractare de lucro,ſed de damno, reſpectu iuris iam
50 acquiſiti, & † priuilegiatus non utitur priuilegio,contra priuilegiatum not.Canon.Deci. maxime in d.c.in præſentia. nec quo ad ſpiritualia admittatur reſtitutio, maxime quando alteri ius eſt acquiſitum,pro ut hic, quia ingrediendo Abbatię ius acquiſitum fuit,ita gl. & omnes Canon.in c.ex parte,de reſti.ſpo. & gl.in l. ait prætor.ff.de minor.

Secundo,aut enim dictum monaſterium, reſpectu ingreſſus religionis,uult reſtitui, nec dabitur reſtitutio, quia non intelligitur læſa eccleſia,ſeu decepta,ſed animæ ſuæ magis conſuluiſſe,not.in capit.cum dilectus, extra quod metus cauſa,Abb.poſt alios in d.c.ex parte. 5. colum. Specul.titu. de reſtitutio.in integr.§.qualiter. uerſicul.quid ſi quis contrahit cum eccleſia, illius enim negocium non dicitur male geſtum, nec lęſa dicitur.27.quæſtio. pri.ſicut capit. nunquàm de conſecratione, diſtinctio. quinta. aut reſpectu bonorum, de quibus in cauſa, & ipſi uel monaſterio dari poſſe denego, cum alia eccleſia ſit Dominus directus,non uideo ergo ad quid

quid detur, vel conecedatur non conſtito de læ-
ſione, Specul. de in integr. reſtituti o. §. ſio. ſecun-
da. col. & in §. pri. ver. & ſcias, & vbi læſio eſt nul
51 la, ſeu modica ceſſat † reſtitutio l. ſcio. ff. de in in-
tegr. reſtitutio. Bald. & Docto. in l. & in maiori-
bus. C. de appel. Alexand. conſil. 27. 2. colum.
pri. part. & ratio, quia vbi ceſſat ęquitas, ceſſat &
reſtiturio. l. nec vtilem. vbi Bartol. ex quib. cauſ.
maior. fortius ioquit tex. in l. ſi is qui reipubli-
cæ. & idem Bartol. in l. ab hoſtibus. §. pri. 3. colu.
eod. tirul. ex quib. cauſ. maior. quod reſtitutio
nunquàm datur, vbi reſpectu actus celebrati nõ
fuit læſus, cum omni modo effectus ſequutus
fuiſſet, & in caſu noſtro, cum ingrediendo ipſa
non eſt capax huius rei, nec ipſam rem penes ſe
vel monaſterium retinere poteſt, cum contradi-
cat ingreſſus, ex quo profitetur paupertatem.

Tertio vlterius dicitur, non dari reſtitutio-
nem ad lucrum, cum aliena iactura. l. ſciendum.
ff. ex quib. cauſ. maiores. leg. ſi is qui. ff. de furtis,
at in caſu noſtro daretur ad lucrum priuando
Dominum directum iuxta terminos iuris, quod
non eſt dicendum, & minus ex capite clauſulæ
generalis, quæ non datur ratione non poſſeſſio-
nis rei, & quia agit, notant omnes Bartol. Ang.
Imol. Pau. de Caſtr. Alexan. & Moder. in l. cum
filius. §. in hac. ff. de verbor. obligatio. per not. in
l. qui alterius de regu. iur. & in capitu. cum quis
eod. titu. in 6. reſtitutio igitur non videtur quo-
quomodo conſideranda, & licet monaſterium,
tanquàm hæres, vel ſucceſſor, reſtitui poſſet, ta-
men ex prædictis in præiudicium Domini dire
cti, nec quo ad ipſam rem, nec quo ad ipſius rei
æſtimationem, admitteretur.

Non obſtat tertium, & vltimum, ſex modis
comprobatum, vbi ſi non res, ſaltem æſtimatio
debetur, etenim ex præcedentibus reſultat re-
ſponſio, cum dicti caſus procedant in perſonis
capacibus relicto, & in rebus, quæ ſui natura in
alios transferri poſſunt, quod ſecus in emphi-
teoſi eccleſiæ, quæ nec ſimpliciter, minus in mo
naſterium alienari poteſt. ex diuerſitate enim
caſuum, diuerſitas iuris reſultat vulg. l. Papinia-
nus. ff. de minor. hæc enim bona, cum non ſint
in commercio noſtro, nec illorum ęſtimatio de
betur. l. apud Iulianum. §. final. ff. de leg. primo.
§. non ſolum. Inſtitutio. de leg. capit. filius, de te-
ſta. Rurſus, quia in alios, ſeu eccleſiam non
52 transfertur, ſine Domini † directi aſſenſu, qui
iudicatur ferè impoſſibilis, ex quo ab vnius vo-
luntate dependet, Barbat. in capit. quo ad tran-
ſlationem, de offic. delegat. Iaſ. in d. l. apud Iulia-
num. §. fin. ff. de leg. primo. Natta conſi. 164. nu-
me. 29. in fin. volum. primo. unde æſtimatio de-
beri nequit, d. §. fina. Quę omnia ceſſant in pro-
poſitis exemplis, vbi ęſtimatio pręſtari ſolet. Ad
de quod in illis caſibus, eſt obligatio rei vnius,
ſicut proprię, hic verſamur in relictis, in quibus
53 præſumitur, diſponens † ius tantum, quod ha-
bet in re. & ſi finiturum morte relinquere, pro-
pterea nec diſpoſitio de re ſubſiſtit, ſed nulla
erit in emphiteoſi relicta, ex communi * ponit
Gomez. d. cap. 12. num. 16. circa medium, dixi-
que ſupra, vt concludi merito oporteat in præ-
ſenti, nec rem nec æſtimationem dicto monaſte
rio præſtandam eſſe.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO DOMINO ARON hebræo Nuuolariæ.

ARGVMENTVM.

Iudæi an bona immobilia poſſidere valeant.

Conſtitutio Pij Quinti ſuper bonis hebræorum emiſſa an ligauerit hebræos omnes commorantes in terris ſubiectis imperio, vel aliorum Dominorum temporalium, nulla ibi ſequuta publicatione vel interpellatione hebræorum, iuxta in dicta conſtitutione ordinata.

Leges tum Pontificiæ poſitiue, tum humanæ, quibus verbis, clauſulis, modo, et quando obligant ſub præcepto peccati mortalis.

Peccatum quando ex contemptu inducatur.

Clauſulæ, præcipimus, mandamus, &c in virtute ſanctæ obedientiæ, &c. Rogamus & obſecramus, &c. quod operentur in mandatis ſuperiorum, & maxime Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi poßunt habere & acquirere immobilia inter Chriſtianos, tam de iure veteri diuino, quam nouo & Ciuili, nu. 3.*

2 *Iudæi præſcribere poſſunt et domos poſſidere, conducere, & alienare, & à lege natura id permiſſum eſt. num. 4.*

5 *Diuiſio bonorum multiplicatis dominis à l. Naturę inuenta fuit.*

6 *Furtum committi, alienumque ſibi appropriare. à iure diuino primęuo vetitum fuit.*

7 *Succeſſio liberorum in bonis paternis, à iure naturę inuenta fuit.*

8 *Dominia rerũ immobilium à iure gentium fuerunt inuenta, ex * communi.*

9 *Iudęi à Chriſtianis non differunt, quo ad leges, niſi expreße id cautum ſit.*

10 *Iudæi gaudent priuilegijs & immunitatibus locorum vbi habitant, ſicut & Chriſtiani ibi habitantes, ex mente omnium.*

11 *Iudæi in ſuis bonis immobilibus, à principibus Chriſtianis moleſtari non poßunt.*

12 Iudæi

12 *Iudæi ſuis bonis abſque Iuſtitia priuari non poſſunt & nu ſeq. ex communi.**

14 *Pontifex in beneficialibus non priuat quenquã iure ſuo, etſi habeat in ipſis abſolutam poteſtatem, ex mente omnium** veriore.*

15 *Princeps priuans aliquem iure proprio, ſine cauſa, legitimam compenſationem de honeſtate ei tradere debet, & eſt* recepta.*

16 *Conſtitutio circa bona per hebræos poſſeſſa, reſpicit præcepta temporalia.*

17 *Lex humana Pontificis non extenditur ad terras Imperio ſubiectas.*

18 *Pontifex, licet habeat iuriſdictionem temporalem ex veriori** ſententia: eam tamen, quo ad laicos, non ſibi ſubditos, non exercet, niſi pro conſeruando bono ſpirituali. & num. 19.*

20 *Bona temporalia ſuditorum Imperij per Pontificem regulariter non diſpenſatur.*

21 *Papæ non ſubditus, ratione perſonæ vel cauſa, ipſius legibus obedire minime tenetur.*

22 *Pontifex habet iuriſdictionem in bonis temporalibus infidelium, ne ipſi prælationem ſuper fideles habeant.*

23 *Iudæi ſunt ſub poteſtate fidelium, in pœnam ſuæ infidelitatis.*

24 *Seruus Iudæi Chriſtianus effectus, ſtatim deuenit liber, nullo pretio ipſi Iudæo refuſo, etiam quod eum emiſſet.*

25 *Iudæus ſeruum cauſa mercimonij emens, tenetur illum uendendum exponere infra tres menſes.*

26 *Pontifex temporalem iuriſdictionem exercet, quando tractatur de libertate, ac de euitando ſcandalo.*

27 *Iudæus Chriſtiana mancipia retinere non poteſt. fallit nu ſeq.*

29 *Lex Pontificia tollens ſimpliciter extra multos caſus dominium rerum Iudæorum, ita abſolute non ſubſiſtit.*

30 *Dominium per Principes à nobis auferri minime poteſt.*

31 *Principes non poſſunt nobis vſum rerum noſtrarum impedire, niſi ex iuſtiſſima cauſa, & declaratur nume. ſeq. ex * communi dicto, & nume. 132.*

33 *Prodigus manifeſtus, bona ſua adminiſtrare poteſt, quouſque per iudicem ſibi prohibitum fuerit.*

34 *Pontifex poteſt diſpenſare ex cauſa neceſſitatis quod quis non teneatur reſtituere male ablatum.*

35 *Pontifex, licet habeat ſupremã poteſtatem, ea tamen non vtitur in præiudicium laicorum ſibi in temporalibus non ſubditorum.*

36 *Lex Pontificia non poteſt impedire vſum rerũ profanarum laicis, nec hebræis non ſubditis.*

37 *Princeps & laici Pontifici non ſubditi, & ſi ſint ll. ipſius tranſgreſſores, non incurrunt peccatum.*

38 *Peccatum, cum à l. non exprimitur, nec à nobis exprimi debet.*

39 *Diſpoſitio ceſſat, vbi etiam verba deficiunt.*

40 *Legiſlatores non obligant ſubditos, & ſi ſint tranſgreſſores ſuarum. ll. ad pœnam æternam.*

41 *Legiſlatores omni curant diligentia, ne ſubditorum animæ illaqueentur.*

42 *Peccandi via, perfidis non eſt aperienda.*

43 *Lex non auget peccatum, ipſam contemnentibus.*

44 *Ratio in lege nominatim expreſſa pro lege generali eſt vere habenda, ex* communi.*

45 *Lex humana & pontificia poteſt obligare tranſgreſſorem in foro conſcientiæ, ſub reatu peccati mortalis, & qualiter iſtud intelligatur habetur in num. 47.*

46 *Io. Vuitelef de hæreſi damnatus, quare negabat Canones in foro conſcientiæ poſſe ſub peccati mortalis pœna, tranſgreſſores obligare.*

48 *Leges in dubio præſumuntur noluiſſe ſubditos ſub peccato mortali aſtringere, ſed ipſos ad pœnam temporalem tantummodo obligare, & quomodo intelligatur. nume. ſequen. excommuniori.***

49 *Ius canonicũ præualet iuri Theologorum in dubio in attinentibus ad philoſophiam naturalem.*

51 *Interpretatio humanior ad excluſionem pœnæ amplectenda eſt ex* communi.*

52 *Pœna imponi non debet, niſi à lege exprimatur, vt omnes recipiunt.*

53 *Peccatum mortale non incurrunt tranſgredientes ll. humanas & diuinas, id tamen cum temperamento intelligitur, num. 54.*

55 *Contemnens grauius peccat, quàm tranſgreſſor, qui ſimpliciter mandatis non paret, ex mente omnium.*

56 *Contemptus in tranſgreſſione l. ineſt, reſpectu fori contentioſi, quando ſæpe ac ſæpius fuerit commiſſa tranſgreſſio.*

57 *Leges & Concilia obligant tantum tranſgreſſorem ad peccatum mortale, ob contemptum*

ex

* *ex mente Theologorum & canoniſtarum.**

58 *Contemptus, multipliciter cognoſcitur.*

59 *Pontifici ſubiecti in temporalibus obligantur ad peccatum mortale, non obſeruando ipſius legẽ.*

60 *Clauſula, præcipimus & mandamus in virtute Sanctæ obedientiæ, in literis apoſtolicis poſita quid operetur.*

61 *Clauſula, princeps ſeculares obſecramus, in bullis Pontificalibus appoſita, non inducit præceptum, ſed tantum deprecationem.*

62 *Conſtitutio contra hebræos non diſponit, vt contrafaciens peccet.*

63 *Verba accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam.*

64 *Verba conſilij non ligant illos, ad quos diriguntur, ex mente omnium, nec etiam peccatum ue*
* *niale inducunt num. ſeq. ex *communi, nec comprehendunt religioſos. nu. 66.*

67 *Verba, rogamus & obſecramus per Viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, contenta in literis Papæ, ligant in materia neceſſaria ad peccandum.*

68 *Lex ligat, etiam quando vtitur verbis conſultiuis, propter reuerentiam perſonæ, cui loquitur.*

69 *Verba conſultiua ligant ad peccatum, quando eſſet materia ipſius nutritiua, & ubi conſcientiam aggrauarent.*

70 *Conſilium ſtat inter ſuos limites, quãdo aliquid ſuadet non fieri, quod a iure eſt permiſſum. Vel ſi inducit tranſgreſſoribus peccatum, inducit veniale.*

71 *Materia neceſſaria, ſiue peccati nutritiua, quænam ſit diffuſe.*

72 *Fidei & iuſtitiæ præceptis ſe opponens, mortaliter peccat.*

73 *Præceptum ueſtiendi, acquirendi, & circa ſimile, non obligat tranſgreſſores ad peccatum mortale, ſed forte ad veniale.*

74 *Clauſula, iniungentes eiſdem in remiſſione peccatorum, inducit præceptũ ſub peccato, & qualiter iſtud intelligatur, nu. ſeq. cum num. 76.*

77 *Verba præceptiua aliquando reſoluuntur in uerba conſilij.*

78 *Experientia, dicitur rerum magiſtra.*

79 *Pontificis literæ, mere temporalia reſpicientes, non extenduntur ad ſubditos laicos imperij.*

80 *Princeps ſeculares Papæ non ſubditi, non ſolum videntur ex verbis præceptiuis, & in virtute Sanctæ obedientiæ in ſuis literis contentis non ligantur, ſed nec etiam illas obſeruant & executioni demandant, & diffuſe nu ſeq. & num. 102.*

82 *Principes non ſubditi Papæ, ægre tulerunt creationem Coſmi Medices in magnũ Ducem Hetruriæ, à Pio V. factam.*

83 *Principes ſeculares non ſubditi eccleſiæ, non damnãt blasfemos, adulterantes, & ſimiles perſonas, pœna emiſſa per Pontificem, ſuper hoc particulare: ſed ſecundum ſtatuta ſuorum locorum.*

84 *Literæ Papæ, quæ vetant Iudæos Chriſtianis fænerari, non fuerint per Principes non ſubditos admiſſæ.*

85 *Peccato mortali non aſtringuntur, nõ obſeruantes literas Pontificias, niſi ſint ſubditi Pontifici, & diſponant pro bono ſpirituali.*

86 *Conſuetudo & obſeruantia attenditur in interpretatione legum.*

87 *Communis error facit ius, id oſtenditur in ſpiritualibus nu. ſeq. & in materia etiam uſuraria nu. 89.*

90 *Conſuetudo ſeruanda, & ſequenda eſt maxime in ponendis pœnis, & à pœna temporali excu*
* *ſat, iuxta *commune.*

91 *Lex tollitur per deſuetudinem, vſum contrarium, & diuerſum in actu deductum. excom*
* *muni.**

92 *Legem vſu non receptam tranſgrediens ſciente domino non peccat.*

93 *Legis tranſgreſſor non eſt, qui non obſeruat le*
** *gem uſu non receptam. ex magis communi. ***

94 *Argumentum valeat ab vno ad aliud, ſub eodem præcepto contentum.*

95 *Peccans in uno indiuiduorum, omnium reus efficitur. & num. 98.*

96 *Res eiuſdem naturæ, non debet diuerſo iure cenſeri.*

97 *Vnitorum eadem iudicatur natura.*

99 *Emphiteuta peccans in parte, circa Domini per*
* *ſonam, toto priuatur, ſecundum* omnes.*

100 *Princeps aliquid executioni non mandans, uti non aſtrictus, nec aliud ſimile in præiudicium tertij mandare debet.*

101 *Hebræi non poſſunt, nulla monitione præcedente ſuis bonis ſpoliari.*

102 *Lex, ante ſui promulgationem, nec mero iure li*
* *gat ex recepta ſententia.**

103 *Legis poſitiuæ publicatio, quàm neceſſaria ſit, vt ſubditos ad ipſius obſeruationem obliget.*

104 *Conſtitutio alicuius principis non ligat, niſi in ipſo loco proprio fuerit facta publicatio, etiam quod*

quod in locis vicinis fuiſſet publicata.

105 *Principis lex non ligat, niſi poſt duos menſes,*
** *à die publicationis.nu. 104.ex communiori.***

106 *Ignorantia, vt præſumatur & pœna euitetur, ſat eſt allegare legem non fuiſſe publicatam in loco.*

107 *Publicatio.l.vt noceat, requiritur, vt ſit publicata ab habente ſpeciale mandatum, ex authoritate conditoris.*

108 *Publicatio, lapſuſque duorum menſium, à die pulicationis, requiritur in ordinationibus, quæ præiudicium, pœnamque tertij continent. imo & ſcientia ad hoc, vt ligent de mente com-*
* *muni.**

109 *Leges Principum ſcientes, ligant ſtatim abſq; alia publicatione, & bimeſtri expectatione, ratio habetur.nu.ſeq.*

111 *Lege odioſa publicata, vt executioni mandetur, debet præfigi tempus, intra quod illi obediri poſſit.*

112 *Actus omnis perit, cum quid fuerit omiſſum, quod requiritur de forma nam in dubio cenſetur ſubſtantialis.nu.ſeq.*

114 *Conſtitutio pœnalis præſupponens in actu aliquam qualitatem ceſſat, niſi probetur qualitatem ad vnguem, fuiſſe ſeruatam.*

115 *Pœna locus non eſt non ſtatuto termino, quod à lege datur, etiam quod notus fuerit ipſius tenor.*

116 *Legislatoris talis eſt animus, qualis ex ipſius verbis deprehenditur.*

117 *Iniquum eſt quempiam teneri intra tempus à lege definitum, vel ignoret, vel pro comperto habeat.*

118 *Lex diſponens bona alicui abſque delicto auferenda eſſe non reſtituto pretio, non eſt ſimpliciter ſeruanda, & ratio habetur.nume.ſeq.*

120 *Iuſtitia naturalis, immutabilis eſt.*

121 *Lex niſi ſit iuſta, & deueniat à lege naturali & diuina, non valet.*

122 *Lex contra ius naturale ſine cauſa emiſſa, non eſt ſeruanda in foro fori, nec in fori Poli.*

123 *Ceſſante ratione finali alicuius conſtitutionis, ceſſat & ipſa conſtitutio pœnalis.*

124 *Reg. ceſſante cauſa per Tira. in vno ſuo tractatu fuit illuſtrata.*

125 *Ceſſante cauſa iſta Reg. vendicat ſibi locum in foro conſcientiæ, in cauſis probibitis, & in alijs, de quibus ibi.*

126 *Citatio requiritur, quando tractatur de auferẽdo ſuum alicui.*

127 *Princeps non procedit contra aliquem, maxime contra non ſubditum abſque citatione.*

128 *Citatio fuit à iure primæuo diuino, & naturali inſtituta.*

129 *Iudex non poteſt contra delinquentem procedere, nec iudicare damnareue, abſque partis citatione. Nec etiam ſi procederet de plenitudine poteſtatis.nume.ſeq.*

130 *Princeps contrahendo, ita ſe efficaciter obligat vt non poſſit ab illo diſcedere de abſoluta pote-*
* *ſtate.ex communi * ſententia.*

131 *Spoliatus à Principe, abſque citatione de facto reſtituitur ad bona ſua.*

CONSLIVM CC.

TRINITAS ADSIT.

QVIDAM Clariſſimus Iur. Conſultus, vt mihi frater amantiſſimus, conſulendo tam plene, & doctè. D. Aron hebræi Nuuolariæ iuſtitiam deduxit, vt fruſtra tantæ plenitudini incaſſum illi demonſtratio adijci poſſe, alia demonſtratio videatur, iuxta dictum Iur. conſult. in l. prima. ff. dote.

Qua propter ſat erat d. conſumatiſſimi viri concluſionem, ſola ſubſcriptione roborare, cũ ipſe omnia ferè, quæ in huiuſmodi conſultatione magiſtraliter adduci poſſunt, ſubtiliter ac abunde, in medium produxerit, niſi me, & conſulentis voluntas, & cuiuſdam patroni mei colendiſſimi preces impuliſſent, vt ſpicas, ex optimi meſſoris manibus lapſas ſeu potius neglectas colligens infraſcripta ſubijcerem, quibus ne iniuria eiuſdem ſententiam condeſcendiſſe oſtenderem, Præpotentis Dei auxilio inuocato, ac ſaluo ſemper apoſtolicæ ſedis iudicio, cuius omnia, & non & alias, ſcripta emendationi, & correctioni ſubijcio, affirmo terras, & immobilia hebrȩorum in d. loco commorantium acquiſitas, ac poſſeſſas, nequaquàm per Illuſtriſſimos Nuuolariæ Dominos iure auferri poſſe, niſi tamen vt infra.

Primo., quia conſtitutio Pij Quinti caſum hunc non comprehendit, ſecundo quatenus cõprehendat, non ligat Principes, vel contrauenientes ſub pœna peccati mortalis. Tertio, & ſi eſſet præcepum inducens peccatum, non tamen de facto bona eiſdem auferri deberent, ſed iuſtitia mediante. Quarto, quod bona eis de facto ablata, reſtitui debent.

Primumque comprobo, †quia licitum eſt iure Canonico Iudæis immobilia inter Chriſtianos acquirere, retinere, & poſſidere, vt habetur in Concilio Lateranenſi, de quo in c. Iudæi il 2.

ibi

ça temporalia non ſubditorum non diſponit,
quodque illa nõ vtatur in ſpecie circa diſpenſa-
tionem vel diſpoſitionem in bonis laicorum,&
in terris imperij poſuit formaliter Ioan. à Turre
crem. Theologus, multæque doctrinæ vir, in tra
ctã, de Eccleſia lib.2.cap.113.per totum.& præ
poſitione 7.poſt oẽs canoniſtas, in ca.quæ in ec
cleſ. vbi Fely. hoc dictum veriſſimum nuncupat.
num.31.Bern.nu.95.& 162. cum ſeq. Deci. nu.
24.& 26.de conſtit. ſequitur Franc. Coſci. in re-
pet.cap.1.2.quæſito.nu.9.& 7.quæſito.nu.17.de
conſtit.Natta conſi.487.nu.36.Capra ſuis cõcl.
com.regul.4.nu.13.& 14.& dicebat Felyn.poſt
21 Innoc. in cap.1.in pri.de fid.inſtr. † laicum non
ſubditum ratione perſonæ vel cauſę, non teneri
obedire ſimili legi præcipienti aliquid. Quini-
mo in indiuiduo, quo ad Dominium & ius he-
22 bræorum, ſeu infidelium, † Pontifex iuriſdictio-
nem in temporalibus retinet ex cauſa tantum,
ne infideles ſuper fideles ius, poteſtatem & præ-
lationem habeant, quia tunc Papa aufert Domi
23 nium & ius, quod ipſi habent ſuper eos, † qui trã
ſeunt in filios Dei in pœnam eorum infidelita-
24 tis, † exemplum in ſeruo Iudæi effecto Chriſtia-
no, qui à ſeruitute ſtatim liberatur, nullo etiam
pretio refuſo Iudæo, ſi fuerit vernaculus vel in
ſeruitute natus, ſeu in infideli empto à Iudæo,
qui ſi ad ſeruitiũ vel ſeruitutis cauſa ſit emptus,
25 † ſtatim liberatur. ſi vero ad mercationẽ vel mer
cimonij cauſa puta, vt Iudæus alteri venderet, tę
netur illum exponere vendendum infra tres mẽ
26 ſes, † quod totum fauore libertatis, ac ad ſcan-
dalum vitandum in hac prælatione & ſuperiori
tate tantum, Gregor. Pontif. temporalem iuriſ-
dictionem vniuerſaliter exercendo ſtatuit, vt in
ca.mancipia. & in c. fraternitatem 54. diſtinct.
quod probauit ratione Diu. Thom. ſecunda ſe-
cundæ quęſt.10.art.10. Ioan. à Turrecremat. in
ſumma de Eccleſia.cap.114.præpoſit. 14. Non
27 † enim Iudæis, licet mancipia Chriſtiana habe-
28 re, vel emere, † niſi ad eos tranſeat ruſticum præ-
dium cum mancipio, quod tunc ratione conne
xionis retinet, ca. 2. de iud. Reodan. tract. de re-
bus eccleſ. non alien. in verſ. de alien. rerũ ſe mo
uentium pag. 75. num.29. Siluan. conſil. 61. nu.
28.& 29. Guiliel. de Bened. in c. Raynutius. ver-
bo & vxorem nomine adelaſiam. nu. 958. de te-
29 ſtam. Itaque † vniuerſalis lex pontificia tollens
vel impediens extra hunc caſum ſimplex Domi
nium rerum iudæorum, quod eſt in iure huma-
no, & in naturali ratione fundatum, non abſo-
30 lute ſubſiſtet, ut ſupra, ea rurſus ratione, † quia
non ſolum Dominium, quod eſt liberrima illa
facultas ad libitum, circa res noſtras diſponen-
di, auferri per Principes iura uetant, ſed etiam
31 † prohibeatur Princeps liberum uſum rerum
32 noſtrarum, ſine iuſtiſſima cauſa § ætatis illegi-
timæ, mentiſque non integrę, ut in minore &
* prodigo impedire, ex * communi dicto pro-
33 digo † manifeſto, cui adminiſtrare licet, quàm
diu non ſit per iudicem prohibitum, de quo in
l. is, cui. ubi Alexan. Iaſ. & Aret. ff. de uerborum
obligation. Cagnol. in l. furioſi. ff. de regul. iur.
quod probat Vaſq. de contro. Illuſt. cap. 17. nu.
1.& 3. Celſus Hugo. conſi. 81. Octa. Cach. deciſ.
168.& 170.171.& 177.nu.7.ac Vaſq. de ſucceſ.
lib.1.§.3.nu.42.& ſeq. de hæred. inſtit. par. 2. Ac
34 cedat, † quia licet Pontifex ex cauſa neceſſitatis,
uel fidei diſpenſet, ut quis non teneatur reſtitue
35 re ablatum, quod eſt de neceſſitate ſalutis, † atta-
men id nequit reſpectu bonorum, quæ ſunt lai-
corum, ſibi in temporalibus non ſubditorum,
ut poſt Petrum de Palud. & Auguſt. de Ancon.
tradidit Io. à Turrecrem. in c. ſi res. num. 6. & 7.
14. quęſt. 6. Quapropter primo loco firmabimus
36 dd. literas † Pontificias, nec Principes ſeculares
non ſubditos, nec hebræos commorantes extra
eccleſiæ territorium non ſubditos in temporali
bus eccleſiæ, minimè ligare, uel comprehende-
re, nec eiſdem uſum rerum ſuarum profanarum
impedire poſſe.

At quatenus omnes comprehenderent, dico
37 ſecundo loco † Principes, & cęteros laicos non
ſubditos tenorem dd. literarum non obſeruan-
tes, ſeu tranſgreſſores, peccatum mortale non
incurrere, nec ad pœnam ęternam obligari.

38 Primo, † quia pœnam, ſeu peccatum mortale
cõſtitutio Pontificis nõ exprimit, ergo nec nos
exprimere debemus l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolut.
matr. c. ad audientiam. de decim. l. 1. §. ad deficiẽ
tes. C. de cad. tollend. tex. eſt in auth. de nõ elig.
ſe. nub. in uerbo, non eſt lex tale quid, dicens l.
at. ſi quis. §. idem labeo, ibi. cum in eum pęna ſta
tuta non ſit. ff. de relig. & ſumpt. fun. c. 1. ibi nuſ-
39 quam reperitur, de ſede uacant. † ubi enim uer-
ba ceſſant, ibi & diſpoſitio. multa Mendoſ. ad
Rom. conſi. 462. in fi.

40 Secundo, † quia in dubio legiſlator tam hu-
maniſſimus, q̃ eccleſiaſticus ſubditos legis ſuę
tranſgreſſores ad pœnã ęternã obligare noluiſſe
41 creditur, † quin potius omni cura, diligentia, ſtu
dio, conatu proſpiciat, ne eorũ animę illaqueen
tur, omniumque legiſlatorum talem eſſe animũ
pręſumendum cenſeo, per l. quę ſub conditio-
ne. in prin. tex. egregium, licet à noſtris nunquã
hanc ad rem animaduerſum. ff. de cond. inſtitu.
ubi relictum fuerat, ſub conditione, & lex non
vult ut iuramentum præſtetur, hanc rationem
42 expreſſe adijciens, † quia perfidi & religionis
cõtemptores, facile periurabunt. qui uero ſupra
modũ diuini numinis timidi & reuerentes ſunt,
iuramentum forte ſubire non auderent: ſieque
43 emolumento iniuria carebunt. † ergo lex non
vult, ut augeatur peccatum eorum, qui religio-
nem contemnunt, ſed potius ſtudet peccata mi-
44 nuere, † & cum d. ratio in lege nominatim ex
preſſa eſt pro lege generali habenda eſt uerè, nõ
* autem interpretatiuè, ex * communi opi. quam
tenet glo. in auth. de hęred. quæ ab inteſt. uen. §.
51. Alexand. Iaſ. Cor. & Curt. iun. in l. humani-

ſatis,C.de impub.Dec.in l.ſi.C.de pact.quod in
propoſito noſtro recenſet, Vaſq.de cōtr.Illuſtr,
cap.29.nu.7.& in titu.de codicillis,li.3.§.30.nu.
45 88.& 89.part.2.de ſucceſſ.progreſſ.licet † enim
lex humana eccleſiaſtica trāſgreſſorem in foro
cōſcientię obligare poſſit,ſub reatu peccati mor
talis,& contradicere hęreſim ſapiat,ac errorem
46 † Vualdeſium, poſt Ioan. Vuiclef eorundemq;
tandum legitimi hæredis Luterij damnatū alias
in Conſilio Vienenſi , ut in elem. ad noſtram de
hæret. & in Concilio Conſtantienſi Seſſio. 15.
uol.concil.2.pag.1120.ac deinceps à Leone X.
in bulla, poſt Concilium Lateran. publicata, &
poſita in uol.cōcil.3.pag.715.per Domin.à So-
to de iuſt.& iur.lib.1.q.6.art.4.verſ.tanquam fi-
des Alphonſ.de Caſtr. tract.de poteſt.legis pe-
nal.cap.4.verſ.3.& cap.5.& 6.lib. 1.Attamen id
47 † intelligi debet & ſolet,ſi lex Eccleſiaſtica id ex
preſſè dictet ex rationabili cauſa ſeu, quando
grauitas & magnitudo materiæ id ſuadent,alio
48 quin † in dubio voluiſſe minimè credatur ſub-
ditos,ſub peccato mortali aſtringere, ſed eos
dumtaxat ad pœnam temporalem,vel certam,
49 † ſi nominatim ex lege vel præcepto ſit diffinita
vel arbitratoria,ſi de certa non appareat. Quod
verum eſſe humaniori ſententia,& ex totius vni
** uerſi orbis ** cōmuni ſenſu, etiam quod dubita-
tionis tollendæ cauſa per præſides ſanctiſſ.D.N.
dnm hæc noua præcepta indicuntur, declaren-
tur, quod non intendunt ad peccatum mortale
tranſgreſſores obligare,docte diſſeruit,atq; pro
bauit Vaſq. Hiſpan. de contro. Illuſtr. capi. 29.
per totum,maximè. nume. 10.& ſequen. idem
in lege principis ſecularis Ioan.à Turre cremat.
in ca.quis autem. nume. 3.11. diſtinct. & Vaſq.
tract.de ſucceſſ.progreſſ.in præfat.num.161.lib.
1.ſecunda parte,materiamque legis humanę &
Eccleſiaſticæ pertractans,tandem ſequitur mul
tos adducens, licet in aliquibus diſcrepet Di-
dac.Couar.in ca.peccatum.de regul.iur.in 6.ſe-
cunda parte relection.§.quinto.nu. 2. & 3. pag.
139.& ſequen.Hæcque ſententia tenenda eſt,
licet forte nonnulli Theologi cōtrarium volue-
50 rint, † cum in dubijs pertinentibus ad mora-
lem philoſophiam,à iure naturali & diuino tra-
hente originem, magis ſtetur deciſionibus di-
ctisque canonum,quàm Theologorum, multa
ponit Baptiſta Ferret.conſil. 37.in fin. volum. 1.
51 Rationeq; concluſionem comprobo † cum hæc
interpretatio ad pœnę excluſionem,vtpote hu-
manior ſit amplectenda,l.ſi de interpretatione.
l.ſi preces.ff.de pen.C.ex toto de regul.iur.in an
tiq.c.vlt.de iure patron.vbi glo.verſic.ex vi.cui
* omnes ſubſcribunt. c. in pœnis. de regul. iur. in
52 ſexto.Nec illud,cum † ſit pœna, imponi debet,
niſi exprimatur,quod ſit imponenda pęna glo.
* penult.in c.ſi.de iure patro. vbi Abb.& * omnes
Deci.in c.pri.num.6.C.de off.deleg. & conſilio
90.Alexand.conſi.103.num.15.vbi Additiona
53 rij volum. 1. Concluditur ergo † in dubio legis
humanę Pontific.tranſgreſſorē nō peccare mor
taliter,nec in conſcientia obligari. Quod intel-
54 ligo † cum temperamento, ſi ob ignauiam aut
aliam cupiditatetem lucri cauſam illicitam, con
cupiſcentiam,iracundiamve præcepta non ob-
ſeruentur. Secus ſi id fiat ex ſolo contemptu ſu-
perioris,vel legis,cum eo caſu,etiam ſi contem
ptus concurrat cum tranſgreſſione,quis ad cul-
pam mortalem obligetur.ſi tamen quis non ſo-
lum verbis,ſed animo contemnat legem eccle-
55 ſiaſticam, ſuperioremve. † Grauius enim certe
contemnens peccat,quàm tranſgreſſor merus,
qui ſimpliciter mandatis non paret. gl. in verbo
ex contemptu in c.Metropolitanū 2.q.7.c.quis
autem 11.diſtinct.l.velut,.ff.de iuſt.& iur.c.2.de
* maior.& obedient.*commune dictum appellat
Vaſq.d.cap.29.num.14.in fi.& fuſius alibi mate
riam hanc tranſgreſſionis & contemptus diluci
56 dat. † adnotans contemptum in tranſgreſſione
legis ineſſe, tunc intelligi reſpectu fori conten-
tioſi,quando frequentiſſime ab homine pluries
ac pluries eius trangreſſio fiat,ex doctri. Ioann.
And.in cap.ſacris.de his quæ vi met. cauſa. Ar-
chid. in c.excellentiſſimis 13.q.3. docte tradit
idem Vaſ.pręfat.lib.1.de ſucceſſ.progreſſ.in ſe-
cunda part.nume.82.83.cum ſequen.& nu. 93.
not.Felin.in c.nam concupiſcentiam.num.8. &
57 canon.omnes in c.1.de conſtit. † dicentes leges
etiam honeſtatis vel concilij tantum tranſgreſ-
ſorem obligare ob contemptum, ad peccatum
mortale,c.nemo.cum ibi not. 11.q.3.declarat
Bero.num.94.& Deci.num.13.in d.c.1.de con-
ſtitut.Hanc eſſe reſolutionem omnium Theolo
gorum & canoniſtarum recenſet Didac.Couar.
in c.peccatum.de reg.iur.in 6.2.par.relectionū.
§.5.num.3.pag.143. Sebaſt.Med.de leg.par.4.q.
22.num.5.multa Felyn.in d.c.1.num.21.& in c.
58 † cum,quidā,vbi nu. 7.modos cognoſcendi cō
temptum tradit. de iur. iur. Bertach.ſuo indice,
verbo lex,nu.10.& docte Card.Caietan.in 2.2.
q.104.art.2.Cū ideo in literis Pij Quarti, & Pij
Quinti nullū adſit verbum de pęna peccati mor
talis, nec conſtat Illuſtres Dominos Nuuolariæ
ſolitos eſſe mandata ſanctiſſ.Pōtificis,ſpernere,
quorū alterū videlicet Illuſtr. Comitem Franc.
Dominum & patronū meū colendiſſ.ego enim
vere Catholicum,& fidei,ac religionis chriſtia-
næ magnopere zelātem re ipſa agnoui, Merito
ſi ex d.conſtitutionis tranſgreſſore nullum pęnę
59 reatum incurri poſſe exiſtimo.Sed † quatenus re
ſpectu eccleſiaſticorū & ſubditorū in temporali
bus Pontifici lex obligaret ad peccatū mortale,
60 † ob illā clauſulam præcipimus & mādamus in
virtute ſanctę obedientiæ,ac ſub interminatione
diuini iudicij, quę tranſgreſſorē ad pęnam ęter-
nā obligat.c.2.c.illud.de maior.& obed.ca. qui
ſunt 81.diſt.Card.in clem. 2.§. pręmiſſa. de reli-
gio.dd.& Moder.in c.1.de conſti.Card. Caieta.
2. ſecunda art. q. 104. Attamen id ceſſare arbi-
tror,quo ad Principes,ſeu non ſubditos.

Quod

Quod tertio mihi pſuadeo ex verbis illis Prin
cipis ſecularis, literarum, obeſcramus, & c. quæ
mandatum præceptumve non inducunt, ſed de-
precationem tantum l. quod præcipitur 14. q. 1.
l. ob quæ verba. vbi gl. & dd. ff. de his, qui not. in
fam. c. denique. §. & ſi legibus. 4. diſt. notat Deci.
num. 34. & ſeq. poſt Felin. num. 3. & ſeq. & Abb.
nu. 4. vbi amplè Apoſtillantes in c. nam concu-
62 piſcentiam. de conſtit. † Et quia materia conſti-
tutionis, videlicet priuationis immobilium, de-
lationis ſigni habitationisque indictæ hebræis;
non eſt materia peccati, uel quod ex illa alias cō
traueniendo quis etiam venialiter peccet, & tan
tum abeſt, vt reatum inducat, quin iure omnia
ſibi permiſſa cenſeantur. concludi merito ualet,
63 quod etiam ſi verba d. † cōſtitutionis Principes
reſpicientia eſſent mere præceptiua, ac diſpoſiti
ua, ratione tamen ſubiectæ materiæ & perſona-
rum in hortatiua & deprecatiua, ſeu conſilij cō-
uertantur, c. 2. de maior. & obed. quod per mul-
ta iura adnotant Deci. nu. 3. verſ. ſecunda con-
cluſ. in d. c. nam concupiſcentiam. vbi Feli. num.
4. regulam ponit, & Abb. nu. 4. cum Apoſtil. Se-
baſt. ſapie. in uerbo, ad qualitatem materiæ. qui
gl. Innoc. Io. Anan. Archid. And. & Bal. allegat.
ſequitur D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 9. in re-
ſponſione. ad ſecund. art. Ioā. à Turre cremat. in
64 c. ſatagendum 15. q. 1. nu. pri. † Vnde cum con-
ſilij ſint, minimè ligant d. c. quod præcipitur. &
§. & ſi legibus c. paratus 24. q. 1. ac dd. in d. ca. nā
concupiſcentiam. & in c. 1. ubi Bero. nu. 91. cum
* hoc dicto *omnes pertranſire ait, de cōſt. Ioan.
a Turre crem. in c. quis autem. numer. 4. 11. diſt.
65 † nec etiam ad peccatum ueniale d. cap. paratus
* 24. q. 1. eſt communis * opin. ita atteſtante Se-
baſt. med. tract. de legibus part. 4. q. 22. nume. 4.
66 & 5. † nec rurſus religioſos clem. exiui. de uerbo
ſigno Felyn. in d. c. 1. nu. 20. de conſtit.
67 Et ſi † opponeretur uerba hæc rogamus &
obſecramus per uiſcera miſericordiæ Ieſu Chri
ſti, eſſe quidē deprecatiua, & ſubinde cōſilij, ſed
68 (ut aiunt noſtri) reuerentiæ, † quia propter quali
tatem & reuerentiā Principum, pſonę, cui lex lo
quitur, utetur uerbo conſultiuo, quod tamen in
materia neceſſaria ad peccatum ligat, quia ſcri-
ptum eſt, Qui nō obedierit Principi, morte mo-
riatur, c. 2. de maior. & obed. c. qui reſiſtit. 11. q.
3. declarat in propoſito noſtro gl. fi. in ca. ad au-
res. de ætate, & qualit. & eſt tex. in clem. 1. ibi re-
ges eoſdē & Principes in domino exhortamur,
de teſtibus not. addit. ad Abb. in c. 1. nu. 4. ubi &
Felin. num. 23. Bero. nu. 9. Deci. nu. 12. Coſci. De
can. 2. quęſito. nu. 36. de conſt. Abb. in c. 1. de ui.
& hon. cler. Sebaſt. Med. d. quæſt. 22. nu. 5. in fi.
69 Reſpondetur † hęc oīa in materia neceſſaria,
ſeu peccati nutritiua, & ubi conſcientia aggraua
tur procedere: tunc enim conſultiua uerba ad
peccatū ligant. c. fi. 14. q. 1. Quod ceſſat in mate-
ria non neceſſaria, nec aggrauant conſcientiā ut
70 hic, ubi † omnia circa hebręos ordinata iure ali
ter permittentur, quia tunc ſtas conſiliū reueren
tię intra limites & cācellos conſilij, uel nullo mo
do ad peccatum mortale, licet forte ad ueniale
obliget trāſgreſſorē. exemplum habetur c. ſpon
ſus 30. q. 5. c. teſtamentū. 6. diſt. & ita etiā de mē
te ſcribētiū ait Bero. in d. c. 1. nu. 98. & Deci. nu.
13. & Coſci. de can. d. 2. quęſito. nu. 36. de conſt,
71 cum ſimil. † Materiamque neceſſariam appello
ubi ſub præcepto comprehendit aliqua cōmiſ-
ſio, uel omiſſio, neceſſaria, uel ex ſe ſimpliciter, ut
in præceptis naturalibus iuris, ut Deum colen-
dum, non adulterandum, & ſimilibus, uel ex ſup
poſitione, ut in diuini, uel humani iuris præce-
ptis, ut Baptiſmum ſuſcipiendum, obſeruandos
dies feſtos, ac ſimilia ordinata ad dilectionem
Dei, uel proximi, uel ad ſalutem noſtram quādo
inquam præceptū eſt morale, qđ habeat bonos
actus pro materia, quorū contrarij contrarien-
tur charitati, ut de pręceptis fidei & iuſtitiæ dici
72 tur, † Iſtis enim ſe opponens mortaliter peccat,
ac ſecus ubi pręceptum morale habeat quidem
actus bonos pro materia. quorum tamen cōtra
ria nō contrarientur charitati Dei, uel proximi,
73 utputa † de modo uiuendi, ueſtiendi, acquirēdi,
conuerſandi, & ſimilium, quod caſui noſtro cō-
uenit, cum in iſtis tranſgreſſor nō obligetur ad
peccatum mortale, ſed forte ad ueniale tantum
ut declarat docte Thom. de uio Caietanus nūcu
patus, in ſuis opuſculis, tract. 25. q. 1. tom. 1. & in
2. ſecundæ quæſt. 186. artic. 9. ad 2. ſeruit Capra
ſuis concluſ. nu. 5. in tract. regul. & diſſentit Di-
dac. Couar. in d. ca. peccatum. de regul. iur. in 6.
2. part. relect. §. 5. Vndecima quæſt. nu. 2. cū ſeq.
74 † Rurſus & tollitur, ſi diceretur, ob alia uerba in
iungentes eiſdem in remiſſionem peccatorum,
& c præceptum, ſub peccato induci, per clem.
quia contingit. ubi glo. & Card. uerſ. in quo. nu.
75 1. de relig. domibus. † Quando illud procedat re
ſpectu perſonarū eccleſiaſticarum, & ſubditorū
quibus mandari & præcipi poſſit, prout ipſis ex
preſsè Pius Quintus, tantum mandata, non cęte
76 ris, item, ubi † materia ſit neceſſaria, & ſalutem
animarum reſpiciens. at ſecus in diuerſa, ut hic,
77 cum ſuperius dicebam, † uerba etiam præcepti-
ua, in deprecatiua, & conſilij reſoluantur, per
Felin. Deci. & Abb. cum Apoſtil. in d. c. nam cō-
cupiſcentiam, de conſtit.
78 Quarto loco † hęc comprobo ex experientia
quę reru & naturę magiſtra dicitū. c. q̄ ſit. de elec.
in 6. ac oīum ſingulariū cognitio, ſecundū Ariſ.
79 li. 1. metaphy. & cor. qua docemur † quottidi ecō
ſtitutiones, ſeu literas Pontificias, tēporalia me-
re reſpiciētes, nō ſe extendere ad ſubditos, loca,
& iuriſdictiones imperij & cęteros extra religio
80 ſos, & terras eccleſię † ſubiectas, minus quouis
modo ligare dd. ſeculares nō ſubditos, ſeu Prin
cipes, qui ideo contenta in illis non obſer-
uant, nec executioni mandant, etiam quod ſub
uerbis præceptiuis, & in uirtute ſanctæ obe-
dientiæ mandetur Regibus, Principibus, ac

omnibus cuiuſuis ſtatus perſonis, id obſeruari
81 & fieri, Quod † ſat eſt videre ex diuerſis conſti-
tutionibus tum Pii Quinti, tum prædeceſſorum
eius, ſub illa formula verborum conceptis, qui-
bus non ſolum Principes obſtiterunt, quia po-
tius non admittere, & quandoque reſiſtere con
trauenireque ſtuduerunt. & ne longius exem-
82 pla petamus, † id deduci poteſt ex literis Pij
Quinti ſuper creatione Coſmi Medices In ma-
gnum Ducem prouinciæ Hetruriæ, ex aliis eiuſ-
dem Pii emiſſis ſuper prohitione blaſphemiæ,
ſodomiæ, concubinatus, & ſimilibus delictis.
quæ non fuerunt, vt audio pro maiori parte nec
83 receptæ, nec † admiſſæ, at caſu eueniente delin-
quentes iuxta pœnas legum municipalium dā-
nati fuerunt. multæque aliæ adſunt, quibus bi-
bliotheca noſtra referta eſt, & præcipuè, quæ
84 † Iudæos Chriſtianis fœnerari vetant, de qui-
bus per Ferretum conſil. 37. volum. 1. quas nec
Principes, nec ceteri ſubditi vſu probarunt, &
credi poteſt ſcientibus etiam pontificibus.
85 † Quapropter negandum eſt, omnes inobſer-
uantes peccato mortali & reatui pœnæ æternæ
obnoxios, cum ſat male ageretur cum humano
genere, ſi & ſimilibus legibus reſiſtentes, ad pec-
catum obligarentur. Cumque id paſſim ſerua-
86 ri dignoſcamus, † obſeruantia hæc in literarum
conſtitutionum interpretatione proderit l. ſi de
interpretatione. ubi ſcrib. de leg. c. conſuetudo
prima diſtinct. c. cum Eccleſia. de elect. Iaſ. in l.
de quibus. num. 88. de legi. Socin. iun. conſi. 38.
num. 6. volum. 1. etiam quod contra legem eſſet
Bal. in l. 3. C. quæ ſit longa conſu. & in auth. ſed
nouo. C. de ſerui fugit. Corn. conſil. 107. volu. 2.
87 vel ex errore procederet. † dici enim ſolet, com-
munis error facit ius, l. barbarius. vbi ſcriben-
88 tes. ff. de off. præſid. l. 3. ff. de ſupel. legat. † Quod
etiam in ſpiritualibus locum ſibi vendicat, (de
profanis enim nullum eſt dubium) in quibus
propter fidem, quo ad meritum, quis ſaluus ef-
ficitur, nec peccat. licet cum falſo & erroneo
prælato agat glo. in c. dudum. vbi Abb. numer.
20. id communiter tenere ait, de elect. ſequitur
Camil. Plaut. in l. Barbar. numer. 261. & 263. ff.
89 de off. præſid. † idem dicitur de vſurariis con-
tractibus permiſſis ex conſuetudine, quia licet
conſuetudo non faciat, quin non ſit vſura, ſi ſit
vere: attamen non conſtituit contrahentem
vſurarium, nec illum ad pœnam ligat. Grat. cōſ.
49. num. 12. volum. 2. poſt cæteros, quos addu-
90 xi in conſi. meo 117. num. 6. vol. 1. † Inſequenda
eſt igitur hæc cōſuetudo, & quod fieri ſolet. Iaſ.
& Alber. in l. vt liberis. C. de collat. Abb. Imol.
Felyn. & alii. in c. 1. de conſtit. gl. in c. cum mar-
te. de celebrat. miſſarum. maximè in imponen-
dis pœnis. Crauet. conſil. 41. num. 8. quæ a pœ-
na ſaltem temporali excuſat, iuxta communem
pluribus comprobatam, per Mendoſ. ad Rom.
91 conſi. 466. num. 2. Et quia feræ per deſuetudi-
nem vſum contrarium, ſeu diuerſum in actu de-
ductum dd. conſtitutionibus, ferè ab omni Ita-
liæ, & ex terris principibus populis, commu-
nitatibus, & rebus publicis, quæ ipſas non ad-
miſerunt, nec admittunt, quo ad temporalia,
Iſtæ conſtitutiones tollantur, ad not. in d. l. de
quibus dd. in prooemio. ff. canon. in c. Ioannes.
de cler. coniug. Alexand. conſi. 132. num. 4. vol.
1. & ex communi dicto per Sebaſt. Med. d. trac.
de legibus. part. 4. q. 37. ponit in propoſito con
ſtitutionum Papalium Rolan. a Valle conſil. 8.
num. 31. vol. 3. Mendoſ. in regul. 23. cancel. q. 1.
92 num. 6. † Et quod non peccent tranſgredientes
legem non receptam, ſuperiore ſciente, ponit
Capra com. regul. cōcluſ. 14. num. 5. & 6. & per
totam Bero. conſi. 190. vol. 3. ac Rol. à Valle cōſ.
99. num. 6. vol. 2. adnotans ex magis communi,
93 † non dici tranſgreſſorem legis, qui non obſer-
uat legem vſu non receptam. Quod in præſenti,
reſpectu Illuſtr. Dominorum Nuuolariæ, eue-
niſſe cenſeo. nam cum hebrei ſub ditione eorū
degant, quos tamē iuxta cōſtitutiones Pij Quin
ti, nec in loco ſeparato claudi, ferre biretum
glauci coloris, & ſignum curarunt, quid aliud in
fertur, quàm quod ipſi nec d. lege, nec ſub pecca
ti vinculo aſtrictos expreſſè profiteātur? omnia
enim, ſub eodem præcepto, diſpoſitione, & ter-
94 minatione includuntur, † vt de iſtis ad caput
poſſeſſionis immobilium rectè arguatur, ar. l. iā
hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & ne adhuc (quod
abſit) ipſos eſſe in ſtatu peccati mortalis creda-
95 mus, † cū qui in vno indiuiduorum peccet, effi-
ciatur oīum reus, dicente Paulo Apoſt. ad Co-
rinth. 5. neſcitis, quia modicum fermentum to-
96 tam maſſam corrunpit. † Res. n. eadē non debet
cēſeri diuerſo iure. l. cum, qui ędes. ff. de vſucap.
l. 1. verſ. nec ratio patitur. ff. de rerum permuta-
97 tione. c. cū in tua. de decim. † & vnitorum eadē
natura, iudicatur. Bal. & Ang. in l. item fundi. §.
huic coniunctus, per illum tex. ff. de vſufr. Bald.
in l. cū eiuſdē. ff. de ędil. edic. ac in materia legis
tradit Sebaſt. Med. tract. de legibus par. 3. q. 17.
98 nu. 2. facitq; qđ in ſimili dicitur † in indiuiduis
contrauenientē, in parte, ſeu ab illa cadentem,
ex toto cōtrauenire, & cadere. exemplum ponit
99 † in emphiteota peccāte circa domini perſonā,
cū toto priuetur, licet delinquat in parte Oldra.
& Bal. in l. eidem. C. de locat. Alber. in d. l. cum
eiuſdem. & ponunt Modern. in l. 4. §. Cato. vbi
Crot. nu. 60. & Alcia. ff. de verb. oblig. Natta cōſ.
438. & ſeq. uol. 3. cōmunēq; refert Rol. à Valle
cōſi. 17. per totū vol. 2. Cotta in memora. uerbo
emphiteota, Bero. conſ. 120. uol. 1. Grat. cōſ. 93.
100 nu. 24. vol. 1. Vnde ſi dd. Illuſtr. Domini, † alia
capita d. cōſtitutionis minimè executioni man-
darunt, tanquā nō aſtricti, nec aliud certe in tam
graue tertij pręiudiciū exequi debēt. Et ſic con-
cluditur merito, quatenus d. ordinationes circa
hebręos cōprehēderēt etiā principes ſeculares,
ac nō ſubditos, ubique locorum exiſtentes, non
tū illos in caſu inobſeruantiæ, ſub reatu peccati
mortalis

mortalis ligare, ſed admiſſa pro nũc compreh͠e
ſione ſub peccati mortalis nexu.
101. Tertio loco dico† nequaquã potuiſſe dd.he-
bræos ſuis terris ita de facto,velo leuato,nullaq;
monitione præcedente,& notitia d.conſtitutio
nis habita ſpoliari.
102. Primo, † quia dd.hebræos, ſeu commoran-
tes in loco Nuuolariæ,conſtitutio Pij Quinti mi
nimè ligauit, niſi à die publicationis eiuſdem.
Receptior eſt enim opinio,legem ante ſui pro-
mulgationem & publicationem non ſolum ad
culpam,vel ad pœnam non obligare,ſed nec ẽt
* mere iure ligare, ita* communiter ſcribentes in
auth. vt factę nou.conſtit.in princ. per text.ubi
omnes canoni.in c.in iſtis 4.diſtin.& paſſim le-
giſtæ in l.ſacratiſſimas leges. C.de leg.ĩ c.adhęc
per illum text.de poſtulat.prælat.& in c.cogno
ſcentes.vbi Abb.Butr.Imol.& alij, de conſtitut.
Hanc eſſe iuris utriuſque profeſſorum receptam
agnouit Domin. Sotus ad iuſt.& iure lib.1.q.1.
art.4. ſummus Theologus Alpõſus de Caſtro.
de poteſt.leg.pen.ca.1.ad fin. vbi authoritate
103 † Diu.Hieronymi, ſanctorum Ambroſij & Au-
guſtini ait tantum eſſe neceſſitatem publicatio-
nis in ſtatuenda lege poſitiua,vt Deus ipſe ſum-
ma poteſtas non poſſit, (vt verbis illius vtar)le-
ge poſitiua data ad eo,citra eius publicarionem
aliquem ad ipſius obſeruantiam obligare. dici-
tur enim de virtute & natura legis publicatio
eiuſdem, Diu.Tom. in ſecunda ſecundę q.90.
art.4. Ioan. a Turre cremat.in c.leges inſtituun-
104 tur in t.art.4.diſtin.† Nec ligat Papæ conſtitu-
tio, etiam ſi in alijs locis vicinis prouincijs ve
105 ſit publicata, niſi & in proprio loco fiat, † ac
poſt duos menſes tatum à die publicationis ca.
propoſuſti 82.diſtin.glo.in c.cognoſcentes.vbi
Coſci.num.73. Abb.num.1. Felin.nume.21.&
** Bero.num.52.& 53.qui de veriori & ** commu
niori ſententia atteſtatur, poſt Deci.in repet.
eiuſdem. cap.nu.6.in fi.& nu.7.ac Mant.nume.
46.extra de conſtit. Bart.in l.omnes populi.nu.
37.vbi ſanctus Seueri.num. 144. Crot.nu.122.
106 de iuſt. & iur. & † ſufficit allegare non eſſe in
prouincia publicatam, vt ignorantia præſuma-
tur,quæ excuſat tum ab obſeruantia, tum a pœ-
107 na,per Deci.& ſcribẽ.ibidem,† ac quod non ſit
publicata ex authoritate conditoris,& ab hab͠e
te ſpeciale mandatum,prout requiritur,ut publi
cato noceat,per Roland.à Valle in conſtit.pon-
108 tificia, conſi. 8. num 26.vol.3.† & quod in or-
dinationibus;quæ pœnam præiudiciumque ter
tij continent, requiratur publicatio, ac lapſus
duorum menſium à die publicationis,quinimo
& ſcientia,& ſubditi ad pœnam ligentur,trad͠ut
Capra.ſuis reg. com. concl.5.in prin.num.19.&
per totam Menoch. de arbitr. iud.lib.2.cent.2.
caſu 185. in prin. & num 14.Sebaſt.med.tract.
* de leg. par.4.cap. 24.num.5.ubi de * cõmmuni.
& Alciat.conſi.161.num.14.cum ſequen.dic͠es
& intimationem requiri, vt pœna incurratur,
quibus non obſtant,quæ dixi in conſi.meo 43.
109 num. 48.vol.pri. cum eo loci in clauſula † cum
leges ſuperiorum & Pontificum ſtatim nõ igno
rantes ligent, vitio & incuria imprimentium de
ficiat illa negatiua, non, addita verbo,ignoran-
tes, rurſusque loquar in conſtitutione priuile-
giatiua tantum, quæ ad manus priuilegiati deue
110 nit, † cum ipſa ſtatim ius acquirat perſonæ,&
effectum ſortiatur, nulla publicatione vel bime-
ſtri expectatis,& quæ rurſus non ignorantes,ſta
tim ligat,vt ita declararunt, ac limitarũt regu-
lam ſupraſcriptam, Menocb.d.num.8.& 14.ac
Sebaſt.Med.d.c.24.num.4.in fi. Ripa.in Rubri-
ca de conſt.num.47.Capra d.reg.5.limit.4.& 6.
nu. 8. & 15. Non conſtito itaq; de publicatione
d. conſtitutionis, ſequitur, Hebræos non fuiſſe
ligatos, nec quicquam contra eos innouari
potuiſſe.
111 Secundo, Admiſſo,† quod fuerit publicata,
debebat tamen hæbreis iuxta mentem Pontifi-
cis,tempus à magiſtratibus ſtatui præfigiue,in-
112 tra quod capacibus alienare tenerentur.† quo
omiſſo, omnis actus corruit,cũ lex odioſa præ-
cipuè ſit ad vnguem(vt præcipit)ſeruanda, quia
113 ſit ſtricti iuris, † & pro forma in dubio ad tra-
dendum cenſeatur, Bald. in l.comparationis 2.
col. C. de fid. inſtrum.auth.hoc ius porrectum.
C.de ſacro ſanct.eccleſ. l. cum ij. C.de tranſ.ca.
dudum. de elec. Bald.in l.item veniunt.§. præ-
114 tor. ff. de petitione hæred.† pręterea conſtitu-
tio pœnalis in actu, qualitatem aliquam pręſup
ponens, vt in caſu noſto, quod terminus he-
bræis pręfigatur, ceſſat.& non babet locum,ni-
ſi probetur qualitatem fuiſſe ad vnguem ſerua-
tam,Bartol.in l.prima, §.quod autem.ff.ne quid
in flum. piblic. & in l. 4. §.toticns.ff.de dam.in-
fect.Bald.in l.ſi quando. C.vnde vi Deci.conſil.
18.num.4. Ruin.conſi.60.col.3.volum.5. Pariſ.
conſi. 72. num. 96. & conſil.54.num.6.171.nu.
11.& ſequen.volum.4.Roland.a Valle conſilio.
88.num.17.volum.2. Bero.conſi.169.num.22.
& 170. num. 9.volum.3. Mendoſ.in regul.can-
cel.34.de annal.q.48.num.8.cum ſimil.Oct.Ca-
cher. deciſ. Pedem. 71. num. 72. Sic infertur,
115 † quod non ſtatuto hebræis termino d. legis
Pontificiæ,pœnę locus non fuit,etiam quod tę
116 norem d.legis non ignoraſſent.† cum legis la-
toris anima talis ſit, qualem eius uerba indic͠at,
vulg. l labeo.de ſupel.lege. & uerba innuunt,ip-
ſis eſſe pręfigendum tempus à Magiſtratibus,ita
vt non cenſeantur ligati etiam ſcientes,niſi poſt
117 illud tempus.† alioquin. inciuile iniquumque
foret,ſi intra tempus à legis latore definitum,ea
lege noua teneretur, quis, vel ſciens vel igno-
rans. quod tradunt ſcribentes in dicto ca. co-
gnoſcentes, & in ardua illa quęſtio. an ſciens
obligetur intra tempus a lege ſtatutum, ante ꝓ
mulgationem,& duos menſes, Vaſq.de contr.Il
luſtr. cap.44.nu.4.& 5.& per totum. Addo eti͠a
118 qđ † & ſi lex ſtatuiſſet,đ facto bona hebręis au

ferenda,non reſtitutio pretio,fortaſſe non fuiſ-
ſet ita ſimpliciter ſeruanda,ad ea, quæ ſuperius
119 deduxi.& † quia videretur promulgata contra
præceptum diuinum,iuſtitiam naturalem, cari-
tatemque proximi,quod eſt, vt cuiq; ſuum di-
120 mitatur.† Iuſtitia enim naturalis immutabili†
eſt,arg.§.ſed naturalia inſt t.de iur. natur. l. oẽs
populi.ff.de iuſt.& iur.Corn.Alex. & Deci. in l.
humanitatis.per illũ tex.C.de impub. Iaſ. Purp.
521 & alij in l. fi. C. de pact. Et † lex niſi ſit iuſta, de
riuetque à lege naturali vel diuina, non valeat,
vt docet Domi.Sotus,de iuſt.& iur.li. 1.q.6. art.
7.& Capra in ſuis reg.concl.10.nu.32.cum plu-
122 ribus ſequentibus.vbi ſubdit. num. 36.† nec in
foro conſcientiæ, nec in foro fori legem con-
tra ius naturale, maxime ſine cauſa emiſſam ſer-
uandam eſſe,Innoc.in c.inquiſitioni.de ſent.ex-
communicationis. ac in lege Pontificia, ponit
Ioan.à Turre Crem.in c.ideo numero 4.diſt.4.

Tertio,& ſi cõcederemus publicationem le-
gis,& formam ſeruatam,arbitror tamen in prę
ſenti d.legem,quo ad hebręos Nuuolariæ ceſſa-
123 re.† nam,cum finalis ratio d.conſtitutionis,ſit
inſolentia,ingratitudo contumeliæ,& domina-
tus hebræorum contra Chriſtianos, vt ex illius
prœmio colligitur,ad ea,quæ ponit Goz.cõſ.
1.nu.14.conſ.87.nu.19.Pariſ.conſ.24.num.34.
vol.2.Tiraq.in tract.à ceſſante cauſa,limit.1, nu.
64.ex cõi ꝑ Sebaſt.Med.de leg.par.4.q.1.nu.5.
& Alex. de Neuo cõſi.3.nu.3.& dixi in cõſi.76.
nu.9.Dubium nõ eſt,quod iſta ratione ceſſante,
vt mihi ex facto,quo ad hebręos Nuuolariæ ceſ
ſare ſupponitur,ceſſabit & d.cõſtitutio pœnalis,
gl.in verbo,ferrum c.ita quorundam. de iud. &
ex vulgatiſſima apud noſtros ſnĩa, vice prouer-
124 bii celebrata,† quod ceſſante cauſa, ceſſat effe-
ctus,ſuper qua vtilẽ certe tractatum compoſuit,
525 Tiraq.à ceſſante cauſa,vbi notat.nu.16.& † in
foro conſcientiæ id locum ſibi vendicare, ac in
cauſis,in prohibitionibus,expulſionibus, ſtatu
torum,ac quarumuis diſpoſitionum procedere,
ut ipſis ceſſantibus,& diſpoſitio ceſſet,docet Al-
phonſ.de Caſtro.de poteſt.leg.pen.lib.1.cap.5.
Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.par.2.in præfat. lib. 1.
num.94.& ſeq.Mẽd.vbi ſupra, par.4.q. 1.& in
par.3.q.9. nume. 5.Quod in ſtatuto Pontificis
cõtra ius commune ſcripſit Fel.in c. 1, num. 16,
de conſtit.

526 Quarto,& ſi adhuc ratio vigeret,non tamen
licuit hebræis,quod ſuũ erat tollere de facto,&
niſi medio iuris,& vocata parte, vt in terminis
hebræorum notauit,poſt Abb.Præpoſit.in c.q
127 ſincera 1.col.45.diſt.† nec enim princeps, ma-
ximè contra non ſubditum naturaliter proce-
128 dit ſine citatione, † quæ eſt à Deo iureque di-
uino & naturali inſtituta, ut habetur Geneſ. ca.
3.c.Deus omnipotens 2.q.1.ca. 1. vbi Card. de
cauſ.poſſeſſ.& propr.idem in clem. paſtoralis,
de re iud.Abb.in c.cum olim. nu. 23. de re iud.
& in c.Cumana. de elect. Curt. ſen. conſil. 20.
129 num.9.in fi. † minuſque cognoſcitur, iudicat
damnatve,ſine partis citatione. multa accumu-
lat pro more Tiraq.trac.res inter alios acta.limi.
7.& Io.Baptiſta Aſin.praxi.iudic.§.7. cap.vlti-
130 mo.limit.36.† nec etiam ſi de plenitudine po-
teſtatis procederet.quia cum hic hebręi ex con
tractu oneroſo inito cum dd. Illuſt. Dominis
dd.terras acquiſierint,nõ potuerit princeps dd.
hebræis inuitis præiudicare. Vnde actum citata
parte debebat expedire,Rom.conſ.369.nu.29.
cum Apoſtil.& per Tiraq. ac Aſin.locis citatis.
530 † Principes enim contrahendo, ita efficaciter
obligantur, vt nec de abſoluta poteſtate ab illo
* diſcedere queant,ex vera & * communi ſenten-
tia,quam probant Bart.Bal.Caſtr.Alex.Barbat.
Soci.Deci.Crot.Ruin.Alex.& prope innumeri
alij allegati per Vaſq. de contro. illuſtr. ca. 3.in
pri.& c.26.num.16.dixit aliàs conſil.16.nume.
47.& ſeq.Laurent.Chirco.commun. opi. cent.
3.concluſ.88, Non ergo debuerunt vllo iure
per dd.illuſtr.Dominos hebræi ſuis terris ſpo-
liari,quas ante omnia,& ſit ꝑ reſolutione quar
ti capitis, eiſdem reſtituendas eſſe cenſeo, †
135 cum de facto ſpoliatus à Principe, ſine cita-
132 tione reſtituatur ad bona ſua, † nec eidem li-
ceat aliena velo leuato,ac abſque cauſa occupa-
re,hanc vti communem ſententiam ex alijs no
uiſſime comprobat Menoc.trac. de recuperan.
poſſeſſ.remed.8.nu.50.65. & ſeq.

Ex quibus in vnum collectis, ſaluo ſaniori iu-
dicio, reſoluo omni reſpectu hebræos iuſtitiam
fouere.

Ego Franciſ. Burſatus Iur. Con. Mantuanus
Eques Lateranẽſis,ac Comes Palatinus,in quo-
rum fidem me propria manu ſubſcripſi, & ſoli-
to ſigillo muniri mandaui.

Ego frater Io.Babtiſta Bononiẽſis ord.pręd.
ſacræ Theologiæ Lector & Inquiſitor in Domi
nio Illuſtr.& Excellen.D.Ducis Mant. & Illuſtr.
DD.de Gonzaga,vidi hoc conſi.in cauſa Illuſtr.
DD.Nuuolariæ,cui hanc fidem facio, quod ne
dum non repugnat fidei Cathol. & determina-
tioni ſacrorum Canonum, ſed ita accurate, ac
docte munus cũ Theologicum,tum iuris vtriuſ-
que abſoluiſſe,vt ferme quid amplius deſiderare
quis nequeat ita omnia ex ſacris literis & expe
ritiſſimis in Theologia,& vtroque iure ſunt per-
tractata,concurroque in ſententiam, ac reſolu-
tionem Excellent.D.Burſatti,conſulentis vti ve
ridicam, ac veritati authoritatibuſq; canonum
Theologorum,& aliorum iuris profeſſorũ,mu-
nitam,& docte roboratam.

Ego frater Ioã.Babtiſta Lector & Inquiſitor,
qui ſupra manu propria.

Ego frater Auguſtinus de CaſtroGiufredo or
din.Prædicarorum,vidi & legi totum,& iudicio
meo recte conſultum fuit prout ſupra, & appro
bo teſte manu propria.

Ego frater Siluester Mantuanus Carmelita.
confirmo & approbo omnia,ut ſupra.

Si tot

Si tot doctiſſ. viri ſubſcripſerunt, cur ego non ſubſcribam?

Ego frater Ioan. Paulus Donatus lector ſacrę Theologię & ord. Carmelitarum judicicio meo iudicio rectè conſultum fuiſſe: proinde approbo & manu propria confirmo.

Omnia per Excellentiſſimum, & I. Conſultiſſimum D. Franciſcum Burſatum, Reuerend. prædeceſſorem, & alios firmata, Cõprobo ego Frater Iacobus Feſtinus Sanctangelus, ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Lector, & nũc Mantuę Inquiſitor, tanquam doctè & catholice deſcripta, & quia agnoſco Conſilium verum, vtiliſſimum, gratiſſimumque fore.

Franc. Burſ. I.C. Mantuanus.

ARGVMENTVM.

Tortura, quando, quomodo, & quibus præcedentibus inſligi debeat.

Nullitas commiſſionis emiſſæ in torturam, ex quibus deducatur.

Mandata Principum de torquendo aliquem, etiam non ſeruatis ſeruandis, quomodo procedant, & intelligantur.

Clauſula non ſeruatis ſeruandis, prout ſibi videbitur, vel placuerit, &c. cuius ſint effectus in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Reus damnatur, ſi per confeſſionem, vel teſtes conuincitur, alioquin abſoluitur.*

2 *Confeſſio vi tormentorum emiſſa dicitur, cum in tormentis fit, ſecundum * omnes.*

3 *Tortura debet inferri coram honeſtis perſonis, & auditis iuribus inquiſiti, ſic data indiciorum copia.*

4 *Teſti ſingulari creditur pro tortura inſlicta, ſi ita ſtatutum diſponat.*

5 *Torturæ illatio, per coniecturas probatur.*

6 *Detentio allegata ſufficiens probatio torturæ illatæ reputatur.*

7 *Argumentum à communiter accidentibus in ciuilibus, & criminalibus ſubſiſtit.*

8 *Tortura nocturno tempore inferri ſolet, his temporibus.*

9 *Tortura ſine ictu ſecus reputatur, quæ non ſolet conſiderari.*

10 *Tortus eleuatus, & pendens cruciatur, magis quam ex ictu, vel ſaltem æqualiter, maximè ſi pedibus adijciantur pondera.*

1 *Pondus pedibus reo appoſitum, dum eleuatur, cruciatum infert.*

12 *Judices à nouo genere tormentorum abſtinere debent.*

13 *Torturæ modus eſſe debet, ſecundum grauitatẽ, vel prauitatem delicti.*

14 *Reus dicitur fateri metu tormentorum, ſi ligatus fumi mina addantur, vel ſi ſpoliatus ad funem ducatur, & num. 15.*

15 *Carcer, eſt ſpecies tormenti.*

16 *Metus dicitur interuenire, vbi forma non ſeruatur.*

17 *Confeſſio in tormentis, & tormentorum metu à pari procedunt, ex* commun. & nu. 53.*

18 *Confeſſio ſubtus tormenta nullis præcedentibus indicijs, & millies firmata non nocet, ex * communi.*

19 *Perſeuerantia rei in confitendo idem, quod in tortura dixit, purgat delictum confeſſionis in tortura emiſſæ non præcedentibus indicijs.*

20 *Ratificatio confeſſionis in tortura emiſſæ ſine indicijs, etiam millies facta, minimè nocet.*

21 *Metus ſemper durat, donec authoritas inferentis metum durat.*

22 *Tortura illata nulliter, omnia inde ſequuta nulla ſunt, ex* communi.*

23 *Geſta poſt torturam illegitimam, omnino nulla cenſentur, ex** communiori.*

24 *Ratificatio etiam iurata confeſſionis in tortura facta illegitimè, nunquam præiudicat, etiam in exceptis criminibus.*

25 *Confeſſio in tormentis facta poſtea expreſſe ratificata nocet ſecundum aliquos, licet contra, ex magis ** communi.*

26 *Tacita ratificatio in criminalibus non ſufficit.*

27 *Confeſſio per ſuggeſtionem extorta, non poteſt ratificari.*

28 *Ratificatio fieri debet in loco publico, non autem ſecreto, ex* communi.*

29 *Delictum prius conſtare debet, antequam inquiratur, vel quis torqueatur, ex* communi.*

30 *Furtum prius debet probari, antequam cõtra aliquem procedatur, ex* communi. & nu. 34.*

31 *Confitentur multa falſo metu tormentorum.*

32 *Abſoluitur reus, qui confitetur delictum, ſi delictum verificari non poteſt, ex* commun.*

33 *Iudex de iure non debet ad inquiſitionem, nec capturam venire, non conſtito de delicto, licet id male aſſeſſores obſeruent.*

34 *Tortura regulariter ad perſonæ liquidationem non facti, niſi in tribus caſibus infertur.*

35 *Dictum querelantis bonæ conditionis, & famæ, ſufficit ad inquirendum.*

36 *Iudex inquirit, quæ reus deponit.*

37 *Confeſſio non veriſimilis, non nocet.*

38 *Inquiſitio ſine indicijs per duos teſtes probatis, non formatur.*

39 *Indicia præcedere debent torturam, ex commu- * ni.**

40 *Tortura principium eſſe non debet, ſed inducit, * ex * communi.*

41 *Confeſſio in tormentis non præcedentibus indicijs non nocet, etiam ſi poſtea ſuperuenirent, * ex * communi, ac licet procederemus in crimine * læſæ Maieſtatis, ex * communi.*

42 *Iudex quantumuis liberum arbitrium habet, non torquet, non præcedentibus indicijs.*

43 *Indicia torturam præcedentia legitimè ſuſcepta * eſſe debent, ac citata parte, ex * communi.*

44 *Teſtes etiam nulli examinati parte non citata, ** non præiudicant, & nu. 48. ex ** communiori.*

45 *Conſuetudo, quod quis torqueatur ex teſtibus examinatis, parte non citata, non attenditur, & num. 49.*

46 *Verba indefinita, duobus verificantur.*

47 *Doctori atteſtanti de conſuetudine, maximè loci, in quo non habitat, non creditur, ex magis ** commun.*

48 *Citatio partis requiritur, vt teſtes in criminali ** præiudicent, ex ** communiori, etiam in cauſis ſummarijs.*

49 *Citatio ſpecies defenſionis à nemine tollitur.*

50 *Iudicia ſunt arbitraria, licet tamen arbitrium iure debeat regulari.*

51 *Furtum confeſſus non interrogatur de alijs furtis ſuper quibus nulla extant indicia, quod tamen de conſuetudine non ſeruatur.*

52 *Reus non interrogatur de alijs delictis, ſuper quibus non adſunt indicia, niſi in crimine aſſaſſinij, vel ſimilibus.*

53 *Confeſſio in tormentis non præcedentibus indicijs, nec reo torto, nec ſocijs nocet.*

54 *Socius de ſocio interrogatur, cum ſcire veritatem alij atteſtantur, & ipſe negat.*

55 *Interrogatio de ſocijs fit tantum, cum adſunt indicia contra ſocium.*

56 *Nominare ſocium ſpecialiter in interrogatione, eſt ſuggerere, & immo prohibitum.*

57 *Socius de alijs non interrogatur, vbi ille ſocius * diuerſis criminibus notatur, ex * commun.*

58 *Socius non probat in criminibus contra alium, niſi cum tortura legitime illata.*

59 *Depoſitio nuda ſocij, alteri non nocet, niſi adminicula concurrant.*

60 *Socius, ut faciat indiciũ, plura cõcurrere debent.*

61 *Veriſimile dictum eſſe debet ſocij, vt alteri noceat, etiam in crimine læſæ Maieſtatis.*

62 *Depoſitioni non veriſimili non ſtatur.*

63 *Teſti uano, & mendaci non creditur, nec periuro * ad ingerendum, ex communi.*

64 *Iuramentum indiuiduum annullat totũ dictũ teſtis, etiam ſi ſuper circunſtantias variet, ac in crimine læſæ num. 65.*

65 *Teſtis extra iudicium deponens eum iuramento diuerſa à depoſitione iudiciali, non probat.*

66 *Dictum extra tormenta magis attenditur, ſi depoſita in tormentis non ſint vniformia, ex com- * muni, * & num. 67.*

67 *Periurium per tormenta non purgatur, ex veriori. **

68 *Depoſitio in tormentis veriſimilior præfertur alteri, extra tormenta.*

69 *Tortura non tollit plura obſtantia, & ſupplet tantum defectum, ob quem datur.*

70 *Indicia reo tradi debent ante torturam, etiam ſi contrarium de conſuetudine ſeruaretur.*

71 *Copia diffamationis non datur in caſibus, in quibus ex officio proceditur, ſecus in copia indiciorum ex communi.*

72 *Indiciorum copia petenti datur ſecus non petenti * ex * communi, licet pro exoneratione conſcientiæ Iudex ea non petenti tradat.*

73 *Iudex hominibus ignaris non petentibus indiciorum copiam, tradit.*

74 *Innocẽtia totis viribus per iudicem inquiri dẽt.*

75 *Defenſio non fit niſi præcedentibus indicijs.*

76 *Tortura affert damnum irreparabile.*

77 *Reo danda eſt copia indiciorum, etiam quòd non allegat cauſam innocentiæ.*

78 *Proteſtatio fit coram vicinis, ubi timor iuſtus adeſt in nunciatione noui operis.*

79 *Sequentia declarant præcedentia.*

80 *Defenſio in notorijs non eſt deneganda, nec animalibus brutis.*

81 *Confeſſio per ſuggeſtionem extorta, non dicitur legitima.*

82 *Tortura cum compedibus non infertur, niſi in delictis grauiſſimis.*

83 *Tortura contra formam ſtatuti lata, ipſo iure dicitur illegitima.*

84 *Forma inducitur ex clauſula annullatiua.*

85 *Tortus perſiſtens in negatione, non debet iterum torqueri, niſi ſuperueniant indicia fortiora.*

86 Re-

86 Repetitio torture ſit duobus concurrentibus, quòd indicia ſuperueniant, & toreus in fortitudine corporis perſiſtat, ex * communi.

87 Toreus bis conſtans, non poteſt denuo torqueri.

88 Statutum de probationib. faciendis in criminalibus, non extenditur ad indicia probanda ſed tantum ad ueras, & plenas probationes delicti.

89 Arbitrium conceſſum de torquendo, intelligitur ſi de delicto conſtet.

90 Judex habens poteſtatem procedendi, non ſeruata forma, non debet procedere, niſi prius ſibi, ut iudici de delicto conſtet.

91 Priuilegium actui conceſſum ſortitur effectum ſi de actu conſtet.

92 Statutum, quòd ſtatur dicto damnum paſſi, intelligitur ſi de damno prius conſtet, ex * communi.

93 Conceſſio quantumuis ampla, de procedẽdo, etc. non admittit torturam, niſi præcedentibus indicijs, quod procedit etiam in crimine læſæ.

94 Princeps ſecundum alios poteſt mandare, ut quis non præcedentibus indicijs torqueatur.

95 Ordo, & ſolemnitas differunt.

96 Clauſula, prætermiſſo iuris ordine, intelligitur reſpectu ordinis iudiciarij tantum, non reſpectu plenæ probationis, & aliorum.

97 Arbitrium iudicis amplum operatur in procedendo, non in decidendo.

98 Clauſula ſummarie, &c. extenditur ad modum procedẽdi tantum, ac ad ſolemnitas ciuiles.

99 Solemnitas ſublata intelligitur de ciuili, non naturali.

100 Citatio nunquam nec in crimine læſæ, excluſa cẽſetur.

101 Iudex, quamuis arbitrium habeat in reos citra ius, & contra ius, non tamen torquet reum non citatum, & inauditum.

102 Torquetur ex proceſſu informatiuo inſigni latronis.

103 Defenſio per indirectum à Principe non tollitur, niſi in cauſa ciuili, ſecus ex criminali, ex communi.*

104 Defenſio ſublata intelligitur de ciuili, non de naturali, de leui non ſubſtantiali. & 116.

105 Morti æquiparatur cruciatus corporis.

106 Apellatio in tortura inferenda ante factum admittitur, contra regulam iuris.

107 Iuramentum teſtis defertur, cum iurat, non antẽ eum examinatur.

108 Teſtis ſuper proceſſu informatiuo, licet iuratus non probat, ſed requiritur citatio partis, ex cõi.

109 Confrontatio rei cum teſte iuramentum exigit.

110 Teſtis non citata parte, nihil probat, ex * communiori.*

111 Specialia plura, nec in correctorijs concurrant.

112 Aſſaſſinium committitur pro pecuniam, vel proditorie.

113 Citatio & in crimine aſſaſſinij requiritur, ex communi.*

114 Probatione qualiquali ſtatutum ſi cõtentatur, intelligitur de ualida.

115 Verbum, videbitur, arbitrium boni viri importat.

116 Clauſula, prout placuerit, præſefert uiri boni arbitrium.

117 Arbitrium quantumuis ampliſſimum, non datur contra iura diuina, & naturalia, nec in tertij præiudicium.

118 Judex non poteſt defenſionem per citationem, tollere, etiam quod habet liberum arbitrium, & voluntatem.

119 Facultas decidendi intelligitur ſecundum ius.

120 Teſtis pluribus defectibus inſignitus, nec in criminibus exceptis admittitur, ex communi.

121 Tormentorum plures gradus.

122 Liberum arbitrium quantumuis iudici conceſſum, numquam tollit copiam indiciorum, & defenſionem præſtandam.

123 Commiſſa cauſa ſecundum conſcientiam, intelligitur de legibus munita, & publica, non de conſcientia priuata.

124 Arbitrium plenum in condemnando, non extẽditur ad modum in procedendo.

125 Conſuetudo procedendi ſine ſtrepitu, non extẽditur ad torturæ illationem.

126 Poteſtas data procedendi ſine ſolemnitate, operatur ſolum in his, quæ principaliter pendent ex facto iudicis, ut dilationibus.

127 Extenſio in correctorijs, & pœnalibus regulariter non fit.

128 Statutum pœnale, & correctorium differunt, cum primum fauorabile extendat, ſecus ſecundum.

129 Defenſio rei magis publicam utilitatem concernit, quàm quòd delicta puniantur, non conſtito, quod quis deliquerit.

130 Iudex omnino inquirat rei innocentiam.

131 Statutum puniens facientem, comprehendit mandantem.

132 Mandatum ex torquendo non ſeruatis ſolemni-

tatibus iuris, limitatur multipliciter, vt ibi

133 *Reus non torquetur, ſi non eſt citatus, & indicia legitima præcedant, & arbitrio quantumuis amplo iudicis, niſi ſit valde reus diffamatus.*

134 *Arbitrium magnæ curiæ Neapolis procedendi cõtra reos, reſtringitur multipliciter, maxime contra reum bonæ famæ.*

135 *Diſpoſitio quantumuis generalis, reſtingitur ex ratione.*

136 *Minima non ſunt in conſideratione.*

137 *Statutum, quod contra non diffamatũ inquiratur, non valet*

138 *Mandatum de torquendo contra formam iuris reſtringitur ad unam uicem tantum.*

139 *Socius criminis admiſſus pro teſte in criminali intelligitur, ſi cum tortura deponat.*

140 *Contrarietas obſtat teſti, etiam circa acceſſoria vel dependentia.*

141 *Dependentia, à negocio principali iudicantur, vt principale.*

142 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

143 *Minores non ſunt idonei teſtes, in criminali.*

144 *Teſtis dictum debet eſſe ſecretum partibus, & conteſtibus.*

145 *Teſtis debet repeti ſuper interrogatorijs, vt*
** *noceat, ex ** communiori.*

146 *Socius non poteſt torqueri, ex dicto ſocij reuocato.*

147 *Exculpatio prodeſt.*

148 *Depoſitione iurata extraiudicialiter reuocata quis non damnatur.*

149 *Multiplicatio, actus, iuramentum importat.*

150 * *Bona fama tollit indicia, ex * communi.*

CONSLIVM CCL.

TRINITAS ADSIT.

1 PRO dilucidatione cauſæ vertentis inter fiſcum, & Iulium inquiſitum, vidẽdũ eſt nunquid †reus ſit, vel ſponte cõfeſſus, vel legitimis probationibus conuictus, quia altero ex his duobus verificato, confirmanda erit ſententia condemnatoria contra eum lata iuxta textum. in l. qui ſentẽtiam. C. de pen. & l. 2. C. quom. appella. non recip. ſin minus contrarium iudicabitur per Excellentiſſimum Dominum Iudicem appellationum, vt trad. Paul. de Caſtr. in conſi. 197. viſa in quiſitione. in princ. in antiq. Marſ. in conſil. 14 num. ſecundo. conſil. 15. nu. 2. conſil. 28. num. primo conſil. 49. num. 6. & alibi ſæpe. Et multis conſideratis, ego qui dicti inquiſiti partes ſuſcepi, diuino Trinitatis auxilio implorato, cenſeo nullatenus ipſum fuiſſe confeſſum, vel conuictum.

Primo, quia non fuit ſponte confeſſus. ſed vi tormentorum, cum poſteaquã prima vice fuit examinatus die xxiij. Ianuarij præſentis anni, negauit omnia, iterum die xxiiij. prædicti menſis interrogatus, ſimiliter perſtitit in negatione. poſitus tandem, & ligatus ad funem, & eleuatus vſque ad ſummum in eculeo, dum deponeretur, cœpit fateri, ſecundum ea, quæ in actis ſcripta reperiuntur, & ſic clariſſimè liquet
2 aſſertam †confeſſionem vi tormentorum emiſſam fuiſſe, cum in ipſis tormentis facta fuerint l. prima, §. diuus ſeuerus, vbi Bartol. & alij. ff. de quæſtio. Gand. in ſuo tract. de malef. ſub rubrica de quæſtio. & tormen. num. 15. verſi. ſin autem confiteatur, Bonif. ſub rubrica, quæ indi. deb. præced. tor. num. 8. Arct. in tract. malef. in glo. fama publica, verſicu. poſtquam, ſub num. 100. Marſ. in pract. §. expedita, vbi omnes id tenere ait. num. 2. cum ſequen. in conſil. 4. in l. 1. num. 15. ff. de quæſt. & alibi ſæpe Carrer. in d. l. 2. in lectu. ſub num. 172. C. quom. appella. non recip. amplè Boſſ. tit. de tortur. num. 2. 22. 23. & ſequen. ſequitur Clar. in pract. crim. §. fin. q. 64. verbo, nunc de gradibus, Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. de delict. cap. 13. nume. 4. Ferrant. Gargia. conſil. 126. nume. 90. inter conſil. crimin. tom. 1. in fol. Calefac. conſil. 108. nume. 5. eodem volum. Paul. Merend. conſi. 91. nu. 47. tom. 2. conſil. crimin. in fol. Bertazzol. conſi. 70. num. 39. eodem tom. ſecundo. eo maximè, quia
3 non apparet huiuſmodi† torturam illatam coram honeſtis perſonis, & auditis rationibus inquiſiti, prout de iure requiritur. Bald. in l. legis virtus. ff. de leg. quem refert, & ſequitur Alexan. in Apoſtil. ad dictum. §. diuus ſeuerus, & Paris de Puteo in tract. ſindi. ca. quia ſæpe iudices, & cap. an ſtetur dicto tort. ſub num. 27. ſieque data reo indiciorum copia, Ang. conſi. 72. nu. 49. tom. 2. vt ſupra, & Ioan. Turr. conſ. 81. nu. 11. & 12. tom. 1. conſi. crimin. in fol. Plotus conſi. 72. nu. 17. eod. tom.

Et fortaſſe illata fuit pluribus, & geminatis vicibus, quod apparet ex diſpoſitionibus Franciſci, Ioannis, & Hieronymi Beroariorum ad inſtantiam Inquiſiti examinatorum, qui vniformiter deponunt, Inquiſitum cum compedibus eleuatum fuiſſe vſque ad ſummum, qui tunc permanſit in negatione. Addunt poſtea ſibi extractos fuiſſe compedes prædictos, & alios grauiores appoſitos librarum, vt atteſtatur Hieronymus, quinquagintaocto, ſic iterum eleuatum iuxta magnitudinem vnius hominis, & paulo plus, & retentum per certum temporis ſpacium, qui

Digitized by Google

qui tunc faſſus fuit. Item quidam Lucas alius
iuſtitiæ exequutor teſtificatur, quod cum vno ſe
ro vellet ire dormitum, mandato Prætoris voca
tus iuit ad locum examinis, & tunc reus Iulius
fuit ligatus, & cum compedibus, quos ipſe dicit
ligaſſe cum quadam cordula, eleuatus per ſex
brachia ſemper negauit, ſubdens, ꝙ tunc aliud
non fuit actum. ex quibus datur intelligi, quod
deponit de diuerſa vice ab ea, quam deponunt
ſupradicti Franciſcus, Ioannes, & Hieronymus,
ac diuerſa ab illa, de qua in proceſſu, quia in a-
ctis dicitur tortum fuiſſe de mane, & Lucas præ-
dictus dicit de ſero. Inſuper Hieronymus in-
quit, quod etiam alia vice Iulius fuit conductus
ante Prætorem, & quia negauit, fuit ligatus cum
compedibus ponderoſis, ſic eleuatus confeſſus
fuit. igitur apparet de multiplici tortura, quæ in
proceſſibus ſcripta non videtur.

Nec obſtat, quòd dicti Lucas, & Hieronymus
4 videantur † ſingulares in iſtis duabus vicibus, &
ideo illis haud credendum l. ſi iuſiurandi. C. de
teſtib. quando faciãt fidem in hoc, etiam quod
ſint ſoli, ita ſtatuto patriæ diſponente ſub rubr.
de tormen. §. inſuper ne contra formam.

Nec mirum, dum iure cõmuni ſatis eſt, quod
5 illatio † torturæ probetur coniecturis, & præſũ
ptionibus, eo quod per officiales inferatur ſe-
crete, vt plurimum non probetur per teſtes de vi
ſu, vt notabiliter inquit Bal. in l. quis in hoc ge-
nus. C. de Epiſc. & Cler. quem refert, & ſequitur
Alex. conſi. 48. 2. col. vol. 4. conſi. 98. col. penult.
vol. 3. Marſil. in d. §. expedita. num. 16. & in d. §.
diuus ſeuerus. num. 4. poſt alios per Boſi. titu. de
confeſ. num. 75. & remiſſiue in tit. de tortur. nu.
38. Paul. Merend. conſi. 91. nu. 46. & ſeq. tom. 2.
conſi. crim. in fol. multoque minus debet eſſe cõ
cludenter probata, ſi de ea appareat ꝑ vnum te-
ſtem, quãdo etſi nullo modo de huiuſmodi tor
tura illata liqueret, pro illius ſufficienti proba-
6 tione, reputetur à iure ſola allegatio † detentio-
nis. ita Bald. in l. falſus propè finem. C. de furt.
Alexan. in Apoſtil. ad Bart. in d. §. diuus ſeuerus
quem ſequitur ibi Marſil. num. 4. & in d. §. expe-
dita. num. 15. in §. attingam. nu. 26. Paris de Pu-
teo in d. ca. quia ſæpè iudices. Cataldi. in tract.
ſindi. num. 151. Gram. conſil. 17. nume. 16. & in
conſil. 37. num. 17. præſertim, quia cum ea con-
currit affirmatio rei, cuius vnico dicto in hoc ſtã
dum eſt, etiam quod Poteſtas, & Notarius diuer
7 ſum atteſtentur ea ratione, quia ſumpto † argu-
mento a communiter accidentibus, quod vali-
dum eſt in iure, Glo. & Bal. in l. cum dotem. C.
de iure dot. Ioan. de Arno topicarum libro cap.
38. Euerard. in ſua cent. loco 56. nedum in ciui-
libus, ſed etiam in criminalibus, Marſil. in ſing.
ſuo pri. iudices terrarum ſolent ponere homi-
8 nes ad torturam † nocturno tempore, ꝑut exe-
quutum fuit in perſonam inquiſiti. Creduntq;
vlciſci in conſpectu hominum, quando aliquẽ
torquent, vt ait Ancar. in conſi. 24. Viſa inquiſi-
tione, quem refert Alex. in Apoſtil. prædictis in
conſi. 52. circa fi. vol. 3. Auguſtinus de Arim. in.
Addition. ad Ang. ſuper glo. fama publica. verſi.
poſtquam, qui eſt ſub num. 110. in fin. addition.
Marſi. in d. §. expedita. num. 14. in d. §. diuus ſe-
uerus. num. 3. in conſi. 5. num. 24. & Gram. conſi.
17. num. 19. Paul. Merend. conſi. 91. num. 46. to.
2 conſi. crim. in fol.

Nec repugnat prædictas eleuationes minimè
pro tortura admitti, nec effectum torturæ conſe
qui, eo quod nõ apparet nominatum inquiſitũ
aliquem habuiſſe ictum, ſic videatur fuiſſe leuis
9 † tortura, quæ non mereatur conſiderari, ſecun-
dum Bald. in l. 2. C. quom. appella. non recip.
Marſ. in l. repeti. num. 5. ff. de quæſtio. conſi. 80.
num. 27. conſ. 103. nu. 29. Boſi. tit. de tortur. nu-
me. 15. Quia reſpondeo, quòd tortura modo
prędicto illata grauior eſt, quàm ſi datus eſſet
ictus. Nam, vt inquit Carre. in d. l. 2. ſub. nu. 178.
verſ. & nota, quòd in datione cordæ, & c. maior
10 cruciatus, & dolor infligitur torto, ſi † eleuatus
pendens detineatur, quàm ſi detur ictus, vel ſal-
tem tale tormentum æquiualet torturæ cũ ictu,
vt voluit Marſil. in conſi. 14. ſub num. 23. Quod
indubitanter verum eſt, ſi reo ſubijciantur gra-
uia pondera ad pedes, quorum appoſitio abſq;
11 alio inferunt tormentum, & † cruciatum, Bald.
in l. prima, per illum textum. C. de cuſto. reo.
Alexand. in d. §. diuus ſeuerus, & Carrer. vbi ſu-
pra, ſub num. 173. quinimo hoc nouiſſimum, &
ſæuiſſimum genus quæſtionis habendæ reputa-
tur, quo corpus rei dilaniatur, membraque, &
oſſa diſſoluuntur, vt refert Paul. Grilan. in tract.
de quæſtion. in 4. quæſt. col. 3. verſi. quintus, &
12 vltimus. & à quibus maximopere † iudices abſti
nere debent, ne carnifices reputentur. contra
quos inuehit Brun. de indiciis, & tortur. pag. 65.
num. 6. Iodoc. ſua praxi crimin. pag. 109. nume.
18. Clar. §. fin. q. 64. verb. item debet, Gomez. d.
c. 13. delictorum. num. 5. Boſi. tit. de tortura. nu-
13 me. 40. † Torturæ nanque modus, & qualitas
eſſe debet ſecundum grauitatem, vel paruitatem
delicti, Bal. in l. 1. C. de his, qui ad liber. peruen.
non poſſ. vbi ait, Iudices non debere imponere.
noua genera tormentorum, quæ ſcindant car-
nes, niſi in grauibus. ſequitur Carrer. ubi ſupra
ſed ſic eſt: quòd non ſemper, & paſſim torquen-
dis apponuntur huiuſmodi vincula, vt dicunt
etiam prædicti teſtes, ſed perraro, & in enormiſ-
ſimis quibuſdam caſibus tãtum relatis per Paul.
Grilan. in loco prærallegato. ergo acerbiſſima cẽ
ſenda eſt tortura, quæ cum illis infertur.

Præterea dato, ſed non conceſſo, quòd tales
eleuationes cum compedibus tam grauibus nõ
æquiualerent tormentis effectualiter, & ſic non
poſſet allegari inquiſitum fuiſſe confeſſum in
tortura: tamen negari non poteſt, quin ſaltem
faſſus fuerit tormentorum formidine. Hoc ap-
paret. nam ſi Reus ligatus funi, ac ductus tantũ
ante eam, & additis minis detorquendo, dicitur

fateri

14 fateri metu † tormentorum, vt voluit Bartol. in
§. diuus eucrus, vbi Alex. & Marſil. imo ſpolia-
tus duntaxat ante torturam, nullis quoque mi-
nis interuenientibus, vt trad. idem Bart. per illũ
textũ. in l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tut. aucto. Go-
mez. Clar. Boſi. Paul. Merẽd. Bertaz. & cæteros.
num. 1. allegatos, & quòd eſt plus ſi ſit ſolum de-
15 tentus, & exiſtens in † carcere, qui eſt ſpecies tor
menti, ſecundum Bal. in l. ſi clericus col. 2. C. de
Epiſc. audien. fortius hæc aſſerta confeſſio meti
culoſa dicetur, cum non modo fuerit detentus,
carceratus, ſpoliatus, ductus ante torturam mi-
nis adhibitis de torquendo, & ligatus: verum ẽt
eleuatus cõ vinculis prædictis, ut in effectu poſt
Bart. & prædictos Docto. concludunt Gandi. in
d. tract. ſub rubr. de quæſtion. & tormen. nu. 72.
verſi. quæro quæ dicatur cõfeſſio. Brun. in trac.
de indi. & tortu. in ſecunda quæſtione. ſecundæ
part. prin. num. 3. cum ſeq. Marſil. in l. 1. nu. 20.
cum ſeq. ff. de quæſtio. in d. §. expedita. num. 10.
cum ſeq. conſi. 8. num. 14. cum ſeq. conſi. 14. nu.
4. cum ſeq. & in multis alijs Gram. con. 6. num.
4. Carrer. in d. l. 2. num. 172. & cæteros, de qui-
bus ſupra.

Non omitto, quòd prædicta fuerint acta ex-
preſſe contra formam ſtatuti, ſub rubri. de tor-
men. vt inferius deducam., quo ſtante ex eiuſdẽ
16 ſtatuti præſumptione in §. & ſi aliquis, † metu
facta cenſebitur, per Carrer. in terminis in d. l.
2. ſub num. 173. verſ. idem dicitur. Vnde inſero,
quod cum hæc confeſſio fuerit timore quæſtio
nis, & quidem non vano, ſed vero, & inſtanti ex
orta, nullo pacto iudicatur ſpontanea, quia pa-
ria ſunt confiteri in † tormentis, vel tormento-
17 rum metu, vt dicunt Doctor. poſt Bald. in l. in
* terpoſitas. C. de tranſact. & traditur ex * commu
ni in omnib. fere locis proxime allegatis; Fräc.
Caſſon. tract. de torm. cap. 19. num. 2. Paul. Mo-
rend. conſi. 91. num. 49. Bartazzol. d. conſil. 76.
num. 39. dicens, hanc eſſe ſententiam veriorem
Boſi. de confeſſ. per torturam. num. 15. vel etiam
confiteri ſubtus tormenta, cum talis † confeſſio
18 nullis præcedentibus indiciis, etiam ſi millies
perſeueraſſet, minimè noceat, ut hanc commu-
* nem concluſionem ponunt Roland. de Curte;
Stephan. Fazard. & Iacob. de Puteo, conſil. 75.
num. 17. tom. 1. conſil. crim. in fol. Quorum au-
ctoritate confeſſus ille, pęnam euaſit, in audito-
rio Excellentiſſimi Ducis Mediolani. Nec ob-
ſtat, quòd confeſſio prædicta etiam per tormen
ta emiſſa, vel eorũ metu, ex quo ſæpius eã reite-
rauit Reus, ac prima vice faſſus fuit die 24. Ia-
nuarij, & poſtea die 13. Februarii Inquiſitioni re
ſpondit, idem confitendo, illamque p̃ interual-
lum decemnouem dierum ractificãdo, amplius
vis aliqua, ſeu timor conſiderabilis non exiſtat,
cum † perſeuerantia talem defectum purgaue-
19 rit, quando veriſimiliter in dicto temporis ſpa-
cio torturæ dolor ceſſauerit, ſecundum Glo. &
Doctor. in d. l. 2. C. quom. appella. non recip.

Gandi. vbi ſupra 26. 227. Bonifa. ſub rubrica de
perſeueran. in princ. & maximè in forma ipſius
perſeuerantiæ, Ang. in d. Glo. fama publica, ver
ſic. a. not. quòd ſi confeſſio. num. 3. cum ſequen.
Brun. in d. tráct. in 6. quæſtione princ. ſecundæ
part. vbi eleganter loquitur, & poſt alios Carrer.
vbi ſupra, verſic. limita etiam. Etenim reſpõdeo,
quod talis perſeuerantia præſumitur interue-
niſſe durante eodem metu, ex quo eadem tor-
quendi poteſtas ſuberat, ipſo ſemper conſtitu-
to in fortiis eiuſdem Iudicis, a quo fuit tortus,
Marſ. in §. expedita. nume. 16. Calefact. conſil.
108. num. 5. 6. tom. 1. conſi. crim. in fol. ac Iul.
Scarlatin. conſi. 112. num. 36. eodem tom. ſub-
20 dens, nec † ratificationem millies factam con-
feſſionis emiſſæ metu tormentorum, nullis indi
cijs præcedentibus, nocere. ſequitur Roland. de
Curte conſil. 75. nume. 17. eodem tom. 1. in fol.
& Boſi. tit. de confeſſ. per torturam. nume. 8. ibi
eentum perſeuerantiæ nihil proſunt: Nam idem
operatur potentia in habitu, quod operatur po-
tentia in actu Pariſ de Puteo in tract. prædicto.
C. quidam fuit tortus. & probabilis ſuſpicio de
aliquo inferendo, idem operatur, quod ipſa illa
tio d. l. nouiſſimè. verſi. quid ſi cõpulſus. ff. quod
falſ. tut. auct. & hæc quidem iuſtè euenire pote-
rant in Anaſtaſio, quia ſecundum depoſitionẽ
dicti Hieronymi tortura fuit ei repetita, quando
poſt primam confeſſionem, iterum examinatus
negauit ea, quæ faſſus fuit: merito poterat pro-
babiliter credere, quod ſi non ratificaſſet, ſimili
ter fuiſſe quæſtioni ſuppoſitus. pro hoc faciunt
per Bartol. & alios in l. 2. C. quod met. cauſ. In-
quiunt enim, quando aliquis fuit metu compul-
ſus ab aliquo Tyranno, ſemper idem metus in-
ſtare præſumitur, dum tempus ſuę tyrannidis
21 † durat in loco illo. dixitque Bald. in d. l. ſiquis
in hoc genus, quòd probata tortura, impoſſibile
eſt præſumere confeſſionem ſpontaneam. cor-
roborantur ſupra ſcripta, quia dicta cõfeſſio po-
ſtea perſeuerata, & ratificata, fuit facta non pre-
cedentibus indicijs, ſaltem talibus, qualia requi-
rebantur, & contra formam iuris, ſic nulliter il-
lata, nec ergo ſibi nocebit, etiam quòd illam plu
ribus vicibus approbaſſet, quando ex hoc pręſu
matur meticuloſa: quia ſicuti illicite fuit tortus,
pariter credendum eſt, q̃ illicite fuerit coactus
22 ad perſeuerandum, & ratificandum. & cũ † tor-
tura eſt nulliter illata, omnia inde ſequuta, ſic
confeſſio, & perſeuerantia nullitatis vitio ſubia-
cent, Glo. notab. in l. quęſtionis habendæ, quam
* ibi ſequuntur * Doctor. ff. de quæſtion. Bald. in
addit. Spec. tit. de confeſſio. verſi. an ex ſola con
feſſione, Angel. Imol. Paul. de Caſt. & Alexand.
in l. qui in aliena. §. celſus. ff. de acquir. hæred.
Ang. in l. 1. C. de confeſſ. & in l. 2. C. quom. ap-
pella. non recip. Marſi. in l. 1. nume. 14. & in d. l.
quęſtionis. nume. 10. cum ſeq. Bald. in tract. de
quæſtion. cap. 2. num. 9. Gandin. in d. tract. ſub
rubr. de quæſtionibus, & tort. verſic. item pone;
quod

quòd quidam.nu.26.Bonifa.ſub rub.de confeſ-
ſio.& contra eas quid ſit ſiendum.nu.5. Brun.in
d.quæſt.6.2.par.nu.2.& 3. Aret.in d.tract.ſuper
glo. fama publica, verſi.aduertas tamen.nu.36.
vbi Ang.de Arim. Lud.Bolo.in addit.ad Guid.
de Suza. in tract.de indi.& tort.nu.29. Cataldi.
in tract. ſindicatus verſi. adde,quod diximus in
ſuperioribus, ſub nu.152.& ſeq. Matheſ.in no-
tabili.55. Paul.de Caſt.conſi.273.uiſa relatione
facta in no.num.1. Roman.conſil.167.num.5.
* ubi fuſius Apoſtil.Mendoſ.hanc * communem
ponens in uerbo,perſeueratum, Anto.Gomez.
de delict. lib. 3. cap. 13.num. 4.in fi.& num.25.
Incert. Autho.conſi.94.nu.4.to.1.conſil.crim.
in fol. Boſi.tit. de confeſſ.per torturam.num.6.
poſt tit.de manda.ad homicid.nu.33. Alex.cõſ.
5.uol.1.conſ.1.34.& 54.uolu.3.Marſ.conſil.14.
nu.21.& conſi.18.nu.26.conſi.29.nu.37.& in
alijs multis, Gram.conſi.15.nu.15.conſi.21.nu.
18. cum ſeq.& uoto 6. nu.8.eandem ſentẽtiam.
23 ut omnia † geſta poſt confeſſionem per torturã
in debitè extortam, nulla ſint,non ualeant, nec
** præiudicent ex ueriori,& communiori ** refert,
Bertaz.conſi.70.nu.5.19.&42.tom.2.conſi.cri.
in fol. Rimi.conſi.69.num.23.eod.tom.2.poſt
Foler.pract.crim.uerſi.& ſi confitebuntur.uerſi.
3.loco.in prin. Clar.§.fi.crim.q.55.uerſ.ſi uero,
& in rei ueritate, ne unus quidem ex his, quos
plures in materia ſcribentes legi, contrarium
unquam firmauit.

Quod in tantum procedit, ut nec ratificatio
24 † iurata,præiudicaret, quod poſt multa conclu-
dit Marſ.in d.l.quæſtiones.nu.71.& in d.conſil,
18.nu. 29. Carrer. in d.l.2.ſub.d.nu.173.uerſic.
hoc tamen intellige, Bertazzol.ubi ſupra d.cõſ.
70.nu.19.idem dicẽs procedere in maior.b.,&
exceptis criminibus,per Marſ.conſil.46.nu.12.

Nec obſtat doctr.Bal.in l.1.C.de cõfeſſ.ſcrib.
25 † confeſſionem factam in tormentis,poſtea per
ſeueratam nocere, quam ſequitur Imol.in cap.
1.extra eod.tit.& maximè,quando fuit expreſsè
ratificata, ut dixit Paris de Put.in.d.tract.ſindi.
ca.an ex confeſſione, Gram.conſi.40.nu.14.&
15. Carrer. ubi ſupra.uerſi.quod limita,ut ſupra
dictum fuit.

Reſpondeo etenim aliam opinionem eſſe ma
** gis ** cõmunem, & ueram, & cõtra Bal.alioſq;
proximè relatos tenet expreſsè Rom.in d.conſ.
167.Ang.de Arim.qui dicit obtinuiſſe,Brun.&
oẽs ſuperius citati, qui loquuntur in ratificatio-
ne,non ſolum tacite,ſed etiam expreſſa facta ad
bancum.& ita dictam opinionẽ veriorẽ, & ma-
gis communem atteſtatur Alex.in d.§.celſus,ve
* ram,cõem, & probatam * inquit Rimin.conſil.
105.nu.14.lib.1.conſi.crim.Gram.conſi.16.nu.
11. Marſil. late in d.l. pen.ſubdẽs plures liberaſ-
ſe à pœna mortis.idem Grammat.conſi.37.nu.
8.poſt Alciat.& cæteros,quos allegat,hanc cre-
briorẽ atteſtatur Rim.conſi.69. nu.24.& 25.to.
2.conſi. crim.in fol. Bertaz.conſ.70.ſeq.nu.18.
Anton. Gomez.de delict.lib.3.c.13.nu.4.& nu.
25. vbi illationes facit,ac veram ſnĩam & cõem
in iudicando, & conſulendo, inquit. Quinimo
26 nec in practica ſeruatur, vt tacite † ratificatio
ſufficiat, vnde de expreſſa intelligi neceſſe eſt,p
* Clar. d. §. fin. q.64.verſ.cæterum.de * communi
etiam atteſtetur nouiſſimè Hipp. Rim.iun.conſ.
88. nu. 55.& prædicta tanto magis procedunt,
quia hæc ratificatio proceſſit ſuper confeſſione,
quæ prorſus fuit nulla.etiam ex alijs cauſis, q̃ re
ſpectu deficientiæ indiciorum (fuit enim inuali-
da, quia non fuerunt ſeruata ſeruanda iuxta for
mam ſtatuti ſub rubr.de tor.)fuit nullius momẽ
ti,quia extorta per ſuggeſtionẽ, vt ſimiliter oſtẽ
27 dam, quo inſuper caſu † ratificatio nihil facit,
Bar. & Marſi.in d.l.prima.§.qui quæſtionem.ff.
de quæſtion.Gram.conſ.34 num.12.& Carrer.
in terminis prælegato loco,verſi.limita etiam,
quod ſupra dictum eſt.Item ratificatio prædicta
& perſeuerantia non poteſt obeſſe, quia durãte
eodem metu tormentorum facta præſumitur,
cum non ſit facta in loco publico,videlicet in pa
latio iuris ad bancum, ſeu tribunal, vbi alij in-
quiſiti ſolent conduci ad ratificandum,& habẽt
copiam vocãdi Aduocator., & Procuratores,&
ſunt in maiori libertate loquendi:ſed eam fece-
28 runt in camera, ſic loco † ſecreto contra ea quæ
trad.Bart.& Marſi.in d.§.diuus ſeuerus,& Marſ.
poſt alios in §. quoniam in prin.vbi dat praticã
huiuſmodi ratificationis, Aret. in d.verſ.poſt-
quam.num.112.Franc.de Plot.conſi.65.nume.
* 12.tom. 1 .conſi.crimin.in fol.& hoc * Doctor.
tenere refert Clar.§.fin.q.64.verſi.debet quoq;,
& contra formam ſtatuti, ſub rubr.de tor.in §.
elapſo, expreſsè mãdantis reum debere duci ad
bancum ad ratificandum,ſic per verbum debet,
quod imponit neceſſitatem præciſam.l. Prætor
in prin.ff.de eden.cum ſimil.nec immeritò rati-
ficatio talis ad tribunal fieri debet, quia & tunc
dicatur impropriè ſpontanea, cum nunquam
verè ex animo ſponte fiat, niſi poſteaquam reus
in priſtina libertate reperitur,ſecundum Marſi.
poſt alios in dicta l.quæſtionis.num. 11.Verum,
quia in camera Domini Iudicis maleficiorum,
aliàs & Domini Vicarij generalis, & Domini
Capitanei iuſtitiæ locorum Lombardiæ ius red-
ditur publicè, vbi omnes conueniunt,& paſſim
ibi fiunt ratificationes, ſuper hoc tantum non
inſiſtã, quia fortè valida dici poſſet per Carrer.
in ſua praxi pagin.9.num.45.ſic ex prædictis ap
paret clariſſimè dictam confeſſionem fuiſſe pluſ
quam coactam.

Dico ſecundo loco, confeſſionem non fuiſſe
iuridicam, & factam ſeruatis ſeruandis,ad quod
demonſtrandum nonnulla diſcuram, quæ de-
bent præcedere ſigillatim,explicando,an in præ
ſenti fuerint obſeruata.

Et primo, antequam ad torturam deueniri,
29 immo quod eſt plus,inquiri poſſit, de † delicto
prius conſtare oportet. Textus eſt in l.1.§.item
illud,

illud, vbi Bart. & Igneus.num.1.& ſequen.in ver
bo liquere debet.ff.ad Silan. Bart.in l. fin. ff.de
quæſtion. Ioan. Andr.in ca.cum in contempla-
tione.de regul.iur.in 6.declarat Plotus conſilio.
crimin. 132.num.22.tom.primo, crimin.in fol.
* fuſius, ita vt regula communis * cenſeatur, per-
tractat, illam ampliando, & limitando, Anton.
Gabriel. commu. concluſ. lib.7.concluſ.17.per
30 totam, qui id in † furto etiam procedere inquit
ex mente Doctor. & errorem eſſe contrarium
ſeruare, inquit Franciſcus Caſſon. tract.de tor-
men.cap.ſecundo.num.6.& hoc per omnes pra
ticos aſſeſſores attendi, quòd ad aliquem actum
non deueniunt, niſi conſtet de delicto, ſcribit
Cato. conſil. crimin. 99.nu. 7. 2.par.in 4.intan-
tum, quòd non ſufficit cõfeſſio de delictis ipſius
Inquiſiti, cum quis non eſt Dominus membro-
rum ſuorum, & poſſet ita confiteri. volens mo-
ri, potiuſquam cruciari, vt in terminis furti, tra-
dit Bal.in auth. ſed nouo iure col.2.verſ. ſed po-
ne. quem ibi ſequuntur Paul.de Caſ. C.de ſeru.
fugit. Calefact.conſi. 109.num.3.tom.1.crimin.
in fol. Cæpol.conſi.70.dicentes, aliàs per dictã
doctr. Bal.quendam hominem, qui confiteba-
tur plura homicidia, de quibus aliter non con-
ſtabat, mortem euaſiſſe in ciuitate Bononiæ. li-
cèt Poteſtas ipſius loci omnino cuperet ipſum
• ſuſpendi. Hoc idem ſequitur Ang.ſuper Gloſ.fa
ma publica. nn. 108. verſ. 12. Tu iudex, vbi Au-
guſ. in addit.& ſuper gl.& veſtem cœleſtem.nu.
25. verſi. quid ſi quis confiteatur, dicens, quòd
Iudex debet eſſe bene cautus, ne damnet animã
& corpus. & quando fur confitetur plura furta,
debet ea uerificare. deſtinando nuntium ad ha-
bendum informationem pro veritate: ita quòd
appareat, quæ diſtraxerit, quæ pignoranerit, q̃
pœnes ſe habeat. aliàs ſæpe innocentem dam-
naret, qui metu † tormentorum multa falsò cõ-
31 fiteretur. idem dicit Aug.in addit. firmat Brun.
in tract. prædicto 4.q. ſecundæ par.prin.nu.55.
& in 5.q. dictæ ſecundæ part.nu.8. cum quibus
concordat Paris de Put. in d.trac.cap.confeſſio.
circa fin. ſubdens vi tormentorum deterros mul-
ta fateri non uera, prout multoties eueniſſe in-
quit, maximè in perſunam vnius, qui iuxta funẽ
fuit confeſſus furtum, quod aſſeruit ſe depoſuiſ-
ſe pœnes quendam, apud quem non fuit reper-
tum. & iterum nominauit alias perſonas, quæ
ſimiliter negauerunt aliquid habuiſſe. & ſtante
illius cõfeſſione falaci, quia demum faſſus eſt,
ſe metu funis ſic dixiſſe, fui tanquam innocens
† abſolutus. latè trad. Marſil.in l.1.nu.3.& nume.
32 32.& in l.fin.ff.de quæſtion.in rubr.de probat.
num. 104.in pract.§.primo, num.5.& conſil.8.
num. 8.cum ſeq.in conſi.24.num.13.in cõſ.40.
num.4.& Gram. eleganter conſi.crim.16.nu.4.
* conſi.37.nu.20.& cõſ.60.per totum.* Cõmunis
enim concluſio, & vera eſt, q licèt Reus fateatur
delictum, non damnetur: tamen ex illa cõfeſſio-
ne, niſi aliter de delicto conſtet, ita communiter

teneri ait Clar.§.fin.crim.q.55.verſi.poteſt etiã.
Et quamuis Ang.in l.1.C.de confeſſ. teneat cõ-
trarium, affirmans aliàs fuiſſe obſeruatum Peru-
ſij cõtra quoſdam derubatores, & occiſores cer-
torum Mercatorum, quorum corpora dixerunt
ſe proieciſſe in flumine, nec ſimiliter apparebat
de rebus ſubtractis, tamẽ eſt ſolus in tali opi-
nione, & ipſemet aliter tenet in l. certum.ff.de
confeſſ. & damnans illum iudicem Peruſinum,
præter q illius dictum in l.1.procedit fortè, quã-
do inqoiſiti erant malæ conditionis, vitæ, & fa-
mæ, non autem bonæ, quod tamen adhuc in ho
mine malæ famæ reprobat Aug.in addit.ſuper
d. Glo. & veſtem cœleſtem.& licèt hodie perpe
ram hoc dictum ſeruetur in praxi, quia ſtatim al
legato ſibi rem furto ſubtractã, abſque eo, q de
furto conſtet, ſuſpecti torquentur, Brun.de iud.
& tort.pagin.57.num.11.in fin. attamen † Iudi-
33 ces, qui cõſiderate, & ſecundum iuris terminos
procedunt, neminem torquent, niſi legitimè de
furto, & delicto appareat, per Clar.in §.fi.crim.
q. 64. verſi. debet autem, Menoch.de arbitr.iud.
caſu 270.num.7. cum. ſeq. nec etiam ad inquiſi-
tionem, & capturam deueniunt. Boſſ.tit.de de-
lict.num. 14. & nume. 25.& ſeq. dicens in furto
criminaliter agendo debere conſtare de delicto
Dumque Bal. in l. 3.§.eiuſdem, in addit.ff.de te-
ſtib. quem refert Ruin.conſi.80.col.2.vol.4.ſcri
bit † torturam dari regulariter ad liquidationẽ
34 perſonæ, non facti, niſi in tribus caſibus, inter
quos ponit furtum, per l.cum ſeruus.ff.de cond.
ob cauſ. tamen dicta l. nihil probat, vt inquit Au
guſtinus in addit. ſuper d. verſicu. duodecimo.
Tu iudex, cum quo tranſit Brun. in d.q.5.num.
11. Bertrandus conſi.257.volum.3. Pariſ.conſi.
153.volum.4.quos refert. Anton. Gabriel.com-
mun. opin. lib.7.concluſ.17.nume.13.& verè l.
cum ſeruus potius probat contrarium, cum ſup-
ponat conſtare de delicto, & furto facto. ſed ſu-
ſpicabatur contra perſonam illius ſerui. & ita
ibi ſentit ipſemet Bal.in figuratione caſus, dum
inquit, Titius fuit furtum paſſus, &c. Quapro-
pter aliam opinionem veriorem amplectitur
idem Bald. in d. Auth. ſed nouo iure, cum quo
* tranſeunt alij communiter, * vt ſupra dixi, & per
Gabriel. d. num. 23. & eſt caſus de hoc in l. ſi is,
qui. §. ſi tu Titium. ff. de furt. vbi deciditur quòd
actio furti non poteſt contra aliquem, neque vt
principalem, neque vt auxiliatorem intentari,
quando furtum factum non eſt, & ſic præſuppo
nit Textus debere prius de furto conſtare, ante-
quam actio, & ſic quæſtio contra furem mouea
tur, & dicto §. ſi tu Titium, pro hac concluſione
alleg. Bart.in dicta l.fin.ff.de quæſtion. cuius di-
ſpoſitio ampliatur, vt nec etiam ſufficeret con-
feſſio principalis delinquentis, vt ibi Alexand.
in addit. poſt Bald. & alios, quos adducit. Ap-
plicando igitur prædicta ad caſum noſtrum, cũ
de aſſertis delictis, de quibus Anaſtaſius impu-
tatur, legitime non appareret, ante torturam ſi-

bi illatam : deficiente hoc requiſito neceſſario,
non debuit torqueri, ex quo dum tortus fuerit
de facto, ita de facto minus legitimè confeſſus
fuit,& poſteaquam ſic confeſſus fuit,ſaltem per
iudicem oportebat, inquantum fieri poterat,in
ueſtigari,verificarique furta, & delicta aſſerta,
ſecundum Doctor.prædictos,& maximè Aug.
in addit.Ang.d.verſ.fa.ante nume.12.& Clar.d.
verſic.debet,&c. Namque bene poterat interro
gari aggreſſus (vt dicitur) a dicto Reo,& ſocijs
pro auferendis illi pecunijs, & ab eo intelligi
quomodo res ſe habuerit, vt ſic dignoſceretur,
nunquid eius depoſitio correſpōderet cōfeſſio-
ni prædictæ. ſimiliter mitti poterant nuntij, &
exploratores ad habitantes in domo contratæ
loci delicti, ex qua inquiſitus aſſeruit ſe furto
ſubtraxiſſe quandam penulam pro explorādo,
an verum eſſet furtum prædictum, & reſpectu
aliorum furtorum perpetratorum per eum (vt
dicitur de nocte) & aggreſſionum aſſertarū pa-
riter per eundem factarum,etiam de nocte per-
ſonis prorſus incognitis. à quibus non poterat
haberi informatio pro veritate. concurrente
etiam, quòd nulla huiuſmodi inquiſitio pote-
rat fieri a perſonis, quibus dictus inquiſitus di-
xit ſe penulas furatas vendidiſſe,cum eas ſe non
cognoſcere affirmauerit,vt legitur in actis. Ad-
huc dico, quòd eius nudæ confeſſioni non fuit
ſimpliciter credendum,cum nulli omnino com
paruerint querelantes de furtis, & aggreſſioni-
bus. quando enim ſumus in caſu, in quo dire-
ctè de maleficio liquere minimè poteſt,tūc pro
pter difficultatem probationis diſpenſatur à iu
35 re,quòd ſaltem quo ad † inquirendum ſtetur di
cto querelantis, ſi ſit bonæ cōditionis,& famæ,
& veriſimiliter non mentiatur, aliaque concur
rant adminicula. vt notabiliter trad. Alexandr.
conſil.53.volu.2.quem refert, & ſequitur Marſ.
in pract.§.primo,numer.6.& 7.cum ſequent.&
trad.Grammat.conſil.37. nume.21.Item à per-
ſonis degentibus in locis.in quibus faſſus eſt aſ-
ſerta delicta commiſiſſe,debuit haberi informa-
tio, an horis, & temporibus per eum expreſſis
audiuerint ſtrepitum, & rumorem in ſtrata,per
ea,quæ dicit Bartol.in dicta l.fin.ff.de quæſtion.
conſulens interrogandos eſſe vicinos.idem Bo
nifac.in dicto tract. ſub rubrica, quæ indi.deb.
præced.tor.ſub nume.8.verſicul.item debet Iu-
dex,vlterius cum Reus in quinto conſtituto di-
xerit, quòd penulas nocte furatas perferebat
ad domum cuiuſdam Hippolitæ,antequam eas
venderet, neceſſe erat percunctari ab ea, num
hoc ita ſe haberet.iuxta doctor.Aret.allegatam
ſupra in dicta glo.& veſtem, vbi in terminis di-
36 xit † iudicem inquirere debere quæ depoſuerit,
ac Brun.de indi.quæſt.6.num.60. Caſſo.de tor.
cap.20.Marſil.in l.prima.in princ.numer.32.ff.
de quæſt.Clar.§.crimin.quæſt.55.verſicul. quo-
modo autem,Grammat.conſi.16.num.5.quod
eo magis obſeruandum erat, quia Reus ipſe va-
rius fuerat repertus in ipſiſmet confeſſionibus,
quandoquidem circa caſum cuiuſdam prima vi
ce confeſſus fuit eum aggreſſum fuiſſe ſuper pla
teis, & alia vice id teſtatur in contrata diuerſa.
Et circa venditiones rerum (vt dicitur) ſubtra-
ctarum,primo aſſeruit Herculem eas vendidiſſe
hebræis. poſtea dixit ſemetipſum eas diſtraxiſſe
diuerſis perſonis,prędictaque ob id maximè fie
ri debebant, quia nō modice intra ſe ipſum de-
bebat iudex ſuſpicari, quomodo confeſſiones
ſupradictæ veræ eſſent. attento, quòd ex dictis
ſupra dictorum Iulij,& Herculis compertum ſi-
bi erat, quòd circa aſſertas venditiones rerum
vnus alteri mentiebatur. cum Hercules affirmat
Iulium ſibi dixiſſe, quòd dictas penulas vende-
bat hebræis. quod etiā Reus confirmat, & ta-
men ſi vltima depoſitio Iulij vera eſt,non vendi
dit illas hebræis, ſed alijs perſonis. & veriſimi-
le non eſt,quòd quando ſunt plures complices
vnius, eiuſdemque delicti, ſibi ipſis veritatem
non dicant,vt patet ad ſenſum,a quo remotum
imago falſitatis dicitur,ſecundum Bald.in l.pri-
ma.C.de ſeru.fugit.col.3. & latè ſcribit Euerar.
in ſua cent.loco 5. verum quia à veritate alie-
num nō videtur omne malum in hoc negocio
præſumere, poſteaquā extra acta probata ſunt
ea,quę ſuperius tetigi per diſcurſum c.ſemel ma
lus.de regul.iur.in 6.Iccirco arbitror ſupradicta
non fuiſſe obſeruata, ſed velo leuato ſic fuiſſe
proceſſum, quia fortaſſe nihil deſiderabatur, q̄
vt vita miſero Anaſtaſio, & alijs inquiſitis adi-
meretur, ſicut eſt peculiare officialium malam
habentium conſcientiam, & in effuſione huma
ni ſanguinis craſſantium, contra quos inuehit
Anchar.in d.conſ.24.& alij multoties per Boſi.
& Clar. in ſuis practicis criminalibus citatos.
quinimò non tantùm ex parte iudicis debita di
ligentia, & legalis adhibita non fuit, vt delicta
verificarentur, ſed ad inſtantiā ipſius Iulij iuxta
poſſibilitatem facti fuit in cauſa appellationis
detecta falſitas ipſarum confeſſionum,ex dicto
plurium teſtium affirmantium in dicta domo di
ctæ contratæ nullam penulā fuiſſe furto ſubtra-
ctam illo anno.quod omnes ab habitantibus in
dicta domo audierunt.quo ſtante, non poſſunt
ei in aliquo præiudicare,etiam quòd ſponte fa-
cte fuiſſent. vt concludit Auguſt.poſt Specu.&
Bald.in addit.ſuper dicta glo.fama publica,ver-
ſicu.poſtquam num.113.& Grammat. in dicto
37 conſil.37.ſub num.19. Et quia † confeſſio,non
ſolum verificari,ſed etiam veriſimilis eſſe debet,
alias non nocet,Bal.in d.l.ſi quis in hoc genus,
Petrus de Anchar.in dicto conſil.23.Marſil. in
dicta l.prima.nume.32.235. & in dicta rubrica,
numero 108.nec pro ea quis torqueretur.Paul.
Merend.conſi.88.num.33.tom.ſecundo.crimi.
in fol. Ideo minus hæc ſunt veriſimilia, ſtante
probatione bonæ famæ,conditionis,& vitæ ip
ſius inquiſiti, de qua inferius. ad quod facit in
terminis Auguſtinus in dicta addit. ſuper gl.fa-

nia

ma publica,ſub verſi.poſtquam.num.114.
38 Secundo,† inquiſitio ſine inditijs per duos
teſtes probatis formari nequit,quod omnes in-
trepidè tenere atteſtatur Grat.conſil.57.nu.11.
uol.2.late Cæphal.conſi.204.nu.18.& 206.nu.
31. Rolan.à Valle conſi.16.nu.16.conſ.31.nu.
18.conſ.51.nu.23.uol.1.Rurſus,torturam præ-
39 cedere oportet † indicia.l.1.in prin.ff.de quęſt.
l.milites.C.eod.tit.& trad. Gand.ſub.rubrica de
quæſtion.& tor.Boniſa.ſub rubr.quæ indi.præ-
cedere debent,in prin.Brun.in d.trac.in quinta
quęſt.principali ſecundæ partis in prin.Marſ.in
l.1.num.3.ff.de quæſtion.in practica.§.conſtan-
te.in princ.& in ſing.117.incip.ad torturam.re-
40 gulariter enim à † tortura non eſt incipiendum
ex communi,* teſte Zaſio,conſ.19.num.31.in.
fi.vol.1.Clar.§.fi.q.64.verſ.dixi etiam,Boſi.in ti-
tu.de indi. & conſider.ante torturam in princi.
& num.26. Roland.de curte conſ.75.nume.16.
tom.1.crim.in fo..Hipp.Riminald.iun.conſ.88.
num.51.cum ſequen.Ioan.Turr.conſ.81.nume.
71.tom.crimin.ſecundo.in fol. Caſſon.tract.de
tormen.cap.4.& 5.Hippol.Bonacoſſa.qq.crim.
verbo,tortura.in prin. Menoch.de arbitr.iud.ca
ſu 270.num.1. Simon.de Prætis conſil.191.nu.
41 quinto.& conſil.15.num.19.aliàs † confeſſio fa
cta in tormentis eſt nulla. etiam ſi ſupcrueni-
rent inditia,vt dixit Bar.in l.maritus.ff.de quæſ.
Marſ.in d.l. quæſtionis.nu.10.in pratica.§.dili-
genter.nu.183. Gram.conſ.21.nume.20.quod
ita tenere communiter * Doctor.& Aduocatos
ait Alber.in l.maritus.nume.4.ff.de quæſtione.
Clar.vbi ſupra,Plot.conſi.65.nu.4.tom.1.crim.
in fol.Rol.de Curte conſil.75.nume.19.eodem
tom.1.Marcus.Brun.ab Anguill.conſi.61.num.
19.tom.2.in fol.Franc.Caſſon.tract.de tormen.
cap.5.num.4.Catus conſi.crim.99.nume.1.pri-
ma par.in 4.Foler.pract.crim.3.par.3.par.prin.
nume.32.34.& 38. Franc.de Placent.conſil.84.
num.12. tom.1.in 4.quod procedit etiam in cri
mine lęſæ Maieſt. quantuncunque grauiſſimo,
& deteſtando,ſecundum Bal.Ang.& Salycet.in
l.ſi quis alicui, per illam Textum C.ad l.Iul.ma-
ieſt. Angel.in d. tract.ſuper glo.che hai tradito.
la tua patria,in princip.vbi Auguſtin.in addit.
Brun.in d.tract.quæſtio.quinta,ſecundæ partes
num.6. Marſil.in dicta l. 1.num.3.in dicta l.quę-
ſtionis. num. 21.in l. de minore.in principio.in
pract.§ .conſtante. num. 20.& in §. diligenter.
num.175.in conſi.14.nume.20.& in conſili.18.
num. 7. Boſi.tit.de indi. & conſid. ante tort.nu.
77.& in ſpecie.num.198.& ex * communi Hip.
Rimin.d.conſ.88.num.53.Octaui.Cacher.de-
ciſ.Pedem.79.num.14.& 18.Franc. Caſſo.tra-
ctat.de tormen.cap.5.per totum,& cap.4.num.
10.Foler.pract.crimin.in tertia parte,tertiæ par.
32 princ. num. 2.licèt † iudex haberet liberum , &
generale arbitrium , tamen non poteſt aliquem
torturæ ſubijcere, niſi præcedentibus inditijs.
cum arbitrium non ſuppleat defectum inditio-
rum , ubi non exiſtunt.quod enim inditia præ-
cedere debeant quæſtionem, eſt de iuris ſolem-
nitate, & authoritate , quæ haud reſidet in arbi-
trio iudicis, ſed tantum facti quæſtio. vt notabi-
liter dixit Gand.ſub.d.rubr. de quæſt. & tortur.
num.41.verſ.pręterea,ego quæro,quem recen-
ſet Iaſ.in l.milites. C.de teſtam.mili. Marſ.in d.l.
1.num. 3. cauendumque inquit per iudices,qui
hęc libera arbitria habent,ne vnquam prætextu
arbitrij,nō pręcedentibus inditijs, homines tor
quent,Thom.de Piperat.tract.de fam.num.58.
Clar. §.fin.q.64.uerſ.dixi etiam,referens Affli-
ctum reſpondiſſe Regi Federico, quod nec au-
thoritate Regia mandare poterat Reum torquē
dum,contra quem non extarent ſufficientia in-
ditia. ſequitur Grammat. vot.32.num. 9. Hipp.
Riminal.iun.conſi.88.num.21.Hipp.Bonacoſſ.
qq.crim. verbo tortura.in prin.Foler.vbi ſupra,
43 num.3. Rurſus † inditia hæc,neceſſe eſt,ſint legi
time ſuſcepta , & ſufficientia, aliàs non præiudi-
cant. Dixi legitimè ſuſcepta,quia non qualiter-
cunque habita pro informatione iudicis , ſunt
habilia , vt quis torturę ſubijciatur:ſed requiri-
tur , quòd citata parte accepta fuerint,vt deter-
minauit Bar.in l.fi.ff.de quæſtion.per l.ſi quādo
C.de teſtib.dicens, quòd inditia habita ſuper in
quiſitione generali , & teſtes ſuper ea examinati
non præiudicant Reo , niſi repetiti parte citata,
& audita, quam Doctor.ſequuntur,ibi Alexan.
in addit. & Marſil.nume.8.Bartol.in l.maritus.
ff. de quæſtion. Bald.in l.iubemus. C.de probat.
Saliect.in l.fin.C.de quęſtion.Ang.in repet. l.ſi
vacantia. C. de bon. vacant.lib.10.Iaſ.in l.mili-
tes. C. de teſtamen.milit.concludens ex ſimili-
bus teſtibus examinatis , ſine partis citatione, &
non datis defenſionibus , nihil in eſſe poni,Gā-
di. ſub rubrica. quom. de malef. cognoſca. per
inquiſi. verſicu. ſed nunquid in introductione.
num.8. Angel.ſuper Glo.fama publica.verſicu.
qualiter probetur inditium.num.10.vbi Augu.
in addit.amplè Anton. Gomez.variarum reſo-
lut. lib.3.cap.13.num 12.vbi praticam docet, &
dicam infra in tertio requiſito, per Boſi.in titu.
de indit. & conſider.ante tortur.num.126.cum
ſequen. Vrſil.ad Afflict.deciſ.391.nume.ſecun-
do,Iacob.Leonis.conſi.55.num.6.tom.primo.
conſi.crimin.in fol.& in crimine læſæ Maieſta-
tis,Gigaſ.tract.de crimin.lę.æ.quæſt.21.num.5.
ac Octau. Cacher.ex * communi loquens in fi-
lio contra patrem in crimine lęſæ Maieſtatis de
ponentem deciſ. 79.num 18.& 19.Simon de
Prætis.conſi.15.num.18.& 36.num.primo.ubi
44 amplè in tantum , quod ſi eſſent mille † teſtes
recepti parte non citata, Reò minimè obeſſent
Fulgoſius conſilio 163.quod per ſupradictas,&
alias authoritates reſpondet Marſil. in dicta l.
prima,nume.quarto.ff.de quæſtio.& in conſilio
8.nume. 21.conſil.15.num.14.conſil.35.nume.
16.& alibi ſepe Grammat.conſi.10.num.1.cum
ſeq.& vot.30.nu.7.

Et ſi

45 Et ſi opponeretur ſtilum, & † conſuetudinem
adeſſe inciuitatibus Lõbardiæ, quòd teſtes exa-
minentur ſine citatione patris, & per eos perue-
niatur etiam ad torturam, quæ pratica videtur
ſeruanda, per Alexand. conſil. 65. colum. fin. vo-
lum. primo. quem ſequitur Blanc. in d. l. fin. num.
22. ff. de quæſtion. qui de aſſerta conſuetudine
atteſtatur. Dico hoc nequaquàm obſtare, quia
cum Blanc. non dicat aſſertam conſuetudinem
vigere in omnibus ciuitatibus, ſed tantum in
ciuitatibus Lombardiæ, quę verba verificantur
in duobus, non includit de neceſſitate hanc pa-
triam Inquiſiti. ſicut in ſimili videmus, quòd
46 per teſtes deponentes illos de vna † caſata ali-
quid feciſſe, non comprehenduntur omnes: ſed
talia verba verificantur in duobus Gram. poſt
47 alios uot. 26. num. quinto. Vlterius Doctori † at-
teſtanti aliquid eſſe de conſuetudine non credi-
tur, ſed conſuetudo debet probari, maximè quã
do eſt contraius, ita Bald. in l. ſi is qui. §. primo.
ff. de pignor. & in l. conſentaneum. in quinta
oppoſ. C. quom. & quan. Iud. Paul. de Caſtr. in l.
Titia. ff. de ſolution. Alexand. in l. poſt dotem.
colum. penultima. ff. ſolut. matrimo. vbi dicit,
quòd etiam ſi plures Doctores affirment, ita eſſe
de conſuetudine, illis non creditur, & hoc, quia
eis conceſſum eſt iura interprætari, non autem
ſuper his, quæ in facto conſiſtunt diſponere.
idem poſt alio firmat Iaſ. in d. l. de quibus colu.
penultima. ff. de legibus. quia ea, quæ facti ſunt,
plerunque etiam prudentiſſimos fallunt. & etiã
quia Doctor non poteſt ſcire quæ conſuetudo
extet vbique. & cum hac opinionem tranſie
Aretin. in conſilio. 132. dicens, nec credendum
etiam Religioſo deponenti ſine iuramento. mul
to minus credetur Doctori mortuo, Deci. con-
ſilio 142. numero quinto. ſubdens conſuetudi-
nem, quæ eſt in facto probanda, & in conſ. 285.
numer. ſeptimo. in conſil. 472. numer. 12. Marſi.
in pract. §. conſtante. numer. 15. & in conſil. 82.
numero. 41. quam opinionem magis commu-
** nem, ** maximè in conſuetudine loci, in quo
Doctor minimè ſit verſatus, recenſet Gozad.
conſil. 59. numer. 18. Octau. Cacher. deciſ. pe-
dem. 141. nume. 16. amplè Anton. Gabriel. com
mun. concluſ. libr. primo. de probatio. concluſ.
4. num. 3. & ſeq. Alex. de Neuo conſi. 13. numer.
7. & conſil. 84. num. 19. dixi aliàs conſi. 16. num.
37. & conſil. 43. nu. 53. & 54. Et quidem ſi dicta
conſuetudo exteret, mirum quippè, quod prędi
cti Doctor. quorum multi erant ex ciuitatibus
Lombardię, nullam de huiuſmodi conſuetudi-
ne mentionem habuiſſent, maximè in re tam
magni ponderis. ſed quid plura? nec ſaltem in
dicta terra, (vt mihi ſi ponitur) prout nec in ci-
uitate Mantuę talis conſuetudo viget. & hoc Ma
gnificus Dominus Iudex maleficiorũ cognitor
meritiſſimus non ignorat, cum hoc ſeruetur, vt
aſſumptis teſtibus pro informatione, & Reo exa
minato, poſtea formeẽ inquiſitio, & facta nega
tione, aut cõfeſſione, detur terminus ad proban
dum, in quo teſtes repetuntur, quod eſt ex for-
ma ſtatuti patriæ Mantuanæ, ſub rubr. de mod.
& form. proced. in cauſ. crimin. vbi expreſsè in
§. in qua quidem termini aſſignatione mandat
Iudicem non dehere admittere, vel accipere ali-
quam probationem, niſi parte citata, vel moni-
ta, quæ pratica eſt iuri cõformis, ita ut aliter de
48 ponentes † non probent. Angel. in d. tracta. ſu-
per Gloſſ. comparuerunt inquiſiti, & negaue-
runt poſt princ. Brun. in quinta. quæſtio. 2. par.
numer. 11. cum ſequen. Gram. vot. 11. numero.
16. amplè Franc. Viui. commu. opin. lib. primo.
verbo teſtes non poſſunt examinari, Curt. tra-
cta. de teſt. concluſ. 5. Celſ. Vgo. conſil. 210. nu-
** me. 13. dixi ex communiori, ** de mente Rotæ
Romanæ in conſi. 20. num. 65. lib. primo. Hipp.
Rimin. iun. conſi. 88. nu. 31. li. 1. Octau. Cacher.
d. deciſ. 79. num. 14. 18. & ſequen. & dixi ſupra,
etiam quod procederetur ſummariè, ſine ſtrepi-
tu, & figura iudicii.

Accedat, quod per aliud ſtatutum ſub rubri-
ca de tor. in primo. §. ordinatur in indiuiduo,
quod quilibet malefactor torqueri poſſit, cõtra
quem tamen appareant indicia ſufficientia ad
torturam, & quibus præcedentibus de iure com
muni torqueri valeat. & ſic ſtatutum prædictum
(circunſcripta quacunque conſuetudine, quæ
alibi foret ſi, ſi quę tamẽ adeſt) vult, quod ſeruetẽ
diſpoſitio iuris communis, qua attenta, vt ſupe-
rius deduxi, requiritur citatio, ad hoc vt teſtes re
cepit pro tortura inferenda Reo præiudicent.
Præterea admiſſa cõſuetudo non obſtabit, cum
tanquàm irrationabilis operaretur tantum, ꝙ Iu
dex nõ teneretur in ſindicatu, & eſſet liberatus
à pœna, non autem quo ad ualiditatem actorũ,
49 quia cũ citatio, † uti ſpecies defenſionis, nõ poſ-
ſit tolli à Principe, multo minus debet poſſe tol-
li per inferiores, qui inducunt conſuetudinem,
ita ſing. reſpondet, Marſi. in d. conſi. 8. nume. 26.
cum omnibus ſeq. vſq; ad nu. 35. & in effectu, ꝙ
dicta conſuetudo non eſſet obſeruanda, vbi de
vita hominis ageretur, tenet Afflict. vbi Vrſil. ad
dit. in deciſ. 391. dicens, ita fuiſſe concluſum per
Iudices magnæ curiæ, & ſacrum Concilium.

Secundario affirmaui, quod indicia debent
eſſe ſufficientia, quia etſi dici ſoleat, ea eſſe arbi-
50 traria, † iuxta textum in l. tertia. ibi. Tu magis
ſcite potes. ff. de teſtibus. Gandin. ubi ſupra, ſub
nu. 14. Bonifa. ſub. rub. quæ indi. debe. prę ced.
tort. nu. 6. & Brun. in d. tract. in tertia quæſt. pri-
mæ partis in prin. tamen huiuſmodi arbitrium
non debet eſſe irregulatum, ſed conuenire termi
nis iuris, refert Marſi. in d. conſi. 8. nu. 25. conſil.
34. nu. 2. conſ. 65. nu. 15. Franc. Caſſon. tract. de
torm. c. 6. per totum. Clar. d. §. fi. crim. q. 63. Nat-
ta conſi. 361. nu. 14. Bonacoſſ. d. qq. crimi. verbo
tortura, Simõ de Pret. cõſ. 15. nu. 18. & alibi mil-
les. qua propter circa caſum noſtrũ cẽſeo, ꝙ tam
de iure cõmuni, q̃ iure muncipali, q̃ concordant

in materia indiciorum, Depoſitio Herculis ſocij
aſſertorum criminum erit imperfecta, ad facien
dum indicium ad torturam, contra dictũ Iuliũ.
Prima, quia Hercules, facta confeſſione furti
cuiuſdam penulę modici valoris, non potuit in
terrogari cum tortura de alijs aſſertis furtis, ſu-
per quibus nulla pœnitus contra eum aderant
51 indicia. † l. 1. in prin. ff. de quæſt. & quia ſine in-
dicijs nemo torquetur, vt in terminis tradit Alc.
conſi. 52. volu. 3. Rolan. de Curte, conſil. 75. nu.
29. tom. 1. conſi. crim. in fol.
Et licèt Gandi. in d. tract. ſub. d. rub. de torm.
verſi. ſed quid de quæſtion. quę tota die occurit,
Bonifa. ſub rub. quę indi. debe. tor. præced. verſ.
ſed quid accuſatur, aliquis. nu. 11. Ange. ſuper.
d. glo. fama publica verſi. ſiquis vero confeſſus,
ſub. nu. 120. Guid. de Suza. ver. ſed quid de quæ
ſtio. nu. 56. vbi Bologn. in addit. & Parid. de Put.
ſub nu. 1. atteſtentur aliter de conſuetudine ob-
ſeruari. quod etiam per alios cõprobat Clar. in §.
fi. crim. q. 64. ver. ſucceſſiuè quæro, tamen nec di
cta conſuetudo probatur per authoritates ſupra
dictorum Doctorũ, vt ſuperius allegaui, nec pro
bata vti irrationabilis eſt ſeruanda, vt inqt Aug.
de Arim. in addi. prędictis in loco proximè cita-
to, qui adducit optimas rationes, ſequitur Marſ.
in pract. §. cõſtante. nu. 14. & 15. in conſ. 46. nu.
10. & 11. Brun. d. tracta. in 5. q. principali 2. part.
verſ. quid autẽ ſi quis. nu. 64. maximè quando
52 contra Reũ † non eſſet facienda exequutio mor
tis, vel non eſſemus in crimine aſſaſſinij, furti,
vel defraudationis annonę, vt in his caſibus tan
tũ in ſtatu Mediolanenſi ſeruari atteſtatur Clar.
d. q. 65. ver. ſucceſſiuè in fine. vel vbi non præce-
deret diffamatio ad minus generalis, ꝙ eſſet ma.
gnus latro, quæ diſtinctio placet. Marſ. in l. repe.
in fi. ff. de quæſt. & hanc partem in terminis ſen-
tit Gram. vot. 13. quia licèt ibi dicat, ꝙ inclinaue
rit in partem fauentem aſſertæ conſuetudini, ta-
mẽ ſubdit, ꝙ ſemper ſynderesis ſtimulus ipſum
ſolicitauit, donec Reus ille, de quo in ſuo caſu
fuit ductus ad tribunal, vt decapitaretũ, & ibi ſpõ
te declarauit ſe unà cũ ſociis nominatis per eũ
commiſiſſe delicta, quæ propalauit, & de quibus
fuerat interrogatus, nullis extantibus indiciis,
vnde ſentit manifeſtiſſimè, quod niſi prædictus
Reus feciſſet talem declarationẽ, nũquàm quie-
uiſſet, tãquàm quid mali, & contra debitũ egiſ-
ſet, concurrendo in partem ſupradictæ cõſuetu-
dinis. Sed quo nã mærore fuiſſet oppreſſus Grã.
ſi Reus ille non modo non declaraſſet, prout fe-
cit in confirmationem depoſitorum per ipſum
contra ſocios nominatos, verum potius illo ex
culpaſſet? quemadmodum in caſu noſtro con-
tingit, vt infra deducam, proh dolor. Ideo cum
Hercules de facto fuerit poſitus ad torturã pro
aliis furtis, & delictis, nullius omnino præceden
tibus indiciis, quicquid in tormentis, aut eorum
formidine faſſus fuerit, ſibi non potuit nocere,
53 & minus aliis ſociis, cõtra quos, vt teſtis † depo-
fuit. ita in indiuiduo firmat Bart. in l. 1. §. idem
Cornelio in l. maritus, & in l. quæſtionis. ff. de
quæſtion. Bal. in l. fi. C. de accuſ. Alex. conſil. 52.
col. 2. uer. nec oportet. uolu. 3. Dec. conſ. 189. nu
me. 15. uer. & quia fuit proceſſum, Marſ. in prac.
§. diligenter. num. 135. Gram. clariſſimè in conſ.
21. nu. 18. & uot. 6. nu. 10. Nec in propoſito heſi
tandum eſt ex ſupradictis, quando Hercules præ
dictus fecerit aſſertam confeſſionem in tormen
tis, aut eorum metu licèt tãtum fuerit eleuatus.
ſeruit in terminis Gram. conſil. 15. nu. 6. ſequi-
tur ideo ex his depoſitionem Herculis, modo ſu
pra tacto emiſſam nõ fuiſſe ſufficientem pro tor-
tura contra Anaſtaſium.
Secundo, dictũ Herculis minus fuit ſufficiẽs
ad torturam inferendam Iulio: quia ſtãte illius
depoſitione, modo quo ſtabat, antequàm confi
teretur, ipſe nullo modo potuit interrogari de
dicto Iulio, & hoc ſiuè velimus tenere, ꝙ contra
ipſum procederetur ſuper generali inquiſitio-
ne, ſiuè ſuper ſpeciali.
Primum probatur, quia eo caſu teſtis interro
54 gatus de aliis, † quando cõtra eũ aliqua exiſtũt
indicia, ꝙ ſciat delinquentem, puta ꝙ ipſe vacil-
let, & tali dicant eum ſcire veritatem taliter, ꝙ
vnum non ſufficit ſine altero. ſecundum Gl. in l.
vnius. §. teſtes, vbi Marſ. ff. de quæſt. Dyn. in reg.
ſine culpa. de reg. iur. in 6. Bart. & Marſ. in l. 1. §.
qui quæſtioni, & in l. ex libero, ff. de quęſt. Brun.
in d. tract. in. 5. q. 2. par. num. 56. & Blanc. in l. fin.
nu. 378. ff. de quæſt. ſed ante dictam confeſſionẽ
nulla huiuſmodi extabant indicia contra Hercu
lem prædictum, ꝙ ipſe ſciret Iulium delinquẽtẽ,
ergo interrogari de eo, nec generaliter potuit.
Secundum demonſtratur, quia tunc in caſi-
bus, in quibus poteſt de ſociis fieri interrogatio
de alio quis interrogatur in tormentis, quando
contra eum, de quo eſt interrogãdus, militat ali
55 qua pręſumptio, & adſunt aliqua † indicia, aliàs
non, ſecundũ Bar. in d. l. 1. in prin. vbi Marſ. col.
fin. in fin. Brun. in d. tracta. in 3. quæſtio. primæ
partis nume. 34. & in 4. quæſtio. 2. part. numer.
13. & Blan. ubi ſupra. ſed quando Hercules fuit
poſitus ad torturam, & in ea de iulio interroga-
tus, nulla pœnitus extabant indicia contra Iu-
lium, ergo non debuit de illo interrogari, & per
cõſequens eius depoſitio reſpectu illius fuit nul-
la, & minus ſufficiẽs. ita quod Iulius illius vigo-
re torturæ ſubiici poſſet, etiã in caſibus exceptis
ita ſing. Salic. in l. fi. col. fi. poſt. Cyn. C. de accuſ.
vbi dicit, quod hoc ideo eſt, ut freni temperies
Iudicibus apponatur. allegat. §. item ſeruus. in l.
prima. ff. de quæſtion.
Tertio (dato citra veri præiudicium) quod
indicia extitiſſent contra Herculem, quod ſci-
uiſſet Iulium deliquiſſe, vt dicitur: tamen ex quo
nulla ſpeciales præſumptio aderat cõtra ipſum,
nõ potuit ipſe Hercules de eo interrogari, cum
expreſſione ſui nominis proprij, ut factum fuiſ-
ſe legitur, quia hoc erat ipſum ſuggerere, nõ au-
tem

56 tem requirere,† vt eſt text.in l.prima.§. qui quæ
ſtioni.ff.de quæſtion. Gloſſ.in l. prius. ff. ad ſil.
trad.Salice.in d.l.fin. colum. final. Angel. in d.
tract.ſuper glo.fama publica.num.118.vbi Au-
gu.in addit.idem tenet Brun.in.d.tracta.3. quæ-
ſtio.pri.par.nume.23.24,& 25.& Gram.conſil.
59.num.8.Franc.Caſſon. tracta. de torm. capit.
15.per totum.Foler.pract.crim.3.par.3.par.nu-
me.76.cum ſequen.Boſi.titu. de exam.reorum.
numer.12.

Quarto Hercules ultra confeſſionem aſſerto-
rum furtorum per eum in ſocietate Iulij,& alio-
rum factorum,confeſſus fuit,ſe ſolum quàm plu
ra alia furta commiſiſſe, diſtinguens commiſſa
à ſe ſolo,& cętera cum alijs perpetrata, ex qui-
bus ipſe fuit,& eſt ex tot, & plurimis alijs deli-
ctis multipliciter maculatus, & infamis, vnde
proculdubio debuit repelli,nec ei credi, quan-
do etiam in caſibus,in quibus teſtis infamis ad-
mittitur, nunquàm tamen probandus eſt ille,
57 qui alijs delictis notatur, etiam quod eſſemus
in materia,in qua ſocius de alijs interrogare-
tur,ita per ſing.doctr.Angel. in l.hoc iudicio. ff.
de accuſatio.in propriis terminis determinauit
Marſi.conſi.74.num.1.& 2.conſil.91. num.ter-
tio.Socin.Sen.conſil.118.volu.primo.ex com-
* muni *Lauren.Chircou.com.opin.cent.4.con-
cluſ.40.Eman.Soarez.recept.ſent. verbo teſtis.
num.216.dixi alibi ſæpè,quibus addo Hipp.Ri-
min.iun.conſ.66.num.38.Simon de Pretis con
ſil.191.num.8.

58 Quinto ſocius † aſſertorum criminum, qui
pro delictis latrociniorum potuerit interrogari
de ſociis,cũ eſſet de exceptis, iuxta ea,quę trad.
Gand.ſub d.rub.de quæſt.& torm.nu. 16. Gl. &
alij in.d.l.fi.C.de accuſa.Bart. & alij in l. repeti.
ff.de quæſtio.non debuit ſimpliciter deponere
contra Iulium,ſed cum tortura, & perſeueran-
tia in illo dicto,per Alex.conſi.11.in prin.uolu.
1.Marſ.& cæteros adductos in crimine læſæ ma
ieſtatis,per Octau.Cacher. deciſ.pedem. 79. nu.
37.& ſeq.ex text.in l.ob carmen.§.ſiccarij. ff. de
teſtib.Carrer.in praxi crimi.in prin.nu. 122. ſi-
mon de Pret.conſil.191.num.7.& quidem cum
tortura legitimè illata.ſic enim generaliter intel-
ligendũ eſt,teſtes inhabiles,ſocios, ſeu defectuo
ſus admitti cũ tortura, ideſt ſi tortura fuerit eis
legitimè illata,& cum illa deponant, ut ex ſupra
dictis ſatis colligitur,q̃bus addo Gl. ſuper uerb.
palam,vbi Bal.in l.3.§.l.Iulia.ff. de teſt. Alexan.
d.conſil.11.colum.ſecunda.uolumi. 1. Marſi. in
l.1.§.diuus Antoninus.num. quinto. ff. de quæ-
ſtion.in l.fin.num.14.& 15.C. de ſicar. in pract.
§.diligenter.num.61.& 62. in conſil. 22.eo. nu.
conſi.78.nu.15.conſi.109.nu.13.conſi.130.nu-
me.4.& Blanc.omnino videndum in.d.l.fin.ff.
de quæſtio.nu.378.aliàs ſequeretur abſurdum,
& inconueniens conſiderabile,quod tortura il-
legitime illata,quæ Reo torto haud noceret,no-
minatis ſociis præiudicaret. quod nequaquàm
eſt firmandum.eſt pręterea intelligẽdum, dum-
modo cum dicto aſſerti ſocij cõcurrant admini-
cula,& coniecturæ,non autem ſi eius depoſitio
56 ſola ſit,& † nuda.ita Gl.in d.l. fi. ubi Salic. C. de
accuſa.Gand.ſub d.rubr.de quæſt.& tor.verſic.
nunc autem reſtat videre nume.18.Guid.de Su-
za.vbi Bolog.in add.in tracta.de indi.& tor. nu.
50.cum ſequen.Caſſo.de torm.cap.20.num. 4.
Brun.in d.3.q.1.partis ver. ad ſecundum. num.
34.vbi ſpecialiter dicit, quod ad hoc vt ſocius
60 † faciat indiciũ,plura debent concurrere; Nem
pè interrogetur in caſu permiſſo, ſecundo inter
rogetur in ſpecie contra aliquem, & non in ge-
nere.Tertio,quod contra ipſum conſortem in
ſpecie urgeat aliqua legitima præſumptio,idem
firmat Augu.in addit.ad Ang.ſuper Gloſſ.fama
publica ſub uerſicul.quæro an particeps crimi-
nis.num.31.Alexan.conſi.89.ſecunda col.ver-
ſicul.quinimmo, ſecundum Salice.uolum. 3.in
conſil.127.in fin.uolum.4 Dec.conſil. 189. ſub
num.10.verſi.2.etiam reſpondet Ioan. de Arn.
d.ſoliloquio.64.Caſſo.vbi ſupra.Marſ.in. d.l. 1.
§.Diuus Antoninus.nu. 5. & in l. 1. in prin. nu-
mer.33.ff.de quæſt.ac in ſing.209. ubi vltra præ
dictas authoritates allegat Bald. in l.ſi quidem.
C.de except.& Iaſ.in.§ item ſi quis, Inſtitutio.
de actio.idem tradit in d.§. diligenter. num. 59.
& 60.conſi.28.nume.17.conſi.74.numer.14.&
conſi.130.num.42.in quibus locis allegat Are-
tin.in cap.cum.P.manconella de accuſa. dicen-
tem,quod ad hoc ut detur fides ſocio criminis,
etiam in caſibus ſpecialibus vltra alia adminicu-
la,& coniecturas,requiritur quod uel ex nume-
ro teſtium, vel ex qualitate deponentium, aut
ex perſona eorum,contra quos deponit,veriſi-
61 mile † ſit eum nõ mentiri,& cum prædictis om-
nibus concordat Alexand.conſil. quinto. volu.
quinto.Rom.conſi.113.& 167.Gram.conſ.21.
num.1.uſque ad num.15.conſi.35.nume.25.&
num.48.& 49.conſ.37.num.10.cum ſeq. conſ.
44.num.1.conſ.66.per totum,& conſ.70. num.
6.cum ſeq.vbi hæc extendit ex mente Andr. de
Iſern.vera eſſe etiam in crimine lęſę maieſtatis.
dicto quod plures eſſent ſocii,quia tãtum faciunt
plures,quantũ vnus, ſequitur formaliter Octau.
Cacher.deciſ.pedem.79.nu.38.unde cum tor-
tura non fuerit legitimè illata Herculi, eo quod
nulla extabant indicia contra eum de alijs deli-
ctis,vt dixi,& aduerſus Iulium nulla alia admi-
nicula,& coniecturæ adeſſent,nec qualitas vitæ
illius ſuaderet ipſum eſſe latronem, cum fuerit,
& ſit bonæ famæ,& homo ꝓbarę vitæ, vt infra,
& de qua qualitate officium Iudicis erat ſe infor
mare,nec crederet ſimplici dicto Herculis ſecun
dum Gram. in dictis locis,ex hoc non fuit ſuffi-
ciens.

Sexto, quia dictus Hercules minus ueriſimi-
lia depoſuerat cõtra Inquiſitum, nam cum non
appareret,quod inter eos exiſteret magna ami-
citia,& familiaritas, immo potius ex conſtitutis

contrarium deprehendatur. Dicunt enim quòd à paucis diebus citra ſimul conuerſabantur, uidere neſcio quomodo ſit ueriſimile, quòd ipſi ſe ſe inuitauerit, & conuenerint ad perperrandum delicta aſſerta, cum(vt experientia docet) ſcelus committendum nota dignum non participetur niſi cum intimis, & valdè amicis. Prędi-
62 ctæ igitur depoſitioni † Herculis non erit ſtandum in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. facit Guid. de Suza. in d. tracta. numero. 28. uerſiculo. non tantum, Brun. in d. quæſtio. quinta. ſecundę part. numer. octauo. Blanc. in d. l. fin. numero. 32. ff. de quæſtion. cum accumulatis per Marſi. qui in crimine falſæ monetæ utitur hoc argumento. d. conſilio 74. num. 14. cum ſequen. Cacher. ex mente Mar[illegible] etiam Gigantis in crim. læſ. maieſta. deci[illegible]. 79. numero 38. in fin. Et ſi pro ut fiſcus arguit in proceſſu non eſſe veriſimile, quòd iuuenis quidam nominatus per Herculem dediſſet ſibi certam penulam ad uendendum, quia illius domeſticus non erat, multo minus credibile fuit, quòd Inquiſiti, qui non erant inuicem maxima amicitia coiuncti, ſimul delicta aliqua ſint patrati.

Septimo Hercules in pluribus ſuis conſtitutis varius, mendax, periurus, & ſibi ipſi contrarius extitit. Nam primo dixit ſe habuiſſe penulam, cum qua fuit inuentus à quodam iuuene Veronenſi, vt illam venderet, propterea ſe non commiſiſſe furtum illius. Et tamen facta prius illius recognitione per quendam tutorem, & Dominũ dictæ penulæ faſſus fuit ſe illam ſubtraxiſſe prædicto Domino. Secundo dixit, quod nihil dabat Catherinæ meretrici, quia erat ſua amaſia, tamen Gatherina ipſa examinata depoſuit contrarium, quod poſtea Hercules non diffitetur. Tertio interrogatus an aliquod furtum commiſſerit in domo illorum de Giſulfis, negauit, idem aliàs confirmans. At poſtea in tormentis fatetur, ſeque plurima furto eiſdem ſubtraxiſſe. Quarto interrogatus negauit ſe cognoſcere Ioſeph. Mambrinum, & ipſum percuſſiſſe aliquibus percuſſionibus, & tamen id poſtea affirmat. Quinto inrerrogatus inquit pecunias pro emendis veſtimentis, quę habebat, ſuperlucratum fuiſſe laborando lanas, poſtea ait dicta veſtimenta emiſſe cum pecunijs extractis ex rebus furatis per eum venditis. Sexto firmat ſe vendidiſſe lanam furatam cuidam ſutori, & inferius alia vice concludit lanam vendidiſſe alteri. Septimo dixit alienaſſe quaſdam res furatas Ionę hebręo, Ionas vero id negat, quod ipſe Hercules poſtea confirmauit, ſubdens uendidiſſe illas nonnulli Fabris ferrarijs. Octauo confeſſus fuit plura, & diuerſa furta, quæ poſtea negauit, aſſerens præ nimio tormentorum dolore illa faſſum fuiſſe, licèt tandem ad priorem confeſſionem reuertitur. Nono, poſteaquàm fatetur ſe in domo quorundam ſubtraxiſſe interulam, & loricam hamis contextam, & calidas. Interrogatus cui nam hæc bona vendiderit, reſpondit uni in plateis ſibi incognito, caligas nempè, & loricã pro duobus ſcutis, interulam vero pro ſolidis viginti, & tamen alia vice dixit ſe vendidiſſe loricam ſolã homini ualde magno pro ſcutis duobus, caligas vero permutaſſe reuenditori geſtanti caligas rubeas, & interulam prædictam vẽdidiſſe Moyſi hebręo pro ſolidis trigintaquinque. quibus in verbis bene perſcrutãdo, adſunt varietates quinque, Prima, quod prius dixit vendiſſe res omnes uni, poſtea diuerſis perſonis. Secunda, quod prius vendidit caligas, poſtea permutauit. Tertia dixit prius vendidiſſe loricam, & caligas pro duobus ſcutis, poſtea loricam tantum pro dictis duobus ſcutis, caligas vero permutaſſe. Quarta prius interulam uendidiſſe pro ſolidis viginti, poſtea pro ſolidis trigintaquinque. Quinta prius dixit, quod uendidit dictas res vno, & eodem tempore, alia depoſitione colligitur diſpenſaſſe illas diuerſis temporibus, atque perſonis, quæ quinque iunctæ cum alijs nouem conſtituunt quatuor decim uarietates, & periuria quindecim. Decimo quinto ſubdit quod ex denarijs extractis ex lana, lorica, interule, & caligis furatis, & uenditis, emit veſtem. quam habebat ſuper dorſo, & penulam. ſed quomodo eſſe poteſt, quòd ex denarijs caligarum emerit aliquid, ſi poſtea affirmat ſe permutaſſe caligas cum alijs, quas tunc habebat, ſexdecim de mendacio conuincitur, dum ait Iulium ſubtraxiſſe penulam in una contrata cum auxilio ipſius, & alterius, quod tamen ex depoſitionibus trium teſtium fide dignorum falſum redditur. Decimoſeptimo mendax eſt, quia atteſtatur Iulium expendidiſſe denarios extractos ex rebus furatis, vt dicitur, venditis in, & ſupra hoſpicio Moſconi, qui tamen id abſolutè negat. Multas alias contrarietates, mendacia, & periuria protulit, quas, & quę ſi ſingulariter vellem referre, plus æquo proliſior eſſem.

Ex quibus perpendi clariſſimè poteſt, quòd nullam omnino fidem faciebat, & ſibi nullate-
63 nus credendum erat. Teſti † enim uario, mendaci, & periuro non eſt deferendum. l. qui falſa. ff. de teſt. Spec. in titul. de teſt. §. primo. uerſicul. Item quòd ſunt varij, Bartol. in l. eos. ff. de falſ. colum. tertia. Marſ. in ſing. 103. incip. uarietas in conſil. 28. numer. ſexto. in conſil. 31. numer. 28. & conſil. 88. numer. quarto. Quinimmo nec periuro ad formandam inquiſitionem cre-
* ditur, ex communi, * de qua Viui. com. opin. uerbo in teſtem non admittitur. numer. 20. Roland. à Valle, qui ita iudicarum affirmat conſilio 16. volum. primo. poſui aliàs conſil. 20. numer. 61. conſil. 35. numer. tertio. & 34. numer. 76. & ſequen. libr. primo. addo Cæphal. conſil. 233. Quod vſque adeo uerum eſt, tu non tantum non probet in his, in quibus dignoſcitur contrarius, & periurus, at nec in alijs, ubi nulla in

cius

eius dictis adeſt contrarietas, trad. Marſ. poſt alios ab eo relatos.d.conſi.31.numer.34.& hoc operatur iuramentum, quod propter eius indiuiduitatem uitiat, & annullat totum dictum, Bartol.& alij in l.ſi ex falſis.C.de tranſact. refert Marſ.vbi ſupra.Prædictaque ſunt vera, etiam ſi varietates teſtis exiſtentes in eo met conſtarent circa circunſtantias. Crauet. conſil. ſexto. num. 14.ubi allegat Innocen.in capitul. fraternitatis, Bal.in lecturis, & conſiliis Aret.Alexan. & alij, & ſub num.19.plus ſubdit ex mente Bal.& Alexand.quod & ſi teſtis deponeret ſuper articulo impertinenti,diceretur periurus, quia ad iuramentum religioſè accedendum eſt, & teſtis debet veritatem in omnibus loqui. Nec eſt mi-
65 rum, quod teſtis † in iudicio,ubi contrarius nõ probet,quia etiam ſi extraiudicialiter unum cũ iuramento dixiſſet,& in iudicio contrarium affirmaſſet,ſimiliter non probaret propter periurium,ut per eundem Crauet .d.conſil. 6. nume. 15.referens Alexand.& Corn.ita tenere,& quę maxime procedunt in criminalibus, in quibus vt dicit idem Docto.ſub numer.16. cum probationes requirantur exquiſitę, & luce meridiana clariores,etiam poſt emendationem de delicto periurus,& contrarius repellitur,allegat.c.teſtimonium extra de teſt. & ſub numer.58. trad.ſupradicta procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis,in quo ut loquitur ſub numer.9. Princeps ipſe,regnum totum,& omnes ſubditi offenduntur. Octauo non fuit ſufficiens, quia omnino ſtandum erat primo dicto Herculis, antequàm inculpaſſet Iulium, quia cum fuerit interrogatus de ſe,& aliis, & ſine tormentis nihil dixerit contra ipſum,in tormentis autem, ſeu corum timore illum nominauerit in ſocium aſſertum, ſic uniformiter ſemper non depoſuerit, magis
66 debuit attendi dictum ſine tormenti, † ita Bartol.in d.l.§.quæſtioni.ff.de quæſtion. quem ſequuntur Aret.conſil.61.colum. prima. & Deci. conſil.175.& 189.colum.6.verſicul. nec obſtat quod ſecundum dictum ſub numer. 10. in fin. Octau.Cacher.deciſ.79. numer. 22. Nec dicatur,quòd Marſ.in.d.§.quæſtioni,dicat ſe non videre rationem diuerſitatis,quia tranſit, nihilominus cum diſtinctione Bart. ultra quod ſufficit nobis,quod alij communiter.*& maioris authoritatis, quam ſit Marſ.quales ſunt Aret. & Dec.tranſeant cum Bartol.neque etiam reſpondeatur dicto ſocij credendum duntaxat, quando illud,quod teſtatur,dicit in tortura ,ut ſupra, Ideoque magis debuerit attendi dictum in tormentis,quia ut iura iuribus concordentur,id intelligendum eſt de neceſſitate, vel primo quod hoc habeat locum,quando contra ſocium tantum deponit,& non contra ſe,vel ſecundo poſito quod loquatur in caſu, quo interrogatur de ſe,& ſocio,quando vniformiter vnum, & idem ſemper deponit,iuxta prædictam doctr. Bartol. in d.§.quæſtioni, non autem ſi uno modo ſine tormentis, & alio modo cum tormentis ſuum profert teſtimonium per ſupradicta, minus dicatur potius eſſe attendendum ſecundum di-
67 ctum cum tormentis, eo quod † periurium per tormenta purgetur, per Bartol.in l.prima.C.de ſumm.trinit.& fide cathol. quia contrarium eſt verius,vt ſentiunt prædicti Doctor. qui inquiunt ſtandum eſſe primo dicto,vltra quod id procedit in ciuilibus, non in criminalibus, ita ſingu.Dec.in.d.conſil.189.colum.ſexta.verſic. nec obſtat quòd infamia.numer.11.ſequitur Crauet.in d.conſi.6.numer.16.& 47. ubi pro corroboratione, quod non ſit ſtandum dicto cum tormentis ſub numer.48. inquit ſe non uidere rationem, cur potius ſit credendum teſti periuro cum tormentis, quam ſine, quia ubi quis eſt periurus,iuramenti religio in eo non conſideratur, & ideo uidetur ſine iuramento deponere, quod non releuat etiam in tortura. Confirma-
68 tur hoc,quia demum ſtandum eſt dicto † in tormentis, quando illud eſt ueriſimilius, quam ſit dictum ſine tormentis,ſic limitat Socin. in conſil.253.colum. prima.uerſicul. uel etiam, & clarius ſecundo uolum. ſequitur Deci. in d. conſil. 89.colum.ſexta.uerſicul.ſecundo. reſpondetur, quod dictum Crauet.d.conſil.ſexto.numer. 49. ſed ueriſimilius hoc caſu non eſt dictum in tormentis,cum fuerit ui tormentorum extortum, quorum metus ſemper durauit, tum quia non conſtat,quod Hercules,& Iulius eſſent ualde amici,& Hercules depoſuit per ſuggeſtionem, ac confeſſus fuit furta non uerificata, extititque tam uarius,mendax,& periurus, ac detexit ſe in famem ex multis aliis delictis, magis ueriſimile eſt illud,quod primo dixit,quia cum eo cõcurrit fauor innocentiæ,& præſumptio.l. merito. ff.pro ſocio, nulla aderat coactio, ſed ſpontanea fuit depoſitio, & quia quemadmodum faſſus fuit furtum illius (uulgo gabbani) accepti in domo Domini Alexandri,pariter dixiſſet de aliis furtis,id quod etiam plurimum ſuadebat nulla exiſtentia malæ vitæ Inquiſiti. Inſuper dum dicitur attendendum eſſe dictum in tortura,quando teſtis eſt varius, hoc intelligitur, ubi in teſte ſolum adeſt contrarietas, ita quod alio defectu teſtis non laboraret,ſed ſit aliunde habilis,& idoneus. quia quando ſunt plura obſtan-
69 tia, quamuis vnum tollatur, tamen non cenſentur alia ſublata, ut dicit Paul. de Caſtr. conſil.30.incip.ſuper iſto puncto, torturaque debet ſupplere defectum tantum, ob quem datur, & ad illum reſtringi,argumento.l. cancellauerat.ff.de his, quæ in teſta. delen.&ita ſubtiliter, & concludenter tradit Crauet. d. conſil. ſexto. numer. 54. 55. & 56. ſed in caſu noſtro Hercules patitur plures alios defectus, quàm contrarietatis,& periurij. Eſt enim ſocius criminis, infamis,& aliàs inhabilis, ſic tortura non poterat operari reſpectu aliorum defectuum, & per conſequens erat prorſus inſufficiens.

Tertio principaliter requiritur, quod ante-
70 quam ad torturam † perueniatur, detur Reo tor
quendo copia indiciorum contra eum exiſten-
tium, ad hoc vt illa, ſi uelit, poſſit ciuiliter impu-
gnare, atque purgare, ita Bartol. in l. final. circa
fin. ff. de quæſtion. Alexand. conſil. 65. in pri.
cum apoſtil. uolum. primo. communem.* dicit
Ripa. in l. ſecunda. numer. octauo. C. de eden.
Clar. §. final. quæſtio. 49. in pri. Boſi. titul. de in-
di. & conſi. ante tor. nume. 74. Marc. Ange. con-
ſil. 30. nume. ſecundo. tom. 1. conſil. crim. in fol.
Iacob. Leon. conſi. 55. numer. ſexto. Ange. Aret.
conſi. 72. num. 11. & 12. eod. tom. Ioan. Bapt. de
Plot. conſi. 72. nume. 44. tom. 2. crimin. in fol. &
hoc ut Reus ſuos patronos cõſulat, nunquid in
dicia ſint ſufficientia ad inferendum torturam,
nec ne. cui diſpoſitioni debent intereſſe Aduo-
cati, & ipſis tradi indicia, ſecundum Bartol. in l.
cuſtodias. ff. de pub. Iud. & in l. ſi poſtulauerit. §.
quæſtion. ff. de adult. Rolan. de Curte conſil. 75.
numer. 21. & 22. tom. primo. conſil. crim. in fol.
quod procedit etiam ſi ex conſuetudine ſeruare
tur contrarium, dummodo petantur, uel ſit ſe-
mel tortus, vel non ſumus in atrociſſimus deli-
ctis, ut declarant Boſi. & Clar. § final. crim. quæ-
ſtio. 64. verſicul. ſed quis ſi ille, Simon de Pret.
conſil. 36. numer. ſexto. conſil. 102. numer. 15.
& 104. num. 4. Hipp. Bonacoſſ. com. opin. crim.
verſic. indiciorum copia, idem tenet Gand. ſub
rubr. quomod. de maleſ. cognoſ. per. inqui. verſ.
ſed quæro nunquid. num. 16. cum limitatione,
niſi Reus eſſet aliàs homo malæ conditionis, &
famæ, Angel. ſuper. d. Gloſſ. ſama publica verſic.
item aduertas. nume. 37. ubi Augu. de Arimin.
in addit, qui dicta Gand. ubi ſupra declarat pro-
cedere in copia diffamationis, & teſtium rece-
ptorum ſuper diffamatione, quæ non debet da-
ri Reo malæ conditionis, & famæ, ſed copiam
indiciorum indiſtinctè dandam inquit.

Nec dicatur, quod hoc non habeat locum,
quando Iudex procedit ex mero officio per in-
quiſitionem in caſibus permiſſis à ſtatuto, per
Aret. in loco proximè allegato, qui allegat An-
gel. ita tenere in l. ſi uacantia. C. de bon. vacant.
in quibus, ut apparet ex lectura ſtatuti noſtri,
ſub rubrica in quibus caſibus proced. per in-
quiſitio. reperitur expreſſus iſte caſus, & Augu-
ſti. ibi in addit. dicit intelligenda eſſe dicta An-
ge. de copia † diffamationis, non autem indicio-
71 rum, & ita etiam firmat expreſſè ex communi*
Cœpol. in conſil. 65. aſſignans rationem diuer-
ſitatis, cur non ſit danda copia diffamationis,
ſed indiciorum, idem etiam tradit Par. de Puteo
in d. tracta. cap. & an ſi quis dixerit circa finem,
Marſ. d. l. prima. numer. quinto. ff. de quæſtion.
in pract. §. nunc uidendum in prin. in d. conſil.
octauo. nume. 24. conſi. 12. nume. ſeptimo. con-
ſil. 18. nume. 13. & in aliis multis, vnde cum co-
pia indiciorum exiſtentium contra Reum non
fuerit ei data ante torturam, eius confeſſio fuit
minus legitima. At dicet aliquis prædicta pro-
cedere, quando Reus petit illorum copiam ſibi
decerni, at diuerſum ſi non petierit, ut hic, at-
tento quod in actis non legitur indicia petita
fuiſſe, pro quo facit Text. in l. unius. §. cognitu-
rum. ff. de quæſtio. ibi Reo poſtulante, vbi Marſ.
& expreſſe firmat Blanc. in d. l. final. ſub numer.
31. ff. de quæſtio. & ita reſidet Marſ. in conſil.
56. numer. ſeptimo. cum ſequen. & utrunque di-
72 ctum, quod inquam petenti † detur, ſecus nam
petenti, communem *refert Clar. §. final. quæſt.
49. verſicul. ſed nunquid ex mente Nouell. tra-
cta. ad defenſ. pag. 89. Alex. de Neuo conſil. 86.
num. 4. Clar. q. 64. verſicul. ſed quid ſi ille, Boſi.
tit. de indi. & conſi. ante tort. nume. 79. & in tit.
de confeſſ. numer. 16. communem * inquit Ri-
min. Iun. conſil. 88. numer. 59. in pri. Quod ui-
detur de mente ſtatuti ſub rubrica de tor. in §.
& eorum copiam, vbi ad literam dicitur Iudi-
cem teneri, & debere facere copiam iudiciorũ
torquendo, & cuilibet pro eo petenti, antequã
ad torturæ ictum procedat.

Verum ad hoc reſpondeo, quod Par. de Pu
teo in d. tracta. cap. an poteſtas pagin. mihi. 93.
per totum, maximè circa finem, tenet Iudicem
debere pro maiori iuſtitia, exonerationeque ſuę
conſcientiæ dare defenſiones. etiam non peti-
tas, nec teneatur in ſindicatu, & apud Deum.
Nam dicit in prin. c. quod Reus poſſet reuocare
confeſſiones, quæ reuocatio eſt ſpecies defenſio
nis, vel poſſet habere defenſiones iuris, quæ ſic
debent admitti, prout defenſiones innocentiæ,
& ſubdit in fin. quod Iudices auidi nec is huma
næ aliter faciunt, & feſtinant ad condemnãdũ,
abhorrentq; defenſiones, præparantes ſe. & Prę
torium cum vexillis, pompa, & faſtu ad ſangui-
nem effundẽdum. ſequitur Franc. Caſſon. tract.
de torm. c. 4. nu. 11. Inſuper dico, ꝙ tunc Iudex
debet expectare petitionem indiciorum, quãdo
detentus eſſet homo literatus, eruditus, & pru-
dens, qui veriſimiliter ſciret petere copiam indi
ciorum, nõ ſi eſſet inexpertus, & literarum igna-
rus, qualis fuit, & eſt iſte carceratus, ut uoluit
Marſ. in d. §. nunc videndũ ſub num. 13. cum
ſeq. vſque ad numer. 20. ea ratione potiſſimum,
quia huiuſmodi perſonæ dicuntur miſerabiles,
quibus etiam nõ petentibus, Iudex debet impar
tiri officium ſuum, per. l. nec quicquam. §. Aduo-
catos. ff. de off. proconſ. Bar. & alios in l. 4. §. hoc
iudicium. ff. de damn. infect. & ſubdit ꝙ licet iu-
ris ignorantia nullum excuſet, quia unuſquiſque
tenetur ſcire, quid iura dictent per ſe, vel ſaltem
conſulendo peritiores, tamen cum Iudices ſo-
leãt tenere Reos in carceribus ſecretis, & nõ per
mittere illos alloqui Aduocatos, aut procurato-
res, nec aliam perſonam, in eis hoc ceſſabit, cum
non hebeant facultatem conſulendi peritiores.
Item dicit ꝙ iuris ignorantia prodeſt in damnis
vitãdis, & alia multa ad propoſitũ, & ꝓpterea di
ctũ ſtatutũ ſimiliter nõ uidetur intelligendũ in
homi-

73 hominibus†ignaris, quibus etiam non petenti
bus ſunt danda indicia ante torturam, vt forma
liter conſuluit Marſ. in d. conſil. 8. ſub nume. 36.
ver. præterea verba ſtatuti. conſil. 56. nu. 78. &
36. Petrus Calefactus. conſil. 109. nu. 7. Tom. 1.
conſ. crim. in fol. Non omitto quòd fuit proceſ-
ſum contra Iulium velo, & irregulariter, vt pa-
tet ex actis, quo caſu cum Iudices fuerint vigiles
contra eum in torquendo, examinando, & inter
rogando diuerſimodè, ita debebant eſſe ſoliciti
in dãdò eiſdem copiam indiciorum ratione æ-
qualitatis ſeruandæ, quã in iudicijs ſeruare con-
uenit. cap. in iudicijs de reg. iur. in ſexto. & hoc
argumento in terminis vtitur Marſ. d. conſil. 8.
nume. 37. ver. ic. præterea quòd Dominus Pote
ſtas præſertim cum Iudex ſemper debeat elabo-
74 rare, & inquirere pro innocẽtia†Rei, iuxta tex.
in l. & ſi non defendantur. ff. de pœn. vbi Barto.
& quæ traduntur. Barto. in l. prima. §. final. ff. de
quæſtion. vbi Alexan. in apoſtil. Marſ. ſing. ſuo.
59. & in pract. §. vltima quæſtio. nume. 12.

Et ſi inſtaretur, quòd Blanc. in d. l. fin. ſub. d.
nu. 31. in totum, reprobat diſtinctionem Marſ.
per nonnulla, quæ profecto ſunt leuia, tamen di
co, quòd omnino Blanc. in d. loco arctat Iudi-
cem ad dandum ſaltem Aduocatos Reo, per
quos ſint conſiderandæ eius defenſiones, & ſic
concludit procedere id, quod dicitur Iudicem
debere impartiri officium ſuum non petitum
in cauſa carcerati, nempè inueniendo ſibi Ad-
uocatum, qui cum habeat iuris cognitionem pe
tet copiam indiciorum, & alia peraget neceſſa-
ria pro Rei defenſione, & ait, quòd ita practica-
tur, ideo cum ſit vtrunqne omiſſum, dicta con-
feſſio redditur omnino nulla. ſed quid plura?

Dico copiam indiciorum fuiſſe petitam per
Reum, quàmuis non legatur in proceſſu, omiſſa
à Notario, quòd per depoſitionem Hieronimi
probatur. teſtatur enim quòd dum ligaretur ad
funem, petebat ſibi dari defenſiones, & rogabat
de hoc enixè Notarium. cuius dictum coadiu-
uat Dominus Petrus teſtis, qui inquit, quòd Iu-
dex Iulio, ſe cum eo querelanti, quòd ſibi defen
ſiones petitas non dederat, reſpondit ſic factum
fuiſſe volũtate Illuſtriſſimorũ Dominorum. quę
reſponſio includit petitionem defenſionum fa
ctam ex ore proprio ipſius Iudicis, ex qua reſul-
tat etiam petitio iudiciorum, quia appellatione
defenſionis id omne continet, per quod ad eã
peruenitur l. oratio. ff. de ſponſa. Spec. tit. de ex-
cep. §. fin. verſic. item nomen, & per conſequens
57 continentur indicia, ſine quibus defenſio † fie-
ri nequit, vt notant, dicit Cœpol. d. conſi. 65. nu-
me. 2. poſt Bal. & Paul. de Caſtr. in l. ſecunda. C.
de eden. Qua petitione attenta non poterat pro
cedi contra eum, immo in tortura ſuperſeden-
dum, & differri quæſtio, vt determinat Gãd. ſub.
d. rub. de tor. num. 23. verſ. ſed quid erit de quæ
ſtione, dicens quòd ita cõſuluit Dominus Lam-
ber. de Rampon. ſubdens quòd quando petita
eſt defenſio, niſi ſuperſedeatur, licitum eſt ap-
76 pellare, cum† tortura afferat damnum irrepara-
bile, trad. Guid. de Suza. in d. tract. verſ. ſed quid
de quæſtione de facto. nu. 62. Bonifa. ſub rubr.
quæ indicia deb. præced. tort. num. 14. verſi. ſed
quid, dum Iudex, Brun. d. tract. in 5. q. 2. par. ver.
item ad aliud. nu. 49. cum ſeq. ubi inquit ad ſal-
uandum Iudicem à ſindicatu, vtendum eſſe di-
ſtinctione, an petita fuerit defenſio, nec ne poſt
factum, ſed ante factum melius ageret Iudex dã
do indicia etiam non petita, concordat Augu.
de Arim. in add. ſuper d. uer. item aduertas. Et ſi
objceretur prædicta procedere, ſi ultra petitio-
77 nem defenſionis Reus allegaſſet † cauſam, quæ
uiſa fuiſſet Iudici concernere eius innocẽtiam,
ut poſt Paul. de Eleaz. in capit. grauis de depo.
trad. Alex. in conſi. 65. uolu. 1. quod eſt duplica-
tum in uolu. 2. conſi. 41. quem ſequitur Bologn.
in addit. ad Guid. de Suza. ſuper. d. uer. ſed quid
de quæſtione de facto Gram. not. 37. nume. 23.
Blanc. in d. l. fi. num. 26.

Reſpondeo quòd hæc limitatio non uidetur
uera, conſiderando quòd Gand. & Guid. de Su-
za. in locis proximè allegatis dicũt dandam eſ-
ſe defenſionem petitã ante torturam, maximè
quando tale quid allegatur, quo probato, non
poſſet procedi ad tormenta, ex quo enim utun-
tur dictione maximè, includunt idem eſſe nulla
cauſa allegata, Gloſ. in l. illud. ff. ad l. aquil. & ibi
Flor. Specu. tit. de diſput. & allegatio. §. poſt hæc
uerſicu. & not. Nec Brun. Ang. Par. de Put. Marſ.
Blan. & alij in locis prærallegatis (niſi Augu. de
Arim. qui tamen malè refert Gand. & Guid.)
aliquid dicunt de allegatione cauſę. quinimmo
Brun. ibi dum ait prædicta diſtinctione ad ſal-
uandum Iudicem à ſindicatu utendum fore, ſen-
tit expreſſe non eſſe neceſſariam allegationem
cauſæ quo ad ualiditatem confeſſionis, quæ ſe-
queretur denegata defenſione, id quod etiam
cenſeo de mente Alexandri. in deciſ. conſil. 65.
& 41. nume. tertio. in illis uerbis, ſed deueniens
ad id ſecunda colum. cum ipſe quoque conſul-
uerit pro ſaluando Iudice. Vlterius tunc cauſam
fore exprimendam arbitror, quando à petente
defenſiones ſibi dari inſtaretur per Iudicem, ut
cauſam defenſionis adduceret, ut in his termi-
nis loquitur Alexand. ſuper cuius authoritate
ſe fundant Bologni. Gram. & Blan. ut eſt uidere
in dictis duobus conſi. colum. ſecunda. uerſicu.
moueor, quia Ser Petro, quæ interrogatio non
fuit facta Iulio, quoniam Dominus Iudex ſurda
aure pertanſiuit, & obaudiuit, & obaudire diſſi-
mulauit dictam petitionem Rei, & nihil ei re-
ſpondit, tanquàm habens cor induratum. Inſu-
per dico, quòd Alex. ubi ſupra, loquitur in pſo-
na unius Iuriſperiti, qui bene in petitione ſua-
rum defenſionum habet exprimere cauſam, ne
aliàs uideatur illas petere gratia calumniãdi, ac
q̃a iuris pſumptione poterat eſſe inſtructus, q̃d
nã potuiſſe in ſpecie opponere contra proceſſũ

ſibi lectuum, & indicia contra eum fatientia. At
caſus, de quo agitur, non verſabatur in Iuriſpe-
rito, ſed in homine rudi, & ignaro, qui ignoraſ-
ſet, prout re ipſa ignorauit, opponere quicquã
contra dicta Herculis, & ea, vt ſupra, confutare,
Accedat, quòd Alexã. in dictis locis loquitur in
Iuriſperito pntente, in quo, ut ipſe inquit col. 3.
verſi. Accedit, quod ut inquit Innocen. timeba-
tur ſubornatio teſtium, vnde ei potuit iuſtè de-
negari copia indiciorum, verum nos in paupe-
re, & artifice. Et ita prædicta duo conſilia intelli
genda affirmat Hiero. Eucha. in add. nouis. ad
Ang. de Aret. in d. tract. ſuper d. ver. item aduer-
tas. Additur incip. ex mero officio.

Poſtremo ci. ca huiuſmodi cauſę expreſſio-
nem recta mente conſiderandum eſt quòd ideo
Iulius noluit palàm agere corã prædicto Prętore,
quia pro ſuſpectiſſimis eos habeat, cum ful-
minarent contra ſe, & propterea timebat ne ſua
defenſio ab eis opprimeretur, prout occultati vi
debat, & nõ ſcribi in actis torturam ſibi datam,
& reiteratam, neq; illius qualitatem, & modum,
& minus petitionem ſuarum defenſionũ. Nan-
que cum eſſet ibi pręſens, & omnia materno ſer
mone Notorio ſcribenda dictarentur ut fit, be-
ne poterat animaduertere, & bene (vt credo) ani
maduertebat, quia res ſua agebatur, an prædicta
ſcriberentur nec ne, & quòd hęc fuerit iuſta cau
ſa non exprimendi cauſam petitionis defenſio-
nis. probatur ex traditis per Bar. quem commu-
niter * ſequuntur ibi Doctor. in l. de pupillo. §.
ſi quis ipſi Prætori, ff. de operi, nou. nunti. col. 3.
ver. 5. quæro, vbi poſteaquàm dixit, quòd quan-
do opus nouum eſt nunciandum alicui Iudici,
& eo, qui debet nuntiare, adſit timor iuſtus, de-
78 bet fieri denuntiatior, & poteſtatio † coram vici
nis, quæritur ibi, quando dicatur adeſſe iuſtus ti-
mor. & reſpondet, quando Iudex ille conſueuit
homines in carcerare, violentiaſque, & iniurias
inferre, vel quia minatus eſt ſic facere, ex quo di
cendum eſt, quod probabiliter, & iuſtè quidem
potuit timere Iulius, cum ea, quæ egit Iudex ſit
exequutus, non contra alios tantum, ſed ſe ip-
ſum, nec mirando duntaxat, ſed re ipſa, & cum
effectu. Quodque verè contra reum fuerit pro-
ceſſum, prętermiſſa omni ęquitate, ac poſtpoſitis
legum regulis, tacitè ſaltem ſibi defenſiones de-
negando prorumpendo ad torturam, vltra ſu-
pradicta apertiſſimum oſtenditur, ex his, quę po
ſtea geſſit Iudex, vt omnino indefenſus remane-
79 ret, quę ſequentia † declarant pręcedentia, ſicut
econtra l. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. & ex
actu de præſenti pręſumitur, ſeu declaratur qua
lis fuerit in præteritum, trad. Alciat. & ibi apo-
ſtil. præſumption. 26. num. 8. Nanque eo, quod
ſciebat Iulium prouocaſſe ab eius ſententia, ſibi-
que opus erat ſuam iuſtificare appellationem,
quod ſine grauamine facere non poterat, ne il-
lud à Notario recuperaret, & ſic vt ſibi deſerere-
tur appellatio, commiſit ne dictum grauamẽ ali

quo modo exhiberet notario appellationũ, ni-
ſi prius eſſet ſatisfactum alteri Notario pro ſuis
expenſis proceſſus, cum non ignoraret hoc ipſi
Reo fore impoſſibile propter eius inopiam. Ad
dendum eſt, quòd quando Reus curauit exami-
nari nonnullos carceratos in fauorem ſuum in
hac cauſa appellationis, ipſe id maxima cum dif
ficultate conceſſit, & fuit ſuper hoc non modice
altercatum. voluitque in primis nomina carce-
ratorum examinãdorum ſcire. Nec ſuper inter-
rogatoris pro Reu præſentatis voluit teſtes con-
tra eum examinatos ante inquiſitionem repete-
re, quinimo dum illos repeti in cauſa appella-
tionis ſuper interrogatorijs, inſtaret, interroga-
toria præſentata in prima inſtantia Reo dari, ip
ſe ſe oppoſuerit, nec fuit dare remedium, quod
exhiberentur. quæ quantum fuerint, & ſint con
tra iuris terminos, cognoſcant omnes, cum nec
in notarijs defenſio ſit denegãda, Spe. ti. de not.
80 crim. §. 1. & illa non tantum competat † homini
bus, ſed animalibus quoq; brutis, ſecũdũ Marſ.
in prac. §. quoniã. nu. 76. quinimmo Diabolo ip
ſi ſit cõcedenda, vt dicit Cępol. d. cõſ. 65. in prin.
Marſ. in d. §. cogniturum. nu. 4 7. ff. de quæſtio.

Quarto confeſſio prędicta non fuit legitima,
81 quia extorta per † ſuggeſtionem, vt dixi ſupe-
rius, nec tantum Iulio per Prætorem interrogan
te fuerunt ſuggeſta aſſerta delicta, & declarata,
ſed quod eſt plus, fuit ei lectum totum conſtitu-
tũ Herculis, à quo potuit informari; & addiſce-
re reſponſionem faciendam, ita Brun. intermi-
nis in d. tract. in 5. q. 2. part. numer. 57. dicens,
quòd ſi quis interrogatur, vt principalis, debet
in genere interrogari. & dat exemplum, quòd
interrogatio eſſe debeat, an cum aliquo fecerit
rixam, deſcendendo etiam ad ſpeciem alicu-
ius, ſed quòd vlterius ipſum interrogare non de
bet, aliàs fortè doctus, & inſtructus metu tor-
mentorum, aliqua diceret, quæ nunquàm expli
caſſet, ſic contra ius confiteatur delictum, quod
fortaſſe non commiſit, tradit Angel. d. tract. ſu-
per. d. gl. fama publ ca. nume. 118. verſicul. 3. ſit
bene cautus. & licèt Auguſt. ibi in addit. ſcribat
ſe putare, quòd Iudex ad conuincendum mali-
tiam delinquentis, & ut illi notum faciat, quòd
ipſe ſcit illum criminoſum, poſſit interrogare
magis in ſpecie: tamen vult illud procedere, quã
do Iudici in genere conſtat de delicto, quod nõ
apparebat in caſu noſtro, vt demonſtraui. idem
voluit Marſ. in d. l. 1. §. qui quęſtioni. ff. de quæ-
ſtion. per illum tex. nu. 1. vbi ait facta interroga-
tione in genere bene notificantur indicia Reo,
ſed tradita copia, & aſſignato termino ad illa
purgandum ante torturam, ſequitur Fran. Caſ-
ſon. tract. de torm. cap. 15. per totum.

Quinto confeſſio eſt inualida, quia ſpeciali-
ter facta fuit contra formam ſtatuti prędicti, ſub
Rubr. de torm. Et omittendo nunc quòd fuit
cõtra formam dicti ſtatuti in hoc, quòd indicia
non præceſſerunt, & non fuerũt datę, & admiſſę
defen-

defenſiones petitæ, quia iſta duo requiſita cōſo
nant iuri communi, vt ſupra. Dico vlterius quòd
ſtatutum prædictum mandat neminem torque
ri, niſi vltra præſentiam Prætoris, & Iudicis inter
veniat aſſiſtentia Vicarij, vt in §. & quòd nullus.
iuber etiam confeſſiones, & negationes tortorū
ſcribi, modumque. & qualitatem tormēti, ac an
notari perſonas, & nomina illorum, qui præſen
tes fuerint torturæ, nec non diem, & horam tor
turę illatæ, vt in §. quorum tortorum. ſed quan-
do Iulius fuit tortus à iudice, non aderat pręſens
Dominus Vicarius, vt appatet in principio ter-
tij eius conſtituti, in quo ipſe confeſſus fuit. nec
fuerūt ſcriptę omnes eius negationes. fuit enim
omiſſa negatio facta illo ſero, quo Lucas exami
natus, vt ſupra, interuenit in tortura. nullibi etiā
legitur alia negatio, in qua perſtitit, quando fuit
eleuatus vſque ad ſummum, vt deponit Hierony
mus. Minus adeſt qualitas torturæ, quia nō fuit
82 ſcriptum ipſum tortum cum † compedibus gra
uibus, & ponderoſis, quod torturę genus, niſi in
caſibus, & criminibus atrociſſimis inferri per
Iudices debet, cum per illud, corpus Rei dilanie
tur, membraque, & oſſa quodammodo diſſoluā
tur, & auellantur à corpore, vt inquit Foler. in
pract. crim. 3. part. 3. part. principalis. num. 69. &
in 2. part. §. ſi poſt. num. 12. verſi. quæri ius, plura
inuehens contra Iudices aliter ſeruātes Grilan.
de quęſt. & torm. 4. quęſtione. num. 10. Non fue
runt etiam deſcripta nomina perſonarum præ-
ſentium dictæ torturæ, neque hora torturæ illa-
tæ, ergo dicta confeſſio fuit pænitus inefficax, &
nulla, vt expreſsè diſponitur in eodem ſtatuto
in §. erit aliquis, præcisè mandās, quòd ſi aliquis
contra formam dicti ſtatuti fuerit tortus, ipſo iu
re tortura ipſa, & quicquid exinde ſequutū fue-
rit, ſeu eius occaſione, nullius ſit effectus, & con-
feſſiones exinde extortæ, non valeant ipſo iure,
nec quoquomodo poſſint ratificari, & approba
ri poſt torturam. quòdque perſeuerantia, ſi qua
fieret circa prædictam torturam cōtra formam
præſentis ſtatuti, præſumatur, atque intelliga-
tur fieri metu tormentorum, & torturæ ſic inde-
bite illatorum, ſeu nouorum iterato ſic indebitè
inferendorum. Quod iuri communi conforme
cēſeo, quia forma nō ſeruata, actus omnino red
83 ditur nullus, vt in terminis † torturæ illatæ non
ſeruata forma ſtatuti ſuper ea diſponentis, trad.
Alexan. conſil. 1. volum. 3. Mar. plenè in d. con-
ſil. 8. num. 22. verſic. quod oſtendo pluribus mo
dis. d. conſil. 18. prima. & 2. col. in conſil. 29. nu-
me. 10. conſil. 65. cum ſeq. & alibi Hipp. Rimin.
iun. conſil. 88. nu. 58. Prędictæ ſolemnitates ſunt
traditę à ſtatuto pro forma. cum ſtatutum in plu
ribus locis vtatur his verbis præciſis contra for
mam. & ſecundum formam, & c. tum quia cum
reſpectu torturæ inferendę diſponat nonnulla,
quæ non reperiuntur diſpoſita de iure commu-
ni, & in eo addit clauſula annullatiua, cenſetur il
84 la omnia pro † forma tradidiſſe, Marſ. in locis
proximè citatis, & ſcribunt Doctor. in l. 1. ff. de
lib. & poſthum. Brun. de forma cap. 2. concluſ.
12. Octau. Cacher. deciſ. pedem. 165. nu. 5. & de
ciſ. ſeq. amplè. d. Gabriel. com. concluſ. de clauſ.
decret. irrit. num. 70. Rom. cum Mend. conſ. 66.
nu. 2. Ioan. Bapt. Aſin. ſuper ſtatuto de mod. pro
ced. in ciuil. §. 11. cap. 1. & præſertim attendi, &
obſeruari debuerunt, quia non ſunt leues ſolem
nitates. ſed maximi ponderis, & multum ſubſtā-
tiales, cum per earum obſeruantiam plurimum
Iudicum malitijs obuietur, & miſeris carceratis
conſulatur. Namque vltra præſentiam Prætoris
Iudicis, & pręſens eſſe debet Vicarius, quia tor-
tura dāda eſt coram honeſtis viris, vt, ſupra dixi,
allegando Bald. in l. legis virtus. ff. de legib. Tor-
tique negationes non poſſunt omitti, quia ſemel
85 † tortus perſiſtens in negatione, non poteſt ite-
rum torqueri, niſi alia noua indicia ſuperueniāt,
vt dictat prædictum ſtatutum in verſic. quòdque
ſemel tortus, iuri communi conforme per Bart.
& Marſ. in l. repeti. ff. de quęſtio. Marſ. in ſua pra-
xi. §. quoniam in pri. ſintque ſuperuenientia for
tiora prioribus. l. vnius. §. 1. ff. de quæſt. Bal. conſ.
276. vol. 1. Laur. ab Ocha. conſ. 60. num. 70. Mar
cobrun. conſi. 61. num. 2. tom. conſi. crim. in fol.
Rol. de Curte. conſil. 75. nume. 30. & 31. tom. 1.
conſil. crim. in fol. dicens Iudices contrarium fa
cientes, nec Deum, nec leges timere. Franc. Caſ-
ſon. tract. de torm. ca. 14. poſt Guid. de Suza. tit.
86 de indi. num. 3. ſubdens torturam non † repeti,
niſi duobus concurrentibus, quòd indicia ſuper
uenerint, & tortus in fortitudine corporis con-
ſtans perſiſtat, Curt. Sen. conſilio 60. in fi. Boer.
deciſ. 163. nu. 9. & 10. Menoch. qui dictum illud
* frequentiori calculo admiſſum ſcribit in tract.
de arbitr. Iud. caſu. 271. num. 5. Qualitas, & mo-
dus torturæ ſcribi debet, ut videatur an fuerit le-
uis, & modica, an magna, & immoderata, & an
modus in ea fuerit exceſſu, cum debeat dari ſe-
cundum uim indiciorum, & ut poſſit cognoſci,
an fuerint indicia purgata, nec ne, & amplius
tortura repetenda, ut colligitur ex ſerie ſtatuti
ante dicti in fin. prin. ibi debitè tamen, congruè,
& moderatè, &c. & in §. quibus non purgatis, &
in d. §. quòdque ſemel tortus, anotari debēt per-
ſonę, quæ fuerunt pręſentes torturæ, ut ſi conſul
rum Reo in probando quomodo fuerit habi-
tus, & tractatus in tortura, & quomodo, ac quali
ter confeſſiones fuerint extortæ. Demumque
non eſt omittenda dies, & hora, ut poſſit cogno
ſci quantum temporis ſpacium dimiſſum inter
unam torturam, & aliam ratificationem poſtea
ſequutam. Quia hoc eſt multum, & diligenter
obſeruandum, ut per Marſ. poſt alios in d. l. 1. §.
diuus Seuerus. ff. de quæſtion.

Sexto confeſsio non fuit legitima, quia dato
millies, citra ueri pręiudicium. quòd indicia iuri
dica, & ſufficienta præceſſiſſent, & alia, de qui-
bus ſupra interueniſſent, tamē cum Reus fuerit
87 bis tortus, & † conſtans fuerit in negando, ut ex
ſupe-

ſuperius relatis comprehenditur, amplius non poterat torqueri, qđ in terminis tradit Alexan. in cõſilio 5. col. 2. verſ. poſito, & quod alij teſtes volu. 1. Caſſon. de tormen. d. cap. 14. & ideo cũ fuerit perſeueratum in torquẽdo Inquiſitum indebitè, merito confeſſio nulla, & extorta præſumitur, per Alexan. allegantem Bar. in l. vnius. §. reus. ff. de quæſt. & alios dicentes, ꝙ ſemel tortus non eſt iterum torquendus, niſi indicia eſſent nimis vrgentia, & manifeſta, vt ſupra num. 42.

Sed contra prędicta video iamdudum ex parte Fiſci adduci, ꝙ hæc omnia corruũt, attẽto ſtatuto ſub rubrica. de prob. fien. in crimi. quo cautum reperitur, ꝙ ſocij participes criminis, & quicunque alij defectuoſi, & non maiores omni exceptione, ſint idonei teſtes in cauſis furum, & latronum, nec non ꝙ omnia alia, quę explicaui, debere torturam præcedere, & in ipſa interuenire, in præſenti ceſſent, quando dictus Prætor, & Iudex maleficiorum proceſſerunt in executione mandati Ducalis, quo conceditur, ꝙ eorum quilibet procedere poſſet, & deberet cõtra quoſcunque fures, latrones, & homicidas, & alios in dicto mãdato expreſſos, iuris, & ſtatutorũ ordine ſeruato, vel non ſeruato cũ omni genere tormẽtorum, etiam ꝙ non extarent inditia ſufficientia ad torquendũ, & prout ipſis, & cuilibet ipſorũ videretur, & placeret, vt veritas eruatur, & poſtea cauſas ipſas de iure per ſententiam terminarẽt, aliquo non obſtante in contrarium faciente.

Verum ad hęc, & in primis ad dictum ſtatutũ reſpõdeo illud nequaquam obſtare, quia ſupra dicta reſpiciunt materiam inditiorum, quæ requirebantur de iure communi ad inferendum
88 torturam, quorum reſpectu † ſtatutum antedictũ nullum profecto inducit priuilegium, ſed tantũ loquitur reſpectu veræ probationis faciendæ ſuper delictis commiſſis, quod demõſtratur, quia cum rubrica declaret nigrum, vt voluit Bal. in l. 1. C. ne liee. tert. prou. quem ad propoſitum rubricæ ſtatuti citat Alex. in conſil. 38. colum. fin. volum. ;. & d. rubrica vtatur verbo probationibus, cuius efficacia eſt, vt intelligatur de vera, & plena, vt dicit Marſ. in l. de minore. §. plurimum. num. 103. ff. de quæſt. & in rubrica. C. de probation. num. 6. dictum ſtatutum intelligitur tantũ de plena, & concludenti probatione, non de inditijs ad torquendum, ſuadetur hoc ex verbis nigri. Nam in principio ponit regulam, ꝙ maleficia probentur pro probationes legitimas, & teſtes idoneos, à qua regula in ſequẽtibus excipit crimina furtorum, latrociniorum, & alia, vt ibi, vnde cum regula euidẽter loquatur de vera probatione, vt apparet ex illis verbis maleficia probẽtur, ergo, & exceptio, quia per exceptionem derogatur regulæ prædictæ ſolum in hoc, ꝙ in delictis ibi exceptuatis ſufficiunt quicunq; teſtes etiam non idonei, & minus integri, verè tamen probantes, quia exceptio in non exceptuatis firmat regulam. Bar. in l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtruc. & latè Deci. in l. 1. colum. 3. ff. de reg. iur. & deueniendo ad immediata, ꝙ dictum ſtatutum, etiam in caſibus ab eo exceptis loquatur de vera probatione, quæ debeat fieri per dictos teſtes inhabiles expreſsè deciditur in exceptione prędicta in illis verbis, qui notitiam verã habent, videlicèt, & in alijs verbis poſitis in verſic. verũ quia, vbi probatio vera, &c. in quo verſic. à probatione vera tranſitũ facit ſtatutum ad indicia. Confirmatur hæc intelligentia alio medio, quia ſtatutum ſuperius allegatum ſub rubr. de tormentis, ponit in indiuiduo, ꝙ torturã præcedere debeant inditia ſufficientia de iure communi, vnde vt iſta duo ſtatuta ſimul conueniant, declaratum eſt, ꝙ dictum ſtatutum ſub rubr. de probat. inducens ſpecialia, loquatur tantum ad vera probatione, & non de inditijs ad torturam in quibus nulla ſpecialitas inducitur per aliud ſtatutum antedictum, ſub rub. de torm. vltra ꝙ etiam ſi dicta ſtatuta inuicẽ expreſsè oppugnarent, tamen magis deberet attendi in propoſito inditiorum ſtatuta ſub rub. de tormen. quia loquitur magis ſpecialiter in materia tormentorũ & inditiorum, tum quia magis conſonat iuri cõmuni, quàm aliud ſub rubr. de probat. quod nõ ſic pręcisè loquitur in materia tormentorum, & inditiorum, nec eſt ſic conforme cum iure communi, prout ita eleganter concludit Dec. conſilio 3.

Quantum vero pertinet ad dictum mandatũ audacter affirmo, quod illius diſpoſitio nullatenus derogauit prędictis requiſitis, Quod vt clarè percipiatur, animaduertatur quæſo.

Primo dixi, ꝙ ante torturam inferendam de delicto, prius liquere debet, ꝙ modo dictum mãdatum huic requiſito non obſtet, demonſtro ꝑ doctrin. Bald. in l. ſi quando. C. vnde vi, vbi dicit
89 per illum text. ꝙ ſtatutum dans † arbitrium Poteſtati de torquendo, intelligitur ſemper dummodo de maleficio conſtet. idem refert, & ſequitur Brun. in d. 4. quæſtione. ſecundæ par. nume. 11. quod magis ſpecificè probatur ꝑ Bar. in l. filius famil. ff. de donat. cum quo concordat Bald. in l.
90 milites. C. de milit. teſtam. Qui volunt † Iudicem habentem facultatem procedendi nulla ſeruata ſolemnitate (quam tamen poteſtatem non tribuit dictum mãdatum, vt inferius ſcribam) hoc obſeruare, ꝙ ſibi vt Iudici per teſtes duos, aut teſtes tres iuxta iuris diuini diſpoſitionem, nunquàm autem vt priuato liqueat delictum eſſe cõmiſſum, idem tenet Alexan. in apoſtil. ad Bar. in d. l. filiusfamilias, in cip. remanent. Cataldi. in d. tract. verſi. Ad de quod nunquam iniquum arbitrium. nume. 56. Par. de Pur. in tract. ſindic. c. an arbitrium, ſub num. 13. verſic. poteſtas, ſeu Capitaneus, & in cap. Poteſtas, qui habet ſub num. 4. Iaſ. qui hoc pro ſing. commẽdat in §. in bonę fidei colum. 5. verſic. an vigore talis arbitrij. Inſtit. de actio. Franc. Caſſon. de tormen. cap. 2. Octau. Cacher. deciſ. pedem. 76. nu. 44. cum ſeq.

& pro

& pro ac concluſione multum faciat text.in l.Di
uus,vbi Bart.& Docto.ff.de milit.teſtam.& §.pla
nè.Inſtit.eo.tit.vbi Ang.& alij,maximè Baue.in
91 quibus locis tenent pdicti Doctor.ꝙ†priuilegiū
conceſſum alicui actui, ita demum effectum ſor-
titur, ſi prius cōſtet actum illum eſſe factum,quę
omnia inducuntur in argumentum ad ſtatuta
diſponentia,ꝙ nulla exceptio poſſit opponi cō-
tra ſententiam , & quod Villa teneatur emen-
dare damnū futurum paſſo, de quo ſtari debeat
eius iuramēto. Nam ante omnia conſtare debet
92 de ſententia Valida,& de † damno dato,multa
* Plor.ex * communi in l.ſi quando.nume.686.&
759.C.vndeui.ſic igitur dicendum eſt in præſen
ti, & licet mandatum det arbitrium proceden-
di contra fures, latrones,&c.prius tamen cōſta-
re debueris de furtis commiſſis, & latrocinijs,
ita ꝙ de-?de conſtito prius de actu dicti manda-
ti priuilegia vires ſortiantur,&c.
Secundo dixi indicia debere præcedere,ꝙ au
tem nec iſti requiſito prædictum mandatum re-
pugnet, probatur manifeſtè, quia illud non dat
arbitrium torquendi ſine vll.s omnino indicijs,
ſed concedit tātum,ꝙ ad torturam deueniri poſ
ſit,etiam quod non extent indicia ſufficientia,et
ſic pręſupponit aliqua, tūc autem nulla exiſtere.
pro cuius confirmatione facit, ꝙ ſi procedat vi-
gore cuiuslibet etiam ampliſſimæ, generalis, &
abſolutę conceſſionis, in qua tamen nulla facta
ſit mentio de poteſtate torquendi cum inditijs,
vel ſine,ſed ſimpliciter ſit emiſſa,& torturę locus
93 non erit nili,niſi præcedāt † inditia,ſecundū no-
tab.doctrin.Gand.ſub rubrica.de quęſtio.& tor
men.num.41.verſic.præterea, ego quæro quē,
& alios idem tenētes ſequitur Iaſ.in d.l.milites,
& in d.§.in bonefidei colu.7.verſ.non autem vi-
gore dicti ampliſſimi, Mar.in d.l.1.ſub.nume.3.
ff.de quęſt. Paul.Leaz.in c.grauis,depoſit.Hipp.
Bonacoſſ.quæſt.crim.verbo arbitrio iudicis,Me
noch.de arbitr.Iudic.Caſu 270.nume.24.Quod
procedit etiam in crimine læſæ maieſtatis,ſecū-
dum Bald. & alios in d.l.ſi quis alicui. C.ad l.Iul.
maieſt.Marſ.vbi ſupra proximè,& in conſil.14.
num. 20.in quo tamen proceditur extraordina-
riſſimè, vt in extrauag.ad reprimen.per totū &
ſcripſi ſuperius, ac per Octau. Cacher.deciſ.79.
num.14.ergo multo magis dicendum eſt in caſu
dicti mandati,quod præſupponit aliqua præexi
ſtere indicia,nec omitto, ꝙ ſi omnino exclude-
ret exiſtētia indiciorū, quàmuis ſacrilegij inſtar
94 eſſet de † Principis poteſtate diſputare.l.ſacrile-
gij.C. de diuerſ.reſcript.tamen fortaſſe ſecundū
aliquos non valeret, vt voluit Andr. de Iſern.&
Afflict.quos refert Gram.in conſil.45.num.34.
& 35.& in vot.30.num.12.& 13.& 32.nume.9.
vt merito reſpōderit,vt ſupra, Afflict.Regi Fede-
rico Neapolis,nec authoritate Regia poſſe man
dare hominem torqueri, cōtra quem non extra-
rent indicia ſufficientia,probat,& ſequitur Clar.
§.fin.crim.in.q.64.verſic.dixi quoq; Vrſil.ad Af
flict.deciſ.391.Bonacoſ.d.q.crim.verbo tortura
in principio.Pro quo inſeruit ratio concludens,
quia ſicut Princeps non ordinat,ꝙ probatio ve-
ra,naturalis, atque diuina quę eſt,vt in ore duo-
rum,vel trium ſtet omne verbum,in illis caſibus
in quibus requiritur,locum non habeat,vt dixit
Bart. not. in l.1.ff.de milit.teſtam.& in d.l.filiuſ-
fam.ita ſimiliter concludendū videtur,ꝙ in alijs
caſibus in quib. pars veræ probationis requiri-
tur,vt ſunt indicia illa nullo modo per quamcū-
que diſpoſitionem tolli valeant,cum idem iuris
ſeruandum ſit in parte, quo ad partem,quod in
toto,quoad totum.l.ſi ſeruus ff.de acquir.hęred.
& l.qui ſcit.ff.de vſur.& §.nihil autem, Inſtit.de
fideicommiſ.hęred.cū vulg. Princeps enim non
mandat, ut Reo defenſio non detur, Roland.à
Valle conſil.12.num.30.& ſeq.volum.3.
Et circa talem inditiorum exiſtentiā vlterius
ſubieci, quòd debebat eſſe legitimè ſuſcepta
parte citata, quod pariter in præſentiarum affir
mo, quandoquidem non video,ꝙ in aliquibus
eius verbis mandatum voluerit derogare ſolem
nitati citationis. Nam illa uerba iuris, & ſtatuti
ordine ſeruato, vel non ſeruato,eam non aufe-
runt,quorum, vt habeatur vera intelligentia,vi-
95 dendum eſt quid ſit † ordo, & quid ſit ſolemni-
tas, & quidem ordo iuditij eſt ſubordinatio plu
rium actuum per prius, & per poſterius, ſerua-
to legis mādato.quādo ergo ſubordinatio actū
requiſita non cuſtoditur, ſed præmittenda poſt
ponuntur, & poſtponenda præmittuntur.Tūc
dicitur ordinis peruerſio, & ordo non ſeruatur,
qui cadit inter plura.Solemnitas vero eſt indiui
ſibilis.& conſiſtit in faciendo actus requiſitos,&
neceſſarios, qui ſunt ordinis ſecundum formā
iuris,putaꝙ feratur ſentētentia in ſcriptis,Iudice
ſedente,in loco cōgruo,præſentibus, aut citatis
partibus,& cauſa cognita,teſtium adhibitio,ro-
gatio,& ſcriptura.Hęc traduntur per Bal.in l.1.
colum.2.vbi diſtinguit formam, ſolemnitatem,
& ſubſtantiam.C.de ſacroſanct.Eccleſ.l.cum ve
ritas.C.de fideicom.in l.prolatam, ubi Salic.&
alij.C.de ſent.cum quibus concordat Par.de Pu-
te. in d.tract.in cap.verum Iudex.pag.mihi.269.
nume.8.modo ſenſus planus dictorum verborū
eſt, vt ea quæ ſunt ordinis iudiciarij in crimina-
libus potuerint peruerti, ita qđ ſtante dicto mā-
dato nō fuerit neceſſaria ſubordinatio actuum,
qui eo non exiſtente obſeruari debuiſſent, ſecū-
dum Bal.in d.l.prolatam in fin.vbi allegat.c.ex-
hibita extra de Iudi.non autem aliquo modo de
rogauit his,quæ ſunt ſolemnitatis,prout eſt cita
tio partis.Nam ſi voluiſſet, qđ poſſet fieri ꝓceſ-
ſus ſine ſolemnitatibus, dixiſſet nulla ſeruata iu-
ris ſolemnitate, & tunc bene potuiſſet etiam
omitti ordo iudiciarius, quia nomen ſolemnita
tis poteſt poni etiam pro ſolemnitate ordinis,
vt dixi Bal.in d.l.prolatam colum.2.verſi.quęro
96 ſi ſtatutum dicit, & in effectu ꝙ † clauſula præter-
miſſo iuris ordine intelligatur, ut dixi reſpectu
ordinis

Digitized by Google

ordinis iudiciarij, non autem exeludat plenam
probationem,& cognitionem,quin delatio de-
tur, citatio exigat,& alia obſeruari debeant,quę
ſi omitterentur, non poſſet ad primum eſſe re-
greſſus dari, via defenſionis præcluderetur,
voluit in indiuiduo Spec.in tit.de offic.omn.Iu
di.in § poſtremo,verſic.6.quærendum eſt in fin.
verſi. ibi Hoe quoque prætermittendum nō eſt.
Ceteros allegat Hipp.Bonacoſſ.qq.crimi.verbo
97 arbitrium Iudicis,quod † arbitrium operatur tā
tum circa ſolemnia iudiciorum,& in proceden-
do,non autem circa deciſoria,& probatoria,ſeu
in decidendo, not. Beninten. deciſ.Bonon.31.
hum.4.ae reduci ſolet ad ius commune, vt con-
tra Iudices inuehit, & notat Franc. Caſſon.de
tormen.capitulo primo numero decimo & cer
98 tè dicta verba non poſſunt plus importare,quā
illa,† ſummariè,ſimpliciter,de plano,ſine ſtrepi-
tu,& figura iudicij,per quæ tamen ſuper ordine
tantum iudiciario videtur diſpoſitum,tradit Bar.
in d.extrauag.ad reprimendum, in verbo videbi
tur verſus finem, & in verbo,& figura.verſicu.
quæro igitur,& habetur in clem.ſæpè per illum
Textum,de verbo.ſignific.

Verum poſito ꝙ mandatum dieeret,nulla ſer
uata † ſolemnitate, nec adhuc per eſſet dero-
99 gatum ſolemnitati citationis,quando per huiuſ
modi elauſulam ſolum ciuiles ſolemnitates, & il
læ tantum, de quibus infra,intelliguntur ſubla-
tæ,non autem quæ ſunt iu-iſgentium, aut natu-
ralis, prout eſt citatio,defenſio, ac ſimiles,quæ
vbique obſeruantur,etiam coram Senatu Regio
in terminis Bar. in d.l.filiusfam.ff.de donation.
& in d.extrauag.ad reprimen.in glo.ſuper verb.
& figura, verſic.quęro igitur verum ſit neceſſe,&
in verſicu.puto tamen ꝙ iurare.debeant,& in d.
verſic.videbitur, ſequitur Roma.in rub.ff.de ar-
bitr.col.mihi.8.verſi.17.pone ꝙ ſtatutum dicēs,
ꝙ citatio eſt de iure naturali,nō ſimpliciter pro-
pter ſe, ſed habito reſpectu ad deſenſionem.&
Bar.ſequitur Guid.Pap.in tract.de reſcript.nu.8.
16.17.& 18.præterquàm in eo ꝙ Bar.facit diffe
rentiā inter verba ſine figura iud.& verba ſine ali
qua ſolēnitate,Carrer. amplè de heret. nu. 108.
& pro d.concluſ.eſt textus in Clem.ſæpè præal-
legata,& in c.paſtoralis de re iud.in quibus locis
idem tradunt Doctor.Felyn.in c.in omni il pri.
extra de teſtib. Iaſ.in d.l.milites in fin.& in d.§.in
fuerūt recepti eo citato, ante torturam, & inqui
ſitionem, minus poſt inquiſitionem repetiti,
nec in principali, nec in appellationis cauſa.
quinimmo in proceſſu appellationis, dum inſta-
retur pro parte Rei, vt repeterentur ſuper inter-
rogatorijs ſuis, fuit oppoſitum à Fiſco eos mini-
mè repetendos eo, quod Fiſcus illis non indige
bat, & ita ſtante dicta declaratione fuit pronun-
tiatum, ſic nihil operantur contra inquiſitum,
tum ob defectum citationis, tum quia ſi teſtes
145 examinati contra reum non † repetuntur ſu-
per interrogatorijs ſuis, non ualet eorum dictū,
nullatenuſque ſibi præiudicant, in terminis
tradit Marſ. poſt Bal. Barba. & alios, quos refert
in conſilio 65. numero 40. ſubdens teſtem non
facere indicium, quando modus examinandi
non eſt congruus: puta non ſit interrogatus ſu-
per his, in quibus erat interrogandus, quod
** aliàs ex magis communi, ** comprobaui in con
ſil. 20. num. 65. lib. pri. & quod tale examen non
ritè factum, non careat ſuſpicione, & dicta omiſ
ſio repetitionis ſuper interrogatorijs malicio-
ſe procurata, ne teſtes deponerent ore proprio,
quo nam modo, qua via, & arte fecerint aſ-
ſer as confeſſiones contra ſe, & alios, Deus
optimus maximus ſcit, qui ex malo bonum pro
ducens, conuerſus eſt in auxilium, & fauo-
rem Rem. Vnde laudetur ſemper ſua diuina
maieſtas.

Nonò, nihil faciunt, quia alter reuocauit ea,
quæ dixi, vt coſtat in proceſſu appellationis.
quo ſtante datur intelligi, quod ipſe omnia vi
tormentorum depoſuerit, & ita ipſe in reuoca-
tione proteſtatus fuit, ex quo nullam fidem fa-
cit. l. 1. §. diuus ſeuerus, vbi Bart. & alij. ff. de
quæſt. maximè quia non poteſt allegari etiā re-
ſpectu ipſius, quod perſeuerantia ab eo facta fue

rit ſpontanea, taliter quod metus fuerit purga-
tus, cum ſemper durauerit in eo idem tormen-
torum metus, quia eadē poteſtas ipſum torquē
di ſuberat continue, vt in principio dixi, & ef-
fectus ipſe hoc oſtendit, cum ſtatim relaxatus
ab examine dictam depoſitionem reuocauit, ſer
uit in terminis deciſ. Marſ. in l. repeti. numero.
31. ff. de quæſtion. firmatis, quod ſi inquiſitus de
146 maleficio, etiam tali, in quo † de ſocijs poteſt
interrogari, ſeruatis ſeruandis fuerit tortus, &
confeſſus, & nominauerit Titium in ſocium, po-
ſtea vero ductus ad bancum iuris pro ratifican-
do dixerit ſe non commiſiſſe maleficium cōfeſ-
ſum, ſed illud per torturam propalaſſe, dictus
Titius nō poterit vigore primæ confeſſionis in-
quiſiti poni ad torturam. ſic, & in caſu noſtro
deductum eſt, quod virtute atteſtationis Vin-
centij reuocatæ, dictus Iulius non poſſit cenſeri
conuictus, & debeat condemnari. dictaque de-
ciſio Marſ. fortius ſtringit, quia non vult vigore
illius depoſitionis reuocatę, ut ſocius poſſit tor-
queri, ergo multo minus dictum eſt, quod poſ-
ſit fieri condemnatio in caſu noſtro. præterea
Marſ. ibi loquitur, dum teſtis deponit ſeruatis
ſeruandis de iure. hic vero fuit proceſſum inor-
dinatè, ut ſupra, habitaque quæſtio in caſu ſpe-
ciali, in executione inquām mandati prædicti,
& ita de Reo confeſſo per torturā, qui poſtea re-
uocauit, concludit Gram. in conſilio 21. nume-
ro. 25. Alter vero, qui eſt Hercules, Inquiſitum,
& ſocios exculpauit, vt deponunt decem teſtes.
qui omnes vno ore affirmant, & in hoc conue-
niunt, quod dictus Hercules ex corde, & pro ex
oneratione ſuæ conſcientiæ aſſeruit ſe falſo in-
culpaſſe Anaſtaſium, & ſocios. & quod hoc eue
nerat vi, & atrocitate tormentorum, quibus
non poterat reſiſtere. & addunt dicti teſtes ſu-
per interrogatoriis, quod ipſis verior videtur ex
culpatio, quam inculpatio, quia exculpatio fuit
ſpontanea, & facta in tempore, quo ſalutis ani-
mæ ſuæ memor erat: inculpatio vero violentia,
& cauſſa in anguſtiis, & cruciatibus torturæ. &
quia (vt dicunt Ioſeph, & Bartolomeus teſtes)
ipſe aſſerebat, quod blanditiis Prętoris ipſos in-
147 culpauerat, attēta dicta † exculpatione, eius di-
ctum non poteſt Iuli in aliquo officere. ita in
terminis Marſ. conſilio 109. numero 30. cum ſe
quen. quem probat Gram. d. vol. 3. numero. 14.
cum ſequen. cuius potiſſima ratio eſt, quia licèt
dicatur ſtandum eſſe dicto ſolemni, & iurato te-
ſtis, ſecundum Bald. & Salic. in l. nullam. C. de
148 teſtib. tamen ſi poſt † depoſitionem teſtis affir-
mat contrarium extraiudicialiter, Iudex non
poteſt procedere ad ſententiam, vt ſupra, ad quę
ibidem allegata addo Marſ. in d. conſil. 109. cir-
ca fin. & in ſing. 112. incip communis ſenten-
tia. & procul dubio potius attendenda eſt excul
patio prædicta, q̄ inculpatio, quia ꝓ culpatione
nullam concurrit indicium, nulla pſumptio, aut
coniectura, ſed fuit, & eſt nuda, ac ſola, prout ſic

diſtinguendo concludit Marſ. in pract. §. reſtat
in fin.poſt multa hinc inde adducta,quinimmo
non ſolum per inculpationem nullam concur-
rit indicium,ſed dico in fauorem exculpationis
bene militare coniecturas, quarũ maxima ſunt,
quod delicta aſſerta, de quibus Iulium imputa-
uit,ſuper quibus potuit haberi informatio, non
verificantur. Item quia fuit probatum de bona
fama, & conditione Rei, ea propter magis at-
tendetur, præcipue quòd fauorabilior ſit excul
patio cum coniectura innocentiæ,quàm incul-
patio,quia per eam excluditur delictum argum.
d.l.merito,&:quia fuit pluries repetita, atq; mul
tiplicata,vt colligitur ex dictis teſtibus. quorum
aliqui, prout ſe præſentes repericbant, dicunt
quòd fuit facta in loco iuris, quaſi immediatè
poſt inculpationem,& cõfeſſiones aſſertas, qui-
dam in camarinis, nonnulli in confortatorio,
alij in carcere communi,vbi Hercules à Iulio ve
149 niam petit,& al j alibi ſæpè. Nam † multiplica-
tio talis operatur idẽ, ac ſi dicta exculpatio fuiſ-
ſet iurata,vt firmat Iaſ.in l.ſed ſi poſſeſſori. §. fin.
quem legit ſub.l.ait Prætor.ff.de iur. iur. dum æ-
quiperat actum iuratum, & actum geminatum,
& tantum nus ex prædictis duobus teſtibus dici
poteſt Brunorium fuiſſe conuictum, cum pro
eius innocentia concurrant vltra prędicta,etiam
alia non parui facienda.

550 Primo,†bona eius conditio optima fama ple
niſſime probata per plures teſtes, cuius effectus
eſt tollere indicia,& præſumptiones contra ali-
quem exiſtentes,Bar. in l.3.§. ſed ſi ex improui-
ſo.ff.de re milit.Fulgo.conſil.135. & trad. Marſ.
in pract.§.diligenter.nume.596.& in conſil.65.
num.47.& Gram.in conſil.65.num.4.dixi ex cõ
• muni * conſil.116.num.21. & conſil. 34. nume.
9.maximè cum non appareat de mala fama cõ-
traria,de qua tamen etſi appareret,nihilominus
probatio prędicta pręualeret, Bal.in l.fi.ff.de fer.
Marſ.poſt alios in l.de minore.§. plurimum. nu.
91.ff.de quæſt.in conſil.44. conſil. 72. circa fin.
Nam qui in præteritum fuit bonus,ſimiliter ho-
die bonus reputabitur.l.nec eſt neceſſe, vbi Glo.
ff.de probat.Glo.eſt etiam,vbi Bald.in l.1.§. pro
batio,& in §.mag ſtratus.ff.de magiſtra.conue-
nien. trad.Bal.in conſil.52. volum.5. Bonifa. de
Vitali in trad.prædicta ſub rub. de indic. Gram.
conſ.37.num.11. & 52. eoque magis hæc pro-
batio eſt magni facienda, quia in ſpecie facta
fuit,Dicunt enim teſtes prædicti ipſum non fuiſ
ſe ſolitum furari.cuius dicti aſſignat rationes cõ
cludentiſſimas Reus, vnde quemadmodum ſe-
mel malus præſumitur ſemper malus in eodem
genere mali.cap.ſemel malus de reg. iur.in 6. ita
è conuerſo ſemel bonus ſemper præſumitur in
eodem genere bonitalis, & ita nor.arguit Bal.in
conſi.3.volum.5.quem ſequitur Alex.in l.ſi quis
ex argentarijs.§.prætor ait.ff.de eden.Marſ. con
ſil.77.nume.11.& ſing. 74.

Secundo concurrunt aliæ duæ veriſimilitudi
nes vrgentiſſimæ, prima quia vt plurimum, & à
communiter accidentibus,illi,qui committunt
huiuſcemodi latro cinia,ſunt homines deplora
tiſſimi,nullius artis expertes,& qui non habent
vnde ſe alant.& ſoliti ſunt mendicare, vt expe-
rientia docet, optima rerum magiſtra. c. quàm
ſit de electio.in 6.ſed Brunorius nõ fuit,nec erat
talis qualitatis.nã vt dicunt prædicti,habet peri-
tiã ſutoriæ,in qua etiam grauati vxore, filijs, &
alia familia multum ſuperlucrantur,& ſe,ſuoſq;
ſuſtentant,vt notorium eſt. & nõ deficiebat ſibi
victus,& alimonia in domo ſua,& fratrum ſuo-
rum, ergo non eſt veriſimile, quòd aſſerta fur-
ta, & latrocinia commiſerit. ſecunda, quòd
ijdem teſtes deponunt, ipſe Reus antequam ca-
peretur, ſciuit Herculem eſſe detentum, ex quo
inſurgit efficaciſſimum argumentũ innocentiæ
ſuę,quia ſi fuiſſet de illius complicibus,profecto
aufugiſſet. poterat enim dubitari, quòd Hercu-
les de ſocijs interrogaretur,& de facili ipſum in
ſocium nominaſſet,ſi non ſponte,ſaltem vi tor-
mentorum, maximè cognoſcendo ipſum non
eſſe aptum, & robuſtum ad ſuſtinendum vim
tormentorum. & ſimiliter, vt plurimum. & a
communiter accidentibus, quando plures ſunt
complices alicuius delicti, & vnus capitur ante
alium, ille qui non eſt captus,fugam ſolet arri-
pere,vel latere ne inueniatur,& capiatur,vt fre
quentiſſimè,& dietum euenire comperimus.

Ex his omnibus credo ſatis conſtare quòd iſte
pauper, & dilaniatus Reus venit abſoluendus,
& ſic pronuntiandum malè iudicatum,& bene
appellatum per ipſum fuiſſe. & ſi enim dicatur
delicta non debere remanere impunita,illud in
telligitur quòad authorem delictorum, ut dicit
Marſ.in conſ.45.in fi.& certè ſanctius eſt nocen
tem abſoluere, quam innocentem condemna-
re.l.abſentem.ff.de pę.& Iudex maiorem repor-
tat laudem in abſoluendo,quam in condemnan
do,vt nouiſſimè dicit Crau. in d. conſil. 6. in fin.
vbi plura alia ad propoſitum,quod quidem futu
rũ ſpero fretus integritate magnifici Domini Iu
dicis,quem diu optimus Deus cõſeruet.& ita ip
ſo authore iudicatum fuit.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO ILLVSTR. COMITE
Petro Trilago.

ARGVMENTVM.

Nepotes ex filio vocato,& ei ſubſtituti, ſi ſine filijs deceſſerit,& grauati ſi ſine filijs nepotes deceſſe runt, quando dicantur venire per fideicommiſſũ in ductum inter eos.

Fidei-

Fideicommiſſum quando inducatur per verba deſcendēdo in infinitū, &c. in ſtirpes, &c. & omni meliori mō in familia remaneant, &c. ex qualitate maſculinitatis, & ſimilia, et ibi materia latè tradit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ac ſubſt. conditionalis, ſi ſine filijs, defecit mortuo grauato cum filijs, uel filia* * *ex communi* * *declara vt num. 44. cum ſeq.*

2 *Succeſſionis prima cauſa filiorum.*

3 *Fideicommiſſum non præſumitur, quia odioſum, ſallit num. 13. 46. ac num. 47.*

4 *Filiorū appellatione nō cōprehenduntur nepotes.*

5 *Nepos ſub filij voce non comprehenditur, intellige numer. 48.*

6 *Teſtatoris verba ſupradictum communē vſum loquendi interpretantur.*

7 *Filiorum nomine non veniunt nepotes nondum concepti.*

8 *Nepotes non continentur ſub nomine filiorum in* * *ſubſtitutione paſſiua ex communi.* * *quod extenditur ad actiuam ex communi.*

9 *Fideicommiſſo non grauatur, qui non honoratur contra num. 34. & ſeq. & 49.*

10 *Filij in condictione poſiti non cenſentur grauati* * *ex communi.* *

11 *Proximiores quando in fideicommiſſo admittantur.*

12 *Superſtites verbū, quid operetur in fideicōmiſſo.*

13 *Mens teſtantis in fideicommiſſis præcipuè attendenda ſecundum omnes.* *

14 *Fideicommiſſum inducitur, & ampliatur ratione.*

15 *Subſtitutio facta de deſcendentib. in infinitum fideicommiſſum inducit.*

16 *Prohibitio alienandi cum verbis in perpetuū, vel infinitum fideicommiſſum inducit.*

17 *Cōditio in ſubſtitutione poſita de filijs legitimis & ex legitimo matrimonio natis, operatur fideicommiſſum.*

18 *Maſculinitas iuncta fœminarum excluſione fideicommiſſum conſtituit.*

19 *Filij maſculi in conditione poſiti ex vna communiori.* ** *cenſentur vocati.*

20 *Subſtitutio ſub duplici conditione fideicommiſſum inducit ex communi.* *

21 *Fideicommiſſum cenſetur factum inter proximiores de familia vocatos nomine collectiuo.*

22 *Mens cōiecturat ex ratione, quòd bona ſtēt in familia, fideicommiſſum præſumit, ex cōmuni.* *

23 *Clauſulæ oī meliori mōī ſubſtitutionib. efficacia.*

24 *Verba in ſubſtitutionib. ſuperflua eſſe non dēnt.*

25 *Maſculi ſuperſtites in ſtirpes, & non in capita. vocati fideicommiſſum reciprocum inductum præſumi faciunt.*

26 * *Fideicōmiſſum ſecundū aliquos ex vna cōi,* * *et veriori* * *inducitur, dum proximiores deſcendentes vocantur, & ſubſtituuntur deſcendentibus teſtatoris, decedentibus ſine filijs.*

27 *Fideicommiſſum reciprocum inducitur inter nepotes teſtatoris ex filio poſitos in cōditione ſi filij teſtatoris ſine filijs deceſſerint, & grauati* ** *ſi ſine filijs deceſſerint ex communiori.* **

28 *Subſtitutus verbis verificatis admittitur.*

29 *Subſtitutio cōpendioſa efficitur ob verbum quandoque ex communi.* *

30 *Compendioſa ſubſtitutio fideicommiſſarum omni* ** *tempore continet ex communiori.* **

31 *Reciproca ſubſtitutio non inducitur inter filios filiorum non inſtitutos, vel honoratos, limitatur tamen, vt ibi.*

32 *Subſtitutio reciproca reſultat ex compendioſa filijs facta, ex iiſdem coniecturis, quibus poſiti in conditione vocati cenſentur.*

33 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi adijciatur qualitas maſculinitatis, ratione conſeruandæ agnationis. grauamen in conditione poſitorum duplex conditio, requiſitū, quòd filij ſint ex legitimo matrimonio nati compendioſa* ** *ſubſtitutio, et ſimilia, ex cōiori remiſſiue.* **

34 *Maſculinitatis qualitas hodie ex communiori facit filium vocatum dici, etſi in conditione tā* ** *tum poſitum.* **

35 *Vocati dicuntur in cōditione poſiti, cum ſint gra* ** *uati ex vna communiori.*

36 *Filij in conditione poſiti hodie ex crebriori uiden* ** *tur vocati.* **

37 *Subſtitutus ſub duplici conditione, nempe filij, & filius eius ſi ſine filijs deceſſerint, ſemper reuocat bona, niſi extent filij filiorum, qui ſemper admittuntur, & propter hoc fideicommiſſo filijs hareditas dicitur grauata.*

38 *Veriſimilitudo mentis teſtantis, ſi fuiſſet interrogatus attendetur.*

39 *Filij & deſcendentes dimidiam bonorum pro le* * *gitima, & trebellianica alienāt ex cōmuni.* *

40 *Portio grauati, & omnis acquiſita ex ind. teſtantis uenit in reſtitutione fideicommiſſi abſolu* * *te, ex communi.*

41 *Grauamen cū non præcedit fideicōmiſſ. portiones* * *omniū in reſtitutione veniunt, ex communi.* *

42 *Filij in portione tantum parentum cenſentur uocati, ſallit, vt ibi, niſi coniecturæ aliud ſuadeāt & omnes ſint deſcendentis teſtatoris.*

43 *Filiorum appellatione non ueniunt fœminæ, cum maſculis.*

44 *Conditio in alternatiuis ſufficit alteram verificari.*

45 *Coniecturæ operantur, vt filij, etiam natis non deficiat ſubſtitutio.*

46 *Coniecturæ ceſſant in claris.*

47 *Fideicommiſſa ſunt fauorabilia, & præſumūtur multis in caſibus ibi enarratis.*

48 *Nepotes veniunt nomine filiorum in materia fauorabili.*

49 *Fideicommiſſum petens mortem grauati tenetur probare.*

50 *Probare tenetur fideicommiſſarius mortem grauati ſe vocatum, & bona in hæreditate teſtatoris fuiſſe.*

CONSLIVM CCII.

TRINITAS ADSIT.

VErba teſtamēti Illuſtris, & Magnifici Domini Martini Comitis Trilaghi, qui poſt legata, his verbis inſtitutionem concepit.

In omnib. autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus præſentibus, & futuris vbicunque ſint, & reperiri poſſint, hęredes ſuos vniuerſales inſtituit, & eſſe voluit æquis portionib. inter ſe, Magnificum Equitem Dominum Paulum, Dominos Georgium, Antonium, & Martinum eius filios legitimos, & naturales. & caſu quo aliquis eorum Dominorum hæredum ſuorum inſtitutorum, vel filiorum ſuorum legitimorum, deſcendēdo in infinitum, decederet in pupillari ætate, vel aliter quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus natis, & procreatis ex legitimo matrimonio, tunc, & eo caſu tali deceē ſuperſtites viuentes ex familia ipſius Magnifici Domini teſtatoris in ſtirpem, & non in capita & maſculos tantū, & nō fœminas, vt familia ſua honoratius conſeruetur, ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo, via, iure, forma, cauſa, & ordine, quib. melius, & efficacius de iure potuit, & debuit; & hanc dixit, aſſeruit, & affirmauit eſſe ſuam vltimā voluntatem, & vltimum teſtamentum.

Mortuo Teſtatore deceſſit Dominus Comes Paulus ſine filijs, deceſſit & Dominus Antonius ſine filijs maſculis, ita deuenerunt eorum portiones ad Dominum Martinum, & Dominum Comitem Petrum filium Domini Georgij vnius ex hæredibus inſtitutis, tandem deceſſit Dominus Martinus relictis Paulo, & Ioſeph duobus filijs maſculis, qui poſtmodum deceſſerunt ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſuperſtite præfato Domino Petro maſculo, & Illuſtribus, ac nobilibus Dominabus Lucia, & Paula Dominorum Pauli, & Ioſeph ſororibus, filiabus Domini Martini Iunioris.

Modo quæritur an Dominus Comes Petrus vigore antedicti teſtamenti poſſit conſequi bona præfati teſtatoris aui ſui patruis ſuis obuenta nempè Domino Comiti Paulo, Antonio, & Martino, et ſucceſſiuè filijs Comitis Martini mortuis ſine deſcedentibus maſculis.

Et fronte prima videbatur firmādum Comitem Petrum, etſi maſculum proximiorem & familia excludendum, dictaſq; nobiles Dominas Luciam, & Paulam filias Comitis Martini iunioris, & ſorores Dominorum Pauli, & Ioſeph admittendas eſſe.

Primo Comes Martinus iunior deceſſit cum filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo matrimonio natis (nec in dubium id refricatur) ideo illi ſubſtitutus, vel in eius portionem vocatus, ſi ſine filiis deceſſerit, quàmuis ſit ex deſcendentibus teſtatoris, vel eius familia, vt Comes Petrus iunior excludetur, eo quod cōditio illa, ſi ſine filiis defecerit Martino mortuo ſuperſtitibus maſculis, nempè Comitib. Paulo, & Ioſeph filiis deſcendentibus. quàm primū enim grauatus cum filiis decedat, quicquid poſtea de
5 illis contingat fideicōmiſſum, † & ſubſtitutio expirant. l. 1. C. de cōd. inſert. l. filiusfamilias. §. cū quis. ff. de leg. 1. q̄ nec amplius reuiuiſcere ſolet. l. ex facto. §. pen. ibi Caſtr. & cæter. ff. ad trebel. Oldrad. conſil. 21. Deci. conſil. 511. num. 2. Crauet. conſil. 62. in pri. Pariſ. conſil. 14. num. 10. volum. 2. Ceſal. conſil. 17. num. 6. Port. Imol. conſi. 137. num. 12. communem *ſententiam appellat Soci. iun. conſil. 111. num. 21. volu. 1. Roland. à Valle conſil. 56. num. 10. volum. 3. Ant. Gabriel. de fideicom. concluſ. 7. & 8. lib. 4. nec authoritates huius dicti deſcribam, cum diſcrepantes nō habeat, teſte Sfortia Odo. tract. de ſubſtit. compend. parte. 6. q. 2. arti. 2. caſu. 3. dixi aliàs conſil. 1. num. 1. addo Simon. de Præt. conſil. 47. num. 16. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 146. lib. 2. Ceſal. conſil. 433. num. 21. & ſeq. lib. 3. Hier. Gabriel. conſi. 111. num. 8. Socin. iun. conſil. 29. num. 20. volu. 4. Roland. a Valle. conſil. 56. nu. 2. 9. & 10. & 58. numer. 73. volum. 3. & conſilio 42. numero. 15. & ſeq. volum. 4. Natta conſilio 551. num. 23. volum. 3. Mant. conſilio 92. nu. 2. & 3. lib. 1. Crot. conſil. 208. numer. 1. volu. 2. Quod procedit & ſi vnicā filiā relinqueret. l. non eſt ſine liberis. ff. de verbo. ſigni. Port. Imol. conſil. 13. num. 22. ac l. 1. C. de cōd. inſert. quàmuis ſtatuto excluſam, conſil. 146. & 152. num. 4. & 5. volu. 2. Ceſal. cōſil. 45. nume. 7. cum vulga. Socin. iun. ſcribentes hinc inde adducens conſ. 30. volum. 4. Roland. a Valle conſi. 82. num. 8. volum. 3.

Secundo,

Secundo, nituntur regulis iuris communis
dictæ filiæ ab inteſtato venientes, vel ex teſtamẽ
2 to Comitis Martini patris, cum prima † ſucceſſio
nis cauſa ad filios, & fæmini ſexus pertineat.
Authen. de hæred. ab inteſt. ueni. §. primo. Inſti-
tutio. cod. tit. in prin. ita Roland. à Valle conſil.
56. numer. 3. volum. 3. conſ. 90. num. 2. & 3. vo-
lum. 4. teſtatique cauſa præualeat. l. quàmdiu la.
1. ff. de acquirend. hæred. Et bona omnia præſu
mantur libera, minime vero ſubiecta fideicom-
miſſo, niſi id expreſſe oſtendatur, tum quia fidei
commiſſum ſit quid facti, quod nõ præſumitur,
niſi probetur. l. in bello. §. facti. ff. de capt. & poſt
3 limin. rurſus materia † odioſa conſequutiuè re-
ſtringenda, & demonſtranda. l. cohæredi. §. cũ
filiæ. ff. de vulg. l. non uſque adeo. ff. ſi quis à patr.
fuer. man. l. ſcimus, vbi Doctor. C. de inoffic. te-
ſtamen. Iaſ. conſil. 228. verſicul. 3. libr. 2. Aimo
Crauet. conſi. 180. in princ. Roland. à Valle con
ſil. 46. in princ. volum. 3. & conſil. 18. numer. 5.
conſil. 30. & 34. in prin. & conſil. 38. numer. 11.
12. cum ſequen. volum. 4. Curt. iun. conſil. 290.
nume. 8. 274. numer. 20. volum. 3. Crot. conſil.
166. numer. 14. uolum. ſecundo. Hinc dicitur
paſſim, iſto caſu non loquitur fideicommiſſum,
& qui contradicit, probet, Oldrad. d. conſil. 21.
Socin. Sen. conſil. 104. numer. 8. libr. 3. Gozad.
conſi. 21. numer. 8. 29. num. 10. Pariſ. conſi. 90.
volum. 2. Socin. Iun. conſil. 176. numer. 8. libr.
2. Crauet. conſil. 161. nume. 16. Roland. à Valle
conſi. 58. numer. 73. uolum. 3. probationeſque
ſi dubiæ exiſtant, contra fideicommiſſum pro-
nuntietur, Aimo. Crauet. conſi. 180. in fin. Ri-
min. conſil. 223. nume. 56. & 57. dixi conſil. 97.
in prin. addo Cęfal. conſil. 433. numer. 16. & ſe-
quen. Rimin. iun. conſi. 181. numer. 23. & 24. &
117. numer. 35. & ſequen. & num. 65. libr. 1. Ro-
lan. à Valle, conſil. 34. numer. 2. & 3. uolum. 4. &
conſi. 97. numer. 9. eod. uolu. Hier. Zanc. in eius
repetitione ultimo loco impreſſa. §. cum ita. l.
cum hæredes. ff. ad. trebel. in prima part. numer.
55. 96. 107. & ſequen. Roland. à Valle conſil. 56.
in prin. & nume. 4. & ſeq. 4. volum. 3. Alba. conſi.
31. num. 9. & ſeq. Siluan. conſil. 64. num. 11. 14.
& ſequen.

Tertio ſuperſtites tantum viuentis ex fami-
lia Comitis Martini Senioris Teſtatoris ſubſti-
tuti, ſunt & uocati, caſu quo aliquis hæredum in
ſtitutorum, vel filiorum ſuorum legitimorum
decederet in pupillari ætate, vel quandocunque
ſine filiis, ut uerba inſtitutionis concepta repe-
riuntur, vnde mortuis Ioſeph, & Paulo nepoti-
bus Teſtatoris ſine filiis, locus ſubſtitutioni, ſeu
ſubſtitutis non erit, cum in fideicommiſſis, ſeu
ſubſtitutionibus, & in præſenti caſu filiorum
4 † appellatione non comprehendantur nepotes.

Primo, quia regulariter filiorum appellatio-
ne non ueniunt nepotes. Gloſſ. in l. filii appella-
tione. ff. de verbor. ſignificatio. Clemen. prima.
verbo liberi de baptiſm. Bart. & alii in l. libero-
rum. ff. de verbo. ſignificatio. ſcribentes in l. Gal-
lus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſt. cum vulg.

Secundo, eo quod in hominis diſpoſitione
5 nepos † ſub filij uoce non includatur. Cy. Rain.
And. de Piſa. Bald. & Imol. in d. §. inſtituens. Si-
gnor. de homod. conſi. 249. Alberi. tract. ſtatut.
ſecunda part. quæſtio. 107. latius Gerar. Maz-
zol. conſil. 104. numer. 10. cum innumeris ſe-
quen.

6 Tertio, Teſtatoris † uerba ſunt (ſi diuerſum
non conſtet) intelligenda ſecundum commu-
nem uſum loquendi. Gloſſ. & omnes in l. libero
rum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. l. cum de-
lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtru. qui com-
munis vſus, & vulgaris ſermo nepotes ſub uoce
filiorum non comprehendit. Gloſſ. in §. fin. In
ſtitutio. qui teſta. tutor. dar. poſſ. §. cum igitur.
verbo filios, auth. de el gend. ſecund. nub. non
oſtenſo itaque contrarium, quando Teſtator
ſubſtituit filiis hæredibus ſuis, & filiis hæredũ,
non cenſetur ſubſtituiſſe nepotibus, Alex. con-
ſil. primo. colum. penult. libr. primo. Socin. Iun.
conſi. 30. numer. 16. uolum. tertio. Gerard. Maz-
zol. vbi ſupra. Roland. à Valle conſil. 42. nume.
28. volum. 4.

Quarto, non erant tunc nati iſti nepotes ulti-
mo loco defuncti, neque cõcepti tempore mor-
7 tis teſtantis, propterea minus † filiorum mentio
ne uenient, Soci. Sen. conſil. fin. lib. 1. cui conſ.
quàm plurimi ſe ſubſcripſerunt, Soci. iun. conſ
30. num. 24. uolum. 3. Cæpha. conſil. 3. num. 36.
uolum. 1.

Quinto, in ſubſtitutione fideicommiſſaria,
quando agitur de ſubſtitutione paſſiua, ut ſi filii
8 onere fideicommiſſi grauētur, † nepotes ſub no
mine filiorum non continentur, Corn. cõſ. 182.
ſub num. 7. & conſi. 199. uolum. 2. Deci. ubi de
* communi * cõſil. 95. colum. fi. Gozad. conſ. 36.
num. 5. Cefal. conſil. 107. nume. 16. cum ſeq. lib.
1. abundè Socin. iun. d. conſil. 30. uolum. 3. Bel-
* lon. conſil. 50. num. 5. ubi de communi * Natta
conſil. 191. nume. 10. Alba. conſil. 29. nume. 12.
* Rimin. iun. & veriori, & communiori ** conſil.
172. num. 26. 38. & ſeq. lib. 2. Cęphal. conſi. 433.
numer. 40. & 41. Tobi. Noni. conſil. 29. in prin.
Mazzol. d. conſi. 104. numer. 53. latiſſime Rolãd.
à Valle. uidendus materia, conſil. 42. nume. 23.
cum ſequen. & 27. uolu. 4. Quod ad ſubſtitutio-
nem actiuam extendi, ex eadem communi, * re-
* fert Tobi. Noni. conſi. 33. nume. 24. & ſequen.
remiſſiue Marzar. in tracta. de fideicom. q. 17. 2.
part. Vndè meritò nepotes iſti grauati non cen-
ſebuntur.

Quarto, & vltimo pro filiabus adduci pote-
9 rat, quia non honoratus, † nec commodum ex
teſtamento capiens onerari, & fideicommiſſo
grauari nequit. l. ab eo, vbi omnes communi-
ter. C. de fideicom. l. prima. §. ſciendum. l. ſedſi
ſic. §. fin. ff. de leg. 3. Curt. Sen. conſil. 42. cum
not. in l. Centurio. vbi Bartol. Ripa, & omnes.

ff. de

ff. de vulga. & pupil. tradit Zancus in. d. §.cum
ita 7.parte nume.24.Cephal. conſil. 433. num.
30. libr. 3. At iſti Ioſeph, & Paulus filij Martini
iunioris non ſunt honorati, nec in dicto teſta-
mento ad commodum vocati, eo quòd filij filio
rum inſtitutorum non ſunt in diſpoſitione poſi-
10 ti, ſed ſolum in conditione, † & grauamine, ſi ſi-
ne filijs &c. quo caſu vocati minimè cenſentur,
ſed eis ſolum ius legitimæ ſucceſſionis reſerua-
tum, ex vulg. Glo. ſed communiter probata in.
l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit. in l. prima. C. de
pact. Alexand. conſil. 185. Deci. conſil. 291. Go-
zad. conſil. 104. numer. 7. Rubri. conſil. 144. in
princ. Crauet. conſil. 109. numer. ſecundo. latè
Clar. in §. teſtamentum quæſtio. 75. per totam,
ſcripſi aliàs conſil. primo. numer. 8. & 9. hoc pro
cedere, etiam ſi addita eſſet qualitas maſculini
tatis, addo in materia Socin. iun. conſil. 111. nu-
mer. 31. volum. ſecundo. Hier. Gabr. conſil. 115.
Sim. de Pret. conſi. 167. nume. 25. conſi. 31. nu-
mer. 27. conſ. 110. numer. 17. conſi. 39. numer.
15. & 42. numer. 13. Tobi. Noni. conſi. 32. num.
11. Rimin. Iun. conſil. 21. nume. 11. cum ſequen.
Franci. Piſci. de ſtatut. exclud. fœmin. an ad bo-
na forenſia. nume. 57. ac in nouiſſima impreſſio
ne Dominũ Hier. Zancum in §. cum ita. l. hære-
des mei in 7. part. numer. 3. & ſequen. ff. ad tre-
be. ſic videbatur ex his, & ſimilibus coloratis Co
mitem Petrum fore excludendum dicta hæredi
tate, eo quòd nullum adſit fideicommiſſum.

Verum diligentiori cura, & ſtudio in præſen-
ti adhibitis, contrariam ſententiam amplexus
ſum, nempè ex fideicommiſſo Martini Senioris
Comitem Petrum nepotem ex filio admitten-
dum eſſe ad hæreditatem dictorum Ioſeph, &
Pauli nepotum ſimiliter ex filio dicti Teſtatoris,
ex iuribus, authoritatibus, rationibuſq; cauſam
hanc, meo ſanè iudicio, ſatis facilem, conſtituen
tibus.

Primo namque certum eſt Paulum & Ioſeph
fratres vltimo loco defunctos nepotes eſſe Co-
mitis Martini Teſtatoris ex altero filio eiuſdem
Teſtanti; nomine Martino hærede inſtituto cũ
cæteris fratribus, ſic filij ſunt filiorum inſtituto
rum, non ſolum in conditione poſiti, & graua-
ti, verum vocati, ſubſtituti. ibi, & caſu quo quis
hæredum. vel filiorum ſuorum deceſſerit, ſuper-
ſtites proximiores ex familia, ſubſtituit conſe-
quenter Comitem Petrum ſuperſtitem & proxi
miorem. Ar. l. Iulianus. ff. de leg. 3. propterea in
dubium redditur, & hos nepotes ex perſona pro-
pria uocatos, & eiſdẽ ſubſtitutos eſſe proximio-
res ſuperſtites, cõſequutiuè Comitem Petrum,
de quo in cauſa, nepotem ex Georgio filio eiuſ-
dem Teſtatoris, fratre dicti Martini iunioris, &
fratre patruele maſculo dictorũ Ioſeph, & Pau-
li defunctorum, qui admitteretur, tum quia proxi
11 mior † in ordine, & ſubſtitutione. l. ſi verbo gra-
datim. C. de verbo. ſignific. §. 1. Inſtitutio. de hæ-
red. qui ab inteſt. l. poſt fratres cum authen. vn-
de ſumitur C. de legitim. hæred. Pariſ. conſi. 91.
nume. 13. volu. 2. tum quòd ſit ex ſuperſtitibus
de familia, ſic grauatis, atq; vocatis nominatim
à Teſtatore. §. hoc etiam, verſi. ſuperſtites, Inſti.
de excuſ. tutor. Deci. conſ. 69. in prin. cenſeatur
que proximior tum Teſtatori, tũ nepotibus gra
uatis ad tollendum dubium, de quo per Gabr.
conſ. 107. per totum, Dictio namque, ſuperſti-
12 tes, † conditionalem conſtituit diſpoſitionem,
& exponitur, ideſt ſuccedant omnibus alijs ex-
cluſis per fideicommiſſum illi, qui ſuperſſerint, &
ſuperuixerint grauato, Bart. & alij ex illo tex. in
l. ſtieum, qui meus erit. ff. de leg. primo. declarat
Cuma. conſ. 13. Pariſ. conſ. 37. nume. 51. volum.
2. tantoque magis, dum Comes Petrus ſubſtitu-
tus eiuſdem qualitatis exiſtat, cuius erat illa, cui
ſubſtituebat Teſtator, Rui. conſ. 181. numer. ſe-
cundo. volum. 2.

Secundo, moueor ex regula vbique, millies
ac ab omnibus legendo, conſulendo, & iudican
do decantata in vltimis voluntatibus, fideicom.
13 miſſis præſertim, mentem † Teſtatoris inſpicien
dam, ſi verba deficerent. l. 3. C. de liber. præter. l.
in conditionibus in prin. ff. de cond. & demon-
ſtra. & in fideicommiſſis. l. 3. §. cond. ff. de adim.
legat. l. cum virum C. de fidei. Deci. conſil. 15. &
conſil. 38. tacitamque voluntatem ex conjectu-
ris deſumptam in fideicommiſſis ſufficere. l. cũ
proponebatur. in fin. l. qui ſolidum. §. primo. ff.
de leg. ſecundo. l. licèt Imperator, vbi Bartol. ff.
de leg. 3. Socin. Iun. conſ. 100. nume. 10. & 145.
numer. 12. volum. 3. & ex coniecturis induci fi-
deicommiſſum, latè Zanc. d. §. cum ita. in 6. par-
te. numer. 241. & in 7. part. numer. 20. cum ſeq.
Celſ. Vgo. conſ. 5. Rimin. iun. conſil. 181. nume.
32. & ſequen. libr. 2. conſil. 21. nu. 23. & ſequen.
lib. 1. Pariſ. conſil. 92. numer. 24. volum. 2. Tobi.
Noni. conſi. 32. nume. 8. & ſequen. Bero. conſil.
84. numer. 16. volum. 2. Paſet. conſil. 92. in prin.
& conſi. 134. nume. 5. dicens deſumi fideicom-
miſſum, etiam ex coniecturis extra teſtamentũ.
Celſ. Vgo. conſ. 5. nu. 8. conſi. 93. nume. 10. con-
ſil. 20. num. 25. & 26. conſ. 25. num. 3. Roland. à
Valle, conſi. 18. num. 19. vol. 4. Bero. conſil. 110.
nume. 34. uolum. 2. Anguſſol. conſi. 14. numer.
10. conſi. 26. nume. 2. conſil. 29. nume. 10. Alba.
conſi. 51. num. 11. & conſi. 87. nume. 10. Siluá.
conſil. 64. nume. 3. Port. Imol. conſil. 14. numer.
13. conſi. 40. num. 7. dicens, ſolo nutu relinqui,
& conſi. 55. nume. 10. Curt. iun. conſil. 225. nu-
me. 9. volum. 3. Crot. conſil. 349. numer. 17. uo-
lum. 3. At in propoſito conceſſo, uerba uocatio
nis expreſſa deficere, quis dubitat mentem aper
tam Teſtantis adeſſe fideicommiſſum perpetuũ
in eius bonis, domo, & familia inducentem.
Quod pluribus demonſtro.

14 Primo, quia fideicommiſſum † inducitur, &
inductum conſeruatur, & ampliatur ex ratione,
qua utitur Teſtator. Ar. l. cum pater. §. dulciſſi-
mis. ff. de leg. ſecundo. Bart. & alij in l. regula. §.
uem

item ſi quis. ff. iur. & ſact. ignor. At in præſenti
ſubſtitutione Teſtator vtitur ratione, maſculos
tantum vocando, vt familia ſua conſeruetur ho-
noratius, quæ non ſolum hæredes inſtitutos, &
filios inſtitutorum, ſed omnes de familia deſcen
dentis reſpicit, ita ad illos quoque fideicommiſ
ſum refrrctur. Pariſ. conſi. 37. num. 27. & conſil.
57. numer. 12. & 13. volum. 2. Rui. conſ. 208. nu-
me. 17. volu. 1. Cęphal. conſil. 134. nu. 33. Tobi.
Noni. d. conſil. 32. numer. 10. Rimin. iun. conſil.
21. num. 32. lib. 1.

Secundo, filijs inſtitutis, ipſis, ac eorum filijs
ſubſtitutioni factę adiecit hæc verba, deſcenden
15 do † infinitum, quæ infinitatem temporis de-
notant, & omnes deſcendentes in infinitum in
fideicommiſſo, ac ſubſtitutione continet. l. fin.
C. de ſui. & legitim. not. in l. prima. ff. ſolut. ma-
trimo. eſt tex. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg.
2. Alexand. conſi. 56. num. 2. ubi apoſtil. volum.
1. Dec. conſi. 481. nume. 9. cum add. Pariſin. &
conſi. 23. nume. 2. Menoch. conſi. 61. nu. 14. lib.
1. Pariſ. conſ. 37. numer. 23. volum. 1. probat in
propoſito Cęphal. conſil. 134. numer. 29. & 30.
Ruin. conſ. 150. num. 17. verſi. 3. comprobat vo-
lu. 2. dicens, ex mente etiam Socin. per hæc ver-
ba, deſcendentes in infinitum, poſita in prohibi
tione alienationis, omnem etiam filiarum fœ-
minarum ſucceſſionem ab inteſtato excludi, &
ſi deſcendentium in infinitum, ſubſtitutioni lo-
cus eſſe debet, neceſſe eſt pręſupponere ipſos eſ-
ſe vocatos, & grauatos, ſeruit Pariſ. conſi. 91. nu-
me. 26. uolum. 2. Videmus etenim prohibitio-
nem de non alienando, non inducere fideicom
miſſum abſolutum, & ſimplex, etiam in caſum
16 mortis, niſi illa uerba in † perpetuum, uel in infi-
nitum addantur, Curt. in. §. diui. num. 2. in l. filius
famil. ff. de leg. 1. Dec. ubi ſupra in apoſtil. latè
Ant. Gabr. de fideicom. lib. 4. concluſ. 10. nume-
ro. 12. limit. 1. Bolognet. in l. prima, numer. 279.
in fin. C. de pact. Quæ addita ſubſtitutioni; ſeu
ex parte grauatorum, fideicommiſſum etiam ul
tra decimum gradum conſtituit, ita Curt. iun.
conſil. 40. colum. penult. Mandel. de Alba con-
ſil. 51. numer. ſeptimo. qui in caſu ferè noſtro
ſcribit.

Tertio, Teſtator filijs, & nepotibus deſcen-
dendo in infinitum morientibus in pupillari æ-
tate, & quandocunque ſine filijs legitimis, & na
turalibus natis, & procreatis ex legitimo matri-
monio, ſubſtituit ſuperſtites uiuentes maſculos
ex familia ipſius Teſtatoris. Vnde, ſi nepotes
fuiſſent tantum in conditione, ſeu grauamine
poſiti, cenſerentur tamen honorati, atque uoca-
ti, & inter eos reciprocum factum fideicommiſ-
17 ſum, † quando ultra qualitatem maſculinitatis
adiecerit alia uerba, quòd ſint nati & procreati
ex legitimo matrimonio & iſtos taliter natos ſo
lum uoluerit admitti, alios uero quantumuis le-
gitimatos à Principe excludi, quod non contin-
geret ab inteſtato, ceſſante fideicommiſſo, cum
Principis reſcripto legitimati admitterentur, ita
in ſpecie conſiderat Socin. iun. conſi. 210. num.
25. & conſil. 145. num. 39. uolu. 3. dicens, hanc
coniecturam adeo potentiſſimã, ut nihil ei poſ-
ſit opponi, ubi alios quoque allegat. Tobi. No-
ni. conſi. 32. numer. 11. ſequitur Zancus in d. §.
cum ita 7. part. num. 49. latius Rimin. iun. conſil.
21. num. 44. cum ſeq. lib. 1. Port. Imol. conſil. 13.
numer. 2.

Quarto, ſubſtituit ſuperſtites uiuentes ex fa-
milia Teſtatoris in ſtirpes, ac maſculos tantum,
non fœminas, vt familia ſua, inquit, honoratius
27 conſeruetur. quæ qualitas † maſculinitatis iun-
cta fœminarum excluſione expreſſa, conſidera-
ta à Teſtatore, ſuum non ſortietur effectum, niſi
fideicommiſſum exiſtat perpetuum, eo quòd
etiam fœminę iure communi inſpecto admitte-
rentur quandoque ſimul cum maſculis. omnes
itaque deſcendentes maſculos, ac pronepotes
Teſtantis in infinitum comprehendet ſic Io-
ſeph, & Paulum, ut uoluntas ſtantis effectum hã
beat. §. diſponat, Authen. de nupt. l. in conditio-
nibus primum locum. ff. de cond. & demonſtra.
in propoſito Aimo. Crauet. conſi. 130. nume. 4.
& 9. Pariſ. d. conſil. 37. numero. 34. uolum. 2. am-
plè Rimin. iun. conſi. 21. num. 32. 42. & ſequen.
lib. primo. Tobi. Noni. conſ. 11. numer. 18. Soc.
iun. conſi. 168. num. 38. uolum. 2. tradit Cagno.
numer. 49. & ſequen. ac alij in. d. l. 1. C. de pact.
Mandel. de Alba. conſi. 87. numer. 14. Qua ratio
ne perſuaſi, noſtratum aliqui uoluerunt, maſcu-
19 los † tantum in conditione poſitos cenſeri di-
ſpoſitiuè uocatos, quos paſſim legimus ab Anto
nio Gabriel. li. 4. de fideicommiſ. concluſ. 4. nu-
* me. 4. cum ſeq. quam communem * ait Sim. de
Pret. conſi. 42. num. 13. latius refert Zanc. in ul-
tima impreſſione. d. §. cum ita in 7. part. numer.
45. cum ſequen. Tobi. Noni. d. conſi. 32. numer.
** 8. & 14. ubi de æquiori, & communiori, ** ac
conſi. 31. Quod fortius procedit in caſu noſtro;
ubi non ſolum maſculi ſunt in conditione ne-
gatiuè poſiti, uerum affirmatiuè ſubſtituti, & ex-
preſſe excluſę fœminæ, quæ ſimiliter ab inteſta-
to uenirent, ita ut uocationis illorum expreſſa
coniectura exiſtat, ſi non iure poſitionis in con-
ditione, ſaltim excluſionis expreſſe fęminarum,
ad not. per Bartol. in l. 2. §. uidendum. ff. ad tre-
bel. Deci. conſi. 283. Caſtr. conſil. 358. uolum. 2.
Ruin. conſi. 181. nume. 10. uolum. 2. & 201. nu-
me. quarto. uolum. ſecundo. & latius conſi. 140.
numer. 9. & nume. 14. uerſicul. reſultat. uolum.
3. Zanc. in d. §. cum ita ſeptima part. nume. 82.
& ſequen.

Quinto additur, quod ſuperſtites uiuentes
20 ex familia ſubſtituuntur † hęredibus inſtitutis,
ſeu proximiores de familia, ſub duplici condi-
tione: nempè ſi inſtituti, uel eorum filij decede-
ſent ſine filijs, &c. propterea omnes nepotes, &
pronepotes cenſentur uocati, atque grauati fi-
deicommiſſo, perpetuumque inter ipſos de fa-

milia inductum fideicommiſſum, ita vt ſucceſ-
ſioni ab inteſtato locus non adſit, tum quòd ſit
ſub duplici conditione, teſte Cardin. Pariſ. con-
ſilio. 18. numer. 51. uolum. 2. qui hanc commu-
nem * ait, ſequitur Ant. Gabriel. de fideicom. li.
4. concluſ. 4. 14. limit. nume. 38. Cuma. conſi. 3.
dixi conſil. 1. nu. 13. addo Zancum d. §. cum ita.
8. parte. num. 18. l. hæredes mei. & in prima edi-
tione. nume. 730. cum ſeq. ff. ad trebel. tum rur-
ſus, quòd inter vocatos nomine collectiuo, vt
hic, proximiores de familia, cenſeatur factum fi
21 deicommiſſum † ex. l. cuncta legatus. §. 1. fidei-
commiſſo. ff. de leg. ſecundo. qui ita communi-
ter * intelligitur, vt ibi Caſtr. Aret. ac Socin. in
l. Gallus. §. quidam rectè in fi. ff. de liber. & poſt-
hum. Soci. Sen. conſi. 90. in fin. volum. 1. in ter-
minis facti noſtri Alba. conſ. 51. in prin. dicens,
rem eſſe in claro, nec verbum viuentis obſtare,
eum intelligatur de proximioribus, tẽpore, quo
caſus eueniet, repertis in rerum natura, dans.
nume. 19. effectus ex verbo viuentes, reſultantes.
Sexto, negari nequit ex ſerie totius inſtitutio-
nis teſtamento, ac ſuperius, conſideratis colligi
enixam Teſtantis mẽtem conſeruandi bona in
22 familia, & agnatione ſua, ex qua mente † inter
ſuos deſcendentes ſaltim vſque ad quartum gra
dum fideicommiſſum induci ſolet, Curt. iun.
conſi. 54. nume. 6. & 113. numer. 5. Pariſ. d. con-
ſil. 37. numer. 39. volum. 2. Ioan. Cæphal. conſil.
134. nume. 32. Tobi. Noni. d. conſil. 32. nume. 7.
Marzar. conſil. 4. in prin. nec dubium eſt, ex vo-
catione maſculorum tantum, conſeruationem
domus, & familiæ reſpexiſſe. §. cæterum, §. me-
dia. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. ex qua vnica ra-
tione, ſolet intelligi motum fuiſſe ad inducen-
dum fideicommiſſum, Roman. in ſtatutis conſi.
16. nu. 5. vbi amplè de communi * Mendoſ. in
apoſtil. verbo agnatio, & in fideicommiſſo com
munem * hanc nuncupans. Rimin. iun. poſt ce-
teros, quos allegat conſil. 21. num. 32. lib. 1. quo
loci multum in propoſito caſus noſtri deſcribit,
& Alba. d. conſil. 51. num. 8.
Septimo, ſubiecit ſubſtitutioni per fideicom-
23 miſſum clauſulã, † & omni meliori modo, via,
iure, forma, cauſa, & ordine, quibus melius, &
efficacius de iure ſubſtituere potuit, ac debuit,
cuius clauſulæ magna adeo vis eſt, vt diſponens
intelligatur noluiſſe ſe ipſum reſtringere tãtum
ad modos, & caſus in ſpecie poſitos, ita Bal. in l.
vinum, col. antepen. ff. ſi cert. pet. Ruin. conſi. 9.
num. 5. col. 5. in terminis ſubſtitutionis, Crauet.
conſi. fin. num. 15. Rimin. iun. conſil. 181. num.
37. lib. 2. voluit igitur præſumptiuè Teſtator in-
ter omnes eius filios nepotes, ad deſcendentes
in infinitum, reciprocum inducere fideicom-
miſſum, cum iſte ſit melior modus, via, & cauſa,
quibus validius per fideicommiſſum ſubſtitutio
ſuperſtitum de familia fiat, ac æqualitas omniũ,
agnatio familiaue Teſtantis honoratius con-
ſeruetur.

Octauo dici nequit, nepotes non eſſe vocatos
ex perſona propria, ſeu ſaltim illis non eſſe ſub-
ſtitutos proximiores, quãdo pronepotes, ac o-
mnes deſcẽdentes in infinitum, grauati expreſ-
ſe exiſtant, & filij, ac nepotes includitur expreſ-
ſe verbis illis, ſi quis hæredum inſtitutorum vel
filiorum ſuorum, vt modo aliquid in ſenſu pro-
prio operentur verba addita deſcendendo in in
finitum, verificabuntur in deſcendentibus om-
nibus à dicto Teſtatore, inter quos reciprocum
fideicommiſſum factum præſumatur, ita Socin.
24 iun. conſil. 89. nume. 17. uol. 3. ſuperflua † enim
eſſe non debent verba, dictio, nec ſilaba aliqua,
Bald. in rubr. de contrah. empt. q. 9. nec in teſta-
mentis, Pariſ. conſ. 1. nu. 45. vol. 3. Soc. iun. conſi.
89. nu. 15. & 17. volum. 3.
Nono, vocas deſcendentes ſuperſtites maſcu
25 los in ſtirpes, † & non in capita, ſic agnationem
ſuam, & familiam in ſtirpes. itaque inducitur fi-
deicommiſſum etiam reciprocum inter filios, &
nepotes ſubſtitutos, quando aliàs ipſis non vo-
catis, ſed eiuſdem iure ſucceſſionis tantum ab in
teſtato reſeruato, deſcendentes in ſtirpes, non
ſuccederent alicui tranſuerſali, quod ſupponi-
tur neceſſario ſtirpes vocando, atque ſubſtituen
do, quaſi velit plures ſui filios in locum vnius,
vel patris prædefuncti ad ſucceſſionem alterius,
& tranſuerſalis venire, puta patrui, aui, vel ſimi-
lium. §. primo. Authen. de hæred. ab inteſta. ue-
nient. Authen. in ſucceſſione de ſui. & legitim.
iuncta auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. So-
cin. iun. conſi. 149. numer. 8. uolum. 2. & conſil.
135. nume. 7. uolum. primo. Pariſ. conſi. 91. nu-
me. 23. & 24. uolum. ſecundo. quòd ſi ſolum ius
ab inteſtato reſeruatum foret, clauſula in ſtirpes
minimè uerbis, & mente Teſtantis conueniret,
immo illius uoluntati repugnaret, contra. l. 3.
C. de liber. præterit. cum ſimi. Port. Imol. conſil.
8. nume. 30. Hæc enim clauſula, ut plurimum in
ſucceſſione tranſuerſalium effectum ſortiur, ca-
pitaque filiorum diuerſorum fratrum, ſororum
uè ab hæreditate ulterius excludit, cum non uiri
liter, ſed per ſtirpes, ordine tamen ſucceſſiuo,
quo ad proximitatem ſuccedi permittat, Socin.
iun. ubi ſupra, Pariſ. conſi. 40. numer. 32. & ſeq.
uolum. 2. Curt. iun. conſi. 52. numer. 16. & 161.
num. 7. in fi. Socin. iun. conſi. 89. nume. 14. uol.
3. ac ob uerbum illud, in ſtirpes, ſubſtituit de-
ſcendentes omnes, ac agnationem ſubſtituiſſe
credatur. Ar. doctr. Bald. in l. ſi quis in ſuo. C. de
inoffi. teſtam. & fideicommiſſum reciprocum in
ter filios deſcendentium induci uoluit Socin.
Sen. conſi. 104. uolum. 3. Pariſ. conſil. 36. nume.
5. uolum. ſecundo. Socin. iun. conſil. 89. numer.
17. uolum. 3.
Decimo, ſubſtituti, ac in conditione poſiti,
ſunt filij, ac deſcendentes Teſtatoris, quos gra-
uauit, mandando ut proximiores maſculi uni
ſuccedant ipſis ſine filijs decedentibus. Videtur
itaque inductum fideicommiſſum à parte inter
liberos

liberos omnes ex neceſſario antecedenti, vt ipſi
liberi deſcendentes grauati hæreditatem reſti-
tuere poſſint per Bartol. in l. centurio. nume. 37.
verſicu. quæro vlterius. ff. de vulg. & pupil. quam
* doctrinam receptam *inquit in iudicando, &
conſulendo, Dec. in l. prima. nu. 15. C. de pact.
Alexand. conſi. 46. in prin. volum. 4. & licèt mul
ti contrarium tenuerint, tamen in filij deſcen-
dentibus Teſtatoris, ex ſpeciali connexitate exi
ſtente inter hæreditatem patris, & filiorum, arbi
** trati ſunt quàm plurimi ** ſententiam Bart. ue-
riorem, & fideicommiſſum reſultare, vt inquit
Bolognet. cęteros allegans in d. l. 1. nu. 47. C. de
pact. Tobi Noni. d. conſi. 32. num. 22.

Vndecimo, & vltimo loco id auctoritatibus
comprobo, nempè noſtratum, qui in hac valdè
ardua, & difficili quæſtione, ita à Iaſ. nuncupata,
conſ. 25. volum. 3. reſoluunt inter nepotes Teſta
toris poſitos in conditione, ſi eius filijs hæredes
deceſſerint ſine filijs, rurſus, & grauatos, ſi ipſi
nepotes deceſſerint ſimiliter ſine filiis, dum eiſ-
dem ſit aliquis ſubſtitutus, & fortius, ut hic, pro-
ximior de familia Teſtantis induci fideicommiſ
27 ſum, † cenſerique grauatos, honoratos, & inui-
tatos, vt grauamen illis iniunctum, ſeu fideicom-
miſſum omnino ſubſiſtat, Quam ſententiam te-
nuerunt, nè omnes hic deſcribam, Bar. Iacob. de
Bellouiſu. Alber. Dyn. Ioan. de Annan. Fulgoſ.
Capra. Salicet. Raine. Oldra. Bal. Caſtr. Iacob. de
Aret. Ioan. de Monteſpirello. Ioan. Petrucius,
Aret. Ang. de Peruſ. Corn. Cuma. Ancar. Alex.
Barbat. Bertrand. Prax. Papien. Caſſi. Deci. Ri-
pa. Curt. Sen. Curt. iun. Guid. Pap. Florian. Soc.
Sen. Socin. iun. Craue. Gozadin. Zaſ. Celſ. Vgo.
Rui. Polit. Ferdin. Loazeſ. Galiaula, Crot. Bero.
Mant. Cęphal. Clar. Rolan. à Valle. Tobi. Noni.
multique alii Iureconſulti Peruſini, Piſani, Flo-
rentini, Senenſes, ac Doctor. Italiæ idem tenue-
runt. Quos ſigillatim recenſent in terminis no-
ſtris Roland. à Valle conſil. 18. nume. 10. & per-
totum conſilium volum. 4. Ioan. Crot. conſ. 349.
num. 11. & ſequen. volum. 3. Ioan. Cæphal. cõſ.
93. per totum uol 1. Tobi. Noni. conſil. 31. num.
19. Adducentes hanc ſententiam hodie commu
** niorem ** canonizatamque eſſe, vt atteſtatur
infraſcripti, videlicèt Caſt. in l. ab eo. C. dè fidei-
com. Soc. Sen. & Pontan. in l. cum. filio. ff. de. leg.
1. Socin. iun. conſi. 114. nume. 18. & 145. nume.
36. volum. 3. Ruin. conſil. 127. num. 4. volum. 3.
Beltrand. conſi. 113. volu. 3. Bero. conſi. 110. nu-
me. 34. volum. 2. Curt. Sen. conſi. 51. num. 23. in
fin. Galiaul. in l. centurio. num. 458. & 475. ff. de
vulg. & pup. ita Curiam Regii. Delfinatus in iu-
dicando ſequi ait Crauet. conſil. 155. numer. 5.
Guid. Papa. q. 39. verſi. niſi, vt alibi collegium Pe
ruſinum id tenuiſſe ſcribit Cæphal. conſ. 93. nu-
me. 1. in fin. rurſus & collegium Mediolanenſe,
Clar. in §. teſtamentum q. 78. non diſſentit in vl-
tima opin. Anguſ. conſil. 37. nume. 6. lib. 6. in. fi.
& ſi contrarium teneat, & affirmatiuam decla-
ret in conſi. 75. libr. 6. nu. 5. Et hanc opinionem
** poſt relatos ab eis iſti veriorem, ** æquiorem,
communiorem menti Teſtatoris conſonam, ac
in legendo, & conſulendo amplectendam Iure-
conſulti celeberrimi ſequuti ſunt in terminis
iſtis, Crot. d. conſi. 349. Cæphal. conſi. 93. per to-
tum libr. 1. Tobi. Noni. d. conſi. 31. nume. 19. &
Roland. à Valle conſi. 18. per totum volum. 4. li-
** cèt. aliqualiter valdè diſſentiat ab his, quæ ipſe
tradit, & ſi remiſſiuè ferè conſi. 51. nu. 11. vol. 3.
& Cæphal. conſ. 268. num. 19. vol. 2.

Ex quibus cõſideratis, vt ſupra, infertur fidei-
commiſſum abſolutum adeſſe, ita vt Comitis Pe-
tri inſtantiæ locus exiſtat.

Tertio, principaliter eidem Comiti inſeruit
quia Ioſeph, & Pulus ſunt de filiis filiorum hæ-
redum inſtitutorum, qui ſinè filiis deceſſerunt,
Comes vero Petrus, eſt nepos ex filio Teſtantis,
conſequenter ſupreſtes viuens, & proximior ex
familia Teſtatoris. ideo verbis verificatis, & con
28 ditione impleta, quis dubitat ſubſtitutum † ad-
mittendum. l. fin. §. primo. ff. vulg. & pup. Socin.
iun. conſil. 181. nume. 22. volum. 2. & in ſpecie
noſtri caſus, ita arguit idem Socin. iun. d. conſil.
145. num. 17. volum. 3. ſubdens num. 32. in. fi.
iſtum ex expreſſa ſubſtitutione venire, Mand.
de Alba. conſi. 87. num. 15. in fin. dum enim cla-
rè in teſtamento diſpoſita, ſubſtitutus ſemper
venientes ab inteſtato excludet, not. in d. §. cum
ita, immo cohęredibus, ac coniunctis præfere-
tur. l. vnica in pri. §. in ſecundo. §. ſin autem ali-
quid ſub conditione. C. de. canuci. tollen. & ibi
omnes tradunt. l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſe. ſe-
cundum tabul. Socin. iun. conſi. 141. nume. 10.
& 169. num. 4. volum. 2. Nec dici poteſt, non eſ-
ſe grauatos nepotes, quia non ſunt honorati, l.
ab eo. C. de fideicom. cum ex præcedentibus, &
ſubſequentibus, maximè in ſecunda, & quinta
ratione contrarium appareat.

Quarto, coadiuuantur omnia, veritas eſt ſub-
ſtitutionem hanc ob verbum per fideicommiſ-
ſum ſubſtituit commune, & dictionem quando
cunque, quæ tempora plura complectuntur ſub
29 mortis conditione, compendioſam † cenſeri,
* ad communiter * tradita in l. centurio, vbi Bart.
num. 9. Aret. nume. 5. Socin. Sen. nume. 18. Iaſ.
num. 22. Ripa. nume. 60. Socin. iun. nume. 172.
Galiaul. nume. 118. Bolognet. num. 4. ff. de vulg.
& pupil. ſcribentes in l. præcibus. C. eo. vbi Bal.
num. 32. Deci. num. 16. Curt. num. 45. Caccia-
lup. nume. 27. Curt. conſi. 86. in pri. Deci. conſi.
642. num. 1. Menoch. conſi. 85. num. 6. & 7. com
* munem *refert Sfortia Odo. tract. de compend.
ſubſtit. in part. prima. concluſ. 6. Ex qua ſubſti-
tutione compendioſa poſt mortem inſtitutorũ,
ac filiorum ſuorum ſcripta, puta ſi filii mei, vel
filii eorum deceſſerint quandocunque ſinè libe-
ris, vt in caſu noſtro, quæ fideicommiſſariam
30 † omni tempore continet, ex cõmuniori, ** per
** Pariſ. conſi. 92. num. 17. & ſequen. & 93. nu. 57.
vol.

vol. 2. Sfortia Odo. vbi ſupra part. 5. in ſpect. 3.
pag. 167. Mazzol. conſi. 9. nu. 33. & conſil. 8. nu-
mer. 63. Hier. Gabriel. conſi. 149. num. 40. & ſe-
quen. Vaſqu. tract. de ſucceſſ. par. 2. lib. 2. §. 18.
num. 49. & ſeq. ſeu. vltimo eorum decedenti fa-
cta licèt regulariter inter filios filiorum minimè
inſtitutos, ſeu honoratos reciproca ſubſtitutio
31 † non inducatur, ex doctrina originali Imolę in
d. l. centurio. numer. 22. Socin. Sen. in d. §. cum
ita. num. 3. Ancar. conſi. 120. nu. 2. Gozad. con-
ſil. 67. num. 14. Ruin. conſi. 96. num. 11. volum. 2.
Socin. iun. conſi. 176. nume. 17. volum. 2. Pariſ.
conſi. 44. num. 29. lib. 2. nec diſſentientem inue-
nire ait sfortia Odo. d. tract. de compend. ſubſti-
tut. part. 5. art. 6. primo caſu princip. concluſ. 1.
pag. 7. attamen multifariam limitatur, nempè
modo, quo declaratur regula Gloſæ. l. Lucius. ff.
de hęred. inſti. (quæ hodie regulariter ſeruatus,
& ſi multi contrarium attentent) quòd ubi filij
in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vo-
cati, ex aliquibus coniecturis, ita etiam recipro-
32 ca † inſtitutio reſultet ex compendioſa filiis fa-
cta, ſi coniecturæ concurrant, ita Ripa. in d. §.
cum ita nume. 29. Ruin. conſi. 139. nume. 21. &
ſequen. volum. 3. Aimo. Crauet. conſi. 130. nu.
5. & 6. sfortia loco ſupra allegato. caſu primo.
& d. cõcluſ. prima. in fi. At ex pluribus coniectu
ris cenſeri vocatos in dubium redditur. Exem-
plum, vt in caſu noſtro, ſi maſculorum † quali-
33 tas addiciatur, ratio conſeruandę familiæ, graua
men dictorum filiorum in conditione poſito-
rum, duplex conditio, requiſitum, quòd filii ex
legitimo matrimonio naſcantur, compendioſa
ſubſtitutio, & alia id genus, vt in terminis ſcri-
** bunt, ex communiori ** Soc. iun. conſi. 110. nu
me. 28. volum. 3. Grat. conſi. 106. num. 48. & 49.
lib. 2. Cęphal. conſi. 93. in fin. & 251. num. 73. &
82. volum. 2. Soc. iun. conſi. 16. num. 42. volum.
2. Gribaldus. inter conſi. Portii. conſi. 40. nume.
20. ampliſſimè Marzar. conſil. 4. & conſil. 5. pag.
39. & ſeq. cum conſi. Aimon. 6. celſus Vgo con-
adminiſtrationis, & ibi text. aſſignat rationem,
qua de re non poſſint vendicare, quia non pręſu
mitur acquiſiuiſſe tutorem ex adminiſtratione,
per hoc præſumeretur delictum. ſed lex præ-
ſumit acquiſiuiſſe ex induſtria, vel laboribus
ſuis, & ibi not. Bald. & Sali quod in dubio quis
præſumitur locupletari potius, quàm quod ma-
le, vel per delictum acquirat, & certe ille eſt nota
bilis tex. dum loquitur in eo qui prius nihil ha-
bebat, & erat pauperrimus: tamen in eo pręſu-
mitur licitam acquiſitionem, non obſtante ad-
miniſtratione. Tutor enim & quilibet admini-
ſtrator non pręſumitur effectus diues, cum an-
te pauper exiſteret, niſi probationibus & mani-
feſtis coniecturis id colligatur, quod pro ſingu-
lari tradit Franc. Cremen. ſingul. 6. tu ſcis in fi.
Feder. de Sen. conſil. 57. Roman. conſi. 159. nu-
me. quarto. Alexand. conſi. 61. nume. 13. uolum.
4. Curt. Sen. conſi. 31. concluſ. 7. Crauet. conſil.
191. num. 8. & 129. num. 3. vbi plures coniectu-
ras aggregat, ponunt nouiſſimi ſuizanenſes, in
tracta. de tut. & curat. nume. 223. & 224. ea ra-
25 tione quod nemo in re aliena † & fructibus a-
lienis pręſumatur, effectus locupletior, niſi pro
betur. Felyn. in c. de quarta, verſicu. ſecundare
ſtrictio. nume. 31. de præſcript. Gomes in §. a-
*• ctiones. nu. 21. inſtit. de actio. & ** crebriorem
ſententiam appellat Menoch. tit. de recuperan.
poſſeſſione remed. 15. quæſtio. 40. ſecunda de-
claratione. num. 586, ſic in propoſito, & ſi Do-
mina Aurelia nihil habuiſſe, potius præſume-
tur acquiſiuiſſe ex laboribus ſuis uel induſtria,
quàm quòd aliquid illicite commiſerit. d. l. ſi de-
functus.

Secundario hoc tanto magis procedere arbà
tror, quia conſtat unde mulier hæc negotiari
potuerit. obtinuit enim à matre bubulcas uigin-
ti terræ pro ducatis ducentium ſibi ab ea debitis
anno 1499. habuit demum uiuens uſumfru-
ctum ſeptuaginta bubulcarum terræ ſibi reli-
ctum anno 1510. negotiata eſt rurſus per annos
quatuordecim ducatos quatuorcentum cuiuſ-
dam Patauini, vt liquet inſtrumento reſtitutio-
nis factæ. d. Patauino, per eam anno 1524. &
cum. d. quatuorcentum ducati fuerint recepti
in cuſtodiam, non in ſacculo, ſed numerati, vt
ex inſtrumento colligitur, nec partes conuene-
rint, quòd eadem corpora numorum eſt reſtitue
rentur, utique dominium pecuniæ datæ in cu-
ſtodiam tranſiuit in Domi. Aureliam, quæ po-
tuit eam conuertere in uſus proprios, & cum ea
negotiari, contractus inire, & lucrum facere,
quia tunc depoſitum nõ retinet naturam ſuam,
ſed tranſit in mutuum l. Lucius la pri. & l. die
ſponſaliorum. §. qui pecuniam. ff. depo. decla-
rant Paul. de Caſtr. Alexand. Moder. in l. cum
quid. ff. ſi certum petatur in illa. q. tolle iſtam
pecuniam, & cęt. quicquid dixerit Bald. in l. in-
cendium. C. ſi certum petatur. qui in hoc magis
communiter damnatur per Alexand. & alios in
d. l. cum quid. Deci. conſi. ſexto. & multa deſcri-
26 bit in Principis † Theſaurario, Alci. conſi. 100.
per totum, concludens pecuniæ eidem licet ſa-
lario annuo conducto, ſolutæ, dominium, ita in
eum tranſire, ut omne lucrum proueniens ex
cambiis, vel allagiis. d. pecuniæ theſaurarij, non
Principis exiſtat. Cum ergo habuerit unde po
tuerit quærere, ceſſat, quod acquiſiuerit ex bo-
nis vel pecuniis Seniorum. d. fratrum, & in iſtis
terminis, quando conſtat vnde potuit acquiri,
fallit, regula l. quintus cum ſimil. quia cum ſit
27 fundata in coniecturis, per alias † coniecturas
tollitur, tradit Areti. conſil. 31. Barba. in c. pri.
colum. prima. uolumi. ſecundo. de pecul. cleri.
cum concord. per Ant. Gabriel. de præſumpt.
concluſ. 15. nume. 27. una enim coniectura uel
præſumptio tollit aliam cap. literas de præſum-
ptio. l. diuus. ff. de integr. reſtitutio. Alexan. con-
ſil. 77. vol. primo. Iſtis tollitur coniectura dedu-
cta à teſtamento per eam condito anno 1521.
dum reliquit trecentum, quæ habebat in mer-
catura. quod teſtamentum licet ſit reuocatum,
videtur probare, iuxta l. fin. ff. de rebus eorum,
quando appareat vnde potuerit acquirere.

Nec repugnat, quod habuerit unde quære-
ret, ab anno 1510. citra ex d. vſufructu inquam,
& d. ducatis quatorcentum, ſed ante annum
1510. pauper erat, & tamen conſtat per inſtru-
menta publica dediſſe pecunias ad mercandum
eius nepoti.

Replicatur imo habuiſſe dictas terræ bubul-
cas anno 1499. ex quarum fructibus potuit lu-
crari datum ad mercaturam licitam, nempe du-
catos 260. quia alimentabatur nepotem. præte
rea conceſſo nihil habuiſſe, præſumitur, quod
acquiſiuerit ex fortuna, uel caſu inopinato, e-
tiam ſi fuiſſet pauperrima, & nihil in bonis poſ-
ſediſſet. d. l. ſi defunctus, vbi Bald. & Salic. & ple-
nius Alberi. ibi, ſeruit in fortioribus terminis,
quòd voluit Petrus de Ancha. in cap. primo. de
pecul. cleri. de quodam laico, qui adminiſtra-
28 uit † introitus cuiuſdam magni Principis, &
reuerſus eſt in patriam cum ducatis centum mil
libus, nec erat perſona adeo induſtrioſa, quæ
potuerit tantum lucrari, certe inquit Anchar.
non pręſumatur ex hoc, quod acquiſiuerit de
bonis

Digitized by Google

Trini. Ioan. Maria Monticel. repert. de teſtibus
verbo teſtes quot in teſtamenti. num. 3.

Non obſtant modo, quæ in cõtrarium dedu-
cebantur, primo ſtatutum patriæ, ſub Rubri. de
teſtam. conficien. quòd ſeptem teſtes de iuriſdi-
ctione Mantuæ requirit, etiam in teſtamento ci-
uis in loco forenſi celebrato, propter dictionẽ il
7 lam, dicta teſtamenta, &c. quæ † repetit præcedẽ
tia, cum omnibus ſuis qualitatibus, per Bar. in l.
ſi quis ſeruum. §. fi. ff. leg. 2. Ruin. conſil. 103. nu.
* 5. & 206. num. 5. vol. 2. ſecundum * communem,
relatum per Dec. conſi. 276. col. fi. & conſi. 291.
num. 6. Cæphal. conſi. 259. in prin. quia tripliciter
reſpondetur.

Primo, qualitates quidem propter verba prę
dicta cenſeri repetitas, videlicet quoad teſtamẽ
ta, vltimas voluntates, donationes cauſa mortis,
& ſimilia repetita diſpoſitiuè in dicto verſiculo,
at ſecus, quoad numerum teſtium, vt ſicuti in
præcedentibus requirantur ſeptem, ita & in ſe-
quentibus, quoad teſtamenta celebrandi in di-
8 ſtrictu Forenſium, † eo quod ſi id voluiſſet ſtatu-
tum, utique dixiſſet, Anear. conſi. 19. in fin. pro
vt de teſtibus replicauit, vt ſint de iuriſdictione
communis Mantuę, quod tamen & virtute illius
dictionis poterat ſubintelligi, ſi omnia repetita
intelligebãtur, vnde omiſſum in materia ſtricta
pro non diſpoſito & omiſſo habetur, cum tena-
citer verbis ſtatutorum ſit inhærendum, tradit
Corn. conſ. 90. volum. 3. tantumque diſponant,
quantum loquuntur, & non plus Bald. in l. teſta-
mentum non ideo C. de teſta. Curt. conſi. 11. ſta
9 tuto † Parmenſi. col. 1. Repetitio nãque qualita
tum per dictionem illam, prædictas, maximè in
ſtatuto, ceſſat, vbi eadem ratio non vigeat, tum
ſi alias ſequeretur abſurdum, declarat Bal. in l. in
actionibus. ff. his qui not. infa. Iaſ. in l. nam abſur
dum. ff. de bon. libert. in propoſito Socin. iun.
conſi. 1. nu. 27. cum. ſeq. volu. 1. ceſſat rurſus, vbi
ſumus in oratione penitus diuerſa, & quando
qualitas in vna poſita de per ſe, non ſtet (ut in
numero teſtium) ſed potius dicatur quædam ad
iectio qualificans teſtamenti ſolemnitatẽ, & vl-
timarum voluntatum, quæ vtique non cenſetur
repetita in ſecũda, ne qđ rediculum eſt, ſequatur
conditionem uni appoſitam, ad aliam quoque
referri, cõtra. l. filiũfamilias. §. fi. ff. qñ die leg. ced.
not. Soci. iun. conſi. 3. nu. 40. cum ſeq. vol. 1. cum
itaq; non ſit eadem ratio numeri teſtiũ, in teſta-
mento conditio Man. uę, prout alibi, & in loco
10 forẽſi, cuius ſolẽnitas attẽdi debet ſecũdũ iuris
cõis diſpoſitionem l. ſi fundus. C. de euict. Doct.
oẽs in c. quod clericis. de for. compe. Cagn. in l.
ſemper nu. 5. ff. de reg. iur. Gozad. conſil. 49. nu.
15. late Cæphal. conſi. 170. num. 21. vol. 2. Bero.
conſi. 60. nu. 18. vol. 2. & extenditur ad bona ẽt
* alibi ſita, iuxta cõem * relatam ab Ant. Gabr. de
teſta. concluſ. 4. nu. 1. à qua iuris diſpoſitione ſta
tuti interpretationem capit, vnlg. l. 2. ff. de no-
xalibus, ſintq; penitus diuerſæ diſpoſitiones in
dicto ſtatuto cõprehenſæ. mirũ nõ erit, ſi nume-
rus teſtium repetitus minimè cenſebitur. Acce-
dat, quòd dicitur ſtatutum permittens filiofa-
milias teſtari, non tamẽ interpretatur, vt minor
numerus, ſeptem teſtium, quot à iure requirun-
tur, adſint, Bart. in l. 1. §. lex. falcidia, Anton. Cuc
cus tract. de legitim. verſi. quoquo relicti titulo.
nu. 32. verſ. & ſic exiſtente pag. 84.

Secundo reſpondetur, dictum ſtatutum intel
ligi de ciue & diſtrictuali teſtante extra territo-
rium, qñ tñ commoretur, vel habitet in loco, &
diſtrictu Mantuano, eo quia tollatur fraudis ma
teria, ne ibi habitantes ad loca extera accedant,
& ibidem contrahant, ſeruatis loci actus ſolem-
nitatibus, prout de iure oportet fieri, per d. l. ſi
fundus, vbi ſupra. at ſecus de originario ciue ali
bi commorante, domiciliumq;, ac familiã habẽ
te, ac penitus loci forenſis ſubdito, cũ ad illũ ſta-
tutum porrigi non debeat, ne alias nimis ius cõe
reſtringatur, vt virtualiter ſuper ſtatuto donatio
num immobilium Laudæ, notauit Cæpha. cõſ.
170. nu. 28. cum. ſeq. vol. 2. Vnde cũ Dominus
Tridapaleus Venetiis domicilium ſortiretur, ſta
tutum ad illum effectum minimè porriget.

Tertio reſpondeo, nec ſtatutum Mantuæ, nec
ſtatutum Venetiarum, quatenus etiam illorum
forma ſeruata non eſſet, operari, quin hoc teſta-
mentum inter liberos confectum iuribus ſubſi-
* ſtat, regulam enim & commune * dictum ſcribẽ
tium habemus, quòd leges generaliter loquẽtes
11 circa ſolemnitatem teſtamentorum, † non com
prehendunt teſtamenta hęc informia, priuilegia
ta à lege, & ſpeciali denominatione digna, cum
in his ſat eſt probatio illa, quæ in actibus inter vi
uos requiritur, eſt tex. in l. hac conſultiſs. §. ex im
perfecto C. de teſta. l. fi. C. fam. hercíſ. Rim. cõſi.
319. num. 23. egregie pro ſolemnitate à lege Re
gia Hiſpanorum in teſtamentis celebrandis cõ-
ſtituta tradit Vaſqui. de ſucceſſ. lib. 3. §. 21. limit.
7. num. 45. nu. 72. cum. ſeq. & §. 24. nu. 22. ſequi-
tur ideo quouis iure appareat conditum ſeruan
dum fore, nec ſolũ quo ad filios, & filiam, verũ
ẽt quo ad legata vxoris, ſtãtibus ſupra deductis,
& quia filij nunquam contradixerũt legato ma-
tris, qui tantum contradicere valent, nõ autem
fiſcus, ad not. per Vallam in ſimili de teſtamen-
to nullo, in conſi. 9. in prin. & quia maior ſit fi-
liorum fauor, vt legatum matris ſubſtineatur,
quam annulletur, arg. eorum, quæ in caſu d. §. ex
im perfecto not. Grat. conſi. 156. num 50. vol. 2.
ubi enim eſt coniunctus filio in teſtamẽto inter
liberos, teſtamentum illud, licet cum duobus te-
ſtibus ad illius fauorem ſuſtinetur, Natta in d. §.
ex imperfecto, & in auth. hoc inter liberos, ex
quibus ceſſant motiua circa ſtilum deducta, cũ
hoc teſtamentum iuxta iuris ſtatutorum diſpo-
ſitionem ſubſiſtat. Vt ſecundum in eo diſpoſita
iudicatum per Illuſtrem Senatum Mantuæ fuit.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

CONSILIVM CCVII.

TRINITAS ADSIT

PRoponitur Illuſtrem Comitem
ac militum præfetum nomine
Hugonem, nobilem Germa-
nũ,& iuriſdictionis,ac Caſtro-
rum dominum,in altera ex ci-
uitatibus Italiæ,Inſtante Excel
lentiſſimo Principe & domino ciuitatis, cum
Illuſtri Iuuene nomine Florenda ſponſalia con
traxiſſe,& ſubſequuta copula carnali,vxore pri-
uatum fuiſſe,eo quòd prætenderent affines mu-
lieris Comitem eſſe hæreticum, vagabundum,
& ſæuum.hacque de cauſa compromiſerunt in
eundum Principem, qui laudauit, vt depoſitis
10000. aureis, ſibi vxor reſtitueretur. Modo
quærinir quid iuris.& breuitati ſtudens cenſeo,
Trinitatis auxilio iterum implorato,in viri gra-
tiam terminandum.

Primo,quia d. Comes per eum adimplenda
ex forma laudi adimpleuit, realiter offerendo
in præſentia partis decem mille aureos numos
penes Salomonem ab Excellentiſſimo Duce
pro depoſitario nominatum, & conſequenter,
1 de quo debuit,vt à Principe † propoſito confi-
dere,iuxta trad.per Bar.in l.ſi ſoluturus.ff.de ſo-
2 lutio.quæ ſane † realis oblatio, vicem ſolutio-
nis,ac implementi obtinet,no.in l. obſignatio-
ne.C.de ſolutio.in l.acceptam.C.de vſur.Bar.in
l.cum ſeruus in fi.ff.de cond.& demon. Bart.&
Alex.in l.iuriſgentium,in prin. ff.de pact.decla-
rat Alex.conſi.92.in fi.3.col.cum ſeq.lib. pri.&
in l.ſi mora.ff.ſol.matrim.Neguſant.de pignor.
5.parte,tertio membro, nu. 167. ac poſt num.
3 149.oblatio enim † implementum præſtat l.ſe-
cunda.in fin. C.de inſtit. & ſubſtit. cum ſimilib.
& eo magis recuſata à parte, quæ tacendo, ac-
cipere oblatum nolle præſumitur,niſi aliud pro
betur,Bar.in l.prætor.§.ſi quis paratus.in fin. ff.
de nou.oper.nunciat.Neguſant.d.loco.nu.166.
4 & vbi a parte recuſetur † oblatio etiam verba-
lis tantum vim ſolutionis pariat, atque ſufficiat.
Bal.in l.prima. C.ne liceat. 3. prouocare. hanc
* veram & communem * inquit Ruin.conſ. 113.
in pri.volum.pri.poſt quotas deductas ab Ant.
Gabr.commun. opin. lib.3.de ſolut. concluſ.8.
& Riminal.iun.conſi.5.num.86. per quæ patet
fuiſſe ſatisfactum reuerentiæ Principis,& ſi Co-
mes non cogatur parere laudo in illa parte,
quod per biennium teneatur in illa ciuitate ha-
bitare.conuentione enim compromiſſi tenetur
ad habitãdum. quod eſt factum extra iudicium
explicandum,ſic non poteſt cogi præciſè ad fa
5 ctum,ſed ſoluendo † intereſſe liberatur, Bart.in
l.ſtipulationes non diuiduntur in 8.quæſt.ff.de
verb.oblig.per Bart.loquentem in eo, qui tene-
tur limitato tempore certo loco habitare, in l.
Titio centum. §. Titio el ſecundo. ff. de condit.
& demonſtr.Bal.in l.ſicut certi.C.de libe.'cauſa.
Salycet.in l.antiquitas.C.de vſufruct.omnium-
* que eſt concors * ſententia in l.tertia, poſt gloſ.
ibi.ff.de vſufruct.Didac.Couar.epitome. ſecun-
da parte cap. 7. §. 11. ſub num. 5. præſertim in
Comite vaſſallo Cæſaris, qui habet ſubditos re
gendos,& militiam exercet, quodque intereſ-
ſe,in quo verſetur nemo conſiderabit,nec præ-
ſtat nocumentum, quòd ius dicens d. Ciuitatis
alium obtulit campſorem,ac numularium, pe-
nes quem erat pecunia deponenda. quoniam
aliquem pręciſe non nominauit iuſdicens,& ſo
lo verbo obtulit numularium, non autem reali-
ter,nempe cum acceptatione eiuſdem,propte-
rea non cenſetur legitima, quia vbi facto opus
6 eſt, † verba non ſufficiunt capit. paſtoralis. de
offic.ordin. cum aliis. de quibus per Alexand.
in dicta l.ſi mora, cum vulg. & Neguſant. loco
ſupra allegato.ſi enim nominaſſet, potuiſſet nõ
eſſe confidens d. Comiti, & ſibi incognitus ac
7 forenſis,quæ † confidentia requiritur Bartol.
in dict.l.ſi ſoluturus. Et quamuis habitatio per
biennium in illa ciuitate applicatur in laudo Il-
luſtris.domi.Vxori,non autem Comiti marito,
8 tamen non conuenit † vxorem à marito ſepa-
rare,qui præſertim eam duxit,vt ſobolem pro-
pagaret. cum vnicus ſit de Illuſtri eius familia.
vxores enim penes maritos degunt, cum ſint
ſocii diuinæ & humanæ domus.l. aduerſus.C.
de crimi.expila.hæred.l.prima.ff.de rit. nup. &
in eadem ciuitate viuere debent l. fin.§.item re-
ſcripſerunt,el ſecundo.ff.ad municip. & pater,
qui habet filiam in poteſtate, & fortius mater
poteſt cogi filiam marito exhibere l.ſecunda.l.
9 prima,in fin.cum ſequen. ff. de liber.cauſ. † &
vxor tenetur cohabitare cum viro, etiam ex-
communicato cap.inter alia.de ſenten.excom-
mun.Imo.in l.ſi conſtante.colum.8.ſolut.matr.
nec diſcedere poteſt ſine eius licentia, Specul.
qui filij ſint legi.verſicul.nunc dicamus, minus
pernoctare extra domum viri, pro ſuſpitione
uitanda. ex duobus enim effectibus reſultanti-
bus à coniugali contractu, hic eſt principalis
10 coniugum † cohabitatio,propter quæ præciſè
à iudice eccleſiaſtico per excommunicatio-
nem,interdictum, uel brachii ſecularis implo-
rationem, alter cum alio uitam agere & coha-
bitare compellitur, capit.literas,ubi Abb.in fin.
de reſtitut.ſpoliator.cap. primo. de ſponſa. ubi
Felyn.num.octauo.Decius in l. ſecunda. nume-
ro 80.ff.de regul. iur. cap. intelleximus de adul-
ter. cap. primo. de offic. ordin. Didac. Couar.
epitom. parte ſecunda.§. 11. capit.ſeptimo. nu-
mero 1.& præciſè compelluntur, ut notat Bar.
quæſt.8.& Iaſ.nu.32. in l.ſtipulationes non di-
uiduntur. ff. de uerborum obligat. Teneturque
11 † uirum ſequi mulier,cui competit marito obtẽ
perare,quocunque uadat,& ſi uagari modo nõ
temere uelit,& in præſenti fortius.ex quo ſciuit
eum militem & alienigenam,cenſeturq.in eum

vti talem conſenſiſſe, ac in illius conditiones at-
tenta qualitate perſonæ adeo, quòd ſe marito
ſocia exhibebit, & ſi vagabundo & peregrinan-
ti, quia tempore contractus matrimonij notum
ſibi fuit eſſe tali vitio deditum, ſicut explicat gl.
in c. ſi quis 34. q. 2. Imol. in rubrica ſolut. matr.
num. 7. Bart. in l. meuia. §. fin. de annu. lega. cum
alijs per Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus
* col. pri. ff. ſolut. matri. eſtque communis * ſen-
tentia per Abb. & alios in c. de illis. de ſponſal.
Tiraquel. lib. de leg. connubial. pag. 8. ſequitur
Didacus Couuar. d. epito. par. 2. capi. 7. num. 5.
in fi. & minus cogitur Do. Comes extra Caſtra
habitare, & alibi vxorem retinere, præcipuè,
quod probabiliter de veneno ſuſpicatus eſt in
illa ciuitate, ob fugam eius, qui epula ſuſpecta
in domo ſocrus ſubminiſtrauit, nec aliud ha-
beat in d. loco domicilium, dicta enim fuga nō
modicam ingerit ſuſpicionem, habetur in l. fin.
ff. de quæſtio. & quis locum non tutum accede-
re, & minus in eo habitare conſtringitur, Clem.
pri. vbi doc. de indi. cum ſimil. Quinimo & ſi pa-
ctum valeat, quod coniux cogatur in certo lo-
* co habitare ſecundum communem * opi. quam
affirmat Abb. in c. 1. qui matr. accuſ. poſſ. Silue-
ſter in uerbo, vxor q. 8. maritus tamen cum vxo
re recedit ab eo loco, ſi id iuſta cauſa ſuadeat nō
obſtante pacto, quod admittunt, Abb. & Doct.
in c. de illis. de ſponſ. refert Couar. d. c. 7. num. 5.
ac Eman. Soarez recept. ſentent. verbo, vxor
nume. 111. adimpleuit ergo vir, ex parte ſua, &
ideo vxor eſt illi reſtituenda.

Verum, quo ad partem mulieris, quæ licet in-
terpellata minime contenta in laudo adimple-
uit, quoniam poſt dictam realem oblationē nō
fuit reſtituta vxor dicto Comiti Hugoni, firmari
poſſe creditur, ipſum non teneri amplius pare-
14 re laudo, quando † frangenti fidem in dictis ca-
pitulis laudi correſpectiuis, & conſequenter cō-
nexis fides non ſit ſeruanda, præſertim in tran-
ſactionibus, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, ſine
in iudicio, ſiue extra, celebratis l. ſiue apud acta,
C. de tranſactio. l. cum proponas, la ſecūda, vbi
Alexand. & reliqui. C. de pact. Alex. conſi. 213.
loquens in ſponſalibus, & alijs contractib. vo-
15 lum. 2. Et † arbitramentum ſit tranſactio Bart.
& alij in Auth. ſi vero contigerit. C. de iud. in l.
ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, quod
procedit etiam ſi Comes iuraſſet cap. tertio. vbi
Fel. de iur. iur. quia quis non debet ſeruare non
ſeruanti egregie. Ioan. de Imola conſilio 81. ac
Doct. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. vt
16 hinc communiter receptum ſit, † maritum co-
habitationem effugere poſſe, ſi dos promiſſa in
contractu matrimonij non ſoluatur, fidesq. con
uentionis violetur, Abb. per illum tex. cap. per
veſtras, de donat. inter virum & vxorem. vbi Io.
Lupus. notab. 3. num. 3. l. fin. C. ad Velleia. gloſſ.
inſignis in auth. de non eligend. ſecundo nu-
bent. verbo, onera. Caſtr. & Alexand. in l. ne in-
ſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimon.

Cum igitur Illuſtris Comes non ſit amplius
aſtrictus obſeruationi laudi, nihil impedit, quin
17 iure medio vxorem conſequatur, † cum homo
non poſſit ſeparare quos Deus coniunxit, ca. 2.
de transla. prælat. ca. ex publico. de conuerſio.
coniug. c. an quod. 24. q. 2. Dec. in l. nuptias. in
fin. de reg. iur. c. gaudemus. de diuortiis, cū aliis
alibi ſæpe, per Port. Imo. conſi. 39. nume. 42. &
43. Fortunius Garzia. in l. prima. col. 9. ff. de iu-
ſti. & iur. cæterosque diffinitionem matrimonij
explicantes. in verbo indiuiduam vitæ, Didac.
Couar. epitom. 2. par. in prin. cap. 1. num. octa-
18 uo. † Nec Papa ſuper matrimonio iam abſo-
luto perfectoque diſpenſet, ſecundum aliquos,
* & * commune dictum, vt affirmat Cagnol. in l.
nuptias num. 5. ff. de reg. iur. Eman. Soarez. re-
cept. ſentent. uerbo matrimonium nume. 99.
** Quod intelligo, ex ** communiori interpreta-
tione de ordinaria poteſtate, poſt coitum car-
nalem ſubſequutum, cum non poſſit, niſi in ca-
ſibus à diuino legiſlatore exceptis, at ſecus in ſo
lo conſenſu perfecto ante copulam, cum illud
authoritate Pontificis diſſoluatur, ex abſoluta
poteſtate ſine cauſa, & de ordinaria, cauſa legi-
tima id ſuadente, vt diſtinguendo egregie decla
rat Port. Imol. conſi. 154. per totum. Curt. iun.
conſi. 170. Eman. Soarez recept. ſen. uerbo, ma
trimonium, num. 99. & ſi adhuc ſecundo caſu,
ante copulam diſſolui non poſſe, ex alia opin.
ueriori, tutiori atque cōmuni, ſcripſerit Didac.
Couar. de ſponſal. cap. 7. 2. par. §. 4. num. 14. latè
Lancilot. Corrad. ſuo templo iudicum lib. 2. ca.
1. §. 4. Papæ poteſtas in matrimonio. nume. 23.
cum ſeq. & nu. 27. & 29. & per gl. Abb. Hoſtien.
& alios in d. c. ex publico de conuerſ. coniug.

At in præſenti ſatis fundatur intentio Comi-
tis, ſuper dicto matrimonio, cum ſponſalia fue-
rint contracta per uerba de præſenti, palam, &
præſentibus Excellentiſsimo Duce, fratribus,
matre, ac affinibus præfatæ Illuſtris D. Floren-
dæ, ſpontaneo interueniente conſenſu, abſque
aliqua metus ſuſpicione c. cum locum c. requi-
ſiuit, ubi Abb. de ſponſal. Fortun. in c. 1. nu. 30.
19 de pact. & ſubſecuta † eſt copula, cum in eodē
lecto pernoctauerint, uidentibus teſtibus nobi-
libus & fide dignis, per quam pernoctationem
præcedentibus illis uerbis copula probatur, ha
betur in c. illud. c. litteris. de præſumptio. Cepol
la in conſilijs ſuis ciuilibus conſilio 4. col. fin. &
conſi. 6. & in præſumptione cannnis matrimo-
nij latè Bero. conſi. 35. num. 8. & ſeq. uol. 1. quæ
20 omnia † concludunt perfectionem & ualidita-
tem matrimonij c. tuæ c. ſicut c. ſi inter uirum. &
c. fin. de ſponſal. c. prin. & ſequen. de ſpon. duo-
rum, ita ut nec contra d. præſumptionem pro-
batio contraria admittatur ca. is qui fidem. ubi
Abb. de ſponſ. Abb. & Felynus in capit. quar-
to de præſumpt. Alciat. in tractat. præſumpt.
in pri. Couar. de ſponſal. epitom. pri. par. in pri.
§. 1. cap.

§.1.cad.4.num.1.& ſeq. Nam & ſolus cõſenſus
21 abſque copula facit † matrimonium ca.ſufficiat
27.q.vbi Archid.& alij.Deci.in d.l. nuptias. &
numeris omnibus abſolurum ſolum conſenſu
* inquit,& apud omnes receptum * Port. Imol.
conſil.154.num.4.quia in ſpiritualibus ex ſolo
22 conſenſu†ius acquiritur abſque traditione corporali.& ſi diuerſum in profanis, ſeu temporalibus,iuxta l.quoties.C.de rei vendi.d.c.tuæ , & c.cum locum.vbi Abba.declarar de ſponſal. rationemque adducunt Hoſtienſ. & Abb. & Præpoſit.in c.ſi.de ſpon. duorum. Quinimmo tanto ſanctius matrimonium & ſacramentum dicitur ex ſolo conſenſu, quanto à carnali coniunctione alienum , vt fuit inter Beatam Mariam Virginis redemptoris matrem, & Ioſeph. ca. Beata.c.coniux.c.omne 27.quæſt.2.magiſter in 4.diſtinct.26.& probatur authoritate Pauli, col laudantis continentiam in coniugatis 1.ad Co-
23 rinth.7.Copula†tamen inducit quaſi poſſeſſionem matrimonij,Præpoſit. in c.ſi inter virum.
24 de ſponſal.num.2.ad quam Comes debet † reſtitui, quia nob.eius coniux non fuit ſeparata iudicio eccleſiæ,ſed per vim à matre rapra,vt aſſeritur c.literas.de reſtitut.ſpoliator. Nec reſtitutio peccatum continet, ut ibi probatur, & in c. ex tranſmiſſa eo tit.minuſque alia exceptio con ſanguinitatis vel cauſæ iuſtæ probandæ incontinenti opponatur, quæ reſtitutionem impedire ſolent. c. ex parte.& d.c.ex tranſmiſſa.de reſtitur.ſpoliator.& Prępoſit.in d. ca. literas. nu. 8.Port.Imolenſ.conſ.156.num.6. ſeruit Feder. de Sen.conſi.236.

Modo non obſtar prętenſa mariti ſęuitia, vel quod aliam vxorem primam veneno necauerit, quia hoc minimè probatur,& Comes valde cõ queritur,quòd talis ſibi ignominia impingatur. Adeo quod ſi uir nobilis hoc firmaret rem duel lo ſingulariue certamine curaret dirimere. Ve-
25 rum ſuppoſita , at minimè conceſſa † ſæuitia, non tamen incontinenti probata,vt ſupra,præſtita cautione reſtiturio fiet, vel ſi ſęuitia allegaretur nimia,deberet vxor penes probam matronam deponi vel dimitti,ut utrumque legitur, in d.c.ex tranſmiſſa , & d.c.literas .vbi Abb. in fin.
26 reddita enim ſufficienti † cautione de non offendenda vxore,ſæuitia uiri non obeſt,nec thori ſeparatio inducirur,ca.1.vt lite non conteſtata,Ioan.Lup.in c.per ueſtras 3. notab. de dona. inter uirum & uxorem. Marſi. in l.fin. C. ad l. Cornel.de Sicar. Alexand. conſil. 78. uolum. quinto.Couar.dicto cap.ſeptimo.§. quinto. ſe-
27 cunda par.de ſponſal. num. primo. quæ † cautio tunc debet eſſe per fideiuſſorem , uel pignora,ſeu per iuramentum . ſi uir eam timet. not. in c.de benedicto 32.quæſt.prima. Amplius cũ
28 fuerit uana,ſeu conficta ſuſpicio † ſæuiriaue potius à matre iuuenis , quam ab ipſa proueniens, haud conuenit,ut comes , qui omni caret culpa , cautione grauetur , ne culpa matris ſit ipſi culpoſæ proficua,contra l.ſiue hæreditaria.ff.de neg.geſt.in indiuiduo,tradit Bal.conſi. 161.Cecilia lib.3.ſecundum antiquam impreſſionem,
29 quod totum remittitur † iudicis arbitrio inſpectis circunſtantiis,& qualitate perſonarum , ut per eum,qui notabiliter loquitur,prout de cautione idonea,& quę ſufficiens dicatur , id iudex ſtatuet,ex glo.2.in c.ex publico. de conuer. coniuga.poſt Abb.in dicto cap. literas num. 7. Paris conſi.54.num.36.uolum.4.Menoch.de ar bitra.iud.caſu 142.num. ſecundo. Quamuis arbitrer,Comitem uirum ſua benignitate eximia non recuſaturum cautionem, qua præſtita vxor ſibi reddenda erit,dicto cap.literas.dicto cap.ex
30 tranſmiſſa , vbi Doct.& ea†recuſante ad uirum reuerti, ſe ipſam beneficio alimentorum indignam conſtituet,ut utar uerbis Bald.dicto con ſil.in fin.qui allegat l.ſi legatario.§. primo. ff. de fideicommiſ.liber.ultra quòd iure medio cogeretur redire ad uirum , ut d.iuribus probatur,& tactum eſt, ſupra credo rurſus Comitem conſenſurum,quod deponatur penes Sereniſſimas filias Regis Romanorum iuuenes omni laude digniſſimas.

Non obſtat,quòd D.Florenda aſſerat ſe metu matris uel reuerentia Excellentiſſimi Ducis , non ex uolunrate in Comitem conſenſiſſe, quil
31 † metus annullat matrimonium ca. ueniens. e primo & ſecundo c.cum locum c. cõſulationi. de ſponſal.l.nuptias.ff.de reg.iur.

Reſpondetur primo talem aſſertionem non opitulari , ubi pro parte uiri duobus teſtibus cõ probatur marrimonium , ex text. aperto, & ibi Abb.in dicto ca.conſultationi, nec ex aduerſo
32 probetur† tractatum aliquem factum de contrahendo ui,ſeu metu,matrimonium illud , ex Cæpol.conſil.2.uerſi.pri.coniectura,& Aymo.con ſil.115.num.6.

Secundo,quamuis metus interueniſſet , non ſufficeret niſi talis , qui caderer in conſtantem mulierem , ut ibi in tex.& Abb.& in dicto cap.
33 cum locum.& in dicto c.ueniens , ut † enim reuerentialis merus reſcindat matrimonium carnale,ipſo iure, pręcedendę ſunt minę atroces, prolatę ab eo, qui ſolet quod minatur, exequi, & ſi ſecundum aliquos in ſpirituali minę non requirantur glo.in ca.prę ſens clericus 20. q. 3. Iaſ.§.quadrupli.num.62.de action. & Zaſ. num. 10.Gomez.uariarum reſolut. lib. ſecundo. cap. 14.num.24.ubi de communi * Alexand.de Neuo conſi.4.Vrſil.ad Aſſlict.deciſ.69.num.5.& 6. deciſ. 393.nume. 15.dixi alias ex ** communiori conſi.72.nume. 21.& ſequen.& 39. cum ſequen.lib.primo.quibus,addo Bertran.conſ.4. num.31.uolum.tertio.Michael. Graſſ. commu. opinio.lib.primo.capit. 6. quæſt.23. qui loqui-
34 tur in † dote promiſſa ob metum, ut non debeatur,Emanuel.Soarez uerbo matrimonium. nu. 104.quę omnia tum ceſſant , rum probãda erãt,
35 uel ſaltem requiritur,ut extra † minas damnum

enorme,vel læſio cum metu concurrant,vt retu
li,ex * communi eod.conſil. 72. num. 41. addo
Vrſil.ad Afflict.d.deciſ.393. nu. 15. Rimin. iun.
conſi.5.nu.32.& conſi.42. num. 49.Alba. conſi.
77.num. 5.vbi de communi.& nu.21.

Tertio reſpondetur,metum ſi adfuit purgatũ
36 cenſeri.Primo † per copulam ſubſequentem non
coactam Abb.ac Butr.in c.tua nos . de ſponſal.
quod multis exornat, Deci. in l. omnibus cau-
ſis.num.52.ff.de reg.iur.conſi. 219. Areti. conſi.
14.in 3.dubio.& conſi.24.col.3.Afflict.deciſ.re
gni.336.in fi.Iaſ.& Zaſ.qui.5.modis limitat , in
l.ob turpem.ff.de condi.ob tur.cau.cum cõcor.
Bal.cõſi.240.volum. 1.Alciat.conſi.5.nu.9. diſt.
illud allegans noſtro caſu adaptabile , effuge cũ
poteris,ne conſenſiſſe puteris, Nam ſi præſtite-
ris,illius vxor eris.amplè Cacher. deciſ. Pedem.
142.num.8.& 9.Bero.conſ.195.num. 11.vol.3.
dixi alias d.conſi.72.nu.29.addo Crotum conſ.
282.num.19.& 20.

Quarto dicitur ex literis Illuſtris d. Florendæ
Comiti uiro ſuo ſcriptis,apparere de eius enixa
37 & libera † uoluntate , non autem coacta , quę
metum omnem abeſſe oſtendit,arg.l.2. ff. quod
met.cau.& d.l.ob turpem. vbi Iaſ. & Zaſ. glo. in
c.ad id.de ſponſa.modicaque præſumptio, aliã
timoris,ſeu metus incuſſi tollat,Rebuffus in cõ-
ſtit.reg.lib.1.de reſciſſion.contra gloſ. 12. artic.
38 vnico.num 5.eſt enim † actus ſpontaneus poſt
metum ſubſequutus, qui expreſſum conſenſum
inducere ſolet, ita Deci. in dicta. l. in omnibus.
num.12.& 13.Cacher.deciſ.Pedem.179.nu.12.
& ſequen.

39 Quinto tollitur † omnis metus præſumptio,
eo quod in d.contractu interuenerunt conſan-
guinei & affines,ex doctr.Bar.& Salic.in l.tran-
ſactionem.C.de tranſactio.Alba. conſil. 11. nu.
10.& 12.

Non obſtat,quod allegetur Lutheri dogmata
40 ſequi Comitem,& cenſendum † hęreticum,cõ-
ſequẽter teneat matrimonium, c. caue.& c. ſeq.
vbi not.28.q.pri.c.fi.cum glo.de conuer. cõiug.
ſed fiat ſeparatio thori,c.de illa c. gaudemus de
diuor.Tollitur enim hoc, quia audacter negat
Comes,ſe eſſe hæreticum , uel dogma Lutheri
amplecti, profiteturque Eccleſiæ catholicæ do
ctrinam,firmiter puroque corde credere,addẽs,
quod ſi opus eſſet ſingulari certamine totum id
demonſtraret.qua propter dicens hoc probare
41 debet,cum non credatur, † nec præſumatur ta-
le delictum in Diuinam Maieſtatem patratum,
42 Roman.conſi.68.in fi.Nec ſit hæreſis † qualitas
inſita à natura homini,propterea veniat ab alle-
gante probanda,Abb.& Fely.in c.fi.de præſum
ptio.Alciat.de præſumpt.regul. 3. præſumpt. 3.
33 & 19.† regulæ enim Comes innititur, quod ca
tholicus chriſtianusque eſt , ſuper qua fundatã
tenet intentionem l.omnis diffinitio. ff. de reg.
iur.ubi Bart.Deci.& Cagnol.nu.21.iccirco , qui
flexum à regula deducit,caſum exceptum pro-
bare cogitur,veluti quid. in facto conſiſtens l.ei
44 qui.ff.de probat.l.qui accuſare.C.de edend.† ſi-
gna enim & coniectura ad præſumendum hęre
ticum plene contra eum ſunt probanda, Innoc.
in c.ſicut.el primo.de ſimon. c.litteras. de præ-
ſumpt.cum mille ſimilibus per Boſi.tit. de conſ.
& indic.ante tortur.nu. 22. & licet propter cri-
minis immanitatem,quis pręſumatur hęreticus
potius quàm aliter ad ei pœnitentiam iniungen
dam, quod eſt contra iuris pręſumptionem in
cæteris delictis,c.accuſatus,in prin. de hæret. in
6.Boſi.tit.de defenſ.reorum. nume.47.attamen
id procedit,vbi ſunt ſigna leuia probata, & quis
ſemel abiurauerit,vt in c.accuſatus, ſecus vero,
vbi niſi vox adſit vana,nullaque probatio facta,
cum aliquem hęreticum fore nunquam pręſu-
mamus.Et ſi fuiſſet reuerſus ad fidem catholicã
ei vxor reddẽda eſſet.& ſi receſſit,reſtituetur quo
que ex iudicio eccleſię d.c.de illa.vbi App.circa
finem.de communi * teſtatur Clar.in §. hęreſis.
ver.item propter hęreſim Cald. tract. de hęret.
cap. 18.num.2.ſed,ut dixi, talis hęreſis minimè
repugnat.quia eſt catholicus , vt firmat d. Co-
mes.nec probatur contrarium.

45 Non obſtat.quod † vxor velit eligere vitam re
ligioſam vel monacalem,quia non poteſt inui-
to viro,ex quo matrimonium fuit carnali copu
la conſumatum. iura ſunt clara,in c.verum c.cũ
ſis c. ex publico c.cariſſimus c.ad apoſtolicã.&
per totum tit. de conuerſio. coniugat.niſi & vir
intret , aut uxor ſit talis ętatis , quod in ea ceſſet
incontinentię ſuſpicio d.c.ad apoſtolicã. Boer.
in conſuet. Bituri.tit. 1.§ 4.glo.verbo de ſon.Ma
rij col.3.Stephan.Lambert.ſuper ſtatut.prohib.
mulier. contrah. ſine conſenſ. viri glo. 1.verbo
in alienatione. num. 15. ſi autem carnalis copu-
la non interueniſſet, bene poſſet religionem in-
46 gredi, præſtando † cautionem de profitendo re
ligionem , uel redeundo infra duos menſes ad
virum , vel infra terminum arbitrio iudicis ſta-
tuendum, Didac. Couar . epitom. de ſponſal.
parte ſecunda cap.4.§. 1.num.16.Et tunc hac vi
ta Deo magis acceptabili electa, hinc inde data
reſtituentur d.ca. ex publico. ubi Abb.quoque
cõcludit, quod ſi nolit,vi compellitur redire ad
47 virum. & in d. c. literas. de reſtitu.ſpolial.† imo
quilibet iudex ſecularis & eccleſiaſticus poteſt
hoc exequi, ſibi conſtito matrimonium fuiſſe
contractum, ſecundum Abb. in d.c.ex publico
col.pri. de quo tamen tradunt Alexan.& alii in
l.titia. ff. ſolut.matri. Iaſ. in l.quotiens. C.de iud.
Canon.in ca.tuam, de ordi.cogni.cum.cõcord.
Per quę omnia facile concludo Nob.D.Floren-
dam debere reddi pręfato Comiti eius amantiſ-
ſimo coniugi.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO

PRO DOMINA FRANCISCA Orſolina ex Comeſſadio.

ARGVMENTVM.

Statutum deferens ſucceſſionem alicui in pari gradu quomodo intelligatur.

Filia quando per maſculos in ulteriori gradu exiſtentes, excludatur.

Extenſio in materia dicti ſtatuti, quando fiat.

SVMMARIVM.

1 *Pater eſt in primo gradu, ſicut frater, ſecũdum ius canonicum.*

2 *Agnati ſunt pater, & frater, non obſtante emancipatione.*

3 *Cradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia.*

4 *Succeſſionis ordo regulatur à cognationũ lineis.*

5 *Statutum excluſiuum fœminarum conſeruat familias, & in perſonas maſculorum fauorabile dicitur, ex ** communiori.*

6 *Verba per prius, non per poſterius intelliguntur.*

7 *filius eſt prior in ſucceſſione, & affectione, & num. 13.*

8 *Statutum excludens matrem propter patruum, non excludit patruum magnum.*

9 *Interpretatio ſtatuti exsluſiui fœminarũ, fit de hærede eiuſdem gradus.*

10 *Filia excluſa à ſtatuto, ſolum ab hæreditate dotantis excluſa dicitur, ex * communi.*

11 *Statutum excluſiuum fœminarum intelligitur, vt ſoror à fratre, filia à filio, amita à patruo, & ſic de ſingulis excludatur.*

12 *Filio non excludatur à maſculo remotioris gradus.*

13 *Gradus in excluſione fœminarum à ſtatuto attenditur.*

14 *Clauſula ſingula ſingulis adaptando quid operetur.*

15 *conceſſio defuncti nocet.*

16 *Statutum excluſiuum debet reſpicere non gradus ordinem tantum, ſed & ſucceſſionem ex ordine caritatis.*

17 *Relatium eodem deſignat omnem ſubſtantia indemnitatem.*

18 *Geminatio multum prodeſt.*

19 *extenſio non fit de perſona ad aliam ſuper ſtatuto excluſiuo fœminarum.*

CONSLIVM CCVIII.

TRINITAS ADSIT.

EXTAT ſtatutum Comeſſadij, Quod nulla mulier cognatus ve ſuccedat ab inteſtato extantibus maſculis vſque ad quartum gradum, iure canonico inſpecto, niſi ſit filia, vel neptis ex filio, vel ſoror, aut mita, quæ ſimiliter non ſuccedant exiſtentibus agnatis maſculis in pari, & eodem gradu ſecum, ſingula adaptando congruè ſingulis. Non extantibus autem agnatis maſculi in pari, & eodem gradu, vt ſupra, cum ipſis mulieribus, ſed exiſtentibus in vlteriori gradu, tunc & eoca'u ipſa filia, ſiue nupta, ſiue non, quæ de iure cõmuni eſſet ſucceſſura, ſuccedat in dimidia portionis, quam de iure communi fuiſſet habitura ab inteſtato. ſi uero fuerit ſoror, vel neptis, tertiam tãtum eiuſdem portionis, de qua ſupra, Hæc ſunt ſtatuti verba. Deceſſit modo Dominus Andreas Orſolina ex dicto loco ſilius emancipatus, relicta filia legitima, & naturali, patre, & duobus fratribus maſculis. Quęritur quis ſuccedat. Videbatur prima fronte firmandum patrem admittendum.

Primo nanque ſtatutum generaliter excludit fœminas fauore maſculorum exſtentium intra quartum gradum cum defuncto, ibi nulla mulier, &c. ab hac vniuerſali diſpoſitione, ſeu excluſione fœminarum, excipit caſum, quando non extaret maſculus agnatus in pari, & eodem gradu cum fœmina, ſed in vlteriori, quia tunc ad dimidiam ſuccedere ſtatuti. ergo vt admittatur ad hanc dimidiam, neceſſe eſt verificari, quòd nullus adſit in eodem gradu, ſed in vlteriori.

1 Vnde cum † pater in primo aſcendentiũ gradu reperiatur. §. primo. gradu. inſ. de grad. cogn. l. 1. §. primo gradu. ff. eod. tit. & frater in primo ſimiliter gradu, ſecundum ius canonicum, licèt in ſecundo ſecundum ius ciuile. l. 1. in princ. & eod. tit. & habetur vbique in arbore conſanguinitatis, & Proſdo. de Comit. tract. conſanguinum. 71. ex c. ſedes 35. q. 5. c. fin. de conſanguin. & affin. filia non admittitur, cum in pari, & eodem gradu ſucceſſionis adſint alij prioris agnati maſculi, videlicet pater, & fratres qui iure me-
2 rito † agnatorum appellatione veniunt, ac in ſtatuto comprehenduntur. l. 1. ff. de grad. Bal. in c. ſi pater de teſta. & ſi filius emancipatur eſſet. Deci. cõſ. 13. multa Brun. tract. de ſtat. exclud. fœm. art. 12. q. 2.

Secundo, Statutum gradum tantum conſide-
3 rat parem, & æqualem, ſic † diſtantiã vnius perſonæ ab alia, puta defuncto. §. hactenus. ubi glo. in uerbo gradus. Inſt. de grad. cogn. l. iuriſcõſul. §. gradus. i l. 3. ff. eod. not. Gofred. in forma d. tit. Proſdo. eod. tit. num. 34. non autem lineam aliquam, ſeu cognationem deſcendentium, aſcen-

dentium, vel collateralium reſpicit, ſecundum
4 quas ordo † ſucceſſionis à iure communi regu-
lari ſolet.§.primo.& §.reliquũ.in auth.de hęred.
quæ ab inteſt.aut in ſucceſſione.C.de legit.hær.
deſer. Ioan. Oldēdro.tract.de lege.12.tab.tit.6.
itaque cum adſint in gradu eodem à ſtatuto con
ſiderato maſculi cum filia, fœmina excludetur,
quando hic deſcendentium gradus non antepo
natur gradui aſcen dentium, vel collateralium,
ſed verba ſtatuti attendenda vtrique caſui con-
ueniant.l.filium labeo.ff.ad Maced.l.ſenatuſcon
ſulto.ff. de rit. nupt. Glo. in l. prima. §.miles.ff.
de re iud.
5 Tertio,† ſtatutum conſeruans agnationem,&
excludens fœminas propter maſculos, prout il-
lius mentis eſſe cenſetur, conſeruare inquā agna-
torum dignitatē, & familiam, Brun.tract.de ſta-
tu.exclud.fœm.propter maſcul.art.3.prin.prin-
cipaliter in perſonis maſculorum fauorabile cē-
* ſetur, ex* communi ſcribentium doctrina, de
qua per Curt. iun.conſi.87.nume.5. Socln.iun.
** conſi. 10.nu.13.volum.4. Mendoſ.magis ** cō-
munem ſcribit in regul.cancel.de añnal.poſſeſ-
ſore.q. 3.num.10.& 11.Hipp.Rimi.conſi.223.
num.12.& ſeq.volum.2.Franc.Piſci.qui cęteros
vberrimè citat.tract.an ſtatu.exclu.fœ.ad bon.
forens.trahatur num.42.vſque ad num.85. Ma-
zol.conſi.8.num.34.Menoch.tract.de recuper.
poſſeſſ.pri.remed.nu.34. Mant.conſi.231.num.
1.volum.1.Alban.in l.qui exceptionē.ff.de cōd.
indebit.& dixi aliàs conſi.93.nume.7.Menoch.
conſi.4.num.14.& conſi.95.num.60.Et ſi fauo
rabile extēdendum eſt de perſona vnius maſcu-
li ad alium in eodem gradu exiſtentem, licet in
diuerſa linea, ad not.latè per Brun.eod.tract.de
ſtatu.exclud.fœm.articu.quarto princi.& Piſci-
nam loco præallegato. numero. 84.cum multis
ſeq.Hæc ſunt, quæ me ancipitem in ſcribēdo ſen
tentia reddebant.

Verum hac controuerſia, quę mihi decidēda
ab arbitris communiter electis, à partibus com-
miſſa fuit. diligenti ſtudio conſiderata, contra-
rium verius eſſe, & probabilius exiſtimaui, filiā
inquam ad dimidiam hæreditatis admittēdam
eſſe,&in reliquo patrem, ac fratres, ſeu defuncto
patre filios Andreæ defuncti, frat res iuxta dicti
ſtatuti tenorem.Ac vt id determinem, moueor.
6 Primo, ſtatuti †verba ſimpliciter prolata, pæ-
nes rationem, vel affectionem in materia priui-
legiata debent intelligi per prius, non per poſte-
rius, quod Philoſophus ſemper ait.l.qui liberis.
§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.l.hoc legatū.vbi
Bartol.ff.de leg.3.l.legatis.ff.de leg.2.Vnde quia
in ſucceſſione,& affectione cuiuſque prior eſt fra
7 ter filiæ tantum, ſic † filius defuncti maſculus,
quàm pater defuncti,& auus filiæ, quinimo plus
omnes deſcendentes, quàm ſit aliquis ex aſcen-
dentibus, vel collateralibus mortui.d.§.primo.
auth. de hæred.quę ab inteſt.defer.ad excluſio-
nem ſimplicem filiæ, intelligimus fratrem filiæ
maſculum admitti tantum, non autem patrem,
vel defuncti fratrem, arguendo a communi do-
ctrina Bald.in l. 1. C. de ſucceſſ. edict.dum vult,
8 † ſtatutum matrem excludens propter patruum
non comprehendere ea ratione patruum ma-
gnum.quā ſequitur Albert.Brun.de ſtat.exclud.
fœm. propter maſ.art.12.q. 17.nume.2.& 3.&
q. 16. nume. 6.& ſeq. Curt. iun.conſil.5.nume.
34.ſeruit Caſtr.conſ.196.num.2.volum.1.Ruy.
conſi.167.num.11.volum.2.dicens, eos cenſeri
in poſteriori gradu reſpectu ſucceſſionis, cum in
ter eos detur in ſuccedendo prioritas, quiæ in fi
lio reſpectu cæterorum dari & præſtari ſolet.

Secundo, in materia ſtatuti excluſiui fœmina
9 rum exiſtēte maſculo hærede, fit†interpretatio
de hærede in eodem gradu vere cum filia exiſtē
te, nēpe de filio, & deſcendente, vt declarat Ca-
ſtr. conſil.47. volum. 1.ita.in præſenti ſtatutum
loquens de maſculo in eodem,& pari gradu exi
ſtente, intelligetur de filio defuncti, non autem
patre, vel ipſius fratribus.

Tertio, ſtatuta fœminarum,& filiarum exclu
ſiua ita ſenſum capiunt, vt minus quàm ſit poſſi-
bile à iure communi deuient.c.cum dilectus de
conſuetud.l.2.C.de noxal.cenſenī enim in hac
parte odioſa, & irrationabilia, cum filiam pro-
pter collaterales, vel aſcendentes à ſucceſſione
excludat, Bald.in l.quicunque. C.de ſerui.fugit.
l. maximum uitium. C. de liber.præter.not.in l.
10 prima. C. de ſacr. ſanct. hinc communiter †in-
terpratatur, vt ſolum ab hæreditate dotantis ex
cludat.Bal.Caſtr.& cæt.in l.1.C.de legit.hæred.
11 & ſi†ſtatutum dicat, extantibus filiis maſculis,
filia dotata non ſuccedat, quod locum habeat in
patruis,& fratribus, ac auũculis, non intellige-
tur, ut patruus, vel frater defuncti filiā excludat,
ſed frater tantum,& patruus amitam, & ſic de
ſingulis ad eultandam duritiem, & iniquitatem,
qno collateralis filiam propriam excludat, ita in
terminis concludit Corn.conſi.90.num.9.uol.
3.& conſ.115.num.10.& ſeq.uolum.2.quem ſe
quitur Brun.d.art.12.q.17.num.2.& q.22.ſub-
dens.d.num.2.ſtatuta hæc reſpicere maiorem
proximitatem,& ſecūdum qualitatem perſonę,
ad quā referuntur, intelligi, ſic de fratre loquēs,
ſolum fratrem excluſæ, nō autem fratrem defun
cti comprehendat, ne remotior maſculus, etiam
12 reſpectu lineæ, excludat † fęminam proximio-
rem, per doctr.Bald.in l.quod uero.circa fi.ff.de
legibus, tradit Corn.conſi.125.in prin. volu.4.
concludens, fratrem defuncti non excludere fi-
liam, cum ſtatutum dicat, extantibus maſculis,
qui de iure ſuccedere poſſint.iniquum enim eſ-
ſet,& contra omnem humanitatem, ac benigni
tatem, ſi tranſuerſalis filias proprias excluderet,
quarū prima eſt ſucceſſionis cauſa, auth. in ſuc-
ceſſione.C.de legit.hæred. cum vulgar.& quia
ſucceſſio de iure ſemper magis, quam ſimplex
gradus attendatur.Bero.conſi.144.num.primo.
volum.2.

Quarto

Quarto,ſtante ſtatuto excludente filiam pro-
pter agnatos primi gradus,computando gradũ
ſecundum ius canonicum,non excluditur pro-
13 pter agnatos primi † gradus defuncto,ſic ꝑ fra-
tres, vel patrem teſtantis, ſed tantum per fratrẽ
ipſius filię,ob primum gradum inquam deſcen-
dentiæ defuncti, & agnatos, qui ſint in primo
gradu ipſi filiæ excluſiæ,ſecundum doctr.Alex.
in l. ſi dotali. in fi.ff.ſolut.matr.& in conſil.204.
num. 16. volum. 1. ſequitur Curt.iun. conſil. 7.
maximè 9. & Brun.eod.tract.art.12.q.17.num.
7.At hic dum ait exiſtentibus in pari, & eodem
gradu, intelligetur de fratribus filiæ tantum, nõ
de cæteris,quia ſi hæc interpretatio fieret ceſſan
tibus illis verbis, quanto magis admittenda,vbi
ſint expræſſa, & clara,non enim in dubio eſt ſu
menda interpretatio,qua collateralis,vel aſcen-
dens filiam deſcendentem excludat, cum iure
naturali,votoque rationabili ſucceſſio magis de
feratur deſcendenti, quam aſcendenti,vel colla-
terali l.cum ratio.ff.de bon.damn.l ſcripto.ff. vn
de liber.l.nã & ſi parentibus.in princ.ff.de inof.
teſtam.ita Corn. d.conſilio.1.15 numer.7.& ſe-
quen. uol.1.& conſil.90.nume.9.vol.3.ac Brun.
d q.22.& 24.

.. Quinto, hæc omnino comprobo ex modo
prædilectionis in ſtatuto conſideratæ, & conie-
ctura quæ perſona maſculorum remotior poſſit
aliam excludere, ita dicebat Cor.conſi.213.nu.
9.volum. 2. Verum in ſtatuto præſenti datur fi-
liæ dimidia portio bonorũ eo caſu, quo fuiſſet
ſucceſſura ab inteſtato, exiſtentibus agnatis in
remotiori gradu,tertia vero ſorori,& nepti ex fi
lio, ſic non æquè prædilexit unam ac alteram.
Rurſus addita eſt illa clauſula poſt nominatio-
nem filiarum, neptis, ſororum, amitarumque
14 † ſingula ſingulis adaptando cõgruè, de qua ha
betur in l. qui in futurum.§.fin.in Glo.fin.ff.de
pact.Angel.in l.fin.C.de fideicom.& cuius clau-
ſulæ ſenſus eſt,quòd filius excludat filiam,frater
ſororem, pater matrẽ,& ſic de ſingulis,quia om
nes vere in pari, & eodem gradu exiſtũt,vt dice
bat Corn.d.conſ.90.conſi.115.& in propoſito
Brun. d.q. 22. Vnde iudicandum arbitror, exi-
ſtẽte filia,ipſam debere ſuccedere in dimidia bo
norum,quando pater, & alij fratres defuncti in
collaterrali gradu exiſtentes,remotioris de iure
dicantur.

Sexto,& vltimo,non parum confert teſtamẽ
tum Domini Matthæi patris defuncti,in quo re
linquit dimidiam bonorum Andreæ, quam ad
ſe de iure ſpectare ait, Domine Franciſcæ filiæ
dicti Andreę,et nepti dicti teſtatoris ex filio,qua
ſi confiteatur ipſum patrem exiſtente filia, non
habere vigore ſtatuti, niſi dimidiam bonorum
15 defuncti,iuxta ſuperius tradita,& quæ † cõfeſſio
ſibi, & hæredibus nocet,ar.l.1.ff.de confeſſ.& ꝙ
in ſimili de alia confeſſione in diuiſione bono-
rum habetur, per Socin.ſen.conſil.37.nume.9.
uol.3.& conſi.12.num.20.in 3.

Iſtis firmis manentibus,ex aduerſo poſita nõ
repugnant.

Et primum, quia licet pater, & frater ſint in
primo gradu,alter aſcendentium,alter collatera
lium,non tamen verè ſunt in pari,& æquali gra-
16 du cum filia deſcendente, eo quod † ſtatutum,
non ordinem gradus tm̃,ſed,& ſucceſſionis quo
que ex ordine caritatis, & iuris communis reſpi
ciat, ne abſurditas, & iniquitas ſequatur, ꝙ filia
deſcendens per fratrem defuncti collateralem
excludatur,vt dicebat Corn.d.conſi.90.& 115.
Curt. d. conſi.7.nu.9 ac Brun.d.q.16.22.& ſeq.

Secundo reſpondetur,patrem.& fratrem de-
functi non eſſe in pari, & eodẽ gradu cũ filia de-
functi, quando ipſa attẽta linea deſcendentium,
& maiori ꝓximitatte, dicatur prior,& ꝓximior
defuncto,nec in eodem gradu dicantur maſcu-
17 lus, & filia,niſi & ipſe ſit filius,cum † relatiuum,
eodem, deſignet omnem ſubſtantiæ identitatẽ
l.cum quęritur cũ l.ſeq. ff. de excep.rei iud.Bart.
in l. ſi quis.§.ſi initium.num.2.ff.de edend. Et li-
cèt ſub eadem terminatione omnes maſculi in
primo gradu nominentur à ſtatuto, vt videatur
tam præferre patrẽ, & fratrem,quàm filium ra-
tione cõſeruandę agnationis, ar.l.iã hoc iure.ff.
de vulg. & pup.verũ cũ ſit diſpar ratio inter pa-
trẽ, & filiã rurſus diuerſa affectionis cõſideratio,
de uno ad aliud nõ infertur, nec eodẽ iure termi
nabuntur.Curt.iun.conſilio.5.nu.34.verſi.ad.2.

Tollitur & ſecundum, licèt enim linea à ſta-
tuto expræſſè minimè conſideretur,attamen qa
ſtatuta à iure cõmuni interpretationem capiunt
l.prima. ad munici. Bar.in l.omnes populi.ff.de
iuſt.& iur.& ita debent intelligi, ne ſequatur ab-
ſurdum,ut dicebam ſuperius in primo,& tertio
argumento, ſtatutum hoc in illis verbis in pari,
& eodẽ gradu,intelligetur de fratre filiæ,nõ autẽ
patre,vel fratre defuncti,eo ꝙ iſti cenſeantur in
diuerſis gradibus, nec ſtatuta ſimilia ad hoc ex
mente iuris quoquomodo extẽdi valeant,ex do
ctrina Corn.d.cõſ.90.& 115.Caſtr.cõſi.47.vol.
18 1.ac Brun.d.art.12.q.22.† Geminatioq; illorum
verborũ ĩ pari,& eodẽ gradu,operari dẽt,vt nõ
ſolũ gradus,ſed & linea attendatur,cũ hęc gemi
natio enixiorã voluntatẽ ſtatuentium in fauorẽ
filiæ excluſę demõſtret,vulg.l.baliſta.ff.ad Treb.
cum ſim.ꝑ Marſ.in l.1.ff.de quæſt.Vaſq.de cõtr.
Illuſtr.cap.83.num.12.cum ſeq.

Tertium minus obeſt, namque ſtatutum hoc
cenſetur,& eſt fauorabile reſpectu capitis ſaltim
* incluſiui maſculorum, ad ea, quæ ex * cõi ſupe-
rius tradidi, ſed cum diuerſa ſit, & impar ratio
inter filiã,& cæteros,& in admittendo remotio
rem lineam ad excluſionem proximioris ar. do
ctr. Bal.in l.qđ vero, circa fi.ff.de leg.& dixi ſu-
19 pra † extenſio de vna perſona ad aliam ceſſabit,
eo ꝙ tota materia. extenſionis in rationis identi
tate fundetur, qua ceſſante,& extẽſio ceſſet,ceſ-
ſabitque extenſio, ubi maior eſt ratio in filia, ſic
in iſto gradu deſcendentium, ꝗ in alio primo
gradu

gradu aſcendentium, atque collateralium, quod egregiè demonſtrat in materia Crau.ſup queſt. ſtat. Ferrar. nu.52.conſi.17.nu.2.& conſ.67.nu. 6.& conſi.173.nu.13. Brun.d.tract.art.3.in pri. & d.art.12.q.17.nu.7.nec de perſona ad perſonam extēſio fiat, not.Brun.d.q.16.nu.4.art.12. etiam ex identitate rationis expreſſæ, dum ſtatutum perſonas agnatorum excludētes fœminas in pari, & eodem gradu limitet, atq; reſtringat, Bald. in auth. quas actiones.col.2.poſt. Guiliel. de Cun. Cyn.& Iaſ. C.de ſacr.ſanct.Eccl.Brun. in ſæpe citato loco q.16.verſ.3.caſus.nu.1.in fi. Corn. conſil.90.nu. 11.cum ſeq.vol.3.multa in ſimili Bero.conſi.147.num.12.cum.ſeq.uolu.2.

Et ſic cōcludi oportet, Dominos partium Arbitros, ad quorum petitionem præſens conſiliū edo, teneri iudicare, & terminare, vt infra. Quia uiſis uidēdis, ac omnibus cōſideratis, Dicimus, ſententiamus, & arbitramur Dominam Franciſcam filiam Dom.Andreæ Orſolinæ debere admitti, prout illam admittimus ad dimidiam omnium bonorum, & hæreditatis Domini Andreę eius patris, ſic illius portionis, quem de iure cōmuni ab inteſtato fuiſſet habitura. Nec non & arbitramur admittendam fore, & eſſe virtute teſtamēti Domini Mattæi aui, ad dimidiam alterius dimidiæ, ac portionis dictorum bonorum patris ſui ſpectantis ad dictum Dominum Matthæum auum ipſius, vti anatum maſculum, ita vt ex omnibus bonis Andreæ patris, detracto ære alieno, tres partes integras hæreditatis conſequatur. prout dictos Alexandrum, & Matthęū iuniorem filios, & hæredes dicti Domini Matthæi ad illam portionem relaxandum dictæ Dominæ Franciſcæ condemnamus. Et hęc tam pro portione bonorum ſibi Dominæ Franciſcæ ſpectante in bonis paternis, q̄ aui, & auiæ paternæ.

Quo vero ad Dominam Hippolitam uxorē dicti Andreæ. dicimus, & arbitramur ipſam vti indotatam, quartam conſequi non poſſe in bonis Andreæ, ſtante dote cōſtituta, & tradita marito, ſed ſolum ſibi ius in dote, & quantitate dotis cōpetere in, & ſuper dictis hęreditate, & bonis Andreæ. Parteſque inuicem ab expenſis abſoluendas arbitramur, excepto ſalario conſultori debito, in quo partem utramque damnamus, & ita dicimus, ſentētiamus, &c. arbitrabur, &c. omni meliori modo, &c.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICO D. ANTONIO Martignono.

ARGVMENTVM.

Theſaurus quis dicatur, & cui quæratur. Acquiſitio in dubio, an licita vel illicita, ſeu de alieno facta præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurus eſt pecunia vetuſtiori tēpore abſcōdita, cuius Dominus & memoria ignoratur.*

2 * *Theſaurum inueniens in ſuo ſine arte improba totum acquirit, ex * communi.*

3 * * *Priuatus inueniens in alieno theſaurum, non data opera, dimidium acquirit, & dimidium dominus terræ, ex * communi. ſi data opera totum eſt dominis, ex * communi.*

4 *Theſauri reperti in loco principis, Eccleſiæ, & fiſci, diuiduntur, ſicut reperti in priuato.*

5 *Domino vtili fundi cedunt theſauri inuenti in agro, non autem directo.*

6 *Emptor acquirit theſaurum inuentum in re empta, non uenditor, cui non datur remedium l. 2.C.de reſcind.uend.*

7 *Theſaurus acquiritur domino fundi pignoris & proprietario, non uſufructuario, vel poſſeſſori.*

8 *Maritus, viuente ipſo acquiri uſum theſauri in fundo dotali reperti.*

9 *Dominus pecuniæ cum ſcitur, non dicitur theſaurus.*

10 *Aurum & metalla in alieno quis poteſt effodere, dummodo ſuperficiens agri non attingatur, & tunc decima pars inuenti priuato attribuatur, et altera fiſco, et ſi locus ſit publicus, duæ decimæ fiſco dentur. at ſi ſuperficies deuaſtaretur, Domino inuito nihil poteſt effodi.*

11 *Poſſeſſio theſauri non acquiritur, niſi per apprehenſionem & amotionem.*

12 *Tempus immemorabile conſtituit theſaurum.*

13 *Pecunia deperdita vel per errorem à Domino non ablata, non efficitur theſaurus.*

14 *Venditori cedit pecunia in muro rei uenditæ reperta, ſi non ſit theſaurus, vel per errorem ſit vendita.*

15 *Diuiſio, eſt titulus aptus ad præſcribendum.*

16 *Probatur theſaurus, probando pecuniam abſcōditam tempore immemorabili.*

17 *Tempus probet, qui in illo ſe fundat.*

18 **Vita annorum centum præſumitur, ex * cōi.*

19 *Pluralitas in actib. multiplicabilis & ſummis diuerſis præſumitur.*

20 *Pecuniæ uſu conteruntur.*

21 *Succumbitur, qui non probat.*

22 *Pecunia donec ſtat abſcondita, in nullius bonis dicitur.*

23 *Mulier ratione turpis queſtus euitādi, præſumitur habere ex bonis mariti, quod non procedit inter alios.*

24 Tutor

24 *Tutor qui erat pauper, ſi efficiatur diues, non præſumitur de bonis pupilli acquiſiuiſſe, ſed induſtria.*

25 *Locupletior nemo factus præſumitur ex re alie-*
* *na,* ex communi.*

26 *Pecunia data in custodiam numerata, non tam quam ſpecies, tranſit in dominiū accipientis.*

26 *Principis theſaurarius uel agens, acquirit ſibi allacium & cambia ex pecunijs ſibi traditis, ac numeratis.*

27 *Diſpoſitio l. quintus, contrarijs coniecturis tollitur.*

28 *Adminiſtrans bona Principis et effectus diues, non præſumitur magis ex pecunia Principis acquirere, quam ex alijs extorſionibus.*

29 *Iudicis arbitrium verſatur in cognoſcendo, ex quibus denarijs quis efficiatur diues.*

CONSLIVM CCIX

TRINITAS ADSIT.

VEndiderunt alias Nob. de Bonacorſiis quibuſdam de Martignonibus appotecam unam, quæ poſtea in diuiſione 3. fratrum deſcendentium ab emptoribus, peruenit ad D. Antonium maiorem natu, & illius vſusfructus magnificæ Dominæ Aureliæ, per quam in d. appoteca fuit inuenta notabilis quantitas pecuniarum rubignoſa, cognituque difficilima, ob vetuſtatem, in crumena corij crocei vetuſtate corroſa poſita. petierūt fratres minores partem pecuniarum tamquam maiorum, ſeu authorum ipſorum fratrum. lataque ſententia abſolutoria inuentricis, cui pecunia vti theſaurus fuit adiudicata, ac ex inſtrumento partium, ſed damnata ad celebrari faciēdum duo anniuerſaria pro anima Domini pecuniarum, ſoluendo aureos numos duos in annos ſingulos vſque in tertiam ipſius generationem. Agunt adhuc dicti fratres contra d. Antonium, ac uti etiam hæredem D. Aureliæ, egoque pro dilucidatione huius articuli conſiderandum cenſui.

1 Primo, quod † theſaurus eſt pecunia vetuſtio
ri tempore abſcōdita. cuius dominus & memo
2 ria ignoratur, vt inueniens † theſaurum in ſuo
abſque arte improba, vel magica, ſeu caſu, vel
data opera, acquirat ſolus eius dominium, tamquam rei in bonis nullius exiſtentis, glo. in l. 1.
* C. de theſaur. lib. 10. quod commune * dictum
* probat Gomez. in l. 45. tauri. num. 50. Et † ſi priuatus inueniat in alieno non data opera, ſed fortuito, ſiue cum domini voluntate, ſeu ſine ea, eadem ratione, quia eſt in bonis nullius, dimidia tribuatur inuentori, reſiduum vero Domino fundi in quo inuenitur. §. theſaurus. vbi Iaſ. & cæteri. Inſti. de rerum diui. l. nunquam l. nuda, §. theſaurus. ff. de acquir. re. dom. l. pri. cum glo. C. de theſaur. lib. 10. notant gloſæ. & ſcribē-
* tes. in d. locis, & communem * refert Gomez. vbi ſupra. At ſi data opera inueniatur, totum erit domini, glo. in c. ſi quid inueniſti. vbi ſcribentes.
* 14. quæſt. 5. ex * communi in vtroque caſu receſſit. Ioan. Bapt. Villab. com. opin. verbo, theſaurus. nume. 111. & 112. ſi enim in alieno fundo ſtudio perſerutandi theſaurum reperiatur, vel domino volente, quia ſit mercenarius, vel eo inuito, totum Domino fundi cedit, glo. Ioan. Faber. & Angel. in d. §. theſauros. & in dicta l. 1. C. de theſaur. lib. 10. amplè Bartol. Caſſan. in conſuet. Burgund. des iuſtizes. §. 1. totis eſpaues à
4 num. 5. ad num. 25. Hæc omnia extendens † ad
theſauros in loco Principis, fiſci, & eccleſiæ, repertos, vt ſi non data opera, dimidium inuentori, & reliquum Domino cedat l. 3. §. fin. ff. de iure fiſci. c. vnico. in fiu. vbi Aluarot. Iſern. & cęt. quæ ſint regalia. remiſſiue Anton. Capici. in inueſtit. feudal. verſic. cum inuentionibus ac theſauris, ſub verbo feudorum clauſulæ. Quapropter inferunt ſcribentes, theſaurum repertum in fundo, vel terra feudali, emphiteotica, ſeu
5 obnoxia, † cedere Domino vtili tantum, non
directo dicto cap. 1. vbi feudiſtæ, quæ ſint regal. gloſ. in dicto §. theſauros. vbi Faber & Aret. inſt. de rerum diui. Specu. tit. de locato. §. 6. uerſic. 132. Iaſ. in l. prima, col. 19. C. de iur. emphit. Capic. ubi ſupra, & Caſſaneus eodem loco, nu. 12. & 13. & allegans cōſi. Caſtr. 353. in antiquis, Modern. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. pri. §. 37. nu. 48. quæſt. 12. Rurſus theſaurum inuentum in re
6 empta, † emptoris effici abſolute, non autem vē
ditoris, volu.t Bartol. in l. a tutore. per illum tex. ff. de rei vendi. Aluaro. & Alexan. in d. c. 1. Cui nec competit remedium l. ſecūd. C. de reſcind. vendit. ſi poſt venditionem theſaurus appareat, Cagnol. in repetit. eiuſdem legis, num. 181. Hieronym. Gabriel. conſi. 167. quæſt. 3. num. 26. Si-
7 militer iure deberi † proprietario tantum, & domi
ni fundi pignorati, non autem vſufructuario, vel debitori miſſo in bonorum poſſeſſionē, nec quo ad vſum, volunt doctores, & ſi marito, quia Dominus ſit fundi dotalis, viuente eo, donec vi-
8 xerit, † vſus d. theſauri vel partis reſpectiue, vt
ſupra competat, poſtmodum vero vxori dominæ, vt egregie quicquid nonnulli dixerint, declarant Modern. Pariſ. dicta quæſt. 12. & in §. 1. gloſ. prima. num. 43. ſequitur Capici. loco ſupra citato, & Caſſan. num. 16. & 17. Dixique uetus depoſitio pecuniæ, cuius dominus & memoria ignoratur, quia vbi notitia haberetur Domini
9 † pecuniarum, tunc non appellatur propriè the
ſaurus, ſed impropriè, per text. & glo. in l. theſaurus. ff. ad exhiben. & in l. peregre. in principio. ff. de acquiren. poſſeſſio. Inſuper ad differentiam

tiam rerum diuerſarum, quæ in agris alienis
10 exiſtunt, puta † aurum, metalla, lapides, & ſi-
milia, quia tunc inuitis Dominis agri, non cui-
que licet ea effodere, ſi fundi ſuperficies attinga
tur, impediaturve Dominus terram colere,
quamuis publica in hoc verſetur vtilitas. At di-
uerſum ſit, vbi minimè agri ſuperficies lędatur,
ac aurum, ſeu metalla per alia concaua, concu
ba, ſubterraneosve cuniculos effodiantur, ac
inueniantur, quia tunc vnicuique, eo quod Do
mino non inferatur præiudicium, & publica id
ſuadeat vtilitas, permittatur in alieno lapidici-
nam autifodi nam & cætera id genus conſtitue
re, cum onere tamen, ſi locus Principis ſit, ſol-
uendi ex decem partibus duas Domino, ſeu fi-
ſco. ſi vero priuatorum exiſtat, duas ſimiliter
tradant, unam quidem fiſco, & alteram priua-
to Domino, ita probat text. in l. tertia. C. de me-
tal. lib. 11. Bartol. in l. prima. C. de metal. Ca.
ſtrenſ. in l. diuortio. §. ſi iure in fundo. ff. ſoluto
matrimon. & in conſil. ſuo 5. in fin. latè Crottus
conſil 156. artic. primo. num. 14. cum ſequen.
lib. ſecundo.

Secundo conſidero, quod theſauri acquiri-
tur poſſeſſio non per inuentionem tantum, ſed
11 demum ſequuta † apprehenſione & amotione a
loco l. tertia. §. neratius. ff. de acquirenda poſſeſ-
ſion. Poſſidens enim fundum, non dicitur poſſi
dere theſaurum, cum requiratur ſcientia, appre-
henſio, & amotio a loco, vt per Aretin. & Iaſon
poſt alios in dicto §. neratius, & probatur theſau
rus vbicunque repetitur pecunia abſcondita ab
12 ignoto, vel ubicunque per † tantum tempus ſte
tit recondita, quod eius memoria non exiſtit,
dicto § theſaurus l. nunquam. ff. de aequi. rerum
domin. ita in probatione theſauri declarat An-
gel. in dicta l. a tutore. ff. de rei vendi. & tunc the-
ſaurus dicitur in bonis nullius, propterea, ſi ru-
ſticus ligonizans agrum d. pecuniã inuenit, di-
midia erit Domini ſoli, & altera ruſtici inuen-
toris, Angel. in dicta l. a tutore & ſcribit Ang.
de Aretio in dicto §. theſaurus, quod ſi quis ex
traxit pecuniam de fundo tuo, vbi erat abſcon-
dita, maximè tempore belli, tu petis medieta-
tem, dicens eſſe theſaurum. ille negat, licet poſ-
ſidens pecuniam transferat onus probandi in
aduerſarium. §. commodum. inſtit. de inter-
dic. ſubdit attamen Aretin. poſt Ioan. Fabr. ibi,
quod agens probabit theſaurum, probando,
quod non extat memoria, iuxta modum l. ſi ar-
biter. ff. de probation. quo probato, reo incum-
bit onus probandi, illam pecuniam depoſuiſſe
ibi, vel aliud, & ſic quod extet memoria l. ab ea
parte. ff. de probatio. ita formaliter Aretin. poſt
Ioan. Fabr. vbi ſupra.

Tertio dico, ſi eſſet † pecunia deperdita uel
13 per errorem ab eo ad quem pertinebat nõ abla
ta remanet eius cuius fuerat, nec tunc nomi-
ne theſauri venit, cum de eius domino appa-
reat, eſt text. & glo. in dicta l. a tutore. vbi etiam

14 Bartol. Bald. & alij, ideo ſi † pecunia quæ repe-
ritur in muro domus venditæ non in modum
theſauri, ſed rei, puta in loco ſecreto poſitæ,
non pertinet ad emptorem, ſed ad venditorem
ex text. ſing. in dicta l. à tutore. vbi Bartol. Bald.
Alber. & Clarius, Ang. & Areti. in dicto §. the-
ſaurus. Inſtit. de rerum diui. pulchre tradit Ia-
ſon, poſt Cumanum & Petrum de Beſutio. in di-
cto. §. neratius, in quarto not. quia pecunia non
dicitur tunc uendita ab ignorante vel errante,
adeo quod nec illo caſu neceſſaria erit reſciſſio,
ex remedio l. ſecunda. C. de reſcinden. vend. vt
ſcribit Areti. contra Roma. in l. ſi quis cum ali-
ter. col. 7. de verborum obliga. & Iaſo. in dicto §.
neratius in quarto not. vbi enim venditur do-
mus, ac per errorem pecunia in muro domus
exiſtens, venditor illam recuperabit, Aluarot.
& Cardin. Aldxand. in dicto ca. quæ ſint regalia
declarat Caſſan. dicto §. primo. des iuſtizes.
numero 15.

His poſitis, aut in propoſito dicimus pecuniã
eſſe theſaurum inuentum per D. Aureliam, de
qua in inſtrumento abſolutionis, & tunc tota
pecunia ſpectat ad Antonium fratrem maiorẽ,
dimidia quidem, quia fuit inuenta in eius do-
mo, quæ ſibi obuenit in diuiſione facta cum fra
tribus anno 1519. reliquum vti hæredi dictæ do
minæ, quæ ibi habitabat, & pecunias inuenit,
propterea cum D. Antonius ſit dominus vel qua
ſi d. domus, ex capite emptionis & diuiſionis,
15 † quæ diuiſio eſt titulis aptus ad pręſcribendũ
pro portione fratrum tradita, per Bart. in l. cum
ſolus. col. 2. ff. de vſucap. Alexand. conſil. 137.
col. 3. vol. 2. cum vulgar. vtique medictas theſau
ri ad ſe ſpectat tanquam Domino Dominus, etſi
ſi eſſet dominus ex ſola præſcriptione, ſecundũ
Ang. de Areti. in dicto §. theſaurus, cum tamen
ſit uere Dominus vel quaſi, ita quod ſibi compe
teret publiciana, quia cauſam habeat pro parte a
maioribus ſuis, ſibique obuenit in diuiſionem,
& pro parte ex titulo emptionis l. clauibus, ff. de
contrahẽ. emp. l. pri. cum ſequen. ff. de publicia.
cum ſimili. Alia vero dimidia theſauri ſpectat D.
Aureliæ, ut pote inuentrici d. §. theſaurus, & con
ſequenter D. Antonio eius hæredi ex vltimo te-
ſtamento.

At ſi dicti magnifici fratres affirment d. pecu
niam non eſſe theſaurum, ſed fuiſſe pecuniam
abſconditam à maioribus ſuis, ſeu eorum autho
ribus, vel per eos errore non ablatam, tunc licet
ipſi tanquam poſſeſſores portionis pecuniæ,
quam habent in manibus, transferant onus pro
bandi in actorem, tamen & ipſe transfert ſimile
onus probandi in reos aduerſarios uirtute in-
ſtrumenti abſolutionis per eos producti, quo-
liquet eſſe theſaurum, dum dicitur, ꝙ fuit inuẽ
ta ſatis notabilis quãtitas pecuniæ in quadã cru
mena corii crocei vetuſtate corroſa, & qđ pecu
niæ erant rubiginoſæ, ita qđ veriſimiliter cogno
ſci & renouari potuerũt, vt iudicauit Reuerẽdiſ-

ſimus

ff. de donat. amplè Mendoſ. ad Roma. cóſ. 295.
verbo veriorem, Ant. Gomez. variar. reſolut. de
contract. c. 4. nu. 2. & ſeq. Celſ. Vgo. conſ. 64. nu.
8. Cæpha. conſ. 72. nu. 11. vol. 2. Proſper. Paſct.
conſ. 122. n. 15. ſpãliſque nuncius requiritur, vt
* cõem *ait Corn. conſ. 254. lib. 3. Eman. Soarez.
recep. ſent. verbo donatio. n. 51. Natta. cóſ. 114.
n. 4. & 5. vol. 1. qđ ẽt in Eccleſia ꝓcedere volue
rũt adnotati ꝑ Clar. in §. donatio q. 12. Couar.
** in Rub. de teſta. par. 3. nu. 13. & ex magis cõi **
ne reuocetur. Ant. Gab. tit. de rer. alien. conclu.
5. nu. 1. & per Ceſal. conſ. 302. nu. 11. & ſeq.
13 Quarto, † neceſſaria erat puellæ ratihabitio, &
ratificatio, vt ius in re donata ſibi q̃reretur, p̃ci-
cipuè q̃ hic nec Notarius, nec ẽt extraneus ꝓ ea
ſint ſtipulati, ſeu donationẽ acceptauerint, etſi
velint ſcribentes in perſona priuata adhuc pro
tertio acceptante ratificationẽ abſentis neceſſa-
* rio ſubſequi, & iurium ceſſionẽ, qđ cõi *calculo
admittunt, ex l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Caſt. cóſ.
172. & 193. vol. 2. vbi tres caſus cóſiderat Alex.
conſ. 117. in pri. Didac. d. c. 14. nu. 13. Tiraq. de
* conſtit. limit. 30. nu. 57. ex cõi * ait Cacher. de-
ciſ. pedem. 33. nu. 1. & num. 9. Alba. conſ. 36. in
pri. Anto. Gabriel. com. opi. de rerum alien. li. 3.
concluſ. 5. nu. 14. & 17. Tobi. Non. conſ. 53. in
14 pri. declarat † Menoch. conſ. 92. nu. 23. quæ ra-
tificatio non prçſumitur, niſi probetur, Rui. cóſ.
154. nu. 12. vol. 5. & 180. vol. 1. Ceſal. conſ. 440.
nu. 34. expræſſamq; fieri debere velint Cur. iun.
conſ. 120. n. 3. totumq; tenorem dictarũ dona-
tionũ legi, Paſet. Ferrar. conſ. 122. nu. 14. & 15.
15 Quinto, † quod nõ contineret onera recipro-
ca, vt hic ꝑ Rube. Ale. d. cóſ. 117. nu. 5. quo caſu
nõ acquiri ius nec actionẽ abſenti, ad cuius cõ-
modũ fit donatio, vel pactũ adijcit̃, ex d. l. quo-
* ties. niſi ſit merè lucroſa donatio, certũ ẽ ex cõi *
tradita ꝑ Alex. in l. ex facto. §. ſi q̃s rogatus il pri.
nu. 22. ff. ad treb. refert, & ꝓbat Eman. Soarez.
recept. ſenten. verbo donatio, q̃ alicui nu. 223.
16 Sexto, † nõ ſolũ ratificatio exigebatur, ſed an-
te mortẽ vel aliã diſpoſitionẽ donatoris, ſic re
integra Pariſ. conſ. 57. nu. 36. in fi. & cóſ. 37. nu.
50. vol. 1. Alciat. in c. cũ cõtingat. nu. 330. cũ ſe.
de iur. iur. pront nec hr̃des Donatarij ratificaſ-
17 ſent, † Plot. in l. ſi qñ nu. 12. C. vnde ui. latè Ceſal.
* conſ. 440. nu. 31. & ſeq. vbi de cõi * cæteros ad-
ducit. & nu. 45. cum ſeq. Eman. d. loco nu. 229.
Septimo, non procedũt uotata in d. l. quoties.
vbi tertius, fauore cuius fit donatio, expreſſe do
nationẽ repudiauit, vt hic clare probatur ex di-
18 cto Dñi Poianini, q̃a donatũ recuſanti amplius
non datur ad illud regreſſus, & hr̃, ac ſi donatio
nunq̃ fuiſſet facta, ex l. legatarius. §. fi. l. ſi tibi hõ.
§. nõ ſeruus. ff. de leg. 1. vbi id in legatario ſerua-
tur, cui ignorãti q̃ritur. quãto ergo fortius idem
obſeruabimus in Donatario, cui nullũ ius añ ac
ceptationẽ acq̃ritur. ita argumentatur in termi-
nis Soc. Sen. cóſ. 53. nu. 24. vol. 4. allegãs Caſtr.
conſ. 11. in antiquis, qđ eſt cóſ. 171. in pri. vol. 2.

Concludo itaq; ſtantib. reb. vt narrantur, non
poſſe Dñam Deianiram aliquod ius virtute di-
ctorũ inſtr̃orũ, nec chirograforũ priuatorum
in bonis, quæ recuſauit, prçtendere vel cóſequi.
Quinto, & vltimo cóſiderabã, admiſſo ꝓ nũc
ꝓbari poſſe Illuſtriſſimũ Comitẽ donaſſe Dñæ
Deianirç, cẽſeri talẽ donationẽ ex cã turpi, ac in
honeſta, vel q̃a affectione cõcubitus futuri libe-
ralis exiſteret: & tunc certũ eſt, nec priuatũ futu
19 ræ † cõcubinæ donare poſſe, vt voluit Ang. in l.
miles. §. mulier. ff. de teſt. Alex. in l. affectionis in
apoſti. de donat. Palat. Rui. in Rub. de dona. int.
vir. & vxor. §. 37. nu. 8. ſeu iã eſſet amaſia effecta,
q̃a tũc à milite nequaquã cõcubinæ ſeu amaſiæ,
20 vt hic, † aliquid donari valet l. 2. C. de dona. in-
ter vir. Bar. in l. affectionis ff. de dona. l. miles, vbi
Bar. n. 4. Iaſ. nu. 15. ff. de re iudic. Dec. cóſ. 132. in
pri. Capi. deciſ. 102. latè Ruuios vbi ſupra. §. 37.
nu. 9. apoſt. Mẽd. verbo. miles ad cóſ. Ro. 43. nu.
5. Rol. à Val. cóſ 98. in pri. & ꝑ totũ vol. 1. Cora.
in l. frater à fratre. §. q̃ſitũ. n. 55. ff. de cõd. indebi.
21 minus à cõiugato ob ſtupri † crimẽ cõmittẽdũ
cũ ſoluta nobili, & honeſtæ cõdõnis, Por. Imo.
cóſ. 21. ĩ pri. Tob. Non. cóſ. 53. n. 32. qđ ꝓcedere
* inquiunt ex cõi ꝑ * Coraſiũ vbi ſupra, etſi meri-
torũ expreſſa mẽtio fieret, dũmodo nõ ꝓbent̃.
ſequit̃ Eman. Soarez. recep. ſen. verbo donatio.
22 nu. 193. † q̃a cõcubinatus impunibilis non cadat
cũ vxorato, Rui. cóſ. 109. n. 9. vol. 3. Crau. d. cóſ.
229. n. 12. ver. 4. Palat. Rui. in repetit. Rub. de do
nat. inter vir. & vxor. §. 37. nu. 8. Vrſil. ad Afflict.
deciſ. 102. nu. 2. & 3. Port. Imo. conſ. 21. nu. 12.
Celſ. Vgo. cóſ 73. nu. 25. Tob. Non. cóſ. 53. n. 9.
10. 31. 35. & 36. Sim. de Pret. cóſ. 128. n. 5. ex ve
** riori ** ſnĩa Meno. cóſ. 60. n. 3. & 15. Mazzola cõ
ſil. 31. n. 8. Vnde cũ Illuſtr. Comes, & D. Miran-
dulæ, cõtinuus armorũ belliq; exercitijs deditus
fuerit, qđ ætate noſtra oĩb. innotuit, ex obſidio
ne Iulij tertij Mirãdulano Oppido poſita, dubiũ
haud cẽſeo, ꝓhibitionẽ factã militib. de donan-
do cõcubinæ, ad ipsũ Comitẽ trahi, vt in termi-
nis differebat, Rom. d. cóſ. 43. n. 5. Sciſſel. nu. 6. &
Ripa. nu. 9. & ſe. in l. cẽturio. ff. de vul. & pup. Cac
cialup. Dec. Boer. & cæter. allegati per Mẽd. ad
cóſ. Rom. 43. verbo. Magnificis, Tob. Non. d. cõ
ſi. 53. n. 33. & eo fortius, q̃ non fuerit niſi in ſpẽ,
& mẽte cõcubina futura ꝑ Ang. & Ruuios, vbi
23 ſupra. † Quæ donatio nec iur̃o firmari potuit, vt
in ſpecie notat Ripa in d. l. miles nu. 12. amplè
Crau. cóſ. 229. ꝑ totũ, q̃ rñdet ad opinionẽ Ro-
ma. & Bal. cõtrariã, & hãc ſnĩam pro meliori cõ
memorat Mend. ad d. conſ. Rom. 43. n. 5. uerbo
cõcubinã poſt Capram conſi. 127. moder. ad
cóſ. Dec. 196. ac Vrſil. ad Afflict. deciſ. 102. nu.
2. Etſi prohibita iure efficitur regula plus ualere
quod agitur, q̃ q̃ fictè cõcipitur, non attẽdetur,
eo q̃ ueritas rei reſpiciat actũ a lege prohibitũ.
ſed alia regula prçualebit nihil ualere quod agi
tur, quia ſimulati cõficiantur actus, ut reſponde-
bat Bal. d. conſ. 400. nu. 6. uol. 5. minuſque iura

bonis domini, quia potuit aliunde quærere, puta ex baratarijs. vel pextorſiones, ſic nõ poteſt concludenter inferri, quod magis deliquerit expilando dominum, quàm aliter delinquẽdo; puta in baratarijs vel extorſionib. quod præſertim procederet, vbi talis reddidiſſet rationem adminiſtrationis Domino, ſecundum Imo. ibi, & quę ſuperius expoſui, quod non eſt neceſſarium, in propoſito, quia non conſtat. D. Aureliam bono aliena adminiſtraſſe. dato igitur milies, quod ipſa illicite acquiſiuiſſet, non ſequitur neceſſario, ergo de bonis illorum de Martignonis; quia potuit aliunde turpiter, ac illicite acquirere, nam ſi procedit cõſideratio Anchar. in caſu ſuo, in quo certum erat Principem illũ pro more pecunias, vt ſolent, habuiſſe, multo fortius in caſu noſtro, in quo non conſtat, licet ſenes. dd. fratrum euaſerint boni ac diuites, mercatores, quot & quas pecunias reliquerit, in eorum bonis & hæreditatibus. Et ſtante tali incertitudine, etſi deciſio An-
29 char. remittenda eſſet † arbitrio iudicis, qui totũ arbitraretur, inſpectis coniecturis, vt tenet Barb. in d.c. pri. col. pen. de pecul. cleri. Roma. d. conſi. 159. vtique nihil in propoſito poterit arbitrari. cum ei incertum ſit, atque incognitum, quot & quantas pecunias reliquerint pater, vel eorum auus, nullaque & incerta probatio reorum non releuat. c. in præſentia. de probat. Hippo. Marſ. d. rubrica eiuſdem tit. nu. 350. cum ſeq. Concludo itaque. D. Antonium iure. d. pecunias & theſaurum obtinere,

Franciſcus Burſatus I. C. Mant.

PRO NOB. D. CAROLO ET FRAtribus alijſque conſortibus ex compiano.

ARGVMENTVM

Alimenta ex cauſis, quando extra domum debeãtur. Trebelliãica nõ detrahitũ, ex fideicõmiſſo particulari. Mater tranſiens ad ſecunda vota, non petito tutore filijs, amittit vſumfructum, & omne commodũ ex teſtamento mariti ſibi debitum.

SVMMARIVM.

*1 Alimenta in domo grauati præſtantur, fortius ſi id teſtator mandat ex * communi, fallit, vt infra.*

2 Lite exiſtente inter alimẽtandum & grauatũ, debentur alimenta extra domum.

3 Viro debentur alimenta extra domum à grauato, ſi vult cum vxore commorari.

4 Iuuenis alimentanda petit extra domũ alimẽta, ſi cũ honeſtate cum grauato cõmorari nequit.

5 Grauatus retinens meretricem in domo, cogitur extra domum alimenta honoratis præſtare.

6 Alimenta ſimpliciter legata extra domum grauati debentur.

7 Inimicitia, iuſta eſt cauſa petẽdi alimenta extra domum.

8 Nouerca non cogitur ſtare cum priuigno.

*9 Alimenta petuntur extra domum, vbi aliquo modo ſtat per grauatum, vel cauſa eſt impedimenti non præſtationis in domo, ex * cõmuni.*

10 Alimenta debite ex lege debẽtur, etſi præterita.

*11 Operæ non exibentur ab alimẽtando ex lege vel hominis diſpoſitione, ex communi.**

12 Grauata recuſans in iudicio alimenta, præſumitũ de præterito interpellata.

13 Trebellianicæ deductio ceſſat in fideicõmiſſo particulari.

14 Deductio Trebellianicæ ceſſat in re prohibita alienari, ex communi, vbi tamen trebellianica prohiberi poteſt.

15 Filius in certa re inſtitutus, trebellianicam non detrahit.

16 Tutela matris etiam teſtamentaria, per trãſitũ ad ſecunda vota expirat.

17 Mater impeditur per ſponſalia ſecunda tutelam filiorum primi aſſumere.

18 Suſpectiſſima redditur mater tranſeundo ad ſecunda vota, non reddita filio ratione tutelæ.

19 Mariti ſecũdi bona tacite intelliguntur hippotecata, pro adminiſtratione matris, quo ad filios primi matrimonij.

20 Mater tutrix ad tria tenetur, tranſeũdo ad ſecũda vota, ita vt uno deficiente, filij ſucceſſione priuatur.

*21 Mater tranſiens ad ſecunda vota, non prouiſo de tutore filijs, vel non reddita integre ratione, priuatur ſucceſſione filij, etſi nõ fuerit tutrix, vel etiam teſtamentaria, ex communi.**

*22 Pœnæ ſecundo nubentium intra annum luctus, ſunt hodie correctæ ex communi, * excepta matre, quæ filiorum tutelam aſſumpſerit, nec prouiderit de tutore, vel non reddiderit rationem, ex alia communi.**

*23 Mulier tranſiens intra annum luctus, patitur pœnas, ſi filiorum curam habuerit, nec prouiderit de nouo tutore, ſeu non reddiderit filijs tutelæ adminiſtratæ rationẽ. ex cõmuni.**

*24 Pœnæ mulierum tranſeuntium ad ſecunda vota durant hodie fauore liberorum, ex communi.**

CONSLIVM CCX.

TRINITAS ADSIT.

QVidam nobilis ex Compiano, in-
ſtituta hærede vxore Domina
Blāca, in omnib. bonis ſuis mobi
libus ac immobilibus, grauauit il
lā, donec vixerit, alimenta victus
& veſtitus præſtare Carolo, Emi
liæ, & fratribus eius nepotib. in domo & pęnes
eam; Hippolitum vero ac Cæſarē filios. d. teſta-
toris hęredes vniuerſales inſtituit, quorum tutri-
cem & curatricem. d. Blancam matrem cōſtituit.
Quod demum non petito tutore filijs ad vota ſe
cunda tranſiuit, denegans extra domum præſta
re. dd. nepotibus legatarijs alimēta, ſed ante oīa
trebellianicæ quartā retinere vellet, Nepotes ad
alimenta extra domum iuſtis de cauſis egerunt,
hæredeſque matrem oī cōmodo bonorū hēredita
tis priuatā rurſus dicunt. Quęſitū fuit, vt conclu-
ſiue dicā quid ſentiam. Viſis nonnullis actis &
ſtatuti copia tria diſcutienda arbitror.

Primo, num alimenta extra domū debeātur.

Secundo, an mulier hęres particularis detra-
ctione trebellianicę vti queat.

Tertio, nū quo ad filios hęredes vniuerſales
mater omni cōmodo hęreditatis mariti priua-
ta exiſtat.

Primum articulum aggrediēdo, diuino pręſi-
dio corde implorato, cenſeo iure extra domū
legatarijs alimenta deberi. Nam etſi regulariter
1 † alimenta in domo grauati ſolū pręſtātur. Bar.
in l. gaio. §. imperator. nu. 2. ff. de alim. & cibar. le
gat. & in conſ. 211. nu. 5. vol. 1. Bald. cōſ. 484. vo-
lu. 4. & fortiꝰ ſi hoc expſſe teſtator mādet, Alex.
cōſ. 100. vol. 1. & 178. nu. 5. vol. 6. ea rōne, quod
in domo grauate alimenta cenſentur relicta pro
cōmodo illiuſq; fauore tm̄, vt ei ſit minus alimē
torum pręſtatio grauis Rui. conſ 80. in pri. volu.
2. & conſ. 81. vol. 3. Menoch. tract. de arbitr. Iud.
caſu. 170. nu. 9. & 10. cent. 2. Emil. conſ. 146. nu.
* 13. Attamen regula hæc cōis, * vbi iuſta cauſa ad
ſit, multas patitur limitationes, quę recte caſui
noſtro conueniunt, & vbi alimenta extra domū
peti poſſe concludunt noſtrates.

Prima eſt, cum inter grauatum & alimentariū
2 † lis eſt, vt in pręſenti inter actores & ream, quòd
ex multis proceſſibus dignoſcitur, quia tunc ex-
tra domum pręſtantur alimēta, quamuis eſſent
in domo, relicta eo ꝙ iuſta hæc recedēdi cauſa iu
dicatur Iaſ. conſil. 44. 2. dubio. nu. 2. vol. 1. Rol.
à Val. conſi. 22. nu. 12. vol. 1. Menoch. loco ſupra
allegato. nu. 16. Ioſeph. deciſ. Peruſin. 46. nu. 10.

Secūdo Nob. D. Carolus vxorem duxit, & cū
vxore ac filiis habitare intelligit, ꝓpterea cauſa
† dicitur iuſta ad petēdum alimenta extra domū
3 etiā ꝙ in domo defuncti deberentur, vt in termi-
nis conſulebat, Io. de anna. cōſ. 54. vbi Bolognet.
in addit. Rol. vbi ſupra. nu. 13. vol. 1. Tobi. Non.
conſi. 85. nu. 12. poſt. Alciat. conſ. 552. nu. 2. verſ.
tertio reſpondetur. ac Soc. ſen. conſil. 68. colu. 3
vol. 1. Deci. conſ. 454. nu. 5. & 6. Ruin. conſil. 57.
nu. 8. colu. 2. Caualca. tract. de tutore. num. 198.

Tertio cum pręſtanda alimenta ſint tantum
in domo dictę matronę. d. Emiliæ nepti ac nubi
4 li alimentandæ, quæ ſalua † honeſtate cōmorari
cum grauata nequit, nec vna cum quodam iuue
ne, quem in eadē domo grauata retinet, qui de
facili ex nimia libidine illam defloraret, prout
ancillam ex eiuſdem atteſtatione iuratā grauidā
reddidit, iuſtior cauſa petendi extra domum ali
menta non excogitabitur, eo quod hanc proba
bilem omnes ſcribentes admittant, per l. pen. ff.
vbi pupil. educ. debeat, Ale. conſ. 178. nu. 5. vol.
6. Bart. in d. §. imperator. nu. 2. ff. de alim. & cib.
leg. Caſt. conſi. 428. nu. 3. vol. 2. Barba. conſ. 63
volu. 2. Rol. à Val. d. cōſ. 22. nu. 12. Menoch. vb.
ſupra. nu. 12. late Picus in l. titia. §. titia cum nui
beret. n. 159. ff. de legat. 1. Hiero. Gabr. conſ. 109.
nu. 15. Bero. conſi. 24. nu. 10. volu. 2. & conſ. 52.
nu. 15. eod. vol. & conſ. 185. in pri. vol. 1. Rimin.
5 conſi. 280. nu. 10. vol. 2. ac in terminis † de graua
to retinēte meretricem ancillā in domo, Alciat.
conſi. 552. nu. 2.

6 Quarto. D. Emiliæ non ſunt † relicta alimēta
in domo, nec ſub ea conditione, qua fratrib. ma
ſculis legata fuere, ideo per illā ſimpliciter peti
poſſunt, etiam extra domum teſtatoris, cū ſi ſim
pliciter legantur vxori alimenta, vel in domo te
ſtatoris, dummodo non dicatur, ſi cum filijs ha-
bitauerit, illa extra domum debeātur, nulla etiā
exiſtente cauſa, vt dicebat Papiens. in ſuo pract.
forma. libel. pro legat. nu. 106. Lapus. ex cōmu-
ni deci. 24. nu. 8. verſ. 3. Pet. Bellapetr. de teſtam.
coniung. lib. 5. ca. 10. nu. 4. quos refert Caualca.
tracta. de vſufru. mulier. nu. 198. omni ergo iure
debēt extra domum. d. iuueni, cum ſimpliciter
ſibi relicta leguntur teſtamento.

Quinto inter ipſos fratres alimētādos & gra-
7 uatam alere penes ſe, † odiū extat, inimicitia, ſeu
animi rancor maximi momenti, q̄ ſunt in cauſa,
vt extra domum alimēta obtinere queāt. ex do-
ctri. Iacob. de Are. vbi etiā Alber. per illum text.
in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupi. educ. debe. dicen-
8 tes notabiliter, † nouercam nō cogitare cū pri-
uigno propter odium quod communiter inter
ipſos vigere ſolet, idem, Bal. in auth. hoc locū ꝑ
pe fin. C. ſi ſecund. mulie. ſe nupſer. & in l. ſi ea.
C. de cond. inſert. Bellon. cōſ. 31. nu. 5. Menoch.
d. caſu 170. nu. 14. Rimin. conſ. 280. nu. 11. Bott.
deciſ. 194. nonnulla Borgni. Caual. de vſufruc.
mulie. num. 138.

Sexto & vltimo dico, omnib. dd. fratribus, &
ſorori pręſtanda fore extra domum alimenta le
gata in teſtamento, ea ratione, quod vbicunque
ſtat quoquo modo per hæredem grauatum vel
9 ex facto eiuſdem † impeditur præſtatio alimen
torū in domo, tunc extra domum peti per alimē

tarium

* tarium valent.ductrina eſt cōiter*probata Bart.
in l.imperator.§.Caio nu.2.ff.alim.& cibar.leg.
.& in l.illis libertis. ff. de cond. & demo. dd. oēs
in l.1.C.de legat.Rui.conſi.80.nu.3.& conſ. 81.
nu.11.& 12.vol.2.Bal.in tract.de dote in 7.part.
priui eg.36.Roland.à Val.conſi.89.nu.14.vol.3
& d.conſ.22.nu.17.vol.1.Natta.conſ.387.nu.5
vol.2.Io.dilect.caut.56.nu.3.Cūq;facto grauate percipi nequeant alimēta in domo,rurſus ex
eiuſdem vita nō omnino honeſta,ac vt aſſeritur
impudica ob ancillam grauidam redditam, cui
10 dubium,quod extra domum † alimenta præſtabuntur legatariis,etiam quod teſtator mandet
expreſſe,ut cum hærede moram trahat,quod ꝑ
nonnulla in propoſito adducit.d.Borgn.de uſu
fruc.mulier.nu.138.in prin.ex authoritate Bar.
Bal.& cæter.Quibus fratribus non futura ſolum
ſed preterita omnia tradentur , dum ex diſpoſitiune hominis debeantur,nec per ipſos ſteterit,quin illa conſequerētur,Bart.in conſi.211.
num.7.cum apoſt.Deci.in l.de alimentis. nu. 5.
C.de tranſact.cum aliis per me deductis in ſimili.Nec legatarii aſtricti erunt operas aliquas ex-
11 hibere,†cum ex teſtamento & hominis diſpoſitione debeantur,Bart.eod.conſi.211.nu.6.& in
d.§.Caio.Doct.in l.diuortio.in pri.vbi Iaſ. num.
24.ff.ſolur.matri.Annan.d.conſi. 54.Alex.d.cōſil.100.nu.5.vol.1.Tob.d.conſil.85.nu.7.Bero.
conſil.185.num.5.uol.1.Natta.d. conſilio 387.
num.3.ſubdens grauatam,ex quo nunc in iudi-
12 cio † recuſat alimenta præſtare præſumi in præteritum interpellatam,& præſtationem alimentorum recuſaſſe,ex doctr.Roman.ſing.396.& ꝙ
ad operas non teneantur,multa ſecundum com
* munem * ſententiam ponit nouiſſime , Borgni.
Caual.d.tract.de vſufruct. mulier. nu. 138. in fi.
ex quibus primum articulum terminando iure
cenſeo,alimenta tum præterita tum futura deberi.D.Emiliæ & fratribus, extra domum.

Secundum vero aggrediēdo reſoluo,quicqd
dixerit Curt.iun.conſil.160.certum eſſe trebel-
13 lianicæ † detractionem ceſſare,cū non ſimus in
hrēde ſeu in fideicōmiſſo vniuerſali , ſed in particulari tātum,ēt in bonis oībus mobilibus & immobilibus inſtituto,ea nēpe rōne,qđ quarta trebellianica ſit hereditatis quota,iure hereditario
retinenda continēs ꝑ ſua rata actiua & paſſiua
iura.l.mulier.§.fi.ff.ad trebel.tradūt oēs. vbi Iaſ.
ac Suc.ſen.in rubr.ff.ad trebel.ample, & de com
* muni * atteſtantes,tradunt Paris.conſ.44.n. 45.
vol.3.Soc.iu.cōſ.122.n.4.uol.1 & conſ.40.nu.
16.vo.3.Ber.cōſ.76.n.5.& 83.n.85.vo.2.Ioſeph.
Lodu.deciſ.perus.29.n.34.Minus de re prohibi-
14 ta alienari † detrahet trebellianica , Auth. ſed &
in ea re,C.ad l.falc.dixi alias conſ.13.nu.47.quibus addo Menoch.conſ.44.in fi.Franc.piſcin.ſuper ſtatut.exclud.fęmin.ꝑ maſculos.n.54.cōi-
* ter * id teneri inquit.Ro.cū apoſt.Mend. verbo,
non cōtrahit.conſ.206.n.2.Cotta in verbo trebellianica non contrahitur.Crot.conſ.21.n.57.

vol.2.qđ intellige ubi teſtator prohibere trebellianicam pōt:Mandel.de Alba.conſ.7.n. 7.cōſ.
93.n.3.cōſ.55.n.9.& in l. filius familias. §. diui.
15 nu.105.ff.de leg.1.Et quod † in filio inſtituto in
re certa ceſſet trebellianica,ē doctr.Bal.in l. filiū
quem habentem.nu.27.vbi Iaſ.nu.10. C. famil.
herciſ.ponit pro ſingul.Crem.ſingul.74.dicens.
6.ducatos in ciuitate Bononiæ una uice lucratū
fuiſſe,Fabia.in auth.nouiſſima.n.250.C.de inoffic.teſtam.Iaſ.in auth.res quæ.nu.3.verſ.ſecūdo
limita.C.com.de leg.Pariſ.cōſ.52.nu.32. uol. 2.
Crau.conſ.130.n.11.Borgni.Caualca.de vſufr.
mul.nu.80.& fuſius Crau.conſi.186.in pri. quo
loco Curt.d.conſ.160.reprobat,ac oēs illius rōnes confutando tollit,ſubiūgens a Baldi opinione & ſequaciū recedendum non eſſe,pro vt egoquoque inſtitutum in rebus certis trebellianicę
deductione vti minime poſſe iure concludo,etſi
in pręſenti caſu ob reſolutionem.3. articuli. q̄a
mulier hęc omni commodo hēditatis priuata dicatur,ſuperfluum arbitrer,quærere de detractione trebellianicæ & ꝑſtatione alimētorū ī domo.

Tertiū itaq;articulū amplector,ac triplici medio potiſſimū.d.Blancā priuādam fore iudico.
26 Primo,quia † matris tutela ēt ſibi in teſtamento patris decreta,ꝑ tranſitū ad ſecūda vota, ipſo
iure expirat l.1.C.de ſecund.nupt.§. ſi quis aūt.
auth eud.apoſt.ad Bar.in l.oēm.C.ad tertul.Deci.in c.ex parte.nu.5.de appel.vt niſi cum decreto Principis ad illā admittatur,Rui.conſ. 135.in
pri.lib.5.& Piagius.de tutor.& cur.q.fi.n. 29.q.
17 nimo & per † ſpōſalia tantum impeditur mater
tutelam aſſumere,licet aſſumpta non expiret.l.
oratio.ff.de ſponſ.l.ſi vxor.ff.de adult. Tob.No.
conſ.74.& tranſeūdo ad ſecunda uota,non red-
18 dita rōne tutelæ filio,adeo † ſuſpectiſſima redditur,tam circa bona,q̄ uitam minoris filii maritū
que & filios ſimul iniuria afficit , ut in ea omnis
dolus malaque fides ꝑſumatur. §. proſpeximus,
auth.de nū eligend.ſecundo nubē.l.lex quæ tutores.ff.de admini.tutor.Corn.in l.iubemus.C.
ad trebel.Ioā.Nicol.reſponſo.3.nu.21.tit.de ſe-
19 cund.nupt. † Et mariti ſecundi bona intelliguntur tacite hippotecata pro.d.redditione adminiſtrationis bonorum filii primi matrimonii.l. ſi
mater.C.in quib.cau.pign.taci.§.ſi autem tutela
auth.de nupt.Maran.de ordin.iud.6. parte vltimo actu.n.53.Caualca.ti.de tut.& curat.n. 32 a.
02 dum enim vult ad ſecūda uota † trāſire , tenetur
ad tria.primo petere per iudicem tutorem filio
dari qui demum nominatum a matre vel alium
iuxta inquiſitionem decernit,Gabr.conſ.27.per
totum.Secūdo rationem,Tertio reliquum reſtituere,etiā alterum deficere,excluderetur a filii
ſucceſſione,Tob.Non.conſ.75.nu.5.
21 Secundo † mater trāſiēs ad ſecundas nuptias,
nō proviſo de tutore legitimo filiis primi matrimonii ſeu illis non reddita ratione bonorū ſuorū,nec reliqui facta reſtitutione,non tātū priuaē
ſucceſſiōe filij ſui,gl.eſt in l.ſi mater. C. in quib.

cau.pign.vel Hipp.l.oẽm.C.ad tertul.To.Noni.
conſ.75.per totũ,quod procedit,etſi ipſa nõ fuit
tutrix,cũ hanc pęnam ſucceſsionis amiſſæ,non
petito tutore patiatur licèt aliàs ſecus, ꝑ Bal. in
auth.eiſdẽ.nu.2.C.de ſecund.nup.verũ & oĩ cõ-
modo legatorũ,fideicommiſſorũ,donationum
hæreditatum,ac aliorũ lucrorum priuatur,q̃ ſibi
à prædefuncto viro venirent,vel deuoluerent,&
hoc etiam ſi fuiſſet tutrix teſtamẽtaria,Caualca.
de tutore.num.184.vel ſi petiiſſet tutorẽ,& red-
didiſſet rationem;nõ tamen reliquum reſtituiſ-
ſet,Glo.vbi Cyn.Alber.Bar.Bal.& Salic.in l.om
nem.C.ad tertul.Ant.Gabriel. de ſecund.nupt.
concluſ.9.nu.6.& ſeq.Tob.Noni.d.conſ.75.nu.
5.Hæc etenim eſt altera ex pęnis ſecundo nu-
bentium,intra annum luctus,in quam oĩno in-
currit mater tutrix ſecundo nubens non petito
tutore,& ſibi ipſis non reddita tutelæ ratione,ac
reſtituto reliquo,text.eſt in authẽ.eiſdem pęnis.
iuncta.l.1.C.de ſecund.nupt.vbi Cyn.Bart.Bal.
* Salic.& cæter.*communiter ſcribentes.§.ſin au
tem.vbi Angel.in auth.de nupt.Et quàmuis cõ-
munis ſit iuriſperitorum concluſio,in d.l.1.vbi
Bal.nu.5.Bar.in fi.Sali.nu.7.& in c.fi.de ſecund.
nupt.Capre.conſ.70.dicens,idem fieri,ſi mater
infra annum tutelam non aſſumat.n.7.Soc.ſen.
conſ.39.num.10.volu.1.Crauet.conſ.36.Gabr.
commun.concluſ.tit.de ſecund.nupt. concluſ.
quinta.Simon de Prætis conſil.168.nume.19.
22 quod inquam pęnę † nubentium intra annum
luctus ſunt hodie correctæ.Attamen dicitur cõ-
muniter ſimiliter teneri,qđ pœnæ illę nunq̃ fue
23 runt correctæ † in muliere,q̃ ſuſcepta tutela filio
rũ,ad ſecunda vota migrauerit,nõ ꝓuiſo filiis de
tutore,nec ratione adminiſtrationis integre red
dita,cũ oĩ ſucceſsione,& omnibus ſibi à marito
relictis priuetur.ita tenent notab.Alber.Ioã.Fa-
ber.& Bart.in d.authen.eiſdem pœnis.Cyn.Sa-
lic.& Angel.in d.l.1.Soci.Sen.ample in conſil.
39.col.4.in ſecunda concluſione,volu.1.Hoſti.
Inno.Abbas Alex.& cæter.in d.c.fi.de ſecund.
* nupt.*communem hanc inquit,Ioa.Nicol.Are-
lat.reſponſo pri.in deciſione dubii.nu.2.in tit.
de ſecund.nupt.poſt Soc.Sen.cõſi.39.nu 10.vo
lu.1.Plotum in l.ſi quando.nu.236.in fi.C.vnde
vi,Anto.Gabriel.commun.concluſ.de ſecund.
nupt.concluſ.9.nu.19.Sim.de Prætis conſ.168.
nu.19.& conſ.117.nu.9.ꝑter qđ dici poſsit cor-
rectionẽ illam pœnarũ,de qua ſupra,in fauorẽ
filiorum non intelligi factam de iure canonico:
ſed tantum de iure ciuili,vt voluit Capra.d.con
ſil.70.Gabriel.vbi ſupra cõcluſ.6.Mend.ad Ro.
conſil.182.cum ſimil.& quod in fauorem libe-
rorum† tantum pœnæ contra eas mulieres tran
24 ſeuntes ad ſecunda vota adhuc durent,*commu
* ne pronuntiant,etiam de iure ciuili Deci.Ioan.
Nicol.& Dilectus allegati ꝑ Ema.Soarez.recep.
ſent.verbo mulieres.nu.167.& cæteri deſcripti
eb eo in verbo nuptias.nu.68.cum ſeq.Cõcludi-
tur itaque in noſtro caſu.d.Vxorẽ grauatã,quia
tranſiuit ad ſecunda vota,non prouiſo filiis de
tutore,nec reddita tutelæ teſtamentariæ ratione
vſufructu,inſtitutione particulari,& oĩ iure ſibi
ex teſtamento primi viri prouenĩẽte ſine dubio
priuatam dici.

Tertio loco ſubiungo ſtatutum terræ Compiani mihi exhibitum ſub rubrica de tutoribus,verſi.& qui tutelam cum ſeq.quod ex propoſito decidit præſentem,quæſtionem,determinans,primo tutores datos in teſtamento,ſi abſque cauſa legitima tutelam filiorum recuſant,vel nõ agnoſcant,ipſo iure omni commodo teſtamenti indignos effici atque priuari.Secundo,quod mater,quæ non fecerit prouideri de tutore legitimo filiis ſuis,cum ipſa recuſauerit legitime,ſeu q̃ non inſteterit tutorem legitimum adminiſtrare vel tutelam aſſumere,priuetur ipſo iure ſucceſsione impuberum.Tertio matrem datam etiam in teſtamento tutricem tranſeuntem ad ſecũda vota ipſo iure priuari tutela,quam nec aſſumere cogatur,etſi viduare,vt inquit,contigerit.Vnde infero,cum hæc.D.Blanca ſit in teſtamento decreta tutrix à patre,amplius per tranſitum ad ſecunda vota tutelam habere nequit.rurſus cum nõ prouiderit de tutore,nec reddiderit rationem & reliqua reſtituerit,priuanda ſit ſucceſsione,omnique commodo ſibi ex bonis mariti prouenĩẽte,vt communem *inquit Ioan.Arelat.d.reſponſo 1.deciſ.1.nu.2.Et in iſtis reddita ſit quæſitorum ſolutio,ad laudẽ ſanctiſſimæ ac indiuiduæ Trinitatis,cuius feſtum hodie ſancta Eccleſia catholica deuote ac ſolenniter celebrat.

Franc.Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINO IOANne Cataneo.

A R G V M E N T V M.

An Vitricus,& priuigna inſtituti hæredes æqualiter à matre,& vxore reſpectiue ſuccedant æqualiter vel prius legitima per priuignam deducatur.

S V M M A R I V M.

1 Legitima per priuignam ante omnia deducitur
** *ex veriori,** ſed intellige,vt nu.5.*
2 Vitricus tenetur priuignæ reſtituere omnia habita in bonis primi viri.
*3 * Mater non ſubſtituit filia,ex commun.**
4 Diſpoſitio.l.hac edictali,locum habet,ſi nihil,vel minus,quàm filio primi viri priuignus conſequatur.
5 Priuigna ante omnia detrahit legitimã in bonis parentis,ſi illa fraudetur.
6 Filia inſtituta hæres in dimidia bonorum,legitimam habet.
7 Legitime non computatur,quod capitur ex diſpoſitione

** *ſitione.l.hac adictali, ex una cõmuniori,* **
licet hodie ex veriori contraria, quod dictum
limitatur tribus modis.

8 *Imputatur in legitimã habitũ ex diſpoſitione.l. hac adictali, ſi hæredes æqualiter filia, & maritus relinquat, ſecus ſi nihil, vel minus, &c.*

9 *Filius pro ea parte, qua eſt hæres, non recuperat bona patris à Vitrico.*

10 *Pœna tranſeuntium ad ſecundas nuptias ceſsãt ex conſenſu coniugum, & filiorum.*

11 *Subſtitutio vulgaris fit à quocunque.*

CONSILIVM CCXI.

TRINITAS ADSIT.

NObilis Domina Camilla Maſtina teſtamẽto ſuo hæredes vniuerſales inſtituit Dominam Flaminiã filiã ex quondã Dño Iulio Maſtino primo viro, & nobilẽ Dominum Herculem Cataneum ſecundo virum æquis portionibus, ſubſtituendo maritum filiæ caſu, quo decederet ſine filiis ante nuptum. adierũt ambo hæreditatem cum beneficio legali, nunc petit filia ante omnia quantitatẽ legitimæ naturæ, dotiumq; in bonis matris, & hæreditate ſibi ſpectantem.
1 Dubitaturque ad ipſam ſpectare dictam † legi
timam demendam primo loco ex tota hæredi
tate, commodo ſolum ipſius filiæ, iuxta diſpoſi
tionem. l. hac ædictali. C. de ſecund. nupt. & hoc
nõ obſtãte matris teſtamẽto, vt in terminis ex ve
* riori * videtur concludere Roland. à Valle, de
lucr. dot. q. 27. Demumque omnia, quæ ad ma
trẽ ex bonis primi viri peruenerũt, eidem filiæ
2 priuignæ reſtituẽda fore per † vitricum ad con
geſta per Dominum Ceſal. conſi. 123. circa fi. &
dixi alias conſilio 12. Et ſubſtitutionem annul-
3 landã, cum † mater nõ habeat filium in poteſta-
te, nec ei conſequenter ſubſtituat. l. 2. vbi Ripa.
num. 23. cum ſeq. ff. de vulg. Capra. tract. ſubſtit.
regul. 2. Aſcan. clem. de patria poteſt. effectu. 15.
* num. 16. ex communi * latius tractata per Vaſq.
de ſucceſſione li. 2. parte. 3. de pupil. ſubſt. §. 14.
nume. 8. cum ſeq.

Verum nonnullis in iure cõſideratis, cenſui, quo ad bona teſtamentum ſubſiſtere, nullaque legitima dempta, dimidiam bonorum, & hæreditatis dictæ matris ad filiam nempè, & alteram ad maritum æquis portionibus pertinere.

Primo, quia filio ex primo matrimonium nõ
competit vendicatio relictorum ſecũdo viro ex
4 † diſpoſitione. l. hac ædictali. C. de ſecund. nupt.
niſi totum relinquatur vitrico, vel nouercæ, ſeu
plus q̃ filius primi matrimonij conſequatur. licitũ enim eſt relinquere tm̃ vitrico, uel nouercæ, quãtum filius habet, ut in d. l. hac ædictali ver. ita tm̃, & uerbo plus, & ĩ §. optime, Auth. de nupt. dũ enim tãtũ vnus quãtũ alter hẽt, diſpoſitio. d. l. ceſſat, q̃ locum ſibi tantũ vendicat vbi, vel totũ, vel plus uitrico detur. Qđ ĩ terminis ponit Bertran. in d. l. hac ædictali. ver. ita tamen. nu. 13. dicens, ſe in quęſtione de facto ita reſpondiſſe cuidam Procuratori, licet multi Doctores Auennionenſes contrariũ, & perperã pro filia cõſuluiſſent: & ꝙ nunc ſimiliter, ſi caſus eueniret, cõſuleret, probat pro limitatione ad d. l. hac ędictali, An. Gab. de ſecund. nupt. concluſ. 4. nu. 62. 6. limit. Cũ itaque in pͤſenti nec totũ, nec plus ſecũdo viro, ſeu uitrico, q̃ filiæ, uel priuignæ, fuit relictũ, cũ ęquis portionib. hęredes exiſtant, nec plus legatis vel oneribus filia, quam maritus grauetur, locus uẽdicationi relictorũ marito ceſſabit.

Secundo filia petit, & detrahit ante omnia le
gitimam naturæ, demũ hæreditatem matris di-
uidit cum uitrico, ſi filię nihil relinquatur, uel le-
5 gitima † propria fraudetur: ita enim loquuntur
omnes ſcribentes, qñ legitimã per eã prius dedu
ci conditione ex lege ſeu ex inofficioſa dote, uel donatione uolunt: rurſus alio remedio nempè fauore filię. l. hac ędictali ob iniuriam ei illatam, ac in mariti pœnã odio ſecundo nubentis relictum marito ſecundo, uẽdicãre filiam admittũt: non enim hęc duo remedia ꝓcedere intelligũt, niſi ubi nihil, uel ſaltem modicum filię relinquatur, ut Glo. & Doctor. omnes in d. l. hac ędictali, quod in ſpecie refert Bertrãd. d. nu. 13. & 14. circa fi. uer. nec obſtant; appoſt. Alc. ad Bart. in d. l. hac ædictali, uerbo Adde gl. in pri. Bald. eodẽ loco in fine pri. nu. 3. admittit in terminis noſtris Bald. cõſi. 105. quędam Domina Ceccha vol. 2. idque ſentiunt ſcribentes omnes, dum cõcludunt filios nempè fraudatos, ſic pręſupponunt illos ſua portione priuatos, nihilque eis relictũ, uel ſaltim modicum, uel minus quàm marito, ante oĩa legitimam, demũ æquam portionem cęterorum bonorũ a uitrico cõſequi, ut Bal. cõſ. 22. uol. 5. in fi. uerſic. itẽ ſciendum, cõſi. 401. uol. 2. & in l. 1. n. 3 C. de inof. dotib. intelligunt nãque omnes dictã concluſionẽ, ubi pacto, uel diſpoſitioni mulieris totum quęreretur ſecundo cõiugi in præiudicium filiorum primi matrimonii. idẽ Dec. conſ. 246. nu. 3. uerſ. ulterius, ibi filii primi matrimonii fraudati, Fulgoſ. conſ. 96. uerſ. ad ultimum. in fi. ibi, cui minus ſit relictum, nõ diſſentit Crau. conſ. 193. nu. 13. ad fin. dum Bertrandi opi. ſub nu. 13. in d. l. hac edictali ſeq. poſt Arelatenſem, Ripã & Garonẽ, & Crau. conſ. 194. in pri. & nu. 5. & in cõſ. 142. n. 4. dũ maritũ mulier hęredẽ uniuerſalẽ fecerat, idẽ Ber. cõſ. 39. nu. 11. & cõſ. 40. nu. 8. uol. 2. loquẽs in caſu, ubi vitrico longè plus, q̃ filio primi matrimonii relictũ fuerat. immo cõcordãdo opi. Sali. & Bal. in d. l. hac ædictali, dicit, ꝙ cõſequit filius ex diſpoſitione. l. hac ędictali cõputãdũ in legitimã ad faciẽdã partem cum marito ſecus in faciẽda parte cũ filiis ſecundi matrimonii, ut per eum. d. conſ. 40. nu. 8. & 9. & in iſtis quoque terminis, quando filii

ſunt ſua fraudati portione, nec tantum habent
quantum vitricus, loquitur Roland. à Valle con-
ſil. 29. nu. 9. & ſeq. & nu. 25. volum. 3. & in tract.
de lucr. dot. q. 27. poſt Caſtrenſ. in conſil. 462. in
fi. volum. 2. ſcribentem opin. Bald. ueriſſimam,
quod inquam duo remedia competerent, nec
vnum aliud impediret, quãdo totum marito de-
ferebatur pacto mulieris, vel ſtatuto in præiudi-
cium filiorum. ita declarant Bertrand. d. nu. 14.
in fi. & quod d. l. hac edictali diſpoſitione locũ
habeat ſolum, vbi fil.i fraudatur tota portione
materna, vel paterna, ponit Roma. cõſi. 447. ver
ſic. non obſtat. Cum itaque in caſu noſtro nõ ſit
fraudata filia ſua portione, nec plus vitrico, q̃ pri
uignæ, ſeu filiæ quàm marito relictum at æquali
ter, & æquis portionibus inſtituti fuerint, arbi-
tror quidem nullam legitimam ante omnia de-
trahendam eſſe.
5 Quod tertio ſuadetur, † quia filia inſtituta in
dimidia hęreditatis maternę, maximè lucroſæ,
vt hic legitimam habet ſibi iure naturæ debitam
quę eſt tertia tantum pars portionis, quam ab
6 inteſtato conſequeretur. l. † quoniam in priori-
bus. §. 4. C. de inoffic. teſtam. Auth. nouiſſima, &
vnde ſumitur. C. eod. tit. ſic nullum remedium
ad conſequendam legitimam competit, cum ſu
perfluum ſit petere extra, quod quis intus habet
arg. c. examinata, vbi not. de except. & in l. 1. ff.
de except. rei iud. l. 1. c. ſi mancip. ita fuer. alien. l.
iudici. C. de appellat. Bar. conſil. 40. col. 2. vol. 2.
id multis authoritatib. cõprobat, ĩ terminis no-
ſtris Bertrand. loco ſępè citato. num. 14. & vr ad-
mittere Ioan. Nicol. Arelatens. reſponſo. 2. de ſe
cund. nupt. vbi inſtitutis æqualiter filio, & mari-
to ſecundo, vult ſolum filios, quod plus marito
fuit relictum conſequi, & in cęteris ęqualiter ve-
nire. Etſi legitimam habet, nec pro illa remediũ
competit, minuſque dicitur plus vitrico, quam
filiæ relictum, eo quod ęqualiter ſuccedant, con
ſequenter ceſſet diſpoſitio, & pœnę. l. hac ędicta
li, illiuſque remedium, certum erit ni mea me fal
lat opinio, nihil per filiam detrahendum, ſed to
tum per eos æqualiter diuidendum fore.
Quarto & ultimo confirmantur ſupradicta,
** qua etſi communiori ** ſententia receptum ſit,
7 † non imputari in legitimã, quod capitur ex di
ſpoſitiõe. d. l. hac ædictali, ſed ipſam ante omnia
detrahendam fore, vt dixi ſuperius, Bero. quęſt.
fami. 118. nu. 2. Fabian. in d. authen. nouiſſima.
* num. 119. C. de inoffic. teſtam. communemq; *
atteſtatur Bertrand. conſil. 869. uolu. 6. & in d. l.
hac ædictali, pag. 137. & ſeq. ubi latè Ripa in l. in
4. in fi. ff. ad l. Falcid. Vaſq. de ſucceſ. lib. 3. §. 30. li
mit. 34. nu. 188. nu. 233. parte. 5. Etſi contraria
** verior forte, & his temporib. receptior ** dice-
retur, quam Vltramõtania ↄplexi ſunt, teſte Cu
man. conſil. 110. nu. 4. in fi. poſt cęteros relatos
ab Alcial. & Io. Bologneto in l. 4. nu. 367. qui
* ex Cumano hanc ſimiliter communem * nũcu-
pat, quamuis veriorem dicere uelit. ff. ad l. Falci.
poſt Ancar. qui ueriorem ſimiliter ait conſ. 101.
num. 1. Attamẽ primo reſtringitur, & limi atur,
ſeruaturque ſolum dicta pręcedens communis
8 ſententia, quãdo † mater minorẽ partẽ, uel nullã
filio taxat, uel relinquit: alias ſecus, pura ſi ęqua-
lem, uel maiorem. per Bertrand. d. l. hac ędictali.
nu. 10. in fin. & nu. 11. & 12. Ale. conſ. 158. nu. 8.
uol. 5. quem ſic intelligendo, cũ recepta ſnia cõ-
ciliant moderni Pariſini ibi, qui ita Salicetũ lo-
quutũ ſcribunt in d. l. hac ædictali poſt, Iacobũ
de ſancto Georg. & Bertrand. ubi ſupra, ſequitur
nouiſſime Ant. Cuccus tract. de legitim. uerſi. ex
ſubſtantia. nu. 2. pagin. 56.
Secũdo, illam ſniam de legitimæ detractione
procedere ſolũ arbitror, ubi nihil pęnitus filiis
primi matrimonii, ſit relictũ, eo q̃ q̃n eſt uel mo-
dicum aliquid relictum, tunc uitricus, uel nouer
ca habeant ſolum id, quod dictis filiis relictum
fuit, & totum reſiduum eiſdem filiis cedant, pro
ut in terminis declarat Boeri. qui ita iudicatum
affirmat deciſ. 201. nu. 4. & 6. nõ diſſentit Crau.
conſi. 193. num. 13.
Tertio, dictũ illud, quod habitũ ex diſpoſitio
ne. l. hac ędictali non imputatur in legitimã na-
turæ filiorũ, uerum eſt, dũmodo nõ ſint hęredes
inſtituti, eo q̃ in legitimã dictorũ filiorum primi
matrimonii computentur oĩno relicta ſibi à pa
rẽtibus in dictis teſtamẽtis, ita in ſpec. e declarat
Aym. Crauet. conſi. 194. num. 2.
Itaque in pręſenti caſu firmabimus abſolutę
nullam legitimam detrahendam, ſed ęqualiter,
iuxta teſtamentũ, hęreditatẽ uniuerſam inter ui-
tricũ, & priuignam diuidendã eo, q̃ in cõtrariũ
allegata procedant: ubi filia oĩno fraudetur por
tione ſua, rurſuſque nihil, uel modicũ eidem re
linquatur.
Quo uero ad bona, quę peruenerunt ad ma-
trẽ ex ſubſtãtia primi uiri, quę bona regulariter
pœnitentem, fictè conuerſum, & vt ſupra iudi-
cari.

Tertio obſeruantiam Sanctiſſimi officij id ad
mittere ſubiungo,cum in facti contingentia iu-
dicatum, & exequutum in ſimili iam fuerit me
interueniente,& ſcripſi conſi.7.lib. primo. & te-
ſte Reuerendiſſimo. Locat. in caſibus ſuis poſt
opus iudiciale capitul. 16. Cæſalius, Orſacius,
qui in pluribua noſtro ſimilimus redditur, & in
caſu 7.& ſi vbi ex miſericordia pœna minor in-
flicta fuerit.

Verum & ſi iuribus,authoritatibus, ac obſer-
uantia caſum hunc clarum reddi arbitrer,nem-
pè Reum de impœnitentia, fictaque conuerſio-
ne,& pertinacia damnandum. Addo tamen nõ
nulla, quæ me in hanc opinionem firmius con-
ducunt.

Primo Inquiſiti variatio,inconſtantia, atque
15 mendacia ipſum † Reum criminis conſtituunt.
Primo enim abſolutè,& ſimpliciter iuratus totũ
negat.Secundo,vice geminata, diuerſoque tem
pore dictas ſex hæreſes credidiſſe ait. Tertio in-
quit de illis dubitaſſe,& quarto loco eas tenuiſſe
ſed non ita firmiter,ſicuti cęteras.Rurſus primo
firmat ſe inſtigatum ad iniuriæ repulſionem re-
uocaſſe confeſſata. Secundo vero loco ſubdit,
pro exoneratione conſcientiæ totum dixiſſe,ac
id generis alia, quæ nulla erroris ratione oſten-
ſa, cauſam ipſius maximopere aggrauant, cum
mendacia quemlibet de hæreſi ſuſpectum. d.c.li
teras,& indignum clementia reddant,ponit Lo
cat.d.caſu.8.& 15.

Secundo non ſemel,& bis, ſed pluties periu-
rium commiſit,modo vnum, modo aliud iura-
16 mento atteſtans, qui propterea in † dolo mani-
feſto uerſatur.Bald.in l. obſeruare. §. proficiſci.
ff.de offi. procõſul.Iaſ.in l.qui iuraſſe.ff.de iur.iu-
rand.tradit de pœna periurij Foler. in praxi cen
ſuali, verbo Nic.Epiſcopus. numer. 83. cum ſe-
quen.

Tertiò purgauit indicia tanquàm ſuſpectus
de relapſu in alteram hæreſim iam reuocatam,
17 ideo malus † ſemel in eodem genere mali præ-
ſumitur malus,eſt textus in capitul. accuſatus.§.
primo. de hæretic.in ſexta. reg. ſemel malus de
regul. iur. in ſexto. Alciat. in reg. ſecunda. præ-
ſump.7.Hippolit.in §.diligenter.numer.99.cum
ſequen.Octau.Cacher.deciſ.pedem.88.numer.
27.Menoch.d.conſil.82.num. 140. cum vulgat.
quæ ſciens prętereo.

18 Quarto filius † eſt hæretici iam damnati de re
lapſu,& igni traditi, à quo hæreſes didicit, qui
propterea ſimilis eſſe patri ſæpe ſolet,l.quiſquis.
C.ad l. Iul. maieſt. §. primo. Auth.de referend.
capitu.Michael, de fil. Presbit. capitul. recurrit.
32. quæſtio. quarta. capitul. tranſmiſſa, qui fil.
ſint legit.35.quæſtion.tertia. §. hac authoritate.
leg.final.C.de impub.& alijs ſubſtitutio. §. final.
in fin. de conſecratio. diſtinctio. quinta. Filij
enim plerunque conſimiles ſunt parentibus,mo
ribus. Terent. in Heauthon. actione. tertia. &
Cicero officio primo,parentumque, præceptis
imbuti ad eorum conſuetudinem,& morem du-
cuntur ita argumentum. Quintil. ſcribens Ora-
tori inſtitutio.libr.quinto.capitu.10. & in mate-
ria religionis authoritatem, ac doctrinam maio
rum magnopere ualere, teſtatur Firman.lib. ſe-
cundo. inſtitutio. diui, capitul. 7. poſt Virgil.
Aeneid.

Aeneid. 9. hoc uerſu per caput hoc viro, per qđ pat r ante ſolebat, & Cicer. 2. de leg. à famil a, patrumque ritibus non diſcedendum putabat, refert Petr. Vendra. ad repertor. inquiſit. verb. filius, verſicu. filius ſolet, & in verſic. præſumptio, verſic. idem talis.

Quinto cedulæ priuatæ recognitæ, atque alijs hæreticis conſcriptæ.

Primo ipſum familiarem, & cum hæreticis
19 conuerſantem arguunt, quæ † conuerſatio ſcribentem manifeſtè talem præſumit qualis eſt, cum quo conuerſatur c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. in ſexto. §. ſi uero his, Auth. de Monach. Blanc. de indic. num. 253. verſicu. conuerſatio malorum, Marſil. in §. expedita, praxi criminum. 93. in conuerſante cum hæretico, Ioann. Franc Ponzin. tract. de lamiis. nume. 85. Scriptum enim eſt hæreticum de uita Paul. ad Timot. 3. 2. ad fin. capit. ſecundo. Ioann. epiſtol. 10. capit. primo. & ſecundo. ca. ſicuti Apoſtoli 11. quæſt. 3.

20 Secundo † fautorem eſſe hæreticorũ innuũt ſaltem, qui indirectè per ſecretas vias fidei negocium impedire intelligant. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. in 6. traditur in director. inquiſit. part. 2. q. 54. & a Locatio. inqu. iud. verbo ſuſpicio.

Tertio literæ ipſum defenſionem perſonę hęretici, ad quem ſcribit, conſtituunt, cui auxilium impedit, admonendo illum de confeſſis in actis officij ſanctiſſimi cap. ſi quis 21. quęſt. 5. & habetur in cap. ſi fortè. cap. ſi iuſtos, & per totum 27. quęſt. prima.

Quarto, ſe catholicum, virumq; probum profitetur, a malignis perſequutum, & iniquè detentum ab Inquiſitore, ac proceſſatum hęc omnia confeſſionem errorum excludunt, cum adhuc obſtinatus peccata ſua non recognoſcat, ſicuti de Caym dicitur, qui uoluit delictum negare, indignus eſt iudicatus, Geneſ. 4. & habetur in cap. ſerpens, & cap. nunquid Caym. de pœnit. diſtinct. prima. Rurſus iniuſtitiam, ſeu iniuriam Iudicum includunt, quę in contemptum, & impedimentum officij non prętextu perſonę priuatę Inquiſitoris facta cenſentur. cap. ſecundo. de foro competen. cap. cum deſideres, §. fio. de ſentent. excommun. cap. Romana, vbi Text. & Glo. de pœnit. in ſexto. Quapropter omnia in Rei culpam, impœnitentiam, & fictam conuerſionem tendunt, ut aliis ſimul iunctis, vel etiam ceſſantibus, illius cauſam iuxta uotum terminandam arbitrer, prout in ſimili Romę iudicatum fuit teſte Reuerendiſſimo Locat. d. caſu 16. Cæphalius.

Iſtis ex aduerſo deducta non oberunt, & primum multipliciter eneruatur.

Primo, quia non conſtat de iracundia, ſugge-
21 ſtione, erroreve aliquo, † alleganti etenim ſimilia incumbit onus probandi, alioquin confeſſioni ſtetur. c. fin. de confeſſ. Gloſ. in cap. Romana. §. ſin autem de appel. in ſexto. c. olim de cenſ. Bald. in l. in bonæ fidei. num. 5. C. de reb. credit in l. fi. num. ſecundo. C. de probat. Aret. in cap. cum dilecti, ubi Innocen. in fi. de accuſ. & in praxi crimin. verbo comparent dicti Inquiſiti, Alex. cõſ. 34. in princ. volum. primo. latè Boſſ. titu. de confeſſ. nume. 60. cum ſequent. Anton. Gabr. tit. de confeſſ. concluſ. 6. nume. 11. Simanca tract. de hæret. capit. 29. numero ſexto. & 9.

22 Secundo † perſeuerantia, ſeu reiteratio confeſſionis in iudicio emiſſæ, purgat omnem iracundiæ & ſuggeſtionis ſuſpicionem, Abb. poſt Glo. in ca. ex literis de diuort. quod notandum inquit, Lucerna Inquiſitor. verbo, confeſſus, num. tertio. at in pręſenti non ſemel, ſed bis, & ter perſeuerauerit in pura reuocatione hęreſum, ac diuerſis vicibus interrogatus illudmet ſimpliciter iuramento affirmauerit, ex doctri. Bald. in rubrica. C. de confeſ. in fi.

Tertio tam uariè confeſſa ante primam abiurationem reuocauit, modo aſſerendo ſimpliciter ſe illas ſex hęreſes nunquàm credidiſſe, modo declaratiuè nempe credidiſſe, ſed non ita firmiter ſicut cęteras modo qualificatiue, ſe in quam tantum dubitaſſe, magis tamen in partem catholicam inclinaſſe, ut in hoc diuerſorũ conſtitutorum conflictu, primę potius reuocationi, quam cęteris ſit ſtandum, Glo. in cap. ut noſtrum, ut eccleſ. benef. cap. per tuas de prob. cap. literas de præſumpt niſi probaret de errore. cap. olim de cenſ. l. fin. C. de erro. Aduoc. ca. cum cauſam. de appel. cap. fin. de confeſ. qui
23 tamen † error in materia criminis hæreſis non videtur admiſſibilis, cum in facto ſuo præcipue animam reſpiciente quis certus eſſe debeat. cap. ab excommunicato de reſcript. vnde ex uarietate reſponſionum contra eum præſumitur. §. item qui falſo. quarta quæſtio. ſecunda. l. ex libero in principio l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt.

Tollitur & ſecundum obiectum.

Primo, quia vltima negatio tot hęreſum iam deteſtatarum in prima abiuratione, ac ſæpius in iudicio, & cum iuramento confeſſatarum directè pœnitentię peccati, & erroris ſui ſe opponit, ac comprehenſis, & promiſſis in abiuratione contrariatur d. cap. pœnitent. diſt. 3. propterea impœnitens verus in primo gradu dicitur, ut ſuperius expoſui.

24 Secundo Canon. relapſum † indicat, qui facit contra pœnitentiam indictam in abiuratione, illud, quod non ſit dubium feciſſe ex conſequentia, & ſequela approbati à ſe prius erroris capit. accuſatus. §. ille quoque de hæret. in 6. Repertor. inquiſit. d. verbo pœnitentia pagi. 617. uerſicul. ſed breuiter, Simanc. hæret. capitul. 61. numer. octauo. At nemini dubium eſt reuocationem contentorum in abiuratione actum dici, qui neceſſario demonſtrat priores

 hæreſes

hęreſes adhuc reconditas fore, ſictoq; corde reuerſum fuiſſe.

Tertio hodie ex praxi hanc pœnam, ſeu con
25 ditionem in ſententia † abiurationis pœnitentiali Inquiſitores redeuntibus imponunt, videlicèt te abſoluimus ab excommunicatione, qua eras aſtrictus, ſi tamen ex corde redieris, & iŭcta mandata ſeruaueris, ad affectum inquiunt ſcribentes tollendæ dictæ quæſtionis pœnitentiæ ſecundi gradus nō obſeruatæ, vt conditione nō impleta abiurans pro non abſoluto reputetur. Gem. & Archid. numero. tertio. in capitul. vt commiſſi. §. nec non de hæret. in ſexto. Gondiſſ. de hæret. quæſtio. 20. nu. 9. ponit Campeg. ad Zanch. tracta. de hæret. capit. 41. in fine. poſt adductos in conſil. meo. 7. numero. 11. & 12. libr. primo. quibus addo in propoſito Repertor. inquiſitor. verbo. pœnitentia, verſic. ſed poſſit pagin. 614. Qua propter cum hæc omnia in abiuratione iſtius legantur addita, & iuxta ſtilum deſcripta, ceſſat dubium pœnitentiæ primi, vel ſecundi gradus, cum deficiens à ſententia maximè tot concurrentibus impœnitens verè iudicetur.

Tertium argumentum ſimiliter eneruatur. Primo negando vltimam illam declarationem, ſeu matris interpretationem rei attendendam,
26 cum in tam varijs conſtitutis, magis † primo, quàm vltimo ſtetur. d. c. per tuas de probatio. & dixi ſupra.

Secundo admiſſa pro nunc interpretatione, Quid tum? nonnè & impœnitens iudicaretur ſi veritatem ſimplicem in prima abiuratione obticuerit, nec peccata ſua ſit integrè faſſus. Etenim inte cætere, ſeu decimoſexto. requiſita ad
27 veram confeſſionem † conſtituendam, Exigitur quòd ſit nuda, ſimplex, diſcreta, integra, diſtincta, libens, verecunda, & confitens parere paratus, vt in ſupp. confeſſio. prim. §. primo. At hic ſtantibus poſterioribus conſtitutis prima confeſſio nuda non fuit, cum inuoluat obſcuritatē verborum, credulitatem ad dubietatem reducens. Minus ſimplex, dum dubitaſſe, demum in catholicam partem inclinaſſe aſſuerat. Non diſcreta, quia maiora peccata hæreſis quidem, cum minore pondere ſit confeſſus, nempè, quia tantum dubitauit, confiteatur ſe abſolutè per ſex annos tenuiſſe dictas hæreſes, integra non fuit, quia ſubtraxit aliqua, quæ manifeſtanda erant, videlicèt vel firmiter credidiſſe, vel dubitaſſe, vt nunc inquit. Non diſtincta, quia diſtinctè, & ſeparatim non eſt confeſſus hæreſes proprias. Non libens, quia ſuaſus ab alijs, ſeu coactè, vel ſaltem non ſpontaneè id confeſſum, nūc ait, Nec verecunda dicitur, cum non erubuerit, immo ſe iactauerit de peccatis grauioribus, quatenus illa minimè commiſerit. Nec parere paratus, quia iniuncta in pœnitentiali ſententia non adimpleat, at ille potius ex negatione contradicat, traditur in capitul. conſideret de pœniten. diſtinctio. quinta. & per totam.

28 Et certum eſt hæreticum † in ſua confeſſione ſui erroris non ſeruantem has, conditiones ſictè conuerſum reputari, vt recenſet formaliter Repertor. inquiſit. verbo confeſſio. verſicul. nota decima ſexta conditione pagin. 147. nec diſſentit. Simanca titul. de hæret. capit. 61. numer. quinto. adnotans quem impœnitentem dici, ſi ſcienter non fateatur omne tempus errorum, nec participes hæreſum, refert Petr. Vend. ad reperto. inquiſ. verbo impœnites, ac in verbo confeſſio libera. ſecundo uerſicul. adde de hoc, ac Vmbertus Locatus in caſibus Romæ poſt opus iudiciale inquiſit. caſu 7. 23. & 25. vbi ponit de hæretico, qui minus plenè erat confeſſus hæreſes, & caſu. 28. de eo, qui complices ſubticuerat.

Tertio reſpondetur non ualere conſequentiam, adhuc Reus fateatur, ſe ante primam abiurationem hæreticum fuiſſe, ergo dici impęnitens nequit ex retractatione partis tantum, quādo in materia confeſſionis, ac pœnitentiæ in
29 uno peccans, † omnium Reus efficiatur, *Inquit* enim Diuus Augu. in libr. de pœniten. relatus in capitul. conſideret de pœniten. diſtinct. quinta. defleat peccator, quoniam offendens in uno, eſt omnium Reus factus, & efficitur pœnitentia falſa cum aliquibus ſpretis, de uno, uel cæteris pœnitentia agatur, aut ſi agitur de uno, non diſcedit ab alio. inde ſcriptum eſt, qui totam legem obſeruat, offendit tamen in uno, factus eſt quoad uitam ęternam omnium Reus. Iacob. ſecundo nec ianuam æternæ uitæ intrabit, qui in uno tantum peccato manet, ſicut nec omnibus peccatis inuolutus. capitul. final. de pœniten. diſtinctio. quinta. habetur in ſupp. pœniten. quarta. §. primo. De uno nanq; peccato ſine *alio* ſatisfacere non licet, Diuus Tomas. quarta diſtinctio. 15. nec confeſſionem diuidere, diuus Tom. 108. diſtinctio. ca. 17. c. primo. in fin. de pœniten. diſtinctio. quinta. & diſtinctio. tertia. cap. ſunt plures. Repertor. inquiſit. d. uerſi. d. confeſſio, & uerbo pœnitentia, ſeruit, quòd in materia hæreſis, qui in uno tantum articulo deuiat, ſi abiuret generaliter, poſtea in aliam hæreſim labatur, punitur de relapſu uere ca. accuſatus. §. cum uero de hæret. in ſexto. non igitur in propoſito excuſabitur Reus retractando partem confeſſionis, cū adhuc ex illa impœnitentiam, & temeritatem incurrat.

Quartum eneruatur.

Primo, quia in claris reuocationibus ceſſant coniecturæ, ueriſimilitudines, atque præſumptiones. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obligatio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. cumuulg.

Secundo non admittitur reuocatio confeſſionis ſpontaneæ perſeueratæ, iudicialis, & geminatæ, eo minus non probato errore, uel iuſta cauſa retractationis, ut ſupra, & ſi non eſt admiſſibilis,

Digitized by Google

miſſibilis, nec facta effectum ſortietur, ita ut potius non reuocationem, quàm retractionem
30 ſapiat. cum non entis † nullæ qualitates exiſtant, nec qualitas ſine ſubiecto eſſe valeat. l. eius qui in prouincia in fin. ff. ſi cert. peta. l. Pomponius. §. acceſsionis. ubi Alexan. not. 3. ff. de acquiren. poſſeſſ.

Tertio coniecturæ, & veriſimilitudines fortiores ſunt pro vera reuocatione confeſſatorũ in abiuratione, quam ècontra. Prima enim clara eſt atteſtatio, ſe non credidiſſe illas hæreſes ſecunda purgatio indiciorum, Tertia variatio, & inconſtantia Rei, Quarta qualitas perſonæ, Quinta cõfeſſio errorum, & abiuratio toties repetita, ſponteque admiſſa, Sexta exculpatio ſociorum ſola citra proprij erroris reuocationẽ, & multa alia ſuperius conſiderata, quæ nume-
31 ro plures, † pauciores, atq; debiliores uincunt. l. diuus. ff. de reſtitutio. in integr. Deci. conſil. 470. numer. 10. Socin. iun. conſilio 59. numero decimo. libr. ſecundo. cæteros ex induſtria prætereo.

Quintum, & ſi ex precedentibus ſublatum arbitrer, adhuc tamen tollitur.

Primo negando abſolutè requiri retractationem omnium contentorum in prædicta abiuratione, ut quis impœnitens iudicetur, ſufficit nanque reuocatio unius erroris, non dicam partis hæreſum, quando & ex illo reputetur impœnitens, ac in uno offendens omnium Reus efficiatur. d. c. primo. de pœnitent. diſtinctio. quinta. omneſque paſſim admittunt ex particulari retractatione, immo & qualitate errorum tantum, etiam in tempore non confeſſa, ſeu ex ſociorũ nominatione omiſſa in prima abiuratione, quẽ vti impœnitentem, & fictè conuerſum damnari, ut ſuperius expoſui.

Secundo veritas eſt ex ſola reuocatione confeſſionis errorum factæ pœnes acta Sanctiſſimi offic j, etiam in actu dum abiurat quem impœnitentem iudicari, ut notarunt Locatus. d. nu. 41. & cęteri, de quibus ſupra. At ſi poſt abiurationem adhuc in dicta reuocatione perſiſtat, nec quod prius confeſſus fuerat approbet, non ſolum impœnitens, ſed tanquam pertinax, & incorrigibilis cenſendus eſt, ac puniendus. Hoc ſcripſere, Calder. Zanchin. Lucern. Repertor. Inquiſit. & cæteri, dum de pertinacia mentionem fecerunt, conſtituentes differentiam, an
32 reuocet † ſimpliciter, quia ex hoc impęnitens efficitur, & tunc quandoque reuocando reuocationem, ei indulgeat officium, ut ſi non abiurauit, uel ſententia prima non ſit executioni demandata, dummodo perſiſtat in reuocatione continua, & ante, & poſt abiurationem pertinax iudicetur, ac vti hęreticus damnetur, ut loquuntur ipſi, & dixi ſupra. verſ. 4.

Tertio reſpondetur hunc Reum perſiſtere in negatione credulitatis hæreſum, tùm quia attendatur prima, & geminata reuocatio ſimpliciter facta, tum quod varianti non credatur, nec declaratio præcedentium admittatur ex interuallo poſt perſeuerantiam confeſsionis, vel vbi quis veritatem ſuper omnibus dicere iurauerit, iuxta c. cum dilecti, vbi Innoc. ad fin. de accuſat. & dixi ſupra.

Vltimum de textu. ca. literas de præſumptio eneruatur.

Primo quia ibi exculpauerat tantum fratrem ſuum complicem hæreſis, quo caſu impœnitẽs non dicitur, cum id culpam, & peccatum proprium abnegatum non reſpiciat, ſed periurus, atque ſuſpectus de fautoria, ut ibi, & in c. inter ſolicitudines de purgat. canon. At diuerſum ſi neget ſe commiſiſſe errores iam. confeſſatos, ſic peccatum proprium fateri recuſet, ueteris uitæ non pæniteat, ſuum crimen abneget, peccati eius non doleat, ore delicta minime confiteatur, quia tunc verè iudicatur impœnitens, cum pęnitentiam, ut debet, non peragit. d. c. omnis. c. non poteſt. c. quod aliquan. c. cum pænitentia cum ſimil. de pęniten. diſtinct. prima. & fere per totam.

33 Differunt enim ualde inter ſe, hæreſim † tenere, & credere, uel cum hæretico conuerſari, & illius fauorem, defenſorem, ſociumque eſſe, primo enim caſu formalis eſt Hęreticus, & tanquàm hæreticus abiurat, at in ſecundo vti ſuſpectus tantum, & violenter, uel vehementer iuxta facti qualitatem. cap. excommunicatus. §. qui autem de hæret. cap. accuſatus in pri. §. ſi vero, & §. ille quoque de hęr. in ſexto. cap. ſuper quibuſdam de uerbor. ſignificatio. capit. inter ſolicitudinem. de purgat. canon. Et non indi-
34 cans Hæreticum, † vt ex debito tenetur, non reputatur hæreticus, ſed ſuſpectus de hæreſi. c. qui poteſt. 23. queſtio. tertia. capitul. negligere. ſecunda. quæſtio. ſeptima. in terminis Zanchin. tracta. de hæret. cap. quinto. num. tertio. & quarto. ſeu Ioan. Calder. eod. tracta. cap. quinto. nume. ſecundo. Locat. ſuo inquiſit. iudic. uerbo ſuſpicio, verſicul. de ſecunda. & num. 12. 14. & ſequen. & in uerbo fautores. numer. quinto. Gem. in capitul. cum contumacia, & in cap. quandoque de hęret. in 6. Turre Creman. libr. quarto. de eccleſ. capit. 21. part. ſecunda. verſicul. quinto. Simanc. de hæret. capitul. 15. in fin. Repertor. inquiſit. in verbo fautores verſi. confeſsi in iudicando pag. 333. cum addit Petr. Vnd. ex deciſ. ideo tex. c. literas. ſeu pœna ſuſpecto tantum inflicta ad noſtrum, & impęnitentię caſum minimè infertur.

Secũdo exculpacio ſociorum in caſu propoſito eſt minima pars culpæ illius Inquiſiti de impænitentia, & ſi pro illo capite tantum ſuſpectus vehementer de lapſu iudicatur, ex d. c. literas, quare pro aliis grauioribus culpis, reuocationibus, variationibus, & adductis ſuperius, eidem pœna impęnitentis, & fictè conuerſi nõ infligetur.

Tertio dictam exculpationem reuocauit, & in purgatione defecit, dum in tortura adhuc dictos ſocios hæreticos fuiſſe firmauerit, iuxta ergo deciſionem eiuſdem canonis capitul. literas in ſi. pro hæretico damnabitur, ex text. etiam d. c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. in 6. vt ſupra inducto, ac ſi circa excuſationem hæreticis fauorem impenderit.

Mea igitur eſt ſententia Reum hunc vti impœnitentem, & fictè conuerſum damnandum, remiſſa pœnæ, diſpenſatione (quam vniuerſa hæc Congregatio piè, ac multis de cauſis miſericorditer peroptat) Clementiæ Sanctiſſimi Domini noſtri, quem Omnipotens Deus diu incolumem, & felicem conſeruet. Et caſu propoſito coram Sanctiſſimo Domino noſtro, decretum fuit inclinando, in partem benigniorem, quod reus in ſolitis carceribus detineatur, ac pœnitentiis ſalutaribus aggrauetur, vt ex euentu dignoſcatur an aliqua pœnæ remiſſione dignus exiſtat.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICIS HAEREDIBVS quondam Domini Viuiani Pernaciani Callienſis.

ARGVMENTVM.

Conſtitutiones Pontificum Martini Quinti, Nicolai Quinti, Caliſti tertij, & Pij Quinti ſuper cenſibus emiſſa, quomodo procedant.

Cenſus, qui legitime olim, & hodie conſtituantur.

SVMMARIVM.

1 *Vſura non eſt crimen, ſuper quo iure communi*
* *ex officio procedatur, ex communi.**
2 *Statuti forma non ſeruata in procedendo, omnia*
* *nulla fiunt, ex communi.**
3 *Sententia pœnalis non fertur in hæredes, vbi et ſi pęna infligitur ipſo iure, condemnationis tamen mentio fiat.*
4 *Statutum per regulam procedens, in cæteris repetitum cenſetur.*
5 *Leges priores poſterioribus limitantur, & diſtinguuntur.*
6 *Statutum, quòd in cauſis procedatur ſumariè, non tollit aliud, quàm conſilium ſapientis requirens.*
7 *Cenſus ſunt iure communi admiſſi, ex commu-*
** *niori.***
8 *Præſumitur in dubio pro facie inſtrumenti cenſualis.*
9 *Cenſus ante bullam Pij Quinti conſtituebantur, etiam ſuper bonis in genere.*
10 *Nicolaus quintus admiſit cenſus ſuper bonis in genere, & ad rationem decem pro centum.*
11 *Cenſus debent conſtitui ſuper certis, & diſtin-*
* *ctis bonis, ex communi.*
12 *Cenſus conſtituebatur olim contra pecuniam præſentem, & ſuper confeſſione de recepto.*
13 *Redimendi cenſum poteſtas arbitrio venditori, collata, non reſtringit cenſum, & ſi bulla id non dicant.*
14 *Vſurarium interpretatio excluſiua admittitur.*
15 *Conſuetudo contractus labem vſura, atque ſuſpicionem tollit.*
16 *Proteſtatio mentem declarat, & in bona fide quem reponit.*
17 *Lex expreſſe ad futura trahi mandans enixius præcipit.*
18 *Præterita non veniunt in lege, etiam ex identitate rationis, vbi lex expreſſe futura tantum includit.*
19 *Pontificis cura eſt contractus vſurarios tollere.*
20 *Differunt quid tale eſſe, vel ſpeciem talis habere.*
21 *Decreta pœnalia ad præterita non trahuntur, quod declara, & amplia, vt ibi.*
22 *Lex noua non extenditur ad præterita perfecta ratione formæ, & ſi penderent ratione effectus.*
23 *Verbum, poſt hac, futurum tantum tempus denotat.*
24 *Futuri temporis verba legem ad futura tantum trahunt.*
25 *Dictio, deinceps, de futuro promulgationem deſignat.*
26 *Qualitas legis pęnalis probanda eſt per eum, qui in ea ſe fundat.*
27 *Interpretatio ſumenda eſt, ne in abſurdum, vel notam ſapientum incidamus.*
28 *Faciens quantum in ſe eſt, excuſatur à mora.*

CONSILIVM CCXIIII.

TRINITAS ADSIT.

DIFFVSE adeo, eleganter, & verè allegatum eſt in fauorem Magnificorum Dominorum Hęredum quondam Domini Viuiani Pernaciani, motiuſque Domini Prætoris iudicantis virtualiter, ac doctè reſponſum per Pręclariſſimũ, Eximiumque

miumq; Iuriſcõſultiſſimũ Bononienſem D. Ludouicũ Lãbertinũ, vt ferè nihil certè vltra addi poſſit. Et ego de ſubſcriptione requiſitus, dico il lius ſententiam veridicam eſſe, meq; veriſſimis concluſionibus firmatis ab eo, ſubſcribo. Reſoluens ſententiam latam tanquàm nullam, & iniquam reuocandam, ſeu reformandam fore, ne tamen prorſus nuda ſit approbatio mea, nõnulla, quantum potero ſuccinctè, referam, quæ me in hanc ſententiam trahunt.

Primo, quia ſi ſtatuta Callij, vt ſupponitur in facto, & in rubricis, ac nigris ibi deſcriptis, minimè ſeruata fuerunt, immo contra illorum formam proceſſum, vt ex actis detegitur, nempè ci-
1 tra accuſatorem, cum hoc non ſit † crimen, ſu-p quo ex officio, d.l. municipali procedat, & minus iure communi inſpecto, ex Gl. vbi Ang. nu. 2. de communi. * in leg. 2. §. ſi publico. ff. adulter. poſt tempus anni a ſtatuto Callij præfixum, per Marſil. conſi. 87. nu. 7. & ſeq. not. Gigas tract. de crimi. læſæ li. 1. q. 1. nu. 2. & 11. 29. nu. 8. in fine, Clar. in §. fin. q. 51. ac omiſſa citatione legitima perſonaliter, vel ad domum ſolitæ habitationis, cum tranſmiſſione tenoris inquiſitionis, ex Gl. fi. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſa. vtique pro-
* ceſſus, ſententia, † omniaq; indè ſequuta, nulla prorſus ſũt reddita, nulliuſq; valoris, & effectus, tum iure communi inſpecto, ex Theorica, ſen-
* tentia, omniumque recepta, * de qua per Bald. conſi. 173. volu. 5. Marſ. in rub. de fideiuſſ. num. 419. conſil. 20. nu. 4. tract. de bannit. verbo nulli tas nu. 62. Iaſ. conſil. 86. volu. 3. Roland. à Valle conſi. 68. nu. 11. & ſeq. vol. 2. & latè Bero. conſil. 65. nu. 15 1. vol. 1. & conſi. 18. vol. 3. Crot. conſi. 90. nu. 16. cum ſeq. nu. 21. & 30. libr. 1. Leonar. in conſil. Brun. 114. nu. 371. cum ſimilibus, quæ ſciens prætereo, tum virtute ſtatuti Callij ſub rubrica de accuſat. & excuſat. c. 1. libr. 3. annullantis penitus condemnationem aliter factam, quæ tamen ſtatuta, & ſi ea ego non vidi, adeſſe tamẽ arbitror, prout ornatè, & abundè allegantur per Cauſidicum, doctiſſimumq; virum Dominum Rolandinum Bonpatricium, qui certè nullitatis, & cauſæ iuſtitiam perſcrutatus fuit, vt in eius ſententiam merito quoque conueniam.

Secundo, quatenus legitime omnia proceſ-
3 ſiſſent, non potuit tamen ſententia † pœnalis cõtra hæredes promulgari, eo quòd cõdemnatio non ſit ſequuta ante mortem Domini Viuiani, prout requirebatur, ſtante decreto Excellentiſſimi Ducis Vrbini, de quo in actis, formam pro ceſſibus criminalibus dante, quod quidem in illis verbis Reos condemnare condemnationem exigens, pœnam quamuis ipſo iure, & facto inflictam vſurarijs in hæredes inquiſiti non dirigit, niſi & Reus viuens damnatus exiſtat, ex con ſil. Curt. ſæpè allegato. 59. Plot. conſi. 130. num. 31. cum ſeq. tom. 1. crimi. in fol. Boſſ. tit. de accuſatio. num. 34. & tit. de pen. ſub nume. 34. & tit. de ſenten. num. 49. idem firmat, ac de obſeruantia in praxi Clar. §. fin. crimin. quæſtio. 51. verſi. ſcias etiam. Quibus non repugnat conſideratio illa, quòd hoc non procedat, vbi diuerſis decretis imponatur ipſo iure pœna, & condemnatio requiratur. Quando replicetur, immo eundem effectum parere, ſiuè vno, ſiuè duobus decretis id declaret, cum decretum ſubſequens omnia delicta, & pœnas comprehendens, includat etiam delictum vſuræ, & pœnam ei altero decre
4 to ſtatutam, tum quia † ſtatutum municipale per regulam procedens (vt ſecundum decretũ) in omnibus alijs repetitum cenſeatur, ar. leg. regula in fin. ff. de iur. & facti ignoran. leg. ſpecies. ff. de auro, & argent. legat. quemadmodum lex de vno quoque actu citationem requirens, cenſeatur repetita in lege noua modum ad recitandam ſententiam tradente. l. de vno quoque. ff. de re iud. vnita. l. ſecunda. C. de ſenten. ex breui
5 recitand. & leges † priores limitentur, & diſtinguantur per poſteriores, & è contra. leg. poſteriores. ff. de legibus. Gloſſ. in leg. ſciendum. ff. qui ſat. cognat. & eſt Gloſſ. notabilis à ſcribentibus non ponderata in l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud. dicentes legem argentarium. §. primo. ff. de iud. diſponentem ſententiam latam in Prouincia, etiam Romæ exequendam, intelligi ſecundum diſtinctionem. §. ſententiam, nempè ſi hoc Iudici ſententianti viſum fuerit. Tum quia lex remittens ordinem iuris, alterius legis ordinem non videatur remittere, not. in l. ita nobis. C. de adulter. Bartol. in l. prima. §. primo. ff. quod vi, aut clam, hic dixerunt ſcribentes ſtatutum,
6 quòd in omnibus cauſis procedatur ſummariè, de plano, non tollere aliud ſtatutum conſilium ſapientis requires, immo hoc cenſeri in altero repetitum, cum non repugnet in ſummarijs ſapientis conſilium adhiberi, ita Bartol. in l. quarta. §. eritque. ff. ui. bono. rapto. Pui. à ſcala tracta. de conſi. ſap. capitul. tert.o. & capitul. nono. Ioan. Bapt. Aſini. in praxi iudici. §. vigeſimoquinto. capitul. ſeptimo. ſic in præſenti decretum vltimum condemnationem Reorum in quouis delicto, & proceſſu requirens, cenſebitur incluſum in decreto pœnali vſuras prohibente, ita vt pœna confiſcationis, quàmuis ipſo iure in dicta, infligatur, tamen quatenus Reus damnetur, & non aliter. Nec eadem ratio uia dicti decreti viget in hæredibus, quæ in Reo, cum Reo damnato confiſcatio procedat, ad damnatis hæredibus ſecus, quia verba decreti perſonalia de Reo loquentia in materia, ſtricta non includant hæredes. leg. ſi vnus. §. ante. ff. de pact. capitul. priu legium de reg. iur. in ſexto. leg. in omnibus cauſis. ff. eodem. titul. ſtante igitur vnione, & incluſione reciproca dictorum decretorum, uel ordinum eiuſdem Principis, firma manet reſolutio, pœnas in hæredes minimè tranſire.

Tertio, his ceſſantibus, quæ tamen iure proce dunt, principaliter dico, nullo iure potuiſſe Do.

minum Viuianũ,ſeu hæredes puniri pro inſtru-
mento cenſus, vel cenſu contracto anno 1563.
de quo in proceſſu pag.25.conſiderando.

7 Primo,quòd † cenſus non ſunt iure prohibi-
ti, at liciti, iuxta extrauagantes Martini quinti,
Nicolai quinti. Caliſti tertij,& Pij quinti, Cra-
uet.conſ.217.Conrad.de contract.q.72.Didac.
Couar lib.3.var.reſolut.cap.7.nu.2. Henr. Gan-
** dau.ſ.quodlib. q. 39. magiſque communiter **
poſt dictas conſtitutiones Pontificum in iudica
tum (vt aiunt) tranſactas. probarunt ſcriptores
noſtri,Teologi,ac Canoniſtæ,licitas eſſe huiuſ-
modi cenſuum, vel redditum annuorum em-
ptiones,de quibus per Hoſt.Io. And. Innocent.
Cardin.& Abb.in ca. in ciuitate de vſur.Lap.al-
leg.137.num.15.Tiraq.de vtroque retract. §. 1.
gl.1.num.16.Franc.Marc.in decif. delfinat. 21.
2.par.latius cæteros aggregans,Ioan.Bap.lupus
tract.de vſur.in l.a.C.de pact.inter emp. & ven-
di.comment.2.§.2.nu.6n.

Secundo,in dubio pro facie inſtrumenti cen
8 ſualis præſumitur,† quòd ſit verum, legitimum,
& licitum,non autem fictum,illicitum, vel vſu-
rarium.C.in ciuitate.de vſur.Bald.in cap.primo.
de feud.dato cui leg.commiſſ.& in l.rogaſti,vbi
Iaſ.§.ſi tibi.ff.ſi certum petatur.Tiraq.de retract.
§.7.ad fin.nu.128.Neuiz.conſi.87.num 40.Ro-
land.à valle conſi.96.volum.2.conſil. 40.in pri.
vol.2.Rimin.iun.conſil.83.nu. 17. Dixi conſil.
117.nu.4.lib.1.

9 Tertio,quod cenſus † ante bullam Pii quinti
poterat emi. atque conſtitui, non ſolum ſuper
particularibus,certiſque rebus, atque ſtabilibus
diſtinctis, ſed ſuper incertis, puta omnibus bo-
nis venditis in genere, tum ex iure ſecundum
opinionem nonnullorum grauiorum,& doctiſ
ſimorum virorum,nempè ne cæteros tranſcri-
bam, Corrad.de contract.q.74. & ſeq. Moder.
Pariſ.tract.de contract.q.10.nu.22.Ioan. à Miti-
na tract.de reſtit.q.de cenſib.col.5. Domin. So-
to.lib.6.de iuſti.& iur.q.5.art.1.Couar.d.cap.7.
num.5. Laurent. de Rodulfis in repet. c. conſul-
uit.13.q.numer.47. de vſur.& ex conſuetudine
tantum ſuper re certa conſtitui, ſcribit Foler. in
praxi cenſuali, verbo huiuſmodi cenſualia. nu.
48.Caſsan.Conſuet.Burgund.tit.de cenſibus,ru
brica. 11.§.2.nu.29.Tum rurſus ex conſtitutio-
10 ne † Nicolai quinti Pontificis edita anno.1452.
quæ duo digna animaduerſione continebat.

Primum, quod ſuper uniuerſitate bonorum
cum obligatione perſonali cẽſus cõſtitui poſſet.

Secundum, quod ex cenſibus redimibilibus
pẽſio certa annua vſq; ad decimam partem pre
tii recepti, ſic ad rationem decem pro centum
ſingulo anno perciperetur.

11 Et licet primum videretur, ſecundum † ali-
* quos extra terminos iuris,& communem, * de
qua per Caſſan.Catalog gl.mund.parte.12.con
ſid.99 fallen.15.& in verſi.meri.de ccuſ.§.6.ru-
bri.11.in pri.conſi.63.nu.6. & Lupus vbi infra,
nec non hominibus tãtum citra,& vltra Farum
Siciliæ conſtitutis promulgata.

Fuit tamen iſthæc,omiſſis Martini, & Caliſti
extrauagantibus,vſu frequentiori recepta, non
ſolum apud dictos homines, ſed etiã vniuerſos
populos,præcipuè Latii,Piceni,Flaminiæ,Vm-
briæ,& locorum circumuicinorum,qui omnes
cenſus ementes,ac vendentes pro lege dicta cõ-
ſtitutione Nicolai vſi ſunt, & in illius executio-
ne creati infiniti propè cenſus,quod ego ſæpiſſi-
me in facto agnoui,& in documẽtis publicis p
legi,donec nobis de ſaluberrima, ac ultima Pii
quinti, quem non ſine laude maxima nomino,
conſtitutione anno.1568. edita prouiſum fuit,
vt ponit in propoſito dictas bullas deſcribens,
Io.Bapt.Lupus.d.commẽt.2.de vſur.§.2.nu. 88.
ac Petrus Foler. in illius commento ſuper di-
cta bulla Nicolai quinti,de cenſibus.

12 Quarto,poterat ſimiliter conſtitui cenſus nõ
præſente pecunia,ſed uel ex ſoluta ante, vel ſu-
per confeſſione de recepto, immo & ſuper pe-
cunia iam conſtituenti mutuata,pro qua daba-
tur inſolutum cenſus,ita Betran.conſ.91.nu. 7.
li.3.Tiraq.de utroq; retract. in fin. num.135.&
hoc agnoſcitur, quia in taxando pretio cenſus
redimibilis iuſto, conſiderantur qualitates, &
onera inter cætera,an ſtatim,uel poſt contractũ
incontinenti, ſeu ad tempus ſoluatur prætium,
ut no.ex mente Ang.in l.pretia rerum.ff.ad leg.
Falc. Foler. d. praxi cenſuali, uerbo dummodo
annualis cenſus num.23.

Quinto,q̃ partes potuerunt (ut in hoc inſtru
mento contingit)ex conuentione,& pacto an-
te diem inſtrumenti celebrati cenſus ſolutionẽ
conſtituere,& conſtitutũ cenſum declarare. ni-
hil enim obeſt,quin partes conficiendo publicã
ſcripturam conſentiant, & pretium iam ſolutũ,
& cenſum inceptum,ſeu cõſtitutum, cum & cõ-
ſtitutus cenſus ematur. Innoc. in c. conſuluit de
uſur.Lapus allegat.137.n.15.nec iſta pactio,ſeu
confeſſio aliquid uſuræ redoleat,cum & cenſus
potuerit prius conſtitui, inſtrumento tamen nõ
dum confecto.minime ad cenſus ſubſtantiã ne-
ceſſario,dum teſtibus probari poſſet. Nec pon-
tificum conſtitutiones id non exprimentes ob-
erunt, cum ſolum enarrent, quod regulariter
contingit, prout concidi ſolet cenſus, non ta-
men quod uelint excludere conuentionem hu-
iuſmodi,exemplo quod dicitur poteſtatem redi
13 mendi † cenſum,collatam in arbitrio Vendito-
ris tantum, uel ad certum tempus, non irritare
contractum uti uſurarium,quàmuis conſtitutio
nes pontificum liberam redimendi facultatem
quandocunque concedant,ita Ioan.Bap.Lupus
d.§.ſecundo.num. 69.& certum eſt partium de
clarationes in inſtrumentis attendi. Gloſſ.ubi
Iaſ.nume.52.in leg.ſi quis in fundi uocabulo.ff.
de leg.1.ac in dubio interpretationem excluſi-
14 uam delicti uſurarũ † admitti Marſil.in l.1.num.
68.C.ad l.Corn.de ſicar.Gram.deciſ.8.nume.3.

Alciat.

Alciat. 3.regul.præſumpt.prima. Tiraq. de retr.
conuentio.§.7.ſeu §.fin.ad fin. nume. 125. 126.
& ſequent.

Sexto,cenſus,non ſolum de iure,vt ſupra ſu-
per omnibus bonis,habita fide de pretio,vel cō
feſſato cum anticipatis ſolutionibus,& ante ce-
lebratum inſtrumentum conſtitui, & conſtitu-
tum declarari potuiſſe firmo, verum,& ex con-
ſuetudine notoria, atque probata in loco Cal-
lii per teſtes examinatos in cauſa ſuper ſecundo
capitulo quon.Domini Viuiani, quæ † conſue-
15 tudo omnem labem uſurariam, atque ſuſpicio
nem excludere ſolet,quo ad pœnæ temporalis
incurſum. Actus enim, quamuis rei ueritate
uſurariam ſapiat prauitatem, licitus reputatur
ad excuſandum à pœna hominis,ſi ab homini-
bus ira communiter fieri ſoleat, Bart. in l. quod
ſi fugitiuus.§.apud labeonem, per illum text. ff.
de util. collect. ſequitur Deci.conſilio. 170.latè
Tiraquel.de pœnis conſil.42.nu.8.& d. retract.
ad fin.titul.num.129.Cranet.conſil.145. nume.
12.conſil.6.numer.103.119.& 120.Stracca de
mercat.prima parte nume.37.cæteros adducit
Lupus loco ſupracitato comment. 4. §. 4.Bero.
q.17.num.65.& dixi d.conſil.117.num.6.addo
Socin.iun.conſi.27.num.4.uol.4.Rolan.à Val-
le conſil.40.num.19.uol.2.Grat.conſi.49.num.
12.uolum.2.

Quapropter,dum contractus cenſualis anni
1563.iure fieri potuit,uel ſaltem ex conſuetudi-
ne, ſeu in dubio licitè celebratus credatur, uel
in bona fide,& iuſta cauſa,ſtante clauſula, pro-
16 teſtationeque † Domini Viuiani, quòd intelli-
gebat contractum eſſe cenſum, ſecundum ſtilū,
& ſolitum curiæ Romanæ, quæ mentem illius
declarat,tollens animam à facto,ad uot.in l. nō
ſolum.§.morti.ubi Rube.num. 349. ff. de operi.
noui.Ripa in c.cum M.nume. 70. & 83. de con-
ſtit.& ipſum in bona fide reponit Crauet. conſi.
145.num.14.quod accuratius explicat Præcla-
riſſimus Lambertinus, unique firmabo ſine du-
bio pro tali inſtrumento,nullam pœnam potuiſ
ſe,nec debuiſſe pati,eique, ſeu hæredibus infligi
eo minus cum uerè nulla lege id ſibi ſub dicta
pœna prohiberetur.Quod oſtendo.

Primo,aſſumendo bullam ſanctiſſimi Domi
ni Pii Quinti editam anno 1568. quæ cum ex-
preſsè contractus tantum futuros includat, ibi
licèt legem ad contractus celebratos non exten
damus,hunc quinquennio iam elapſo celebra-
tum prorſus excludet, & tanto fortius cum ex-
17 primat, quod tacitè inerat, nempe † legem ad
futura ſolum trahi c.2.& c.fin. ubi Deci. & Mo-
der.extra de conſtit.l.leges, & conſtitutiones c.
de legibus,ſic enixiorem mentem non tollendi
nec circa præterita diſponendi deſignet, om-
nemq; dubitationem pœnitus eneruet l.3.ff. de
leg.1.l.quæ dubitationes.ff.de regul.iur. leg. qui
mutuam in prin.ff.mand.Socin.conſil.102.nu.
11.uolum.3.

Addo,quod & ſi negocia pręterita ex eadem
rationis identitate, uel aliàs comprehenderen-
tur,uenirent pœnali conſtitutione, cum tamen
18 † futurorum tantum ſit facta, expreſſio cætera
omnia excludantur,eo quod ubi lex pœnalis fu
tura expreſsè includat,ut uerba aliquid operen
tur,nec ſuperflua exiſtant, præterita, quæ aliàs
ex identitate rationis, uel natura negotii ueni-
rent,pœnitus excludantur ita Bartol.in leg. om
nes populi.in 5.quæſtio.princi.ff. de iuſt. & iur.
Deci.in c.fi.num.12.in fi.de conſt.

Rurſus colligo ex dicta conſtitutione, cōtra
ctus cenſuales uſque tunc initos, ſub quibuſuis
pactis expreſſis,prohibitis in ea quoque,non eē
ſeri, & iudicari fæneraticios,nec labe prauitatis
uſuræ ſuſpectos. Quando ſanctiſſimus ille Pius
Quintus Pontifex(cuius uitæ integritatem, iu-
dicium,exempla,geſta admirabilia,doctrinam,
conſcientiam timoratam,moresque plurimum
in Chriſtiana Republica commēdabiles,& nos
uidimus,& poſteri obſtupeſcent)perſpecto, &
ſpiritusancto duce cognito dictos contractus
præteritos uerè uſurarios,& contra canones ce
lebratos dici, non tantum animæ contrahen-
tium conſilium præbuiſſet, ſeu conſulendo le-
gem edidiſſet, at abſolutè omnes irritaſſet, im-
probaſſet, ac ad terminos legales reduci man-
19 daſſet,cum id ſupremi † Paſtoris officium,ac cu
ra expoſtulaſſet c.memor.24.quæſtio.1. incum-
bensque fuiſſet animas fidelium,& uniuerſi po-
puli Chriſtiani, è laqueo tam nefandi ſceleris
eripere.c.quemadmodum. §. uerum. de pœnit.
& remiſſi.in extrau.com.cum ſequen.cap. 1.vbi
Cardin.de magiſtr.c.ſi ea 25.quęſt.ſecunda.Ro
ſel.tract.de Imperat.§.abundenumer. 62. Cum
itaque id non fecerit,neceſſario ſupponendum
eſt,noluiſſe eos,qui iam contraxerant, vi bullæ
Nicolai,vel iuxta ſolitum,& formas conſuetas,
ſic in quadam bona fide,pęnam mereri, nec il-
lius lege aſtringi,eo quòd ad futura tantum con
ſtitutio Pontificia trahatur.d.cap.fin.de conſtit.
cum vulgar.Noluer.tq; ſanctiſſimus ille vir prę
terita negocia uti talia, ſeu fęneraticia iudicare,
20 & ſi talium † ſpeciem,uel præſumptionem ali-
quam habere decreuerit,hæc enim inter ſe diffe
runt,ad not.per Abb. in c. conſtitutus.de tranſ.
Pariſ.conſi.29.num.10.uol.4.

Secundario,decretum Excellentiſſimi Ducis
Vrbini publicatum anno 1569. Minus cenſum
conſtitutum anno 1563. comprehendere arbi-
21 tror,ea potiſſimum ratione, quòd † decretum
maximè pęnale ad præterita non trahatur.

Primo ex regula poſita in l. leges, & per to-
tam C.de legib.c.ſecundo. de conſtit. & quia le-
ges municipii non debent ad præterita trahi,
etiam ſi in lege eſſent aliqua uerba, quæ præte-
ritum, & futurum poſſent importare, ſecun-
dum Abb.in d.c.fi.3.notab.de conſt. quod pro-
bant duæ Gloſæ, una in ca.unico. de cleri. non
reſident. in 6. in glo. fin. in princ. altera in cap.

& in parte commiſerint.de conſt.in 6.Quod di-
ctum extẽdo,vbi actus eſt perfectus,ratione for
mæ.quia & ſi pendeat ratione effectus ad illum
22 †l. noua non porrigitur , caſus eſt ſingularis in
l.iubemus.ad fin.C.de eſta.in l. fi. ad fi.de cur.
furio.in l.1.in fin.C.de rei vxor.act.l.12.tabula-
rum.C.de legit.hære.§.alienationis,auth.de nõ
alien.Roderi.Soarez.in declarat.legis Regni.in
l.qui in prioribus,pag.462.nu.126.in fin. C. de
inoffi.teſtam.

Secundo,ex aduerbio poſthac in decreto po
23 ſito,ibi prohibemus , nobis ſubiectis † poſthac
quoſuis contractus inire. Quod aduerbium ,fu-
turum tantum tempus denotat.l.ſiquis poſthac.
ff.de poen.præſcript.l.iubemus.C.de ſacr. ſanct.
eccleſ.l.ſi quis poſthac.C.de ędifi.priuat.l.nemi-
ni.C.de aduoc.diuerſ.iud.

Tertio,ex verbis futuri temporis tantum ad-
ditis in illo decreto pœnali,ibi pœna omnibus,
qui huic legi non paruerint, & contra eius man
datum venerint prima vice,quæ & ſi ſubiunctiui
24 †futuri eſſent,ad futura tamen ſolum traherent
legem,& conſtitutionem.Bar.in l.omnes popu
li.3.q.in 6.q.princi.ff.de iuſt.& iur.Abb.in d.ca.
fi.in pri.de conſtit.

25 Quarto,adeſt illa dictio,† deinceps, in verbis
diſpoſitiuis,quę noui iuris tantum de futuro pro
mulgationem ſignificat.l.nemo deinceps C. de
Epiſcop.audi.cler.l.uni.§.porro. de ſum. Trinit.
Archi.in c.1.de cenſ.in 6.& in c.ſequent. in fin.
de reſtit.ſpoliat.in 6.facit.l.ſi ca.C.de vſur.Inſtit.
de fideiuſſor.tit.in prin. Et ſi decretum Vrbini,
futura tantum reſpicit citra anſam cuiuſuis diffi
cultatis reſoluam contractum anni 1563.eo mi
nimè comprehendi.

Nec obijciatur decretum pręterita quoq; re-
ſpicere,cum vſuras reſtitui mãdet,ex.Abb. poſt
glo.in c.cum tu de vſur.ac in termino trium mẽ
ſium velit contractus reduci ad æquitatem, &
cenſuram bonorum religioſorum , & aliud de-
cretum exiſtat editum anno 1536.prohibens
contractus vſurarios , quæ Dominum iudicem
à quo,& ſi meo iudicio,& verè minus rectè in-
duxerunt ad damnandum hæredes Viuiani pro
dicto inſtrumento 1563.Reſpondetur enim.

Primo decretum illud anni 1573. quo ad pę-
næ nouæ impoſitionem eſſe iuris noui futuros
tantum actus reſpicientis promulgationem. re-
ſpectu vero modi contrahendi prohibiri,ſeu ca
ſuum , vel cõtractuum in pęnam incurrendorũ,
nouos,ac pręteritos modos,& caſus comprehẽ
dere . Exemplum noui modi comprehenſi eſt,
ſiquis in futurum cenſum acquiret cum pactis a
ſanctiſſimo Pio Quinto nouiſſimè , vt vſurarijs
improbatis , veteris ſiquis contraxerit contra
formam aliorum decretorum eiuſdem Excellẽ
tiſſimi Ducis,eo quod alia lege adhuc prohibi-
tũ exiſtat,ſed non ſub hac noua , & formali pę-
na. Ideo dum reſpectu pęnæ omnium , ſit noua
lex,& decretum,præterita excludens, dicam ex

doctrina Abb.nu.7.poſt glo.in eod.c.cum tu de
vſur. caſum noſtrum minimè dicto decreto in-
cludi,eo minus,q de contractu contra legẽ eiuſ-
dem Principis celebrato non tractetur, vt infra,
ſeu de reſtituẽdis vſuris in executione legis, vel
decreti antiqui,ſecundum Innoc.& Abb.in d.
c.cum tu de vſur.ſed ſolum,an contractus anno
1563.celebratus vſurarius,& decreto Ducis cõ
prehenſus dici queat.

Secundo,reſpondetur decretũ futuros actus
& contractus tantum celebrandos reſpicere , vt
ſupra,ex regula,verbis,& clauſulis in eo poſitis,
& licèt vſuras reſtitui mandet,ad pęnam euitan-
dam,id procedit reſpectu contractuum,qui vir
tute aliorum ordinum dicti Principis aliàs pro-
hibiti forent,vt mutuum cum pignore , & ſimi-
lia. At diuerſum reſpectu cenſus prohibiti ex for
ma inobſeruata diplomatis ſanctiſſimi Pij Quin
ti,qui eſt propriè caſus noſter,cum tam quo ad
pęnam,quàm modum caſus nouus exiſtat,& ad
futuros tantum decretum trahatur , non autem
præteritos,eo magis,quòd à Pontifice non im-
probati fuerint,nec vti vſurarij iudicati, & cer-
tum ſit legem pęnalem futura expreſsè includẽ
tem præterita excludere,quæ alias fortè ex idẽ-
titate rationis in conſtitutione venirent, vt poſt
Bart.& alios inquit Dec.in d.c.fi.nu.12.in fine.
de conſtit.

Tertio ſuppoſitum fuit ante bullam Pij Quin
ti cenſus in iſta forma nõ fuiſſe prohibitos, qui
nimo admiſſos,vnde conſtituti ante dictam bul
lam decreto non comprehendentur,cum verba
decreti, formaliter vbi de remiſſione pęnarum
agit,prohibitos tantum includat, ibi aliquid ex
ſupradictis prohibitis perpetraſſet, ac ibi vſura-
rios declaratos pro vſurarijs habitos,& impro-
batos,& qui ad puniendũ ſe in lege fundat ver-
26 bis legis inhærere,& † qualitatẽ legis probare te
neatur,Bal.in l.ſi qua mulier in fi.C.de ſac.ſanct.
eccle.Alex.conſ.50.vol.1.Cor.cõſ.197.volu.2.
Barb.cõſ.60 vol.2.cũ ſim.quæ ſciens prætereo.

Quarto dicitur decretum in vltimis verbis,
dum remittit pęnas comparentibus in termino
trium menſium, de neceſſario nõ includere ca-
ſus præteritos,ſed illos poſſe includere,& futu-
ros initos intra dictum ſpacium , ſed reuocatos
& ad æquitatẽ redactos, vt ibi,vnde cũ futurum
& præteritũ reſpicere poſſit,ex natura rei,& re-
gula legis ad futura tantum trahetur pæna, per
tex.in d.c.fi.vbi Abb.& Dec.de conſtit.

Quinto admiſſo citra veritatis præiudicium
pterita includi, verificabitur in præteritis, poſt
bullã Pontificis contractis,non ante, ne creda-
mus laicũ Principẽ Excellentiſsimũ inferiorẽ,
ac Põtificis vaſallum voluiſſe declarare,infringe
re,& punire abſolutè,quod Pontifex ipſe,ſupre
muſq; Chriſtianorũ Paſtor,& Princeps declara
27 re,punire,& infringere noluit,& hæc interpre
tatio ſumenda eſt,ne in abſurdum,ſapientumq;
notam incurramus.l.ſaluius ariſto.ff.de leg.præ
ſta,

ſta.latè Meno.de arb.iud.caſu 199.nu.8 cũ ſeq.

18 Sexto † fecit quicquid potuit Dominus Viuianus, vt contractus ille reduceretur ad terminos diplomatis Pij Quinti, quod atteſtantur Ioannes Albertus, Benedictus Caſtellus, & examinati ſuper primo Reorũ capitulo, vnde dolus, culpa, mora, negligentia, malaque, & deprauata intentio ceſſant, quinimo pro reformato habebitur, cum per eum non ſteterit, ad not. in l. 2. §. quod diximus, vbi Bart. & Alex. ff. ſi quis caut. Fel. in c. tranſmiſſa de præſcript. cum vulg.

Septimo non obſtat aliud decretũ anni 1536. prohibens contractus vſurarios tam expreſſos, quàm velatos, cum ex præcedentibus hunc nõ eſſe talem, ſed cenſum iuxta conſuetum, & ſtilũ curiæ, vel loci conſtitutum, ſeu ſaltem non eſſe adhuc lege declaratum vſurarium, propterea, nec illo decreto ſecundo comprehenditur, cuius virtute ſi proceſſum fuiſſet, nõ pœna expreſſa in decreto vltimo pro prima, & vice ſecunda irroga fuiſſet, ſed ſimpliciter aureorum centum tantum.

Concludo itaque, vt ingenuè fatear, nullam pęnam, nullumque delicti genus in præſenti caſu conſiderari poſſe, quoad inſtrumentum cenſus anno 1563. confectum, eoque reſpectu iniuria quidem Dominum Iudicem, a quo hæredes Domini Viuiani damnaſſe. Circa aliud 1574. quia abundè per eximium cauſæ patronum ſcriptum fuit, non immorabor. & tanto minus cũ anguſtia temporis, ac nuncij diſceſſu pręmar, & altero capite ceſſante cõfiſcatio dimidiæ bonorum pœnitus euaneſcat.

Franciſcus Burſatus I. C. Mant.

PRO DOMINIS CONSORTIBVS de Ala ex Brentonico.

ARGVMENTVM.

Dos quando pro maternis etiam bonis cõſtituta dicatur ſecundum diſpoſitionem l. ſi. C. de dot. promiſſ.
Pater an teneatur filiam, quæ in ſuum corpus peccauit, dotare, uel ſtuprator, & cuius vel patris, vel ſtupratoris qualitas attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro dote filiæ etiam abſenti acquiritur patre ſtipulante.*

2 *Dos filiæ propria dicitur à corruptione proueniens. quæ eidem ultra expenſas, ob iniuriã patris conſtituitur à defloratore ſecundum uires ipſius, & dignitatem.*

3 *Dos nunquam de bonis filiæ, uel alijs conſtituta dicitur à patre, ſed de paternis tantum, & ſi dicatur de maternis, & alijs, *quod intellige, vt ibi.*

4 *Materna dos, & bona, ut comprehendantur in dote filijs conſtituta, debet exprimi quantitas, uel inferri id præciſe ex uerbis, ex communi.*

5 *Diſpoſitio l. ſi. c. de dot. promiſ. procedit in dubio, ſecus vbi expreſſè de uoluntate patris, ex communi. & num. 7 in fi.*

7 *Dos materna in conſtituta à patre comprehenditur, ſi id dicatur, & filia conſentiat.*

7 *Pater non tenetur dotare filiam, quæ in ſuum corpus peccauit.*

8 *Filiam ſpuriam ſimpliciter tenetur pater dotare, ſicut legitimam, & naturalem, ex * cõi.*

9 *Filia, quæ peccauit in corpus ſuum, & agit pęnitentiam à patre dotatur.*

10 *Pater tenetur dotare filiam, quæ poſt uigeſimũ annum turpem uitam ducat.*

11 *Filia, quæ ex propria culpa non petit legitimam, vel ſupplementum, ſi à patre in teſtamento honoretur, petit omnia, ex verieri.***

12 *Dos patris, et corruptoris uirginis adeſſe poſſũt.*

CONSILIVM CCXV.

TRINITAS ADSIT.

PETITVR conſilium deciſiuum in cauſa Dominæ Aldę filię Ioãnis Molendinarij de Ala cõtra Dominos eius fratres authores neceſſarios, & Antoniũ Maranellum poſſeſſorẽ affictus petiti, An Domina Alda dictum affictum cecenſiũ centumuiginti pro dote ſibi, vel patri eius nomine ceſſum à Domino Horatio Allano, qui eã deflorauerat iure petat, non obſtante, quod à Patre dotem cenenſium nonagintaquinque cum fuerit nupta Veronæ, receperit, in quo caſu ſoleo citra iuris allegationem ꝓcedere, ex doctrina Speculi, ſed ut morem petenti geram, nõnulla, quæ me præcipuè mouent, ſubijciam.

Nititur Domina Alda ex ſolo inſtrumento ceſſionis dicti affictus ſibi factæ, propterea cum
1 ſit pro dote † actio ipſi licèt abſenti, patre ſtipulãte acquiſita fuit l. Gaius. ff. ſolut. matrimo. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. Bal.
2 Nouel. tract. de dote 6. par. priui. 21. & quia † dos à corruptore Virginis ſtatuta virgini defloratæ, ipſius propria ſit, qui rurſus tenetur ultra expenſas, ob iniuriam patri illatam dotem congruam iuxta qualitatem patrimonij, iurium Defloratoris, & conditionem puellę, nõ aũt iuxta vires patris, dotem congruam, dictæ filiæ conſtituere, ut latè explicat Olaſchus Cacher. deciſ. Pede. 107.

per

pertotã,ergo filiæ acquiſitum, ab'eadem uti fi-
lia patrimonium proprium recuperari potuit,
non obſtante,quod ipſa denuo ſit a patre,vel de
bonis patris dotata,cum nunquam de bonis fi-
liæ(ſi paterna ſufficiunt) etiam quòd dicatur de
3 bonis paternis,maternis,ac aliis,filiæ † dos con
ſtituta dicatur,text.eſt apertus, ubi omnes * Do-
ctor.in l.fi.C.de dot. promiſſ. quæ Imperatoris
conſtitutio procedit,etiam in filia multum diui-
te,Gloſ.Bal.& cæteri ibidem,ac Alexand.Areti,
Rip.& Socin.iun.num.157.in l.1.ff. ſolu. matri-
monio.Bald.Nouel.de dote 6.parte in 3. priui-
leg.ac in parte adminiſtratore legitimo filiæ ad-
miniſtrante eius bona,Corn.conſi.111.num. 6.
uolum.2.uel illius negotiorum geſtore,Imol.&
Roman.qui totum mundum † id tenere ait in
delicti ſtetiſſe en ſib.euaginatis in loco exceſſus,
ideo credendum eſt illorum mandato, ac ſugge
ſtione a familiaribus fuiſſe patratum. notorium
enim eſt iſtos equites, viros nobilißimos ex Gõ
zagiaca familia ortos, præcipuè Illuſtrißimum
Dominũ Carolũ tàm proximo gradu agnatio-
nis Sereniſsimo Principi deuinctum, pręſtãtes,
animo, honore, ac virtutibus prædictos, fore ſo
litos diuerſi generis homines ſub eorum prote-
ctione, victu, & familiaritate conducere, vt hinc
præſumantur Rei.

Primo ea rõne, quòd à familiaribus, illorũ, &
comenſalibus ſit delictum perpetratum. dicitur
30 enim † alloquutionem in aure per Dominum
familiari factam, mandatum ad delictum com-
mittendum indicare. Bart.in l.ſi ventri.§.fi. in fi.
ff.de priu.credit.& in l.nõ ſolum. §. ſi mandato.
ff.de iniur.Marſ.conſi.3.nume.15.volu.1.com-
* munem * ait Petr.à Plazca epitom.delict.ca.14.
num.5.lib.1.Clar.§.fi.crimin.q.89.in fi.
31 Secundo, quia ex † aßiſtentia vulnerantibus
dicantur auxilium prębuiſſe. Inn.in c. continen-
tia.de cler.per cur. Alex. conſi. 138.nu.4.volu.6.
Gram.vot.24.& Senatum Mediolani aßiſtẽtes
punire, ſaltim extraordinariè, vt fert Clar.§.fi. q.
crimi.90.verſi.quæro nunquid ille.
32 Secundo, † fama, & vox publica ſex teſtibus cõ
probatur, quòd publicè tũc ferebatur hoc Reos
occidiſſe, vel occidi feciſſe Veronẽſes; eo quòd
Illuſtrißimus Dominus Carolus odio Veronen
ſes ob fidẽ violatã ꝓſequeretũ quadere ſemiplena

inducitur probatio,uirtute ſtatuti , ſub Rubrica
de probat.fien.in crimin.in fin.mandantis qua-
tuor teſtes ſuper fama ſimpliciter deponētes in
dicium conſtituere , & vna cum teſte de viſu ad
Reum vti conuictum condemnandum ſufficere
ſuper quo ſtatuto ſcripſit Cato.conſ.97.volu.1.
conſil.crim.in fol.

Tertio in præſenti cauſa duo leguntur teſtes
examinati,nempè Raphael Beroarius pagi. 12.
22.41.62.& 360.ac Sim.de reamis pag. 63.90.
& ſeq.quorũ primus depono de viſu homicidij,
firmans Illuſtriſſimum Dominũ Carolum poſt
cæteros vulnera proprio enſe inieciſſe in perſo
nam Veronenſis ante Eccleſiam ſancti Simonis
trucidati. cumq; certior aute ſit arbitrer oculus
33 iſtius dicto videtur ſemiplenè probatum † deli-
ctum,indiciumque ad torturã legitimum conſti
tutum, Bart.in l.fi.ff.de quæſt.Marſil.§. diligenti
in pri.& conſi.101.num.33.& conſil.215.num.
26. lib. 2. communem inquit Clar. per alios in
§.fi.crim.q.22.per totam.ſecundus vero Simon
atteſtetur ambos tractaſſe de interficiẽdo Vero
nenſes,& Dominum Hippolitum voluiſſe ante
Eccleſiam Diui Frãciſci manus in illos ponere,
niſi id ſibi vetitum fuiſſet, referens verba ab eo
prolata,& nõnulla cauſam inquiſitorum aggra-
34 uantia,cuius teſtimonium,& aliud plenum † in-
dicium conſtituere videtur,Bart.in d.l. fi. & in l.
admonendi,vbi cæteri.ff.de iur.iurand.Bald. cõ
ſil.97.vol.5.cum.vulg.

Quarto,cauſa Illuſtris Domini Hippoliti red
ditur grauior,cũ fateatur Mazzolinum, Alexiũ,
& Ferrarienſem criminis authores, domum ſuã
poſt delictum acceſſiſſe , ipſumque perſonaliter
eodem die de ſero , cauſa curandi Ferrarienſem
in dicto impetu vulneratum,Phiſicum de Con-
35 tis alloquutum,quorum delinquentium † rece-
ptatio,auxilium,cura,& ſtudium,ipſum partici-
pem,& conſcium delicti commiſſi ſuadent.Bar.
in l.furti.§.paulo ante fin.ff.de furt.Clar.§.fi. cri-
mi.q.90.verſic.aut vero,etſi non ad damnandũ,
ſaltem torquẽdum pro veritate elicienda ſuper
aſſiſtentia doloſa, vt conſuluit Mant. conſil. 67.
volum. 2.

Quinto,aduerſus Inquiſitos Fiſcus allegat ini
micitiam Illuſtriſſimi Domini Caroli , qui ob
violatam fidem ſe offenſum arbitrabatur,ſequu
ta morte Gorni,vt inquiunt multi teſtes,& odiũ
commune deducit reſpectu vtriuſque,cum odio
ſi Veronenſes populo,ac omnibus eſſent,& Illu
ſtri Domino Hippolito ob eius confeſſionem,
63 de qua in proceſſu pagi.75.quod odium,ac† ini
micitia indicium ad torturam facit.Marſil.conſ.
44.num.2.volum.1.ac præſumit mandatum de
interficiendo præceſſiſſe,Marſ.conſil.3. num. 8.
volu.1. inimicitiaque extenditur ad Dominum
37 Hippolitum,cum † iniuria vni facta toti generi,
familiæ,caſatę,& conſanguinitati illata credatur
Marſ.conſil.68.in pri.uolum.1.& conſil.31. nu-
mero 17.conſil.21. numero 16. eod. uolum. 1.

Grammat.conſil.12.nu.3.& ſeq. odiumque per
ſonæ quem ſuſpectum reddat,cum illum repel-
lat à teſtificatu,& accuſatione,Specul. tit. de ac-
cuſ.uerſic.item quod odit.

Hæc Fiſci nomine contra Inquiſitos,de quib.
nunc agitur,adduci poſſent.

Verum iſtis,& ſimilibus non repugnantibus
cenſeo ipſos pœnitus,ſtãtibus in facto probatis
liberandos fore,nonnullis iure ueris ſuppoſitis.
38 Primo,neminem † damnandum,nec torquẽ
dum in criminalibus , niſi ptopria confeſſione,
uel teſtibus omni exceptione maioribus conuin
catur de delicto,uel qualitate indicium cõſtituẽ-
te cap.nos in quenquam.c.multi.2. q. 1.c.Lota-
rius.31.q.2.ca.ſciant cuncti.8.q.2. l. qui ſenten-
tiam.C.de pęn.not.in l.qui accuſare,ubi Iaſ. nu.
5.C.de edend.l.non eſt nouum.ubi Iaſ. numero
5.& ſeq.Marſ.conſil.14.num.2.conſi.15.nume.
2.conſil.29.num.6.conſi.31.num.12.& alibi ſæ
piſſimè volum.1.Iaſ.conſil.188.in fin.uolum.2.
Villabob.commun.opin.uerbo abſoluatur. nu-
39 me.4.† Teſtis enim ad offenſam,ut in omni cau-
ſa,conuenit eſſe omni exceptione maiorem,An
na.conſil.13.Grammat.conſil.59.numero18.in
* ciuili,ex communi * Curt.iun.conſil.110. num.
5.& conſil.343.uolum.3.Deci.conſil.429.nume
40 ro 12.Marſ.conſi.12.num.8.uolu.1.Rurſus † ra-
tionem dictorum per eum,etiam nõ interroga-
* tus reddere,iuxta ſententiam communem, * de
qua per Alciat.in l.1.nume.50.ff. de operi. nou.
* Zaſ.conſil.19.lib.2.refert communem * Eman.
Soarez.poſt Viuium ab eo allegatum recep.ſen
tent. uerbo teſtes generaliter. nu. 148.cum ſeq.
Bonacoſ.com. opin. crimin. uerbo teſtis in cri-
minalibus,latè carrer. in praxi crimi.l.obſerua-
re.nume.165.
41 Quod & in † indicio de proximo probãdo
requiritur, ſi unicus teſtis de uiſu deponeret,
Brun.tract.de ind.& tortur.nume.3.Paul.Chir-
* land.de quæſt.& tortur. q.3. nu.18.id omnes *
tenere ait Marſil.conſ.101.nu.37.uolum.2.ſub-
dens,nec talem teſtem indicium facere,niſi alia
concurrant adminicula,idem Marſil.conſil.74.
num.12.uolum.1.& ſingul.342.Gram.dec.28.
num.24.remiſsiuè Ioan.Mont.tract. de teſtibus
uerſic.teſtes quot requirantur ad probãdum in
* dicium.uerbo,teſtis unus,ex communi * Clar.in
§.fi.crimi.q.22.in fin.Carrer.d.l. obſeruare.nu.
165.uerſi.& intellige, Cephal.conſil.133.num.
22.uolum.2.
42 Verum , ubi plures † teſtes interueniant, etſi
non omni exceptione maiores admittãtur, pro
tortura infligenda,ubi deponunt ſuper remotis
à maleficio,Carrer.in d.l. obſeruare. nume.165.
uerſic.quod tamen,uel admittantur,quia aliqui
aliorum defectus ſuppleant,Rom.conſ.451.nu.
8.cum apoſtil.Mend.& Gram.uot. 25.nume.1.
* ubi de communi, * id tum ſolum procedat, ubi
dicti teſtes non omni exceptione maiores,(quã
do inhabilitas eſt ratione delicti,cum tortura de

ponant,

ponant,Toma.Grammat.conſil.70.num.10.in
fin.Carrer.loco ſupracitato.nu.165.verſic.item
intellige,& declara,vel ſint infames,& ſeu crimi
ne notati,Boſſ.tit.de tortur.teſtium in pri. num.
* 3.vbi de communi * in omni caſu.
43 Dixique ad offenſam,† quando ad defenſam
admittantur omnes,non vt omnino probēt,ſed
vt conſiderato facto,& qualitate perſonarū, to-
* tū Iudicum religioni relinquatur, cōmunis * eſt
ſententia,teſte Anton.Gomez.lib.3.delictorum
cap.12.nu.23.refert Viui. vbi ſupra, ac Soarez.
nu.149.Clar.in §.fi.q.23.ver. item ſcias.Hippol.
Bonacoſ.com.opi.verbo teſtis,in criminalibus.
44 Secundo præſuppono† teſtem Fiſci plures in
habilitates patientem,nullam prorſus probatio
nem,vel coniecturam pro Fiſco inducere,etiam
quòd verſaremur in caſu,vbi ſtatuto,vel lege in-
habilis in ſubſidium admitteretur, Socin.Sen.
conſil.118.in fi.volu.1.Marſ.conſil.102.col.fin.
Gram.conſil.crim.44.num.22.& 45.nume. 24.
Eman. Soarez. recept.ſentent. verbo teſtis.nu.
* 216.communem * ſententiam per alios ponit
ſuper ſtatuto ſocium criminis admittente, Lau.
Chireou.com.opin.cent.4.concluſ.4.poſt Rim.
iun.conſil.69.n.8.ac Ioannem Turri.conſil.81.
nu.65.dicentē,duas inhabilitates ſufficere,tom.
2.conſil.crimin.in fol.Roland.a Valle conſi.16.
45 nu.20.volum.1.& dixi alibi. At ſi teſtis † Fiſci ꝓ
Reo deponat,ipſi quàmuis ſoli credetur,cū vni
co,ac de auditu teſtis partis aduerſæ contra pro
ducentem fides adhibeatur,Socin.iun.conſ.69.
num.11.volum.1.Ceſal.conſi.65.nu.55.& con-
ſil.82.num.47.lib.2.in propoſito Horat.Lucius
videndus conſil 168.num.4.& 15. inter crimin.
tom.1.in fol.Simon de Prę.in materia delicti aſ
ſiſtentiæ conſ.178.nu.6.
Tertio loco ſubdo maximū ſignum,& mani-
feſtum innocentiæ indicium demonſtrari.
46 Primo ex ſpōtanea ad carceres † pręſentatio
ne, quæ rurſus indicia contra Reos exiſtentia,
malamque famam tollit,Cepol.conſil.crimi.31.
verſ.10.& vl.nu.8.Marſ.in §.diligenter.nu.204.
& conſ.127.nu.49.Corn.conſi.198.nu.23.vol.
2.Gram.conſi.crim.29.nu.32.conſi.61.num.3.
& 4.Carrer.in praxi crimin.in pri.nu.158.Ber-
tazzol.conſi.crim.70.nu.28.Ioan.Turr.cōſilio
81.nu.82.tom.2.crim.in fol.Marc.Mant.conſi.
248.nu.1.& 2.vol.1.Horat.Luci.conſil.160.n.
51.tom.1.in fol.Portius Imol.conſi.3.nu.49.ex
* communi * Boer.deciſ.215.nu.17.& ſeq. Clar.
§.fin.crim.q.21.verſi.tertio autem in fin.in inq-
ſitis de aſſiſtentia Hier.Gabr.conſi.177.nu 9.
Secūdo,ex qualitate perſonarum,nobilitate,
47 Reorumque † natalibus,ac ſanguinis eximij, vt
hic, Gonzagiaci proſapia,præſumitur Inquiſi-
tos fore innocentes,nec deliquiſſe.l.nō omnes.
§.a barbaris.ff.de re milit.Marſil.in l.1.§.ad quæ
ſtionem.num.7.& 8.ff.de quæſt.& in praxi cri-
48 mi.in pri.n.7.cum ſeq.quemadmodum nec † pe
cuniæ furatæ,vel res ſubtractæ exiſtentes pęnes
virum probum, illum de furto ſuſpectum red-
dunt,Blanc.in l.fi.nu.418.cum ſeq. ff. de quæſt.
Marſ.in §.diligenter.nu.91.& 96.Roland.a Val-
* le conſil.45.nu.41.volu.1.Clar. ex communi.§.
fin.crimi.q.21.in fin. & in §.furtum,verſi.ſed nū
49 quid ille,ac prout† nobili delato pro homicidio
vel aliter delinquenti pœna ordinaria, vt aiunt,
minoratur.Luc. de Pen.in l. 2. C. de deſert.lib.
12.Gram.deciſ.23.num.9.
50 Tertio,† innocētia pręſumptionibus iuſtifica
tur,Gl.in l.1.verbo,nō occidendi.C.ad l. Corn.
de Sicar.Bar.in l.1.§.de illo.ff.de Bon.eorū,Mar
ſil.in praxi.§.vlti.quæſt.num.15.ac teſtibus etiā
inhabilibus,Deci.conſil.459.Crauet.conſil.11.
51 nume.10.& inter cæteras hæc eſt vna † pręſum
ptio in dubio,quem nō interueniſſe rixę animo
occidendi,rixandi,auxilium pręſtandi,ſeu delin
quendi,at potius caſu,animo ſe defendendi,ho
norem ſuum tuendi,ſeu quia aliter efficere non
potuerit,Cepol.conſi.1.nu.9.Corn.conſil.198.
in fin.vol.2.
52 Quarto,† fama bona Reorum in ſpecie ꝓba
ta eneruat indicia contraria,coniecturam tollit,
& ipſos in ſtatu innocētię,reponit,Ale. cōſ. 70.
volu.2.conſil.62.volum.3.Marſil.in l. de mino-
re. §. plurimum.ff.de quæſt.ponunt omnes cri-
minum materiam deſcribentes,Crauet.conſilio
151.nu.20.Roland.a Valle conſil.45.nu.44. &
conſilio 96.num.21.cum ſeq.volu.2.Boſſ.tit.de
* indi.nu.34.vbi de recepta * ſententia Clar. in §.
fi.crimi.q.6.ver.frequens,Maluat.conſi.110.nu
me.24.& 160.in fi.volum.1.conſi. crimin. in 4.
Octau.Cacher.deciſ.72.nume.12.in aſſiſtentib.
homicidio.Emil.conſi.52.nu.7.Hier.Gabr.con
ſilio 177.& dixi alibi ſæpè.
53 Quintam innocentiæ pręſumptionē,† lex ſta
tuit pro eo,contra quem non ſunt indicia. Glo.
& Bal.in l.pen.C.de quęſt.Aim.conſil.6.nu.66.
quiſque enim primum pro ſe habet,quod præ-
ſumitur bonus,Alciat.in regul.ꝑſumptio.3.præ
ſump. 2.in pri.Rol.a Val.cōſi.96.nu.8.& 9.li.2.
54 Sextum eſt innocentię † ſignum,vbi quis mo
nitus fugam arripere poteſt,non tamē cōfidens
innocentiæ ſuæ diſcedit.ſicut enim lex cōtra fu-
gientem præſumit.l. lege Cornelia.§. pręterea.
ff.ad Sillan.ita pro innocētia remanētiū bene ſu
ſpicatur.l.qs ſit fugitiuus.§.1.vbi Bart. ff. de ędi-
lit edict.Alciat.conſi.453.nu.5.verſi.quarta.
Quarto principaliter firmo,quem diuerſimo
dè liberari a crimine aſſiſtentiæ,vel auxilij præ-
ſtitis homicidio.
55 Primo, niſi † probetur per Fiſcum tali deli-
cto continuam, & proximam aſſiſtentiam actu
præſtitiſſe,Bal.in l.hęc verba in princ.ff. de infa
mi.Innoc.in c.cōtingentiam.de cleri. percuſſo.
ſequitur Iaſ.conſil.132.in fin. vol.1. Pariſ.con-
ſil.152.num.37.in fin.volum.4.Plazea epitom.
56 delict.cap.15.num.3.Qui enim † procul ſtant,
nec conſpiciunt delinquētes,ſeu eximentes,vel
trucidantes captos,nullam opem ferunt delin-

quenti,non auxiliantur,nec illorum ſocij efficiũ tur.Caſſan.conſilio 58.numero 10.& 12.Mant. conſilio 67.numero 14 & ſequen.volum. 2. Rimin.conſilio 45.numero 12.volum.1.in propoſito videndus Horat.Lucius conſilio. 168.num. 9. & ſequent. ac ferè per totum tom. 1.conſilio crimin.in fol.Hier.Gabriel.conſilio 177.& 178. Simon de Præt.conſ.178.nu.5.& ſeq.poſt Carrer.in §.homicidium autem.nu.62.

57 Secundo,† delicto cõſumato quis pro auxilio proprio,ſeu ope nõ damnatur,nec vlla pęna tenetur,Pari .conſil. 152.num 41.vbi latè volu.4. deci.in c.1.num.68.de offic.delegat.Marſil.cõſi. 30.num 23.Horat.Luci.vbi ſupra. nu.25.dicens ex Bar.vehemẽter errare aſſeſſores,qui tales cõdemnant ,etſi poſt delictum ſimul in ſocietate fuiſſent,Plazea epitom.delictorum ca.15.num. 5.lib.1.Eman.Soarez.recept.ſentent.verbo auxilium.num.100.

58 Tertio, † aſſiſtentia minimè punibilis redditur,niſi oſtendatur pe. F.ſcum conſulto,ſeu colloquio præcedente cum cæteris ſocijs aſſiſtentẽ opem tuliſſe delinquenti,argum.l.2.§.homines. ibi ad hoc coactos.ff.vi bon.rapt.Ancar. cõſilio 216.in fin.Felin.in c.ſicut dignum.numer. 6. de homicid.Pariſ.d.conſilio 152.nume.30. & ſeq. volum.4.Gram.deciſ.25.nu.5.Ceſal.conſil. 70. num.73.& 81.cum ſeq.ſubdens.nu. 76. ſtari iuramento Inquiſiti,an deliberatè, vel ne acceſſerit,Horat.Luci.d.conſilio 168.num.36.& ſeq.& num.41.cum ſeq ſcripſi conſil. 65.num.6.lib. 1. addo Simon.de Præt. conſil. 178. nu.12.& per totum poſt Carrer.in praxi.crimi.§. homicidiũ autem.num.54.cum ſeq.

59 Quarto † niſi dolus,& propoſitum delinquendi per Fiſcum in aſſiſtente probetur, nulla pęna infligitur ꝓ delicto,ſed pro eo, quòd quis geſſit tantum,Marſil.in §.conſtante.nu.60.Grammat. deciſ.25.num. 3.& ſeq.Pariſ.d.conſil.152.num. 30.& ſequent.volu.4.Carrer.in d.§. homicidiũ. autem.numer.49.51.& 54.Horat.Luci.d.conſi. 168.num.41.Pazea epitom.delictor.cap.16.numero 10.vbi vidẽdum Menoch.de arbit. Iudic. caſu.350.numero 3.ſubdens ex mente Pariſ. cõſilio 164.num.14.volum.4.prę̨ſumi dolum abeſſe,& ignoranter aſſiſtere,& probãdum eſſe actũ aliquem,quo occiſus ſit,timidior redditus.

60 Quinto, vt quis † de auxilio teneatur, neceſſe eſt prius conſtare de delicto principalis,Bart.in l.ſi is qui.§.ſi inicium.ff.de furt.& conſil. 219.vltima colum.volum.3.Ancar.conſil. 102. Plazea epitom.delictor.lib.1.capit. 16.num.9.Marſ. cõſilio 24.& conſil.49.& conſil.43.in fi.immo ex propria confeſſione delinquentis,vel per reſtes legitimos,non autem ex ficta confeſſione inducta ex contumacia Rei per ſtatutum, vel quouis alio modo,Felyn.d.cap.ſicut dignum,in propoſito Carrer.d.§.homicidium autem.nu.56.cũ ſe. Menoch.de arbitr.Iudic.caſu.349.num.13.

Sexto,probandum eſt,ꝙ delinquentes male-

61 ficium habilius ex dicta † aſſiſtentia cõmiſerint, dũ effecti ſunt vulnerati timidiores,& delinquẽtes audaciores,nec aliter delictum fuiſſet ſine ea perpetratus occiſor.nam præſtans opem,fauorẽ,& auxiliũ ſimpliciter,non tenetur de auxilio, ſed de eo,quod geſſit,Gl.in c.filius de pę̨n.clem. 1.de pę̨n.Soci.Sen.conſilio 157.volum.2.Pariſ. d.conſil.152.nume.36.& ſeq.volu.4.Ghirland. de pę̨n.omn.coitus qq.10.Carrer.d.§. homicidium autem.nume.66.& 67.in praxi crimi.Menoch.d.caſu.350.immo in nihilo puniatur, nõ concurrentibus qualitatibus, de quibus ſupra, Pariſ.d.conſilio 152.num.40.volum. 4. ſeu non probato diſtinctim, quid quiſque eorum, qui in tumultu, & dicta rixa interuenerunt, fecerit, & quomodo vnus alteri auxilium impenderit, ita in terminis Corn.conſil.198.num.27.vol.1.

Septimo,quicquid ſecundũ facti diuerſas ſpe-

62 cies dicatur, in dubio non † præſumitur dolus, aſſiſtentia,auxilium,& ſcientia,ſed quòd ignorãter aſtiterit quis delicto,vt pœnam euitet,Ghirland.d.tract.de pę̨n.omni.coit.q.10.verſi.reſtat Pariſ.de alios conſil.152.num.32. volu.4.Carrer.d.§.homicidium autem.num.61.& ſeq. Plazea epitom.delictor.cap.16.num.10.cum ſequ. Simon de Præt.d.conſil.177.num.0. & adducti per eos Horat.Luc.d.conſi.168.num.41.ac Menoch.de arbitr.Iudic.caſu.349.numer.6.& 389. numero 3.

63 Octauo,non tenetur † auxiliator,conſtito,vt hic,nihil ipſum in actu delicti egiſſe,& delinquẽtem per ſe delicta perpetrari potuiſſe,Iaſ.conſil. 237.lib.1.probat Menoch.de arbitr.iudic. caſu. 349.nu.20.adnotans.nu. 16.ꝙ ſi principalis nõ tenetur,minus auxilium præſtans.

64 Nono de † homicidio ex impetu ſequuto,nemo de ope,auxiliouè tenetur,ſi conſtet quis vulnus intulerit,& interfecerit.l.fi.C.ad l.Corn.de Sicar.Caſtr.conſil.178.nu.4.vol.2.Corn. conſi. 261.in fi.vol.2.Horati.Lucius conſ.168. nu. 38.

Sed quia hæc iure cõi inſpecto procedunt,

65 dico nec ſecundum † ſtatutum patriæ,ſub rub.de homicid.volunt.ver.prę̨bentes vero,&c.quem de ope,auxilio,& aſſiſtentia puniri,niſi ſuppoſita in verbis ſtatuti concurrant nempè ſcientia,auxilium cooperatiuum,aſſociatio ad delictũ cũ armis,fuga cum homicida ſequuta,& alia,de quibus ſuper ſimili ſtatuto ſcribit Cepol.conſi.1.& conſil.34.Grat.conſi.52.volu.2.quæ iure communi conformia arbitror.

His quatuor ſuppoſitis,& veris,ſubijcio quatuor principalia,ad fauore Reorũ,quorũ partes tueor,ex facto,iure,& proceſſu reſultantia.

Primo, nec Illuſtriſſimum Dominũ Carolũ, nec Illuſtrẽ Dominũ Hippolitũ damnari poſſe vlla poena quantumuis leui,pro homicidio, cũ nec legitimè teſtibus, nec propria confeſſione vincant.d.l.qui accuſare.C.de edend. contra.n. ſecundum nemo de viſu,nec actu proximo homicidio deponit.Aduerſus primũ vnicus eſt de

viſu

viſu vulnerum illatorũ: ille inq̃ Raphael Beroa
rius, q̃ quot modis reiiciatᷣ, iferius demõſtrabit,
prout & ille Simon de Realibus, atteſtans vidiſ-
ſe ambos in loco delicti cum enſibus nudatis, ac
ante delictum eos uerba protuliſſe, & actus fecilſ
ſe necem Veronenſium ſignificantia, etſi non vi
derit in mortuos, vulnus vnquàm ꝑ ipſos infer-
ri, immo abſoluendi veniant ex dicto teſtium Fi
ſci, nempè Capitanei car. 211. Natalis de Vul-
pis car. 9. 10. & 13. Bernardini car. 416. Boniſo-
lis pagin. 9. Caroli Boncendi. pag. 38. ac Simo-
nis in tortura pagin. 43. deponentium, de viſu
immediato homicidij patrati per nonnullos ab
eis cognitos, ac nominatos, & de vulneribus illa
tis in Veronenſes, nunquàm tamen vidiſſe in di
cto loco vulnerãtes, vel aſſiſtẽtes Dominos Gõ-
zagiacos inquiſitos affirmẽt, unde eos ex culpẽt
ac ꝑoitus ab homicidii delicto innocentes red
66 dant, quãdo hæc negatiua † non fuiſſe Reos pre
ſentes, nec homicidiũ commiſiſſe plenè probe-
tur teſtibus aſſerentibus, dum ibi ſtabant uidiſ-
ſe Finum, Mazzolinum, Ferrarienſem, & alios
impias manus incaptos inieciſſe, ſic vulnera in-
tuliſſe: non tamen eo tempore ibi dictos Illuſtriſ
ſimum, & Illuſtrẽ Dominos a teſtibus valde co-
gnitos vidiſſe, vel extiriſſe: immo quatuor teſtes
examinati pro reis, ut pag. 472. addunt non fuiſ
ſe, quia & ipſos vidiſſent, ſicut alios viderũt. hoc
etenim modo concludenter hæc negatiua ꝑba
tur, Gloſ. eſt uerbo an non in ciuilibus loquens,
& ibi Florian. in l. 1. ſtip. ff. de itin. actuque pri-
uat. & in l. 2. verbo interceſſiſſe. C. de error. Ad-
uocat. Glo. in fin. l. 2. ff. de probat. Glo. in §. hinc
nobis uerbo & uidiſſe. in fin. ubi Iacob. de Bello
uiſu, Bartol. Aret. & Angel. authen. de hæret. &
falcid. in criminalibus, Bal. in l. actor. numero
3. & 9. C. de probat. Ripa. in ca. cum Eccleſia. nu
mero 78. cũ ſeq. de cauſ. propr. & poſſeſſ. Crau.
cõſilio 1. nu. 8. & 9. & in propoſito ferè noſtro
Horat. Luci. d. conſil. 168. num. 30. tom. 1. conſi.
crim. in fol. cum multis in materia ciuili, & cri-
minali per Ioan. Igneum in l. neceſſarios. §. non
aliàs. numer. 60. cum ſequ. 137. 147. 166. dicens.
numero 171. in criminalibus negatiuam delicti
probari, ſi aduerſus Reos nihil probetur, ff. ad ſe
nat. cõſul. Sillanianum, Herenla. tract. qui tenea.
tur probare negat. in pri. nu. 149. & numer. 162.
ponens ibi exempla, negatiuamque probari ꝑ-
ſonis, per quas ſciri actus, & nõ ſciri debebat, in
terminis noſtris Plazca epitom. delictor. capit.
16. numero 12. non itaque ſolum liberabuntur,
quia Fiſcus non probet, ſed quia teſtes Fiſci, &
cæteri examinati illos pœnitus innocentes con
ſtituant.
67 Secundario infero, nullum pænitus † indiciũ,
aduerſus ipſos legitimum extare, cum vt vires
habeat, ac operetur in ſuo genere, perfectè pro
bari debet, Marſi. in §. diligenter. num. 29. Luci.
d. conſil. 168. nume. 11. nec in criminalibus ven
dicet locum illa regula, quæ non proſunt ſingu-
la multa iuuant, Marſil. conſil. 20. num. 48. Pariſ.
conſilio 152. num. 2. uolum. 1. Brun. a ſole cõſi.
vnico crimi. num. 79. cum ſeq.

Reſpectu namque Illuſtriſſimi Domini Caro
li, & homicidii immediati, ceſſant indicia.

Primum de uiſu, quia vnicus eſt teſtis, ac tot
exceptionibus, ut infra inhabilis, falſuſque red-
ditus, vt nec leuem coniecturam cõtra ipſum fa-
* ciat, Soci. d. conſil. 18. & ex communi, * de qua
ſupra, in ſecundo præſuppoſito.

Secundum, quod interuenerit in rixa, quia
nunquam fuit viſus ex dicto teſtium Fiſci in con
flictu vulnerantium Veronenſes, qui cum ſicut
cæteros vidiſſent, ni abfuiſſet, Plazca d. cap. 16.
num. 12. Luci. d. conſi. 168. num. 38.

Tertiũ, de auxilio præſtito, quia antecedebat
Veronẽſes, ad carceres per officiales ductos, &
inter ipſum, & eos aderat multitudo gentium,
vt plures in ꝓceſſu legitur per Fiſci teſtes, pagi.
6. 9. 10. 13. 61. 209. 58. 391. ibi, lõtani dal rumo
re, taliſque erat multitudo perſonarum unita, vt
ſe inuicem non cerneret, inquiunt teſtes car.
211. 214. ꝓpterea delictum propè, nec delicto
interueniſſe probatur, cum longè ſtans, vel di-
ſtans, nonſolum ab homicidio immediato libe
retur, uerum & ab aſſiſtentia, auxilioque, Caſſan.
d. conſil. 58. numero 10. & 12. dixi ſupra in prin
cipio quarti ſuppoſiti.

Quartum, indicium aſſiſtentiæ, eo quod ibi
viſus fuerit ante delictum tempore delicti cum
enſe nudato, ut fatetur ipſe, ac poſt delictum, tol
litur ſeptem modis præcipuè conſideratis ſupe-
rius in quarta concluſione, quibus pro auxilio,
ſeu aſſiſtentia quis minime punitur. non enim
conſtat, quòd præceſſerit tractatus, conſulto, &
dolo id fecerint, aſtiterint penes delinquentes,
qui alias id non commiſiſſent, nec adhuc niſi ꝑ
cõtumaciam de Mandatariis apparet, immo in
dubio non præſumatur quis aſſiſtere, propterea
indicium hoc per ſe ipſum eneruatur. Quod
enim ipſi principales id citra aſſiſtentiam dicti
Illuſtriſſimi feciſſent, deponunt teſtes Fiſci pag.
406. & 407. & id magis furore populi, quàm ex
tractatu proceſſiſſe, & potuiſſe amicos Gorni in
terimere Veronẽſes potius ex propria vindicta
eorum, quàm ex concordio, uel tractatu cum di
cto Illuſtriſſimo Domino, vt pagin. 209. & 408.
quibus teſtibus Fiſci in hoc valde credi ſolet, &
ſi non probatis dictis ſex requiſitis principaliter
per Fiſcum, uiſupra inquiſitus de ope, auxilio,
vel aſſiſtentia omnino abſoluatur, latè ponit Pa
riſ. conſ. 152. nu. 21. cum pluribus ſeq. & conſ.
40. volum. 4.

Addo, non ſolum id teſtibus Fiſci conuinci,
ſed probationibus factis per dictum Illuſtriſſi-
mum Dominum, qui hæc concludenter pluri-
morum atteſtatione, paginis proceſſus infra an-
notatis, probauit.

Primo, caſu obuiã factũ Illuſtri Domino Hip
polito penes domũ de Arriuabenis, nec vnq̃ eo

die,vel nocte ipſum vidiſſe, vel alloquutũ fuiſſe.
Secundo, capita tumultus, vel interfectores
Veronenſium eius Illuſtriſſimi, Domini firmè
omnes inimicos.
Tertio,quòd iſti homicidæ potius timidi red
diti fuiſſent,quàm audaces ad delictum commit
tendum,ſi vidiſſent Illuſtriſſimũ Dominum Ca-
rolum ibi ſtantem.
Quarto, inter ipſum,& Illuſtrem Dominum
Hippolitum nõ adeſt amicitia intrinſeca, immo
nec fere intelligentia.
Quinto ꝙ ipſi proprio odio ob amici mortẽ
id fecerunt,non ex alieno mandato.
Sexto,ęgretulit mortem Veronẽſium dictus
Illuſtriſſimus Dominus.
Septimo,ꝙ nec ipſe cũ quingentis militibus,
occurrere delicto,vel impedire tumultum popu
li potuiſſet.
Octauo, ꝙ non potuerunt dicti Illuſtriſſimus
Dominus, & Illuſtris Dominus Hippolitus, eo
inſtanti tractatum aliquem,vel conſpirationem
contra Veronenſes componere;nec compoſitã
vllo modo credunt, vt iſta deponunt ſigillatim
multi teſtes à pag.461.ad pagin.575.
Qualitas igitur perſonarum,facti,experientia
veriſimilitudo,caſuſque cõtingentia,omnes vti
que tractatus delicti,conſpirationis,mãdati, vel
aſſiſtentiæ præſumptionẽ excludunt,vt in ſimili
differebat Corn.d.conſ.198.n.26.& ſeq.vol.2.
& ſentiunt Doctor.in locis ſæpècitatis.
Nec quinto loco inimicitia, ſeu odium conce-
ptum ob fidem ruptam indicium cõtra dictum
Illuſtriſſimum Dominum conſtituunt.
Primo,quia capitalis inimicitia non erat,nec
talis fuit a Fiſco probata, ſed odium tantum ex
repentino caſu contractum ob mortem Gorni
68 aduerſus Veronenſes,ꝙ nec † indicium ad inqui
rendum ſtatuit,Grammat.deciſ.28.nu.5.& con
ſil.12.nu.10.& vot.34.nu.4.
69 Secũdo, † nec inimicitia capitalis ſecundum
** communiorem ** ſententiam indicium ad tor-
turam facit.Marſi.conſil.72.nu.11.& in §.diligẽ
ter.nu.69.Grammat.conſi.3.nu.16.Horat.Luci.
* vbi de communi.*d.conſi.108.num.26.tom.1.
crim.in fol.Clar.in §.fi.crimi.q.21.verſi.inimici
tia vigoris.ſcripſi conſi.146.num.2.volu.2.
Tertio, non erat ab ob omnibus Veronẽſib.
iniuria affectus dictus Illuſtriſſimus Dominus,
ſed ab vno tantum,qui fidem datam violauerat;
vndè non eſt præſumendum contra omnes cõ-
ſpiraſſe:ceſſat enim inimicitię in duobus pręſum
ptio,ita Horat.Luci.d.conſ.168.ſub num.20.
Quarto interfecti Veronẽſes quàm plurimos
inimicos capitales tenebant.
Primo in patria eorum,a qua exulabant.
Secundo cõiter eũ Mantuanis ob mortẽ Gor
ni exclamantibus, queſti traditori meritariano
eſſere amazzati, &c.vt deponũt quatuor teſtes
Fiſci pag.363.366.388.416.rurſus,& cęteri exa
mina.i ad defenſã nõnc Illuſtris Dñi Hippoliti
ſuper primo capitulo,vt in ꝓceſſu amplè legitur.
Tertio aderant frater.ac amici intrinſeci no-
bilis Domini Horatij Gorni interfecti, doloſè
ab eis,qui verè capitales cenſebantur, & vt in-
quiunt teſtes Fiſci pag.209.407.389.415.poſſi
bilis eſt,& credunt(prout & cæteri ſex teſtes de-
ponentes pro defenſione Illuſtriſſimi Domini
Caroli ſuper i.lius quarto,& quinto capitulis de
fenſę, vt pag. 516.544.549.555.& 564.565.&
573.rurſus & teſtes inquam pro Illuſtri Domi-
no Hippolito examinari ſuper quinto eius capi
tulo,)occiſores Veronenſium nominati ab eis,
& amantiſſimi Gorni magis odio particulari,&
in vindictam propriam,homicidium illud com
miſerunt,quam ex tractatu cum dicto Domino,
70 & quibus Fiſci † teſtibus de credulitate ad offen
ſam creditur.Alex.conſil.76.col.fi.vol.1.Marſ.
Singul.19.& conſi.24.nu.33.propterea in præ
ſenti caſu nullum eſt cõſiderabile indicium odij,
cum dubium,incertumque ſit,& leuius aliorum
inimicitijs,argum.not.in cap.in præſentia.de
probat.l.non hoc.C.vndè legitim.Lucius vbi ſu
pra.nu.28.& vbi quis teneat plures inimicos †
71 indicium ex inimicitia non reſultat.Alciat.con-
ſi.468.nu.4.ſcripſi d.conſil.146.num.17.
Quinto ceſſat odij ad vindictam præſumptio
ex iniurioſis prolatis in Veronenſem ſtantem in
Eccleſia Diui Franciſci,quibus Illuſtriſſimus Do
minus Carolus ſibi,honorique ſuo ſatisfactum
iudicauit,vt ait teſtis car.292.519.ideo non ipſe
72 amplius iniuria iam propulſata † inimicus cen-
ſendus eſt,vt in eos conſpirare voluerit arg.not.
per Iaſ.in l.ſi tibi.§.1.ff.de pact.Alciat cõſil.262.
nu.1.& 468.num.2.
Sexto,cõſtat vtique ex dictis omnium ſex te-
ſtium examinatorum ſuper primo defenſionis
capitulo,maximè pagin.500.511.561.& 571.
& 573.513.523.527.535.536.540.544.noto-
riũque eſt Illuſtriſſimũ Dominũ procuraſſe tũ
pęnes Reuerendiſſimum Epiſcopũ, tum capita-
neum Iuſtitiæ,vt Veronenſes carceri duro trade
73 rentur, ſic viam iuris ad eos puniendos † elegit,
ex qua inimicitiæ etiam priuatæ,& uindictę pro
priæ conſideratio ceſſat, Alciat.conſi.468.nu.3.
in fi.multa in propoſito adducit Mandel. de Al
ba.conſi.46.deſcribens decem coniecturas, qui
bus non præſumitur quis inimicum occidiſſe,
nec mandaſſe homicidium committi,ac in gra-
tiam Excellentiſſimi Polictionij Mediæbarbæ,
qui tandem abſolutus fuit,demum ob eius meri
ta ſenator Mediolanenſis euaſit.
Quintum principaliter indicium ex fama pu
blica deſumptum corruit.
74 Primo,quia non eſt,vt requiritur † formiter
probata,per Bart.in l.de minore.§.plurimum.ff.
de quæſt.Marſil.conſilio 15.conſilio 18.& con
ſilio 20. numero 41.& 42. Grammat. vot. 44.
numero 14.in ſpecie not. Corn. conſilio 168.
volum.2.Ancar.conſil.254.Ioan.Turr.conſilio
81.num.47.& ſequen.tom.2.crim.ſcripſi conſi.
10.

20.num.30.conſi.34.num.20.conſil.35.nume-
19.lib.1.Clar.in §. fin. q. 6.verſicul.illud tamen,
nec per teſtes omni exceptione maiores, vt re-
quirebatur ex una communiori** quam probat
Laurent.ab Occa conſi.60.num.58. & 59.tom.
2.conſi.crimin.in fol.

Secundo, admiſſa probatione ſimpliciter fa-
75 cta, non eſt † indicium legitimum ad torturam,
Marſil.conſi.15.ſub nume.12.& in praxi.§. dili-
genter.num.8.& de communi * conſil.3. nume.
4.in fi.latius Clar.in §.fi.crimi.q.21 uerſi fama.
Dixi conſi.20.ubi de*communi.nume.31.libr.
1.& conſil.35.num.16.lib.1.addo Hippol. Bo-
nacoſ.commun.opin.uerbo,fama ſola non ſuffi
cit.Laurent.ab Occa.d.conſi.60.num.55.tom.
2.conſil.crim.in fol.ex * communi Hippol. Ri-
minal.iun.conſi.88.num.44.lib.1.

Tertio, teſtes fiſci concludunt ſuper alia fama
diuerſa, nempè populum fuiſſe, qui interemit
captos odio concepto in eos, ob ipſorum mo-
res triſtes, & inſolentem uitam, ut aiunt ſeptem
teſtes pag.38.41.45.54.exculpantes Illuſtriſſi-
mum Dominum Carolum pag.55.56.87.119.
113.120.139.206.175.propterea contra reum
non altera, & antiquior attendetur, dum fama,
76 quòd fuerit populus, veriſimilior ſit, atq; † poſterior
Natta conſil.473.numer. 20.lib.1.Roman.cum
Mendoſ.uerbo repetitioni conſi.241.num.5.in
propoſito Corn.conſi.198.num.18.uol.1.

Quarto, ubi teſtes deponunt diuerſas fuiſſe fa
mas tempore delicti, ut hic per teſtem quinqua
geſimumquartum, & alios, nihil probant, cum
77 † incertę, & dubiæ famę non releuent, Bald. cõſ.
275.volum.2.Gram.uot.34.num.17. Roland. à
Valle conſi.3.num.49.uol.1.

78 Quinto adeſt † bona fama in ſpecie probata
præualens contrariæ, ac indicia tollens, Gram.
conſi.30.num.9.& 10.ſcripſi aliàs ex * commu-
ni conſi.116.num.21.conſi.34.num.19.Bruno.
a ſole conſil.crimin.unico. nume.153. cum ſeq.
adnotans in genere probatam tollere omnem
ſuſpicionem contra delinquentem exiſtentem,
Maluaticeus.conſil.110.num.19.& ſequen.to-
mo primo.crimin.in fol.Bertazzolus conſi.70.
num.29.Paul.Merend.conſi.89.num.4.tom.2.
crim.in fol.

79 Sexto, ſolius qualitas uitæ præcedentis indi-
cium ex mala fama deſumptum elidit l.nõ om-
nes.§.à Barbaris.ff. de re milit.quod notandum
ſcribit Alexand. ad Bart. in 3.apoſtil.in l.fi.ff.de
quæſt.Crauet.conſi 99.col. fin. Roland.à Valle
con.17.num.26.uol.1.

Septimo fuerunt examinati nonagintaſex te
ſtes, quorum nullus, (ijs exceptis, de quibus ſu-
pra) ſuper hac fama, deponit, & tamen multi ex
illis ſicut iſti ſcire famam veriſimiliter credeban-
tur, & ui diſſe reum in dicto loco, meritò argui-
tur, uel hos ſuſpectos, uel magis credendum bo-
næ famæ. ac multitudini teſtium deponentium
in gratiam dicti Illuſtriſſimi, ut in propoſito con
ſiderabat Alciat.conſi.468.num.5.

Sextum iudicium reſultãs ex aſſiſtentia in lo-
co delicti cum enſe nudato, quando Veronenſis
pœnes eccleſiam Diui Simonis fuit occiſus, tol-
litur.

Primo, quia ibi aderat Dominus Carolus, ne
aufugeret, ac ut officiales carceribus illum com-
mendarent, quod denotant verba illa ab eo pro
lata: piglia, piglia &c. depoſita per teſtem fiſci
pagin.65.& præſumptio vię iuris iam electę, per
Alban.d.conſi.46.

Secundo, qualitas perſonæ, iuſtus armorum
timor, homicidium incontinenti ſequutum, of-
fenſionis ad offẽſionem debita proportio, excu
80 ſant eum omnino ab illa † enſis denudatione,
vel aſſiſtentia cum enſe euaginato, ar.not. in l.1.
C.vnde vi l.1.2.& l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Frãc.
de Albergat.conſi.12.num.6.tom.1. crimin. in
ſpecie noſtra, Corn.d.conſi.198.in fi.vol.2.

Tertio, quatenus verum eſſet (quod tamen
negatur, & infra apparebit, ipſum vulnus inie-
ciſſe proprio enſe in perſonam dicti Veronen-
ſis in terra proſtrati. & ferè mortui, non tamen
pœnam patietur, quando & ſine illo vulnere iã
dictus Veronenſis obijſſet, & ex vulnere illato
delicto homicidij ferè conſumato quis non te-
81 neatur, cum eius † percuſſio verè cauſam morti
non præbuerit, Veron.conſi.1.nume.15.& 16.
Hier.Gabr.loquens in ſimili caſu.d.conſil.176.
num.3.nec diſſentit Corn.ex mente Bart. conſi.
198.num.27.vol.2.ſentiens teneri de auxilio, ſi
percutiat prius non poſtea.

Addo quarto loco, caſu ibi adfuiſſe, & ex mã
dato Capitanei Iuſtitiæ, vt fuit probatum in ſpe
cie pagin. 572. cum ipſe Illuſtriſſimus voluiſſet
tunc ad Reuerendiſſimum Dominum Epiſco-
pum ſe conferre, ac Capitaneum noluiſſe, pro-
terea ceſſat omnis dolus, & animus committen
di delictum, Pariſ.d.conſi.151.num.30.& ſequ.
& dixi ſupra.

Et ſi hæc indicia tolluntur, nec legitima cen-
ſentur, firmabimus, nec Dominum Carolum
pro delicto immediatè, ſeu pro indicio aliquo
grauandum.

Reſpectu vero Illuſtris Domini Hippoliti, ac
homicidij mediatè patrati, nullus teſtis ſuper
hoc de viſu deponit, nec Reus id fatetur, & ideo
abſoluendus.

Quo vero ad indicia præſumpta ex proceſſu
apparentia animaduerto.

Primum indicium malæ famæ tolli modis ſu
pracitatis in capite Illuſtriſſimi Domini Caroli.

Secundum inimicitiæ pari via eneruatur, &
ſi vnico verbo reſpondetur, nullam pœnitus ini
micitiam, vel odium, ſeu odij ſuſpicionem de-
monſtrari inter hunc, & interfectos.

Tertium indicium aſſiſtentiæ eneruatur ſex
modis. ſupra in quarta concluſione poſitis, præ
cipuè, quòd longè ſtaret, nec fuerit in conflictu
eorum, qui vulnera. Veronenſibus intulerunt,
nec

nec viſus vnquàm,Caſſan.d.conſi.58.nume.104
& ſeq. & in dubio non præſumatur quis doloſè
aſſiſtere,alio non probato,Carrer.d.§.homi
cidium autem.nu.61.cum ſeq.

Quartum indicium, familiaritas, ac amicitia
cum interfectoribus, quaſi ipſe id fieri mandauerit,
non refragatur.

82 Primo, quia contra † mandantem non procedi-
tur ad torturam, nec indicium legitimum reſul-
tat,niſi de delicto,& mandatario conſtet.l.is
qui rem.§.ſi tu filium.ff.de furt.Boſi.titu.de deli-
cto.num.35.cum ſeq.Marſ.conſ.49.num.59.Di
xi,& obtinui conſi.20.num.6 lib.1.ac per legiti
mas probationes,nõ vi contumaciæ.Carrer.eo.
loco num.57.cum ſequen.

Secũdo,ſeruo familiari,& amico alloquutio
ad aurem ſecreto facta non præbet indicium cõ
tra alloquentem,niſi tria concurrant.

Primo,inimicitia capitalis inter offenſum,ac
mandantem præſumptiuè.

Secundo,alloquutio ſecreta.

Tertio,homicidium incontinenti ſequutum,
Iaſ. poſt Bal. in l.1.C.de ſeru.fugit.Carre.§.circa
* numer.48.ex* communi Boſi.tit.de mandat.ad
homicid.numer. 50. Gabriel. commu.concluſ.
de crimi.lib.7.concluſ.2.num.45. & 52. Clar.§.
fi.crimin.q.89. uerſic. ſed hic incidenter,ſcripſi
** conſil.20.nu.20.ex**communiori, addo Hip-
pol.Rimin.iun.conſi 88.num.29.volu.1. Quan-
to itaque debilius, familiaritas, & amicitia per
ſe conſiderata ſimpliciter, ac vt in præſenti, ci-
tra inimicitiam capitalem offenſorum,& dicti Il
luſtris Domini Hippoliti, ac citra vllam ſecre-
tam alloquutionem,indicium aliquod, uel leue
conſtituet.

Tertio,conſtat ex actis, & in ſpecie quatuor
teſtibus Illuſtriſſimi Domini ſuper quinto capi-
tulo pagin.549.560.555.564.565.& 573.rur-
ſuſq; alijs examinatis pro defenſa Domini Hip
politi,ſuper illius 3.& 4.capitulis, in ſpecie pag.
493.496. Finum, Mazzolinum, & Ferrarien-
ſem principales delinquentes, & contumaces
adeò familiares,commẽſales, amicitiaque ſtri-
cta,& intrinſeca iunctos, ne dicam ſeruos dedi-
tiſſimos exitiſſe nobilis Domini Horatij Gor-
ni,tàm crudeliter,& proditoriè à Veronenſibus
interfecti,ut magis odio proprio in amici obſe
quentiſſimi, & patroni uindictam tantum cre-
dantur in Veronenſes irruiſſe, quàm ad inſtiga-
tionem,ſeu mandatum Illuſtriſſimi Domini Ca-
roli,quo cum nulla pœnitus delinquentium ad
erat familiaritas, ut probatum fuit, minus ad
mandatum Illuſtris Domini Hippoliti in mino-
ri ualdè amicitiæ Gorni gradu exiſtentis cum di
ctis delinquentibus. Quando(ut ſentiunt teſtes
fiſci pag.209.403.415.ac defenſiui teſtes pagi.
550.555.565.& 573.in ſpecie Dominus Gor-
nus frater interfecti pagin.552.idem 557.566.
573. & ſeq. & dixi ſupra in quarta reſponſione
ad caput indicij inimicitiæ,& eſt iuri cõforme,)
in dubio iſti ad propriã uindictam potius,quàm
alienum mandatum,homicidæ credatur, ar.l.&
magis.ff.de ſolut.Bald.conſi.250.uol.1.not. Al-
ciat.d.conſi.468.num.4.ſubdens,& ſi conſtaret
84 † de mandato,non teneri mandantem,cũ man-
datarius,ut hic,aliàs facturus fuiſſet, ſecundum
Bal.Iaſ.& cæter.in leg.1.C.de ſeru.fugit.Cæpol.
conſ.27.nu.12.Gramma.uoto 6.nu.20. Carrer.
d.§.homicid.num.66.Gabriel.conſi.176. Emil.
conſi.52.nume.8.Menoch.de arbitr.iudic. caſu
* 352.num.13.ex communi * Bertazzol. conſil.
70.nume.14.tom.2.crimin.in fol.Dixi conſilio
146.num.24. Quod uero id facturi eſſent delin-
quentes,oſtenditur ex dicto teſtis fiſci pag.367.
ibi,li hauriano ſenza eſſi ſignori Carlo,& Hip-
polito amazzati.& alibi ſæpe infra ſub uer. pri.
ap paret tempore.

Quintum indicium reſultans ex ope,& fauo-
re præſtitis per Illuſtrem Dominum Hippolitũ
Ferrarienſi primo, & præcipuo Veronenſium
interfectori, quẽ delicto patrato in domũ pro-
priam ſuſcepit,ipſumque uulneribus ex confli-
ctu reportatis mederi perſonaliter procurauit,
ut fatetur in eius conſtitutis,ar.C.eſt in uſta.14.
q.4.l pignore.§.fi.ff.de furt.Card.in clem.1.17.
q.de for.compet.

Tollitur primo,quia id totum euenit poſt de-
lictum,& eſt fauor nudus, nec illi actus tendunt
ad crimen committendum,ſed potius ad celan-
85 dum,ideo de † auxilio non tenebitur, Bartol. &
Angel.in l.in furti.ff.de furt.Cæpol. conſ. crim.
27.num.7.auxilium,namque poſt delictum cõ-
miſſum,niſi cauſa fuerit proxima, uel inducens
ad committendum delictum minimè conſidera
tur,Plazea epitom.delictor.cap.16.nu.13.

Secundo,pro ope, & auxilio non damnabi-
tur,quia nec doloſè,ſcienterue, uel præcedente
tractatu,mandato.uel inſtigatione,delictum ap-
pareat commiſſum,Pariſ.d.conſi.152.num.31.
& ſeq.& nume.40.uolu.4.imo ipſi uenerunt in
eius domo,iuxta illorum ſolitum,& uſum,quod
probant quàm plures examinati nomine dicti
Illuſtris Domini,ſuper quarto capitulo,ut pag.
453.455.499. qui uſus, & conſuetudo delicti
ſpeciem,& præſumptionẽ excludunt, ut ſupra.

Tertio probatur qualitas, & natura perſonæ
dicti rei per teſtes ſex pro eo ſuper nono tantũ
capitulo examinatos pag.455.& ſeq.505.510.
515.520.527.565. & ſeq. qui ſolitus eſt non
amicos.ſed quodcunque hominum genus libẽ-
ti animo in domum propriã excipere, hoſpita-
ri,uictumque,& alimoniam cuicunque præbe-
86 re,magis ideo ex † uſu conſueto, & naturali in-
ſtinctu motus creditur ad præſtãdum fauorem,
& opem, ſi quam tamen præſtit Ferrariẽſi uul-
nerato,& alijs poſt delictum, quàm quòd præ-
ſumptiuè habeatur dicti criminis particeps, uel
conſcius,ut ſentit Pariſ.d.conſi. 152. ſub nume.
41.uolum.4.ac in ſimili Emil. conſil. 52.nu.11.
ſubijciens à perſona honeſta factum, præſumi

bonum

bonum,nõ malum,magiſque ex natura officioſiſſimi,quàm cauſa præſtandi opem delinquenti Medicum Contotum accerſiſſe dictum inquiſitum ait teſtis pag.474.478.483.501.

Sextum iodicium otiens ex armis euaginatis tempore delicti,tollitur modis, quibus ſimile indicium contra Illuſtriſſimum Dominum Carolum ſublatum fuit,& præcipuè,quòd alio non probato, caſu,ſine dolo,ignorãter,& bono potius,quàm malo zelo ibi adfuiſſe credatur,Pariſ.d.conſi.152.nu.32.& ſequen.lib.4.& dixi ſuperius.

Septimum indicium aduerſus inquiſitos elicitur ex commendatione delinquentium facta pœnes Dominum iudicem,& iuſtitiæ Capitaneum,quæ videtur ipſos de mandato ſuſpectos cõſtituere. Verum hoc leue indicium arbitror, quando natura geniumque ipſorum adeo officiis,amoreque plenum exiſtat,ſolitumque omnibus,& incognitis inſeruire,vt videntes dicti equites delictum hoc populare patratum,omnes commendatos iuſtitię facere decreuerint, non etiam delinquentibus fauere,vt inquiunt teſtes pag.506.521.528.560.cum ſeq.natura nanque,& vſus multum prodeſt,vt dixi.

Octauum indicium commune,vtrique inquiſito deſumptũ ex atteſtatione Raphaelis, & Simonis,quòd inquam crimen tractauerint,verba eædem inferentia protulerint,ſimulque ad hunc locum acceſſerint,tollitur de medio reprobatis illorum dictis,atque perſonis.

Et primo cõtra Raphaelis perſonam, ac eius depoſitionem quamplurima obſtant.

87 Primo † Beroarius eſt vilis conditionis,& abiectæ vitæ,cui in cauſis extra ſindicatum ſui Iudicis non creditur,Bal.poſt Salycet. in l.etiam C.de teſtib.Bal.& Innocent. io capi.in literis in Glo.verbo familiates. de teſtib.in c.inſinuante. in glo.verbo poterat,de offi.deleg. Chriſtoph. norci.in §. in teſtibus,nume.9. Inſtit.de teſtam. ordin.Bertach.ſuo indice.verbo Beroarius.verſic.4.in fi.Crot.cum add.Moncadi tracta.de teſtib.4.par.nu.131.Campeg.regul.16. de teſtib. fallent.1.

88 Secundo ſentit†commo [illegible] teſtificatu, & affectum ad cauſam tenet, [illegible] cupiebat captos ad carceres duci,& conſequi mercedem ſibi,(vt fatetur)debitam, ideo repellendus l.omnibus.l.nullus.C.de teſtibus.l.1.§.in propria.C. quando appel.fit ibi cuius commodum,vel dãnum,Bald.conſil.10.numer.5.volum.5.Nouel. in regul.iur.216.verbo teſtium reprobatio nume.42.& 71.

89 Tertio,leno eſt,† non extraneorum tantum, ſed proprij ſanguinis vxoris,& filię,ut probatũ fuit quatuor teſtibus id perfecte, & clare deponentibus eum redditionis ratione, à pagi. 437. ad pag.452.propterea tanquam infamis, teſtis eſſe nequit,ac omni iure exoſus, Auth.de lenoribus. Stephan.Aufer.tract. de teſtib.63.limita. Pariſ.de Puteo tract.de ſindicat.§.ſupplicia. nu. 3.Ioan. Turr.conſi.81.num.56.tom.2.crimi.in fol.Ioan.Mar.Montincl.tract.de teſtib.verſicu. lenones.

90 Quarto,† fur eſt criminoſus,& latro,ac pro tali habitus,vt probatur ibidem,ideo in teſtem non admittitur,ex quo eſt infamis infamia canonica,Specul.titu.de teſtib.verſi.obiicitur,q̃ eſt fur.Nell.de ſancto Gemin.titul.de teſtibus, nume.18.l.non poteſt.ff.de furt.Nouel.vbi ſupra num.24.

Quinto,ſurripuit aliàs in domo patris Illuſtriſſimi Domini Caroli bona propria cõtra eorum voluntatem,& ob id carceri traditus fuit, vt teſtis pag.438.& ſequen.445.450.& alibi, qua de cauſa cenſetur inimicus,ac repellendus prorſus,Alb.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.tradit Campeg.regul.de teſtib.24.& 25.

91 Sexto,fatetur ſe fuiſſe ob maleficia † condemnatum pag.368.ideo iure communi repelli debet,Crot.de teſtib.3.par.num.20.& ſequen.& quarta part.num.99. Plot.in l.ſi quando.nume. 796.& ſeq.C.vnde vi.

Septimo,Raphael iſte habet in bonis valorẽ
92 ſcutorum decem tantum,ſic † pauper eſt,& in
criminali reiiciendus,cum ad minus quinquaginta aureos in bonis habere teneatur.§.j.auth.
de teſtib.vel ſaltem ei in fide detrahendum venit,Ioan.Andr.Butr.& Imol.in c.ſi quis teſtium
de teſtib.Alex.conſi.15.volum.3.& 19.num.2.
lib.7.Crot.tract.de teſtib.par.3.nu.2.cũ Apoſt.
Moncadi,Nepoſ.à Monte Albano tract.de except.arti.19.num.56.& 57.Monticel.loco ſæpè citato,verſi.pauper,& vilem,ac pauperem in criminali non probare,ponit Hippol.Bonacoſ.commun.opin.verbo teſtis vilis.

Octauo,probatur teſtibus quatuor à pagina
438.ad pag.450.hunc Raphaelẽ maxima labo
rare infamia ob præfatas cauſas,& cæteras ibi-
93 dem ſigillatim deſcriptas, ſic tanquam † infa-
mis,improbus,& uitę reprehẽſibilis, inidoneus
cenſebitur.c.1.de except.c.teſtis.2.q.7.Bald.in
c.teſtimonium.num.1.de teſtibus.&in l.ſi quis
C.eod. Alexan. conſi.152.num.7.14.volum.5.
Grammat.vot.34.num.8. Crot.tract.de teſtib.
3.par. nume.15.cum ſeq.Nouel.de regul.216.
num.21.amplè Monticel.d.tract.de teſtib.verſ.
* infamis,ex * communi Corrad.ſua praxi iudi-
ciaria pag.79.num.12.& 15. Clar.§.fin.crimin.
qq.53.in princ.imo quatenus aliquibus caſibus
infames admittantur in teſtes,id intelligatur,ſi
cum tormentis teſtificentur,Bartol.in l.1.C.de
ſum.Trinit.Campeg.regul.de teſtib.129.verſic.
infamis.fallent.1.& regul.31. fallent.4.Corn.
conſi.42.num.1.vol.1.Felyn.conſi.36.nu.9.

94 Nono,varius eſt,†uacillans,ac ſibi ipſi parum in eadem ſua depoſitione conſtans,ideo reijciẽdus.ca.licèt.de elect.cap.ſolicitudinis. de appel. Bald.in l.eos.C.de fals.Bart.& Bal.in l.ſi ex cautione q.3.C.de non numera.pecun.Bartol. in l.

eos.

cos.num.5.& Marſ.num.22.ff.de falſ. Alexan. conſi.179.nu.6.volum.3.cum accumulatis in hac materia paſſim ab omnibus ſcribentibus, præcipuè Tindar de teſtib. cap.8.& aliis per Nouel.d.loco,num.31.32.Campeg.regul.de teſtib.178.cum ſequen.Crot.7.part.num. 559.& Mõticel.eod.tract.verſi.impugnatur teſtis,quia varius.Quinimo iſti teſtes varii,ſeu vacillantes, ſunt torquendi,Boſſi.titul. de tortur.teſti.nume. 16.20.& ſeq.Clar.in §.fi.crim.q.53.verſi.quar-
* tus eſt caſus.ſubdens ex * communi ſibi nullo iure credẽdum,& ſi contrarietas aliquo modo compati poſſet,per Alexand.conſi.20.num.3.
95 volum.4.Vel † primo dicto ſtandum ſit, quamuis ex variatione debile reddito,not.ſecundum communem.remiſſiue Anton.Gabr.lib.7. de crimin.concluſ.29.in prin.

Variationes vero inter alia iſtæ præcipue conſiderantur.

Prima,quia extra iudicium factum narrando conſociis,inquit Illuſtriſſimum Dominum Carolum fuiſſe præſentem homicidio.in primo vero teſtificatu ait,ipſum vulnus intuliſſe,poſtquam ex vulneribus aliorum ſuper capite in terram Veronẽſis proſtratus eſſet. demum ſubdit, neminem,qui illum interfecerit cognouiſſe,excepto dicto Illuſtriſſimo Domino.

Secunda,narrauit fuiſſe extractum de eccleſia,at in teſtificatu dicit,vidiſſe primo Simonẽ, qui tenebat Veronenſem extra eccleſiam,ſic extractionem videre non potuit.

Tertia fatetur in eius aduentu ad eccleſiam Illuſtriſſimũ Dominum Carolum ſibi Raphaeli impoſuiſſe,ꝙ auocaret Barigellum,& ſocios,vt Veronenſem captiuum ducerent ad carceres, poſtea ſubdit non audiuiſſe verba,nec vidiſſe actus,quibus Illuſtriſſimus Dominus defenſionem mortis illius inferret.

Quarta,nunc inquit commiſſionem ſibi factam de vocando Capitaneum & equites iuſtitiæ,modo Capitaneum tantum.

Quinta,dicit ſtatim vulneribus illatis in Veronenſem præ gentium multitudine diſceſſiſſe. demum,ꝙ in terra proſtratum vidit Dominum illum vulnerantem.

Sexta,primo deponit Illuſtriſſimum Dominũ enſem in vitam Veroneſis extenſiſſe, nec de vulnere loquitur.demum ait non cognouiſſe interfectorem,niſi præfatum Dominum.

Septima,firmat non conſideraſſe veſtimenta captiuorum.poſtea dicit,ꝙ ſe ipſum ante alios poſuit,vt videret,qui eſſent capti,& tenuiſſe oculos in captiuos.

Octaua,audiuit pagi.364.homines Barigelli acclamare,demum pag.365 neſcit,qui fuerint.

96 Decimo,multa non credibilia,† ſeu non veriſimilia deponit,quæ ipſum maximopere de falſo ſuſpectum,& repellendum conſtituunt l.3.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.ca.quia non veriſimila de præſumpt.Alexand.conſil.154.nume.9. volum.5. Iacob.Leonard.conſil.49. num.57.Hier.Grat. conſi.75.nu.14.relatus a Nouello d.regul.216, num.50.Campeg.regul.122.de teſtib.Curt.tracta.de teſtib.cõcluſ.32.Mõticel.loco ſupraallegato verſi.impugnat,quia non veriſimilia.

Et hæc minus veriſimilia atteſtatur.

Primo,ꝙ Dominus Carolus Illuſtriſsimus acclamendo retro Veronenſem fugientem,diceret,piglia,amazza,eo ꝙ nec alius audierit verbum,amazza,nec id protulerit,ſtante animo, quod caperetur,& conduceretur captus ad carceres,vt idemmet teſtis fatetur ſuper tertia variatione,& obuiam iuris per eum electam.

Secundo,non audiuit in conflictu tormentũ exoneratũ,pag.2.quod infiniti propè audierũt.

Tertio,nõ cognouit alium,quàm Simonem, & Illuſtriſsimũ Dominum Carolũ in hoc conflictu,quod impoſsibile quiſque ſani capitis arbitratur.

Quarto,dicit neminem alloquutum,qui tunc in facto adeſſet,qđ non eſt credendũ,pag.366.

Quinto,non animaduertit,ao ſimul tres Veronenſes eſſent fune ligati,& tamen vidit quis fuit primo aggreſſus,& oculos in captos tenebat, & iſte non vocatus acceſsit,vt ipſosmet inſpiceret.

Sexto,non cognouit Illuſtrem Dominum Hippolitum,cum tamen habitationem pœnes eum habuerit,notaque ſit adeo illius perſona,vt credere dignũ minimè ſit,& ferè impoſſibile,ipſum nõ cognouiſſe,ꝙ atteſtatur teſtis pag.446.

Alia conſiderari poſſent,quæ conſulto omittuntur,cum hęc ſufficiant.

97 Vndecimo,† falſum in eius depoſitione pluries affirmat,quapropter reiiciendus eſt,ac puniendus.c.1.de crimi.falſi.l.1.ff.eod.titu.l.1.in prin.ff.ad l.Corn.de Sicar.Clar.§.crimin.uerbo falſum.in prin. verſi.teſtis,qui falſum.

At falſitates dinumerantur.

Prima ineuitabilis pag. 11. dum inquit,ſe viſum à Barigello,vocatum fuiſſe ſtatim ab eo,vt auxilium ſibi præſtaret in conducendo captos, quod abſolute negat Barigellus,nec vidiſſe,vel eum alloquutum fuiſſe.idem alii quatuor teſtes, quintus car.459.ſextus.463.ſeptimus.466.octauus.470.immo ſubdit Barigellus pagin.459.verè credere,quod dictus Raphael nõ fuerit in dicto loco,nec aliquid ſcire, cum nũquam ab eo vel ſociis ſuis ſit viſus:depoſuiſſe tamen ea omnia,quia ebrius eſt,& animal irrationale,faciũt ſimiliter alii teſtes conſocios nominantes,nullum verbum de Raphaele habentes,quem rurſus non vidiſſe firmant pag.464.nec ibi adfuiſſe pag.467.471.472.

Secunda,quod Simon teneret ligatum Veronenſem ante eccleſiam,vt pag.12.& tamen Simon etiam tortus bis,& ter,ac confrontatus firmat ſe nũquam tenuiſſe ligatum Veronenſem, nec dicta verba protuliſſe,& perſiſtit negando, pag.42.& ſeq.& pag.65.

Tertia,

Tertia, concludit Illuſtriſſimum Dominum
Carolum,dum inſequebantur Veronenſem, ac-
clamaſſe,piglia,amazza,&c. & tamen cæteri di
uerſum affirmant,nec audiuiſſe niſi vocem acela-
mantis piglia,&c.idem dictus Simon atteſtatur
pagina 65.

Quarta,negat Raphael Illuſtriſſimum Domi-
num actus feciſſe,& verba protuliſſe pro defen-
ſione Veronenſis ante eccleſiam, & tamen fir-
mat Simon per eum verba prolata, inferentia
non mortem,ſed illius tutellam,ideſt,ſtate indie
tro,ſtate indietro.

Quinta,negat Raphael ſe aliquem, qui facto
interuenerit,alloquutum de hoc caſu, & tamen
ſatellites ſocij atteſtantur ipſum ſibi ipſis factũ
integrum enarraſſe,& citra uulnera, & delictum
Illuſtriſſimi Domini Caroli.

Sexta,ſuper generalibus concludit, non eſſe
partium inimicum,& tamen fuit ob latrocinia
diuerſa ex domo patris Illuſtriſſimi Domini Ca
roli expulſus,& incarceratus.

Cum itaque non veriſimilia, ſed falſa depo-
nat,& varia, concludo nullam huic teſti fidem
adhibendam.

Duodecimo, eius dictis obeſt,quia inuicem
repugnant depoſitis,etiam in tortura per alterũ
98 Simonem fiſci teſtem,vnde ſi non † punitur, ſal
tem,nemini credendum arbitror,Boſi.tit.de fal
ſi num. 24. Clar.in §.falſum, verſi.conuincitur,
* referens illam communem, * quòd uterque etiã
puniantur,ex Aret.conſi.73.num.3.Boſi.tit. de
tortur.teſti.num.35.

Tertiodecimo, cognoſcitur hunc infamem te-
ſtem tàm enixè,concludẽter,affectate,& animo
iniquo omnia concludere cõtra hos inquiſitos.
99 ut ſe ipſum ex ſola inſpectione dicti ſui † ſuſpe-
ctiſſimum reddat, quod in ſimili caſu anima-
duertit Iaſ.conſ.167.num.1.in fi.& num. 7. uol.
4.Deci.conſi.256.num.2.

Quartodecimo,dat alios Commilitones, &
præfectum Beroariorũ in conteſtes, qui tamen
præſentes nihil audierunt, uidentur depoſita
100 per iſtum,non mirum ſi † depoſitio efficitur ſu-
ſpectiſſima,Grammat.conſi.28.nu.28.& conſi.
31.num.8.Cæphal.conſi.233.nu.24.vol.4.

Subſequitur depoſitio Simonis in tormentis
firmata,contra cuius perſonam, & dicta, quàm
plurima iure obſtare conſpicio.

Primo,quia uocatus,& bis examinatus in iu-
dicio cum iuramento nihil deponit contra Illu-
ſtriſſimum Dominum Carolum, ſeu Illuſtrem
Dominum Hippolitum, imo illorum innocen-
tiam demõſtrat,propterea quicquid ipſe tertia,
& quarta uice in tormentis firmet, non oberit,
ſex de cauſis.

101 Primo,quia † dicto prima uice ſtetur iure cõ-
muni inſpecto, ut in hoc omnes conuenire ait
Didac. Couar. uariar. reſolut.lib.2.cap.13. poſt
num.8.uerſi.cæterum Boſi.tit.de oppoſit. cõtra
teſtes.num.5.& 6.Laurent.Chircou.com. opin.
* cent.4.conclu.79.per totam,ubi de * communi.
poſt Deci.conſi.175.num.7.in fi.Gram.uot.34.
num.11.Cæphal.conſil.233.& 234.Bertazzol.
conſi.70.num.27.tom.2.conſi.crimin.in fol. &
ibi Merenda conſi.88.num.32.& ſeq.Clar. in §.
fi.crimi.q.53.uerſi.quartus eſt caſus.

Secundo,cum id pręcipuè habeat,locum ſtã-
102 te † geminata,& reiterata depoſitione teſtis,in
gratiam inquiſitorum,ut in terminis conſidera-
bat Deci.conſi.189.num.12.

103 Tertio,eo quòd non ſtetur † ſecundo dicto in
tormentis contra primum iuratum in cauſis cri
minalibus,Deci.ubi ſupra,& Aymo Crauc.con
ſil. 6. nume.46.9 ſecundum dictum in tormen-
tis contra primum iuratum,nec indicium ad in
quirendum facit,ex Deci.Rui. Alciat. & Gram.
probatis à Bertazzol.d.conſi.70.ſub nu. 27.

Quarto, minus ſecundum attenditur, ubi te-
104 ſtis alias exceptiones patiatur,quia tunc † pri-
mum etiam extra tormenta pręualeat,Aymo d.
conſi.6.num.54.uerſi.6.reſpondeo,refert Ant.
Gabriel.commun.opinio.lib.7. crimi. concluſ.
26.num.10.& 12.

105 Quinto,†primo dicto ſtatur, non ſecundo in
tormentis,ubi quis de ſe ipſo,ac alias,ut hic, in-
terrogatur,Deci conſ.175.num.8.& 189. num.
* 10.ubi de communi, * quam ſequitur Rolan. à
Valle conſi.16.num.23.uol. 1.Lauren. Chirco.
commun. opin. uerbo teſtis concluſ. 7. Anton.
Gabriel.lib.7.crimi.concluſ.26.num. 4. Cæph.
conſi.233.nu.14.& 234.nu.10.uol.2.

Sexto,cum primo diligenter fuerit examina
tus, Simon,nec ceſpitauerit amplius, non erat
505 interrogandus, & † teſtis ſine cauſa repetitus
minimè probat l.fin.C.de teſt.Deci.conſil.175.
num.8.in prin.uerſi.& per hoc reſpondetur,Cę
phal.d.conſi.233.num.18.uolum. 2. ex quibus
reſoluebam primum illius dictum omnino ob-
ſeruandum.

Secundo,non ſolum id in iudicio,ſed in loco
107 tormentorum prima uice,(ſic tortus † præſum-
ptiuè. Quod prima uice prohibitum erat Marſ.
in §.expedita in prin.)ac ſecunda uice per horã
uerè tortus,cum ſticchis inter digitos manus,fa
ctum narrauit citra ullam uariationem,nihil cõ-
tra dictos Reos inquiſitos deponens, qua de re
illi dicto omnino ſtandum uenit,quia ſi attendi-
tur, quamuis extra iudicium primo loco id faſ-
ſus fuiſſet,quanto magis ſi bis,geminataque ui-
ce,ac in tortura primum confirmet,dictum,ex l.
ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adulter.
Rom.ſingul.808.Cæpol.conſil.60.nume.17.in
fi.& num.20.

Addo,& ipſum idem tertia uice in tormentis
acriter illatis confirmaſſe pagi. 63. dum depoſi-
tus a fune,reſpõdet, ſignor non sò che dire. ſed
denuo eleuatus, ſic quarta uice tortus cantilenã
illam nugis,falſitatibus,& contrarietatibus ple-
nam enarret,

Tertio iniquè, certè,& iniuſtè Simon tortus
etiam

etiam prima vice fuit, ex regula, q teſtis, liber ho
108 mo † regulariter non torquetur, niſi vacillet,
vel conuincatur de mendacio, dum negat facto
interfuiſſe, cum interuenerit, vel aliàs ſponte
ad teſtificandum accedat, Bart. & Marſ. in l. ex li
bero. ff. de quæſti. Marſi. in fi. poſt Bar. in l. vnius.
§. teſtes torquendi. ff. de quæſt. tradunt crimina-
liſtæ, Brun. tract. de indi. & tortur. 1. par. 4. quæſ.
num. 7. Gandi. Ghirland. & cæteri relati à Car-
rer. in ſua praxi, verbo obſeruare curabis. num.
180. Boſi. tit. de tortur. teſtium in prin. nume. 8.
10. & 13. vbi de communi * Matthæ. de Afflict.
conſt. Sicil. lib. 2. rubri. 31. proſequentes. nu. 8.
Anton. Gomez. tom. 3. uariar. reſolut. capit. 13.
nume. 29. duobus tantum caſibus torqueri ſcri-
bens. non enim Simon negauerat facto interue
niſſe, nec conuincebatur de mendacio legitimè
per duos teſtes, nec vacillabat, torquēdus, ideo
non erat. Minus ex dicto tantum Raphaelis, ſa-
tellitis, cum ex depoſitione vnius ſolum, niſi ſit
omni exceptione maior, & dignior teſtis, quis
109 non cōuincatur de † mendacio, Bar. in l. unius
§. ludex. ff. de quæſt. Boſi. vbi ſupra nu. 10. & in
tit. de indic. ante tortu. nu. 37. Marſil. in l. vnius.
§. teſtes torquendi. num. 1. ff. de quæſt. ſubdens
duos teſtes in remotis à maleficio, vt hic, requi-
ri, & magis Simoni, quàm Beroario credēdum
erat, & huic potius tortura infligenda, Marſil. §.
crepidata. num. 49. vel ſaltem ambobus. Cępol.
d. conſi. 60. nu. 11. in fi. ſeu nemini credendum,
110 præcipuè, quòd illa † variatio, an ab initio te-
neret Simon legatum Veronenſem, vel ne non
reſpiceret ſubſtantiam negocij delicti principa-
lis, not. Bart. in l. eos. ff. de falſ. Boſi. ex * commu-
ni tit. de tortur. teſtium. nu. 30. & 33.

Quarto iniuſtiſſiè, & contra pietatem, ac hu-
manam caritatem tertia vice fuit ad funem poſi
tus, eleuatus, ac acriter tortus. nam ſi prima vice
nullis indicijs cōtra eum extantibus, & in loco
tormentorum, & demum in vera tortura exami
natus, ſemper in vnica depoſitione perſtitit, quā
to inquius tertia vice acriter quæſtioni traditus
fuit, cum nec variaſſet, nec contra ipſum noua
ſuperueniſſent indicia? hanc enim torturā iudi-
cio meo contra oīa iura, & leges illatā agnoſco.

111 Primo, quia regulariter † teſtes non torquen-
tur, niſi in caſibus ſupradictis. d. l. ex libero. ff. de
quæſt. l. vnius. §. teſtis. ff. de quæſt. Brun. de tortu.
quæſt. 4. nu. 4. & ſequen.

Secundo, non repetitur teſtis ſæpius, & ſine
cauſa repetitus non probat l. fin. C. de teſtib. l. p
duci. vbi Flor. C. de teſt. Fulgo. conſil. 134. col. 2.
Deci. conſi. 189. num. 19.

112 Tertio, vbi in facto quàm plurimi † teſtes in-
teruenerunt, non omnes ſunt torquendi, ſed
duo tantum, vel tres, Bal. & Alexan. in d. l. ex li-
beris. ff. de quæſ. Boſſius, tract. de tortura. nu. 45.
Brunus eodem tractatu de tortur. 4 principal.
quæſt. num. 8. eſt enim refrenāda tortura. l. quo
tiens. C. de naufr. lib. 11. Carrer. in l. obſeruare
curabis. num. 180. video tamen in hac cauſa te-
ſtes quamplurimos carceri mācipatos, territos,
ſpoliatos in loco tormentorum, leuiter, & quan
doque acriter tortos.

Quarto, teſtis non torquetur, niſi indicia cō-
tra eum de veritate occultanda, ſupprimendaue
113 appareat, imo † tortus aliter, & confeſſus non
probat, nec ei creditur. Bart. in l. 1. §. quæſtionē,
& in l. 1. §. idem Cornel. ff. de quæſt. ſcribit Bald.
in l. milites. C. de quæſt. Brun. d. tract. de indic.
& tortur. num. 12. Deci. conſi. 189. num. 19. ver-
ſic. & quia.

114 Quinto non torquetur † teſtis, qui ſimpliciter
confeſſus non faceret aliàs indicium ad torturā
contra Reum principalem, quia eſſet in habilis,
vel non omni exceptione maior, ita Bart. in l. 1.
§. ſi quis dicatur. ff. de quæſt. quem refert Brun.
eodem loco 4. quæſt. num. 10. Carrer. vbi ſupra
num. 180. verſi. nota vnum, quod ad Simonis p-
ſonam adaptatur.

115 Sexto, ſemel † tortum reum vel teſtes iterum
torquere non conuenit, niſi noua, & grauiora
primis ſuperuenirent indicia, vel non omnia
priora purgaſſet. l. repeti, vbi Marſil. in princ. ff.
de quæſt. Bart. in. l. 1. §. vnius. ff. de quæſt. adnu-
tas non repeti, vbi non ſunt multum vrgentia.
Bald. conſi. 276. lib. 1. Pariſ. conſi. 148. nume. 2.
vol. 4. Boſi. tit. de mand. ad homicid. num. 31. &
ſeq. Laur. ab Oꝛca conſi. 60. num. 70. tom. 2. cri-
min. in fol. Eman. Soarez. recept. ſentent. verbo
tortura. num. 281. Campeg. regul. de teſtib. 440.
* Immo ex ſententia ** communiori, non repeti
tur, niſi noua ſuperueniant, & ſi priora fuiſſent
grauiſſima, modo ſit ſemel tortus, refert Anton.
Gomez. uar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 16. ver-
ſic. item. Iodoc. Burg. Enchir. crim. cap. 35. de re
petitione quæſtionis, & torturę, & in teſte, quòd
non repetatur, niſi variauerit Angel. in l. fi. C. de
quæſt. ſubdens eo loci Cynus, Iudices repeten-
tes torturam, non habere nec Deum, nec legem
præ oculis, quod in propoſito teſtiū notat Grā
mat. conſi. 21. num. 18. & 19. dicens, depoſitio-
nes teſtium abſque indicijs tormentatorum, ni-
hil valere, idem voto 6. nume. 9. & ſequen. poſt
Alexand. conſi. 5. num. 5. cum Apoſt. uol. 1. De-
ci. d. conſi. 189. num. 19.

Hinc noſtrates adnotant, quòd ſi tortura in-
feratur, non præcedentib. indicijs, uel ultra mo-
116 dum, uel in repetitione ſine cauſa, † teſtis con-
feſſio, etiam milies poſtea ratificata, nulla pœni
tus exiſtat contra Reum principalem, ac contra
ſe teſtem proprium, & ſi eſſet ratificata in termi-
nis Grammat. d. conſi. 21. num. 18. 19. & ſeq. &
d. uoto 6. num. 15. 16. & ſeq. Deci. d. conſil. 189.
num. 18. & 19. Carrer. in d. l. obſeruare curabis
num. 181. & 189. in fine Anton. Gomez. d. cap.
13. num. 25.

Quinto, principaliter dico admiſſa pro nunc
ualiditate torturę, cum Simon tamen uarius exi
ſtat, tam ſibi contrarius, atque periurus, eo q ter

tia.

tia, & quarta vice deponat, quæ in primis cōſti-
117 tutis negauerat, nulla eſt eidem † fides adhibenda. l. qui falſa. ff. de teſtib. l. eos. ff. de falſ. Alexan. conſi. 20. num. 3. & 8. vol. 4. in propoſito Deci. d. conſ. 189. num. 12. in fi. Grammat. d. voto. 6. ſub num. 15. & 16. vel magis prioribus dictis, q̃ vltimis etiam in tortura, ſtetur præcipuè, q̄ iſte teſtis alias inhabilitates patiatur. Aymo conſil. 6. num. 51. ponit Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib. 6. de crimin. concluſ. 26. num. 12. & dixi ſuperius.

118 Sexto, † veriſimilius videtur primum dictum Simonis, ſtantib. præcipuè depoſitionibus aliorum teſtium fiſci inferius conſiderandis, quod inde præferetur ſecundo, etiam in tortura confirmato. Abb. in c. cum in tua. num. 9. de teſtib. Bald. in l. 3. C. ad l. iul. de adulter. Socin. ſen. cōſi. 253. in prin. vol. 2. Cæpol. in teſte conſi. crimin. 60. num. 19. Paul. Merend. conſi. 88. nume. 32. tom. 2. crim. in fol. Anton. Gabriel. d. concluſ. 26. num. 3. & 4. vbi cæteros allegat, & ſtante hac veriſimilitudine Simon torqueri non potuit, Blac. in l. fin. num. 36. ff. de quæſt. Paul. Meren. conſi. 88. num. 33. tom. 2. crimi. in fol.

Septimo, repugnāt nonnulla dicta Simonis directè depoſitis per Raphaelem, neutri itaque
119 † credendum, Ioan. Andr. Butr. Felyn. & cæter. in c. in noſtra. de teſtib. Alexan. conſi. 18. num. 7. in fi. vol. 1. & 143. num. 1. & 2. vol. 2. dixi ſupra
* ex communi, * verſi. 12. & in vlt. Eman. Soarez. recepiar. ſentent. verbo teſtis. num. 188. contrarijque ſunt.

Primo in verbis prolatis ab Illuſtriſſimo Dño Carolo, piglia, piglia, amazza, amazza.

Secundo in retentione, & relaxatione Veronēſis ligati, cum vnus in tormentis neget, quod alter affirmat.

Tertio, in vulnere illato Veronēſi proſtato in terrā, cum Raphael affirmet, quod Simō negat.

Quarto, Simon ſigna defenſionis Veronēſis deducit, dum dictus Illuſtriſſimus Dominus acclamabat, ſtate indietro. quod negat Raphael.

Quinto, iſte ait Rappaelem auxilium petijſſe pro retinendo captiuo Veronenſe, dicendo aiuto, aiuto, quod tamen Raphael negat.

Octauo, quamplurimas falſitates in eius dictis vi tormentorum ſubnectit, ideo aſpernēdus pœnitus, vt ſcripſi ad Raphaelem.

Prima eſt, quòd Illuſtriſſim* Dominus Carolus fuerit præſens, cum capti exierunt eccleſiam, vel ſacratum Sancti Franciſci, quando tunc aſſocibat Capitaneum iuſtitiæ, & obuiam ſolum captis fecerit in loco diſtante ab eccleſia per ducētum perticas, nempè pœnes domum illorum de Arriuabenis. quod teſtes fiſci confirmant, & id probatur manifeſtè ſeptem teſtibus, videndis, pagin. 458. 462. 466. 470. 536. 544. 573.

Secunda eſt falſitas, cum Illuſtris Dominus Hippolitus nunquam obuiam fecerit Barigello, & militibus enſem eleuando cum illa uerborum prolatione, puttana, &c. voglio ſtellarli. ab ipſoque, & alijs fuerit prohibitus. ſomnium enim eſt ut deponit Barigellus pag. 4. fac. 2. 204. 210. atteſtans vicibus geminatis nullibi id factum, nec ſimilia verba, præcipuè à dicto Illuſtri Domino prolata. Quod confirmat Innocentius miles pag. 88. certo inquam neminem aduerſus Barigellum, & captos ſe oppoſuiſſe, nec alloquutum fuiſſe, dum exibant eccleſiam ſancti Franciſci, idem ait Antonius Boniſolus miles pagin. 213. aſtruens negatiuam, quia ſi id dictum fuiſſet, tanquam uicinus audiuiſſet. imo falſitas expreſſius demōſtratur ex dicto Circuli Beroarij pag. 391. atteſtantis audiuiſſe Illuſtrem Dominū Hippolitum tunc cum exiret ſacratum, dicentem contra Veronenſes, non dubitate, che non ſarete offeſi, adeo quòd pugnant inuicem dictis per Simonem, nec concordari poſſint.

Tertia falſitas, q̄ Illuſtris Dominus Hippolitus ſecunda uice præſente Illuſtriſſimo domino Carolo dixerit pœnes domum Lodronæ, ſe uelle dictos Veronenſes trucidare. etenim in dicto loco nunquam fuerunt ſimul, nec niſi, nec alloquuti eo mane, & tempore, cum ſolum obuiam feciſſet prima uice. demum ſimul inceſſerunt pœnes domum Arriuabenorum, diſtātem a Lodona per ſagittæ ictum, & ferè ſtatim, cum delictum conſumatum fuit, ut ex probatis conſtat, ad dictam enim domum Lodronæ nunquā peruenit, nec dictus Capitaneus, nec Illuſtriſſimus Dominus Carolus, ut hæc omnia plenè concludunt teſtes quamplurimi. num. 11. Videlicet 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. & 20. examinati ſuper tertio, ſexto, & ſeptimo capitulis, & in margine dictorum capitulorum deſcripti, quę omnia cōcludenter probant, maximè pag. 458. 460. 463. 466. 505. 5 4. 543. 546. 571.

Quarta falſitas, quòd dicti Illuſtriſſimus, & Illuſtris Dominus dixerint ſimul, dimiſſo Domino Capitaneo iuſtitiæ per ſpacium ferè perticarū uiginti, ſono quà queſti &c. ammazzamoli, &c. quibus fuit reſponſum, ut per eum.

Hoc enim minimè uerum eſſe poteſt, cum dimiſſo Domino Capitaneo, eodem ferè momento rumor fuerit excitatus, ut probatum apparet ſuper octauo capitulo, nec id audiuerit Barigellus, & alij milites, quos potuiſſe audire dictus Simon recenſet. imo ſubdit Barigellum id audiuiſſe ob reſponſionem factā, Videlicet, ſignori andate là non diſconcertate li ordini, quod Barigellus fiſci teſti mendacium expreſſum, & falſitatem eſſe abſolutè contendit.

Quinta adijcitur, quia uidit Dominū Agnellum ueſtibus albis indutum vulnerantem Veronenſem, & tamen conſtat relatu omnium, & dictis teſtium per eum examinatorum, ac fide Domini Zibramētis, & Circuli teſtis fiſci pag. 393. nigro colore tunc veſtitum.

Sexta, inquit, ſi partì il Signor Carlo dal Sig. Hippolito, & ſi ſparpagnorno pag. 355. tamen

omnes

omnes alij dicunt, q̃ antecedebãt illos, vt ſupra.

Septima ait ſe nunquàm offenſum ab illuſtriſsimo Domino Carolo, qnod eſt falſum, cũ multis vulneribus cauſa cuiuſdam lenocinij ad eo percuſſus fuerit, vt teſtes inquiunt.

Nono non ter, & quater iſte teſtis variat, ſed toties ferè, quoties interrogatur quarta, & quinta vice. & adeo inconſtans eſt in tormentis reiteratis, vt meo iudicio primum ſolum illius dictum in gratiam Inquiſitorum verum, & veriſi-
120 milius arbitrer, prout & primo dicto † teſtis variantis iurato ſtetur, licèt ob variationem de-
* bile remaneat, communem * ait Anto. Gabriel. lib. 7. crimin. concluſio. 29. in primo. Nonnullas tamen variationes recenſebo, vt videat eximius Iudex, quàm manifeſtè omnia metu, & impatientia tormentorum depoſuerit.

Prima, verba ꝓlata ab Illuſtri Domino Hippolito, & enſis eleuationem erga milites, & captos in exitu eccleſiæ, ait occurriſſe pag. *66.* demum alia vice inquit, dum ſacrato in viam publicam tenderent, pag. 354.

Secunda, reſponſionem Barigelli, quòd nõ ſęuiret in captos factam, inqnit erga Illuſtrẽ Dominum Hippolitum eo loci, poſtea neſcit an ipſum, vel alios omnes alloqueretur, & vltimo loco ſubiũgit in effectu verſus dictum Dominum fuiſſe prolatam.

Tertia, ſæpius deponit Agnellum veſtibus albis indutum, poſtea ſuper interrogatorijs, & cõfrontatus ait credere. q̃ talis eſſet, nec affirmat ipſum alibis indutum.

Quarta, in prioribus cõſtitutis firmat Dominum Hippolitnm dixiſſe, il Gorno mio cugino, at in poſterioribus neſcit pręciſè an id dixerit.

Quinta, modo nominat aſſociantes inquiſitos, modo ait eos neſcire ob perſonarũ, & gentium conf.ſionem.

Sexta, cognouit duos Illnſtris Domini Hippoliti vulnerantes Veronẽſes, & tamen parum ſupra deponit non potuiſſe diſcernere, qui cum illo eſſent.

Septima, vidit captiuos fugam arripere pagi 38. & ſtatim non vidit, niſi vnum. Multa alia poſſent conſiderari, quę conſulto omittam, cũ ſufficiant hæc ad dictum Simonis pęnitus reiiciendum. & annullandum.

Decimo, miſerrimus Simon vi tormẽtorum det multos in conteſtes. qui aderant in loco, nõ tamen viderunt, nec audieruut quæ ipſe deponit, & ſi debuiſſent tanquàm præſentes, omnia ſcire, quemadmodum ipſe. propterea redditur illius teſtimonium veldè ſuſpectum, quando nominati inconteſtes nihil ſciant, Gram. conſ. 28. nu. 28. Cephal. conſ. 133. num. 24. vol. 2.

Vndecimo, principaliter perſona Simonis reijcitur, cum ſit pauper, & dixi ſupra ad alium teſtem verſi. ſeptimo Raphael.

Duodecimo, eo q̃ illius infamia in ciuitate adeo nota ſit multis de cauſis enarratis per teſtes nomine Inquiſitorũ examinatos, præcipuè ſuper capitulo quartodecimo Illuſtriſſimi Domini Caroli, per quatuor teſtes multum concludenter deponentes à pagi. 437. ad 452. & ſuper capitulo ſeptimo Illuſtris Domini Hipoliti plenè probato reſtibus, vt nec ferè ad inquirẽdum ſufficeret, non enim iuris tãtum, ſed facti, & omni prorſus infamię vitio laborat. Dixi ſupra verſic. octauo teſtibus.

Tertiodecimo, leno eſt publicus, ac vulneribus plurimis percuſſus aliàs à dicto Illuſtriſſimo Domino Carolo, vt inquit idemmet teſtis, qua
121 de re vtroque reſpectu repellendus, cum † lenones ſint legibus exoſi, Auth. de lenon. & inidonei teſtes, Ioan. Turr. conſ. 81. nu. 56. tom. 2. conſi. crimi. in fi. rurſus iuſta cauſa inimicandi repellat teſtem, Innoc. in cum i. & 2 de re iudic. Sal. in auth. ſi teſtes. in fi. C. de teſtib. Crot. de teſtib. part. 3. nu. 110. & leuis etiam inimicitia fidem teſtimonij diminuat. Campeg. regul. 23. de teſtib. fallen. 7. cum vulgaribus.

Quartodecimo, cognoſcitur. dum interrogabatur in tortura ipſi per iudicem nominatam nobilium virorum fuiſſe ſuggeſta, atque ſuppo
22 ſita: qua de re illius † confeſſio, & nominatio non nocet, tanquàm per ſuggeſtionem emiſſa, ita Gram. vot. 34. num. 12.

Ex quibus omnibus ſingul iunctis, cõſtat manifeſtè, nullam eſſe fidem adhibendam Raphaeli, & Simoni aduerſus inquiſitos.

Tertio, principaliter infero Inquiſitorum innocentiam ex dictis teſtium Fiſci deſumi.

Primo, apparet tempore, quo conducebant ad carceres captiui, fuiſſe tumultuatim auditos immenſos clamores cædem, & ſanguinem ſperantes, emiſſaq́; quàmplurimas voces à populo, & multitudine plebis, ac gentium ibidẽ aſtãtium, & aſſociantium milites in hæc, vel ſimilia verba, Meritarano queſti Veroneſi eſſere amazzati, traditori & c. ah Mãtoani amazza & c. ſono aſſaſſini, traditori, & ſe non ſe li prouede & c. ne amazzerãno in caſa di lor proſuntione. Quòd atteſtantur Fiſci teſtes repeti, præcipuè dictus Raphael pagin. 363. 366. Simõ pag. 351. Circulus pagin. 388. Bernard. pagin. 416. Illudmet atteſtãtur teſtes examinati ſuper primo capitulo illuſtris Domini Hippoliti, nempè 17. pag. 481. 489. 522. exculpans eum, quia ipſe protulit hæc verba, A furore pupilli libera nos Domine. In qua gentium multitudine acclamante illuſtriſſimus Dominus Carolus non aderat, dum alia via cũ Capitaneo incederet, & ſtatim obuiã factus ex improuiſo, & caſu, ut dicũt teſtes illuſtri Domino Hippolito cũ eo antecederet illos per paſſus triginta, & ſi ferè in aduentu illius rumor euaſerit, quod & firmat teſtes illuſtriſſimi Domini Caroli ſuper 2. & 3. ac illuſtris D. Hippoliti ſuper ſecundo capitulo car. 486. 489. & 519. ibi, à furore pupilli libera nos Domine. 545. ac in ſpecie Barigellus, & alius pro illuſtriſſimo D.

Carolo

Carolo repetitis pag.458.466.& ſeq.immo di-
cunt tam grandem tumultum, & populi furorẽ
talem extitiſſe, quòd nec ipſe Illuſtriſſimus Do-
minus cum quingentis militibus reſiſtere po-
tuiſſet, vel impedire homicidium, vt concludũt
teſtes ſuper interrogatoriis pagi.460.465.468.
472.559.546.& ſequen.575.
Qua de re non eſt præſumendum contra di-
ctos nobiliſſimos Equites ſanguine, moribus, &
virtutibus claros, ſed potius à populo, & tumul-
123 tuariè † delictum illud per laſciuiam, & inſo-
lentiam patratum fuiſſe, ex illa numeroſa popu
lari ſeditione, turbulentave multorum commo-
tione in dictos priuatos Veronenſes facta, arg.l.
item apud Labeonem, §.1.& §.conuitium.ff.de
iniur.§.1.Inſtit.de iniur. Igne. declarat in l.1.§.
hoc reſcriptum, nu.54.ff.ad Senat.conſ.Claud.
124 Quod delictum in † rixa multorum factũ pro-
babiliter, à quo factum ignorari ſolet. Oldr. poſt
Bald.in l & cum exceptione, §.ſup verbo, Igno
rantiam.ff.quod met.cauſa. Franc. Marc. deciſ.
Delphin.764.num.5.part.2.
Hinc ſequitur, non omnes præſentes inquiri,
125 & puniri, cum † multitudini per laſciuiam par-
catur. & pro impetu accidentali, ſed ſolum inci-
tatores capita popularis cõmotionis, & delin-
quentes, ſeu manus polluras, & ſanguine fœda-
tas habentes puniantur. Glo. in cap. latores. de
cleri.excom.min.Ioan. Andr. & Fely.in ca.fin.
de teſte cogend. Bar.in l.capitalis, §.ſolent qui-
dam, ff.de pœn. Felyn.in l. dilectus, de offic. or-
din.Nicol.Boer. tracta. de ſeditioſis, 7. præſup-
poſito.num.24.26.& ſequen. 34.38.52.& 53.
ſubdens quatenus omnes alij deliquerint aſſi-
ſtentes pecuniariter tantum puniri, Igne.dicto
§.hoc reſcriptum, num.27.Capici.deciſio.130.
num.3.& 5.Alex.in conſi.111.in fi.vol.1.non
enim ex tumultuario delicto, ſeu ſeditione caſu
excitata ex acclamationibus, impetuoſiſque
ſermonibus, puta, Amazza, amazza, &c. vel ſi-
milibus infligetur pæna pro ſeditione, niſi pro
betur principaliter tractatu præcedente tumul-
126 tum eueniſſe, & de perſonis † tumultuantibus
conſtet, ut in caſibus Grammat. vot. 19.Natta
conſi.239.& 240.lib.2.ac ſuper ſtatuto Mantuę
rubrica, de ſeditioſis.Iaſ.conſi.167.art.1.vol.4.
Dec.conſi.556.quos refert Clarus §.fin.crimin.
quæſt.68.verſi.ſeditiones.
Ar hic de principalibus conſtat, & diſtantia
inquiſitorum itaque illi tantum punientur, non
iſti, & alij ibidem aſtantes, cum multitudo mille
hominum, & vltra inquiri debuiſſet, nec punian
127 tur pro † populari crimine, niſi ij, de quibus
certo conſtiterit, & de ijs cõuicti fuerint, Iodo.
Burgenſ.in enchirid. crimi. cap. 63. de ſeditio-
nibus, ſub nu.4.& 5.Boſ.titu.de ſeditioſ. docens
quem, nec primum, nec quintum eſſe debere in
propalando id, quod tumultui cauſa præbet,
tradit tit.de crim.læſæ.num.17.
Secundo, quatuor fiſci teſtes pagin.209.389.
406.407.& 415.concludunt, credere homici-
dium illud ex tumultu populari odio concepti,
& mortẽ Gorni occurriſſe, magis quàm ex tra-
ctatu, participationeque reorum de Gonzaga,
& iſtis teſtibus ſummopere credendum eſt, tum
quia fiſci, tum quòd teſtimonium credulitatis
ad defenſam iure ſubſiſtat, Marſil.conſi.24.nu-
me.33.& ſingul.19.poſt Alexand.conſi.78.ad
fin.& conſi.109.vol.1.probat Crot.tract.de te-
ſtib.3.par.nu.83.Campeg.regul.de teſtib.209.
verſi.nono fallit.
Tertio affirmat pag.408.Excellens, & conſul
tiſſimus Dominus Doneſmondus, qui in facto
ferè continuè interfuit, ſe tenere iſtos nobiles
viros, & probos minimè delictum eis impictum
perpetraſſe, cui ſoli, credi debet, quia fiſci teſtis
exiſtat, & vir adeo dignus, probatæ vitæ, & ſciẽ
128 tia legali præditus agnoſcatur, vt ipſi † etiam
vnico fidem præſtari conueniat. cap. nobiliſſi-
mus, vbi Glo.& Archidiac.96.diſtinct. Gram-
mat.conſi.13.num.15.Zaſ.conſi.15.in princip.
volum.1.refert Anto.Gabriel. lib.1.de teſtibus
concluſio.1.num.43.cum ſimilibus. ita vt citra
probationes proprias inquiſitorum, qui id
etiam quàmplurimis teſtibus comprobant, in-
nocentia illorum ad hæc teſtibus fiſci demon-
ſtretur.
Ex quibus quarto, & vltimo principaliter in-
fero, quòd etſi nonnullæ coniecturæ, præſum-
ptiones, indiciave reſurgerent contra hos nobi
liſſimos viros, tot tamen, & tales, vehementeq;
probationes pro eorum iuſtitia, innocentia, &
animi bonitate exiſtant, vt certò certius redda-
tur, & nedum clarè euidenter, & plenè, ſed cla-
riſſimè, euidentiſſimè, atque pleniſſimè, ipſos
fore abſoluendos, ex doctrina Barto.in l.1.§.ad
quæſtionem, cum apoſtill.ff.de quæſtio. Marſil.
conſ.51.num.45.vol.1.Corn.conſ.198.nu.23.
vol.2.Grammat.conſ.44.num.12.ac vot.3.nu-
me.12.13.& ſeq.vot.34.nu.18. Gabriel. conſil.
187.num.9.& 10.Ioan.Turr. d.conſ.81.nu.16.
& 8.1.2.crim.in fol.
129 Euidentior aque ſigna † innocentiæ ſunt.
Primo, ſanguinis claritas, Gramma.deciſ.23.
num.9.& dixi ſupra.
Secundo, vitæ præcedentis, & morum quali-
tas, Gram.conſi.37.num.13.
Tertio, non ſolitum ſimilia committi, Corn.
conſi.198.num.23.vol.2.
Quarto, præſentatio ſpontanea ad carceres,
Boer.deciſ.315.num.17.& ſeq.& ſupra.
Quinto, bona fama, Aemil.conſi.52.num.7.
& ſupra.
Sexto, fuga non ſequuta, Alex.cõſ.453.nu.5.
Septimo, ordo facti, tempus, & ſuperuenien-
tia Illuſtriſſimi Domini Caroli, qui caſualiter ſe
obuiam tunc fecit Illuſtri Domino Hippolito,
vt in terminis inquit Corn.conſi.198.num.26.
& 27.volum.2.
Octauo, prę ſumptio legis in dubio nõ prępſumi.

delictum aſſiſtentiæ.Cæpol.conſi.1.num.9.
Nono,diſtantia à loco delicti ,Lucius conſi.
168.num.9.& ſequen.tom.1.crimin.
Decimo,teſtes,qui viderunt delinquentes, &
nõ iſtos,quos,ſi adfuiſſent,vidiſſent,Plazea epi-
to.delict.cap.16.num.12.
Vndecimo,fama delictum à populo,non ex
tractatu ſequutum,Natta conſi.473.num.2.
Duodecimo ,inimicitiæ quam plurimæ Ve
ronenſium interfectorum,Luci.dicto conſ.168.
num.28.
Tertiodecimo , numeroſa multitudo teſtium
nihil contra hos nobiles deponens,Aleiat.con
ſil.468.num.5.
Quartodecimo,opinio teſtium fiſci,iſtos eſſe
innocentiſſimos,Gram.conſi.13.num.15.
Quintodecimo,nullus tractatus inter eos præ
cedens,nec alloquutio.Pariſ.conſi.152.nu.30.
& ſequen.vol.4.
Sextodecimo,odium propter Gorni amici-
tiã particulare delinquentium in Veronenſes oc
ciſos,Alciat.conſi.468.num.4.
Decimoſeptimo,via iuris,& uindictæ publi-
cæ per reos electa,Alba conſi.46.
Decimooctauo , notitia eorum,qui interue-
nerunt actu in delicto impetu commiſſo , Luci.
conſi.168.num.38.tom.1.
Decimonono,nulla probatio diſtinctè per fi
ſcum facta in hoc caſu , Iodoc.enchir. crimin.
cap.63.num.5.
Vigeſimo,teſtes fiſci credentes impetu popu
li,ex odio communi trucidantes magis , quàm
priuato reorum,Marſi.ſing.19.
Vigeſimoprimo , falſitates,cõtrarietates , ac
variationes duorum fiſci teſtium , & inhabiliũ,
Aim.conſi.6.num.66.
Vigeſimoſecundo , regula in dubiis facien-
dum reo pro reo pronuntiandum,& teſtibus in
fauorem reorum credendum magis , quàm cæ
teris contrarium deponẽtibus.Marſi.conſil.51.
num.41.vol.1.& conſi.2. in prin.
Multa quidem,& infinita propriè deduci poſ-
ſent,quæ conſultò omittam,cum ex præceden-
tibus liqueant omnia ad victoriam , & reorum
abſolutionem.
Reliquum eſt , vt cõtraria diſſoluantur,& par-
ticulariter reſpondendo,dico.
129 Primum,non obeſſe, eo quod † aſſiſtentia non ſit
punibilis , niſi per fiſcum probetur tractatus ,
ſcientia,& dolus aſſiſtentium, Pariſ.d. cõſ.152.
nu.30.& ſequen.vol.4.Plazea epit.delic.ca. 16.
lib.1.num.10.Horat.Luci.conſi.168.nume.41.
tom.1.conſi.crimin. in fol. & annotaui ſupra in
quarto præſuppoſito.
Secundo,conſtat teſtibus fiſci procul , diſtan-
teſque aſti.iſſe , cum delictum fuit commiſſum,
ita vt audaciores homicidias,& timidiores in-
terfectos reddere minimè potuerint,nec conſe
quenter puniantur , Carrer. in §. homicidium
autem,num.62.& 66.

Tertio,exculpantur à teſtibus fiſci, & aliis ab
eis examinatis,vt ſupra,atteſtantibus vidiſſe in-
terfectores,quos nominant,non tamen hos in
quiſitos,quos utique vidiſſent , ſi ibi aſtitiſſent,
Angel.in authen.de teſtibus,§.ſi vero abſunt in
propoſito.Petr.à Plazea epitom.delicto.ca.16.
num.12.& plerique , quos quiſque diligens à
noſtratibus petere poterit, quorum & antea me
minimus.
131 Quarto,† homicidiæ delictum ſine ipſis com-
miſiſſent,vt ait teſtis fiſci , nec ideo pro inſtiga-
tione,ſeu mandato rei ſunt moleſtandi.Cæpol.
conſi.27.num.22.Gramma.vot.6.num.20.Car
† rer §.homicidium autem , nume. 66.ex * com-
muni Bertazzol.conſi.70.num.14.tom. 2. cri-
min.in fol.
Quinto,in dubio , caſu , & non ex propoſito
ibi interueniſſe præſumuntur. Pariſ. dicto con-
ſil.152.num. 30.vol.4.Plazea dicto cap.16.nu.6
in fin.& creduntur potius ibi adfuiſſe , & animi
curioſitate vnà cum aliis de populo , ut in ſimi-
libus caſibus euenire ſolet , quàm mente male-
faciendi.Marſil.conſil.51. ſub nume.47.& ſub
num.55.vol.1.
Sexto alloquutio ad aures in præſenti ceſſat,
quia nec de ea,nec inimicitia conſtet,& tria ne-
ceſſario requirantur, vt ex ſecreta alloquutione
* mandatum delicti arguatur.Dixi ex * commu-
niori conſi.20.num.20.lib.1.
Septimo,& vltimo vigintiduo innocentiæ ſi
gna recenſita ſupra iura inquiſitorum adeò con
• fouent,vt omnia pœnitus in eos conſiderata de
ſtruantur,ex Corn.dict.conſi.198.num.23.uo-
lum.2.Grammat.vot.3.num.12. & 13.Marſil.
conſi.51.num.45.vol.1.
Secundum obiectum publicæ vocis,& famæ
tollitur diuerſimodè,ut in reſponſionib.ad quin
tũ principale indicium deduxi in ſpecie tamen.
Primo,quia non ſit legitimè , nec vt requiri-
tur formiter probata , Gram. conſi.42.& vot.
34.num.4.Dixi conſi.33.num.21.lib.1.
132 Secundo, non faciat indicium † ad torturam
* ex communiori, & • æquiori,vbi ſupra.& Ioan.
Turrium d.conſ.81.nu.49.
133 Tertio,concurſus † famæ diuerſæ , illum con-
tra hos nobiles ortam deſtruat. Roman. cum
apoſtill.conſ.281.num.5.Corn.conſi. 198.nu-
me.18.vol.2.in terminis Corn. conſ.198.num.
18.volum.2.
Quarto, fama bona ſpecialis hanc malam
eneruet,Gram.conſi.30.num.9.& 10.Dixi ex
* communi * conſ.110.nu.21.
Quinto,& vltimo,omiſſis cæteris,reſponde-
tur,ſtatutum exigere quatuor teſtes , qui depo-
134 nentes ſimpliciter de fama,at hic non ſunt † re-
petiti citatis reis quatuor teſtes, qui de hac va-
na uoce deponant,vt ex actis conſtat,nõ miru,
ſi locus ſtatuto ceſſabit , cum teſtis fiſci non repe
titus parte citata nullum teſtimonium exiſtat ,
* vulgata,• & vera eſt doctrina Bart. in l. fin. in ſ.

ibi

Digitized by Google

vbi Salicet.ff.de quæſtio.Marſil.in l. 1. nume. 7.
eodem titu.commune per alios dictum receſet
Fran.Viu com.opin.verbo,Teſtes non poſſunt,
Mendoſ.ad Rom.conſ.192.verbo,Iuramẽtum,
Catus conſi.99.num.29.volum.1.crimin. in 4.
Dixi cõſi.34.nu.5.& 24.lib.1.Bertazzol.conſi.
70.num.30.& alibi ſæpiſſimè.

Tertium minus repugnat.

Primò,quia teſtes ij, non ſolum non ſunt ha-
biles,ſeu omni exceptione maiores, vt requiri-
tur ad formandum indicium legitimum, & ſi
vnicus,vt Simon de viſu deponat, Marſil.dicto
conſi.101.nume.37.volum. 2. & dixi in primo
ſuppoſito.Verum multas exceptiones, inhabi-
litates,& quatuordecim defectus patiuntur tam
in perſonis, quàm illorum dictis, quæ ſuperius
adamuſſim enarrantur. Vt inde nec probatio,
nec indicium, nec vllæ coniecturæ reſultent, &
ſi inhabiles aliàs in cauſa admitterentur, Soci-
nus ſen. d. conſi.118. vol.1. Marſi. conſil. 102.
nu.11.vol.2.innuens,ex mente Socin.num.13.
annihilari dictum teſtis patientis plures defe-
ctus,ſeu prolationes, ſicut ex pluribus admini-
culis ampliatur. Et ſcripſi ſupra in princip.poſt
Turrium dicto conſi.81.nu.53.62.& 65.tom.2.
crimin.in fol.

Secundo, vnicus eſt teſtis de viſu, & contra
Illuſtriſſimum Dominum Carolum,qui iã con
trarius,falſus, infamis, defectuoſusque reperi-
136 tur,vt nec ei tanquàm † periuro eredendum ſit,
etiam ad inquirendum,cum quod primo,& bis
iuratus affirmauerat, reuocaſſet, denuo quam-
uis in tortura, vt in terminis aiunt Deci. conſil.
175.189.num.8.Bertazzol.d. conſi.70. nume-
ro 27.tom.2. crimin. in fol.ita iudicatum refert
Roland.à Valle conſi.16.& 73.nume.6. & 18.
volum.1.Cæphal.conſi.233.num.4.& ſequen.
234.volum.2.Clarus.§. fin. quæſt.2.verſi.ſcias.
etiam dixi conſi.35.num.5.& conſi.34.num.3.
lib.1. Immo nec ſufficiens eſt dictum periuri
ad capturam,& ſi ſecundum ſit in tortura emiſ-
ſum,Rum.conſi.146.nume.6.volum.5.Crauet.
conſi.6.num.16. Alciat. tracta. de præſumptio.
reg.2.præſump.10.num.2.& 3.amplè Cephal.
dicto conſi.233.num.6.& ſequen.& conſ. 234.
volum.2.

Tertio,quatenus eſſet habilis, & omni exce-
ptione maior, ex illorum dictis, quis non tor-
quetur,niſi alia concurrant, Marſil. conſil.101.
num.38. volum.2. quanto igitur minus id ſer-
uabitur in præſenti,vbi tot coniecturæ, indicia
præſumptiones,atque probationes pro reorũ,
innocentia concurrunt.

Quarto,cum deponant nonnulla in gratiam
Inquiſitorum,vt ſupra, rurſus Simon in primis
conſtitutis innocentiam horum nobilium de-
monſtret,illudque dictum ſit præferendum,tan
tum abeſt,vt aduerſus reos deponant, quin po-
tius pro illis,& in eorum fauorem concludant,
vt dixi ſupra.

Quartum,reſpiciens Dominum Hippolitum
eneruatur.

Primo,negãdo ipſum in domum ex propo-
ſito criminis authore excepiſſe, receptaſſeve ad
pœnam euadendam,ſeu poſt delictum aſſociaſ-
ſe eos, hoc enim per fiſcum erat probandum,
cum fatetur illos in domo inueniſſe poſt deli-
ctum,in propoſito Pariſ. conſi. 152. nume. 41.
volum.4.

Secundo, receptatio delinquentium in do-
mo propria, & ſtudium pro vulneribus curan-
dis non doloſa, vti à ſocio criminis proceſſit,
ſed tanquàm à nobili viro, ſolito hæc,& pieta-
te maiora exequi, etiam erga extraneos, & ſibi
incognitos penitus, quod teſtibus examinatis
plenè,vt ſupra, probatum agnoſco, qua de re
pro auxilio, ſeu ope poſt delictum præſtitis te-
136 neri,ſeu præſumi contra ipſum nequit,dũ † con
ſuetudo acceptandi eos,& cæteros reum excul-
pet,Corn.d.conſi.198.ſub nu.26.vol.2. & ani-
mus ex conſuetudine præſumatur, Marſi.conſ.
51.num.47.vol.1.

Tertio,vbi duplex coniectura capi poteſt,pu
ta, quòd receptatio ſit ſuſpecta, vel ſolita, vel
bono,aut malo animo facta, ſemper ea capien-
da eſt, quæ delictum excludat, quod in omni
materia locum habere inquit Anch. conſ.252.
2. colum.

Quarto receptatio doloſa tantum punitur,&
ſuſpecta redditur, at diuerſum ſi caritatiua, &
pia exiſtat,puta quia criminoſus pauper ſit, vel
infirmus,tunc opem ei præſtans, poſt delictũ,
vt hic pro vulnere curando, non punitur, nec
137 pro ſuſpecto habetur, quemadmodum † nec
bannitum caritatiuè excipiens contra ſtatutum
puniretur, Salic.in l.vnica. C. de Nili aggeribus
non rumpen.Ghirlan.tract.de pœn.omniſ.coi-
tus.quæſt.10.num.19.

Quinto,eo quòd criminis authores ex inter-
uallo acceſſerunt ad domum dicti Illuſtris Do-
mini, non dicitur ipſe illos aſſociaſſe poſt deli-
ctum, ſeu eis opem tuliſſe, nec inde præſumi-
tur particeps criminis ex doctrina Bal. in l.non
ideo minus, C.de accuſat. Ghirland. de relaxa-
tione carcerum,titu.de abſolutio.reorum,quæ-
ſtione 7.

Sexto reſpondetur, ſtatutum patriæ ſub ru-
brica,de homicid. verſi. ſi vero, punire in libris
quingentis eum,qui conſilium,auxilium, & fa-
uorem præſtiterit homicidæ ad euadendum, ſi
euaſerit, & in libris trecentis, ſi non euaſerit.
probandum itaque erat,quòd hæc,vel aliud ad
euadendum fecerit; vt pœnam ſtatuti incurrat,
ad nota.per Cæpollam conſi.3.in principio. &
138 iuri conformem arbitror,cum † pœnam extra
ordinariam ſubeat tãtum, qui opem delinquẽ-
* ti poſt delictum impenderit, vt ex mente * om-
nium ponit Menoch. de arbitr.iudic. caſu 349.
num.21.& 22.

Septimo hic ceſſat inimicitia cum Veronen-

ſibus interfectis, ceſſant aſſiſtētię, nec probatum eſt inquiſitum potuiſſe impedire homicidium, & id omiſiſſe, nec alia indicia contra ipſum reſurgunt, vt in caſu Mantuę conſi. 67. vol. 1. propterea nec pœnę, nec alicui torturę locus erit; etſi vbi multa adeſſent indicia, vt in caſu Mātuę leuis danda eſſet, & leuiſſima, attenta nobilitate, &, aliis cauſæ circunſtantiis.

Concluditur tamen in pręſenti caſu nullum adeſſe indicium, & ſi quæ fuerint, illa pro validiora, & vrgentiora ſublata.

Octauò, non inquiritur ſuper aſſociatione, auxilio, vel ope præſtitis poſt delictū cōſumma
139 tum, nec de his vllum verbum, ideo † non quæ
ri debet de pœna, vel indicio aliquo circa hoc caput, ita Marſil. conſil. 51. nu. 56. vol. 1. Horat. Luci. d. conſi. 168. nu. 26. in fi. & 27. tom. 1. crimin. in fol.

Quintum, & vltimum fundamentum ſatis, ſuperquè ſublatum quiſque videt ex annotatis ſupra in quarto indicio, cui quinque accommodantur reſponſiones inter cætera.

140 Prima, quòd non aderat cum omnibus † ini-
micitia, ſed vno tantum. Horat. Luci. dicto conſil. 168. ſub num. 26.

Secunda, quia inimicos diuerſos haberent, & totum populum contra ipſos eorum culpa cōcitatum, vnde ad alios inferri nequit, Alcia. conſi. 468. num. 4.

Tertia viam iuris, ac iuſtitiæ palàm elegit, non ergo contra reum præſumendum. Alban. conſilio 46.

Quarta, nec † inimicitia indicium ad tortu-
141 ram facit ſimpliciter loquendo, ex ** communiori, Clar. §. fin. quæſtio. 21. verſic. inimicitia vigens.

Quinta, quia probationes, ac tot pręſumptiones pro innocentia Illuſtriſſimi Domini Caroli exiſtentes, tollunt eſſe indicium, quod ex oppoſito conſiderari poſſit.

Vt inde ex omnib. etſi prolixa oratione in vnum collectis, reſoluam reos eſſe diffinitiuè abſoluendos.

Pro quorum abundantiori tuitione, quis ad-
huc attentare potuiſſet, non ſolum ipſos Domi
nos, ſed & quatuor reos principales, qui manus
in Veronenſes iniecerunt, tum à nota læſæ ma-
ieſtatis, tum à lege Cornelia de ſicarijs, ſeu illius
pœna liberos redditos, hac potiſſimū ratione,
quòd plures numero Veronēſes, ſcloppis rota
tis armati, contra ordines patriæ, ſub fide data
de nō offendendo dicto Illuſtriſſimo Domino
Carolo, præcedente nocte nobiliſsimum ciuē
Mantuanum Dominum Horatium Gornū pro
ditoriè occiderint, hoc enim homicidium pro
142 ditoriè † commiſſum indubitatè videtur.

Primo, quia à fingentibus ſe amicos Gornū ſit patratum. l. 1. ff. de præua. l. athletas, §. 1. ff. de his qui not. infam.

Secundo, eo quod ſine cauſa, & diffidatione offenderint occultè eum, qui de ipſis tunc confidebat, Bald. in l. 1. 7. colum. quibus mod. feud. amitta.

Tertio, dum occidunt Gornum ſub fide ſuſceptum, Bar. in extra. verbo, Rebellis, ac Bald conſ. 361. volum. 4.

Quarto armorum genus, numerus homicidarum, tempus nocturnum, tractatus præcedens, fides violata, perſonarum qualitas, & ſimilia id generis, per Afflictū deciſ. 264. nu. 65. & 66. quæ in materia paſsim à criminaliſtis ſuper hoc delicti genere conſiderantur, nempè Mar. Ant. Blan. tract. de indic. verſi. in ipſo actu. nu. 191. cum ſequen. Iacob. Nouel. in praxi crimin. pag. 19. Didac. Couar. var. reſolut. c. 20. nu. 7. lib. 2. Plazea epitom. delict. cap. 21. Clarus in §. fin. quæſtio. 87. verſic. punctus. Ioan. de Terra Rubea tracta. de rebellibus, tracta. 3. arti. 6. verſic. ſeptima concluſio. cum apoſtill. pagina 72. latè Hierony. Gigas tracta. de crimin. læſæ maieſta. lib. 3. quæſtio. 1. numer. 7. 8. 16. & ſequen. Hippol. Bonacoſ. quæſtio. crimin. verbo, Proditor.

Dumque facinus illud proditoriè commiſ-
ſum negari nō poteſt, creditur iſtos aſſaſinos,
& craſſatores etiam cenſendos ſine ſententia
143 præuia, vbi factum notorium exiſtit, † bānitos
reputari, ac iudicari, Grammat. vot. 11. nu. 4. &
eſt notab. conſi. Angel. 16. Nos Carolus. Vnde
non per iudicem tantum, ſed priuatos quoque
occidi, & trucidari impunè potuiſſent. Authen.
nauigia. C. de furtis. authen. item quæcunque
communitas, C. de epiſcopis & cler. etiam vbi
144 eſſet † armorum vſus prohibitus, Marſil. in vl-
tima qq. prax. crimin. Viui. comm. opinio. ver-
bo, Statutum diſponens quòd bannitus, Bona-
coſ. in quæſt. crimin. verbo, Bannitus, & ſcripſi
aliàs conſi. 134. cenſentur enim ferè ipſo iure
145 diffidati, † quibus publicè bellum indicitur, l.
ſi ſeruus, C. de his, qui ad eccleſ. aufuge. l. 1. in fi-
ne. C. ut nem. priua. ca. fœlicis, de pœn. in 6. au-
then. Gazaros, C. de Epiſcop. & cler. l. 3. §. tranſ
fugas, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. qui publicè, &
impunè poſſunt interfici, Bar. conſi. 188. Deci.
conſi. 255. Ruin. conſ. 4. volum. 5. Signor. con-
146 ſil. 70. vel etiam ſi de proximo † banniendi eſ-
ſent. Iaſ. conſ. 133. ad finem, uolum. 1. Bonacoſ. dicta quæſt. uerbo, Bannitus, uerſic. ſtatuta Italiæ. nec quibus bannitis ſaluus cōductus, & paſſi iuuarent, Gozad. conſi. 61. Bernard. Diaz. regul. crimin. 638. Et ſi potuiſſent impunè occidi, diceret quis eo fortius hos nobiliſsimos uiros abſoluendos, quorum tamen iuſtitiam ex alij præcedentibus pro nunc demonſtratam fore intelligo.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO PHISCO NVVOLARIAE, & Salamone Hebræo creditore.

ARGVMENTVM

Præſcriptio ſtatutaria, quando & quõ procedat, Solutio creditorum, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ſtatuti non procedit cum mala fide,* ** *ex communioni.***

2 *Statuti præſcriptio iure communi non procedit* * *ante idẽ, vel conditionem impletam, ex cõi.* *

3 *Creditum iuratum non comprehenditur ſtatuto de præſcriptione loquente.*

4 *Debitum agnoſcens, illud reprobare nequit.*

5 *Præſcriptio interrrumpitur ex agnitione partis debiti.*

6 *Principi non nocet præſcriptio ſtatutaria.*

7 *Tempora belli ex communi ſententia & feriarum repentinarum detrahuntur, ex præſcriptione ſtatutaria.*

8 *Citatio ſola præſcriptionem ſtatutariã impedit, vel interrumpit.*

9 *Fideiuſſoris datione & debiti agnitione præſcriptio interrumpitur.*

10 *Interpellatio actionẽ pſonalẽ præſcribi impedit.*

11 *Sententia lata in ſimili cauſa ſuadet eandem in alia ferenda.*

12 *Falſitatis imaginem non veriſimilitudo arguit.*

13 *Veriſimilitudo cognata naturæ.*

14 *Teſtes contrarij partis confeſſioni non probant. nec ad concordiam reducuntur.*

15 *Teſtis ſingularis non probat.*

16 *Dictio ſp, in teſte reddit illũ ſuſpectũ de falſo.*

17 *Teſtis de ſe exonerando, non probat.*

18 *Famuli ad ſalarium non ſunt idonei teſtes, & minus ſi fraude expellantur.*

19 *Teſtis, multas exceptiones patiens, repellitur omnino.*

20 *Petens plus debito, cum dolo, in expenſis pœnis legalibus damnatur.*

21 *Præſumi non debet bis idem ſolutum.*

CONSILIVM CCXVII.

TRINITAS ADSIT.

IN gratiam creditoris conſulẽdũ cẽſui, viſis quibuſdã actis ex cera Nuuolariæ, vbi iudiciũ agitur trãſmiſſis. Duo.n. diſcutiẽda sũt.

Primò, an præſcriptio ſtatutaria obſtat.

Secundo, an probeẽ per debitorem ſolutio

Ad primum dico, creditum fiſci aliàs D. Martini ceſſionarij Salamonis Hebræi exigibile fore non obſtantibus quę ex aduerſo opponit D. Iulius debitor ceſſus de termino ſex annorum, elapſo à die primi inſtrumenti ſuper credito celebrati, iuxta diſpoſitionem ſtatuti in d. actis regiſtrati, ſub rubrica quanta qualis & quibus obſtet præſcriptio. ver. Iudęi in hæc verba diſponẽtis, Hebræi autem & alij manifeſte vſurarij, ſi in petendo eorum credita fuerint negligẽtes & remiſſi per ſex annos à die celebrationis contractus, vel à die quo obligationis dies ceſſerit, ſeu venerit, poſtea non audiatur. &c. nec eis ſuper ipſis ius reddatur. Quod videtur conforme ſtatuto patrię meę, ſub rubrica quãta qualis & quibus obſtat pręſcriptio, verſi. Iudęi, &c.

1 Primo, quia d. ſtatutum nõ procedit † ex vna
** communiori ** ſententia, ſtante mala fide debitoris, qui nunquã pręſcribere poteſt, adeo quòd inquiunt Scribentes, hoc ſtatutum in modico ſeruire, Alexand. conſ. 115. vol. 7. & 105. nu. 27. vol. 7. Corn. conſ. 264. vol. 1. per Baldum tracta. de præſcript. 2. part. 3. part. pri. quæſt. 10. & 14. Boui. in tracta. de ſtatut. vrbis. præſcript. in pri. num. 7. 21. cum ſequen. pag. 5. & gl. 19. nu. 271. Rimiual. iun. conſ. 37. num. 68. lib. 1. Ioan. Bap. Villabob. commun. opinio. verbo, Præſcriptio. num. 204. Octa. Cachera. deciſ. 178. num. 6. Cephal. conſi. 316. num. 6. vol. 1. poſt Rolandum à Valle conſi. 6. num. 41. cum ſeq. vol. 3. Simon de
* Pretis conſ. 3. nu. 31. dixi ex * communi cõſ. 66. num. 8. vol. 1. Dubium non eſt D. Iulium in mala fide verſari ob inſtrumentum ab eo celebratum, denuoque probatum exceſſione Principi facta ergo præſcribere non potuit.

Secundo, ſtatutũ vult pręſcribi cõtra Iudæos negligentes tantum, & a die quo ceſſit ſeu venit dies exactionis crediti, qui fuit tantum de mẽſe Auguſti, anni 1573. vt colligitur ex inſtrumẽto ceſſionis crediti facti D. Martino, ſub die 13. Auguſti, 1568. à quo tempore citra, non intercur-
2 rerũt ſex anni, nec duo. præſcriptioni igitur † ſtatutariæ locus non eſt, quę nec iure cõmuni procederet, ante diem crediti, vel conditionem impletam, not. omnes in l. 1. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 204. nu. 14. vol. 1. nonnulla Io. Bapt. Boui. tract. de teſtat. vrb. pſcript. glo. 19. num. 254. cum ſeq.

Tertio dici poſſet, ſtatutum illud non cõpre
3 hendere † creditum iuratum, vt præſens; per ea quæ tradit Bart. Bal. Angel. & Iaſ. nu. 5. in l. nam & poſtea. §. is qui. ff. de iureiur. Balbus in dicto loco in vltima parre, 6. par. 2. quæſtio. verſi. tertius modus. Bocr. deciſio. 221. num. 19. Marſil. ſingul. 141. Biun. conſi. 37. poſt Romanum in l. 1. col. 3. ff. de vſucapio. Hippol. Riminal. iun. conſi. 37. nu. 68. vel vbi partes promiſerunt perpetuò obſeruare, Soci. ſen. conſi. 86. & 166. col. pen. gl. in add. ad Capel. Tholoſ. 220. Bal. & Bar. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de ædilit. edic.

Bal.in l. 1.C.ſol.matr. Ang.in l.nam & poſtea.§.
ſi is,qui.ff.de iureiur.Qua propter ad caſum no-
ſtrum trahi nequit.

Quarto negatur eſſe creditũ Iudęi, fiſco enim
Domini d.terræ ceſſionarij d.Martini conſigna
tum fuit,& fiſci nomine Domino Iulio debito-
ri inſtrumentum ceſſionis intimatum , ab illoq;
acceptatum cum promiſſione faciendi id,ad q
de iure tenebatur. non ergo poteſt improbare,
4 quod ſemel probauit , agnoſcẽdo†debitum of-
ferendoque adimplere,quod debet,iuxta conti
nentiam inſtrumẽti,arg.doctor.Barto.in l.pen.
in pri. ff.de ceſſ. bon. Debiti enim recognitione
præſcriptio interrumpitur Alexan.conſ.81.col.
pen.vol.6.Natta conſi.402.num. 64.vol.2. licet
enim ſubiungat omne id , ad quod de iure tene-
bitur,non negat,quin ad aliquod teneatur,cum
aliter abſolutè abnegaſſet , ſi præſcriptione vti
5 voluiſſet. & dum partem agnoſcit,†præſcriptio
interrumpitur , ſicuti ſolutione partis, vel vnius
numi tantum , Bal.in c. illud.nu.2. de præſcript.
per l.ſi quis,C.de præſcrip.30.anno.Nec ſimili-
ter præſcribi ex tempore ſtatuti creditũ potuit,
6 cum contra†Principem , vel fiſcum præſcriptio
ſtatutaria minime procedat.Boer.deciſio. 264.
num.19.Aret. Plate.& Port.in §. res fiſci , inſtit.
de vſucap.ample Boui.de ſtatut.vrb. præſcript.
gl.19.nu.207.limi. 13. Quicquid igitur dicatur,
creditum exigibile cenſetur,non obſtante ſtatu
ti præſcriptione allegata.

Quinto,attẽta origine creditorũ ſcutata 440.
debebant per debitorẽ ſolui,anno 1562.vt con
ſtat,ex actu publico,alia vero 278.in mẽſe Maij,
1564.ita vt terminus ſtatuti pro primis denarijs
finierit in principio anni 1569. & pro alijs in
menſe iunij 1570.ex quo tamen feriæ†repenti
7 næ detrahendæ eſſent, Abb.Felyn. Ancha.& cę
ter. in c.ex tranſmiſſa. de pręſcript. Bal in l. ſed
nec ad eos.§.ſed ſententiæ,& in l.ſed ſi.ff.ex qui-
bus cauſ.maior.prout dicitur. de bello & tregua
* ex * communi per Caeher.deciſ.Pedem.69.nu.
14.& deciſ.177.num.9.& 10. Cumque ante ter
minum fuerit D.Iulius ſcienter ceſſus rurſusque
pendente termino interpellatus ad ſoluendum,
ex proteſtationibus eidem tranſmiſſis,pro ſcu-
tis 278.die 11.Ianuarij, 1565. & pro ſcutis 333.
die 29.Aprilis,1568.non eſt dubitandum præ-
ſcriptionem vllam non cucurriſſe attenta inter-
ruptione,interpellatione, ac monitione iudicia
li debitori facta , quæ non ſolum virtute ſtatuti
præſcriptionem impedit. vt ibidem in verſicu-
lo,& prædicta locum habere volumus: Verum
8 ex iuris communis diſpoſitione,qua ex ſola†ci-
tatione citra litis conteſtationem , præſcriptio
decennalis ſtatutaria interrumpi dicitur, ex Ri-
pa in l.nemo poteſt,nu. 118. vbi cæter.ff.de le-
* ga.1.Marſ.ſing.291.& 346.ex*communi Boui.
de ſtatut.vrb.præſcript.glo.21.num.2.poſt Bal.
bum tracta.de præſcrip.2.Spe.2.partis,6.parte,
quæſt.1.nu.10.Io.Baptiſta Villabob.commun.

opin.verbo,Præſcriptio.nu. 269. maxime cum
legitime facta fuerit,late Mod.Piſaur.conſ. 132.
num.80.cum ſequent. Accedat , & alia interru-
ptio per acceptationem dicti inſtrumenti facta,
quę cognitionem debiti conſtituit, ſicuti dici-
9 tur per dationem † fideiuſſoris , eo quod agno-
ſcatur debitum interrumpi temporis præſcri-
ptione , gloſ. in l. cum quis. §. ſi quis pro eo , in
verbo.iam in curſo.ff.de ſolutio.Salice.in l. cum
notiſſime,num. 13.C.de præſcrip. 30.ann. Milis
in reperto.verbo , Præſcriptio. Boui.d.glo. 21.
nu.36.56.& 57.

Sextò, atteſtatur d. Salomon,ac d. Martinus
ipſo ſæpius interpellaſſe pro tempore extraiu-
dicialiter d. Iulium ad ſoluendum debitum,quæ
10 interpellatio † actionem perſonalem præſcribi
impedit, Caſtr.in l. ſi autem,§. ſi homo,num. 3.
ff.de rei vend.in prælectio. Vnde ſi ſe interpel-
* latum neget debitor,id probet,iuxta ſingul.Ro
man.402.quis debet probare.

Septimo & vltimo,coadiuuat ſententia aliàs
in ſimilibus caſibus in gratiam Hebræorum nõ
obſtãte dicto ſtatuto,lata,per celeberrimos Iur.
conſ.ac Commiſſarios Hebræorum terrę prędi-
11 ctæ.quę†ſententia,ſuadet , vt ex eadem ratione
iuſtitiaque,quibus ita tunc iudicatum fuit, & in
præſenti terminari debeat,ex l.nemo.C.de ſen-
ten.& interloquu.omn.iud.cum ſim. Creditum
ergo ſoluendum fore exiſtimo.

Agitur ſecũdo loco de probatione debiti ſo
luti Hebreo diuerſis vicibus.& cum res apud vi-
rum prudentem agatur , ero contentus paucis.
prǽſuppoſito igitur Hebræi credito , dico non
iuſtificari ſolutionem Domini Iulij ex tradi-
tione bonorum rerum pecuniarum ne , de qui-
bus in cedula exhibita per teſtes ſuper illa exa-
minatos.

Primò namque deductis per debitorem reſi-
ſtit veriſimilitudo negotij , quod credito vnico
pecuniarum Hebræi , (qui quotidie pecunias
mercari ſolẽt , ac vt plurimum omnes à minore
vſque ad maiorem auaritię ſtudent, ut Hiere-
miæ capit.6.contraque eos exclamat Iuuenalis
Ethincus Satira 14.) fuerit pluribus vicibus , ac
12 in rebus & bonis ſatisfactum, propterea id fal-
ſitatis imaginem arguit cap.quia veriſimile. vbi
Abb. in fin. de pręſumpt. Iaſ. in l. ſi extraneus,
quarto notab.ff.de cond.ob cauſam.Crau.con-
13 ſil. 134. num. 36.cum ſequen. † veriſimilitudo
enim cognata eſt naturę , quę pro lege habetur,
Crauet. conſi. 131.num.33.conſi.75. num.24.
ac in omni materia & actu attenditur.l. ob car-
men.§.fin.ff.de teſti.c.in noſtra,eod.tit. Crauet.
conſ.299.num. 16.nec uerè credendum eſt,He-
bręo ſolutum debitum pecuniarium in lignis,
uino,bladis , ſimilibusque bonis diuerſo maxi-
me tempore traditis.

Secundo,debitor in petitione & cedula pro
ducta deducit certam & pręciſam quantitatem
lignorum , milij , ciccrum , nucum, traditam in
ſingu-

ſingulorum annos Hebræo. At teſtes examinati
per eum concludunt in maiori quantitate bono
rum & rerum, & partes producentis cõfeſſioni
contrariantur, non propterea probant, ſeu ad
concordiam reduci valent. Abb. in 3. col. But. &
alij in c. cum tu. de teſti. Inno. c. cum contingat.
de offi. dele. Campeg. tract. de teſti. reg. 382. ver.
tertiò fallit. Crot. tract. de teſt. 4. par. nu. 152.

Tertio, primus & quartus teſtis in ordine, cõ-
cludunt duo plauſtra vini tradita Hebræo credi
tori fuiſſe è loco d. Iulij conducta, & onerata, cũ
aſſiſtentia fratris Hebræi, ſeu cuidam Deodato,
quibus nec in hoc creditur, quòd nomine fra-
tris habuerit. tertius vero teſtis in ordine, ait He-
bręum ipſum creditorem ſemper traditioni il-
larum rerum & vini interfuiſſe, qui omnia acce-
ptauit, ergo alter eorum falſus eſt. nec concor-
dari queunt ſine actuum multiplicatione, quæ
demum operatur, vt quilibet in ſuo dicto ſingu-
laris remaneat, nec probet. c. cum tu. de teſtib. c.
periculoſe, de pœniten. diſt. 1. ponit Crot. tract.
de teſtib. 7. part. num. 48. Campeg. de teſtib. re-
gul. 410. in fin. Boſ. tit. crim. de tortur. teſt. nume.
13. 16. 25. & ſequen. Clar. §. fin. crimi. quęſt. 25.
16 præter quod illa dictio, † ſemper, in teſte reddat
illum ſuſpectum de falſo, ſi per alios probetur
tunc abfuiſſe. Ita Iaſ. in leg. 1. num. 34. ff. ſolu. ma-
trim. Roman. conſi. 263. Ancar. conſi. 296. cum
ſimilibus.

Quarto, primus teſtis gerit debitoris negotia
ſic tractat d ſe exonerãdo. Secũdus, tertius, quar
tus & quintus, ſunt famili pro ſalario conducti,
quod omnes fatentur. quapropter ſunt repellẽ-
di, nec fidem præſtant, tum quia, tractent de ſe
exonerando, illorum cõmodo, & mãdato, Bar.
in l. deferre, §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci.
Imol. in cap. ex literis. de tranſ. Abb. in ca. ſuper
eo. de teſt. Cuman. conſ. 68. Curt. tract. de teſtib.
concluſ. 38. num. 81. Pariſ. conſi. 15. nu. 9. vol. 2.
Gram. conſ. 66. nu. 18. in ciuil. Ioan. Maria Mon-
ticel. tract. de teſtib. verſ. impugnatur teſtis, quia
18 tractat de ſe exonerãdo. † Tum quod famuli ſer
uientes propter mercedem, in teſtes non admit
tantur, pro eorum domino. c. in litteris. extra de
teſtib. Roman. ſingul. 420. Crot. tracta. de teſtib.
num. 21. cum apoſtil. Moncadi, in verbo Sala-
rium, vbi nu. 139. ſubiungit has fanticellas non
eſſe idoneas teſtes, per Alex. ad Bar. in l. teſtium.
in fin. principij. ff. de teſtib. Monticel. vbi ſupra
remiſſiuè, verſ. famulus teſtis.

Nec repugnat regulam fallere vbi tẽpore de-
poſitionis nõ exiſtat familiaris, etſi olim fuerit,
ſecundum Bart. in l. Titius, ff. de mil. teſta. Crot.
vbi ſupra nu. 26. quia reſpondetur fallentiã pro
cedere, niſi à Domino in fraudẽ eſſet expulſus,
& dimiſſus famulus, Abb. & Felyn. in c. ex litte-
ris. de teſtibus. Bauer. in §. pater, Inſti. de teſtam.
Moncad. vbi ſupra, num. 140. Mil. verſic. Teſtis.
nu. 79. cum itaque ſupponatur, illum teſtem iam
verbo expulſum, adhuc morã trahere, ac ſeruire
in domo debitoris, merito ſi reijciendus venit.

Quinto, prior & ſequens in ordine, ſunt cre-
ditores producentes, ideo minus idonei cenſen-
di, ſecundum Innoc. de reprobat. teſt. 5. col. per
l. ab executore. §. alio. ff. de appel. Secundus item
falſum deponit, firmando iã quatuor annis ela-
pſis à die teſtificatus, ſe tunc famulum tradidiſſe
bona; & tamen illo tempore, de menſe inquàm
Iulij, non erant collecta milium, vinum, nuces,
& ſimilia. Tertius, & falſum concludit per illam
dictionem, ſemper. Quintus Ancilla falſitatem
& ipſa ait, deponendo quendam Alexandrum
famulum conduxiſſe bona; non tamen legitur
vllum Alexandrum pro famulo inſeruiuiſſe, nec
bona conduxiſſe. item ipſa loquitur de curribus
lignorum, alij de menſura, vulgò de paſſibus, in
19 multiſque variantur. Quare, cum tot † exceptio
nes ac inhabilitates tam in dictis, quàm in per-
ſonis patiantur, omnino reijci debent, nec vllo
iure admitti, Socin. ſen. conſi. 118. in fin. volu. 1.
Gram. conſi crimi. 45. num. 22. Soarez. comm.
opin. verbo Teſtis. num. 216. Barbat. conſil. 54.
vol. 1. Cephal. conſi. 65. nu. 27. & 169. nume. 16.
vol. 2. Aimo conſ. 6. nu. 54. Gabriel. ſuis conclu.
de crimi. conſi. 76. nu. 12. & alibi ſæpe.

Accedat vltimo loco, ſcriptura computorum
producta per Hebræum, manu propria debito-
ris ſubſcripta, atq; recognita, in qua fatetur, bo-
na & res anno 1566. tradita Hebræo fuiſſe ſibi
compenſata in alijs particulis. Duo igitur ſe-
quuntur.

Primum, ꝙ perperam & non citra dolum pe-
tiit debitor bona iã compenſata, propter qđ in
expenſis. & in amiſſione cauſæ condemnari de
20 bet, ac in pœnis contra † plus debito petentes, à
iure & ſtatuto d. terræ inflictis, Bald. in l. vnica.
C. de plus debito petente. Bald. conſil. 169. vol.
3. Iaſ. in §. ſed hæc quidem, inſt. de act. Alex. con
ſi. 108. in fi. vol. 6. Aim. conſi. 325. nu. 1. in fi.

Secundum, ꝙ inter creditorem & debitorem
aderant alij contractus, ac negotia, vt tunc præ-
ſumendũ ſit, quatenus appareret bona Hebræo
tradita, quod tamen negatur, illa recepiſſe ad ex
tinctionem aliorum creditorum, ac ex diuerſa
cauſa à ſcripto, de quo in proceſſu, ne credi con
21 tingat bis idem exactum † fuiſſe, contra l. bona
fides, ff. de reg. iur. præſumique creditum vnicũ
pecuniarum in rebus comeſtibilibus, ac diuerſo
tempore, pluribusque annis ſolutũ Hebręo fo-
re, qui ex eorum natura, magis pecunias, quàm
cętera bona procurant, ac arbitrandum debito
rem tam negligentem fuiſſe, vt nunquàm d. bo-
na & res compenſare curauerit in ſolutionibus
poſtremo Hebręo factis; quod minime eſt dicẽ
dum eum noſtra potius interſit non ſoluere, &
cõpenſare, quam ſulutum repetere. verba ſunt,
iur. conſul. in l. 1. 2. & 3. ff. de cõpenſ. & ex illis
credo Hebræum abſoluendum, & D. Iuliũ iuxta
petita damnandum.

Franc. Burſ. I. C. Mantuanus.

PRO NOBILI DOMINA Aurelia Varrana.

ARGVMENTVM.

An ex ſimplici fornicatione coniugis, ſicuti ex adulterio thorum ſeparetur.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium, ſtuprum, & ſimilia difficilis probationis directò probari nequeunt, ex communi.*
*
2 *Teſtes ſingulares, dummodo non obſtatiua ſingularitate, adulterium probant.*
3 *Actus inferentes præparatorium adulterij, illud probant.*
4 *Reconciliatio viri cũ vxore inducit, poſt adulterium, ſi cum ea ſteterit.*
5 *Vir cum vxore corrupta cubans, ab ordinibus remouetur, & indignus reputatur.*
6 *Lenocinium cõiugis iuſte eſt dotis amiſſionis & ſeparationis thori cauſa.*
7 *Patre, & Domino adulterium filiæ procurantibus, liberatur à patria poteſtate, nec eam exhæredem facere licet.*
8 *Fornicatio cuiuſuis coniugis iuſta eſt cauſa alteri ſeparandi thorum.*
Vir, & vxor eiuſdem conditionis in ſeparatione thori cenſentur.
10 *Sodomia licita eſt cauſa viro & uxori dimittẽdi alterum, ex communi.*
*
11 *Mulier ob viri fornicationem, ſeparationem thori obtinet, ex communi.*
12 *Pernoctatio iuſta eſt thori ſeparationis cauſa.*
13 *Coitus meretricalis, iure ciuili impunibilis.*
14 *Meretricem quamuis nuptam cognoſcens, non punitur pœna mortis, ex communi.*
*
15 *Vxor petit ſeparationem thori, ſi vir fœtidam mulierem cognoſcat.*
16 *Adulterium impropriè dicitur iure canonico, cũ alter coniux à fide præſiſta recedit.*
17 *Fornicatio eſt cum meretrice, ſtuprum cum cæteris.*
18 *Thorum ſeparatur ob quamcunque fornicationem.*
19 *Coitus omnis coniugali, et ſacramentali excepto iure canonico prohibetur.*
20 *Pœna iuris ciuilis vbi de ſeparatione thori agitur, locum non habet, ex communi.* *
*
21 *Sæuitia viri iuſtam cauſam ſeparationi thori præbet.*

CONSILIVM CCXVIII.

TRINITAS ADSIT.

BREVIS in hac cauſa ero, cum mea ſponte non ſcribam, Quia
1 adulterium, † ſtuprum, fornicatio, & ſimilia id genus, quæ ſunt difficilis probationis, Deci. cõſi. 577. nu. 11. Pariſ. cõſ. 54. nu. 61. lib. 4. Menoch. de arbitr. caſu 116. nu. 11. probari nequeunt directè, ſed tantùm probabilibus cõiecturis, probationibusque, atque indicijs Bart. in l. 2. §. fin. ff. ad leg. Iul. de aulter. in l. fur manifeſtus. ff. de furt. Marſil. conſi. 1. nume. 47. Bald. in capitul. tuæ, de procur. Alexand. conſilio. 189. nume. 10. vol. 6. Soci. iun. conſi. 32. num. 13. uol. 1.
* communis * eſt ſententia per Roland. à Valle conſil. 50. num. 2. vol. 1. Pariſ. conſi. 54. num. 62. vol. 4. hinc teſtes † ſingulares probent, dummo
2 dò ſingularitas obſtatiua non adſit, Alexan. conſil. 13. & conſi. 24. vol. 7. Socin. iun. conſi. 99. in princ. vol. 2. Boer. deciſ. 23. num. 44. Gabriel. de teſti. concluſ. 2. num. 51. Crauet. conſi. 73. nume. 33. Natta conſi. 478. num. 2. lib. 3. item probant teſtes de auditu, Ioann. Igne. l. 1. §. hoc autem, num. 40. ff. ad Sillan. Ioann. Monticel. tracta. de teſtibus verſic. teſtes in cauſa matrimoniali. Etſi dicat vidiſſe iuuenem oſculantem, vel tangentem mulierem, ſeu ſolum cum ſola in lecto, camera, vel ſimilem † actum conſpexiſſe inferenti
3 præparatorium adulterii concludunt gloſſ. in l. quod ait lex. ff. de adulte. Bart. in l. capitul. 5. nume. 2. ff. de adulte. Abb. in cap. præterea, num. 2. vbi Felyn. in prin. de teſtib. Alexand. dicto conſil. 189. num. 10. in 6. Bernard. Cocher. de publ. concubin. titu. 1. cap. 1. num. 79. Rip. in rubr. de iudic. num. 18. Roland. d. conſil. 50. volu. 4. Gerard. Mazzol. conſi. 58. num. 19. & ſequen. paria enim ſunt aliquam adulteraſſe, vel cum ea iacuiſſe, Alex. conſi. 77. num. 2. vol. 7. Boſi. titu. de coitu damn. num. 58.

Supponitur in facto ex depoſitis per teſtes examinatos pro vxore, contra eius virum multa probari, quæ & ſeparata, & fortius ſimul iuncta ſeparationi thori petitæ iuſtam præbent cauſam.

Primò etenim probari aſſeritur poſt admiſſum adulterium, per vxorem, & illius diſceſſum a patria cum quodam iuuene, citra aliquam vxoris pœnitentiam, iuxta formam Canonis emiſ-
4 ſam, virum ſe cum vxore † reconciliaſſe, & pernoctaſſe, quæ reconciliationem arguunt cap. ſi
5 quis vxorem. 32. q. 1. Ideo cum † maritus ſpõte vxoris corruptæ efficiatur nomine mariti, indignus & turpitudinis patronus redditur: ita, vt non ſolùm ab ordinib. aliàs remoueretur, ſed lucrũ quoq; dotis amitteret, & ferè peccatũ cõtra naturam committat, c. ſi cuius vxcrẽ. vbi gl. 34.

4. diſtinc.

4.diſtinct.Bernard. vbi ſupra num.75. Imò reus
Lænocinij dicitur,cap.2.2.32.quæſt.1.in termi-
nis Caſtren.conſi.128.in antiqu.& 402.in nou.
prima part.

Secundo,maritus ex teſtium plurimorum di-
ctis permiſit vxorem eius cõmorari die, nocte-
6 que in domo†cuiuſdam Lænæ,& meretricis pu
blicæ,ſuiq; corporis palàm,& cum omnib. quæ
ſtum facientis,ac alijs conſilium, & auxilium p̄-
ſtantis, vt concludunt teſtes, propterea videtur
Maritus prouocaſſe adulterium vxoris,eique ꝓ-
babiliter conſilium,& operam præſtitiſſe ad cor
ruptionem animę,& corporis,vt nedum maritū
dotem non lucraſſe,ſed mulierem iuſta de cauſa
ab eo ſeparari poſſe iuſte,& honeſtę appareat ar
gumento tex.in ca. poſtulaſtis.extra de conceſ.
præben.l.pri. verſic.ſi puellam. ff.de ext.vin.eſt
tex.in cap.apud miſericordem Iudicem 32. quę
ſtione pri.etenanque,qui ſuæ vxori occaſionem
adulterandi præſtat culpa non vxori imputatur.
cap.ſi tu 27.quæſtione.1.& marito agenti cõtra
vxorem,tunc de Lænocinio excipitur,Azzo,&
Hoſt.in ſumma da adulte.Spec.tit.de accuſ.ver-
7 ſic.item contra agentem. Idem videmus in † pa-
tre,& Domino adulterium ſeu ſtuprum filiæ,&
àncillæ procurantibus,cū ipſi à nexu,& obliga-
tione patriæ,& Dominicæ poteſtatis liberētur,
nec patri,eam exhæredē facere liceat,tex.eſt ad
literam, in l. Lenones patres.C.de ſpectacul. &
ſcænicis lib.11.& l.ſi Lænones patres.C.de epi-
ſcop audient.not. Bernard. Couer.vbi ſupra ca.
1 num.76.

Tertio, concludunt nonnulli teſtes omni ex-
ceptione maiores,tùm ex cõfeſſione ꝓpria ma-
riti,ac auditu ab habitantibus in domo mulierū
ab eo cognitarum,tum ex viſu,& alijs ſignis ma-
nifeſtis, virum ſequuta reconciliatione, paſſim
cum diuerſi: mulieribus rē carnalem habuiſſe,
ſtuprum commiſiſſe, thorque coniugalis fidem
violaſſe, vitam inhoneſtam cū meretricibus du-
cendo.imò hoc duę mulieres de viſum,& cogni
tæ in facto proprio atteſtātur. propterea hæc ſo
la cauſa thorum ſeparandi iuſta efficitur in gra-
8 tiā mulieris,quæ ob viri†fornicationem, & ſtu-
prum,ſicut vir ob fornicationē ſuæ vxoris ſepa
rationem thori obtinet:à pari namque in omni
bus ciuiliter agendo vir, & vxor iudicantur.ca.
nihilominus de adulte. cap.gaudemus. de diuor
ti.præcipuè in hoc ſeparationis genere, in qua
9 eiuſdem†conditionis cenſentur per text.in cap.
præcepit dominus,cap.apud nos 32. quęſt.5.&
* eſt communis * ſententia per Bernard. Couer.
par.pri.de publi.concubin.num.57. dicens virū
grauius, quàm mulierem delinquere,ſi aliā car-
naliter cognoſcat,cum virtute vincere, & exem
plo regere vxores regulariter teneantur mariti
cap.indignantur mariti.32.quæſt.6.

Addo,ſicut licèt viro dimittere vxorem pro-
10 pter vitium†ſodomiæ, ita & è contra mulier vi-
rum dimittet Rayn. de petra forti, in ſumma dę
teſtib.4.par.de num.teſtium, verſic.item credo,
Abba.& Calder.in cap.maritus de adulter.Hug.
Archid.& cæteri in cap.omnes cauſationes 32.
* quęſt.7.communem hanc ſententiam alijs con
ſulēdo exornat,Bart. conſilio 64. arti. vltimo.
per totum volum.primo. Anguſ.lib.5.conſil.9.
nume.4.

11 Quòd modo propter†fornicationem mulier
viri ſeparationem thori obtineat, ſunt verba Do
mini ſacræ paginæ & decretorum Textus clari
in cap.præceptum,cap.pręcepit 32. quæſtione.
5.cap.Dominus 32.quæſt.7.Pariſ.conſil.54. nu.
me.43.volu.4.Rolan.conſil.50. nume.13.uolu.
pri.Et q vxor a viro ſeparetur ob eandem for-
nicationem eſt Ambroſij textus ſuper Epiſtola
Pauli ad Corint.in ca.vxor a viro non diſcedat,
niſi fornicationis cauſa 32.quæſt.7.d.cap.pręce
pit 32. quæſt.5. tradunt ſcriben. paſſim hoc pro
* ſententia * recepta admittentes in ca. gaudemus.
de diuor.& in ſpecie caſus noſtri Caſtr. d.conſil
392.in fi.volens maritum tenentem cõcubinas,
ſeu coeuntem cum quacunque muliere ſeparan
dum eſſe ab vxore, Cuman.conſi.175. in fi.ſequi
tur in propoſito Socin. iun.conſilio 32.nu.6. &
ſeq.volum.2.

12 Imò voluerunt ex†pernoctatione tantum,nē
pè ſi maritus contra eius voluntatem inueniat
vxorem ſine iuſta cauſa nocte uagātem, uel alio
loco ſuſpecto pernoctantem, thori ſeparationē
fieri,cum Cæſar vxorem ſuam Pompeam nõ in
adulterio depræhenſam,ſed in ſuſpitione tantū
adulterij nocte repertam repudiauerit.l. conſen-
ſu.C.de repudi.glo.in ca.non oportet 81.diſtin.
& in l.ſi.verſi.commune lauacrum.C. de repud.
Bernard.Couer.d.cap.pri.nu.8. Quapropter, cū
in præſenti non ſolum pernoctatio, ſed uera co-
gnitio carnalis directè per mulieres cognitas,&
ꝑ alias præſumptiones neceſſarias viſus in lecto,
& camera cum mulieribus etiam meretricibus
probata ſit in ſpecie fornicatio mariti, utique lo
cum ſeparationi thori exiſtimo.

Nec replicetur ceſſare pęnam adulterij & for
nicationis,dum uir cognoſcit,ut in caſu noſtro,
13 meretricem publicam, eo quod† coitus ille iure
ciuili impunibilis exiſtat.§.item lex Iulia, Inſtit.
de adulter.Bar.in l.uerum.ff.de furt.

Etenim reſpondetur, ueram eſſe ſententiam,
14 q cognoſcens†meretricē nuptam,dum in matri
monio perſeuerauit in uita meretriciali, non pu-
nitur criminaliter pœna adulterij inflicta iure
ciuili,nempè morti,de qua per Doct. in l. quàm
** uis.C.de adulter.& communiori ** ſententia re-
lata,a Fran.Viuio com.opi.uerbo adulteri.lib.2.
cum cognoſcens meretricem,vel mulierem vitę
inhoneſtæ pœnā mortis nõ incurrat,nec aliā,vt
communiter hodie ſeruari ſcriit Angel.in l. ſi
uxor.§.ſed & in ea num. 1. ff.de adulter. Rimin.
conſi.17.num.20.lib.pri. & adducti per Clar.in
§.adulterium.uerſi.quæro nūquid.At quòd mu-
lier non obtineat ſeparationem thori,ſi maritus
mere-

mercrrices tãtummodò cognoſcat, oullibi hoc
legi, imò omnes ſcribentes tùm virum tùm vxo
rem ex fornieatione alterius coniugis ſeparatio
nem petere eoncludunt, licèt cr iminaliter agere
15 vxor eontra maritum nequeat: & in ſpecie† mu-
lierem ſi vir meretricem fætidam cognoſcat, pe
tere ſeparationem thori ait Neuiza. ſua ſylua nu
ptiali verſic. eſt nubendum num. 50. Pariſ. conſi.
54. num. 43. ad num. 50. volum. 4. ita formaliter
diſtinguit Socin. ſen. conſil. 148. num. 3. volum.
pri. Rolan. a Valle conſi. 50. num. 5. vol. pri. Mar.
in l. pater vel marito ou. 9. ff. de quæſt. idque ſup-
ponunt Caſtren. in ſi. Cuman. & Barbat. col. fin.
Socin. nume. 7. ſuperius allegati terminantes ex
coitu eoniugis, eum quacunque perſooa thorũ
adeo coinquinari, vt ſeparatio fiat. a iure enim
Can. in quo nunc verſamur, ad effectum thori ſe
16 parandi, dicitur † adulterium, & ſi impropriè,
dum alter coniux a fide præſtita recedeos alteri
perſone ſe carnaliter immiſceat. cap. publicis, §.
ergo. verſic. debet 33. quæſt. pri. Guid. Papa con
17 ſil. 153. artic. pri. imo vera eenſetur † fornieatio,
ſi vir eoeat eum meretrice publica & proſtituta,
cum alioquin ſtuprum cõſtituat cap. meretrices
32. quæſt. 4. & eap. in eo foroicator ead. 32. q. 4.
Bernard. d. loco de fornicatione nume. 8. p Bar.
in l. verum ſi meretricem. ff. de furt. Gabriel. Pa-
leot. de not. & ſupr. cap. 16. num. 40. multa Laur.
Chircou. eom. opin. cent. 5. concluſ. 21. adulte-
rium, & Boſi. paxi criminali, titu. de eoit. dam-
nab. in princ. nu. 16. & ſeq. & tamen certum eſt
18 ob quamcunque fornieationem† thori fieri ſe-
parationem, Socin. ſen. d. eonſilio 148. nume. 3.
volum. 1. Rolan. a Valle. d. coofilio 50. in fin. vo-
lum. 1. Simon. de Præt. conſi. 148. nu. 4.

Addo diuerſum eſſe, an fornicator pœoam
iure ciuili impoſitam incurrat. quia eertum eſt
non incurri, dum coitus cum meretrice impuni
bilis exiſtat, vt ſupra, & Paleot. de ooth. & ſpur.
ca. 42. nume. 4. & ſeq. an vero pœnas canooum
patiatur, nempè thori ſeparationem, quia mani
feſtum eſt pati, quando omnis† coitus eoniuga-
19 li, & ſacramentali excepto, iure caoonum prohi
bitus, punibiliſque exiſtat, & nomine adulterij
veniat. ita eſt tex. in cap. oemo ſibi, cap. meretri-
ces. io ſi. eap. in eo 32. quæſt. 4. cum ſimili propte
rea† pena iuris ciuilis vendicat ſibi locum de iu-
20 re canonico, quo agitur ad ſeparationem thori.
ex communi *opinione, quam tenet Bald. io ca.
* tuæ de procur. Abba. in ca. gaudemus. de diuort.
in ca. ſi vero, & cap. hæc de ſenten. excommuni
cBernard. vbi ſupra de foroicati. num. 22. pag.
35. verſic. ſic coocludendum videtur. Et ex his
breuiter reſoluo, locũ ſeparationi thori fore cò
fortius additis verbis, & minis mariti de iorerfi-
cienda vxore a teſtibus plene deductis, illuſque
ſcuitiam, † quæ iuſtam ſeparationis cauſam præ
21 bent, ad congeſta per Pariſ. d. cõſ. 54. nu. 9. & ſe.
vol. 4. & Rim. iun. conſ. 174. io prin. vol. 2.
Franciſcus Burſatus I.C. Mantuanus.

PRO MAGNIFICA COMMVNI-
taie Bozuli.

ARGVMENTVM

Quando duæ ſententiæ in qualitate diuerſæ, dantur difformes, vel conformes, vt ſtatuto executionem duabus ſentẽtijs conformibus danti locus exiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum admittens vnicam appellationem tã tum odioſum eſt, nec extenditur, niſi ad vere conformes.*

2 *Sententia ſub conditione intrinſeca futurum reſpiciens, quæ incontinenti verificari nequit,*
* *nulla eſt, ex communiori.**

3 *Qualitas, vel modus enti, & ſpeciei adiectus illum difformem reddit.*

4 **Feudum ex qualitate adiecta, nouum efficit,*
* *ex commun * ſententia ex qualitate adiecta difformis redditur.*

6 *Sententiæ non dicuntur conformes, ſi altera ſit conditionalis.*

7 *Sententia dicitur indiuidua in ſingulo capite, ſi iudicium cũ vnica perſona agatur. & capita ſint diuerſa.*

8 *Executio Iudici ad vigintiquinque libras conceſſa, ſi excedat, nec in vigĩtiquinq; ſubſiſtet.*

9 *Indiuidua efficiuntur ex ſentẽtia, quæ aliàs ſui natura ſunt diuidua*

10 *Minor ſumma non ineſt, ex regula, in ſententijs Iudicium.*

11 *Sñia indiuidua eſt, & ſi cõtineat res diuiduas,*
* *ex communi.*

12 *Appellatio ſuſpendit totũ iudicatum, et ſi in parte eſſet conformis ſententia cum alijs.*

13 *Temporis adiectio, ſententias omnino difformes reddit.*

14 *Pronunciatur in dubio appellationi differendum, non eſſe deſertam, nec eſſe ſententias conformes.*

CONSILIVM CCXIX.

TRINITAS ADSIT.

EXtat in terra Bozuli ſtatutum, q a duab. ſentẽtijs conformib. nõ poſſit appellari uec de nullitate dici, etſi fuerit contractum, ſit irritum, & inaoe, & vbi duæ ſententiæ ſint eooformes in aliqua parte, debeant omnino in ea parte executioni demandari.

Digitized by Google

demandari.his ita ſtantibus;

Lata eſt ſentẽtia, prima ad fauorem Domini Ioannis Franciſci Marcheſiii, prætendẽtis ſe eſſe immunem ab omnibus oneribus, & etiam à maccnaticis, quod ipſe vigore talis exẽptionis, & priuilegij ſit immunis a ſolutione trium copellorum frumenti, qui aliàs ſolui ſolẽt per omnes volentes molere blada ſua in terra Bozuli, pro mercede, molitura, & præmio molitoris.

Secunda lata fuit ſententia ad eius fauorem, qua pronuntiatum eſt, ipſum eſſe immunem a duobus tantummodo copellis, ex tribus, vt ſup. ſolui ſolitis: cum hac tamen declaratione, & moderamine, quòd ſi apparuerit, vel in futurũ euenerit, quòd expenſæ, quæ fieri occurrerint in reparandis, conſeruandis, & etiam de nouo conſtruendis molendinis, excedere quantitatem affictuum, quæ percipi ſolẽt ex locatione dictorũ molendinorum: quòd tunc dictus Marcheſius teneatur conferre pro ſua rata ad id, in quo exceſſerint expenſæ dicti affictus.

Modo quæritur, vtrum dictæ duæ ſententiæ poſſint dici conformes, reſpectu duorum copellorum, adeo ut vendicet ſibi locum diſpoſitio ſtatuti, de quo ſupra.

Trinitatis indiuiduæ auxilio implorato, quæ greſſus meos in ſemitas iuſtitię dirigat, pro veritate cenſeo, minime dici conformes, nec ſtatuti diſpoſitioni locum fieri, quod demonſtro.

1 Primo, quia † ſtatutum illud odioſum eſt, & contra ius commune, quod admittit ſecundam appellationem, licèt tertiam prohibeat. Tot. tit. C. ne liceat. 3. prouocar. c. ſi quis. 2. q. 6. c. directi c. ſua nobis, de appell. reſtringendum eſt itaque, & ſtrictiſſimè interpretandum. l. præcipimus. C. de appell. l. iu. ſingulare. l. quod vero, ff. de leg. & ſi uerba impropriarentur. c. cũ dilectus, de cõſuet. ita ut ad ſententis tantum vere conformes, nec in ſuis partibus, uidelicet cauſæ, quantitatis. numeri, ac formæ iudicati differentes extẽdat, Rota in antiquis. de ſentent. & re iud. deciſ. 2. At cum prima ſententia immunitatem triplicis mẽſuræ, ſeu (vt aiunt) trium copellorum includat, ſecunda duos tantum: prima ſententia abſolutè Marcheſium immunem conſtituat; ſecunda, niſi expenſæ molendinorum excedant affictus, prima perpetuo ſupponat exemptum immunitate gaudere, ſecunda neceſſario inferat aliquẽ eſſe caſum quo non ſit immunis, ſed teneatur & ipſe, prima ſit pura, ſecunda ſub conditione ſaltem reſolutiua ad tempus; indicabuntur vtique difformes in quantitate, ſenſu, fine, verbis, ac in ſubſtãtia, vt ſtatuti diſpoſitio ceſſet, quod in propoſito conſiderabat Corn. conſil. 14. nume. 2. & ſeq. volum. 4. Cephal. conſil. 209. num. 11. & 13. volum. 2.

2 Secundo, † ſententia vltima videtur lata ſub conditione quadam extrinſeca, niſi expenſæ circa molendina excederẽt redditum ipſorum, vel affictum, ſic reſoluenda in futurum, cum conſtabit de maiori expenſa, quia tunc immunitatem duorũ copellorum ceſſare intelligit, etſi de minori apparebit, procedere immunitatẽ declarat, ideo quia eſt ſub conditione intrinſeca, reſpiciens futurum tempus, quæ incontinenti verificari, & adimpleri nequit, nulla prorſus dicẽ, * ſecundum communiorem * ſententiam, quam refert Iaſ. & Rip. nu. 31. in l. ait prætor. §. 1. num. 31. ff. de re iud. Alexan. conſil. 73. num. 11. & 12. volum. 3. Vant. tract. de nullit. ſentent. ex defectu proceſſus. num. 110. 112. & ſeq. Ruin. cõſi. 133. nu. 11. vbi de magis communi. volum. 5. probat amplè Octau. Cacher. deciſ. pedem. 146. nu. 10. 11. & ſeq. Ant. Gabriel. com. opin. lib. 2. de ſent. concluſ. 1. num. 17. limit. 7. Bero. conſil. 204. nu. 26. volum. 3. propterea ſi nulla eſt ſententia ſecũda, conformis primæ dici minime poterit, nec in diſpoſitione ſtatuti comprehendetur, Corn. conſil. 144. num. 16. volum. 1.

Tertio, admiſſa illius validitate tamquam ſub certa modificatione, modo, ſeu adiectione probata (quod tamen non firmo, quando ſit conditio uera) dico videri difformem a prima, ea ratione,
3 quod † qualitas, modus, vel quid adiectum enti, vel ſpeciei, illam diuerſam in ſubſtantia reddat, & qualificet ab ente, & ſpecie ſimplici, tex. ẽ in c. ſtatuimus. de elect. in 6. iũcto. c. licet canon. eod. tit. pro qua regula adducitur conſi. Oldradi vulgatũ 188. in quo notabiliter determinat, ex noua qualitate adiecta in renouatione antiqui
4 feudi, † nouum feudum, & beneficium conſtitui. per l. iuriſgẽtium. §. adeo. ff. de pact. Afflict. deciſ. * 112. nume. 15. Brun. conſil. 68. cõmunis * eſt ex Curt. Brun. & cæter. allegatis à Tom. Marin. de feud. ex pact. & prouid. nu. 37. & 42. ac de feud. nouo, nu. 3. ſequitur in qualitate adiecta rei inanimatæ, ut hic, Crot. nu. 13. vbi cæter. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. cumque qualitas illa de expenſis in ſolutione copellorum cõſiderandis, an ſint maiores, vel minores, adiuncta immunitati petitæ, & primo iudicatæ, ipſam immunitatem nouam reddat, atque diuerſam,
5 infertur ſecundum † ſententiam omnino a prima effectu, ac ſubſtantia differre; quinimmo difformes vere conſtituantur, prout difformes ex qualitate adiecta cẽſuit Cyn. in l. 1. C. ne liceat. 3. prouocar. Soc. ſen. conſi. 39. lib. 4. Aymo cõſ. 183. ad fin. Port. Imo. conſi. 209. num 9. Didac. Couar. practic. quæſt. cap. 25. nu. 5. & 6.

Quarto, quærũt Doctores, ſi ſtatuto, vt in pręſenti caueatur duas † ſententias conformes exe-
6 quẽdas eſſe, num locum habeat, ſi earum altera ſit conditionalis, modificatiuauè; & concludũt negatiue arguentes a ſtipulatione, in qua ſi ſimplex præcedat interrogatio, & cõditionalis, vel in diẽ ſequatur reſpõſio, ſtipulatio non ſubſiſtet cum ſubſtantia varietur ex adiectione qualitatis nouæ. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter; vbi moder. & in noſtris terminis Galiaula. numero 2. ff. de verb. obliga. quem refert, & probat iſto caſu, Roncagall.

gall.in l.ex duobus reis promittendi,in 4.vbi
Alciat.num.7.ff.de duob.reis,Didac.d.cap.25.
num.6.Ioan.Bapt.Aſin.ſuper ſtatut.Florent.in
Praxi Iudici. ca.61.§.31.per totum,Vrſil.ad Af
flictum.deciſ.362.num.1.Dum itaque id in for
ma per ſcribẽtes admittitur,locus diſputationi
ceſſab.t.

Quinto,hæc validiſsimè comprobo:namque
in iudicio cũ unica perſona peracto,verum eſt
7 ſi capita ſint diuerſa,† ſententiam eſſe indiui-
duam in ſingulo,& vno quoque capite.l.etiam.
§.fi.vbi glo.ff.de min.not.Bar.Salyc.& cęter.in
l.1.C.ſi aduer.rẽ iud.omnes in l.2.C.de re iud.
Nicell.in cõcordant.Gloſ.concord.§.pro regu
la,ponit Iacob.Nouel.ſuis regul.verbo ſenten-
tia.num.191.vbi treſdecim fallentias ſubnectit,
etſi diuerſæ,ſummæ,vel res ſint in capitibus di-
uerſis petitæ,dummodo oẽs vnica actione cõ
præhendantur,ſententia indiuiſibilis redditur.
l.ſi qui ſeparatim.§.1.vbi Bartol.Angel.& Imol
ff.de appel.Bart.& alii in l.fi.ff.de iur.omn.iud.
Alexan.numero 3.Iaſ.nume.5.Bal.nume.94.in
l.edita.C.de edend.Ruin.conſil.12.num.4.vol
3.Contar.in l.1.limit.9.ratione damni.nu.37.
C.de moment.poſſeſſ.& quæſt.11.nume.3.pro
8 pterea ſi † executio concedatur Iudici,vſque ad
ſummam vigintiquinque librarum,& ipſe exce
dat,nec in vigintiquinque libris executio ſubſi-
ſtet,cũ ſentẽtia in vno capite ſit indiuidua,l.in
hoc iudicio.ff.fam.herciſ.c.Rainutius,extra de
teſtam.Rebuf.ſuper cõſt.Regn.lib.1.de execut.
ſent.art.15.num.11.& art.16.gloſ.5.num.5.Be-
ro.conſi.105.num.5.& per totum volum.3.nec
difficultas eſt,quin vbi plura differentibus nu-
mero,vt res,pecuniæ,ſimiliaque comprebẽdan
tur in vno capite ſententiæ tantum,licet ſint ſui
9 natura diuidua,propter ſententiam tamen † in
diuidua dicuntur,ex doctrina,in propoſito Ro
man.in l.1.§.pen.numero 34.ff.de verbo.oblig.
dicentis,quo ad ſummam diuiduam ſui natura
comprehẽſam in vno capite ſententiæ,illam in
diuiduam cenſeri,nec tunc minorem in maiori
includi,ſequitur Rimin.iun.conſil.71.nume.4.
Hinc petitis centum,ſi dentur per Iudicem cen-
tum decem,vel octuaginta;nulla eſt ſententia,
quia neceſſario ſuper vnico capite ſentẽtia vali
da,vel nulla conſtituitur,Salyc.in d.l.a.pri.q.C.
ſi aduer.rem iud.Nouel.d.regul.191.nec regula
10 † minorem ſummam ineſſe maiori in ſentẽtiis
locum habet,Iaſ.in l.1.§.ſi ſtipulanti.in fin.ff.de
verbo.obliga.Bero. conſil. 105.nu.5.volum.3.
11 † ſententię enim in eodem capite ſunt indiui-
duæ,licet ſummas,pecunias,ac res diuiduas cõ
* tineant,quod receptiſſimum *inquit,Hiero.Ga
briel.conſil.56.num.1.& 9.quapropter infero,
ſtatutum allegarũ procedere in ſententiis in illa
tantum parte,in qua ſunt conformes in capitib.
diuerſis,per Deci.conſilio 385.Ruin.conſ.114.
volum.5.Socin.iun.conſilio 118.volu.1.& 74.
numero 2.volum.2.Curt.iun.conſil.30.in pri.
nec id intelligi,vbi in eodem capite ſententiæ
ſummę eſſent diuerſæ,vt puta prima ſententia
tres menſuras vulgo copellos,vt hic,cõtineat:
ſecunda vero duas tantum,cum nec minor tũc
inſit maiori ſummæ;nec cenſeant quoquomo
12 do in minori conformes.ſed† appellatio illo ca
ſu,quo ad totam ſummam executionem,& me
rita,ſuſpendat tamquàm ſuper diuerſis capitu-
lis lata,vel ſuper acceſſorio & principali ſimul,
not.Iaſ.conſilio 183.numero 3.volum.2.& in
terminis noſtris magiſtraliter Hiero.Gabriel.vi
dendus.d.conſilio 56.in pri.articulo,ſubdens
propterea ſcripta p̃ Didac.Couar.pract.qq.ca.
25.nume.6.in fin.verſicu.11.& per Barbat.cõ
ſil.10.volum.1.non eſſe vera,nec attẽdenda,cũ
loquantur contra veras,& receptiſſimas Iuriſpe
ritorum doctrinas.Concluditur ergo,licèt non
fuiſſet adiecta illa conditio,vel modificatio,ex
diuerſitate quantitatis menſurarum,quando
circa illas ſententia reputetur indiuidua,non
effici ſententias cõformes,vt ſtatuto locus exi-
ſtat. Verum & res in tuto perſiſtit,cum vltra
13 quantitatis diuerſitatem,adſit & † tẽporis adie-
ctio,quæ omnino difformes ſententias conſti-
tuit,Alex. d. conſ.77.vol.2.ac Vrſil.ad Afflict.
deciſ.372.num.2.

Sexto,vt dixi ſuperius,ſtatutum illud appella-
tionem prohibens,odioſum eſt,& reſtringen-
dum:ideo in dubio,ſicut appellationi defertur,
& deſertio reijcitur,Iaſ.& Caſt.in l.1.ff.ſi quis
14 caut. ſic† pronuntiabitur ſententias difformes,
cum hac via vtrique parti conſulatur,ita præci-
ſe inquit,Craue.conſ.183.nu.4.Hier.Gabriel.
d.conſ.56.nu.12.ac Rimin.ſen.conſi.99.num.
70.& 75.cum ſeq.vol.1.dicens.nume.72.coa-
ceruationem quantitatum in ſententia fieri de-
bere ad effectum,vt appellatio admittatur,tam-
quam magis partibus fauorabilis,ex doct.An-
car.in c.pen.de donat.in connexiſque,& arti-
culis dependentibus,ſeu capitulis vna actione
petitis fieri coaceruationem,appellationemq;
ab vno trahi ad diuerſum,vt ſubnectit.nu.81.
& ex his breuiter concludo,tantum abeſſe,q
dicantur conformes,quin in omnibus diffor-
mes iudicentur,ne ſtatuto locus fiat.

Franc. Burſ.I.C.Mantuanus.

PRO NOBILIBVS CONSORTIBVS
de Rangono, & Mantellis
Reggienſibus.

ARGVMENTVM.

Societas tacite renouata,quomodo probetur.
Iuramentum in ſocietatis documento publico poſitũ,
an repetitum dicatur in tacita,vel expreſſa ſo-
cietatis renouatione,vel prorogatione.

Statu-

Statutum, quando ad actus iuratos non extendatur.
Sententiæ nullæ an dicantur, cum lata contra ſtatuti diſpoſitionem expreſſam.

SVMMARIVM.

1 *Societas tacite renouata intelligitur per id tempus, quo primo loco inita fuit.*
2 *Renouatio tacitæ ſocietatis per actus ſociales, expreſſe eſt probanda.*
3 *Actus tacitam inducentes ſocietatem, ſunt omnino probandi.*
4 *Socij nomine proprio negociantes, finito tempore ſocietatis, ſibi ipſis tantum, non ſocio acquirunt.*
5 *Confeſſio præſente parte duobus conteſtibus probatur.*
6 *Teſtis vnicus probat ſemiplene confeſſionem, præſente parte, quæ cum alia probatione iungitur.*
7 *Verbum reſti, crediti tantum partem ſupponit.*
8 *Poſitionis qualificata reſponſio, per reſpondentem eſt probanda.*
9 *Datio inſolutum, etiam in numo vltra verum creditum facta, in totum reſcinditur.*
10 *Sententia contra legem expreſſam lata, eſt ipſo iure nulla.*
11 *Nulla eſt ipſo iure ſentẽtia contra ſtatutũ lata, & contra Principis conſtitutionem nu 12.*
13 *Sententiæ nullæ non conualidantur partiũ conſenſu.*
14 *Statutum tollit actionem, cũ dicit nõ poſſit agi, vel ſolutiones præſumat.*
15 *Sententia lata pro eo, cui actio non competit, nulla eſt, ex communi.*
*
16 *Sententiæ nullæ non tranſeunt in iudicatũ, nec executioni mandantur, ex communi.*
*
17 *Executio ex nullitatibus ſuſpenditur.*
18 *Statutum ad actus iuratos non extenditur, ex communiori.*
**
19 *Iuramentum in cõtractu poſitum actionem ad quadraginta annos perpetuat.*
20 *Statutum præſcriptionem crediti ex tempore inducens, non extenditur ad creditum iuratum, ex communi.*
*
21 *Iuramentum non intelligitur renouatum in tacita actus renouatione.*
22 *Iuramentum in valente loqui, certam formam præciſam, & verba expoſcit, puta quòd tactis ſacris ſcripturis præſtetur ex communiori.*
**
23 *Lex, quæ iuramento quid tolli, vel confirmari mandat, intelligitur de vero iuramento.*
24 *Iuramentum ſuper vna re præſtitum, quo ad vim iuramenti extenditur ad alium, niſi id expreſſe fiat.*
25 *Iuramentum non cenſetur in laudo repetitum ratificato compromiſſo iurato.*
26 *Verba ad ſubſtantiam iuramenti formalem, non requiruntur, dummodo voluntas adſit, ex communi.*
*
27 *Prorogatio à renouatione actus differt, prior n. eſt idem actus, ſecunda diuerſus, ex cõi.*
*
28 *Iuramentum non cenſetur repetitum in prorogatione termini locationis, vel ſocietatis, niſi expreſſim iuret, vel vt ibi.*
29 *Prorogatio ſimplex cum clauſulis, vinculis, & iuramento actus primi, non includit iuramentum vere.*
30 *Naturalia tantum in renouatione tacita veniunt.*
31 *Iuramentum, finita prima locatione, vel ſocietate, non cenſetur repetitum in renouationem illarum tacite.*

CONSILIVM CCXX.

TRINITAS ADSIT.

PRoponitur tribus ſententijs cõformibus latis in Ciuitate Regij ad fauorem Do. Franciſci Mariæ Signoretti contra nobilem D. Anſelmum, & Laurã de Muſijs iugales de Rangonibus & Mantellis, litis conſortes, damnatos iugales & dd. conſortes fuiſſe uti hęredes q. Thomæ de Muſiis, & Mattheum Mantellum ad reſtituendum ſcutos. 210. auri pro capitali & lucrũ in rationi octo per centũ ſingulis, d. Signoretto, occaſione ſocietatis initæ inter Signorettum & dd. Muſiũ, & Mãtellum ann. 1533. Quib. ſententijs declaratur ſocietatem quæ ex inſtrumento publico per decem annos tantum contracta erat, perſeueraſſe ad mortem ipſorum, nẽpe ad annum 1367. A ſententia tamen vltimo adhuc appellatum, & dictum de nullitate principaliter fuit, cum ſit lata cõtra ſtatutum Regij, ſub rubrica de annuis pręſtationib. lib. 2. diſponens expreſſe, ꝙ ſtans per decem annos continuos, nec petat annuã præſtationem ſibi debitam etiam in pecunia in iud. vel extra coram teſtibus, præſumatur eidem ſatisfactum, ac ſolutum a tribus annis retro, ita quod creditor, per tres tantũ annos, dictam præſtationem annuã petat, niſi debitor oſtenderet pro trib. annis cõtinuis ſoluiſſe, quia præſumitur ſemper ſoluiſſe.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia locũ habeãt in pecunijs datis ad
mercãtiam ſiue ſocietatem, quod non poſſit pe
ti lucrum ex dd. pecunijs, ſeu de eis pecunijs, ni-
ſi per dictum tempus trium annorum proxime
præteritorum, & ſi ſocietas duraſſet vel duraret
vltra tres annos.

Quæritur num iugales & conſortes obtinere
valeãt, eo quod inito computo per d. Signoret
tum creditorẽ ſocietatis duratæ per annos 33.
menſes quatuor, tenutam ſuper primo & ſecun
do decreto in bonis damnatorũ ꝓ ſcutis 2022.
lib. 4. ſolid. 16. obtinuerit.

Et pro veritate breuibus videtur ꝓ dd. con-
ſortibus reſoluendum. omiſſis. n. quæ circa me-
rita cauſæ dici poſſent.

Primo, ꝙ ſocietas vltra aliud decẽnium poſt
inſtrumentum renouata ex mente partium non
1 diceretur † cum per id tempus tantum, quo pri-
mo loco inita eſt ſocietas, intelligatur tacite ex
actibus ſubſequentibus ſocietas renouata. ita in
indiuiduo Bald. conſil. 448. nu. 2. vol. 4. quem re-
fert & probat per alios Tiraq. tract. de retract. li
gna. §. 1. glo. 1. nu. 27. Bero. conſ. 153. num. 11. &
ſeq. & nu. 48. & ſeq. vol. 1. cum ſimil.

2 Secundo quod ꝓbandi erant expreſſe † actus
ſociales, vt aiunt, & renouatiui inducentes taci-
tam ſocietatis iam finitæ renouationem, & per-
ſeuerãtiam. Bar. in l. titium §. altero. ff. de admni.
tut. Bal. in aut. ex teſtõ. qq. 12. C. de collat. Butr.
conſ. 71. Dec. con. 21. & 651. nu. 1. Ro. cõſ. 291.
Ale. conſi. 37. con. 2. vol. 4. Corn. cõſ. 58. colu. 1.
lib. 4. Alciat. conſi. 703. in pri. Rim. cõſ. 300. nu.
19. vol. 2. Ceſal. late conſ. 247. nu. 20. cum ſeq. &
248. nu. 20. & ſeq. li. 2. tacite. n. vel expreſſe con-
3 trahitur ſocietas, ſed † actus taciti ſunt probandi
per allegãtem, vt exempla ponit Bal. conſ. 19. li.
pri. 452. li. 3. Iaſ. conſ. 2. conſ. 3. vol. 3. Quin ſunt
nẽpè patientia ſola, rõ non reddita, capitalis nõ
reſtitutio facta: & perſeuerantia, Ale. conſ. 132.
volu. 5. Dec. cõſ. 548. & conſ. 213. Soc. conſ. 87.

4 Tertio dum finita fuit † ſocietas lapſo decen-
nio, ex pacto inſtrumenti etſi Muſius, & Mantel
lus ſint negociati pecunias ſocietatis cõmunes,
cum tamen id nomine proprio non communĩ
omnium egerint, nullo modo renouato cenſet̃
ſocietas. quinimo totum lucrum idem acquiſi-
tum ipſis tantum debitũ fuit, ita in terminis Ca-
ſtr. conſilio 415. num. 2. vol. 2. Dec. d. conſ. 213.
nu. 11. poſt Rom. conſ. 418. nu. 2. in fi. cum apo
ſtil. Mendoſij. verbo. itaque imò ex dicto decen
nio quatenus lucra vel dãna, & vſuræ deberenĩ
remiſſa, & donata pręſumptiue ex dicto tempo
re cenſeantur ad not. ꝑ Alciat. reg. 2. pręſump.
32. nu. 8. ad fi. Caſtr. conſi. 162. volu. 1. ac Rom.
conſi. 102.

5 Quarto † confeſſio dicti Signoretti creditoris
facta pręſente parte dum ipſe Signorettus corã
teſtibus petijt a debitore infirmo Muſio pro re-
ſto, vt ipſe aiebat dd. ſocietatis lib. 400. tãtum in
circa. Qui Muſius reſpondidit, ſe magis credito-
rem, quàm debitorem, nec Signorettus cõtradi
xit. de qua deponunt Reuerẽdus Porretta Prior
Santi, Dominici. & multi alij conteſtes tunc pręſ
ſentes quidam probat plenè aduerſus ipſum ſal
tem pro dd. reſto. eo quod ſit facta pręſente par
te & a duobus conteſtibus depoſita ad not. in l.
admonendi. vbi Bart. nume. 48. cum apoſtil. Iaſ.
num. 89. ff. de iur. iurand. Caſtr. conſ. 79. & 109.
volu. 2. Afflict. deci. 375. num. 3. Roland. a Valle
conſ. 82. num. 42. & ſe. vol. 3. imò, & probata per
6 † vnum teſtem qui ſemiplene probat vt poſſit iũ
gi cum alijs probationib. ad effectum plenę ꝓ
bationis inducendæ Alex. & dd. in l. Gallus. §. il-
le caſus. ff. de lib. & poſt. Pariſ. conſil. 57. nu. 30.
& ſeq. volum. 1. Aymo. conſi. 267. num. 5. volu.
2. Simon de Prætis, conſi. 159. num. 7. cum ſeq.
Ant. Gabr. com. concluſ. lib. 1. de confeſſis con-
7 cluſ. 2. † Verbumque teſti neceſsario præſuppo
nat tantum partem crediti, nõ totum adeſſe, cũ
illud, quod ſuperſit, ſoluẽdum compręhendat,
arg. l. 2. vbi Caſtr. & Alex. C. de hæred. inſtit. Ale.
conſi. 16. num. 2. volum. 4. & 216. num. 4. vol. 7.
Cepol. caut. 121. Bertrand. conſi. 198. num. 3. vo
lu. 2. & conſ. 125. col. fin. volu. 1. Cor. conſ. 264.
num. 11. volu. 4. Caſſan. conſi. 12. num. 6. Guid.
Papa. qq. 177. Gales. in for. Camerę colum. 180.
186. num. 38. Afflict. Dec. 285. nu. 3. vnde multũ
videbantur ponderãda illa verba Signoretti er-
ga dictum de Muſiis, iam in vltimo vitæ conſti-
tutum prolata.

Quinto, ex proceſſibus apparet Signoretti
quandoque habuiſſe pecuniarum quantitatem
dd. Muſiis, quod & veriſimile dicitur ne tam ne-
gligens credatur. & per 33. annos nunquã ali-
quid de capitali & lucro habuerit, & id ipſe in re
ſpõſione poſitionum fatetur licet addat ipſum
eas quoque pecunias Muſiis tradidiſſe, quod tñ
à Signoretto probãdum erat, cum nõ fuerit po-
8 ſitionum † ſimplex reſponſio, ad not. in c. ſtatui-
mus, de confeſſis li. 6. nec confeſſio ita qualifica
ta in vna oratione, vel per verba negatiua emiſ-
ſa ſit, quin pro parte acceptari potuerit, per Bal.
in l. ſi quidem. C. de except. Iaſ. in §. item ſi quis
in l. 2. num. 22. 26. & ſequ. inſtit. de actio. & in l. at
prætor. §. 1. ff. de iur. iurand. Lanfranc. in c. quo-
niam contra verbo confeſſionis. verſicu. 2. cõ-
cluſ. & verſ. addo extra de probat.

Quapropter, cum datio tenutæ ex 2. decreto
ſit ꝓ integra ſumma totius capitalis & lucrorũ
pro toto tẽpore facta, nil pęnitus detracto: cui
dubium nullam eſſe tamen que plus vero credi-
9 to facta, quæ in numo † etiam datio inſolutum
vltima uerum creditum facta in totum reſcindi
tur. l. 1. §. ſed ſimili. ubi Alciat. num. 30. commu-
nem ait ff. de verb. oblig. Petrus Duen. reg. iur.
186. decretum ample 4. ſcripſi conſil. 73. nume-
ro 27. li. 1. addo Borgn. Caual. tract. de uſufruct.
mul. numero 208. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 178. nu.
8. Simon de Pręt. conſi. 206. num. 9. 34. & conſ.
30. nu. 33. conſi. 35. nu. 34. conſ. 206. nu. 68. li. 1.

Omiſſis

Omiſſis itaque præcedentibus, quæ pro veri
tate multum Iura dd.ingalium de Rangonibus,
& conſortum conſouent.arbitror ſententias ip
ſo iure nullas conſequenter non eſſe executioni
de mandans.
10 Primo,quia iure communi inſpecto†ſenten-
tia lata cōtra legem expreſſam, ipſo iure eſt nul-
la,ex glo.vbi Salyc.de com.per illum tex.in pri.
& 2.oppoſit.in l.2.C.quando prouo.non eſt ne
ceſſe l.ſi expreſſim.vbi gl.& DD.ff.de app.Imo.
in l. ca diuerſo. §. ſi in iud. ff. ſolut. matr. c. 1.de
ſent.& re iud.eſt tex.in l.1.§.item cū ff.quæ ſent.
ſiue appel.reſcind.Mateſ.nor.2.Dec.cōſi.8. late
Sebaſt.Vant.tract.de nulli.in defec.tu proceſſus
nume.118.cum ſeq.Tob.Non.conſi.71.nu.41.
11 idem ſi contra † ſtatutum loci in lib.ſtatutorum
inſertum Alex.conſi.81.num.1. volum.2.conſi.
82.volum.3. Angel. Poſt.Bart. & Angel.in l.cū
prolatis.ff.de re iud.Abb.nu.16.& Felyn.nume.
2.& 3.in c.1.extra de re iud.Caſt.conſ.34.nu.1.
volu.3.& conſ.16.num.9.volu.1.dicēs, ſi victus
in expenſis damnatus intelligatur per ſtatutum,
& Iudex eum abſoluat,ſententia nulla erit Mar-
ſil.ſingul.207.Io.Baptiſta Aſin.Praxi iudiciaria.
§.32.cap.31.Brun.conſ.50.numero 6.latè Ant.
Gabriel. com. concluſ. lib. 1. de ſent.concluſ.7.
12 numero 5.& 11. idem ſi contra Principis†cōſti
tutionem feratur, nulla exiſtat.Grat. conſi. 80.
num.7.lib.2.Octaui. Cacher.deciſ.pedem.242.
num.36.
13 Quæ†ſententiæ nulle, nec partium conſenſu
validantur gloſ.Bartol.& Iaſ.numero 5.in l.ſi di-
uerſ.C.de tranſac. Aret.conſ.73.poſt Bald.in c.
inter monaſt.colum.2.de re iud.propterea quic
quid iudicatum fuerit, ſtatutū illud obſeruabit̄.
14 Secūdo, ex dicto†ſtatuto tollit̄ omnis actio,
ad petendum pręſtationes,& lutra dictę ſocieta
tis triennio elapſo,ex illis verbis pręſumatur ſol
uiſſe,& non poſſit peti,quæ præſumptio induci
tur a ſtatuto,quod fingit, & ſolutiones p̄ſumit,
Bero.in rub.de pręſcript.num.48. Ant.Gabriel.
lib.5.communi opi.de præſcript. concluſ.4.nu.
4.& ſe.tolliturque,vt p Bero.ibi ciuilis & natura
lis obligatio.Bal.in c.1.§.ſi quis nu.10.ſi de feu-
do.fuer.contr.Io.Baptiſta Bou.de ſtat.vrbis pręſ
cript.gl.23.verſi.& ſublatam eſſe actionem nu-
15 me.4.itaque†ſententia lata ad fauorem eius,cui
actio non competit, nulla ipſo iure cenſebitur
* ex communi * opin.relata a Iaſ.in l.ſi titius. ver.
circa tertium,& Alexan.numero 3.ff.de verbor.
obliga.Crauet. conſilio 191. numero 1.Alc.cō-
ſil.136.volum.2. 166.nume.4.volum.6. Roni.
conſilio 224.numero 5. cum apoſtil. Mendoſij
verba apponat,& verbo repellendus.
16 Tertio,†ſi nullæ ſunt ſequitur nec in iudicatū
tranſiſſe,nec executioni fore demandādas c.in-
ter cęteras, vbi not.de re iud.gloſ.in clementina
* paſtoralis.de re iud.*communem ait Pariſ. con-
17 ſilio 107.num.9.& ſeq.volum.4. †imo executio
ſuſpendit̄ ex dd.nullitatibus. Bal. in l.ab execut.
c.de execut.rei iud.Bar.& alij in l.condemnatū.
§.4.ff.de iudicijs. Alexan.conſil.181.volu.2.lib.
6.Rota in antiquis deciſ. 280.quæ etiā poſt tres
ſententias opponi valet, multa in ꝓpoſito Seb.
Vant.tract.de nullit. quoties & intra quod tem-
pus.per totum, & numer.3. cum multis ſequen.
Videtur itaque terminandum nullas eſſe ſen-
tentias,nec vlterius executioni, demandandas.
Et ſi opponeretur ſupradicta ꝓcedere in cre
dito lucrorum ſimplici, at ſecus in iurato, vt in
caſu ſocietatis,de quo agitur, quia tunc ad actus
18 iuratos†ſtatutū minime extendi ſolet maximæ
a ſecularibus conditum.tex.eſt in c. conſtitutus.
vbi Abb.Felyn.Dec.& alij. de reſcript. gl.in ca.
* cum non deceat.de elect.in 6.quam communē*
inquit Curt.iun.conſil.98.nu.7.Fulg.conſ.156.
Marſ.Sing.141.Ferat.Caut.386. Mateſ.notabi-
lis 23.Rom.Singul.7.& in conſil.393. num.13.
ubi ample Mendoſ.de cōmuni, in uerbo firma-
** tas, regulam communioremque ** doctrinam
ponit Ant.Gabriel.com.concluſ.lib.2. de iur.iu
rand.cōcluſ.5. numero 1.14. & ſequen.Stefan.
Lamb.ſuper ſtatut.prohibente mulierem, con-
tra. ſine certa ſolemnitate, uerſi. finis nume. 11.
cum ſequen.Rurſus,ſtatuti diſpoſitio ceſſat, qa
19 † iuramentum in contractu appoſitum actionē
ꝑpetuet,ſaltem ad annos.40.Ang.in l. cum no-
uiſſimi §.imo C.de pręſcript.30.annorum.Soci.
iun.conſilio 54.nume.7.uolum.1.Cæpol.Caut.
20.Gerar. Singul.128.nume.8.cum ſeq. Et ideo
20 † ſtatutum debiti præſcriptionem certo tempo
re inducens,indebito,uel annua præſtatione iu
ratis, locum ſibi non uendicet, Marſil.Singul.
141.ubi ait ſe obtinuiſſe Ant.Bauer.tract.de iur.
uirt.colum.7.Boer.Deci.328.ante finem, com-
* munem,*inquit Io.Baptiſta Boui.ubi cæteros al
legat, tract. de ſtatutaria urbis pręſcript. gl.19.
num.125.cum ſequent.Ant. Gabriel.ubi regulā
limit.li.5.communi opin. de pręſcript. concluſ.
4.numero 18.& lib.2.de iur. iurand. concluſ.5.
num.12.ac nouiſ.D. Stef.Lamberteng'us, ſuper
ſtat.prohib.mulier.contrahere ſine certa ſolē-
nitate.verſic.finis num.13.ſubdens num.14. ob
tinuiſſe in facti contingentia & plane coram ſe
natu Mediolanenſi ꝓ locatore domus petente
penſiones,quas fita appellāt, promiſſa ſibi ſub
iuramento a conductore,non obſtāte lapſu triē
nij a ſtatuto Comenſi c.103. quo prohibeban-
tur peti penſiones,a tribus annis ſupra.
Ad hæc,quæ neruum difficultatis pro Signo
retto,& ſentētijs tangunt, realiter reſpondetur.
Negando integrum creditum Signoretti, de
quo in ſententijs iuratum,dici.conceſſo etenim
in inſtrumento ſocietatis pro decennio contra-
ctæ iuramentum appoſitum fuiſſe,nō tamen ad
mittitur finito decēnio,in renouatione,ſeu per-
ſeuerantia eiuſdem ſocietatis,iuramentum addi
21 tum,†renouatum, uel repetitum fuiſſe,quod ra-
tionib.canone,exēplis, & authoritatib.cōꝓbo.
22 Primo ratione, nempè quia†iuramentum in
valente

valente lòqui certam formã verbaque expreſſa
expoſcit: puta q̃ corporaliter actis ſcripturis, &
ſecundum aliquos Euangelij ſuſcipiatur Inn. in
c. etſi Chriſtus de iur. iurand. Ale. in l. 1. in pri. &
§. 1. ff. de verb. oblig. c. 1. §. porro. vbi gl. & Cardi
nalis. de hæreticis ca. ego. n. de iur. iuran. c. 1. de
noua forma fidel. Clem. pri. de vſur. Iaſ. in auth.
ſacram puber. num. 14. c. ſi aduerſus vendit. no-
** tant ſcribẽtes, in l. 1. vbi Crot. hãc magis cõem **
ait, col. 4. Poſt Caſtr. Aret. & Ale. ff. de verb. obli.
Alciat. in rub. de iur. iuran. aſſeuerans eã in pra-
xi receptam, And. Tiraq. de ll. connubial. glo. 5.
nu. 18. Io. ſelua, de iuramẽto pri, parte q. 2. Hinc
23 voluere ſcribentes legem † quæ iuramẽto inſi-
nuationem tolli mãdat vel actum aliter prohibi
tum confirmari, intelligi de vero iuramento, &
verbis tactis ſcripturis delato, non autẽ per ęqui
pollens præſtitu. not. Port. Imol. cõſi. 36. nu. 52.
& ſeq. & num. 67.

Nec verba in præſentis caſu renouate ſocieta
tis interuenerunt, nec verborum vel mentis iu-
rantis ſignum: ideo iuramẽtum & vim illius ceſ-
ſare firmabimus.

Secũdo à fortiori id probo ex c. penul. extra
de iur. iuran. dum Pontifex vult Clericum, qui
iurauit ſtatuta Eccleſiæ ſuæ edita ſeruaturũ, pro-
mittentem per idem iuramẽtum ſtatuta poſtea
ſubſequutura fideliter obſeruaturum, licet tran-
ſgredi non debuerat, non teneri ad illius obſer-
uantiam ex debito pręſtitit iuramenti, inſinuans
24 ex his verbis † iuramentum ſuper re quadam ſe-
mel pręſtitum non poſſe ſimpliciter cõſenſu &
mente ſola iurantis ad alium caſum, quo ad vim
iuramenti extendi; niſi id expreſſe fiat. quam eũ
eluſionem ex illo textu mirè commẽdantes, ad
notant Abb. Butr. & cæter. ibi in c. ab excommu
nicatio. vbi Butr. num. 23. de reſcript. Socin. ſen.
conſil. 99. volu. 3. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. num.
120. Cõtra memorabili verbo iuramẽtum hinc
25 ratificato compromiſſo cum † iuramento, non
cenſetur iuramentum in laudo repetitum, Dec.
conſi. 60. in fi. nec in laudo poſitum, de quo etiã
conſtet in emologatione reiteratum, niſi dicatur
Soci. in conſi. 85. num. 5. Tob. Non. conſil. 8. nu.
16. Vnde ſi ex ſolo cõſenſu, & mente iuſum nõ
extenditur a pri. ad actum ſequentem, multo mi
nus in caſu præſenti, vbi nec de conſenſu nec
mente vllibi appareat, iuramentum pri. ſocieta-
tis ad renouatam trahetur.

26 Tertio, etſi teneremus illã ſententiam † ad
iuramenti ſubſtantiam formarem eiuſque vim
& effectum verba neceſſario non requiri: dum-
modo animus, & voluntas adſit, q̃a ſolius men-
tis Deus in teſtem vocatus inſpector exiſtat. c. ſi
quid inueniſti. 14. q. 5. c. erubeſcant 32. deſtinet
* quam cõem * aſſerit Lanzal. Galia. in d. l. 1. col.
ſi. ff. de verb. oblig. negari tñ nõ põt, quin de mẽ-
te ex liquidis coniecturis vel expreſſis quibuſdã
verbis conſtare oporteat. ita Panor. poſt alios
conſiderat in d. c. nu. 4. de iur. iur. Didac. Cou.
in c. q̃uis initio pri. partis nu. 4. & nu. 6. verſ. vo.
de pact. in 6. Quæ coniecture menſq; verbis, ſeu
ſignis declarata, in præſenti caſu deficiunt, cum
ex non reddita ratione patientia, capitalis reten
tione, ac pſeuerantia tñ, tacitã inductã renoua-
tionem ſocietatis ſignoretus affirmet.

27 Quarto, ſcimus diuerſã eſſe † pꝛogrationẽ actus
ab illius renuatione, prior. n. fit durante pri. ter
mino, ẽt in momẽto vlt. & eſt id ẽ actus cũ pri. ni
hilo mutato, At 2. fit põ terminũ, nouuſq; actus,
& noua diſpoſitio cenſetur. l. ſed ſi manent. vbi
* gl. cõiter * recep. ff. de pcario l. 4. in prin. vbi Ale.
& Bar. ff. de damno. infect. Ale. cõſ. 75. nu. 6. vol.
2. Ang. conſ. 131. Bal. cõſ. 472. in fi. vol. 4. & cõſ.
321. & 322. vol. 5. Cor. cõſ. 92. & 235. vol. 2. trad
dũt oẽs vbi Dec. n. 6. & 7. cũ apoſtil. Pariſ. i c. de
cõis de officio delega. & c. perſonas n. 13. de ap-
pel. moder. Pariſ. in conſuet. feud. ac §. 23. q. 14.
per totã tradit in ſpecie Didac. Cou. in c. pactũ
initio pri. partis. nu. 6. ver. 6. de pact. in 6.

Ant. in prorogatione termini, locationis, ſo-
cietatis, vel compromiſſis † iuſum pri. actus non
cenſetur repetitum, nec extenſum, quoad for-
mam, vim, & effectum iuramenti. in 1. proroga-
to, l. diem proferre l. ſi cum dies. in pri. ff. de arbi.
tr. Io. Andreas ad ſpeculum tit. de iur. iur. ad fin
l. labeo la 2. §. fi. ff. de arb. l. itẽ q̃rit. §. qui impleto
ff. loc. at niſi expreſſim iuret vel niſi in cõpromiſ-
ſo & actu ab initio p termino pꝛogato ſit iura-
tum, imò nec repetitum credatur iuramẽtũ, etſi
partis ſimpliciter iuxta formã pri. pꝛogauerint,
29 † vel dixerint prorogare, cũ clauſulis, vinculis,
& iuramẽto pri. Bal. cõſi. 436. lib. 1. Socin. ſen. cõ
ſil. 99. li. 3. Bauer. tract. de iur. iur. qq. 7. num. 58.
Dec. in c. de cõis. nu. 7. de officio delegat. & in l.
lect. n. 14. ff. ſi cert. pet. egreg è materiã p tractat,
& ita concludit Didac. d. c. pactum in initio pri.
partis ſub nu. 6. ver. 6. 8. & ſeq. extra de pact. i 6.

Quanto itaque minus in hac renouatione ta-
citæ ſocietatis iuramentũ pri. renouatũ cenſebi-
tur cum ſit diuerſa nouaque ſocietas, in qua oĩo
requireret iuramẽti noua ſpecifica forma, vt ſo-
cietas iurata nuncuparetur Didac. vbi ſupra. nu.
4. in fi. & Bal. d. conſ. 436. lib. 1. præcipuè q̃ in ta
30 cita renouatione ueniant tñ † naturalia pacta
contractus, & quæ modicum cõtrahẽti nocẽt,
multa Bero. cõſ. 153. nu. 4. & ſeq. & nu. 49. uol. 1.

Quinto, ſuprad cta oĩa authoritatib. compro
bo eorum, q̃ in ſpecie tenuerunt finita pri. loc.
31 ſeu ſocietate iurata non intelligi † iur. repetitum
ſeu renouatum in alia, etſi tacite (expleto pri. ter
mino) 2. locatio uel ſocietas renouaret, uel rein
troduceretur, ut formaliter decidit Bero. quæſt.
famili. 100. n. 4. & ſeq. Mar. Ant. Bard. de tempo
re utili & con inuo ca. 4. nu. 16. Petrus Ancar.
iun. quæſt. famil. 2. parte. 1. nu. 16. & ſeq. allegan
tes Bal. conſi. 436. uol. 1. in nouiſ. ac Dec. in c. de
cauſis. nu. 7. de officio deleg. Soc. ſen. conſil. 99.
num. 11. uolum. 3.

Quapropter ceſſãte iuſo ceſſat, & exceptio ad
ſtatutum

ſtatutum data, quod ad actum iuratum non extendatur, cum ſimus in caſu ſimplicis ſocietatis conſequenter d. ſtatuti virtute, cuius Signorettus vltra tertium, poſt decem annos lucrum aliquod conſequi minimè poterit, prout ita iuris eſſe reſoluo, & ſententias illas retractandas omnino ſaluo iudicio ſaniori.

Franciſcus Burſatus I.C. Mantuanus.

PRO MAGN. DOMINO STEPHANO Arragono ex Sabloneta.

ARGVMENTVM

Hæres inſtitutus ſub conditione, quando dicatur. Vocatus in certo caſu, quando reuocatur cauſa alienata.

SVMMARIVM.

1 Inſtituit, verbum directum eſt, & ciuile.

2 Hæres ſemel non deſinit hæres eſſe, etiam ex præcepto teſtatoris.

3 Hæreditas non datur ad idem, & tempus, quod deducitur à relicto, & purum manet.

4 Inſtitutus ad viam, detrahit quartam, quia ſubſtitutus poſtea iure fideicommiſſi, bona capit.

5 Diſpoſitio ſecunda, directa, obliquatur poſt primã, cum duo ſimul hæredes eſſe nequeunt, ex communi.*

6 Hæres ſub conditione dicitur ſub ſpe, qui defecta conditione, citra aliam aditionem, hæreditatem obtinet.

7 Hæres ſub conditione ſub contra inſtitutus, purè cenſetur.

*8 Inſtitutus ex tempore, vel in die ſui ipſius mortis ſubducto tempore inſtitutus pure dicitur, ſecus in diem mortis alterius, ex communi.**

9 Verba ſub conditione actum conditionalem conſtituunt, quandoque tamen modum.

10 Clauſula ex nunc, prout ex tunc, non aliter &c. conditionem præſeferunt.

11 Verba mere directa, & ciuilia, non operantur, vt quis de manu alterius capiat.

12 Modus deſignat actum expediendum, poſt ius quæſitum, at conditio ante ius quæſitum.

13 Hæres ſub conditione non adit, ante euentum illius, ſed petit poſſeſſionem, vel adminiſtrationem bonorum, inuentarium tamen facit.

14 Conditionalia ex die incerto, non tranſmittuntur in vltimis voluntatibus, ſecus in contractibus, in quibus dies incertus non facit conditionem.

*15 Qualitas adiecta vltimæ diſpoſitioni legato, vel fideicommiſſo conſideratur tempore conditionis, non mortis, vt in puro, ex * communi.*

16 Modus pro conditione ſeruatur, & pro eo implendo cautio præſtatur.

*17 Subſtitutio intelligitur directa, ne fideicommiſſum inducatur, ex * communi, & ex cauſa ad fideicommiſſariam trahitur.*

18 Quarta Trebellianica, non detrahitur ex ſubſtitutione directa, ſeu vulgari.

19 Subſtitutio, vbi directe valere poteſt, nunquam ad fideicommiſſariam trahitur, & ſi plures collectiue, vel ordine ſucceſſiuo inſtituantur, ex communi.*

*20 Trebellianica non eſt tertia pars, ſed quarta tantum, ex ** communiori.*

*21 Subſtitutus vulgariter, ius ſuitatis, vel tranſmiſſionis impedit, ex** communiori.*

22 Sententia contra caſum legis, vel erronea, annullatur.

23 Fedeicommiſſum importat ex verbis tractum temporis in futurum importantibus.

24 Subſtitutus regulariter, hæredem inſtituti excludit.

25 Pater filij non excludit ſubſtitutum filio, niſi filius partis contemplatione inſtituatur.

*26 Subſtitutus coniuncto præfertur, ex * communi.*

*27 Hæres grauatus ſub conditione, quartam Trebellianicam detrahit, contra voluntatem teſtantis, & ad hæredes tranſmittit, ex communi.**

28 Alienatio rei fideicommiſſariæ tenet, viuo alienante, at ipſo decedente, vel conditione verificata annihilatur.

29 Confeſſio erronea, & iurata in tertij præiudicium non ſubſiſtit.

30 Legata minuunt Trebellianicam.

31 Contractus non requirit neceſſario ſcripturam, ex communi.*

32 Errorem, fictionem, vel ſimulationem allegans, illa probare debet.

CONSILIVM CCXXI.

TRINITAS ADSIT.

Facti Species.

TEſtando D.Stephanus quon.Petri de Codacijs ex Sabloneta, die 13.Decembris anno 1546.ĩ oĩb. bonis ſuis iuribus, & c.inſtituit ſuas ſibi hęredes vniuerſales æquis portion.b.,& ore ꝓprio nominauit D.Leonorã, Agnetẽ, Helenã,& Margaritã oẽs ſorores & filias D. Antoniæ de Gobbis,& quon.Bernardini de Moris, in filiũ ſuſcepti.Sed hac lege tamen condictione & pacto in quit, ꝙ primus filius maſculus naſciturus ex vna earum ſororum,ſit & intelligatur hęres ſuus vniuerſalis,& ex nũc prout ex tunc teſtator ipſe nominauit ore proprio hęredem ſuum vniuerſalẽ, præfatum filium maſculum naſciturum ex vna dictarum ſororum,& ſurripuit ac leuauit hæreditatem ipſis ſororibus,& vnicuiq; earum,eo caſu adueniente,quo naſceretur maſculus,& non aliter nec alio mõ,& eueniẽte caſu,quo ille primus filius maſculus decederet ex hac vita ſine filij vel filiabus,eo caſu ſubſtituit hæredẽ vnum aliũ filiũ maſculum primum naſciturum ,vel tunc natum ex vna earum,& ſi ſecũdus moreretur, ſubſtituit tertium, & ſic ſucceſſiue legauit deinceps d.Stephanus,iure inſtitutionis & legati dd.ſororib. libras millequingentas cuilibet earum dandas,tẽpore earum legitimi matrimonij,dimidiã in denarijs ſeu terris, & reſiduũ in mobilibus a ſpõſa.

Moritur teſtator,& Margarita iã nupta,cæteræque nubiles æqualirer hæreditatẽ appræhẽdi derunt & adierũt, ſtatimq; Agnes matrimoniũ cõtrahit.cũ d. Octauiano de arrigonis,ex quib. naſcitur filius maſculus noĩe Ludouicus, & ſi illinc ad paucos dies vita functus ſit, alijs filijs ex dictis ſororib. non ſuperſtitibus ſed Octauiano patre defuncti tñ. Qui p̃tẽdẽs ſe hæredẽ filij hęreditatẽ Stephani à dictis ſororib. vendicare in iudicio curat,ſic longo inſtructo proceſſu Mag. D.dictæ terræ generalis cõmiſſarius pronuntiat D.Margaritã & ſorores hęredes inſtitutas,cũ cõdictione,de qua in teſtamento d. Stephani,reas cõuentas à dño Octauiano hærede Ludouici hęredis inſtituti teneri, & obligatas eſſe dimittere, & relaxare d.Octauiano bona, & hęreditatẽ relictã,ſeu relictã,ꝑ d.Stephanũ, ipſis ſororibus,vti hęredi d. eius filij, & in quem fuit tranſmiſſum ius,qđ erat penes quon.eius filium virtute dictæ ſubſtiturionis,prius tñ detracta tertia parte hæreditatis, ſeu bonorũ dictorũ, q̃ p̃dictis ſororibus uenir aſſignãda arbitrio amicorũ cõium, in vna re,vel pluribus vt fuerit viſum expedire, qđ paret ex dicta ſententia iuxta ſeriẽ, & cuius executionẽ bona fuerunt diuiſa inter Octauianũ,& ſorores.Illinc ad nonnullos dies,ex eiſdẽ metiugalibus,naſcitur alrer filius maſculus,noĩe Stephanus.Demumq; d.Leonora vna ex dictis ſororibus D.Ioan.Fran. Vrſolinæ legitime copulatur, & iſtis iugalib. ꝑ d.Stephanũ,ſeu patrẽ eius noĩe & vxoris,tũ ꝓ rara librarũ 1500. ꝓ dote relictarũ eidẽ vt ſupra, tũ ꝓ ſumma libra. 803.ſibi cõtingente pro illa tertia debita quartæ virtute ſupracitatæ ſnĩæ aſſignatur,& inſolutum traditur, inter cętera q̃dam petia terre bubulcarum 43.& perticæ vnius,q̃ alias erat in bonis Stephani teſtatoris,& per eum acquiſitę anno 1536 à D.Ludouico de Corſinis, cum pacto retrouendendi illã, infra annos viginti,tunc ꝓxime futuros. Verum hæc D.Leonora, hanc terram retrouendidit hæredibus d. Corſini, in vim dicti pacti, ſed poſt vigeſimũ annũ,declarãs tñ & proteſtãs, ſe accepiſſe & recepiſſe à dictis hęredibus ante finẽ dictorũ 20.annorum iã decurſorum pretium dictæ terræ,vt conſtat documento publico celebrato anno 1559.modo quæritur.

Primo,num dicta ſnĩa iure ſubſiſtat, maximè in præiuditium quon.Stephani minoris.

Secundo,an ipſe Stephanus poſſit vti hæres maſculus ſubſtitutus reuocare alienata per patrẽ,& hęreditatẽ Stephani teſtatoris vendicare.

Tertio,ſi retrouenditio ꝑ Leonorã facta in p̃iudiciũ dicti Stephani firma maneat, caſu, quo dictas terras vti hr̃ditatis partim cõſequi poſſit.

Ad primũ deueniẽdo,videbaĩ prima,vt aiũt, fronte ſnĩam rite rectẽq; executioni demãdatã, & bona iuxta illius ſeriẽ diuiſa. Etenim ſorores filiæ aſſumptæ in filiũ, ſunt inſtitutæ vniuerſales hæredes in dicto teſtõ,ac in oĩb.bonis dicti Stephani,ꝑ verba directa, ac clauſulã ſolitã vbiq;
1 poni,videlicet, † inſtituit hæredes vniuerſales, oreq; ꝓprio noĩauit Dñam Leonorã & ſorores. ſic verbis ciuilibus l. his verbis. ff.de hære.inſti. Bar.in l.cẽturio.nu.43.ff. de vul'g.& pup. Vnde illarũ primus filius maſculus vocatus,nõ cẽ̃ebit directe inſtitutus,ſed matribus tantum ſubſtitutus,eueniente caſu. & ſi per verba directa, puta inſtituit,&c.vocatus exiſtat.

2 Primo,q̃a † hęres ſemel effectus,nunq̃ deſinat eſſe hęres,nec ex p̃cepto teſtatorũ l.ei,qui ſoluẽdo,in fi.ibi nõ põt adiectus efficere.ff.de hæred. inſtit.l.ex facto,in pri.ff.ad Treb.minus ex mandato iudicis l.ſed fine.§.Papinian.ff.de minor.

Scđo,quia ad tp̃s, ſeu ad diẽ non detur alteri
3 hęreditas † l. hæredes ex die.vbi oẽs,& Bar.ff.de hæred.inſtit.ſed data, tp̃s illud deducitur ac detrahiĩ à relicto, ac ſi pura inſtitutio præceſſiſſet,qđ in terminis arguendo à contrario,in caſu ſpeciali reſoluit.l. miles,ita in pri. vbi Bal. Ang. Sal.& latè Imola.ff.de mili.teſtam.Bal.in l.n qđ pauperib.q.14.C.de epiſc.& cler.l.extraneum. vbi Salyc.C.de hæred.inſtit.Bal. Ang. Alexan. & Imol.in l.filius à p̃re ff.de li. & poſth. Duran. de ar.teſt.ti.4.cautel.5. nu.2.& 5.exemplificantes,in mr̃e,vel alio inſtituto ad vitam,quòd poſt eos inſtitutus in ꝓprietate,vel bonis eiſdem,directè non hẽat hr̃ditatem.ſed iure fideicõ.tantum ex l.fi.C.de inſt.& ſubſt.ſub cõd.fact. Caſt.

in l. 1.§.ſi ex fundo.ff.de hæredibus inſtit.Alexã.
conſi.111.num.2.& 162.nume.5.& ſeq.volu.2.
& conſi.45.volum.4.late Siluan.conſ.23.in pri.
arti.Bero.conſil.35.nu.20.23.26.& ſeq.volu.2.
Celſ.Hugo.conſil.24.in pri.& conſil.37.nu.25.
Fabian.de monte, vt infra conſilio 149.articul.
4 1.ita vt † primus hæres quartam trebellianicam
detrahat,Alexan.d.conſilio 162.num 4.volum.
2.Bero d.conſilio 35.num.26.in fi.volum.2.Fa-
bian.de monte inter conſ.vltim.volunt. volum.
1.conſi.149.nu.11.cum ſeq.

5 Terti,vbi duæ directæ concurrunt † diſpoſi-
tiones vniuerſales,& inſolidum, reſpectu vnius
ſubiecti vel hæreditatis,licet teſtator, vnam per
prius,alterã ꝑ poſterius velit, interpretatio fiet,
vt ſequens obliquet̃, ſicque per fideicõmiſſum
ſecundo reſtituat̃ hæreditas,cum duo ſimul hæ-
redes eſſe nequeant.l.4.§. ex contrario. ff.de ac-
* quir. poſſeſſ. notant communiter* omnes Imol.
Caſtr.Angel.Alexan.poſt Bartol.in d.l.ſi filius à
patre.ff.de liber.& poſth.& ĩ l.hæreditas ex die.
ff. de hæred. inſtit. Salic. & Imol. in d. l.extra-
neum.C.eod.titu.Bero.d. conſil.35.nume.26.
volu.2.ita in caſu noſtro, cum ſint ſorores inſti-
tutæ vniuerſaliter ad tempus, quo naſcatur pri-
mus maſculus ex eis,illud tẽpus,detrahetur, ac
intelligentur inſtitutæ purè,ſed cum onere reſti
tuendi bona & hȩreditatem maſculo, quando
naſcetur, & retenta quarta,vt dicta ſententia in-
nuere videtur.

Quarto,ſi ſorores iſtæ dicerẽtur inſtitutæ ſub
6 conditione ſic † hæredes effectæ ſaltim impro-
prie,& ſub ſpe,ex glo.in §.ſi ſub condit.inſtit.de
verbo.oblig.quæ per eas appræhẽſa hȩreditate,
ſi certũ fuiſſet filios maſculos amplius naſci non
poſſe,iure citra aliam aditionem,hæreditatẽ pu
re obtinuiſſent,per Bart.in l.2.§.ſi ſub conditio-
ne.num.3.ff.de bon.poſſeſſ.ſecund.tabul.non vi
detur,quod potuerit iſtis directo ſubſtitut, effici
que vt dum ſemel adierunt hæreditatem, hære
des poſtea, niſi per fideicommiſſum deſinant eſ
ſe,§.reſtituta.inſtit.de fideicom.hæred.Siluan.d.
conſil.23.& per alios, de quibus ſupra in ſecun-
da ratione,hęc ſunt, quę ſententiam iuri confor
mem peſuadere valent.

Verum omnibus maturius & diligẽti ſtudio
animaduerſis cõtrariam partem penitus ample-
ctar, nempe nec ſorores quartam aliquam reti-
nere potuiſſe, nec ſententiam iure ſubſiſtere,
mouere potiſſimum.

Primo,quia Stephanus ſororibus prius inſti-
tutis, in caſu quo ipſe vel altera earum pareret
filium maſculum,inſtituit ex nunc illum naſcitu-
rum,& hæreditatẽ dicto caſu ſororib.ac i nit;vn
de inſtituẽdo maſculum vel inſtitutionem trã-
ſferendo in filium maſculum, deducitur neceſ-
ſario primam inſtitutionem ſororum conſtitui,
& effici conditionalem meram.

7 Primo,quia ſub contraria†conditione ſoro-
rũ inſtitutio nempe ſi dictæ ſorores nullum filiũ
maſculum pepererint,facta cẽſetur.l.quod pure
in pri.ff.quando dies leg.ced.l.ſi legatum.l.lega
tum inutiliter.ff.de adimend.legat.not.in termi-
8 nis Port.Imol.cõſ.105.nu.43.Scd'o, qui a†inſti-
tutus ex tempore,vel in die ſui ipſius mortis,ſub
ducto tempore,pure inſtitutus dicitur, at ex die
tempore vel morte alterius,alicuius ſub cõditio
ne inſtitutus videtur,Barto.in l.hæreditas ex die
oppo.4.Imol.nume.1.ff.de hȩred.inſtit.Bartol.
Cyn.Alberi.Bal.Caſtr.& cæter.in l.extraneum.
C.de hæred.inſtit.Angel.in §. hæres col.1.in fi.
** inſtit. de hæred.inſtit.communem ** ait Eman.
recept.ſentent.verbo hȩres.n.54.Tertio,eo for
tius dicitur cõditionalis, quo teſtator ipſe inq̃t,
9 ſed hac lege†cõditione & pacto,&c.quæ verba,
cum ſint clara & manifeſta,rem indubiam con
ſtituant.quòd illa conditionalis inſtitutio intel-
ligatur.l.nihil,vbi Bart.in fin.ff.de emancipat.li-
ber.& in l.ſocietatem.§.arbitrorum.nu.2.ff.pro
ſoc.Io.Bertach.in indice,ſuper clauſula, cum ea
conditione.in contractibus, & teſtamento poſi
tis Iaſ.in l.pen.in fi.C.de inſtit.& ſubſtitu.

Nec repugnant illa verba,ea conditione,non
ſemper importare cõditionem,ſed modum, pu
ta ſi adiungantur diſpoſitioni iam perfectæ, per
verba futuri temporis, vt not.Bart.in l. de quib.
§.tremilius.nu.5.ff.de cond. & demonſtr.Bero.
conſil.66.num.5.volu.2. Quia,cum in præſenti
adiectum,natiuitas nempe maſculorũ,pendeat,
a futuro euentu fortunæ,vel tertij,nulli dubium
eſt cõditionem omnino importare, per Bart.d.
§.tremilius.nu.2.

10 Quarto, conditio deſumitur ex illis † clauſu-
lis,ex nunc pro vt ex tunc,&c.& non aliter,&c.
quæ reſtringẽdo actum ad caſum expreſſum cõ
ditionẽ inferunt,glo.in l. ſi quidem.in pri.C.de
excep.Bal.in c. 1. quæ fue.pri.cau.benef. amit-
tend.Bero.conſil.31.num.6.volu.3.

Quinto, inſtitutio filij maſculi naſcituri, eſt
11 verbis†ciuilibus, & mere directis concepta,ibi,
ſit hæres vniuerſalis, &c. nominauit hæredem,
&c.quę non trahuntur in alterius factum.nec ſo
nant,vt filius de manu ſororum accipiat hæredi
tatem,Bart.in l.centurio.nume.15.43.& 45.vbi
Socin.iun.num.327. Ripa.nu.179. Galiaul. nu.
502.Caccialupus.numero 96.ff.de vulg.& pup.
Sfortia Odo.tract.de ſubſt.cõpẽd.part.5.quæſt.
2.5.artic.1.pagin.42.ubi multa in propoſito, ꝑ
pterea conditionalis inſtitutio ſororum erit, nõ
12 modia is,cũ † modus deſignat actum expedien
dum poſt ius ac emolumentum honorato quęſi
tum,at conditio ius ante quęſitum. l.cum tale.§.
1.ubi Bartol. & omnes. ff.de cond.& demõſtra.
Bartol.Caſtr.Imol.& cæter.d.§. tremilius.& ĩ l.
prima & ſecunda.C.de his,quæ ſub mod,Bero,
conſilio 30.numero ſexto.11.& 16.& conſilio
66.nu.5.volum.2.& conſilio 153.num.2.vol.3.

Etſi eſt cõditionalis,uel ſub conditione emiſ-
ſa,nempe non natis ſororum inſtitutarũ,ſex ma
ſculis,infertur.

Primo, ſorores non potuiſſe ante euentum
13 conditionis † adire hæreditatem, vel dominas
fieri, ſed tantum vti inſtitutas ſub conditione,
donec naſceretur maſculus, petere forte ad in-
ſtantiam creditorum poſſeſſionem hæreditatis,
vt facti eſt, gratia ſolum adminiſtrandæ, vti cura
tor bonorum faceret ad vtilitatem naſcituri
maſculi. l. ſi quis inſtitutus, vbi glo. & Bartol. ff.
de hæred. inſtit. l. hæres. quandoque. ff. de acqui.
hæred. Barr. in l. ęquiſſimum. §. ſi ſub conditione
num. 3. & in l. hi demum. ff. de bonorum poſſeſ-
ſion. ſecund. tabul. not. omnes in §. hæres. inſtit.
de hæred. inſtit. & eſt text. in l. is qui hæres. vbi
Imol. quoque. ff. de acquir. hæred. ibi, at ſi non
poſſit adire, quia conditio adhuc penderet, not.
in l. 1. ff. de cur. bon. dand. latè Fernan. Vaſq. in
l. ſcimus. §. illud num. 103. & ſequen. C. de inof.
teſtam. Bero. conſi. 128. num. 33. & 37. volum. 2.
quo caſu poſſet quidem inuentarium facere, &
ſi non legitimè adire ante cõditionis euentum,
not. Porcellin. in tract. de inuentar. cap. 2. verſi.
ideo quæro. num. 21. Fanuc. eodem tract. parte
2. num. 56.

Secundo infertur ex conditionali inſtitutio-
ne ſorores hæredes nullum ius acquiſiuiſſe, nec
in ſuos potuiſſe tranſmittere, pendente cõditio
ne deficienteve, cũ dies incertus natiuitatis ma-
14 ſculi † conditionem præſeferat, ſaltem ad tranſ-
miſſionem impedimendam. l. dies. incertus, ff. de
condit. & demonſtr. & ſi in contractibus diuer-
ſum ſeruetur, per glo. ibi. l. item, quia. ff. de pact.
not. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. petat. l. in cauſ. §.
Pomponius. ff. de minor. Durand. de art. teſtan.
titul. quarto, cautel. 5. Vaſqui. de ſucceſſ. part. ſe-
cund. in l. ſi quis filium. num. 17. & 18. C. de in-
officioſo teſtamen. Ioan. Bolognet. cõſi. vltimo,
pro Triuulciis num. 10. & ſequen. Bero. conſ. 41.
num. 21. volum. primo. Crot. conſi. 397. num. 9.
& 10. Hinc niſi eueniente conditione, hæres nõ
dicatur, cum illud tempus vti tertium habile ad
firmandam inſtitutionem obſeruetur, ex not.
per Fernaud. Vaſqui. tract. de ſucceſ. lib. 1. §. 3.
15 num. 32. part. 2. latius Bolognet. d. conſil. vlti-
* mo. num. 28. dum inquit ex * communi, qualita-
tem adiectam in vltima diſpoſitione, inſtitutio-
ne, legato, vel fideicommiſſo, conſiderandã eſſe
tempore conditionis exiſtentis, nõ autem mor
tis teſtatoris, prout in puro fieri ſolet. multa po-
nunt Menoch. conſ. 1. num. 24. & 109. cum ſeq.
pro Triuult. ac in eiſdem conſil. Valla. num. 35.
Zancus num. 13. Papienſ. num. 27. & Rota Flo-
rentina. num. 6.

Tertio, ſiue fuerit cõditionalis inſtitutio, ſeu
ſub modo, nullum ius quæſitum ſororibus arbi-
tror, reſpectu conditionis. patet. quia ante cõdi-
tionis euentum, vel implementum, nullum ius
hæredi acquiritur, cum impediat obligationis,
& actionis ortum. l. 1. l. eas cauſas. ubique Barto.
& alij, & l. qui hæredi. §. fi. ff. de cond. & demon-
ſtr. l. liberto. §. huius. ff. de ann. legat. at reſpectu
16 modi dicitur, quia non præſtiterint ſorores cau
tionem de adimplendo omnia, eueniente caſu,
iuxta teſtantis mentem, omni commodo & reli-
cto priuatæ cenſeantur, iuxta diſpoſitionem
Auth. cui relictum. C. de indi. viduit. tollen. no.
Bart. Caſt. Imol. & Socin. in 4. col. in d. §. termi-
lius. modus namque legato vel inſtitutioni adie-
ctus, pro conditione obſeruandus venit. l. 1. C.
de his, quæ ſub mod. nor. Bero. d. conſ. 30. num.
15. & 16. vol. 2. Exiſtente itaque prima inſtitu-
tione ſororum conditionali, ſequitur nullũ ius
ipſas in hæreditate nato maſculo habuiſſe, nec
conſequenter tertiam, de qua in ſententia, obti-
nere potuiſſe.

Secundo, principaliter arguo. nam in dubio
(admiſſo nunc filios maſculos eſſe ſubſtitutos)
17 † ſubſtitutio intelligi debet directa: non autem
obliqua, ne inducatur fideicommiſſum c. 1. cir-
ca medium c. ſi pater. de teſta. in 6. glo. in verbo,
obligatur. in fin. l. ſcæuolæ. ff. ad Trebellia. & hãc
* regulam * omnes paſſim admittunt. Paul. Leoni.
tract. compend. ſubſtit. nume. 75. & 309. quod
fideicõmiſſum onus dicitur l. cohæredi. §. cum
filiæ. ff. de vulg. & pupil. l. fin. C. commun. de fi-
dei. & ſi quandoque ſubſtitutio directa ad fidei-
cõmiſſariã trahatur, id neceſſitate vel cauſa par-
ticulari ſuadente contingat. vt ſi tanquam dire
cta valere nequeat, quia obliqua redditur, per l.
ex facto. in pri. ff. ad Trebell. l. filius familias. §. vt
quis hæredem, vbi Bart ff. de leg. 1. Bart. in l. hæ-
reditas 2. oppoſit. ff. de hæred. inſtit. vel ſi dire-
cta in codicillis ſcribatur, quibus hæreditas di-
recte non datur. §. codicillis autem. inſtit. de co-
dicil. ſeu cauſa aliqua vel ęquitas ſuadeat l. ſcę-
uola. ff. ad Trebel. At in propoſito verba directa
ſunt inſtitutioni maſculorum adiecta, quibus
teſtator mandat vniuerſaliter, ſibi teſtatori ſuc-
cedi excludens omnino miniſterium ſororum
inſtitutarum, ex ample nota. per Bar. in l. centu-
rio num. 43. ubi Socin. iun. num. 327. Ripa nu.
179. Galiaul. num. 502. Caccialup. nu. 96. & 99.
ff. de vulg. & pupil. Didac. Couar. in cap. Raynu-
tius. §. 4. num. 2. extra de teſtam. non itaque tra-
hetur ad fideicommiſſariam per d. l. ſcæuola. &
vbi eſſet tantum ſubſtitutio directa, atque vulga
18 ris. nulla † quartæ Trebellianicæ detractio fie-
ret, etiam in teſtamento militis per Alexand. in
d. l. centurio. num. 47. ubi Ripa. num. 50. & Ga-
liaul. nu. 96. ff. de uulg. & pupil. Sfortia Odo loco
ſupra citato parte 5. præmiſſo. 6. differentia. 1.
Quinimo, adita hęreditate per ſorores, omnino
expiraſſet ſubſtitutio uulgaris, ſeu directa, nec lo
cus ſucceſſioni filiorum maſculorum, eſſet reli-
19 ctus, cùm ubi directe ualere poteſt † ſubſtitutio,
ad fideicommiſſariam non trahatur, & ſi plures
inſtituantur, uocenturque, uel ordine ſucceſ-
ſiuo, ur parer & filij, ſeu matres & filij, acetiam ſi
nomine collectiuo inſtitutis, alij ſubſtituerẽtur,
quia tunc uulgaris tñ attẽdatur, excluſa penitus
fideicommiſſaria, ut inquit Deci. conſ. 105. 248.
num.

num.5.& 153.nu.2. poſt multos, in propoſito
* ex * communi ſententia adductos per Hippoli.
Rimin.conſ.50.num.8.& ſeq.nu.31.& ſeq.li.1.
At in caſu noſtro dici nullo modo poteſt, vulgarem tantum ſubſtitutionem factã, ita vt adita hæreditate per ſorores, maſculi excluſi cenſeantur, eo quia expreſsè in vniuerſum, tempore quo naſcentur d. filij, inſtituantur, ideo pro vitando abſurdo firmabimus, non eſſe ſubſtitutos maſculos vulgariter tantum, ratione ſupradicta, minus per fideicommiſſum repugnantibus verbis, mente, & diſpoſitione teſtatoris, ſic erit inſtitutio ſororum conditionalis, vt ſupra.

Tertio, & ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria induceretur, virtute cuius ſorores hæredes extraneæ tanquam rogatæ reſtituere filijs proprijs Trebellianicam cõſequi poſſent, videre neſcio, quomodo ſententia tradat tertiam partem hæreditatis ſororibus, per eas retinendam, & cæterum d. Octauiano patri Ludouici hæredi di-
20 mittendum declaret, cum † Trebellianica non ſit tertia pars hereditatis, ſeu triens, ſed tantum quarta, ſeu quadrans totius aſſis, declarant omnes in l.iubemus. C.ad Trebel. canon. vbi Hoſt. Ioan.Andr.& Couar.in §.3.num. 1. vbi de ma-
** gis ** communi.c.Rainald.de teſtam.per glo.ibi Socin.iun.conſi.131.nu.60. cum ſeq. volum. 1. & conſ.88.nume.2.vol.4.dixi conſi.102. num. 14.lib.1.addo Borgni. Caualca.tract. de vſufru. mulie. nume.96. Simon de Prætis. conſilio 47. num.10.

Quarto, eademmet ſententia præſupponit inſtitutas ſorores, cum conditione, & ſi tertiã partem hæreditatis eis dimittat, reliquum vero patri dicti filij, relaxari præcipit, eo quòd in patre ius quod erat penes filium maſculum, virtute dictæ ſubſtitutionis ſit tranſmiſſum, hæc tamen inuicem pugnant, quia ſi ſororum inſtitutio eſt conditionalis, nato filio defecit, qui filius propterea ſubſtituus nuncupari nequit, ſed inſtitutus directo, vt ſupra, nec ideo nullam quartam ſororibus tradit. Rurſus quatenus ſubſtitutus foret, non potuiſſet illud ius ſuccedendi nondũ agnitum in patrem ſuum trãſmittere, etiam ex
21 iure ſuitatis, ſtãte † ſubſtitutione vulgari expreſſa alterius filij maſculi dictarum ſororum, quæ ius ſuitatis impedit, & ſubſtitutum in teſtamento deſcriptum admitti facit. l. ſi filius hæres. vbi
* dd. ff. de liber. & poſthum. * communiter ſcribentes in l.1. ff.de vulgar.& pupil. Ancha. con-
* ſil.440.colum.2.magis * communem ait, Port. Imol.conſ.122.num.9.Tob.Noni.conſ.26.nu. 4.Paul.Leon,tract.de ſubſtit.vulgar. nume.165.
22 Quapropter ſi † ſententia contineat pugnantia, quid efficaciori demonſtratione egimus ad illã infringendam, ac annullandam, tum quia ferè contra caſum legis.l.1.§.item cũ ff.quæ ſentent. ſine appellat l.ſi expreſſim.ff.de appell.tum ꝙ ex ſui facie dignoſcatur erronea, ob cauſam falſam in ea expreſſam, per Vant.trac.de nullita.ex defectu proceſſus, nu. 123. & ſciamus ſententiã latam ſuper libello inepto, ſeu contraria continente, eſſe nullius momenti l. prima, C.de furt. l.1.C.ſi ſeru.extero.l.ſcripturæ.C.de fide inſtrument.cap.ſolicitudinem.de appel.cap. 2.vt lite non conteſtat. videtur itaque dictam ſententiã minimè ſubſiſtere poſſe, nec præiudicium afferre domino Stephano Iuniori. Quibus non oberunt ex aduerſo perpenſa, ſorores inquam eſſe hæredes vniuerſales inſtitutas, quæ in caſum reſtitutionis, cum ſemel ſint effectæ hæredes, deſinere eſſe nequeunt, & quartam tamen retineãt. Etenim dicitur, primo hanc non eſſe directam vniuerſalemque inſtitutionem ſimpliciter, vel ad diem conceptam, ſed ſub conditione tantũ, ſi maſculi non naſcerentur, vt conſideraui ſuperius in prima & ſecunda illatione, quæ conditio euaneſcit, nato filio, & ſorores reputantur, ac ſi nunquam hæredes ſcriptæ nominatæve fuiſſent, d.l.qui hæredi.§.fi.ff.de cond. & demõ. l.liberto.§.huius.ff.de ann.legat. not. in d.§. hæres inſtit.de legat.

Secundo, negatur conſiderari poſſe in præſenti binas ſubſtitutiones directas, at vnica adeſt, tantum, inſtitutio inquam conditionalis ſororum, ſi nullũ maſculum pepererint, per Por. Imol.conſi.105.num.43.

Tertio, dies & tempus inſtitutionis ſororum ſine maſculis non reſpicit illarum perſonas tantum, vt ita tempus de medio ſubducatur, ſed maſculorum, propterea inſtitutio conditionalis reputabitur.

Quarto, reſpondetur ſorores inſtitutas, ſub conditione, non dici proprie, nec improprie hęredes niſi adimpleta conditione, cum ante illius euentum, nihil ineſſe ponatur. Paris conſil.48. nume.2.volum.primo.conſi.19.nume. 45. cum mille ſimil.vol.2.Roland.à Valle conſ.57.num. 20.vol.3.vnde non inferretur, quod non potuerit eis directo ſubſtitui, quando potuit inſtitui maſculus naſciturus, & ſorores teſtatoris, ſub conditione, caſu, quo non naſceretur maſculus, ex quibus contraria videntur ſublata, & terminandum, nullam quartam eiſdem deberi, nato maſculo hærede vniuerſaliter inſtituto.

Secundum articulum aggredior & concludo, Stephanum Iuniorem maſculum filium, & vocatum iure fideicommiſſi, omnia bona teſtatoris & ſi alienata, quarta Trebellianica excepta primo filio maſculo vel ſuis hæredibus debita vendicare.

Primo, quia eueniente caſu mortis primi filij maſculi hæredis, alter ſucceſſiuè ſubſtituitur per Stephanum teſtatorem. vnde iſte admittetur tanquam expreſsè comprehenſus in fidei-
23 commiſſo, tum quia ex † fideicommiſſo ſit vocatus, propter illa verba, ſi primus moreretur, ſine filiis, alterũ filiũ ex dictis ſororibus, ſeu natũ tũc vel naſciturũ ſubſtituit. & ſi ſecũdus decederet, tertium, & ſic ſucceſſiue, verba inquam tractum

temporis in futurum importan:ia, ex Alexand.
conſi. 22.volum.tertio.conſi. 12.volum.4.Deci.
conſi. 205.colnm.3.& conſil.228. & 248.nu.6.
& 431.Crauet.conſi.22.num.7. Curt.iun.conſ.
24 48.colum.3. in fin. Tum quod † ſubſtitutus hæ-
redem inſtituti regulariter excludat, ex not.per
omnes in l.fin.§.& hæc quidem. C.de iure deli-
ber.Paul. Leon.tract. de ſubſtit. in prima parte.
in mater.vulg.num.163.

25 Secundo,nunquam † pater filij hæredis ſub-
ſtitutum excludit, niſi filius contẽplatione eiuſ-
dem patris inſtituatur, Socy. ſen. in l. 1. nume.
28.verſic.quinto limita, poſt Bart. & alios. ff.de
vulg. & pupil. vel niſi eſſemus in dubio l.fin.§. ſi
mihi.C. de boniſque liber. Vaſq. de ſucceſſ.libr.
ſecundo in præfatio.nume.7.parte ſecunda. di-
* cens, ex * commnni, † ſubſtitutum ſemper re-
26 gulariter coniuncto præferendum,quod in prę
ſentiarum ceſſat, quandoquidem teſtatori igno
ti penitus eſſent patres filiorum inſtitutorum,
nec de eis vlla prorſus conſideratio etiam ima-
ginarie habita, ar.l. & ſi ſic.§.fin.ff.de leg.3. Ale-
xand.conſil.49.num.13.volum.6.Crauet.conſ.
178.num.12.& 13.

Tertio,teſtator inquit,eueniẽte caſu,quo pri
mus filius maſculus moreretur ſine filijs,eo caſu
ſubſtituit hæredem vnum alium filium maſcu-
lum natum,vel naſciturum ex vna dd.ſororum,
ſic expreſsè vocat in caſum mortis d.primi filij
maſculi hæredis, alium filium maſculum, vnde
excludetur omnis hæres etiam pater inſtituti,
cum ex illis verbis clara teſtantis voluntas de-
monſtretur, & ſubſtitutus admittatur* tradit
Dilectus, de arte teſtandi, caut. prima, &
caut. quinta.

27 . Quarto, dixi quarta detracta, quia d. † hæ-
res ex fideicommiſſo grauatus nõ pure reſtitue-
re,ſed ſub conditione,cum ex hac vita decede-
ret ſine liberis, quartam Trebellianicam detra-
hit. cap. Rainut. cap. Rainald. de teſtament. l.
iubemus. vbi dd. C. ad Trebellian. l. in ratione.
ff.ad l. falcid. cum vnlgaribus, & contra volun-
tatem teſtantis.l. Titius. ff.ad l. falcid. l. ſi vt alle-
gas.C.eodem titu. & quam ad quoſcunque hæ-
redes, eoq́ue fortius patrem tranſmittit, ſi ipſe
eam non detraxerit, cum ſemper detrahi poſ-
ſit l.prima.§. denique l. mulier.§.in Trebelliano
* vbique omnes.ff.ad Trebellian,Bero.conſ. 116.
num. 11.& conſil.86.num.29.volum. ſecundo.
patri ergo ſolum quarta Trebellianica ſpecta-
bit,inquam imputabuntur primo loco, omnia
per eum habita alienata, & diſtracta de hæredi-
tate d.teſtatoris.l.marcellus.§.res,quę, vbi Soci.
& omnes. ff.ad Trebel.

Quinto & vltimo,iuris eſt indubitati, rei ſub-
28 iectæ fideicommiſſo conditionali, vt ſupra † alie
nationem interim valere, viuo grauato, & ipſo
decedente vel conditione purificata ipſo iure
annihilatur, & per ſubſtitutum vendicatur, qui
præcipuè alienationi non conſentit, l. fin. §. ſed
quia. C. com. de legat. vbi Iaſ. in pri. sit milies
illium.§.praticari, ratioq́ue eſt, nam pendente
conditione dominium eſt penes hæredem gra-
uatum,ſed illa euenie nte nequaquam retro fin-
gitur fideicommiſſum, & propter iſtam fictio-
nem alienatio irritatur, not. in l. peto. §. item.
ff.de leg.ſecundo in l.voluntas. C. de fideicom-
miſ. Socin. ſenior. conſilio 49. volum. primo.
Quod procedit, & ſi acquirens ignoraſſet fidei-
commiſſum, cum nihilominus fideicommiſſa-
rius extraneus alienata ex fideicommiſſo reuo-
cet Iaſ.in Auth.res. quæ.C.com.de legat. Soci.
dicto conſi.49.col.quinta,verſic.ſecundum du-
bium vol. primo. licet in præſenti caſu defen-
di poſſit, alienantem & acquirentes non igno-
raſſe illud, vt hinc abſolute ab eis bona acqui-
ſita iure euendicentur Alexand.conſi.3.volum.
tertio.Socin.ubi ſupra. & Deci.conſil.136.col.
6.cum ſimilib.per Socin. Iunior.conſi.137.nu.
3.cum ſequen. uolum. primo. Reſoluo itaque
ſecundum articulum, & dico, filio nunc nato
competere ius uendicandi uti ſubſtituto, omnẽ
hæreditatem Stephani ſenioris,excepta quarta
debita D.Octauiano patri filij maſculi primi hę
redis inſtituti.

Super tertio quæſito non inſiſtam, quamuis
prima fronte uidebatur firmandum dationem
inſolutum d. Leonoræ factam non ſubſiſtere,
uante nullitate ſententiæ & conſequenter retro
uẽditionem terrarum per eam factam,poſt tem
pus uiginti annorum conſortibus de Corſinis,
uiribus carere.

Primo,quia elapſo tempore ſtatuto ad retro
uendendum terra erat ſubſtituti hæredis effe-
cta irreuocabiliter, unde in eius præiudicium p
Leonorã alienari non potuit.l.1.C.de bon.mat.
l.titium.§.à matre.ff.de admini.tut.

Secundo,erat obnoxia fideicõmiſſo propte-
rea alienari prohibita, Auth.res quæ.C.com.
de legat.

Tertio, inſtrumentum retrouenditionis cele
bratur poſt uigeſimum annum præfixum retro
emptioni,unde nec potuit confeſſio in eo emiſ-
ſe,quòd ante fuiſſet uerbis perfecta,tanquam er
29 ronea,ualidari etiam iuramento, cum † confeſ-
ſio erronea non ſubſiſtat, etiam iurata in tertij
præiudicium,uulg. l. 1. §.merito.§. ſi quis à prin-
cipe.ff.ne quis in loco publ.Iaſ.in §. item ſi quis.
num.7.inſt.de act.

Verum,his non repugnantibus,cenſeo con-
tractum cum Corſinis initũ, uiribus ſiſtere, nec
dictas terras per ſubſtitutum reuocari poſſe.

Primo, q̃a datio in ſolutum Leonorę legata
riæ eius dotis in ll.1500. facta per d. Octauianũ
& alios ualet, & firma redditur, non obſtante fi-
deicommiſſo aliquo, dum legata uriaas alie-
num, ante omnia detrahantur, ac eis per hæ-
redem grauatum legitimè etiam de bonis fi-
deicommittentis ſatisfiat, & exoluantur, cum
onus legatorum ad fideicommiſſum ſpectat.

L.2.l.fin.vbique dd.C.ad Trebell.Natta conſilio.
30 321.nume.2.vol.2.Legataq; † minuant Trebel-
* lianicam,ex * communi,de qua per Petr.Anca.
quæſt. famil. 7. part.pri.& hæres legatario iure
per aſſignationem rei hæreditariæ ſatisfaciat.l.
fi.§. etſi pręfatam. C. de iure deliber.Bart.in l.in
ratione.§.ſi diligenter.ff.ad l.falci. Rolan. à Val.
tract.de inuentar.verſic.alia. & nona eſt vtilitas,
cum verſic.ſequent.pag.121. Vnde,ſi pro dicto
legato datio inſolutum tenet,minime reuocabi
tur,etſi confeſſio illa fuiſſet erronea, cum reſpe-
ctu hæredis,ſat eſt, tempore aſſignationis, non
fuiſſe terminum elapſum.

Secundo reſiduum dictæ terræ venditur in
executione ſententiæ latæ pro libris 610. & ad
effectum,vt pecuniæ inueſtiantur, quæ vēditio,
& ſi iniuſta ſit,ob ſententiæ nullitatem, in præ-
iudicium tamen D.Octauiani alienantis proce-
dit, & in eius quartam imputabitur.cum de illa
diſponere queat, & in cuius portionem omnia
per eum alienata electa credantur d.l.Marcellus
§.res quæ.ff.ad Trebel.

Tertio,retroemerunt Ludouicus & frater de
Corſinis à Leonora,domina tunc vera dd.terra
rum,ob aſſignationem eidem factam.Qua pro-
pter iuſta ignorantia fideicommiſſi & iuſtiori
cauſa,& iuſtiſſima ratione moti, terras ipſorum
recuperantes,non amplius ab aliquo inquieta-
buntur,cum & alias alienatio in ignorantem fi-
deicommiſſum,propter emptoris inſcitiam va-
lida ſit,dummodo hæres ſoluendo exiſtat, & ſi
actio ad ęſtimationem contra alienantem com-
petat l. fin. §. fin. ff.de leg.ſecundo.ar.l.verius.ff.
de probat.not.Alexand.d.conſi.3.vol.3.

Nec obſtabunt cōtraria,Primū, quod elapſo
tempore ſit,retrouenditio ſtipulata, attento die
documenti publici, quia inſtrumentum inquit
iam quatuor annis alias fuiſſe contractum retro
31 uenditionis initum,& hoc tempus † conſidera-
tur, non ſcriptura cum fiant contractus verbis
& conuentione, nec ſcriptura neceſſario indi-
geant,ex doctr. Salyceti. in Auth. ſed nouo iure
* C.ſi cert. petat. Bartol. Cyn. Salycer. & * com-
muniter cæter.in l.contractus. C. de fide inſtru-
* mentor.dixi,ex * communi, conſil. 100. nume.
20.addo Vaſqu.in fortiori.tract.de ſucceſſ. par-
te,ſecunda §.25.num.22.

Secundum tollitur,quia & ſi terræ eſſent ſup-
poſitæ fideicommiſſo potuerunt tamen primo
pro legatis teſtantis, demum pro Trebellianica
debita hæredi alienari,vt ſupra.

Tertium ſimiliter eneruatur, quia non dici-
tur confeſſio erronea in pręiudicium tertij,poſt
32 quam non conſtat † de errore.& allegans erro-
rem ſimulationem vel fictionem illam, in ſpe-
cie deducere,atque probare debet de errore An
gel.in l.plagi.C.ad l.flaui.de plagi.Bald.in l.cum
proponebatur.ff.de leg.ſecundo.de fraude,An-
charan.conſil.251.Alexand.conſil. 43.volum
primo.Præterea pro legato 1500.ll. potuit iure
permittente dare inſolutum, & cum onere re-
trouendendi, vnde, etſi poſt tempus Domina
Leonora retrouendidiſſet, quid hoc ad ſubſti-
tutum fideicommiſſarium, cum & ipſa, quod
ſuum erat, & ſibi iam ſolutum donare poterat?
Concludo itaque ex his.contractum hunc ſub-
ſiſtere, & ſi reſpectu reſidui vltra legatum, ſaluo
iure Trebellianicę d.Octauiani competat ad pre
tium actio d.Stephano iuniori ſubſtituto.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

PRO FISCO EXCELLENTISSIMI Domini Veſpaſiani Gonzaghæ Ducis Sabblonetæ.

ARGVMENTVM

Bannum,quando dicatur in notitiam vicinorum,& omnium.

Vniuerſitas,an teneatur,cum non capit bannitos,& malefactores virtute ſtatutorum.

Quando vniuerſitas ex delicto hominum teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia quem eſſe bannitum,vt in dubio pręſumitur,excuſat à pœna.*

2 *Banni ſcientia non probatur directo, ſed præſumptiuè.*

3 *Scientia ex diffamatione actus præſumitur.*

4 *Præſumitur ſcientia banni ex publicatione in loco,& ciuitate eminentiori.*

5 *Vicinitas loci, ſcientiæ præſumptionem inducit.*

6 *Vniuerſitas damnatur in pœnam pecuniariam, ex delicto hominum particularium.*

7 *Ordines diu obſeruati,ſunt ſeruandi.*

8 *Statutum pœnam pecuniariam villis non capiētibus malefactores imponens,valet.*

9 *villa etiam ignorans obligatur ad pœnam, vbi ei pro cuſtodia aliquid ſoluitur.*

10 *Delicto nocturno,ſi villa tenetur, & pro ignoratis tenebitur.*

11 *Potentia non excuſat, niſi auxilium imploretur.*

12 *Denunciatio excuſat à culpa.*

13 *Criminis de die præſumitur ſcientia.*

14 *Argumentum ab abſurdo vitando fortiſſimum eſt.*

15 *Ignorantia banni notorij non excuſat.*

16 *Ignorantia craſſa non excuſat, & tollitur præſumptionibus ſcientiæ.*

17 *Hominum particularium mala fides, uniuerſitati nocet.*

18 *Pœna receptantibus bannitos, quando etiam infligatur, non receptantibus vere.*

19 *Villa, vt excuſetur, debet probare diligentiam.*

20 *Statutum puniens uillas non capientes malefactores intelligitur, ſi probetur delictum, & quòd ſi uoluiſſet, potuiſſet capere, ſed intelligc, ut ibi.*

21 *Diligentia, uel negligentia à quibus probenẽ.*

22 *Statutũ uſu non receptum, quando abrogatum dicatur, ex communi.*

13 *Vniuerſitas ex delicto particularium, non tenetur.*

CONSILIVM CCXXII.

TRINITAS ADSIT.

TVentes iura Communitatis Bozuli inquiſitę, quòd permiſerit Franciſcum Conſtantinũ Neapolitanũ, & Bonettũ de Gazolo bannitos capitaliter à Statu Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi do. Veſpaſiani pertranſire die, ac palam Terrã Bozuli, communiſque nonnulli homines eos ſalutauerint, nec ipſos ſint proſequuti, iuxta formam ſtatutorum, Sabbloneteque proclamatũ nomine dicti Excellentiſſimi Domini editorũ, de quibus in proceſſu, nituntur hac pręcipuè ratione, q homines, & vniuerſitas Bozuli ignorarint iſtos eſſe, & taliter bannitos, quæ † igno-
1 rantia excuſat à pœna, ac in dubio præſumitur, niſi ſcientia probetur, tradunt omnes, maximè Roman. cum Apoſtil. Mendoſ. conſi. 483. Deci. conſi. 222. Roland. à Valle conſi. 45. num. 9. cum ſeq. uol. 1. poſt Barbat. inter conſil. Calean. 64. num. 11. 19. & ſeq. Iaſ. conſil. 46. nume. 3. uol. 3. Caſsã. §. homicidium. il primo. num. 29. Cæph. conſi. 242. num. 17. lib. 2. 350. uol. 3. Octa. Cacher. decis. Pedem. 71. num. 24. Tobi. Noni. cõſ. 99. num. 10. Plotus in l. ſi quando. num. 859. C. undeui cum ſimil. Simon. de Præt. conſil. 50. & conſi. 81. num. 9. & ſeq.

Verum conſideratis rectius teſtibus, proceſſu ac iuris diſpoſitione, ſine dubio cẽſeo Communitatem in caſu ſuccumbentiæ uerſari, præſuppoſitis nonnullis in facto, & iure veriſſimis.

Primo uideri probatum, duos teſtes, & homines dictæ Communitatis Franciſcum, & Bonettum tranſeuntem uidiſſe, & tanquàm bannitos ab eis habitos cognouiſſe, ut ſextus teſtis pag. 11. ibi, mi merauigliai, perch'erano li per eſſere M. Franceſco bandito.

Secundo probatum eſſe ipſos cognitos, & tẽtos pro criminoſis hominibus, ac imputatis de ſcelere commiſſo, dum eripuerunt Antoniummariam captum, interfectoremque Capitanei ad uetita Excellentiſſimi Domini, ut Matthæus de Luchis primo repetitus pag. 27. & 28. & ſecũdus pag. 31. ſextus teſti. car. 38.

Tertio, certum eſſe Bozuli uillam non diſtare per duas dietas, quinimo, nec ferè per dimidũ à terra Sabblonetæ, cui terræ uilla Bozuli ſubiecta eſt, ſeu de ditione domini Excellentiſſimi Domini reſidentis continuo in terra Sabblonetæ, tãquam capite, primo membro, ſeu ut ita dicam, matrice dicti Principis, & ditionis ſuæ in Lombardia.

Quarto, verum fore Franciſcum, & Bonettũ fuiſſe palàm, publicè, locoque ſolito, & eminenti in terra Sabblonetæ bannitos, & capitaliter damnatos, imo & ipſos citatos fuiſſe pro dictis criminibus ad loca delicti in uilla Bozuli, ut mihi fertur, quod & per fiſcum in actis oſtendit cõueniens erat.

Quinto, notorium eſſe deducitur, nunquam in alijs terris eius Excellentiæ, ſed tantum Sabblonetæ fuiſſe banna damnatorum pro criminibus lecta, uel uoce pręconis publicata.

Hinc ſupponuntur in iure quinque alia principalia.

2 Primo, quod ſcientia † banni, & condemnationis directo non probatur, ſed præſumptiuè, & coniecturis, Bal. in l. quicunque col. 1. C. de ſer. fugit. Abb. in c. ſæpè. num. 14. de reſti. ſpoli. quę ſcientia in pſentiarum multipliciter deducitur.

Primo ex fama, & diffamatione criminis, de quo per dictos teſtes, & banni, ſup quod duo alij deponunt firmantes tenuiſſe Franciſcum
3 pro bannito, ex qua diffamatione † ſcientię pręſumptio oritur. l. ſi tutor. C. de pericul. tut. Bart. in l. Celſus. ff. de uſucap. Tiraq. in l. ſi unquam, verbo donatione. num. 158. C. de reuoc. donat. latè in materia Ant. Gabriel. de regul. iur. concluſ. 5. num. 6. & ſeq. l. b. 6. in terminis caſus noſtri Aretin. conſi. 122. in prin. poſt Bart. ubi etiã apoſtil. in l. 1. in fi. §. 1. ff. de receptal. Nellus trac. de bannitis. 2. tempore. 3. partis. q. 20. nume. 20. Deci. conſi. 212. nu. 5. & in fi. quę pręſumptio. (pręſtans etiam ſolum culpam) ſufficit ad pœnam pecuniariam infligendam, in terminis noſtris Carrer. in praai crimin. §. homicid. il primo. num. 32.

4 Secundo, † pręſumitur ſcientia banni per omnes terras, & loca unius Principis, quando publicè, & palàm in loco eminentiori primæ terrę, ſeu Ciuitatis dicti Principis lectum, & publicatum fuit. inde enim pręſumptiua ſcientia in omnes ſubditos trãſit. l. ſed ſi pupillus. §. de quo palam. ff. de inſtit. Felin. in ca. cognoſcentes nu. 17. & 21. vbi Deci. num. 6. in fin. de conſtit. Tob. Noni. conſi. 112. nu. 14. & 15. Gabriel. d. concl. 5. num. 16. Nellus vbi ſupra. nu. 20. non diſſentit

tit Carrer.d.§.homicidium num.35.in fin.& in
terminis noſtri caſus,dicebat Boſi.tit.de rapin.
num.23.& ſeq.& 28.bannum publicatum in ci
uitate Mediolani præſumi deueniſſe ad notitiā
omniū,qui in aliis ciuitatibus ditionis Medio-
lanēſis degunt;& ſi ultra tres,& quatuor dietas
exiſtant,non diſſentit in locis eiuſdem iuriſdi-
ctionis,Sim.de Præt.conſi.81.num.28.quanto
igitur fortius dicemus in præſenti,cum ſint ſub
ditione eiuſdemmet Principis,& uicina Sab-
blonetæ terræ principali,in qua eſt publicatio
per miliaria ſeptem tantum,& vbi conuerſan-
tur continuò homines,conſules,& alij de vni-
uerſitate Bozuli,ita vt nullam ignorantiam præ
tendere ualeant.Felin.in c.2.num.24.vbi Deci.
nu. 7. de conſtit.non diſſentit Cæphal.d.conſi.
242.num.18.lib.2.Et ob hanc rationem arbi-
tror in praxi,ac in patria mea ſeruari,qđ licèt
banna,& condemnationes fiant in ciuitate tan
tum,ac locis conſuetis,nec alibi publicentur,
qui tamen cum bannitis conuerſationem te-
neant,vel eos receptent,& ſi mouentur in ca-
ſtris Sermidi,& aliis etiam diſtātibus à ciuitate
per duas dietas,& vltra,damnentur,nulla ratio-
ne ſcientiæ,uel banni in dicto loco publicati,
habita.

Tertio,ſciētiæ etiam præſumptio deducitur
5 ex † loci vicinitate,& ſi diuerſæ iuriſdictionis
exiſteret,dūmodo ſit intra duas dietas,ſeu qua-
draginta miliaria,ar.l.3.ff.ſiquis caut.tradunt
omnes in d.c.cognoſcentes,vbi Deci.nu.7.de
conſt.& in c.quoſdam.de præſumpt.formali-
ter de bannito in ciuitate Mediolani,vt Placen
tinus præſumatur,dictum bannum non ignora
re,terminat Aegid.Boſi.maximus ætate noſtra
criminaliſta tit.de rapinis.num.23.25.& ſeq.
licèt forèt ſecus in diſtantibus,per Iaſ.conſi.53.
uerſi.5.uol.3.in contrarium allegatum.Quapro
pter hic affirmo,non ſolum dictam Bozuli villā
teneri tanquam ſubiectam Sabblonetæ,ſed tan
quam dicto loco vicinam,in cuius notitiam ex
facili dictum bannum, & condemnatio de-
uenit,eo magis,quòd dictus Franciſcus notus
eſſet dictis hominibus,ut ponit Nellus d.num.
20.quęſt.20.

Secundo principaliter infero,ꝙ ſi conſtat de
6 ſcientia præſumptiua, potuit damnari † vniuer
ſitas Bozuli,cuius homines contrauenerunt or-
dinibus Excellentiſſimi Principis,& in pœnam
ordinariam,cum ſit pecuniaria tantum, Glo. &
Bartol.in l.omnes.C.de agri.& cenſ.lib.11.Fel.
in c.cum contingat col.2.de offi. delegat. Deci.
in l.1.num.17.ff.ſi cert.petat.Boſi.d. tract. de ra-
pinis.num.30.ſub dens.num.34.hominem pœ
nitus ignotum,& ſi bannitum excuſare receptā
tem,at diuerſum,ſi ſit perſona cognita, ꝑ Nell.
d.nume.20.nec excuſabuntur homines dictæ
villæ,ꝙ ignorauerint qualitatem banni, quia ad
pœnam euitandam ipſe perquirere debeat quis
capitaliter,vel non deſcriptus in banno exiſtat,
notat Nellus d.3 parte.2.temporis.num.20.in
fin.dicens,quod fortius eſt,ſcientes,vel ſcire de
bentes eum eſſe bannitum,puniendos,quod ca
ſui noſtro multum inſeruit, ſtantibus delictis
per Franciſcum in dicto loco commiſſis vere bā
no,& pœna capitali cōdignis, & quæ ipſi ſcire
ſaltim præſumptiuè debebant.

Tertio, ſi à recordatu hominum nunquam
damnati, ſeu banniti in terra Sabblonetæ, per
Vicarium loci generalem fuerunt alibi publica-
ti,ſeu uoce pręconis ad notitiam aliorum dedu
cti,& tamen ſeruata ſtatuta dictę terrę in banni-
tos receptatos ædita,contra quos etiā extra ter
ram Sablonetæ degentibus inquiſitum, & pro-
ceſſum fuit, cui dubium,quod nec in præſenti
alia publicatione bannorum in terra Bozuli ege
7 mus,quando & ſtatuta,ac † ordines dici obſer-
uata,& ſi non publicata ligent, atq; ſeruentur,
ita Bar.tract.qui ſint rebel.in fin. Archid. cano.
& Moderni in epiſtolis 19.diſtinct.Brun. conſi.
50.num.5.& 6.Plot.in l.ſi quando.num.858. in
fin.C.vnde vi.

8 Quarto,dubium non eſt † ſtatuta, & procla-
mata imponentia pœnam pecuniariam vltra
damni reſtitutionem, villis, & hominibus vni
uerſitatis alicuius loci non capientibus malefa-
ctores bannitos, vel damnum dantes,ęquo iure
ſubſiſtere,ea ratione,ꝙ metu pœnæ ad cuſtodiē
dos ſuos limites,diſtrictus, homines inuitētur,
vt omnib.tutus ab iſtis criminoſis, rebellibusve
pateat acceſſus.l. 1.§.ſummā.ff.de his, qui deiici.
vel effud.l.2.§.hęc aūt.ff.de offi.præf.prætor.no.
in c.ſicut dignū.de homi.Igneus in l.1.§. ſi quis
in uilla num.80.ff.ad Sillani.Barto. cum Apoſt.
num.2..in fi.l.nequid. ff. de incend. Ruin. naufr.
Bald.l.ſi quis non dicam rapere C.de Epiſc. &
cleri.Carrer.latè d.§.homicid.num.4.& ſeq.

Quæ tamen ſtatuta.

Primo locum habent,& ſi villæ ignorauerint
delictum,ſeu damnum paſſum.

9 Primo, quando villis ratione cuſtodiæ ſol-
uuntur per alios homines pedagium, collecta,
uel indictum aliquod, ita Bal. in c. 1. §. conuen-
ticulas de pace iur.firm. Alexand.poſt Bart.d. l.
nequid,Marſi.tract.de bannitis,verſicu.in villis.
numero 10.

10 Secundo,quādo ſtatuto, etiam pro † delictis
de nocte commiſſis teneantur,quia tunc, & pro
clādeſt nis ſic ignoratis villam teneri velit Bar-
bat.inter dd.conſi.Calcan.64.nu.22.25. & ſeq.
nec dubium eſt communitati Bozuli ſolui colle
ctas,& per principem Excellentiſſimum multa
ipſi elargiri cauſa cuſtodiæ, rurſus proclama
pœnam cauſa cuſtodię imponere,ibi,con ogni
diligenza, & pro bannitis de nocte venientibus,
propterea teneri debent, & ſi bannum vel deli-
ctum ignoraſſent.

Secundo,admiſſo ſcientiam requiri,villa non
excuſatur,dum malefactores,vel bannitos non
11 inſequitur,& ſi ipſi † potentiores ea exiſterent,
niſi

niſi imploraſſent auxilium ſuperioris, & omiſiſ-
ſent, ſecundum Salycet. in l. 2. C. de his, qui la-
tro. in §. ipſi quoque Bal. in l. fin. C. eod. tibi An-
gel. in l. ſi illud. C. de his, quibus indign. Bal. in l.
annus. ff. de calumn. Marſil. d. verſi. in villis. num.
22. at iſti homines po.erant ipſos capere dum
ſtabant, vel proſequi tranſeuntes, & aliorum au-
xilium implorare, quod nullibi fecerunt, meri-
to ſi damnari debent.

Multum enim profuiſſet dictis hominibus
12 propa atio, ac denunciatio † dictorum banniro-
rum, per terram Bozuli ſuperioribus facta, qua
non facta culpa non careat, in ſimili. Bald. conſ.
382. num. 11. & ſeq. volum. Simon. d. conſil.
50. num. 7. Bart. conſi. 102. modos quibus, dili-
gentia Communis probetur, enarrat, Carrer. d.
§. homicid. il primo. num. 42.

Tertio, quamuis ſtatuta requirant ſcientiam
criminis, vt villa teneatur capere malefactores,
tamen cognita perſona delinquentis, vt hic, &
vbi ſit delictum de die, non autem clandeſtine
13 præſumitur ſcientia † criminis, Florian. in d. l.
in omnibus. ff. de noxal. Bart. in d. l. nequid nu.
2. in fin. ff. incend. ruin. naufrag. non diſſentit
Octau. Cacher. deciſ. 71. num. 25. Modo conſtat
de his omnibus in præſenti caſu, & ideo dam-
nabitur villa.

14 Quinto, & vltimo ſuppono ab † abſurdo vi-
tando, quod iure fortiſſimum eſt argumentum,
Bal. in l. conuenticulam. C. de Epiſc. & cler. cum
ſimili. Euerard. locorum commun. ab abſur. &
Ioan. de Arno topicorum cap. 57. quòd ſi neceſ
ſario eſſet probanda ſcientia certa dicti banni,
quò ad homines vniuerſitatis, quæ tenetur ban-
nitos inſequi, nemo vnquã damnaretur, quan-
do quilibet ex vniuerſitate allegaret ſe bannum
ignorare, ſic à pœna liberaretur. Et tamen certũ
eſt, dictis proclamatibus locum fieri quandoq;,
15 nec allegatam † ignorantiam banni notori. ali-
cui proficere, quin damnetur, iuxta leges muni-
cipales, Bart. in d. l. omnes. C. de agricol. & cen-
ſit. lib. 11. refert pro ſingul. Io. de Arno ſingul 9.
Et cum iſto caſu ſcientia reſultet ex tot veris, ſeu
certis pręſumptionibus, in pœnam proclamatũ
ordinariam vniuerſitas damnabitur, per Boſi. d.
num. 28. & ſeq. & Deci. d. l. 1. nume. 13. & ſi vt
16 pet. nec † ignorantiæ allegatio ſubſiſtit, cum ſit
craſſa, ſupina, tollaturque cæteris, & pluribus
ſcientiæ coniecturis, Afflict. in c. 1. nume. 13. de
contro. inter domin. & vaſal. Abb. conſi. 18. nu.
5. Roman. conſil. 491. nume. 8. cum Apoſtil. &
conſil. 102. num. 2. in fi. cum Apoſtil. poſt Fely.
in d. cap. 2. nume. 24. extra de conſtit. Cæphal.
conſil. 242. numero 19. Tiraquel. de vtroque
retract. titu. primo. §. 35. glo. 4. nume. 27. & 33.
Carrer. in pract. crimi. §. homicidium. il primo.
num. 32. & 33. cum aggregatis ab Anton. Ga-
briel. de regul. iur. lib. 6. concluſ. 6. in fi. & per to
tam, vt meritò concludam, vniuerſitatem fore
damnandam.

Iſtis non oberunt ex aduerſo allegata, vtique
reſpondetur.

Primo, procedere ea omnia, niſi eſſent publi
cata bãna in ciuitate Matrice, ſeu principali, &
in locis publicis, ac conſueris, cum hoc ſufficiat,
vt præſumatur in omnium notitiam ibidem cõ
uerſantium deueniſſe quamuis in alijs vicis &
terris eiuſdem Domini moram traherent, per
Deci. & alios in d. c. 2. de conſtit. Boſi. d. nu. 28.

Secundo, ceſſant obiecta propter loci vicini-
tatem, ex qua ſcientia præſumitur, rurſus ex qua
litate perſonæ criminoſæ cognitæ, & alijs ſupra
deductis, quæ cum ſcientiam inducant, commu
nitas ignorantiam minimè allegabit, Tiraq. d.
tit. primo. §. 35. glo. num. 35.

Tertio conceſſo, quòd lex non ligaret, niſi in
loco publicata, attamen vbi diu obſeruatur ſine
alia publicatione, & totũ à populo admittitur,
exceptio non publicatæ legis nõ obeſt, Brunus
d. conſ. 50. num. 5. & 6. ſic in præſenti cum ban-
na, & condemnationes in loco Sabblonetę tan
tum à tempore lõgiſsimo citra voce præconis
publicentur, credendum eſt homines omnes di
tionis dicti Excellentiſſimi Domini tenen, ac ſi
vbique publicara ſorent.

Quarto, ceſſant amaritudines, cum homines
illos agnouerint pro bannitis, vt ſupra, quorum
mala fides, intentio, & banni ſcientia alijs vtiq;
17 nocuit, vt de mala fide aliquorum † hominum
vniuerſitatis in præſcribendo, quæ omnibus, &
vniuerſitati officit, not. Innocent. Abb. Cardin.
Hoſt. Butr. & cæter. in c. cum de iure patron. Pa-
riſ. conſi. 26. num. 106. & ſequen. volu. 1. Socin.
ſen. conſi. 187. in fi. refert, & ſequitur Anto. Ga-
briel. commun. opin. lib. 6. quod cuiuſque vni-
uerſi. concluſ. 1. num. 14.

18 Non obſtat ſecundo loco, quòd † pœna infli-
cta intelligatur pro receptantibus vere, vt not.
Bald. conſi. 382. vol. 5. non pro bannitis tranſeũ
tibus tantũ, ex Caſtr. in l. cętera. §. ſed ſi quis. ff.
de leg. 1. Ripa de peſte tit. de rem. conſer. vbert.
num. 115.

Etenim, cum proclamatis verba clara ſint,
ibi, ò s'accoſtaranno, ò s'approſſimino in alcun
modo alle dette ville, &c. ſic comprehendat ca-
ſus, quando banniti accedant tantum ad loca,
& aliquo modo ipſis propinqui fiant. §. ſi. tit. de
pace tenẽda, vt fecerunt iſti, qui non acceſſerũt
ſolum, ſed ſteterunt ibi, licèt per modicum ſpa-
cium temporis, vt ait primus teſtis, non eſt à di-
ctis verbis claris recedendum, vulg. l. non aliter
19 ff. de leg. 3. & debebat villa † probare ſe diligen-
tiam feciſſe pro capiendis, vel inſequendis illis.
ita in ſpecie Angel. in l. ſi illud, C. de his, quibus
vt indign. Bal. in l. annus. ff. de calumn.

Tertio, non repugnant conſ. Bart. 102. addu-
ctum à Barbat. inter conſi. Calcan. 64. num. 11.
& Ruin. conſi. 12. num. 8. volu. 5. quando dicta
per eos procedant, vbi ſtatutum punit villas in
genere non capientes malefactores, vel damnũ
dantes,

dantes,cum capere potuerunt,quia tunc dedu-
20 ci,& probari debet † delictum , & quòd potuiſ-
ſent volentes malefactorem capere,ita expreſsè
ait Barbat.d.conſi.64.num. 10.verſi.iſta ſunt for
malia . At diuerſum ſi puniat villam non inſe-
quentem bannitum,ſtatim quòd eum videt ter-
rę ſuæ appropinquari,quia nulla negligētia pro
bāda eſt,cū de ea ipſo iure nō probato per villā
impedimento conſtet , tenetur enim bannitum
appropinquantem capere,inſequi , nec non ad
rumorem homines concitare pro illius captura
& cum ſit certum factum , & limitatum loco,&
tempore,alia non eſt per fiſcum probāda negli-
21 gentia villę , niſi per eam † diligentia probetur,
iuxta Theoricam Bart. d.ſuo conſi. 102.num. 1.
dum allegat l.3.§.ſi ad diem.ff. de re milit. & l.2.
§.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cautio.
22 Quarto , minus oberit , quòd † ſtatutum non
fuerit vſu receptum , ſic ei derogatum decennij
ſpacio,nec liget.Plot.in l.ſi quando.nume. 321.
C.vnde vi.nanque illud procedit , & verum eſt,
vbi contra ſtatutum,vel legē actus expreſsè con
trarij fuerint continuo facti,vt in caſu Ploti , dū
omnes extra ciuitatem Mediolani cōtinuo mo-
rati ſunt , contra proclama mandantem in ciui-
tate debere habitare pro certa parte anni. ſecus
vero vbi actus contrarij non ſint admiſſi paſſim
à populo,& contra legem , vt hic,quòd fuerint
ſemper banniti admiſſi,vel non proſequuti,nec
capti.quia non eueniente caſu,nec mille annis,
non vſu tollitur lex ipſa,& eſt communis diſtin
ctio,& intelligētia,de qua nouiſſimè per Sebaſt.
Medicem trac.de legib.& ſtatut.part.4.q. 37.in
prin.& per totam.
Quinto,†non obſtat conſil.Crauet.21. nu. 8.
23 ex † delicto nempè aliquorum priuatorum par
ticularium tantū non debere tot homines vnius
vniuerſitatis puniri. latè Roland. à Valle conſil.
66.num.64.vol.2.

Etenim dicitur non puniri vniuerſitatem ex
delicto particularium tantum,ſed ex negligētia
omnium,qui ſcientes,vel ſcire debentes , quòd
eis ex officio incumbat,minus diligenter verſa-
ti ſint circa cuſtodiam locorum , & executionē
mandatorum Principis. hoc enim cenſetur fa-
ctum ſucceſſiuè, ꝙ omnes de vniuerſitate obli-
gat,& ſi aliqui tantum contraueniant.Iaſ. conſi.
139.numero. primo. volum.4.& dicitur ſucceſ-
ſiuum,cum poſſunt prohibere,& non prohibēt
Na ta dicto conſil.493.numero.primo.& 2. vo.
lum.3.

Additur,quod ſi obiectū procederet, omnes
ferè ordines Principū Italiæ de vento ſeruirent,
cum nunquam omnes homines vniuerſitatis
vel negligant , vel delinquant. & tamen cum id
agunt puniuntur collectiue omnes,vt dixi ſupe
rius,tradit exempla Marſil. de bannit. verſic. in
in villis,Carrer.d.§.homicidium,il primo.num.
32.cum ſequen.

Concludo itaque,ſtantibus,pręmiſſis,Com-
munitatem pœnam centum aureorum incurriſ
ſe,& in eam fore damnandam.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

PRO MAGNIFICO DOM. SIMONE Boniato Guaſtallenſi.

ARGVMENTVM

Filia dotata à patre in teſtamento,quando poſſit petere legitimam,vel de incongruitate, & enormiſſima læſione dotis opponere.

SVMMARIVM.

1 *Minor in iudicio,cum curatore debet comparere, non cum procuratore.intellige,vt num. 3.*

2 *Actores conſtituuntur à tutoribus & curatoribus minorum.*

3 *Procurator eſſe non poteſt minor.*

4 *Filia a patre dotata & in minori ſumma legitimè non petit ſupplementum dotis ſtante ſta-*
** *tuto fæminarum excluſiuo , ex ** communiori.*

5 *Legitime ſupplementum non petitur à filia dotata a patre,ſtante ſtatuto excluſiuo,ex commu-*
** *niori.***

6 *Filia dotata a patre agit ad ſupplementum, vbi dos eſt tenuiſſima,& nimius exceſſus docea-*
** *tur,ex**communi.*

7 *Probandus eſt exceſſus incongruæ dotis per filiā dotatam à patre.*

8 *Tutor à patre illegitime datus,confirmatur.*

9 *Dos,an ſit congrua vel ne,attēditur tempus nuptus vel mortis patris.*

10 *Dotata congrue à patre tempore dotationis, non petit ſupplementum , habito reſpectu ad tem-*
** *pus mortis,ex ** communiori.licet alij contra,*
* *ex * communi.vt num. 12.*

11 *Patri viſum competens,alij incompetens videri*

12 *Tempus mortis patris ſpectatur in conſideranda congruitate dotis datè à patre filiæ,ſecundum*
* *vnam * communem.licet alij ex communiori, contra num. 10.*

13 *Dos in dubio cōgrua iudicatur,cum à patre prouenit,ſecus ſi ab alijs.*

14 *Dos infra legitimam à patre conſtituta,tenet.ſe-*
** *cus à fratre,& alijs,ex ** communiori.*

15 *Statutum loquens de patris dote,ſi ſimpliciter loquatur , & cum de alia ab alijs conſtituenda addit verbum congrue , vel ſimile , multum operatur.*

16 *Valor bonorum hæreditatis,quomodo probetur,*

17 *Læſio.*

17 *Laſio in caſu incompetentiæ & incongruæ dotis debet longo interuallo excedere dimidiam legitimæ*

18 *Dos mille aureorum re, & nomine eſt magna.*

19 *Filia non agit ad ſupplementum, ex tenui dote.*

20 *Mortis tempus in dotatione congrua filiæ ſpectatur, nec ſuperuenientia facultatum ſpectatur.*

21 *Augmentum bonorum poſt mortem patris, etiã ex cauſa de præterito non conſideratur in taxanda legitima, vel congrua dote filiæ.*

22 *Pater non tenetur tantum vni filiæ relinquere, quantum alteri pro dote, nec una agit pro ſe æquanda cum alia.*

23 *Supplementum congruæ dotis ceſſat ubi ſtatutum mandat filias eſſe contentas dicta do-*
* *te, ex communi.**

24 *Filiæ conſenſus, in patris promiſſionibus dotium filiarum, multum operatur.*

CONSILIVM CCXXIII.

TRINITAS ADSIT.

FAcili negotio terminatur præſens cauſa in gratiam Domini Simonis boniati cõtra Dominã Eliſenam ſororem, & filiam reſpectiuè quondam Domini Cõſtantini patris eorum communis, cum ex probationibus, iuribuſque deductis, & ex facto reſultantibus victoria reſultet, nec de indiſereta dote, vel enormiſſima læſione conſtet. Erunt itaque partes Clariſſimi & Conſultiſſimi Domini Prætoris Guaſtallæ mei Colendiſſimi, & Iudicis in cauſa ſuper meritis a petitis per Eliſenam abſoluere Simonem fratrem ex infraſcriptis præcipuè.

1 Primo, † quia ipſa minor annis vigintiquinque non comparuit in iudicio legitimè, nec iura ſua cum authoritate Curatoris, ſeu actoris à tutore, vel curatore legitimo conſtituti deduxit, ſed tantum medio cuiuſdam Domini Procuratoris, propterea ſtante partis Rei oppoſitione, omnia acta nulla cenſenda, cum minor curatore ad lites, ſeu actore, non Procuratore indigeat, Inſtit. de curat. in princip. l. prima, §. ſi curator. ff. de eo, qui pro tuto. l. prima. C. de Acto. à tutor. dan. Bald. in l. cum ſemel. ff. de tutel. Imo nec tutores vel curatores minorum conſtituunt Pro
2 curatores, ſed † actores tantum l. neque tutores. C. de Procurator. Caſtr. conſil. 355. volum. ſecundo. Afflict. decif. 262. vbi Vrſil. numero. 6. in propoſito Caualcan. tract. de tutor. & curator in principio, numero 25. & 38. Piagi. eodem tract. quæſtio. ſecunda. nume. 27. 41. 59. & ſequent. Fulgoſ. conſil. 182. Natta conſil. 5. num. primo. volum. primo.

Additur, quòd & ſi Dominus, Peregrinus
Braciolus eſſet † minor, vt in actis opponitur,
3 nec ipſe actor, nec curator, vel procurator conſtitui potuiſſet. §. fin. vbi glo. Inſtitu. de fideiuſ. tutel. Ruin. conſi. 97. vol. 5. Caualcan. vbi ſupra nume. 4. & 5.

Nec dicatur, hunc Procuratorem conſtitutũ fuiſſe cum decreto iudicis, & conſenſu curatoris generalis, quòd videtur ſufficere non curato, an nomen actoris, vel procuratoris teneat per Afflict. d. decif. 262. num. 6. & Vrſil. ibi eod. nu. 6. Reſpondetur enim. Actoriam, vel Procuratoriam quidem tenere authoritate iudicis à tutore, vel curatore legitimo factam, at debet inſtrumentum tutelæ vel curæ vna cum actoria vel mãdato produci, cum actori tantùm non credatur ita Bald. in l. qui aliena. §. quamquam, verſic. extra collegæ, ff. de negat. geſt. Iaſ. in d. l. neque tutores, Fulgoſ. conſil. 181. in termioiti Cæphal. conſil. 382. num. 5. & 22. uol. 3.

Quod cum in caſu noſtro non ſit oſtenſum, nec conſtet Dominę Eliſenę Melchiorem ſocerum fuiſſe curatorem legitimum, vt aſſeritur in fide procuræ omnia uidntur annullanda.

Quicquid tamen ſit circa proceſſum admiſſa ualiditate.

Secundo dico nomine actricis non eſſe probatam dotis indiſcretionem, maximamque incompetentiam, quæ & dolum patris re ipſa argueret, prout probare tenebatur. Cum certum
4 ſit † filiam à patre dotatam, etiam in minori quãtitate, quàm eſſet illius legitima, non poſſe conqueri de dote incongrua, & ſupplementum petere, maximè dum ſtatuto propter maſculos ex
** cludatur, ut ex ** communiori & receptiori recenſet Michael Graſſus commun. opinio. lib. 1. quæſtione 21. & 22. Anchar. qq. famil. 28. num. 7. & 8. prima parte. Menoch. conſi. 6. nume. 9. & 10. lib. primo. Franc. Beci. conſil. 112. nume. 11.
5 † quod ad legitimę ſupplemẽtum extenditur ex
** communiori ** de qua nouiſſimè per Lodou. Peruſin. decif. 21. num. 41. & ſequen. prima parte Vaſq. tract. de ſucceſſi. in authenti. nouiſſima. libro. 2. §. ſecundo. requiſit. 42. numer. 138. par.
6 prima, niſi renuiſſimam † dotem traditam, ac nimiam incompetentiam, & nimium enormiſſimam læſionem doloſam, ſeu, ut inquiunt, nimium magis exceſſum doceat, uulgatum eſt cõſilium Caſtrenſ. 275. 7. dub. lib. primo. & conſil. 400. cum ſequen. uolu. ſecundo, quem ſequun-
* tur omnes, * Alexand. conſil. 33. num. 4. uolu. 4. Ruin. conſi. 56. num. 11. uolu. 3. Curt. ſen. conſi. 27. quarto dubio, num. 38. & conſi. 80. nume. 4. in fin. Deci. conſi. 26. nume. 2. 203. nume. 7. Iaſ. conſi. 131. num. 4. uolum. ſecundo. Pariſ. conſil. 29. num. 88. uolum. 3. Grammat. decif. 57. num.

37. &

37.& deciſ.101.num.52.& 71. Alba. conſi. 23.
num.3.& conſi.100.num.2.& ne cæteros tran-
ſcribam, videatur Tiraquel. in leg.ſi vnquam.in
princ.num.36.C.de reuocan. donati. Menoch.
de arbitr.iudi.caſu 149.num.5.& 15. Lodouic.
Peruſin.deciſ.21.num.54.prima parte.Cæphal.
conſi.208.nume.6.volum.ſecundo.307.nu.10.
lib.tertio. Caſſan. conſuetud. Burgund. de ſuc-
ceſ.rubrica 7.§.12.num.2.pagina 273. Guiliel.
de benedic. in capitulo Raynutius. verbo duas
habens filias nume.264.extra de teſtament. Si-
mon de Prætis conſi.138.num.13.50.& 58. Gi
rard.Mazzol.conſi.39.num.40.& 44. Franciſc.
Beci.conſi.112.nume.11.& 12.Boer.conſil.28.
nume.18.Riminald.iunior.conſil.97.nume.23.
volum.primo.& 141.nume.20.libro ſecundo.
7 Et ait Caſtr.dicto conſi.275.num.6.id † manife
ſtè debere apparere, exemplum ponens ſi ha-
bens decem mille, ducentum filiæ pro dote re-
linquat, ſequitur Ioan.de Arno comment.172.
Deci.conſil.181.verſic.ſimiliter de hæreditate.
At hic talis indiſcreta dos nõ fuit probata, imo
nec deducta, propterea prꝫſumitur pro dote,&
bono conſilio patris, quod iudex in dubio ſe-
4 qui tenetur, cum & alias † tutor à patre illegiti-
mè datus confirmetur, Corn. conſilio 173.nu-
mero 13.volum.tertio. Martianen. conſilio 12.
numero nono.

9 Tertio† dos filiæ à patre relicta, vel debita,
dum nubilis exiſtat, ac ſupplementum petat, an
ſit congrua, vel ne, ſeu nimium indiſcreta atten-
ditur tempus ætatis nubilis, vel ſi eſt innupta
mortis patris, vel dotationis, ſi ante mortem pa
tris fuit matrimonio copulata, Bald. in l. fin.C.
de dot.promiſſ.Caſtr. conſil. 131.in princip. in
antiqu.Crauet.conſil.11.num.14.& ſequ.Ruin.
conſilio.56.numero.14.& 15. volum. tertio.&
omni reſpectu ſecundum aliquos tempus mor-
tis Bald. Nouel. tract. de dot. ſexta part. ſpeciali
17. Deci. conſil. 276.Simon de Prætis conſilio
138.num.44.

10 Licet voluerint Scriben.† dotatam ante mor
tem, nullum petere ſupplementum, conſidera-
ta ſubſtantia patris, tempore mortis aucta, ſi ſe-
cundum facultates temporis dotationis ſit con-
gruè dotata, Bald. & Caſtr.in authent.res quæ
C.commun.de legat.Alexand. conſil.32. volu.
4.Ruin.dicto conſil.56.volum.tertio.Gramma.
deciſ.101.num.71.deciſ.57.num.35. Boer. de-
ciſ.62. Alciat. tract. de præſumpt.regula prima.
præſumptio. ſecunda.in fin. quam ſententiam
** vti communiorem, ** & veriorem amplectitur
(quicquid Bald.Nouel. Deci. & Socin. ſenior.
quandoque dixerunt, quos ſequuntur, Simon
de Prætis conſil.138.& Gerard.Mazzol.conſil.
39.num.8.& ſequen.per totum dicens. numer.
42. in ciuitate Regij id obtineri, & bis fuiſſe ſe-
cundum eius conſilium iudicatum,) Menoch.d.
caſu 149.numer.16.Riminal.iun. d. conſi.97. à
nu.17.ad finem conſilij volum.primo.Ioan. de
Arno comment.172.poſt Petrum Anchar. Re-
gienſem qq.famil.51.per totã, prima parte, qui
ſupra ſtatuto Regij loquitur,& hanc communẽ
atteſtans.

Ideò eum eodẽ ferè tempore anni 1564. pa-
ter teſtatus fuerit, dotem reliquerit, & mortem
obierit, dos pro tempore mortis relicta ſolùm
conſiderabitur congrua, vel incongrua, non au
tem ex facultatibus poſtea auctis, ſeu diminu-
tis, vel propoſito caſu, quòd ſuperuixiſſet. tem-
pus enim hoc mortis in filia nondum nupta at-
tendetur, & iuxta facultates in hæreditate reli-
ctas arbitrabitur æqua proportionabilis, vel di-
ſcreta, vt de legitima filio debita notat.in l. cum
quæritur.C.de inoffic.teſtamen. Iaſ. in authent.
nouiſſima, num.5.C.de inoffic.teſtament. Et ſi
hoc tempus ſolum conſiderabitur, quis dubitat
dotatam competenter cenſeri? cum illud, quod
11 fuit viſum † patri competens pro filia, non de-
beat alteri videri incompetens.argumento.l. fu
rioſo puberi. ff. de cura. furioſ. nec vllus amor
paternum uincar.l.fin.eodem titu. Ioan. de Ar-
no. Caſtren.& omnes, vbi ſupra Riminald. iun.
conſi.141.num.16.libro ſecundo.Menoch. nu-
mero 6.& 7.vt ſupra, Mantua conſil.220. volu.
ſecundo.Er hoc fortius ſi teneremus aliam ſen-
12 tentiam adhuc communem † nuncupatam à
* Deci. Mazzol. & à * Simon. Peruſin. vbi ſupra
tempus mortis ſpectandum, inſpecta excluſio
ne ab hæreditate, quæ tunc temporis fieri dici-
tur, iuxta diſtinctionem Deci. dicto conſil. 276.
probatam à Simone de Prꝫtis nume. 47. Maz-
zol.numero.23. nihilominus hic, quia eo tem-
pore facta, filiam excluderet, Doct. in l. 2.C. de
in ius vocan.Mazzol. conſi.70.num.20.

Quarto, vbicunque verſamur in dubijs lex,
iudex, & quilibet bonus vir arbitratur ſemper
13 patrem diſcretè, congruè, ac conuenienter fi-
liæ dotem conſtituiſſe, nec ſit ita ſubtilis indaga
tio in dotatione per patrem facta, quæ fieret in
conſtituta a fratre conſanguineo, & alijs, vt in-
quit, Caſtren.dicto conſi.275.nu.quinto. Ruin.
conſil.50.num.15.volum.tertio.Laurent. de Fa
no, tract.extant.maſcul.fœmin.non ſucced.cir-
ca, finem quos citat Ioan.de Arno d.comment.
172.in fin.Curt.ſenior, dicto conſil.27. quarto
articul.numero.38.Iaſ.dicto conſi.231.num.4.
volum. ſecundo. Simon de Prætis conſil. 138.
num.43.Porti.Imolen.conſi.61.num.64.& 65.
14 Nam † patris dotatio tenet infra legitimam, cõ-
ſanguineorum verò ſecus, cum ſaltem ad legiti-
mam naturæ aſcendere debeat, Alexandro. vbi
Apoſtil.amplè in verbo legitima, conſil.69. nu.
ſecundo.volum. primo. conſil.29.nume.6. vbi
Apoſtil.uerbo excreuiſſent, volum.tertio.ex cõ
** muniori ** ſcripſi conſi.132.num.2. libro ſecun
do.Addo Girard.Mazzol.conſi.39.num.32.&
33.conſi.119.num.5.& ſequen. Franciſcus Be-
ci.conſi.112.num.6.8.12.& ſequen. Riminald.
iunior.conſil.141.num.21.conſi.187.num.64.
lib.

lib.ſecundo.Ioſeph Lo doui.deciſ.21.nume.52.
parte ſecunda.

15 Hinc videmus ſtatutum † Terræ Guaſtallæ,
vbi de filia,& nepte dotata à patris,& aui ſucceſ
ſione excluſa loquitur, nullum verbum nempè
co nuenienter,congruè,condecenter, legitimè,
vel ſimile apponit, ſed ſimpliciter ipſam dota-
tam excludit.cum verò de ſorore à fratre,vel ab
agnatis dotata,vel dotanda, ita,vt excludatur,
ſermonẽ habet inquit, ſi obtulerint poſt mor-
tem patris, ſeparatos eam dotare condecenter,
& ſecundum qualitatem,& facultatem eius aſcẽ
dentis,de cuius hæreditate agitur, inſpecta con-
ſuetudine,& more Guaſtallæ. Quæ differentia
iuri conformis in propoſito à noſtratibus per-
pendi ſolet ſuper ſimilibus ſtatutis Florentiæ,Pa
tauij, Regij, Ferrariæ,& aliorum,de quibus per
Caſtr.dicto conſi.275.nume. quinto. Socin. ſe-
nior. conſil. 288. numero. 21.volum.ſecundo.
Crauet.conſi.236.numero.3.Afflict.deciſ. 160.
vbi Vr..l.num.3.Maran.in diſput. 10. & vltima.
nume.33.Grammat.deciſ.57.numero.21.41.&
ſequent.& deciſ.101.num.67.Anchar. Regien.
quæſt.51.pat.prima.Menoch.d.caſu 149.num.
22.Ioſeph Lodou.deciſ.Peruſi.21.num.52.pri-
ma parte. Ideò arbitrabimur non ſolum con-
gruam,eſſe dictam dotem à patre in teſtamento
relictam, ſed quatenus incongrua, ceſſare ſup-
plementi petitionem,cum de illo magno exceſ-
ſu,dolo, & indiſcretione patris minimè nunc
manifeſtè conſtet.

Quinto,petentes ſupplementum congruę do
tis,quatenus debitæ valorem bonorum proba-
re tenebantur,vt rectè iudex agnoſceret, an le-
gatum eſſet proportionabile,vel indiſcretum,ve
rùm teſtes ab actrice producti, † valorem plenè
16 non probant,nec diſtinctam bonorum,& hære
ditatis æſtimationem, ſecundum praxim Scri-
bent.in l.prætia rerum.ff.ad leg.falcid.& in l. ſe-
cunda. C. de reſcind.vendi.cum nemo ipſorum
ſuper ære alieno excepto liuello terrarum depo
nat, ignorentque pęnitus omnes debita hæredi
taria,puta dotis,& alia onera,alij verò quantita
tem,& valorem mobilium neſciant, alij immo-
bilium, alij ſe mouentium. Ideò obtinere ne-
queunt, cum æſtimatio, & valor rerum verus,
oneribus detractis,conſtituatur, nec teſtibus ita
deponentibus probetur,argumẽto l.fundi Tre-
batiani.ff.de vſufruct.legat.Bald.Peruſin. in leg.
ſecunda num. 68. vbi Cagnol.233.& 243.cum
ſequen. C.de reſcinden. vendi. tradunt Rip. &
Socin.in l.prima.§.ſi hæres.ff.ad Trebellian. Ca
ſtr.conſi.140.in antiqu.Campeg.regula de teſti
bus.321.Ari.Pinel.in l.ſecunda.3.par. capitu. 4.
num.29.C.de reſcind.vend.

Sexto,admitto pro nunc,ſecũdum dictas at-
teſtationes,ſi qui valor deduci poteſt ex ſingula
ribus teſtibus,& aſſertione d.partis articulantis
probari dictam hæreditatem fuiſſe ęſtimationis
tempore mortis ſcutorum circa duo mille.Quo
enim ad ſtabilia dicunt poſſediſſe tempore mor
tis bubulcas nonaginta in circa valoris pro par-
te quadraginta aureorum in ſingulas,& pro par
te minoris ſummæ, quia ſunt leuioris,& decli-
uioris fundi, adeò quòd æſtimatis quadraginta
quinque bubulcis prætio aureorum quadragin
ta, & reſiduo prætio vigintiquinque,aſcendunt
omnes ad ſummam ſcutorum 2745. Mobilia
verò deducuntur in capitulis eſſe prætio ſcuto-
rum ducentum. Suppono fructus, blada,& ſe
mouentia extitiſſe valoris ſcutorum tercentum,
ex quibus tamen eſſent extrahenda debita, dos
materna,& æs alienum,quod à teſtibus ignora-
tur, excepto capitale prætij dictarum terrarum
non ſoluto, quod per alterum teſtem firmatur
eſſe ſcutorum 1225. vt inde remaneat hæredi-
tas,detracto hoc tantũ debito ſcutorum 2010.
Quapropter quis non videt nullam eſſe dotis in
congruitatem,nec indiſcretionem, cum ferè et
alijs oneribus non detractis, pręcipuè dote ma-
terna,aſcendat ad condecentem ſummam, nec
ad dimidiam legitimæ ſuæ, quæ computo ini-
to,cum eſſent quatuor filij,ad eam,pro legitima
ſpectarent ſcuti 167.tantum,vt declarat in ſimi-
li Bero.conſilio.51.in fin.volum.primo. Etta-
men in propoſito ſupplementi congruæ dotis
17 à patre conſtitutæ, concludunt omnes † læſio-
nem debere longo interuallo excedere dimidiã
legitimæ. Nam ſi pro ſumma capitalis decem
mille aureorum conſiderant Caſtren. & ſequa-
ces,vbi ſupra,indiſcretam eſſe dotem, ſi ducen-
tum tantum legentur filiæ, quis dubitat, quod
honeſta erit centum aureorum in capitali duo-
rum mille aureorum;imo minoris ſummæ attẽ-
to etiam numero quatuor filiorum,vt in ſpecie
de dicto longo exceſſu dimidiæ declarant poſt
Caſtren.Deci.dicto conſilio.181.numer.5.ver-
ſicu.ſimiliter.de hæreditate.Curt.ſenior.conſil.
80.in fin.Alba.conſil.23.nume.3.& 4. Anton.
Cuchus tract. de legitim. Rubrica legitima nul-
lum grauamen,num.45.verſ.tertio amplia. ooo
diſſentit Gulielm.de Benedic.dicto cap.Raynu-
tius.verbo, duas habens filias nume.164.extra
de teſtamen.& Simon de Prætis conſil.138.nu.
50. libro primo Riminald.iun.conſi.141.num.
20.volum.ſecundo, plurimum enim in his ver-
ſatur boni viri & Iudicis arbitrium, Menoch.d.
caſu 149.num.34.& ſequen.Aemilia.conſil.78.
num.23.& ſequen.Port.Imolen.conſil. 6.num.
64. & 65. Caſſan. conſuet. Burgund.de ſucceſſi.
rubrica ſeptima,§.12.num.22.pag.271. & non
ſequuta arbitri ſuper dote declaratione Tobi.
Noni.conſi.50.& dicebat Bald.conſi.123.in fi.
18 volum.primo † dotem mille aureorum re, &
nomine magnam eſſe,& congruam magno Co
miti,probat Syluan.conſi.2.num.39. Dos ita-
que centum minus nobili,& infimo non erit in
congrua,quæ & ſi talis dici poteſt,magis tenuis
19 q̃ tenuiſſima cenſebitur, ex qua tenui filia † ad
ſupplementũ non agit,Menoch.conſi.6.num.2.

Septimo probauit Eliſena filia actrix ſuper
ſeptimo capitulo, quòd ſi Dominus Conſtanti-
nus pater ſuperuixiſſet vſque quo nupſit Domi
no Simoni, ob illius facultates poſt mortem, &
legatum auctas dotem maiorem centum iam re
lictorum in teſtamento filiæ conſtituiſſet ad mi-
nus quinquagiuta aureorum, quæ probatio, ni
fallor, directo intentionem ipſius elidit, & iuſti
tiam fratris Rei manifeſtè confouet. nam ſi ob
hæreditatem, & patris facultates poſt legatum,
& mortem auctas vberiores, vel quia ſuperuixiſ
ſet pater, maiorem legato cõſtituiſſet dotem, ſe-
quitur tempore mortis congruam, & condecẽ-
tem extitiſſe, cum teſtes ob augmentum, poſt
mortem ſequutum, dotem maiorem patrem de
20 diſſe concludant, & tamen tempus † mortis ſo-
lum, & omni caſu inſpiciatur, ſeu dotationis.
Bald. in l. prima col. ſecunda. C. ad orfici. in l.
prima. §. primo. C. de caduc. tollen. col. penulti.
verſic. mater. Bald. Iaſ. numer. 27. & ſequen. in
authen. res quæ. C. commun. de legat. Deci. con-
ſil. 226. in princip. & ferè per totum, nec ſuper-
uenientia facultatum conſiderabilis exiſtat.
Crauet. conſi. 11. nu. 14. 17. & 18. Menoch. vbi
ſupra num. 17. Hiero. Gabriel. conſil. 146. num.
22. Suadetur, quia læſio enormis conſideratur
pro iure quæſito, ſic in tempore mortis non ꝑ
quærendo poſtea, Alciat. conſi. 97. num. 9. Præ-
terea ſcimus, mortuo patre & iam dote ab eo cõ
ſtituta, vel tradita, ceſſare officium dotandi pater
num, Ruin. conſi. 56. num. 14. volum. 3. nec con
ſequenter augmentum, prout nec diminutio-
nem bonorum ſuorum poſt mortem cõſidera-
bile fore, nec in taxanda legitima naturæ filiæ,
imo vt ſupra ex communiori ** ſententia, nec
tempus mortis ſpectemus, ſed dotationis tan-
tùm, ſi nupta filia, & dos tradita fuerit, vt nouiſ-
ſimè contra Deci. Bald. Nouel. & alios recitat
Riminald. iunior. conſil. 97. in fin. lib. primo, &
cæteri per Menoch. d. caſu 149. num. 16. Bartol.
Caſſan. conſuetud. Burgun. rubrica ſeptima, de
ſucceſſi. §. 12. num. 23. in fin. pag. 272. Quòd ve-
rò in filia ceſſet ſupplementi dotis congruæ, cõ
21 ſtitutæ, vel habitæ petitio ex † ſuperexcreſcen-
tia, ſeu augmento contigente poſt mortem pa-
tris, etiam ex cauſa de præterito, & etiam ſine
induſtria, opera, & facto hæredis vniuerſalis, in
terminis hoc decidit Guillielm. de Benedic. in
capit. Raynutius, verbo duas habens filias, nu-
mer. 266. extra de teſtamen. Girard. Mazzolin.
conſil. 39. nume. 28. & 60. prout in legitima ta-
xanda dictum augmentum poſt mortem conſi
derari noluit Curt. ſenior. conſil. 51. vltimo per
totum Hieronym. Gabriel. conſil. 156. num. 23.
qui in legitima, & dote loquitur non taxanda
ex augmento poſt mortem patris.

Octauo, ſupponitur in facto aliam ſororem
à patre fuiſſe dotatam, cum centum quinquagin
ta aureis numis incluſa portione dotis mater-
næ, & nunc aſſeritur Dominam Eliſenam can-
dem fore ſummam conſequuturam ex paterno
legato centum aureorum, addita portione di-
ctæ eius matris, quod refero ſalua facti veritate.
in qua falli potui (vt vtar verbis Anton. Butr.
22 in ſimili conſil. 45. in ſin.) Ideò ſi † pater non
tenetur relinquere tantum vni filiæ quantum
alteri, nec eas æqualiter dotare, qui pro tempo-
re poteſt dotando plus & minus vni vel alteri
tradere, iuxta qualitatem temporum, perſona-
rum, facultatum quantitatem, & loci, ſeu re-
gionis morem, nec vna valet petere ſupplemen
tum, vel quòd reducatur ad æqualitatem cum
altera, ſeu totum quod alteri dedit. Bald. con-
ſil. 386. viſo puncto. volum. quarto. Marant. in
diſput. 10. num. 33. Deci. conſil. 26. Vrſil. ad Af-
flict. deciſ. 160. num. 3. Ruin. conſil. 56. num. 9.
16. & 17. uolum. tertio. dicens, non conſiderari
magnum exceſſum unius dotis ad aliã, ſed unius
ad ſe ipſam, Cæphal. conſilio. 56. nume. 40. &
conſilio. 281. nume. 18. 21. & per totum libro ſe
cundo. Alban. conſil. 23. num. 23. nume. 4. An-
ton. Cuch. de legitim. ubi ſupra ſub numero. 45.
uerſic. ſexto amplia, poſt Alciat. tract. præſump.
regula prima præſumpt. ſeptima dicentem pa-
trem æquè dotare filias, modò æquæ bene col
locet eas in matrimonio, & ſi plus uni, quàm al-
teri tradat, Aſcani. Clementi. tract. de patri. pote
ſta. effectu 11. numero. 31. uerſicul. & an pater
Franciſcus Beci. Caſalen. conſil. 112. nume. 16.
uolum. primo, quanto ergo minus in præſenti
poterit Eliſena obtinere ſupplementum aliqd
dotis, cum non ſolum ceſſet indiſcretio, ſed rur-
ſus inæqualitas, quæ tamen à legibus permitti
ſolet.

Nono ſtatutum terræ Guaſtallæ ſub rubrica,
quomodo filiæ, & aliæ deſcẽdentes dotatę, &c.

Mandat in fine, quòd filię non ſuccedant, nec
habeant regreſſum ad bona patris uel aui exiſtẽ
tibus filijs, &c. ſed ſint contentæ dotibus ſuis da
tis, uel oblatis, quo caſu ob hanc clauſulam,
23 quòd ſint contentæ, &c. efficitur, ut † ſupplemẽ
tum congruæ dotis peti nequeat, ex Bald. in di-
cta authent. res quæ. C. commun. de legat. Ale-
xand. conſil. 121. numero. primo. cum Apoſtil.
uolum. ſexto. Corn. conſil. 77. uolumn. ſecundo
Deci. conſil. 276. circa finem. Curt. ſenior. con-
ſil. 80. in fin. nume. quarto, Iaſ. conſi. 221. nume.
3. circa medium uolum. ſecundo. ubi ſtantibus
illis uerbis rem claram eſſe affirmat Natta conſi
lio. 201. num. 14. libro primo. Ioſeph Lodou. de
ciſ. Peruſin. 21. num. 44. ubi, de communi * pri-
ma, parte cum alijs in ſæpè citatis locis, & per
Aſcani. Clementi. tract. de patri. poteſt. effectu
11. nume. 29. in fin. ab hac communi non eſſe
diſcedendum, inquiens quicquid dicat Domi-
nus Beci. conſilio 112. numero. 13. cum contra
probatas ſententias, maximè ſupra poſitas, lo-
quatur.

Decimo loco confert acceptatio ſcutorum
ſeptuaginta duorum facta per Dominum Mel-
chiorem

debitorem ſit cæptum iudicium.

27 *Fideiuſſor non conuenitur,cũ creditor fuerit negligens erga debitorem.*

28 *Creditor accepta tenuta bonorum,poteſt nihilominus ad uiam executionis contra perſonam redire.*

29 *Dilatio conceſſa debitori per maiorem partẽ creditorum,fideiuſſori prodeſt.*

CONSILIVM CCXXIIII.

TRINITAS ADSIT.

VISA facti ſerie abbreuiata ad me trãſmiſſa,Tria diſcutienda colligo.Primo,an creditũ ex libris ꝓbetur.ſecũdo,an teneatur actor ſtare conuentioni initæ per maiorem partem creditorum, cum debitore.tertio,an pendente iudicio contra reũ, valeat contra fideiuſſorem principalẽ experiri.

Quod ad primum ſentio,actorem de Caballis executionem pro quantitate petita, iuxta inſiſtentiam obtinere poſſe. Eſt enim illius intencio fundata ſuper partitis dati & accepti,librorũ eiuſdem appothecæ,vt aiũt.præſentatis. quibus libris ex decreto Principis,plena fides adhibeẽ. quãuis alias ad ipſius ſcribentis fauorem tãtum
1 † non probarent.not.omnes,maxime Deci.nu. 17.in c.2.de fide inſtrum.& in l. admonẽdi. vbi Iaſ.num.20.cum apoſtil.ff.de iur.iur.Bal.& Ale. in l.quædam numularios.C.de edend.Feder.de ſen.conſil.109.in fi.& in decreto principis mercatori conceſſu,late Riminal.conſi.301.num.4. 13.ac pertotum,cum apoſtil.& 358.num.21.volu.2.Octau.Cacher.deciſ.pedem.72.nume.9.

Et licet ſimiles conceſſiones de præſtando fi-
2 dem intelligantur † ſolũ pro cõcernentib. artẽ, exercitium,& cætera , quæ ad mercium genus, quas mercator libri conſcriptor profitetur,ſpectauerint;adeo quod uideretur particulæ omnes creditaque.d.creditoris reſpicientia mutuũ, & cauſas extra merces caſei, de quib.in actis,nõ probare plene,ad not.per Roma.cõſil.204.vbi quota Mendoſ.ad illum.num.3.verbo,negotiari,aſſerens illam eſſe omnium concordem doctrinam,& Roman.conſi.205.quem referunt,& ſequũtur ſcribentes,maxime Deci.vbi ſupra. numero.18.Alex.& Iaſ.num.123.poſt Areti.conſ. 33.& 44.Deci.conſi.40.cum adductis per Rimi. loco citato,& ex cõmuni,Emanuel.Soarez.verbo,libris mercatorum, libello ſuo , recept. ſent. num.170.Alciat.in l.age.C.de tranſ.Octau. Cacher.d.deciſ pedem.72.num.10.Beneuen. ſtracca.de mercat.vlt.part.quæſt. 1.nu.37.cum ſeq. pag.253.Menoch.de arbitr.iudi.caſu.91. nume. 23.& caſu.93.

Attamen,cenſeo quo ad particulas omnes d. libris comprehenſas,fidem adhibendam.

Primo decretum vtitur verbo contra quoſcũque eius debitores deſcribendos ſuper libris illius appothecæ,nec dicit debitores caſei tantũ. quicunque igitur erunt deſcripti in libris , ſiue occaſione caſei traditi, ſeu ex quauis alia ratione & cauſa decreto Principis comprehẽdentur, cum in hominis diſpoſitione etiam ſtricte interpretanda,hic terminus vniuerſalis & geminatus
3 †quoſcunque,non recipiat reſtitutionem de habilitate,ſed omnes perſonas indefinite includat, c.1.de feud.non hab.propr.natur.Bal.in l.1.34. q.ff.de rerum diuiſi.cum ſimil.tradunt. dd. in il-
4 la†quæſtione de feudo accepto pro ſe & quibuſcunque,quod ad extraneos ac fæminas tranſeat ob illam dictionem,quibuſcunque,Iaſ.conſ.17. nume.1.volum.3.ex communi. conſil. 1.in pri. Grat.conſi.118.volu.2.Socin.iun.conſ.103.nu. 38.volum.2.apoſtil.ad Alex.conſil.30.volum.3. Port.lib.2.concluſ.regul.40.Gozad.conſi.8.nu. 24.cum ſeq.Tiraq.de retract.§.1.glo.7.num.21. ſcripſi alias conſi.22.num.3.15.24.& per totum
5 volu.1.†Et quia verba geminata,& prægnantia ſui propria ſignificatione denotent omnem ſpeciem & qualitatem debitorum,nõ vnius ſpeciei ac artis principalis tãtum,arg.l.Baliſta. vbi Bal. ff.ad Trebel.gl.clem.1.de re iud.& ĩ caſu noſtro. Rimin.d.conſilio 301.nume.24.& 25.volum.2.

Secũdo licèt multæ particulæ cõtineãt aliud ꝙ caſei mercẽ,cũ fuerint forte bona vel pecuniæ traditæ occaſione dictæ negotiationis,vt inquã extraherẽtur pecuniæ pro merce caſei pinguius exercenda,vel pro rebus.d.artis emendis , a d.
6 debitore,vtique & pro eis†fides plena præſtabĩtur,eo quod ſi in principali arte,id cõcedatur,& in conſequutiuis ſeu occaſione illius factis locũ ſibi vendicet.l.ad rem.l.ad legatum.ff.de procur.eſt text.in l.cuicunque.§.ſi ei quem.ff. de inſt t.quem refert & ad propoſitũ ſequitur Riminald.d.conſil.358.num.23.& 24.volum.2.

Tertio,quamuis nõ adeſſet Principis decretũ non ne.dd.libris fides adhiberetur arbitrio Senatus,vti ſcriptis,a quon.D.Galeatio mercatore legali,fide digno,& nũc mortuo,qui propterea iurare nequit,comprehendant libri data,& accepta veriſimilia,ac ordinatæ more probi mercatoris conſcripti legantur, capitulaque ferè connexa tam pro ſcribente, quam cõtra contineãt.
7 quæ omnia alias operanẽ,vt †iſtis libris credatur etiam ad fauorẽ ſcribentis,doc.in d.l.admonendi.vbi Dec.num.17.Iaſ.nu.125.ff.de iur. iur. Deci.in l.1.nu.3.& 4.C.de edẽd.Bero.conſ.43. nu.54.volu.3.Aymo de antiquit.temp.part.pri. nu.273.Rim.d.conſi.358.nu.27.& ſeq.vbi , nu. 13.ex mente Caſtr.ait de cõſuetudine totius Italiæ libris mercatorum credi, Bero.conſil.43.nu. 25.volum.3.tradit Mendoſ.ad Roma.conſ.346. verbo mercatorũ,quamuis dicat ex communi regulariter nõ credi,vt Michael. Graſſ.com. opi. lib.2.ca.18.quæſt.25.& eo magis cũ multæ ex
8 particulis.†d.librorũ ſint vti veræ approbatæ,ac

acceptatæ ab aduerſario, quo caſu liber in omnibus alijs quàmuis maximi momẽti, iuris præſumptione, licet non verificatis, veritatem continere pręſumatur, vt originaliter tenuit, Caſtren. conſil. 301. in fin. volum. 1. Aymo conſi. 158. nume. 6. Grammat. conſil. ciuil. 148. num. 6. ex ma-
* gis ** communi & in practica tenenda ponit, cęteros accumulãs. d. Gabriel. ſuo tract. de præſumpt. concluſ. 5. per totam, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 93. per totũ, etſi ipſe in multis caſibus inclinet totum eſſe iudicis arbitrio remittendum. cum igitur tum ex decreto, tum ex natura librorum, & mercatoris legalitate, fides libris pſteẽ, vbi ſunt particulæ creditorũ pſentatę, nõ eſt, quin debitor reus iuxta petita cõdẽneẽ.

Nec prædictis oberit quòd libri non ſint denuo repræſentati, vt petitum fuit, cenſeãturque de falſo ſuſpecti ob cartarum, & quarũdam particularũ deficientiam, vt in pceſſu, quia rñdetur. Primo ſufficere, quòd ſemel fuerint præſentati
9 in actis, † cum æditione librorum ſemel facta, parti poſtea denegari valeat, niſi probetur amiſſio. l. ſi quis ex argentarijs. in fi. ff. de edẽd. l. fi. ff. bon. aut. iud. poſſeſſ. vnde cum ſemel partitæ librorum fuerit in actis deſcriptæ, adeo quod nõ cenſentur amiſſæ, amplius pars aduerſa nequit ſuper noua edictione vel facta, vel non facta cõqueri, cum pars ad illam minime teneretur, ita Bero. conſi. 19. in pri. & num. 18. volum. 3.

Secũdo exhibitio librorũ, auuertatio vt aiũt partitarum, & in actis deſcriptio facta fuit parte
10 inſtante, non ergo † partitæ reprobari poſſunt, niſi ſuperueniente cauſa. l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. in propoſito Alciar. conſil. 373. numer. 3. ſubiungens. in fin. ex diſcordia quinque partitarũ in facto non cenſeri falſas, dummodo in quantitate concordent, minuſque ſæpius exhiberi, dũ ſemel aduerſario inſtante exhibitæ reperiantur, Bero. d. conſil. 19. num. 21. volu. 3.
11 Tertio, libri † fuerunt exemplati, nec non apud acta a notario cauſæ regiſtratæ partitæ illorum iuxta debitoris petitionem, voluntarem, & conſenſum. cui itaque dubium etiam ſi originales libri, vel partitæ deperditæ forent, quod exemplatis ſtari oporteat, per doctr. Bar. col. pri. verſi. ſed verum, Bald. in verſi. circa ſecundum, Alexan. & Iaſ. 4. fal. in auth. ſi quis. in aliquo. C. de edend. Aret. & Imol. in c. ſi. de fide inſtr. Fab. in recolle-
* ctis deciſ. 35. Put. de fid. inſtr. deciſ. 4. ex * communi Didac. Couuar. var. reſolut. lib. 1. cap. 2. quem & alios referẽs probat, Michael. Graſſ. li. 2. com. opi. ca. 18. q. 18. Pariſ. de Puteo tract. de reaſſumpt. inſtrum. Rubrica. 20. num. 20. not. Moder. Pariſ. rit. 1. conſuetud. feud. §. 5. num. 56. Vnde etſi deficiant nonnullæ partitæ ſuper libris denuo productis, nec exhibeantur libri, iure in deſcriptis ſeu exemplaris damnabitur reus.

Quarto apparet de veritate totius crediti & debiti partium, ac omnium partitarum ſuper libris vt aiunt magiſtris. d. menſæ vel appotecæ
12 exhibitis, ſic ipſis ſtandũ eſt vti autẽticis † & principalioribus, etiam quod ſuper alijs nuncupatis diurnis, ſeu defectus ſeu vitia aliqua appareant, argum. not. in ca. 1. & 2. de fid. inſtr. ponit Bero. conſil. 87. nu. 45. & ſeq. vol. 3. dum ergo nonnullas mẽbranas fuiſſe excerptas ex. d. libris digno ſcimus, non tamen redduntur omnes partitę uitiatę, ſeu libri magiſtri de falſo ſuſpecti, ſuper quibus omnia purè, ſimpliciter, & ſine uitio deſcripta reperiuntur, & minus, cum deficientes partitę redundent ad damnum. d. Caballi tantum, creditoris, non autem in illius commodum, ut
13 ueriſimile nõ ſit, † illas tollere in ſui præiudiciũ uoluiſſe. l. non eſt ueriſimile. ubi gloſ. ff. de ro, q met. cauſa. Aymo conſ. 158. num. 9. Rom. Sing. 197. Bald. l. rationes. C. de probat. not. in ſimili Bart. in l. fin. ff. de quæſt. & in terminis, ferè, Alc. d. conſil. 373. num. 3. in fine Bero. conſil. 43. nu-
14 me. 24. uolu. 3. præterea cum actor † ſit hæres & dicti libri non peruenerint ſtatim ad manus illius poſt mortẽ fratris mercatoris, ſed aliorum, nõ erit mirum, ſi eſt excuſandus, nec ei culpa aliqua aſcribenda argum. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edend. cum alijs ab Alciat. Bero. & cæteris ubi ſupra traditis.

Ad ſecundum dico. Primo, quod licet iuxta deciſ. Afflict. 288. ac Dominos de conſilio. l. iuriſgentium. §. hodie cum ſeq. ff. de pact. & leges diſponentes fauore debitoris, qui non eſt ſoluẽdo, ſtari maiori numero creditorum, dum remittunt partẽ debiti, ſeu concedunt dilationem debitori, ad ſoluendum, procedant reſtricte in tribus caſibus, ut per eum, poſt Cæ are in Vrſilum ibi, qui nonnulla declarat.
15 Attamen, contraria opinio † uerior eſt, ac admiſſa uti ęquior, q in cæteris caſibus adhuc, ubi debitor non ſit ſoluendo, latitet, uel carceribus detineatur, minori parti creditorum per maiorẽ ſimul concordẽ pręiudicetur, iuxta. dd. Angel. in l. 1. ff. de priuileg. cred. quam in propoſito cõprobant Beneuenut. Stracca tract. de mercat. 6. parte. de pactis conuentis. nu. 21. ſentit Pariſ. cõſi. 100. in pri. nu. 3. uol. 3. cumque in actis cõſtet maiorem partẽ tã reſpectu numeri perſonarũ, q̃ pecuniarum, ne dicam ferè oẽs creditores in iudicio cõſenſiſſe dilationi pcitæ per debitorẽ ad ſoluendum, in qua nulla debiti remiſſio, legitur, nulli dubium. D. Caballum quamuis contradicentem. d. dilatione conceſſa aſtringi poſſe.

Secũdario, q̃uis uera eſſet opinio Afflicti, utiq; & nos uerſaremur ĩ ſcdo caſu cũ debitor aufuge-
16 rit, & † latitet ad circũſcriptione uel dilationẽ executionis debiti eorũ ad quorũ inſtãtiã citati sũt, ar. gl. vbi dd. ĩ l. cũ pponas. C. de bon. auth. p gl. in l. ſi accuſatorib. C. de accuſat. Barba. con. 41. uol. 3. Celſ. Hu. conſ 123. n. 3. & ſeq. nec bona in ſup poſſideat, ut hinc maiori parti in cæterorũ præiuditiũ ſtandũ ſit, iuxta deciſ. Afflict. quã in
17 d. ſecundo caſu reſpectu † latitantis tũ, nec bona habẽtis pcedere, ſẽtit Straca, ubi ſupra. n. 18.

Tertio

Tertio, etſi vt illis fiat præiudicium requiritur
18 omnium † creditorum conuocatio, per l.fi. C. q̃
bon.ceder.poſſ.ibi conuocatio, &c. quod Bart.
Alex. Iaſ. Caſtr. Alban. & omnes alij admittunt
in d.§.ſed hodie, Angel.conſilio 213. Alexan.cõ
ſil. 205.volum.2. Soci.conſilio 273.volum.2. re-
fert Straca, vbi ſupra.nu.9. Rebuf. in cõſtit. reg.
de liter.dilat.arti.pri.gloſ.pri.num.54. tamen ad
fauorem debitoris reſpondetur. primo, vel non
requiri in præſenti ſecundum ſententiam Pariſ.
conſil. 100.in pri.vol.3. vel ſecundo, cenſeri cõ-
19 uocatos, dum omnes † citati in iuditio fuerint
& legitime requiſiti, quo caſu non comparẽtes
pro comparentibus habẽtur, ita vt, quod maior
pars ſtatuerit ſeruetur, exemplo quod dicũt ſcri
20 bentes de † Epiſcopis ad concilium vocatis ſeu
hominibus vniuerſitatis ad aliquod negotiũ ex-
pediendum requiſitis, cum in negligẽtiam non
comparentium acceſiti voces eorum ſuſtineãt,
vt de Epis concilij tradit, Bero. q. fam. 136.nu.
6.& 7. Famaguſt.de concil.c.qui & quot, Ioan.a
Turre Cremat.tract.de Eccleſ.lib.3.c.18. dixi in
21 conſi. 107.volum.1. & de hominibus † vniuerſi
* tatis vel collegij ex communi, * Vant. de nullit.
proceſſ.ex defectu mandat.num.130. Deci.in c.
cum omnes.nu.11.de conſtit. Natta conſil. 168.
num.7. Crot.conſil.20.num. 17. feſta de æſtim.
parte 2.q.27.num.7. Marc.deciſ.delfin.784. nu.
pri. part. ſcripſique alias in cauſa nobilium de
Nattis conſilio 159.lib.2. non etenim requiritur
neceſſario, vt omnes actu interueniant, ſed ſine
vocati, ne aliter fiat fraus legi, cũ alioquin vnus
tantum qui citatus nollet comparere, literas ſeu
dilationes creditoribus conceſſas impediret, &
certe, praxis conuocationis omnium credito-
rum, ſi de actuali intelligeretur, non autẽ virtua-
li, & illa quæ iudicatur a lege pro legitima con-
uocatione in contumaciam non comparentiũ,
nunquàm locum ſibi vendicaret, cum vt pluri-
mum impoſſibile ſit, omnes creditores in vnum
locum conuenire, ſufficiet namque citatio ſola,
ad ea quę in ꝓpoſito praxim docẽdo ait Rebuf.
d.conſi.27.nu.152.

Secundo fundata eſt ſuper proceſſu inualido,
& nullo,vt ſupra,Claud.Cacciun.eo. conſi. 27.
nume.79.Foler. ubi ſupra.num. 6. Aymo con-
ſi.103.num.6.Caſſan.conſuet.Burgund. rubric.
1.§.7.in pri.nu. 11. Marſi.in l.fin.nume.30.ff.de
iur.omn.Iud.& tract. de bannit.uerbo nullitas.
num.59.

Tertio nulla eſt ſententia interloqututoria ſu-
per dicta contumacia lata, quæ licèt in pratica
non ſeruetur,requiritur tamen citatio ad allegã
dum quare mulctari non debeat. Clar. in §. fin.
crim.q.44.uerſic.unum tamen,Foler. ubi ſupra.
nu.12.& Natta conſi.556.uolum. 3. concludēs
præceptum Principis factum Vaſallo,q́ compa
reat perſonaliter pro intereſſe ſui ſtatus,& hono
ris, ualere quidem, ſed pœnam comminatam
non exigi, niſi denuò Vaſallo citato ad uiden-
dum fieri dictæ pœnæ declarationem, ut ibi.in
fin.numero 12.

Quarto non conſtabat de delicto,Foler.d.lo-
co.num. 15. Marſi.conſi.82.nu.40. ex commu-
* ni * Arno ſoliloqui.nu. 79.& 53.Paſet.conſi.
188.num.1.& 2.Silua.conſ.50.num.5.ex com-
muni

* muni*Bonacoſ.com.opi.crim. verbo cõtumax,
ut poſſit,contumax namque,non conſtante de
delicto non punitur,etſi ſtatuto pro confeſſo ha
beretur,Natta conſilio 594.nume.18.& ſeq.vo-
lum.3.& conſil.592.in pri.cum conſil.ſeq.Marſ.
tract.de bannit.in uerbo delictis.num.18.

155 Quinto † citatio trina requirebatur, non vni-
ca peremptoria ſuper delictis tàm grauibus,& in
* amiſſione feudi,Foler.numer.16.ex communi*
Hippol.Bonacoſ.com.opin.verbo contumax vt
poſſit,Aymo.conſil.103.uum.9.& 254.nũm.2.
& Aymo Politus.in conſuet.Aluer.titu.22. arti.
18.num.48.

Sexto deficit dolus, qui requiritur in contu-
macia,Barbat.conſil.42.uolum.3.Claud.d.con-
ſilio 27.num.18.

Septimo nec ritè,nec rectè ꝓceſſus compila
tus fuit ex præcedentibus,nec conſequenter cõ-
tumacia contracta,Foler.vbi ſupra.num.19.Iaſ.
rubr.de in ius vocand.num.6.Bald.conſil.crim.
23.numero 21. volum. 2. crim.in 4.Grammat.
conſilio.37.nume.2.Cuma.conſilio 166.nume
ro 1. Marſil.in l. de minore.§. plurimum. ff. de
quæſtionibus.num.135.Bero.conſil.182.num.
* 2.volum.2.ex communi*apoſtil.ad Roma.con-
ſil.224.nume.4.& 5.Caſſan.loco ſupra allegato.
§.11.in terminis Matth.Brun.conſil.115.nume.
55.& ſeq.uolum.2.conſil.crim.in fol.Plot.con-
ſilio 130.nume.61.tom.1.conſi.crim.in fol.Nat
ta conſilio 178.in fin.Bertrand.in crim.læſæ ma
ieſt.conſilio.115.num.5.volum.4.Bero.conſi.7.
num.75.uolum.1.

Octauo non fuit accuſata contumacia per par
tem,vt requirebatur ex conſuetudine Italię, etiã
ſtante ſtatuto,quòd contumax habeatur pro cõ
feſſo,Villabob.com.opin.uerbo abſens, ubi de
* communi*Neuizan.conſil.6.Cacher.deciſ. pe-
dem.71.nu.47.vel ſaltem in ſententia pronun-
tiata,per Clar.d.q.44.in fi.Caſſan.vbi ſupra. nu.
11.in fi.Matth.Brun.d.conſilio 115.nu.54.vbi
latè volum.2.conſil.crim.in fol.

Nono adfuit iuſta cauſa,ac impedimentũ nõ
156 comparendi,& ſcimus quamlibet† cauſam, etiã
leuem excuſare ab incurſu contumaciæ, Boſi.
tract.de indiciis ante tortur.num.135.Roland.a
Valle.d.conſil.47.Clar.in §.feudum.q.44.verſic.
vnum tamen,Anca.Deci.Ang.Caſtr.Bart.Bald.
Imol.& Alexan.citati per Claud.Cacciuncul.d.
conſ.27.nu.142.quinimmo & illegitima cauſa
excuſat. Rom. conſ.224.nu.4. vbi apoſt. verbo
* illegitimam, cõmunem* hanc refert poſt Dec.
in conſ.170.col. fin. & in propoſito Bal. conſi.
3.num.6.& 29.vol.2.conſ.crim.in fol. Qua pro
pter nemo non videt Comitem Gulielmum,nõ
tantum ex leui, & aliqua cauſa excuſari à dolo,
& contumacia vera, ſed etiam ob omni & ficta
prorſus, cum citatus nec comparere, nec Pro-
curatorem mittere aſtrictus erat, & contra eum
legitimè proceſſum minimè appareat.

157 Tertio, vt† Vaſallus irreuocabiliter priuetur
feudis ſuis ob delictum ex cõtumacia vigore ſta
tutorum Italiæ probatum,quod ei inculpet Do-
minus,Quinque principaliter requiruntur.

Primo,quod ſit citatus ter ſeparatis vicibus
cum dilatione congrua,puta ſeptem,vel decem
dierum pro ſingula,& Vaſallus cõtumax exiſtat
Dominuſq; tantum poſſeſſionem feudi capiat,
ex text.in d.cap.1.vbi omnes feudiſtæ,Iacob.de
Belloui. Bal.& afflict.de mil. Vaſal.qui contum.
eſt ca.1.§.item qui Domino,quæ fuer.pri. cauſ.
benef.amitt.& dixi ſupra in nouo citationis pri
mæ defectu,eo quòd requiratur perſonalis cita
tio,nec per edictum ſufficiat,voluit Card.Zabar.
conſil.128.nu.5.in crimine læſæ loquens,Bero.
conſi.76.num.81.volu.1.

Secundo,nõ compareat,nec purget intra an
num contumaciam cum refectione expẽſarum,
damnorumque,& cautione de ſiſtendo iudicio
ſic addatur quarta tũc contumacia lapſus anni.
Claud.Cacciuncul.conſil.27.num.178.facit Bo
logn.in l.ſi finita.§.Iulianus.nu.98.ff. de damn.
infect.

158 Tertio† ſententia declaratoria ſuper tali deli-
cto,& priuatione,Barto.in l.eius qui delatorem.
ff.de iur.Fiſci,ſcripſi ſuperius,& in feudo, Fede.
Schench.d.c.1.§.ſi uero Vaſallus, de mil. Vaſal.
qui contum.eſt.Cacciuncul.d.conſil.27.nume.
165.& ſequẽ.184.ac in crimine læſæ maieſt.Be-
ro.conſil.154.nume.5.uolum.3.Crot.conſi.22.
num.9.quod locum habet,etſi Fellonia notoria
eſſet,Scruſſus conſi.131.num.1.volum.1.conſi.
feud.tradit Ioan.Bapt.Ferret.conſil.31.nume.4.
Hiero.Gigas de crim.læſæ maieſt.lib.2.quæſt.5.
num.9.Moder.Pariſ.conſuet.Pariſ.§.30.q.6.po
** ſui aliàs ex communiori,**conſi.14.nume.18.
nũc addo Tiraq.de reuoc.donat.verbo reuerta
tur.num.10.& ſeq.Tobi.Noni.conſi.2.num.17.
48.& 5.qui ſubdit a ſolo Domino hanc declara
tionem fieri,regulam generalem in omni feudo
rum priuatione,ponit Anton.Capici.in inueſt.
feud.uerbo feuda amittuntur,pri.caſu, limit.vl-
tim.in fin.verſic.ſententia.

159 Quarto,quod nulla adſit† cauſa ipſum excu-
ſans,cum quælibet à priuatione feudi Vaſallum
liberet, Afflict.in ca.1.& eſt alia. nume.83. quæ
fuer prim.cauſ.beneſ.amitt.Ferret.d.conſil.31.
num.39.& 40.Cacciuncul.d.conſ.27.num.142.
leuis namque occaſio,cauſa metus, & ratio quę
à pœna contumaciæ pro delicto liberat,Aymo
conſil.254.num.2.uerſic.3.Ang.conſil.17.num.
71.crim.Roma.cum apoſtil.d.conſil.224.nume
160 ro 4 & 5.nec† Vaſallus feudis ſpolietur, niſi te-
ſtibus,propterea conuincatur culpa.vt fuſiſſime
pro Excellentiſsimo Vrbini Duce cõſuluit Leo-
nard.d.cõſi.114.num.202.& ſeq.& 271.& Fer-
ret.d.conſi.31.num.27.30.& 4.Bertrand.conſi.
15.num.4.uolum.1.Clar.§.feudum.q.59.Boer.
deciſ.211.num.23.Card.Zabar.conſi.74.num.
4.& 128.num.6.Natta,& Capici.vbi ſupra.verſ.
ſnia,Gozad.conſ.64.n.8.dicens eo minus id prę
ſumi,

ſumi,ſi uclo leuato Vaſallus priuetur,ut hic.
161 Quinto non punitur † Vaſallus ex qualibet
ingratitudine,ſed ea tãtum, quę eſt egregia, Nat-
ta conſilio 597.nume.14.& niſi in caſibus a iure
expreſſis, vt num.16.non enim ex ſimplici ingra
titudine,vel ſi veniat contra iuramentum fideli-
tatis,priuatur Vaſallus , niſi id iure expreſſum il-
lo caſu reperiatur, Curt. iun. conſil.288. num. 3.
volum.1.Bero.conſil.76.num.86.& ſeq. volum.
1.& conſil.80.num.5.eod.volum.1.Quintil.Mē-
doſ.tract.de ingratit.cap.62.verſic.62.Incipit ve
nientis quomodocunque, minus ex contumacia
priuatur,cum non in crſit veniſſe , vt multa in
crim ne læſæ ſcribit ad Vaſalli excuſationem,
Natta conſil.594.595.nu.5.cum ſeq. & præced.
162 conſil.volum 3. nec reputatur † contumax Va-
ſallus donec cognoſcatur an potuerit,vel ne cita
ri ob illius priuilegia,Natta.d.conſil.595. nume.
1.& 597.nu.2.In pręſenti caſu nec Comes Tre-
ueri,quatenus Vaſallus, ter ſeparatim monitus
fuit,nondum lapſus eſt annus, contumax nōdi-
citur,nulla eſt ſentẽtia declaratoria ædita ſuper
deuolutione,multæ ſunt cauſæ ſuperius deſcri-
ptæ,quæ Reum excuſarunt a non comparendo
coram Iudicibus ſuſpectus,ratione modi proce
dendi contra illum,& in tali loco,præcipuè cum
intellexiſſet ſe de facto ſpoliatum,ſororium,uxo
rem,& ſuos familiares tàm duris , & teterrimis
carceribus recluſos, priuilegiaque ſua infringi,
& minimè attendi,ex Ferret.d.conſil. 31. nume.
18.nec ideo ipſum contumacem etiam fictum,
nec feudis priuari potuiſſe certo aſſerimus,& ma
gis ipſum,ex mera contumacia)ſi talis appellari
poteſt)damnatum credimus , quàm quòd verè
deliquerit.
163 Accedat,quarto loco,quòd † ſententia illa cō-
demnatoria potius præſumitur ex contumacia
lata propter vitium contumaciæ,quàm propter
ius,ſeu veritatem delicti.l. præſes. C.de pignor.
Angel.de malef.verſi.qui iudex uidens verſi.quę
ritur tamen,notant omnes in l. cum filius fami-
lias.ff.de verbor.oblig.Rolan.a Valle conſi. 29.
num.25.volum.3.Ceſal.conſil.241.num.82.vo-
164 lum.2.cum vulgar.inferens ex † ſententia ita pro
lata in contumaciam Vaſallum priuari non poſ-
ſe,nec Domino applicari propter delicti in Do-
minum commiſſi imputationem, quod nouiſſi-
mè probat Roland.a Valle conſil.15.nu.4.uolu.
4.Boſi.titu.de bon.publi.num.56.Alciat. conſil.
282.in fin.

Iſtis nō obſtabit ordo patriæ illius, quod lata
ſententia contra contumacem abſentem,elapſis
ſex menſibus poſt dictam ſententiā,illa nequeat
reuideri,nec admittatur Reus amplius ad defen-
ſiones ſuas demonſtrandum.
165 Primo,quia † ordo ille intelligitur vbi ſenten-
tia,proceſſuſque,& citationes aliquem verè con
tumacem conſtituerunt,non vbi nulliter iudica-
tum fuerit,vt ſupra Marſ.in l.de minore.§.pluri-
mum.num.135.de quæſt.& de bannit.verbo mi
lites. nu. 2. & ſeq.Bero.conſil.182.num.2.volu.
2.poſt Socin.ſen.conſi.4.num.26.volu.3.Quan-
do nec in dubio,ſi fiat mentio de cōtumace, in-
telligatur niſi de vera , & legitima contumacia,
q̄ ex citationibus nulliter commiſſis minimè cō-
trahitur,vt ſupra,ac Claud.d.conſil.27.num.60.
cum ſeq.71.76.171.141.& ſeq.

Secundo reſpondetur illam legem generalē
non comprehendere cauſas,& bona feudorum
166 quæ in generali † diſpoſitione Principis nunq̄
ueniunt,niſi ſpecialiter exprimantur,Pariſ. con-
ſil.3.num.3.conſil.7.num.1.3.& 4.conſil.12.nu-
me.45.cum ſeq.ubi latè volu. 1. Socin. iun. con-
ſil.72.num.51.volum.1.Ceſal. conſil.29. nume.
** 13.Ant.Gabr.referēs ex magis communi * *ſen-
tentia in generali obligatione bonorum,nō cō-
prehendi feuda,com.opin.de reg.iur.lib.6.con-
cluſ.12.à num.15.ad nume.25.multa Roland. a
Valle conſil.64.nume.2.uolum.2. & latius ex cō
* muni *conſil.29.volum.3. Micha. Graſ. comm.
opi.lib.2.cap.2.q.8.dixi conſil.44.num.1.& ubi
** que ex communiori * *Eman. Soarez. recept.
ſentent.verbo feudorum.num.93. cum ſequen.
Ceſal.conſil.337.num.13.fuſiſſime Anton. Ca-
pici.in inueſt.feud.uerbo feuda bonorum appel
latione pagin.90.Ceſal.conſi.29.num.8. & ſeq.
uolum.1.minus in confiſcatione bonorum ge-
nerali ueniūt,per Rolan.ubi ſupra,Marſ.tract.de
bannit.in uerbo confiſcata.num. 10.& ſequ.no-
tat in appellatione bonorum Tobi.Noni.conſi.
1.num.22.

Tertio dicitur,etſi uerbis comprehenderetur
attamen Vaſalli non d cerentur dicto ordine,
167 quò ad feudalia ligati, ea ratione quod † tempo
ra à lege feudali præfixa ad actum gerendum,nē
pè,primo annus,& dies pro inueſtitura accipiē-
da,ſecundo,annus pro contumacia uera purgā-
da,dū imputatur a Domino pro aliquo delicto,
Tertio tempus congruum, quo pręmonitur Va-
ſallus ad obſequia,fidelitatemuè præſtandā,non
poſſint ullo modo p Dominos directos reſtrin-
gi,limitari , uel ad modicum reduci. Vt de pri-
168 mo † notarunt Iſern. Aluar. & Præpoſ. in ca. 1.
quo temp.mil.Bald.Iſern.& Afflict.nume. 10.in
cap.1.quæ ſit pri.cauſ.benef.amitt.Rolan.a Val-
le conſil.64.num.15.uolum.2.Silua. de feud. re-
* cognit.q.15.& 21.communem * ſententiam ait
Thom.Marin.de feud.titu.2.nu.53.& ſeq. Hart-
man.lib.3.de feud.ca.1.de feud.amiſſ. pag. 239.
non diſſentit Bero.conſil.68.num.41.uolum. 1.
tempus enim anni,& diei eſt adeo odioſum , ſe-
uerum,rigoroſumque,ut in Siciliæ Regno non
perdatur feudum ex non petita inueſtitura in di-
cto tempore,eo quia Princeps munificus non in
telligat ex circumuētione,& anguſtia temporis,
quæ iniqua eſt auferre feudum,Iaſ.conſil.64. nu
mero 2.uerſic.ſed hoc uolu.3.multa Marin. Fre-
cia de ſubfeud.lib.2.author.3.num.7.Pro ſecun-
do,& tertio capite,eſt Tex.in c.1.ubi Bald.nu. 2.
de mil.Vaſal.qui contum.extit.quo loco Feder.
Schench.

Digitized by Google

Schench. ex mente Bald. inquit tempus à lege
præfinitum non eſſe per Iudicem moderandum
vel limitandum, niſi aliud lex municipalis, vel
fori conſuetudo mãdet, formaliter Imol. conſi.
86.4. artic. in fin. poſſet enim Rex, vel ſupremus
Princeps vno tantùm caſu, videlicèt delictis in-
ualeſcentibus, & pro communi bono, vt malo-
rum coarceatur audacia, ſtatuere quòd ante an-
num fieret feudi priuatio per legem generalem,
non tamen in vnius cauſa, ſeu priuato commo-
do condentis tantum, declarat Iſern. in conſtit.
Sicul. li. 1. de for. bannitis pag. 133. ver. & 9 fieri
non debuit, etſi reſtringeretur legale tẽpus, & ex
169 Vaſallorum conſenſu, neceſſe eſſet † pœnam
priuationis exprimere, alioquin non veniret, vt
in propoſito Andr. de Iſern. in c. 1. num. 12. quo
temp. mil. Thom. de Marin. de feud. titul. 2. lib. 1.
nu. 55. His adduco regulam communem, quòd
tempora à lege, vel ſtatuto ſine hominis mini-
ſterio ſtatuta nec breuiari, nec limitari, nec mu-
tari in præiudicium partium valent, Iſern. vbi
ſupra. §. ſi vero ſolum, Auth. de nupt. Dyn. in c.
indultum de reg. iur. in 6. Imol. Roman. & Alex.
in l. 2. ff. de re iud. multa Tiraq. de retract. lign. §.
1. gl. 10. nu. 60. §. 3. gl. 2. nu. 4. & §. 8. gl. 2. nu. 14.
Bar. de temp. vtil. cap. 7. num. 4. Dec. in cap. cum
ſit Romana. nu. 24. de appella. vbi regulam cum
limit. ponit.

170 Quarto, reſpondetur † iuſtum Domini directi
timorem excuſare Vaſallum, qui in termino ſta-
tuti non comparet, prout illum, qui dereliquit
feudũ, excuſat ab amiſſione feudi, ſi dùm ter mo
nitus à Domino, nõ redeat ad feudum intra ſex
menſes vt lege feudali ſcripta tenebatur, videns
Domini, timorem, vel paratum ad rebellandum
contra ipſum Vaſallum, ita Lucas de Penna in
l. 1. C. de cenſibus lib. 11. no. Capici. in inueſt.
feudal. verbo feuda amittſitur, caſu 32. Menoch.
tract. de recuper. poſſeſ. remed. 10. num. 83. valet
enim argumentum de lege ad ſtatutum, ex con-
geſtis ab Euerard. locor. commun. regul. 84.

Quinto pro reſponſione affero, quòd licèt ſta
tutum, ſeu ordo poſt præfixum tempus tollat
oẽm appellationem, audientiam, & defenſionẽ
Reis damnatis, quandoque tamen admittitur.

171 Primo ſi adſit † notoria, & manifeſta iniquitas
Curt. ſen. conſi. 59. nu. 10. Iaſ. conſi. 44. volum. 3.
Curt. iun. conſi. 104.

Secundo non prohibetur recurſus ad Princi-
172 pem ſuperiorem, & donec recurſus pendet † ab
excuſatione, & omni actu ſuperſedetur. Ripa in
l. Is, apud quem. nu. 8. C. de edend.

173 Tertio † nullitas proueniens ex defectu iuris
naturalis, vel diuini non ſeruati, ſemper poteſt
opponi, puta ſi citatio non ſit facta, vel minus le
gitimè. clem. Paſtoralis de re iud. Curt. iun. con-
ſil. 20. tradit. Ioan. Bapt. Plot. conſi. 130. num. 64.
tom. 1. conſi. crim. Verum in præſenti deficit ci-
tatio, vt ſupra, recurſum fuit ad ſanctiſsimũ Do-
minum antè formatam inquiſitionem, apparet
de notoria iniquitate ob priuilegia exhibita, me
ritò ſi nec ſtatutum, nec ordo quiſpiam dictæ Ci
uitatis Comiti Gulielmo in propoſito obetunt.

Sexto addĩ ordines illius patriæ non ligare
174 † foreſ. s, ſicut eſt Comes Anglicanus, vt ſupra,
prout etiam in dubio eum non ligare iudicandũ
venit, ex not. in terminis a Ceſal. d. conſi. 14. nu.
67. & 68. volum. 2.

Ex quibus ſecũdum caput reſoluo, & affirmo
Comitem Gulielmum nec vere, nec fictè contu-
macẽ, nec potuiſſe talẽ uti quoquo iure damna-
ri, feudiſque propriis priuari.

Tertiũ principale caput, an feudis ritè, & rectè
priuatus fuerit Reus ex præcedẽtibus, vtique ne-
gatiuè reſoluitur, & inſuper.

Primo, quia nulliter, inordinatè, ac prorſus
omni iuris, & legis feudalis norma dimiſſa con-
175 tra eum proceſſum fuit, ideò † ſuis bonis ſpolia-
ri non debuit, cum ex inordinato, & ita euiden-
ter, & notoriè nullo proceſſu nemo priuetur, &
quod ſententia in iudicatum tranſiſſet, Bal. in l.
ab executione. nume. 8. C. de appell. Contard. d.
tract. de moment. poſſeſſ. limit. 7. ratione nullita-
tis. num. 31. Bero. per diſcurſum conſil. 18. volu.
3. Leonard. d. conſil. 114. Ceſal. d. cõſil. 241. per
totum uolu. 2. & dixi ſuperius in primo capite.

176 Secundo, ut cliens † feudis priuetur, ſemper,
& omni caſu dolus, & culpa requiruntur, cap. vl-
timo de prohib. feud. alien. per Lotarium cap. 1.
de feud. ſinè culpa non amitt. Iacob. Belloui. Bal.
Aluarot. & Præpoſ. in c. 1. quæ fuer. pri. cauſ. be-
nef. amitt. Bal. Salic. Fulg. Caſtr. in l. ſolemnib. C.
de reivendi. Alexan. conſi. 79. volum. 3. Curt.
iun. de feud. 2. part. q. 12. Dixi ſuperius in ſepti-
ma ratione nullitatis primæ ſententię, & in fin.
tertii argumenti in ſecundo articulo. Addo Ar-
nold. Ferron. conſuet. Burdigal. lib. 2. titu. 8. de
177 feud. §. 5. in pri. † feudum enim eſt quaſi contra
ctus, quod tolli nequit, nec ab ipſo Principe, niſi
conuicta Vaſalli culpa. ca. 1. de feudo ſinè culpa
non amitt. Abb. & Mod. in c. quæ in Eccleſiarũ
de conſtit. amplè Curt. iun. conſil. 275. num. 25.
62. 69. cum ſeq. & conſil. 220. num. 27. & ſeq. vo
lu. 3. in feudo, vel Eccleſiæ emphiteoſi, 9 dolus
requiratur, Bero. cõſ. 196. nu. 9. vol. 1. quinimò nec
de plenitudine poteſtatis, vt ita regulam ampliã
* do poſt cęteros ex cõmuni, *not. um. com, opi.
lib. 1. verbo feudum, num. 116. refert Eman. Soa
rez. recept. ſent. uerbo feudum. num. 66. Dioniſ.
Pontan. in conſuet. Bleſ. arti. 101. ver. niſi purè,
pag. 384. An. Capi. in inueſt. feud. verbo feudata
riorum excuſationes, Thom. Marin. de feud. tit.
2. num. 62. ſub uerſi. ſed quod immo. lib. 2. quod
probandi onus Domini petentis commiſſum vi
detur, Moder. Pari. in conſilio feud. §. 30. quæſt.
12. Ceſal. conſilio 241. numero 38. & ſequent.
volum. 2. & in delicto ob non petitam inueſtitu
rã, quod tria requirit, vt quis cadat, & inter alia
dolus, à quo quęlibet leuis cauſa excuſat. tra-
dit Iaſon. conſilio 64. numero ſecundo. verſic. 2.
vol. 3.

vol.3.Marin. Freccia de feud lib.2.3.author. numer.9.In deterioratione tria ſimiliter requirens Anton.Capici.in inueſtit.feud.verbo,feuda amittuntur,caſu 48.limit.pri.ſubdens in fine caſus 80.ex Bald.& aliis nunquam per culpam fendum amitti,niſi culpa lege feudali damnetur.

178 Tertio † feuda hæc caſtra,& bona Comiti Guilielmo, vxori,& deſcendentibus fuerunt conceſſa per Excellentiſſimum quon.Marchionem Naſſau ob illorum præclara merita,geſta, ſeruitia,& opera,ſæpè,ac ſæpius narrata,expoſita,& conſiderata, propterea,nec ex aliqua ingratitudinis cauſa ab eo auferri poterant,quod frequenter placitum * Interpretibus inquit,licèt ipſe pro more contrarium tueatur,ſubtilis Ari.Pinel.in l.prima, parte 3.ſub numero 62. verſic.infertur 17.C.de bonis mater.quem refert Soarez.receptar. ſentent. verbo feudum, Dixi ſuperius per alios in quinta ratione ſuper verbis inueſtiturarum, poſt Anton.Capici.in inueſt.feud.verbo feudorum clauſulæ verſic.attentis meritis.

179 Quarto † vaſalli ne cadant,etiam ob delictũ in Domini directi perſonam commiſſum multifariam excuſantur.

Ptimo ex neceſſitate,vel cauſa aliqua,qua moti iuſto timore Dominum contempſerint.

Secundo ex pœnitentia,dum vaſallus quandoque eogitans Dominũ offendere,anteaquã ad actum perueniſſet,pœnituerit.

Tertio, voluntate, ſeu ſilentio Domini,ſi id non declaret Dominus.

Quarto ex cauſa,ſi ob merita,uel liberationem Domini ab hoſtibus ſit conceſſum feudũ.

Quinto ob pacta inueſtituræ,maxime iurata.

Sexto ex ignorantia,& dolo non adhibito.

Septimo ex ſententia ſuper commiſſo non ſequuta,vt latius ſuis locis explicaui,quos ordinatim ponit Anton.Capſci.ſua inueſtit.feud.verbo,feudorum exeuſationes,Atqui Comes Reus has omnes excuſationes deducit,ac in ſuæ perſonæ,& bonorum tutelam proponit, meritò feudis priuandus minimè venit.

180 Quinto nunquam conuincitur † vaſallus de delicto,vel ingratitudine erga Dominum commiſſis,niſi id legitimè per quinque teſtes ſummæ,& integræ opinionis probetur, Tex.eſt formalis in c vnica quot teſtes ſint neceſſ.ad prob. feud.ingratit.vbi Afflict.& Iſern.quem pro lege obſeruant Iacob.de Bellovi.Bald.Iacob.de Ardiz. Nicol.de Neapol.& Aluarot.in c.ſi voluerit,ſi de feud.ſuer.contro.& ratio eſt per Aluar. & Iacob.vt cautius cum vaſallis agatur,ne fortè per viles,& redemptos teſtes,aut paucos Domini priuent vaſallos proprijs feudis,arg.l.teſtium C.de teſtibus.quinimo ſecundum Iacob.qualitas illa,quòd ſint ſummæ & integræ opinionis per Dominum directum probari oportet,vt in terminis ait Anton.Capici.d.inueſt.feudal.verbo ſeudorum excuſationes, verſicul.probatio. Natta conſil.174.num.23.volum.1.& licèt moderni Pariſ.in conſ.feudal.§.30.quæſt.11.nu. 51.ac Dyoniſ.Pontan.in conſil.Bleſ.arti.101. tit.6.pag.388.verſic.porrò,dixerint illum text. non ſeruati,attamen curanda non eſt authoritas iſtorum,qui ſine lege loquuntur,& fortaſſe iuxta Galliæ mores,& quia dictam concluſionem per illum textum communiter recipi affirment feudiſtæ omnes,teſte Iacobo de Sancto Georgio de feud.verſi. dictiq́ne vaſalli,num.55. Guid.Pap.deciſ.180. Bertrand. conſi.115.num. 31.volum.5.quos refert,& comprobat Clar.in §.feudum quæſt.60.Crot.de teſtib.par.4.num. 65.& nouiſſimè Ioannes maria Monti.ſuo tract. de teſtibus, verſic.teſtes ſuper ingratitudine poſt Hercel.tract.qui negat probar.poſſeſ.num. 155.Aymo in conſuet. Aluern.titu.22.articu. 18.num.54.Zaſi.tract.de feud. part.numer.10. num.108.

181 Etſi obiiceretur tractari hic de cri mine † læſæ maieſtatis,in quo duo tantum ſufficiunt,etiã inhabiles,Deci.410.num.15.Gigaſ.de crimin. læſæ maieſt.q.8.reſpondetur.

Primo illa fortè procedere quò ad alia bona committentis dictum crimen,ſecus quò ad feudi amiſſionem,cum in hoc lex ſit ſpecialis, & certa,cui per generalem non cenſetur derogatum vulg.iurib.

Secundo in crimine læſæ legitimas probationes eſſe faciẽdas,quamuis in illo ſummariè procedatur, Bertran.conſil.53.num.5.volum.1.& citata parte Gigas vbi ſupra.q.21.num.5.hinc ex ſeatentia nulla tale crimen non probatur. Crot.conſi.90.num.21.

Tertio non admittuntur inhabiles in dicto crimine,vbi de probando læſam maieſtatem ex verbis prolatis à ſubdito tantum tractatur, Aymo conſi.6.num.9.

Quarto negatur abſolutè Comitem Guilielmum vel ſubditum fuiſſe ſeu talem,qui potuerit citari,vel puniri,maximè cum ibi non eſſet oriundus, nec domicilium tenuerit, vt ſupra per Bero.conſil.165.num.3.& ſequen.volum.
3.Cæphal.conſil.241.num.68.volum.ſecundo.
qui enim ſubditus non eſt,non committit cri-
182 men † læſæ,Roland.à Valle conſil.1.numer.26.
volum.3.& latius conſil.15. nume.7.9.& 10.
* volum.4.vbi de communi,* qui Roland.eiſdem
183 locis ſubnectit,nec feudatarium † vaſallum
non tamen ſubditum crimen læſæ committere
in Dominum,licèt terras,& bona in territorio
* 15.nume.8.& 10.quo loco de communi * ſcribentium atteſtatur,tradit idem conſil.74.num. 6. volum.3.ſubdens diſpoſitionem l.quiſquis C.ad l.Iul.maieſtat.de perſona ad aliam non extendendam,nec de vero ad fictum ſubditum.

184 Quinto, qui dicit tale † crimen in Dominum cõmiſſum id explicite probet, Alciat. conſi. 181 per totum, & hinc dicam ſtantibus tot legitimis defectibus ex parte fiſci, excuſationibus, & iuribus dicti Rei nec ritè, nec recte damnatum fuiſſe.

Quartum articulum principale aggredior, num admiſſis validitate actorum, delicto, pœna, & bonorum, feudorumque confiſcatione, tenuta feudorum potuerit in damnum filiorum capi, & conſtanter reſoluo, quòd non.

Primo ex generali concluſione illa, ſed uera,
185 quod † delictum patris non nocet filiis venientibus, ut hic iure proprio ad feudum ex pacto, prouidentia tantum, non autem ex ſucceſſione patris l. ſecunda. §. nullum patris delictum innocenti filio pœna eſt. ff. de cur. l. cri-
* men. ff. de pœn. l. ſancimus. C. eodem * regulam cum limitationibus, & ampliationibus deſcribit Petr. Duen. regul. iur. 345. & ſequent. in feud. propoſito. Caſtr. conſilio 162. ſecundo articulo in antiquis, per doctrin. Bartol. in l. ſecunda. ff. de inter. & relig. Affl. ct. in cap. primo. §. hoc quoque num. 53. de ſucceſſ. feud. & in capit. primo. §. ſed & res. numero 32. per quos fiat inueſtitura. Deci. conſil. 389. Ruin. conſil. 149. num. 14. volum. primo. Duen. de regulis iuris 346. nume. 5. & 7. Gozadin. conſil. 54. nume. 14. Boſſi. titu. de publi. bonorum. num. 55. Zaſ. de feud. parte 10. num. 76. & 98. Anton. Capici. in inueſt. feudal. verbo feudatariorum delicta, Thom. Marin. de feud. titu. ſecundo. nume. 86. & num. 90. cum ſequen. Plot. in conſi. crimi. 130. nume. 68. cum pluribus ſequent. tom. 1. conſil. crimin. in fol. Roland. a Valle conſi. 29. num. 33. uolum. tertio. Cephal. conſil. 241. nu. 77. & ſeq. uol. 1. Hoc dictum declarat, limitat, & amplia Bened. Capra ſuis regul. commun. concluſ. 77. per totam.

** Et ſiquis reſponderet ex communiori ** ſen-
186 tentia nocere ubi † delictum eſt in Domini perſonam directè commiſſum, ſiue ſit nouum, ſiue antiquum, ut receptius id admittunt, Zaſi. dicto loco Thom. Marin. de feud. ex pacto antiquo titu. 2. num. 84. cum ſequen. Clar. §. feudum quæſtio. 66. Alexand. de Neuo conſil. 91. num. 6. Quamuis enim, quod ad ius diuinum, & animam, patris peccatum nunquam noceat filiis, & niſi quod ad fęlicitatem, & proſperitatem bonorum temporalium, ex dicto Exod. ca. 20. ibi, ego ſum Deus tuus fortis, & Zelotes uiſitans iniquitatem patrum in filios, de quo per Angel. conſil. 53. Ezechi. capi. 17. capi. ſi habes 24. quæſtion. 3. attamen in aliquibus caſibus, puta in crimine ļęſæ nocet, licèt regulariter ſecus, ut tot titu. C. ne fil. pro pater, & l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Aymo conſi. Aluern. titu. 22. art. 19. num. 13. & ſeq.

Replicatur primo feudum aliquod non dici hic amiſſum, adiudicatumve, cum ſententia nullam mentionem de feudis habeat, & inde in dicta generali confiſcatione non venerint, ex Roland. à Valle d. conſi. 29. per totum uol. 3. & ſuperius expoſui.

Secundo dictam ſententiam minus procede-
187 re in feudo antiquo, ex pacto tantum, ſeu generi, familiæ, uel ſanguini, ut hic conceſſum, ad quod uaſallus non ſucceſſorio edicto ueniat, ſed ex iure proprio tantum, & in cæteris tantum locum ſibi uendicet regula contraria, per ea, quæ Duen. ſcribit dicta regul. 346. limit. 7. & in fi. Caſtr. conſil. 311. num. 3. uolum. primo. in nouis, Roland. a Valle conſil. 29. num. 33. volu. 3. Bero. conſi. 77. num. 21. & 22. uolu. 1. & conſil. 78. nu. 13. uol. 1.

Tertio ubi filii ſunt aliquo iure vocati principaliter de uno in alium, uel omnes de genere unius, ſeu in perpetuum, ita quod ipſi in omnem caſum etiam fellonìæ ſuccedant, delictum patris, quamuis in Domini perſonam commiſſum, haud nocebit filiis, & aliis, ut latius explicaui, ex Capici. in dicta inueſt feudal. uerbo feudorum clauſulæ, uerſicu. & hæredibus de uno in unum, &c. cum Deci. Grat. Gozadin. Zaſi. Modern. Pariſ. & cæter. de quibus ſupra, ac infra.

188 Quarto, ſi † uiuo Auo, ut in caſu noſtro, pater delinquens feudo priuetur, nepotes ueniũt, cum Auo uiuente, patris delictum nepotibus minimè noceat, Bald. in l. qui ſe patris colum. 8. C. unde. liber. Marſil. tract. de bannit. in verbo delictis. num. 62. hoc ait indubitatum Moder. Pariſ. conſi. feud. §. 30. quæſt. 36. num. 183. non igitur iure etiam feudorum inſpecto, patris delicta filiis nocumentum attulerunt.

Quod quinto loco ſuadetur ex ſcriptis ab Alciat. conſi. 467. num, 6. dum ex facto conſultus, & ſequutus Angel. magnum praticum reſpondidit, diſpoſitionem l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtat. quò ad filios ex generali conſuetudine totius Italiæ ſublatam fore, nec in foro conſcientiæ ſubſiſtere, tanquam nimis duram, rigoroſam, & iniquam, & quod lege ueteri filius non portaret patris iniquitatem, admonetque Alciat. ille ſummus uir, & iureconſultiſſimus omnes iudices, ne gehenam ſibi ædificent, priuando filios, & commonet Ducẽ Mediolani, quod ſi in hoc conſuleret Theologos, & ipſi in hanc deuenirent ſententiam, ſequitur Rolan. à Valle d. conſi. 74. in fi. & per totum. vol. 3.

Secundo principaliter moueor, quia virtute pactorum, uerborum, & clauſularum inueſtiturarum, & priuilegiorum Comitis, quo ſuperius diuerſimodè ponderata fuerunt, non ſolum in caſum commiſſæ felloniæ decretum, eſt, ut ad filios, cæteroſque vocatos ſicut in ſucceſſione ab inteſtato bona, & feuda omnia deueniant tum expreſſe, tum præſumptiuè ob merita in-

ueſtiti.

139 ueſtiti,& cætera ubi ſupra, ſed rurſus ex † con-
uētione iurata ſtatutum eſt,ne quis cadat ob ali-
quam felloniam,ſeu quācunque ingratitudinē,
propterea filii nullo modo priuari potuerunt,
nec eiſdem patris crimen præiudicium afferre,
Curt.d.tract.de feud.5.part.Grat.conſil.2. num.
61.volum.2.Gozad.conſi.84.nu.18.Deci.conſ.
252.num.6.Alciat.conſil.182.in fin.Capici. ubi
ſupra,verbo feudatariorum excuſationes uerſic.
cauſa,Zaſi.de feud.part.10.numer. 102.Thom.
Marin.de feud.titu.2.num.91.Cagnol.in l.fi. nu
mero 150.C.de pact.Bero.cōſi.77. numero 20.
in fin.volum.1.Roland.a Valle.d. conſil. 15. nu-
me.4.uolum.4.

Tertio,etſi filii iure proprio non venirent,nō
erant tamen priuandi dictis bonis, & feudis ex
ſententia tantum lata contra patrem contuma-
cem, quando certi iuris penes omnes ſit, quod
190 † qui tenentur pro alieno delicto, & facto, vt fi-
lius pro patre, & è contra,vel Dominus pro ſer-
uo,non damnetur, nec contra, eum exequutio
fiat,ſi principalis contumax tantum exiſtat,ea ra
tione quod probatio reſultans ex ſtatuto haben
te contumacem pro confeſſo, non egrediatur p
ſonam contumacis.l.eius qui delatorem,vti Bar.
ff.de iure Fiſci,& in l. qui repudiantes. §. fin. vbi
Bald.& Angel.ff.de inofficio.teſtam.Bart.& cęte
* ri communiter, *vbi Socin.in fin.in l.cum filius
in prin.ff.de uerb.oblig.Soci.conſil.18.num.15.
Abb.conſilio 66.colum.fin.uolum.2.in propoſi
to Ceſal.d.cōſil.241.num.77.& 84.& ſeq.volū.
1.Roland.à Valle.d.conſil.15.num.4. uolum.4.
191 † Vbi enim pater ex decreto, vel ſtatuto patris
teneretur pro delicto filii,non grauabitur pater,
niſi de delicto conſtet per filii confeſſionem ve-
rè & propriè,ſeu per teſtes legitimos, non autē
ſi ficte per contumaciam tantum, cum illo caſu
credatur magis ex cōtumacia,quàm ex crimino
perpetrato condemnatus filius, ita Bartol.num.
3.& 4. Alexa.nu.6.Caſtr.nume.3.Iaſ.nume.18.
* qui communem * hanc atteſtatur in d. l.cum fi-
lius,idem inquit Corn. conſ.143.nu. 8.volum.
2.Rom.conſil.154.nume.5.cum apoſtil. Mend.
* cōmunem *ait Bero. conſi. 102. nu.48.& ſeq.
volum.3.Rondan.conſ.17.per totum uolum.2.
crim.in fol.Crot.conſil.90.nu.38.regulam cum
limit.ponit Viui.com.opin. uerbo ſtatutum di-
ſponens nouiſſimè Simon de Prat.conſil.65.in
pri.Menoch.conſil.100.nu.162.Incert. author.
de crim.læſæ.q.3.num.8.Ceſal.d.conſil.241.nu
me.81.Bonacoſ.ſua praxi crimi.verbo pater,To
bi.Noni.conſil.94.num.50.
192 Quod † in feudis, ac in crimine læſæ maieſta-
tis rurſus procedit, etſi vltra cōtumaciam teſtes
pro delictis fuiſſent examinati, quia tunc in ter-
tij præiudicium minimè probant ex defectu ci-
tationis, & conteſtationis litis, quod notanter
ſcribunt Socin. in d.l. cum filius familias in fin.
Dec.conſi.410.nu.13.Alciat.conſi.182.num.4.
Rolan.a Valle latè. d. conſi.29. num.31.volum.
3.Boſi.tit.crim.de publicat.bonorum. num. 56.
non diſſentit virtualiter in fideiuſſione loquens
Iul.Scarlat.conſi.114.num.5.& 6.tom.1. conſi.
* crim.in fol.Quod commune * dictum compro
bat in fideiuſſore ex pluribus Gerard. Mazzol.
conſi.51.arti.1.& per totum,& conſi. 52. Dñi ita
que pater in contumaciam damnatus fuit filii
feudis,& bonis minimè iure priuari ualent.

Quarto, etiā ſi filii potuiſſent(quod negatur)
priuari feudis,debuiſſent tamen citari,uocari,&
legitimè illorum defenſiones admitti,& damna
ri,cum alias ſententia contra patrem iſtis mini-
mè noceat,in terminis Socin.ſen.conſi.4. num.
27.uolum.3.dicens idem etſi in ſententia expri-
meretur Caſtra ad Dominum ſpectare.

Quinto,& ultimo pro filiis adduco omnium
* probatam *ſententiam,quod etſi † Vaſallus com-
193 mittens crimen læſæ maieſtatis contra Domi-
num recognoſcentem alium in ſuperiorem,pœ
na capitali damnetur,ipſius filii tamen non pri-
uantur bonis paternis,licèt ſecus, vbi Dominus
nullum alium ſuperiorem recognoſceret,Boſ.in
tit.de crim.læſæ maieſt.num.53.Roland.a Valle
conſi.15.num.21.uolum.4.immo iure commu-
ni inſpecto bona damnatorum,ſi tres adſint filii
pro dimidia eis applicētur,etſi plures,totum pa
trimonium,ne mendicare cogantur,ex Impera
toris reſponſo in l.fi.§.ſi plures.ff.de bon.damn.
Roland.a Valle conſil.97.num.32.uolum.2.Me
rito itaque concludam filios dictorum feudorū
adhuc Dominos dici, nec illis ullo iure priuati
potuiſſe.

Vltimum, & quintum articulum principale
aggredior,an ſtantibus in facto deductis cā hęc,
& grauamina illata Comiti Gulielmo cognoſcē
da ſint per ſanctiſſimum Pontificem maximum,
breuibuſque affirmo,quod ſic.

Primo ex text.formali.in c.1.§.ſi vero,titu.de
milit.Vaſal.qui contum.eſt,diſponente quod ſi
Vaſallus cōqueratur Dominum malo modo, ac
non iuris ordine,nec matre iuſtitia, ſed eius no-
uerca uiolentia impellente in feudorum poſſeſ-
ſionem irrupiſſe,& intraſſe,& perperam ter mo-
nitus Vaſallo reſpondeat,circa reſtitutionem bo
norum de facto ablatorū,& circa cauſæ cogni-
tionem,ſaltem coram Paribus curiæ terminan-
dam,Vaſallo oppreſſo,liceat ad maiorem Magi
194 ſtratum,ac † ſuperiorem ſupplex conquerendo
confugere,& ſibi conſulere,ſubdēs,quod ſi Do
minus adhuc,& iuſtitiam facere noluerit,poſſit
Dominū directum deprædari,& manu armata,
quod iuſtitia obtinere nequit,conſequi,maloq;
modo,uel ordine ingreditur feudum Dominus
directus,cum nulla Vaſalli culpa conuicta, nec
ſnia per Pares curiæ pronuntiata illud occupare
præſumit.c.1.de feud.ſine culpa non amitt. de-
clarat Bald.conſilio 323.incipit, proponitur, q
Dominus de facto uolu. 2. & intelligitur ſupre-

mus Dominus is, à quo ſpolians ſuum feudum
obtinet, qui querela à vaſallo ſui vaſalli porre-
cta ſpoliantem authoritate ſua cogit, vt feuda
reſtituat, ſeuerè comminando ne amplius eum
grauet, & ſi dicti ſuperioris iubentis Imperium
195 contemnat † feudo rebellis exuatur, per ea
quæ ponit Bald. in capit. primo, §. publici la-
trones, nume. 2. & Aluarot. in §. quoque, nu-
me. 2. de pace tenen. Guid. Pap. quæſt. 62. Curt.
de feud. 6. part. num. 2. Socin. ſenior conſi. 272.
num. 9. uolum. 2. Alciat. conſi. 167. num. 12. &
13. Capici. in inueſtitu. feud. verbo, Feuda amit-
tuntur, caſu 47. tradit Federic. Schench. in dicto
cap. 1. §. ſi uero, de milit. uaſal. ac Hartman. lib. 4.
de feud. cap. 1. de compet. iud. feud. in fine, pa-
gin. 402. ſubdens in ſubſidium etiam omnium
196 ſummum † Pontificem cognoſcere, & iudica-
re, ſi pares curiæ ob aliquem metum, vel impe-
dimentum decidere negligant, ſequitur Franc.
Soſbeng. de feud. part. 14. num. 32. Ioachi. Mi-
* ſeng. conſil. 22. ſub nume. 1. dicens ex * com-
muni ſupremum Dominum teneri iudicare, ſi
Dominus directus denegat iuſtitiam, pares non
adſint, uel non ſint habiles, & niſi ſuſpecti, idem
in conſil. 23. num. 17. 18. & 21. ubi loquitur de
Imperatore, qui cauſam Epiſcopi Tridentini
auocauit ad curiam Cæſareã. Quod eo fortius
procedat, ſtante quod Excellentiſſimus Prin-
ceps recognoſcit eadem bona Treueri ab Eccle
ſia Romana, ut in uaſallo Baronis Regem reco-
gnoſcentis, ſcribit Celſ. Vgo conſil. 60. num. 6.
8. 35. & 49.

Cumque Comes Gulielmus per procurato-
res, excuſatores, & uxorem, non ſolum ter, ſed
decies quoque enixè reſtitutionem feudorum,
vel cauſam cognoſci coram non ſuſpectis petie
rit ab Excellentiſſimo Domino directo vaſallo
Eccleſiæ, nulla tamen reſponſio exhibita fue-
rit, rectè ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum
confugi potuiſſe, denuoque poſſe arbitror.

Secundo notum eſſe ſupponitur cauſam hãc
uiolentiæ, & ſpolii feudorum, ſeu delictorum,
ut aſſeritur perpetratorum, non poſſe termina-
ri per pares curiæ eligendos iuxta formam iu-
ris, quorum iudicium adhuc non careret ſuſpi-
cione propter potentiam immodicam Domini
directi, quæ fortior, & potentior vaſallo coerce
ri ſeculari poteſtate non poſſet, propterea in pa-
trium defectum ſummum Pontifex iudicabit ra
tione iniuſtitia, peccati, ac iuramenti in inue-
ſtitura præſtiti, proue ita limitando regulam tra
dunt Feudiſtæ in ſpecie, Curt. iunior tracta. de
feud. part. ultima, nume. 36. Gulielm. Hanetus
dicto cap. 1. in fine. Zaſ. de feud. part. 11. & cæ-
teri, quos allegat Menoch. tracta. de retinend.
poſſeſſ. remedio 3. num. 440. & 446. immo ubi
quis prætendit ſententiam, etiam Imperatoris,
uel Regis manifeſtè iniuſtam, vel de illorum in-
iuſtitia conqueritur, uel cauſa eſt ardua, ut hic,
197 à quibuſuis iudicibus † appellatur ad ſummum
Pontificem, illiusque auxilium imploratur, &
adiri ſolet, qui cauſam alteri committit, not. In-
nocen. num. 2. & 4. in cap. licet, de appel. Franc.
in cap. ſi duobus, col. fi. vbi Bero. num. 12. & 13.
de appellat. ſequitur Mendoſ. in forma. 17. com-
miſſ. appellat. in prima inſtantia, uerſic. alteri,
circa finem.

Tertio bona hæc, & caſtra, ſtantibus in facto
ſuppoſitis, ſunt feuda, & iuriſdictionis Eccleſiæ
argum. not. per Leonard. dicto conſil. 114. nu-
me. 149. & ſequen. uolum. 1. conſ. feud. propter-
ea iudex competens erit, Bald. in cap. 1. col. 1.
qualiter Domin. propriet. priuet. Anton. Ca-
pici. in inueſtitu. feudal. verbo, Feudorum iudi-
cia, uerſic. Iudex, & verſi. Papa, & ad eum uti Do
minum ſupremum infeudantem deuolutio ap-
pellationum fiet, & Miſeng. reſponſ. 25. num. 19
qui & totius orbis, & Principum, etiam non re-
198 cognoſcentium ſuperiorem † competens dici-
tur, Hoſtien. & Abb. in cap. cum Ioannes, de fi-
de inſtrum. Lelius Iordan. tracta. de maior. Epi-
ſcop. cauſ. ad Pap. deferend. cap. 11. num. 21. ac
ad quem potiſſimum pertinet iuſtitiam confer-
re, ad conſolationem omnium reſpondere, ac
prouidere, ne quis ex iniqua ſententia lucri fa-
ciat, Innocent. in cap. quia plerique, de immu-
nita. eccleſ. Cardin. in clemen. 2. de re iudica.
Conrad. in ſuo iud. templo de Pontifice Maxi-
mo, lib. ſecundo, cap. pri. §. 3. verſic. iuſtitiam con
ferre.

199. Quarto, & ſi debuiſſet † appellari ad eundem
Excellentiſſimum Marchionem uirtute ſuorum
priuilegiorum, eo quo ſit primæ, & ſecundæ
inſtantię cognitor, attamen potuit à primo gra-
uamine interponi appellatio ad Sanctiſſimum
Dominum, cum ad Papam appelletur, quando
cunque, etiam omiſſo medio, licèt in inferiori-
bus ſecus. cap. ad Romanam, 2. quæſt. 5. notant
* omnes in cap. dilecti, de appellat. * communem
recenſet Couarru. pract. quæſt. cap. 4 num. 9.
concluſ. 6. Ioſeph. Gonzal. uar. quæſt. capit. 26.
ad quem ſit appellandum, num. 5. limit. 5. Fe-
lyn. in cap. ſuper quæſtionum, num. 14. de ap-
pellat. Quintil. Mendoſ. in forma quartæ com-
miſſionis cauſæ pro credito contra hæredem,
uerbo, Deuoluta, pagin. 39. quinimmo nec præ
ſcribi poſſet, ut ad ſupremum principem non
appelletur, Ioach. Miſeng. cõſi. 23. nume. 22.
200 quæ † appellatio omiſſo medi facta, & ſi aliàs
appellari non debuiſſet, iudicatum tamen ſuſ-
pendit, & cauſæ cognitionem deuoluit. Co-
uarru. dicta concluſ. 6. quando iter, uel recurſus
ad Papam impediat omnem executionem, etiã
non admiſſa appellatione, Contard. in l. unica,
limita. 9. num. 52. C. ſi de momen. poſſeſſ. & illa
ſtante nullo modo ſententia exequi poſſit, Iaſ.
conſil. 60. artic. 2. uol. 1. prout ibi eſſet prohibita
appellatio regulariter, ſi ex inordinato proceſſu

fuerit

fuerit iudicatum, appellari poſſet,& interim
facta appellatione omnia remanerent in ſuſpen
ſo,not.Grat.conſi.vltimo.numer.45.& ſequen.
201 volum.2.dictoque † appellanti datur annus
ad appellationem proſequendam,& ex cauſa,
vel impedimento biennium.cap.cum ſit Roma-
na de appellat.aut.ei, qui C.de appellat.latè
Roman.notabil.211.vbi addit modum pro-
bandi impedimentum, docet remiſſiuè Alſan.
Collectan.iuriſ.843.cum vulg.Octau.Cacher.
deciſ. Pedemon.28. num.10.11.& ſequent.&
extent quàmplurimæ conſtitutiones Pontificiæ
ſuper hoc æditæ,ita quòd non erit dubitationi
locus Comitem Guilielmum annum integrum,
quin & biennium habere,ſtantibus tot impe-
dimentis, ex quibus ipſe ſe ad ſummum Ponti-
ficem minimè ſtatim transferre potuiſſe cogno
202 ſcitur,in feudalibus enim cauſis currunt † fa-
talia,& tempora appellationum, prout in alijs
materijs communibus fieri ſolet, Curt.de feud.
7.parte regula 2. q. 3.Clar. §. feudum q.95. vbi
* de communi * .

Quinto ex iſtis deduco, quòd cum hæc de fa
cto,non obſtante appellatione, ſeu tempore ad
203 appellandum (quæ in materia † attentati pari-
ficantur.Vital.tract.de clauſulis,verbo nil noua-
ri,num.11.Manfred.de attent.concluſ.120.) &
ex actis nullis, & prorſus illegitimis proceſſe-
204 rint, antè omnia † attentata interim innoua-
ta,ac de facto executa reuocari debent l.ex illo,
l.minimè.C.de appel.ca.non ſolum, vbi Franc.
num.6.de appellat. & ita per dictum Comitem
Guilielmum coram ſanctiſſimo Domino inſta-
205 bitur,tuncque cauſa † negocij principalis ſile-
bit, nec tempus anni ad proſequendum curret,
Afflict.deciſ.89.num.3.Didac.pract.quæſt.23.
nu.2.multa Manfred. de attent. concluſ. 19.25.
& 46.Marſil.de bannit.verbo tempus num.16.
quod procedit & ſi Iudex appellationi non de-
tuliſſet, Fran.in ca.ſæpè 8. not.in cap.conſtituti
colum.3.de appellat.amplè Contard. in l.vnica
quæſt.4.verbo attentata in pri.& num.27.cum
ſequen.C.de moment.poſſeſſ.Manfred.ſuo tra-
cta.de attent.concluſ.1.& 3.dicens. concluſ.11.
attentata hæc poſt ſententiam diffinitiuam, vti
ipſo iure nulla reuocata, & maximè poſſeſſio-
nem ſine aliqua citatione, vel monitione acce-
ptam cenſeri, minusque tempus currat ad ap-
pellationem proſequendum, donec cognitum
fuerit,an appellatio interpoſita debuerit, vel ne
admitti,vt in propoſito reſpondebat Iaſ. conſi.
16.per totum volum.3.

Ex quibus omnia terminando, firmo proceſ-
ſus, & actitata nullitatis vitio ſubiacere, nec fi-
lios feudis poſſe priuari, & minus patrem Co-
mitem Guilielmum feudis, & bonis ſuis ſpolia-
ri debuiſſe, ſanctiſſimumque Dominum no-
ſtrum illum audire, & ei iuſtitiam teneri admi-
niſtrare firmiter arbitror, prout in Domino
confido facturum, ad laudem Dei, & Virginis
Mariæ, cuius viſitationis feſtum hodie celebra-
mus.

Franciſcus Burſatus I.C.Mantuanus.

Laus Summo Patri, Filio, & Spirituiſancto.

F I N I S.

Series Chartarum.

* A B C D E.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx
Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes ſunt Quaterniones; præter * E Ternionem, Ddd, Duernionem.

VENETIIS,

Ex Officina Damiani Zenarij. M D LXXXIX.

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli
Digitized by Google